


B. 3465

SANCTI PATRIS NO-

STRI BASILII MAGNI ARCHIE-


PISCOPI CAESAREAE CAPPADOCIAE, IN OPI-

ficium sex dierum, Homilia prima Iano Cornario Medico Physico interprete.



I

IN PRINCIPIO fecit deus caelum & terram.] Conueniens principium est ei qui de mundi constitutione dicitur est, principium structurae eorum quae uidentur sermone praepone. Caeli enim & terrae creatio tradenda est, non sponte producta, uelut quidam imaginati sunt, uerum a deo causa accepta. Qualis auditus dignus est magnitudine eorum quae dicuntur: Qualiter preparatam animam ad tantarum rerum auditionem occurrere conuenit: Nimirum ab affectionibus carnis puram, cui nullae rerum secularium curae renebras offunderent, industriam, curiose scrutantem, & undique circumspicientem, sicubi dignam dei notionem apprehendere possit. Caeterum priusquam uerborum acumen expendamus, & quantae sint paruarum uocum significationes perscrutemur, consideremus quis sit qui nobis dicit, quae uiam si scriptoris acumen non assequamur, propter intellectus nostri debilitatem, tamen ad fidem ac dignitatem dicentis intenti, sponte ad assensionem dictorum perducamur. Moyses itaque est qui hoc historiae scriptum nobis proponit. Moyses ille qui probitatis testimonium dum adhuc sub mammis haereret a deo accepit, quem adoptauit quidem filium Pharaonis, uerum regaliter educauit, sapientibus ex Aegyptiis ad erudiendum ipsum praefecit: qui tyrannidis factum odio habens, & ad cognatorum suorum humilitatem decurrens, maluit cum populo dei mala tolerare, quam temporariam peccati frugiferam habere: qui amorem ad iustitiam ex ipsa natura natus est, quandoquidem etiam priusquam populi principatus ipsi committeretur, uidetur ob naturae suae in malos odium usque ad mortem malos persecutus esse. Qui fugatus est ab his quos beneficis affectibus Aegyptios tumultus ultro reliquit, & Aethiopiis accessit, illicque ab omnibus alijs feris agens, per totos quadraginta annos speculationi ueritatis uacauit. Qui octogestimum iam natus annum, uidit deum, quantum hominem uidere possibile est, imo quantum nulli alij datum est, iuxta ipsius a deo testimonium dei. Nempe, si contingat propheta uisum domino, per uisum ipsi cognoscat, & in somno ipsi loquar, non sic uelut seruus meus Moyses in tota domo mea fidelis est, ore ad os loquar ipsi in specie, & non per angelum. Hic itaque qui ipsam faciem dei aequaliter cum angelis uidere dignus factus est, ea quae a deo audiuit nobis recenset. Audiamus igitur uerba ueritatis, non in humanae sapientiae persuasione, sed in doctrinis spiritus prolata, quorum finis non est audientium collaudatio, sed eorum qui docentur salus. In principio fecit deus caelum & terram.] Moratur sermone meum sententiae admiratio. Quid primum dicam: unde expositionem incipiam redarguam ne exteriorum uanitatem, an praedicabo nostram ueritatem: Multa de uanitate prodiderunt Graeciae sapientes, & ne uia quidem sententia apud ipsos immota & inconcussa consistit, semper posttore priorem destruente, ut minime operosum sit nobis illorum dicta redarguere. Sufficiunt enim ipsi inter se ad suis ipsorum destructionem & uersionem. Qui enim deum ignorarunt, causam protidam uniuersorum generationum praesidere non concesserunt: sed ea quae consequuntur similiter ignorantiae a principio concluserunt. Quapropter aliqui ad materiales causas confugerunt, mundi elementis causam totius attribuentes. Aliqui indiuidua ac impartibilia corpuscula, molesque ac unguentis naturam uisibilium continere imaginati sunt, iam enim concretis inter se impartibilibus corpusculis, iam rursus discretis, generationes & corruptiones fieri, & in durabilioribus corporibus, fortiores atomorum implicationem, diurnitatis causam exhibere adhaerentes, reuera araneae telam texunt qui talia scribunt, qui adeo tenuita & inconstentia



SANCTI PATRIS NO-

STRI BASILII MAGNI ARCHIE-

PISCOPI CAESAREAE CAPPADOCIAE, IN OPI-

ficium sex dierum, Homilia prima. Iano Cornario Medico Physico interprete.



IN PRINCIPIO fecit deus coelum & terram. Conueniens principium est ei qui de mundi constitutione dicendus est, principium structurae eorum quae uidentur sermone praepone. Coeli enim & terrae creatio tradenda est, non sponte producta, uelut quidam imaginati sunt, uerum a deo causa accepta. Qualis auditus dignus est magnitudine eorum quae dicuntur: Qualiter praeparatam animam ad tantarum rerum auditionem occurrere conuenit: Nimirum ab affectionibus carnis puram, cui nullae rerum secularium curae tenebras offuderunt, industriam, curiose scrutantem, & undique circumspicientem, sic ubi dignam dei notionem apprehendere possit. Caterum priusquam uerborum acumen expendamus, & quantae sint partium harum uocum significationes perscrutemur, consideremus quis sit qui nobis dicit, quo etiam si scriptoris acumen non assequamur, propter intellectus nostri debilitatem, tamen ad fidem ac dignitatem dicentis intenti, sponte ad affectionem dictorum perducamur. Moyses itaque est qui hoc historiae scriptum nobis proponit, Moyses ille qui probitatis testimonium dum adhuc sub mammis higeret a deo accepit, quem adoptauit quidem filia Pharaonis, uerum regaliter educauit, sapientibus ex Aegyptijs ad erudiendum ipsum praepceptoribus praefectis: qui tyrannidis factum odio habens, & ad cognatorum suorum humilitatem decurrens, maluit cum populo dei mala tolerare, quam temporariam peccati fruitionem habere: qui amorem ad iustitiam ex ipsa natura natus est; quandoquidem etiam priusquam populi principatus ipsi committeretur, uideretur ob naturae suae in malos odium, usque ad mortem malos persequutus esse. Qui fugatus est ab his quos beneficijs affectit, & Aegyptios tumultus ultro reliquit, & Aethiopiam accessit, illicque ab omnibus alijs ferias agens, per totos quadraginta annos speculationi ueritatis uacauit. Qui octogesimo iam natus annum, uisit deum, quantum hominem uidere possibile est; imo quantum nulli alij datum est, iuxta ipsum a deo testimonium dei. Nempe, si contingat propheta uester, domino, per uisum ipsi cognoscat, & in somno ipsi loquar, non sic uelut seruus meus Moyses in tota domo mea fidelis est, ore ad os loquar ipsi in specie, & non per angmata. Hic itaque qui ipsam faciem dei aequaliter cum angelis uidere dignus factus est, ea quae a deo audiuit nobis recenset. Audiamus igitur uerba ueritatis, non in humanae sapientiae persuasionibus, sed in doctrinis spiritus prolata, quorum finis non est audientium collaudatio, sed eorum qui docentur salus. In principio fecit deus coelum & terram. Moratur sermonem meum sententiae admiratio. Quid primum dicam: unde expositionem incipiam: redarguam ne externorum uanitatem; an praedicabo nostram ueritatem: Multa de natura prodiderunt Graeciae sapientes, & ne una quidem sententia apud ipsos immota ac inconcussa constitit, semper postertore priorem destruyente, ut minime operosum sit nobis illorum dicta redarguere. Sufficiunt enim ipsi inter se ad suis ipsorum destructionem ac euerisionem. Qui enim deum ignorarunt, causam profundam uniuersorum generationi praesidere non concesserunt: sed ea quae consequuntur similiter ignorantiae a principio concluderunt. Quapropter aliqui ad materiales causas confugerunt, mundi elementis causam totius attribuentes. Aliqui in diuidua ac impartibilia corpuscula, molesque ac meatus, naturam uisibilem continere imaginati sunt, iam enim concretis inter se impartibilibus corpusculis, iam rursus discretis, generationes & corruptiones fieri, & in durabilioribus corporibus, fortiolem atomorum implicationem, diuturnitatis causam exhibere asserentes, teuera araneae telam texunt quae talia scribunt, qui adeo tenuia & inconsist

stantia principia caeli & terrae ac maris supponunt. Non enim nouerunt dicere, In principio fecit deus, caelum & terram; & propterea, citra gubernationem & dispensationem, omnia temere ferri, ab inhabitante in ipsis impietate decepti sunt: quod ipsum ut ne nobis accideret, is qui mundi fabricationem conscripsit, statim in primis uerbis per nomen dei mentem nostram illuminauit, quum ait, In principio fecit deus. Nonne bonus est ordo qui principium primum appositum, ne sine principio ipsum esse aliqui opinari possint. Deinde addidit, fecit: quo demonstratur quod minima pars potentiae ipsius opificis est id quod factum est. Quemadmodum figulus ex eadem arte infinita formans uasa, neque artem, neque potentiam infumit. Sic etiam uniuersi huius opifex, non uni mundo comparem habens, effectricem potentiam, sed in infinitum excedentem, solo uoluntatis momento, magnitudines eorum quae uidentur ad esse produxit. Si igitur & principium habet mundus, & factus est, quare quis sit qui ipsi principium dedit, & quis sit ipsius factor ac creator, imò ut ne humanis ratiocinationibus inquitens a ueritate aberres, praeuenit nos per doctrinam, uelut sigillum & amuletum animis nostris immittens, preciosum nomen dei, quum ait: In principio fecit deus. Beata natura, luculenta bonitas, id quod dilectum omnibus rationis participibus est, desiderabilis pulchritudo, principium rerum, fons uita, lux spiritualis, inaccessibilis sapientia, hic fecit in principio caelum & terram. Ne igitur imagine ris o homo ea quae uidentur principio carere, neque propterea quod ea quae in caelo mouentur, circulariter circumuoluntur, & circuli principium sensus nostri promptitudine percipi non potest: corporum quae circulariter circumferuntur naturam sine principio esse putes. Neque enim circulus hic (figuram dico planam, quae sub una linea continetur) quoniam effugit sensum nostrum, neque unde cepit, neque in quid finiat inuenire possumus, iam etiam sine principio ipsum esse statuere debemus. Verum etiam si sensum fugit, reuera tamen omnino initium a quoquam accepit is qui centro & distantia quadam ipsum circumscripsit. Sic & tu, non propterea quod in seipsa conuenientia ea quae circulariter mouentur, motus ipsorum aequalitas a nullo per medium dissecta, errorem tibi pariat, mundum sine principio & sine fine esse. Contrahe figuram mundi huius, & caelum ac terra praeteribunt. Praemissa itaque quaedam exclamatio ac quasi praecipitatio dogmatum de fine ac consummatione & transmutatione mundi, sunt ea quae nunc breuibus uerbis in rudimentis diuinitus inspiratae doctrinae traduntur. In principio fecit deus. Quae a tempore initium sumpserunt, ea necesse est & in tempore consummari. Si initium temporale habet, ne dubites de fine. Geometricae enim & arithmeticae rationes, & de corporibus solidis tractationes, et diuulgata astronomia multum occupata uanitas, ad qualem finem diuertunt: siquidem harum artium studiosi, hunc quem uidemus mundum, sempiternum esse una cum conditore uniuersorum deo ratiocinati sunt, ad eandem maiestatem, circumscriptum & materiale corpus habentem ducentes, cum incomprehensibili ac inuisibili natura, neque tantum secum cogitare potentes, quod cuius partes corruptionibus & alterationibus subiacent, eius etiam totum aliquando necesse esse, easdem affectiones cum suis partibus sustinere. Verum ad tantam uanitate ratiocinationibus suis redacti sunt, & stupidum cor ipsorum obtenebratum est, & quum se sapientes predicent stulti facti sunt, ut alij quidem caelum ab aeterno cum deo existere pronuntiarint, alij uero illud ipsum esse deum, sine principio & sine fine, & causam gubernationis rerum singularum. Professio mundanae sapientiae redundantia, grauis aliquando condemnationis additamentum ipsis afferet, propterea quod ad ob acute uanitates uidentes, uoluntarie ad ueritatis intelligentiam occaecati sunt. Verum qui stellarum distantias dimetiuntur, & semper apparentes ac septentrionales ex ipsis describunt, itemque eas quae circa austrinum polum sitae, isthic quidem habitantibus apparent, nobis autem ignotae sunt, & aquilonarem latitudinem, ac circulum zodiacum infinitis distantijs diuidunt. & siderum repetitos ac reiteratos cursus, firmamentaque & exclusiones, & motum omnium ad praecuntia ac primordialia exacte obseruant, & per quantum tempus unusquisque planetarum suum circuitum expleat: unam ex omnibus arte non inuenerunt, ut cogitarent deum uniuersum esse creatorem, & iudicem iustum, dignam pro cuiusque uita retributionem referentem: neque cognoscere potuerunt, quod ad hoc quod conditus est mundus, & quod iudicium futurum est, consequatur notio consummationis. Quia necesse est transmutari mundum, si modo animarum status ad aliam uitae speciem transiturus est. Quemadmodum enim praesens uita cognata

tam habuit huius mundi naturam, sic futura animarum nostrarum uita consimilem statui suo sortem suscipiet. At uero illi tantum abfunt ut ueris his animam aduertant, ut etiam amplexu cachinno nos perfundant, qui de consummatione mundi huius, & regeneratione seculi uerba facimus. Quandoquidem uero principium natura praepositum est his quae ab ipso sunt, necessario de his quae a tempore esse ipsum habent differens, hanc uocem omnibus praepositum fuit, inquitens. In principio fecit. Etenim erat quid, uelut uerisimile est, etiam ante mundum hunc, quod intelligentia quidem nostra contemplari nobis licet, uerum id narrare reliquit, propterea quod his qui introducuntur adhuc & infantibus parum apta ea cognitio existit. Erat quidam uelutior mundi generatione status, supermundanis potentibus conueniens, super temporalis, aeternus, sempiternus. Opificia autem in ipso, omnium conditor & opifex perfecit: Lucem spirituales beatitudinis diligentium dominum conuenientem, rationales & inuisibiles naturas, & omnem intelligibilem ornatum, quae intelligentiam nostram superexcedunt, quorum neque nomina inuenire possibile est. Haec enim inuisibilibus mundi essentiam complent, uelut nos docet Paulus dicens, quod in ipso condita sunt omnia, siue uisibilia, siue inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, siue potentiae, siue angelorum exercitus, siue archangelorum praefectura. Vnde oportebat de caetero etiam mundum hunc ad existentia superinductum, primordialiter quidem locum docendi ac erudiendi animas nostras. Deinde uero etiam summam, omnium quae generantur & corrumpuntur idoneum contubernium. Congenitus itaque mundo, & animalibus ac plantis in ipso, temporis decursus substituit, festinans semper & praeterfluens, ac nusquam a cursu quiescens. Aut non tale esse tempus? cuius id quod praeterijt annihilatum est, quod uero futurum est, nondum adest, praesens autem priusquam cognoscatur sensum aufugit. Talis autem est & eorum quae gignuntur & a natura producantur natura, aut augescens, omnino aut deficiens, firmitatem uero & stabilitatem non manifestam habens. Conueniebat igitur, & animalium & plantarum corporibus, uelut fluxioni cuidam ad necessitate illigatis, & motu ad generationem aut corruptionem ducente contentis, a temporis natura ambiri & contineri, quae cognata cum his quae alteratur proprietate possidet. Proinde proprie exorsus est sermonem de ipso sapiens qui hos mundi generationem edocet, inquitens, In principio fecit, hoc est in hoc principio quod est iuxta tempus. Non enim quod maior natu sit omnibus generatis, propterea ipsum praeminere testatur, in principio generatum esse dicens. Verum post inuisibilia, & intelligibilia, uisibilibus horum & sensu apprehensibilium principium originis enarrat. Dicitur itaque principium etiam primus motus, uelut in hoc principio uiae bonae est facere iusta: a iustis enim actionibus primum mouemur ad beatam uitam. Dicitur & principium unde fit aliquid, illo existente in hoc ipso, uelut in domo fundamentum, & in nauis carina. Iuxta quam significationem dicitur est, principium sapientiae timor domini. Est enim uelut basis ac fundamentum ad perfectionem ipsa religio & pietas. Est & principium artificialium operum ipsa ars, uelut sapientia Befeleel principium fuit ornatu tabernaculi. Principium etiam actionum, sepe est utilis finis, eorum quae fiunt, uelut misericordia & eleemosyna, laus ac commendatio apud deum, & omnis uir tuosae actionis finis, qui in promissionibus consistit. Quum itaque tam multipliciter dicatur principium, considera an non omnibus significatis praesens uox conueniet. Etenim a quo tempore mundi huius constitutio cepit, possibile est tibi discere, si ex praesenti retro resiliens, primam generationis mundi diem inuenire contendes. Sic enim reperies, unde sit primus temporis motus. Deinde quod uelut fundamenta quaedam & bases praestrata sunt caelum & terra. Postea quod est quaedam artificialis ratio, quae constructionis eorum quae uidemus causa & autor fuit, uelut uox principij tibi indicat, & quod non temere, neque frustra, sed ad finem quendam utilem, & magnam rerum omnium usum, introductus & constructus sit mundus, siquidem reuera est officina discendi animis rationalibus, & locus erudiendi ad cognitionem dei, per uisibilia et sensibilia, manu ductione menti exhibens ad inuisibilem speculationem. Quemadmodum Apostolus ait, Quod inuisibilia ipsius, a conditione mundi per creaturas intellecta, conspiciuntur. Aut fortassis propter breuitatem opificij quod omni temporis mora in totum caret, dicitur est. In principio fecit, quandoquidem in diuisibile quiddam & nullam distantiam habens, principium existit. Quemadmodum enim principium uiae, nondum est uia, & principium domus, nondum domus: Sic & temporis principium, nondum est tempus, imò neque minima pars ipsius. Si uero quis praecipue contentiosus principium dicit esse tempus, is cognoscat

quod diuidet ipsum in tēporis partes. Hæ aut sunt, principiu, mediū & fins. Principium autē principij animo concipere, omnino ridiculū est. Et qui principiu in duas partes secat, duo pro uno faciet. Imō magis multa & infinita, quum id quod diuisum est, semper in alia secetur. Quo igitur doceamur simul cū uoluntate dei, citra tēporis morā substituisse mundū, dicitur est: In principio fecit, quod ipsum alij interpretes sententiā manifestius explicantes reddiderunt. In summa fecit deus, hoc est coaceruatū & breui. De principio quidē igitur, ut pauca de multis dicamus, hæcenus. Quandoquidē uero etiā artū alia scitiua dicuntur, alię operatiua, alia speculatiua. Et speculatiuarū fins est, actio in mente. Operatiuarū uero, ipse corporis motus, quo cessante nihil subsistit, neq; remanet uidentibus. Saltationis enim & artis canendi tibia, nullus est fins, sed ipsa in seipsam actio definit. In factiuis autē artibus etiā cessante actione propositū est ipsum opus, uelut Aedificatoria, fabrilis lignaria ac ferraria, & textoria, & quæcunq; eius generis, quę etiam si non adlit artifex, sufficienter in seipsis artificiales rationes ostendunt, & licet admirari aedificatorem ab opere, itemq; fabrū ac textorem. Quo itaq; demonstratur, quod mundus artificialis est structura, omnibus ad speculandum proposita, ut per ipsam eius qui ipsum fecit sapientia agnoscat: non alia uoce usus est sapiēs Moyses de ipso, sed dixit. In principio fecit, nō operatus est, neq; substituit, sed fecit. Et quoniam multi ex his qui imaginati sunt mundum ab æterno cum deo coexistere, non concesserunt ab ipso factum esse, sed uelut ab umbrationem potentia ipsius existentem, sua sponte obiter substituisse: & causam quidem ipsius confitentur deum, uerum causam citra uoluntatem, uelut umbræ corpus, & splendoris resplendescantiam: Talem igitur errorem corrigens propheta, hac uerborum certitudine usus est, quum ait. In principio fecit deus, non ipsum hoc, causam ut esset exhibit, sed fecit, uelut bonus utile, uelut sapiens optimum, uelut potens maximū. Nam tantum non artificem tibi demonstrauit, qui essentiam uniuersorum conscendit, & singulas partes inter se ceapat, & totum concors ac consonum sibijpsi, & concinne habens perficit. In principio fecit deus cœlum & terram. Ex duobus principijs uniuersi originem innuit, cœlo quidem prærogatiuam generationis tribuens, terram autem secundam origine statuens, & omnino si quid medium inter fines horum congeneratum est. Quare etiam si nihil dicat de elementis, igne, aqua, & aere, tamen tu apud te ipsum intelligentia tua expende, primum quidem quod omnia in omnibus permixta sunt, & in terra inuenies, et aquam, & aerem, & ignem. Si quidē ex lapidibus quidem ignis exilit, ex ferro aut quod etiam ipsum à terra generationem habet, ignis abundans in affricionibus elucere solet, quod etiam admiratione dignum est. Quomodo in corporibus quidem existens ignis, citra nocumentum delitescit. Prouocatus uero foras, consumit ea quæ hæcenus ipsum conseruarunt. Quod autem aquæ natura insit in terra, hi qui puteos effodiunt demonstrant. Aerem uero terræ inesse, exhalationes quæ ab ipsa humecta & calfacta à sole remittuntur, comprobant. Postea uero etiam, si cœlum natura supernum locum obtinet, Terra autem infimum omnium est: ideoq; ad cœlum quidem feruntur leuia, ad terram uero grauiā repere solent, contrariissima autem inter se sunt supernum & infernum: qui eorū quæ plurimum secundum naturam distant mentionem fecit, etiam ea quæ mediam horum regionem explent comprehensim significauit. Quare ne quæras singulorū enarrationem, sed ea quæ silentur per declarata intellige. In principio fecit deus cœlum & terram. Per scrutatio de substantia singularum rerum, aut earum quæ speculationi nostræ succumbunt, aut sensui nostro propositæ sunt, longum & extētum sermonem ad expositionem sui requirit, ut in huius quæstionis consideratione plura uerba infumi necesse sit, quam in reliquis quæ de singulis quæ sitis dici possibile est, supra hoc quod neque ullum operæ precium sit ad ecclesiæ aedificationem, circa hæc tempus diutius terere. Verum de substantia cœli sufficiunt nobis ea quæ ab Esaia dicta sunt, qui uulgaribus uerbis sufficientem naturæ ipsius intellectum nobis induxit, quum inquit: Qui firmauit cœlum uelut fumum, hoc est qui tenuem, & non solidam neque crassam naturam, ad cœli compagem ac substantiam produxit. De figura quoque cœli sufficiunt nobis ea quæ sunt apud ipsum in glorificatione dei dicentem. Qui statuit cœlum uelut fornicem. Eadem hæc etiam de terra consulimus, ut ne quis sibijpsi negocium faciat, substantiam ipsius quænam sit, curiosius inquirendo, neque tempus terat ratiocinationibus, ipsum quod

nota

suppositum est inuestigando, Neq; quærat naturam aliquam qualitibus desolatam, & pro sua ratione qualitatis expertem existentem. Sed probe sciat quod omnia quæ circum ipsam conspiciuntur, ad rationem ut sint, ordinata sunt, expletua substitutæ existentia. Ad nullum enim finem peruenies, singulas in ipsa existentes qualitates ratione admere tentans. Si enim remouebis nigrum, frigidum, graue, densum, qualitates secundum saporem in ipsa existentes, aut si quæ alia circa ipsam uidentur, nihil erit quod suppositum est. His igitur relatis, ne illud quidem inquirendum moneo, super qua re consistat. Vertigine enim sic mens afficietur, ratiocinatione ad nullum confessum finem perueniente. Siue enim aerem latitudini terræ substratū esse dixeris, dubius hærebis, quomodo molis & multum inanis natura renitatur præ tanta grauitate compressa, & non dilabatur undiquaq; confidentiā effugiens, & semper sursum se diffundens super id quod ipsam comprimit. Rursum si tecum statueris, aquam esse quod terræ subiectū est, etiam sic inquires, quomodo graue & densum, non subit aquam, sed ab imbecilliore natura id quod in tantum grauitate excellit superatur ac tenetur. Ultra hoc quod etiam ipsius aquæ basim inuestrigabis, & rursus dubitabis, cui nam solido & renitenti ultimū ipsius fundum incumbat. Si uero aliud corpus terra grauius ac solidius statueris impedire terram, ne ad inferna procedat, occurret animo tuo etiam illud, quod simili quoptam etiam id opus habeat quod ipsum sustineat, & corruere non sinat. Et si confictum quid etiam illi supponere poterimus, rursus illius fulcrum animus noster inquiret, & sic in infinitum elabemur, semper ad fundamenta reperta, noua rursus excogitantes. Et quāto longius sermone progredimur, tanto maiorem renitentem facultatem ac suffulciētem uim introducere cogimur, quæ ad totum superincumbens simul reniti poterit. Quapropter terminos cogitationi tuæ præpone, ne quando curiositatem tuam ipsius Iob sermo redarguat dum incomprehensibilia scrutaris, & interrogaris ab ipso etiam tu, in quoniam anuli ipsius fixi ac firmati sunt. Caterum si quando in psalmis audieris, ego firmavi columnas ipsius, uim contentiuam ipsius, columnas dictas esse puta. Nam super maria fundauit ipsam, quid significat quā aquæ naturam undiquaq; terræ circumfusam esse? Quomodo igitur fluxillis existens aqua, & in decliue ferri solita, manet sublimis & suspensa & nusquam defluens? Tu uero non consideras quod eandem aut etiam ampliolem hæsitationem rationi exhibet terra per se pendens, grauior natura existens. Verum necesse est siue terram per se ipsam esse demus, siue super aquas ipsam fluctuare dicamus, nusquam à pia intelligentia recedere, sed omnia simul potentia conditoris contineri confiteri. Ob hæc igitur oportet dicere & quemq; sibijpsi, & percunctantibus nos, super qua re ingens hoc & intolerabile terræ pondus firmatum est: quod in manu dei fines terræ sunt. Hoc securissimum est nobis ad intelligentiam, & utile audientibus. Iam uero etiam Physici quidam ob eiusmodi causas terram immobilem manere asseuerant, Nimirum quod mediā uniuersi regionem accepit, & quod propter æqualem undiquaq; ad extrema distantiam, non habens quo magis declinet, necessariō maneat in seipsa, quum æqualitas undiq; circumfusa, omnino impossibilem ad aliquam partem inclinationem ipsi inducat. Mediam autem regionem non sorte, neq; sponte, terram naturam esse, sed hunc esse terræ naturalem, ac necessarium situm. Nam quum cœleste corpus extremam regionem sursum uersus obtineat, quæcumque sane supponamus inquit natura grauiā ex supernis elabi, ea undiquaq; ad medium deferentur. Et in quod sane partes deferuntur, in id etiam totum nimirum detrudetur. Si autem lapides & ligna & terrea omnia deorsum uersus feruntur, hic utiq; fuerit etiam fortiter proprius ac conueniens situs. Et si quid leuiū à medio feratur, ad supremum nimirum mouebitur. Quare propria latio grauissimis est deorsum uersus. Deorsum autem medium dicimus. Ne igitur mireris, si nusquam excidit terra, regionem secundum naturam, ipsum medium habens. Omnino enim necesse est manere ipsam in regione sua, aut præter naturam motam, propria sede excedere. Horum sane iam relatorum si quid tibi probabile esse uiderur, ad sapientiam dei quæ hæc sic ordinauit, miraculum transfer. Non enim minor redditur stupor propter maxima, quum modus iuxta quem fit aliquid eorum quæ præter opinionem sunt, fuerit inuentus. Sin minus, attamen simplicitas fidei fortior sit rationalibus demonstrationibus. Eadem hæc etiā de cœlo dixerimus. Quod clamosissima ac uerbosissima tractationes sapientibus mundi, de cœlesti natura propo-

sita sunt. Et alij quidem compositum ipsum ex quatuor elementis dixerunt, uelut tangibilem existentem & uisibilem, & participatam terra quidem, propter soliditatem, igne uero, quia conspicitur, reliquis autem, propter mixturam. Alij hunc sermonem ut minime uerisimilem reprobantes, quintam quandam corporis naturam ad caeli constitutionem, domini & apud seipso excogitatam superinduxerunt. Et est apud ipsos corpus quoddam aetherium, quod neque ignis est, inquit, neque aer neque terra, neque aqua, neque omnino aliquid unum ex simplicibus. propterea quod simplicibus proprius est motus rectus, quum leuia quidem sursum ferantur, grauia autem deorsum. Neque idem est sursum & deorsum ferri cum circulari circulo uolutione. Et in summa, rectam lationem ad circula rem reuolutionem plurimam distantiam habere aiunt. Quorum autem motus secundum naturam euariant, horum necesse est inquirunt, etiam essentiam euariare. Sed neque ex primis corporibus, quae sane elementa uocamus, caelum compositum esse, pronunciare nobis possibile esse, propterea quod ex diuersis composita, aequalem & inuolentem motum habere non possunt, quum singula quae in compositis insunt simplicia, alium atque alium impetum a natura habeant. Quapropter primum laboriose continentur in continentis motu composita ipsa, ob id quod unus motus non potest omnibus contrariis congruus esse & amicus, sed is qui proprius est leui, contrarius est grauissimo. Quum enim sursum uersus mouemur, grauiamur terreo, quum uero deorsum ferimur, uim facimus igneo, praeter naturam ipsum deorsum trahentes. Distractio autem elementorum ad contraria, dilapsus ac ruinae causa existit. Nam quod coactum est & praeter naturam, paululum resistens, & hoc uiolenter ac uix, cito dissoluitur in ea ex quibus compositum est, singulis congressis ad proprium locum reuertentibus. Et ob has sane ratiocinationum necessitates, reprobatis priorum opinionibus, propriae sententiae constitutione ac confirmatione opus habuerunt, qui quintam corporis naturam ad caeli & stellarum in ipso generationem supposuerunt. Alius autem quispiam iuuenili ardore praeditus, probabilibus argumentis rursus hos adortus, haec quidem confutauit & dissoluit, propria uero ex seipso opinionem introduxit. De quibus si nunc dicere aggredieremur, in similem cum ipsis garrulitatem delaberemur. Verum nos illos inter se mutuo seipso destruere ac reprobare sinentes, dimissoque de substantia sermone, credentes Moysi, quod fecit deus caelum & terram: optimum artificem eorum quae sapienter & artificiose facta sunt glorificemus, & ex pulchritudine eorum quae uidemus, cum qui omnem pulchritudinem excedit mente concipiamus, & ex magnitudine sensibilium horum & circumscriptorum corporum, infinitum illum & omnem magnitudinem superantem, omnemque intelligentiam in multitudine potentiae suae excedentem reputamus. Etenim etiam si naturam eorum quae facta sunt ignoramus, tamen id quod integre sensui nostro subiacet, tantum miraculi habet, ut etiam acutissima mens minor appareat, eo quod minimum est in mundo, ad hoc ut aut pro dignitate ipsum enarrare ualeas, aut creatori debitam laudem referre, cui omnis gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

HOMILIA SECVNDA, DE EO QUOD INVISIBILIS
erat terra & inornata.

PARVIS hodie mane immorati uerbis, tantam sententiae profunditatem occultatam inuenimus, ut de his quae sequuntur omnino desperemus. Si enim uerba sanctorum talia sunt, & loca ante portas templi adeo uenusta & ueneranda, & pulchritudinis excessu oculos mentis nostrae perstringentia, qualia nam sunt sancta sanctorum: & quis sufficiens est ut audeat accedere adyta: aut quis inspiciet arcana: inaccessibilis enim ipsorum aspectus, & aere omnino explicabilis de intellectis sermo. Veruntamen quoniam apud iustum iudicem, etiam electionis tantum eorum quae decent, non despicibiles mercede sunt constitutae, minime cunctandum est nobis ad perscrutationem. Nam etiam si dignitate translationis destituamur, tamen si a sententia scripturae spiritu auxiliante non excidamus, etiam ipsi non reiecti omnino iudicabimur, & cooperante gratia, aedificationem quandam ecclesiae dei exhibebimus. Terra autem erat, inquit, invisibilis & inornata. Quomodo utriusque pariter factis, caelo & terra, caelum quidem omnibus numeris absolutum est, terra uero adhuc imperfecta est & inelaborata: aut omnino quid est terra inornata: & ob quam causam invisibilis erat? Est quidem igitur perfecta terra structura, fertilitas ex ipsa, plantarum omnigenarum germinationes, arborum altissimarum eruptiones, tum fructuosarum

duosarum, tum infrugiferarum, florum colores & odores grati, & quaecumque paulo post, praecipiente deo emergentia ex terra, ipsam genitricem ornabunt. quorum quoniam nihil adhuc erat, merito inornata ipsam nominauit. Eadem haec & de caelo dixerimus, quod neque ipsum elaboratum erat, neque proprium ornatu acceperat, quod uidelicet nondum neque luna neque sole illustrabatur, neque choris astrorum coronabatur. Nondum enim ipsa facta erant. Quare non aberraris a ueritate etiam si caelum inornatum dixeris. Inuisibile autem terram appellauit, propter duas causas. Aut quod nondum erat ipsius spectator, aut quod submersa existens exsuperante in superficie ipsius aqua, conspici non poterat. Nondum enim congregatae erant aquae in proprias stationes ac locos, quas postea deus congregatas maria appellauit. Inuisibile igitur quid est? Partim quidem quod oculis carnis conspici non potest, uelut est mens nostra. Partim uero quod natura conspici existens, propter appositionem incumbentis ipsi corporis occultatur, uelut ferrum in profundo, iuxta quam significationem nunc inuisibile putamus: appellata esse terram, quae ab aquis occultabatur. Deinde uero quum nondum esset facta lux, nihil miri erat in mundo sita, propterea quod non illuminatus esset super ipsam aer, inuisibilem ea gratia a scriptura appellari. Caeterum adulteratores ueritatis, qui non docent suas ipsorum mentes scripturae sequi, sed ad propriae sententiae scripturarum intellectum detorqueant, materiam aiunt per has dictiones significari. Haec enim inquirunt, & inuisibilis est natura & inornata, qualitatis experta existens pro sua ratione, & ab omni forma ac figura separata, quam assumpta artifex ipse sua sapientia formauit, & in ordine adduxit, & sic per ipsam ea quae uidentur ad substantiam produxit. Siquidem igitur ingenita est haec, primum quidem aqualem cum deo senij dignitatem habebit: quo quid magis impium fieri possit? qualitatis experte, in formam, extremam deformitatem, turpitudinem typo carentem, (ipsorum enim appellationibus) eadem praerogatiua dignari, cum sapiente & potente & penitus formoso opifice ac uniuersorum conditore. Deinde tanta erit, ut totam dei scientiam suscipiat. Atque sic quodam modo non inuestigabili potentia dei, substantiam ipsius aequiparant. Siquidem sufficit & abunde potest tota dei scientia per seipsam dimetiri. Si uero minor est materiae efficacia dei, etiam sic in absurdioribus blasphemiam sermo ipsorum conuertetur, quum propter inopiam materiae, otiosum & inefficacem propria opera deum detineat ac remoretur. Verum decepit ipsos humanae naturae paupertas. Et quando quidem apud nos unaquaeque ars circa materiam quandam certo modo occupata est, uelut fabrilis ferraria circa ferrum, lignaria circa ligna, & in his aliud est subiectum, aliud forma, aliud quod ex forma perficitur: et materia quidem forissecus assumitur, forma autem ab arte adaptatur, effectus uero ex ambobus ex forma & materia componitur. Sic putant etiam in diuino opificio, figuram quidem mundi a sapientia creatoris uniuersorum inducitur esse, materiam uero forissecus conditori subiectam fuisse, & sic mundum compositum factum esse, subiectum quidem & substantiam aliunde habentem, figuram autem & formam a deo a deo deceptum. Ex hoc autem contingit ipsis, negare quidem magnam dei constitutionis rerum omnium praesidem esse, uerum uelut symboli cuiusdam collectoris, modicam quandam portionem ad rerum generationem de seipso contulisse, non potentes propter ratiocinationum humilitatem, ad ueritatis altitudinem respicere. Quia hic artes materiis posteriores sunt, propter necessitatem usus in uitam productae. Lana enim prius extitit, textoria autem successit, naturae defectum de seipsa explens. Et lignum quidem erat, fabrilis uero lignaria ars succedens, & ad quae situm semper usum materiam efformans, utilitatem lignorum nobis ostendit, remum quidem nautis, agricolis uero uentilabrum, armigeris hastam exhibens. At uero deus priusquam aliquid eorum quae uidemus fieret, in animum induxit, & promptus fuit producere ad generationem ea quae non erant, simulque cogitauit qualem nam mundum esse oportere, et formae ipsius conuenientem caelo naturam attribuit. Terra uero figura propria ipsi & debita substantiam subiecit. Ignem autem et aquam et aera, figurauit ut uoluit, et ad essentiam produxit, prout uniuersumque creati ratio exposulabat. Totum uero mundum dissimilium partium existentem, arcano quodam amicitiae uinculo ad unam societatem ac harmoniam colligauit, ut etiam ea quae plurimum inter se situ disparata sunt, unita esse uideantur per consensum. Cessent igitur a fabulosis figmentis, qui propriae ratiocinationum debilitate, incomprehensibilem mentibus, et penitus ineffabilem humana uoce potestatem dimetiuntur. Fecit deus caelum et terram, non ex dimidio utrunque, sed totum caelum, et totam terram, ipsam substantiam

forma comprehensam. Non enim figurarum est inuentor, sed ipsius naturæ rerum opifex. alioqui respondeant nobis, quomodo conuenerunt inter se factiua potentia dei, & passiuæ naturæ natura, hæc quidem subiectum exhibens citra formam, ille uero figurarum scientiam habens absq; materia, ut utriq; defectus ab altero fartiatur? opifici quidem, ut habeat ubi artem commonestret, materiae uero, ut deformitatem & formæ priuationem deponat? Verum de his hæcenus. Rursus autē ad principii reuertamur, quum dixit. In principio fecit deus cœlum & terram, multa cōsiluit, aquam, aerem, ignem, eos qui generantur ex his affectus, quæ omnia uelut mūdi expletiuæ, simul nimirum cum toto substituerunt. Verum historia ea recensere re reliquit, ut exerceret mentem nostrā ad acrimoniam, ex paucis occasionibus reliqua æstimanda exhibens. Quandoquidem igitur non dictum est de aqua, quod fecit ipsam deus, dictum autem est quod inuisibilis erat terra, expende tu tecum, quo uelo contacta non apparebat. Itaq; neq; ignis ipsam tegere poterat, illustris enim est, & luciditatem exhibet his quibus accedit, & quiduis potius q̄ tenebrosus est ignis. Neq; uero aer tunc terræ operimentum erat. Rara enim & peripicua est aeris natura, omnes uisibilibus species suscipiens, & uidentium oculis immittens. Reliquum igitur est cogitare nos, aquam in superficie superstare, nondum ad propriam sortem ac sedem substantia liquida secreta. Ex hoc autem nō solum inuisibilis erat terra, sed etiam inornata & inelaborata. Etenim humoris redundantia etiam nunc impedimentum est terræ ad producendum fructum. Eadem igitur causa est, & quod non uidebatur, & quod inornata erat. siquidem structura & apparatus terræ, est proprius ipsi & naturalis ornatus, segetes in locis planis ac humilibus redundantes, prata uirentia & uarios flores proferentia, saltus floridi, & montium uertices siluis umbrosi, quorum nihil adhuc habebat. Parturiens quidem omnium generationem, propter inditiā ipsi ab opifice potētiam, uerum iustum tempus expectans, ut ad diuinam iussione suos foetus in apertum proferret. Sed & tenebræ ait, incumbebāt super abyssum. Rursus alia fabularum occasiones, & figmentorum magis impiorum principia, eorum qui ad proprias suspiciones uerba peruertunt. Tenebras enim non ut solent exponunt, aerem quendam non illuminatum, aut locum ex corporis obiectu & obturatione obumbratum, aut omnino locum iuxta quamcunq; causam luce priuatum, sed potentiam malam. Imò magis ipsum malum a seipso principium habens, oppositum contrarium bonitati dei, tenebras exponit. Si enim deus lux est, nimirum rebellans ipsi potentia, tenebræ utiq; fuerint, aiunt, iuxta sententiæ consequentiam: tenebræ non ab alio esse ipsum habentes, sed malum per se genitū, tenebræ hostes nimirum, mortis inducitrices, uirtutis contrarietates, quas etiam subsistere, & non à deo generatas esse, ex ipsis prophetæ uerbis significari falluntur. Ex hoc sane, quid non malorum & impiorum dogmatum confictum est? Quales lupi graues distrahentes ouile dei, à parua hac uocula principio sumpto animas non inuasunt? Nonne Marcionem ecclesiarum si quis appellet, à uero nō aberrabit. Quid longe aufugis à ueritate o homo, occasiones perditionis tibi ipsi excogitans? Simplex est sermo, & omnibus intellectu facilis, inuisibilis erat terra inquit. Quæ est causa? quoniā abyssum habebat superstantem sibi. Abyssus autem significatio quæ est? aqua multa sinem difficulter apprehensibilem habens deorsum uersus. At uero nouimus multa corpora etiam per aquā tenuiorē & pellucidam sæpe transparuisse. Quomodo igitur nulla terræ portio per aquas ostendebatur? quia obscurus adhuc & obtenebratus erat aer super ipsam diffusus. Radius equidem solis per aquas penetrās, sæpe calculos in profundo ostendit. In nocte uero profunda, nullo modo quis uidere queat ea quæ sub aqua sunt. Quare id ipsum, quod inuisibilis erat terra, hoc quod adijcitur confirmat, quod etiā abyssus incumbens erat, & ipsa obtenebrata. Neq; igitur Abyssus multitudo est potentiarum oppositarū, uelut quidam phantasi imaginati sunt. Neq; tenebræ principalis quædam & maligna potentia, bono opposita. Duo enim inter se æqualia iuxta contrarietatem, corruptoria erunt penitus mutua cōstitutio, & negocia habebunt perpetuò, molestiasq; exhibebunt indefinenter inter se bello implicata. Et si excesserit potentia alterum oppositorum, consumptiuū penitus fit superati. Quare siquidem æquiualem dicunt mali ad bonum contrarietatem, incessabile inducunt bellum, & perpetuam corruptionem, uincuntium partim & uictorum. Si uero potentia

tentia praualet bonum, quæ causa est cur non mali natura penitus tollatur ac extirpetur? Si uero, quod non est fas dicere, admiror quomodo non ipsi seipso damnent, ad nefandas adeò blasphemias labantes ac titubantes. Nec uero à deo malum generationem habere, pium est dicere. Propterea quod nullum contrarium à contrario generatur. Neque enim uita mortem generat, neq; tenebræ lucis principium sunt, neq; morbus sanitatis opifex est: sed in transmutationibus affectionum, ex contrarijs ad contraria transiōnes fiunt. In generationibus autem, non ex contrarijs, sed ex congeneribus unaquæq; res fit & procedit. Si igitur, inquit, neq; ingentum est, neq; à deo genitum, unde naturam habet? Esse enim mala nullus uiuentium contradicit. Quid igitur dicimus? Quod malum non est substantia uiuens & animata, sed affectio in anima contrarie se habens ad uitam, propter dilapsum à bono seignibus accedens. Ne igitur forinsecus malum circumspice, neq; à principio genitam quandam naturam malicie imaginare, sed malicie in seipso unusquisque seipsum principalem ducem cognoscat. Semper enim ex his quæ fiunt, alia quidem ex natura nobis accedunt, uelut senectus & infirmitates; alia uero sua sponte, uelut irracionales & fortuiti casus tristitum quorundam sæpe, aut etiam hilariorum, ad aliena principia contingentes, uelut puteum fodienti, inuentio thesauri, aut ad forum progredienti, rabiosi canis incurfus. Alia uero in nobis existunt, uelut dominari cupiditatibus, aut non castigare uoluptates, uelut cohibere iram, aut manus immittere irritanti, uerum dicere aut mentiri, moribus mansuetum esse & moderatum, aut tumidum & superbia elatum. Quorum itaq; ipse dominus es, horum principia ne aliunde quaras, sed nosce Malum proprie dictum ex uoluntarijs lapsibus principium sumpsisse. Non enim si inuoluntarium & non in nobis esset, tantus timor ex legibus, iniuste agentibus impenderet. Neque ita seueræ ac implacabiles essent iudiciorū pœnæ, malefactoribus pro dignitate retribuentes. Hæc uero mihi dicta sint de proprie malo, Morbus enim & paupertas, & ignominia, & mors, & quæcunq; molesta sunt hominibus, nondum in malorum numero recenseri merentur, propterea quod neque opposita his, inter maxima bona connumeramus. Quorum aliqua ex natura sunt, aliqua uero etiam utiliter multis obuenire uidentur. Omnem igitur tropicam allegoricamq; ac ex suspitione expositionem, in præsens prætermittentes, tenebrarum intelligentiam simpliciter ac minime curiose, scripturæ uoluntatem sequentes, accipiemus. Inquit, autem ratio an simul cum mundo factæ sint tenebræ, & an antiquiores sint luce, & cur id quod peius est antiquius sit. Dicimus itaque & has tenebras non secundum essentiam substituisse, sed affectionem esse circa aerem quæ ad priuationem lucis successit. Qualis igitur lucis exors derepente locus in mundo inuentus est, ut tenebræ super aquam essent? Consideremus itaq; quod siquidem quid erat ante sensibilis huius & corruptibilis mundi constitutionem, in luce nimirum id erat. Neq; enim angelorum dignitates, neque omnes cœlestes exercitus, neq; in summa si quid est nominatum aut innominatum ex rationalibus naturis, & ministrantibus spiritibus, in tenebris degebant, sed in luce & omni spiritali læticia, sibi ipsis conuenientem statum habebant, & his nemo contradicit, qui saltem super cœlestem lucem in sanctorū promissis expectat. De quo Solomon ait, Lux iustis semper. Et Apostolus, Gratias agentes patri qui sufficientes nos fecit in portione sortis sanctorum in luce. Si enim damnati mittuntur in tenebras exteriores, Nimirum qui laude ac receptione digna operati sunt, in supermundana luce requiem habent. Quandoquidem igitur cœlum iussione dei factū est, acruatim circumextentum his quæ intra ipsum sub propria ipsius circumferētia cōtenta sunt, corpus habēs continuū, sufficiens disparare ab externis ea quæ intra ipsum sunt, necessariò conclusum intra ipsum locū obscurū cōstituit, externo splendore interciso ac intercepto. Tria enim concurrere in umbra oportet. Lucē, corpus, & obscurū locū. Mundana itaq; tenebræ per umbrā cœlestis corporis constituntur. Considera porò mihi ab exemplo euidenti quod diximus, In serenitate meridionali tentoriū quoddā ex densa & arcta materia tibi ipsi constituendo, & in tenebris extēporalibus te ipsum includendo. Tales igitur etiā illas tenebras fuisse statue, nō primordialiter subsistentes, sed ad alia consequentes. Hæc sanè tenebræ etiā ascendere super abyssum dicuntur, quoniā extremitates aeris superficiebus corporū coniūgi solent. Aqua autē erat quæ tunc omnibus superstabat. Quapropter necessariò tenebras super abyssum existere dictū est. Et spiritus dei inquit, tenebatur

ferebatur super aquas, siue spiritum hunc dicit aeris diffusionem, accipe scriptorem patres mundi tibi enumerare. Quod fecit deus, coelum, terram, aquam, aerem, & hunc diffusum iam ac fluentem. Siue quod maxime uerum est, & ab his qui nos praecesserunt comprobatum, Spiritus dei, sanctus ille dictus est, propterea quod hoc peculiariter & praecipue obseruatum est, quod tali mentione ipsum scriptura dignatur, & nullum alium spiritum dei, quam sanctum, eum qui diuinam & beatam triadem complet, nominat: & si hanc exceperis sententiam, maiorem ab ipsa utilitatem inuenies. Quomodo igitur ferebatur super aquas. Narrabo tibi non meum sermonem, sed uiri Syri tantum a mundana sapientia remoti, quantum propinquus ueritatis scientia erat. Dicebat itaque Syrorum uocem & significantiorem esse, & propter uicinitatem ad Hebraicam linguam, magis quodammodo ad scripturarum intelligentiam accedere. Esse igitur sententiam dicti talem, ferebatur, inquit, exponunt pro confouebat & incubabat aquarum naturam, ad similitudinem uolucris aut gallinae ouis incubantis, & uitalem quandam uim his quae cofouentur immittentis. Talem quandam sententiam ab hac uoce significari dixit. Nimirum ferebatur super aquas spiritus, hoc est ad uiuificationem aquae naturam praeparabat, ut sufficenter ex hoc demonstraretur id quod a quibusdam quaesitum est, quod neque spiritus sanctus ab officio fractione absit. Et dixit deus, fiat lux. Prima uox dei lucis naturam creauit, tenebras dissipauit, mundum illustrauit, omnibus acuatim gratum & iucundum aspectum induxit. Nam & coelum apparuit, hactenus mundo occultatum, & pulchritudo ab ipso tanta, quantam etiam nunc oculi testantur. Illustrabatur autem aer, immo magis permixtam siue huiusmodi totam per totum lucem habebat, celeres splendoris distributiones ad terminos ipsius ubique demittentem. Sursum enim ad ipsum aethera ac coelum festinando praeratur, in latitudine autem, omnes partes mundi, aquilonares & australes, orientales & occidentales, in breui temporis momento illuminabat. Talis enim ipsius est natura, tenuis & pellucida, ut nulla temporali mora opus habeat lux per ipsum transiens. Quemadmodum enim uisum nostrum citra temporis moram transmittit ad ea quae conspicimus: Sic etiam lucis appulsum, minima mora, & minore momento quam quis mente concipere possit, in omnes fines suos suscipit. Et aether iucundior post lucem erat, & aequae clariores, non solum splendorem suscipientes, sed etiam a seipsis remittentes, iuxta lucis refractionem splendoribus undiquaque ab aqua euiibratis. Omnia ad iucundissimum ac optimum diuina uox transmutauit. Quemadmodum enim qui in aequae profundo oscum immittit, loco luciditatem inducunt, sic creator uniuersorum, uoce ad mundum edita, lucis gratiam acuatim immisit. Fiat lux. Etiam iussio opus erat, & natura fiebat, qua neque excogitare quicquam iucundius ad fruitionem, humanae rationi possibile est. Quum porro uocem in deo, & uerbum, & iussionem dicimus, non per uocalia organa emissum sonum, neque impressionem in aerem per linguam contingentem, diuinum sermonem intelligimus, sed in uoluntate inclinationem, quo res discantibus manifestior esset, in iussionis specie figurari pytamus. Et uidit deus lucem quod pulchra esset. Quam nam satis dignam laudem lucis nos dixerimus, quae anticipatum a conditore testimonium habet, quod pulchra est. Sed & apud nos oratio oculis iudicium deserit, adeo nihil habens tantum quod dicat, quantum sensus praerertens testatur. Si autem pulchritudo quae in corpore est, ex partium inter se congruentia ac symmetria, & apparente coloris bonitate, esse ipsum habet, Quomodo in luce simplici secundum naturam existente & similitum partium, pulchritudinis ratio conseruatur. Num quod symmetriam luci, non in proprijs ipsius partibus, sed in iucunditate ac lenitate ad uisum esse testamur. Sic enim etiam aurum pulchrum est, non ex partium congruentia, sed ex sola coloris bonitate, ille tamentum ad uisum & iucunditatem adeptum. Et Hesperus stellarum pulcherrimus est, non quod proportionata habeat membra ex quibus constitutus est, sed quod iucundus quidam & delectabilis splendor ab ipso oculis illabatur. Deinde iudicium dei nunc de pulchritudine, non penitus ad uisus delectationem respicientis, sed etiam ad utilitatem ab ipsa in posterum profpicientis, factum est. Oculi enim nondum erant pulchritudinis in luce iudicis. Et separauit deus seorsim medium lucis, & seorsim medium tenebrarum, hoc est impermixtam ipsorum naturam, & iuxta contrarietatem oppositam deus construxit. Et uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Nunc quidem deinceps post solis generationem, dies

dies est aer ipse, a sole in hemispherio supra terram lucente illuminatus: & nox terra umbra, occultato sole succedens. Tunc autem non secundum motum solarem, sed diffusa primogenita luce illa, & rursus contracta, iuxta praefinitam a deo mensuram, dies fiebat, & nox contra accedebat. Et facta est uespera, & factum est mane, dies una. Uespera quidem igitur est communis terminus diei ac noctis, & matutina hora similiter uicinitas est noctis ad diem. Quo igitur praerogatiuam prioris generationis diei tribueret, prius dixit finem diei, deinde noctis, uelut insequente diem nocte. Nam ipse ante generationem lucis in mundo status, non erat nox, sed tenebrae. Quod uero contra ad diem diffinendum est, id ipsum nox nominatum est, quod sane recentiore etiam appellationem post diem adeptum est. Facta est igitur uespera, & factum est mane, dies una. Tempus diei & noctis dicit. Non amplius appellauit dies & nox, uerum praedominanti omnem appellationem attribuit. Hanc etiam consuetudinem reperies in tota scriptura, in temporis mensuratione dies numeratas, non etiam noctes cum diebus. Dies annorum nostrorum inquit Psalmodographus. Et rursus Iacob, Dies uitae meae paruae & malae. Et rursus, Omnes dies uitae meae. Quare quae nunc in historiae specie tradita sunt, legislatio sunt ad consequentia. Et facta est uespera, & factum est mane, dies una. Cuius gratia non dixit primam, sed unam, & quidem quum magis consequens esset subdituro secundam & tertiam & quartam diem, ut praecedentem & auspiciantem consequentes, primam appellaret. Sed unam dixit, Aut mensuram diei & noctis definiens, & tempus diei ac noctis connectens, ut uiginti quatuor horarum spacium diem unam expleat, ad intellecta uidelicet nocte ad diem, ut etiam si in solstitijs contingat alteram ipsarum longiorem esse, tamen praefinito tempore utriusque spacium circumscribatur. Velut si dixisset, quatuor & uiginti horarum mensura, est spacium unius diei. Aut quia solis ab eodem signo in idem rursus restitutio in una die fit, ut quoties uespera & mane, iuxta solis circulationem, mundum occupet, non in ampliori tempore, sed in unius diei spacio circuitus expleatur. Aut potior est ratio in arcanis tradita. Quod sane qui temporis naturam fabricauit deus, mensuras ipsi & signa, dierum spacium adiecit, & septenario numero ipsum dimetiens, semper septenarium in seipsum reuolui iubet. temporis motum enumerantem. Septenarium autem rursus explere unam diem, septies ipsum in seipsum reuertentem. Haec autem est circularis figura, a seipso initium sumere, & in seipsum desinere, id quod etiam aui proprium est, in seipsum reuerti, & nusquam terminari. Proptereaque caput temporis non primam diem, sed unam nominauit, ut etiam ex appellatione cognationem ad auum habeat. Quae enim characterem similitudinis, & nullius ad alterum societatis ostendit, proprie & apte una appellata est. Si uero multa secula nobis scriptura adducit, seculum seculi, & secula seculorum multis locis dicens, attamen etiam isthic non primum, neque secundum, neque tertium nobis seculum enumeratur, ut magis statuum & rerum uariarum differentiae, & non circumscriptiones & fines & successiones seculorum, ex hoc nobis demonstrantur. Dies enim domini ait, magna & illustris. Et rursus, ut quid uos diem domini quaeritis. Et, Haec est tenebrae, & non lux. Tenebrae uidelicet his qui digni sunt tenebris. Alioquin uespera carentem, & successionem non habentem, & indefinentem, diem illam scriptura nouit, quam etiam octauam Psalmodographus appellauit, propterea quod extra septenarium hoc tempus sita sit. Quare siue diem dixeris, siue auum aut seculum, eandem significationem dices. Siue igitur dies status ille dicatur, una est & non multae: Siue seculum appelletur, unicum sane fuerit & non multiplex. Quo igitur ad futura uitam cognitionem nostram abducere, unam nominauit, eam quae est seculi imago, primiciae dierum, coetanea lucis, sancta dominica, re surrectione domini honorata. Facta est igitur uespera inquit, & factum est mane, dies una. Sed enim sermones illi de uespera, in praesenti uespera assumpti, hic nobis orationem finiant. Verum pater uerae lucis, qui diem ornauit caelesti luce, qui noctem illustrauit splendoribus ignis, qui futuri seculi requiem spirituali & indefinente luce instruxit, illumine corda uestra in cognitione ueritatis, & conseruet uitam uestram inoffensam, exhibens uobis ut in die honeste deambuletis, ut reluceatis uelut sol in splendore sanctorum, ad exultationem meam in diem domini. Cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

HOMILIA III. DE MODIS GENERATIONIS



PRIMAE diei opera, immo magis unius. Ne enim dignitatem ipsius auferamus, quam in natura habet à conditore per seipsam edita, non in ordine ad alias enumerata: Verumtamen quia opera quae in ipsa facta sunt hesternus sermo recensuit, & diuisa expositione in auditores, matutinam quidem alacritatem animarum, uespertinam uero laetitiam fecit, nunc ad secundae diei miracula transit. Dico autem hoc non ad expositoris facultatem relatione facta, sed ad gratiam eorum quae scripta sunt, quae à natura id habet ut prompte excipiantur, & omni cordi blanda ac grata sit, eorum qui ueritatem probabili praefertunt. Iuxta quod etiam Psalmus significantissime dulcedinem ex ueritate proponens, Quam dulcia ait, gutturi meo oracula tua, super mel ori meo. Huius itaque quantum possibile erat, exercitio circa oracula dei animis nostris exhilaratis, rursus obuiam fuimus hodie in secunda die, miracula operum secundae diei uisuri. Sed enim non me latet, quod multi artium mechanicarum artifices ex sola diurna opera uictum sibi parantes, nos circumstant, qui sermonem nostrum discunt ac decurrant, ne diutius ab operis distrahantur. Ad quos quid dicam? Quod temporis pars deo ad usuram tradita, non euanescit, sed cum magno additamento ab ipso redditur. Quaecumque enim calamitates ocium inducunt, has dominus transmittet, & corpori robur, & animae alacritatem, & commerciorum facilitatem, & in omnem uitam successum habuerint, tamen ad futurum seculum bonus thesaurus est doctrina spiritus. Tolle itaque omnem de corde uictus curam, & te ipsum totum mihi hic praebere. Nulla enim utilitas est praesentiae corporis, corde tuo circa terrenum thesaurum occupato. **Et dixit deus, Fiat firmamentum in medio aquae, & sit separans seorsim medium aquae & aquae.** Jam etiam huius audiimus uerba dei, fiat lux, & hodie, fiat firmamentum. Amplius autem quidam habere uidentur praesentia, quod non permansit sermo in nuda uisione, sed etiam causam, secundum quam requiritur firmamenti structura, insuper explicauit: ut separat, inquit, seorsim medium aquae & aquae. Primum igitur id susceptum inquiramus, Quo modo deus loquitur, Num iuxta nostrum modum, prius quidem à rebus typus intellectui accedit & imprimiuit? Deinde post imaginationem, de subiectis proprias & aptas uniuscuiusque significationes eligens enunciat: Postea ministerio uocalium organorum tradens intellecta, Sic per impressionem in aerem, iuxta articulatam uocis motum, intelligentiam quae in occulto est, manifestat: Et quomodo non fabulosum est dicere deum tali circuitione indigere, ad eorum quae in mente habet declarationem? Aut magis pius est dicere, quod sancta uoluntas, & primus impetus intellectualis motus, hoc ipsum sermo est dei. Figuratur autem ipsum explicite scriptura, ut demonstrat quod non solum factam esse uoluerit creationem, sed etiam per quendam coadiutorem hanc adductam esse ad generationem. Poterat enim uelut ab initio dixit, de omnibus dicere. In principio fecit deus caelum & terram. Deinde, fecit firmamentum. Nunc autem deum imperantem & loquentem inducens, eum cui imperat & cui dicit tacite subindicat, non inuidens nobis cognitionem, sed inflammas nos ad desiderium, ex eo quod uestigia quaedam & significatio uerborum arcani subijcit. Quod enim labore partum est, cum laetitia suscipitur, & diligenter conseruatur. Quorum uero prompta est a deo perceptio, eorum possessio despicabilis est. Quapropter uia quaedam & ordine nos ad intelligentiam de unigenito perducit, quamuis sane uocis sermone nihil adeo opus erat incorporeae naturae, quum ipsa mente concepta traditur, & communicare inter se consilia: Vox etenim propter auditum est, & auditus propter uocem. Vbi autem non est aer, non lingua, non auris, non meatus intortus ad sensum in capite deferens sonos ac strepitus, Ibi neque uerborum usus est, sed ex ipsis intra cor conceptis, ut ita dixerim, cogitationibus, uoluntatis traditio contingit. Qui igitur uelut dixi erigatur mens nostra ad inquisitionem personae ad quam sermones fiunt, sapienter & artificiose figura haec loquendi assumpta est. Secundum est ut perscrutemur, an aliud ab eo quod in principio factum est caelum, sit firmamentum hoc, quod etiam ipsum uocatum est caelum, & an omnino caeli duo, quod ipsum hi qui de caelo philosophantur optauerint, magis ut linguas amittant, quam ut uerum esse concedant. Vnum enim supponunt caelum, & non habere

habere naturam, ut ipsi secundum aut tertium, aut multiplex accedat, tota caelestis corporis substantia ad unius constitutionem consumpta, uelut putant. Vnum enim esse quod circulariter fertur corpus, & hoc finitum, quod sane si penitus insumptum est cum primo caelo, nihil reliquum esse ad secundum aut tertium generationem. Haec quidem igitur hi qui materiam ingeneratam opifici superinducunt imaginantur, ex primo fabulamento ad consequens mendacium delati. Nos autem Graeciae sapientibus id faciendum censemus, ut ne prius nos subsannent quam dissensiones inter se componant. Sunt enim inter ipsos, qui infinitos caelos & mundos esse aiunt, quorum non probabilem ac minime uerisimilem sententiam, quum redarguerint hi qui robustioribus demonstrationibus utuntur, & geometricis necessitatibus constituerint, non habere naturam ut aliud caelum gignatur praeter unum, tunc magis deridebimus lineares & artificiosas ipsorum nugas. Siquidem uidentes nullas propter similem causam fieri, tum unam, tum multas, deinde dubitant de caelis pluribus, an sufficiat opificialis potentia ipsos ad esse producere. Quorum robur & magnitudinem nihil differre putamus à caua humiditate quae in salientibus aquis superinflatur, quum ad excellentiam potentiae dei respexerimus. Quare ridiculus est ipsorum de impossibili sermo ac ratiocinatio. Nos autem, intantum absumus ab eo ut de secundo dubitemus, ut etiam tertium inquiramus, cuius aspectu beatus Paulus dignus factus est. Psalmus porro caelos caelorum nominans, etiam plurimum notionem nobis induxit. Neque uero haec magis inopinata sunt quam septem circuli, in quibus septem stellas ferre re omnes consonè confitentur, quos etiam adaptatos esse aiunt alterum alteri, ad similitudinem cadorum ac uasorum in se mutuo inferentium. Hos autem dum contratio ad unum uersum cursu feruntur, diffusio per ipsos aethere, bene sonantem quendam ac concinnum reddere sonum, ut omnem in melodis ac cantilenis iucunditatem excedat. Deinde quum hi qui talia dicunt probationem per sensum expectant, quid dicunt, quod propter consuetudinem ab initio ad sonum, ex prima generatione ipsi adfuerit, ex multo circa audendum studio, sensu priuati sumus, quem admodum hi quorum aures in officinis ferrarijs assidue obtunduntur. Quorum fraudem ac marcorem redarguere, a deo euidenter ex primo auditu omnibus apparentem, non est uiri neque scientis tempori parcere, neque auditorum intelligentiam contemnantis. Verum externis rebus externis hominibus relictis, nos ad conuentionarium sermonem conuertamur. Dicitur est igitur à quibusdam qui nos praecesserunt, non secundi caeli generationem hanc esse, sed ampliorem expositionem prioris. Propterea quod isthic quidem in summa tradita sit caeli & terrae creatio, hic uero elaboratius modum secundum quem unum quodque factum est, scripturam nobis tradere. Nos autem dicimus, quod quum nomen aliud, & usus proprius secundi caeli traditus sit, aliud est ab eo quod in principio factum est, hoc ipsum, solidiorem naturam, & usum electum uniuerso exhibens. **Et dixit deus, fiat firmamentum in medio aquae: & fecit deus firmamentum, & separauit deus seorsim medium aquae quod erat infra firmamentum, & seorsim medium aquae quod erat supra firmamentum.** Et sane anteaquam sententiam scriptorum attingamus, id quod ab alijs contra inductum est dissoluere tentemus. Interrogant enim nos, si sphaericum quidem & globosum est firmamenti corpus, uelut uisus indicat, fluxilis autem et circa alta dilabens est aqua, quomodo potuerit super curuam firmamenti circumferentiam firmari? Quid nam ad hoc dicemus? Quod maxime quidem non si quid ad nos orbiculare conspiciatur secundum internam cauitatem, hoc ipsum necesse est etiam externa superficie sphaerice absolutum esse, & totum exacte circulo circumscriptum esse, & plane ac leuiter circumductum: Quum sane uideamus & balneorum lapideos fornices, & antrosorum adificiorum structuras, quae circa internum aspectum in semicirculi figuram circumducta, in partibus supra tectum aequalem saepenumero habent superficiem. Quare huius rei gratia, neque ipsi negocia sibi faciant, neque nobis exhibeant, uelut non potentibus in supernis partibus aquam detinere. Consequens autem fuerit dicere, Quae sit natura firmamenti, & ob quam causam locatum est, ut inter aquam medium obtineat. Firmamenti nomen familiare est scripturae usurpare in his quae robore superexcellunt. Velut quum dicit: dominus firmamentum meum & refugium meum. Et, Ego firmamentum columbas ipsius. Et hoc, Laudate dominum in firmamento potentiae ipsius. Equidem extra scripturam, firmum & solidum dicunt corpus, quod densum est & plenum, quod ad

distinctionem contra mathematicum dicitur. Est autem Mathematicum, quod in solis dimensionibus esse ipsum habet, in latitudine dico ac longitudine & profunditate. Solum uero, quod supra dimensiones, etiam soliditatem ac renitentiam habet. Scripturae uero familiare est robustum & non remittens, firmamentum dicere, Vt etiam de aere condensato saepe uoce hac usa sit, uelut quum dicit. Qui firmat tonitru: soliditatem enim & resolutum spiritus intra nubium cauitates comprehensi, eo quod uiolenter erumpant strepitus tonitrua efficientes: firmitatem & soliditatem tonitru, scriptura appellauit. Et nunc itaq; putamus, de solida quadam natura aquae lubricitatem ac facilem defluxionem sistere ac retinere potente, uocem hanc dictam esse. Nec uero quoniam iuxta commune & receptam opinionem, ex aqua generationem habuisse uidetur: aut aquae congelatae simile esse putandum est, aut tali cuidam materiae, ex humoris percolatione principium accipienti, Qualis est crystalli lapidis, quem per excellentem aquae congelationem transmutari aiunt. Aut specularij lapidis natura in metallis concrevens. Est autem lapis pellucidus peculiarem eamq; purissimam transparentiam adeptus, qui si iuxta suam naturam sincerus & absolutus fuerit repertus, neque putredine aliqua exesus, neq; segmenta ac strias in altu productas habens, ferè aeri luciditate similis existit. Nulli igitur horum firmamentum assimilamus, Puerilis enim reuera & simplicis intelligentiae est, tales de caelestibus habere opiniones. Non tamen si omnia in omnibus sunt, ignis quidem in terra, aer uero in aqua, & ex alijs similiter alterum in altero, & nullum ex sensui subiectis elementis sincerum est & impermixtum, siue ad medium siue ad oppositum societate ac communiione, huius gratia admittimus ut firmamentum, aut ex uno simplicium, aut ex his mixturam, quis esse dicat, à scriptura edocui ut nihil permitamus menti nostrae ultra concessa imaginari. Nec uero nobis illud praetereundum est tanquam significationis expertus à nobis non notatum, quod postquam imperauit deus. Fiat firmamentum: non dictum est simpliciter, & factum est firmamentum. Sed, & fecit deus firmamentum. Et rursus, separauit deus. Surdi audite, & caeci uidete ac suspicite. Et quis est surdus praeterquam non audiens adeo magna uoce inclamantem spiritum: Et quis caecus qui non uidet adeo manifestas de unigenito demonstrationes. Fiat firmamentum. Haec uox est principalis causae. Fecit deus firmamentum. Hoc creatricis & opificialis potentiae testimonium est. Verum ad coherentem expositionem sermonem reducamus. Sit separans seorsim medium aquae & aquae. Infinita quidem igitur uelut uerisimile est, aquarum diffusio erat, undique que supra terram inundantium ac eleuatarum, ut etiam proportionem ad alia elementa excedere uideantur. Ob id etiam in superioribus dicebatur, Abyssus undique terrae circumdata esse. Causam uero multitudinis in sequentibus reddemus. Nullus autem penitus, neq; quispiam eorum qui ualde exercitatum mentem habent, & circa corruptibilem hanc & diffluentem naturam acute uident, opinionem nostram impetere, uelut qui impossibilia aut ficticia in sermone proponamus. neq; reddendam rationem à nobis postulabit, super qua re aquarum natura firmata erat. Qua enim ratione terram grauiorem aqua existente eleuant, in medioq; collocant ab extremis abducetes, Eadem sane omnino, etiam infinitam illam aquam, tum propter naturalem deorsum uersus lationem, tum propter momenti undique aequilibrium, circum terram quiescere concedent. Igitur infinita aquae natura terrae circumfusa erat, non parem mensuram ad ipsam habens, sed multipliciter excedens. Sic à principio magno artifice futurum prospiciente, & propter consequentem necessitatem prima disponente. Quae igitur necessitas erat, ut aqua amplius quam dici queat excelleret: Quandoquidem necessaria erat uniuerso ignis substantia, non solum ad res terrestres disponendas, sed etiam ad uniuersum ac totius complementum. Mutilum enim esset totum, uno maximo & omnium oportunissimo destitutum. Opposita autem haec inter se, & alterum alterius corruptiuum est, ignis quidem aquae, ubi potentia praualuerit, aqua uero ignis, ubi multitudine excesserit. Oportebat autem neq; seditionem inter ipsa mutuam esse, neq; ob perfectum alterius defectum, occasionem exhiberi uniuerso ad dissolutionem. Tantam igitur humoris naturam gubernator totius praedeposuit, ut usq; ad statutos mundi constitutionis terminos, dum paulatim per potentiam ignis consumitur, resisteret. Qui itaq; omnia pondere & mensura constituit, numerata enim ipsi secundum Iob, etiam pluuiae guttae sunt; nouerat quantum tempus mundo assignasset ad

ad durabilitatem, & quantum sumptu igni praedepondere oporteret. Haec est ratio redundantiae aquarum circa creationem. At uero nullus adeo extra uitam penitus positus est, ut ratione edoceri opus habeat necessitatem ignis in mundo, non solum quod continentes uitam nostram artes ignita opera indigent, textoria dico & coriaria, aedificatoriaq; ac agricultura, Sed quod neq; arborum germinationes, non fructuum maturitates, non animalium terrestrium aut aquatiliu generationes, non horum alimenta, aut ab initio constitissent, aut ad tempus suffecissent, calore non praesente. Igitur necessaria quidem est caloris creatio, propter rerum creatarum constitutionem ac durabilitatem. Necessaria autem etiam humoris largitas, propterea quod indefinens & inuitabilis sit ignis sumptus. Circumspice omnem creationem, & uidebis caloris uim in omnibus quae generantur ac corrumpuntur dominari. Propter hoc itaq; multa aqua super terram diffusa est, & ultra illa quae uisui subiacent delata, insuperq; per omnem ipsius profunditatem dispersa. Unde fontium ubertates, et puteorum confluxiones, & fluuiorum fluentia, tum torrentium, tum perpetuo fluentium, quo in multis & uarijs promptuarijs humiditas cõseruaretur. Et ex oriente quidem à solstitio hyberno Indus fluuius manat, flumen omnium fluuiulium aquarum maximum, uelut hi qui terrae circuitus describunt, prodiderunt. A medio autem orientis Baetris & Choaspes & Araxes, à quo etiam Tanais diffusus in Moeridem exit paludem. & ad hos Phasis à caucasijs montibus delabens, & innumerabiles alij à septentrionalibus locis, in pontum Euxinum feruntur. Ab occidentibus uero aestiuis sub Pyrenaeum montem Tartesus & Ister: quorum ille quidem in mare extra columnas exoneratur. Ister uero per Europam fluens in pontum se ingerit. Et quid alios enumerare opus est, quos Rhiphi montes ultra intimam Scythiam sui generant. E quorum numero est & Eridanus cum infinitis alijs fluuijs, hisq; nauigabilibus, qui occidentales galatas & celtas & uicinos ipsis barbaros praeterlabentes, in occidentale pelagus omnes infunduntur. Alij ex meridie ex supernis plagis per Aethiopiã, partim in mare ad nos perueniunt, partim in id quod extra nauigabile est euacuantur, Aegon, & Nyfes, & Chremetes appellatur, insuperq; Nilus, qui neq; fluuijs natura similis est, quum uelut mare, Aegyptium operiat ac pelagum faciat. Sic sane terrae habitabilis apud nos locus aqua circumdatus est, & ingentibus profunditatibus pelagi illigatus, & infinitis fluuijs perpetui cursus alluitur, propter arcanam & ineffabilem sapientiam eius qui disposuit ut contraria igni natura aegre consumptilis esset. Erit tamen tempus quando etiam omnia igne comburentur, uelut ait Esaias, ubi ad uniuersorum deum differit. Qui dicit abyssos desolaberis, & omnes fluuios tuos siccabo. Quare abiecta fatua sapientia suscipe nobiscum doctrinam ueritatis, uulgarem quidem sermone, scientia autem constantem, & quae dilabi non potest. Fiat firmamentum in medio aquae, & sit separans seorsim medium aquae & aquae. Dicitur est quid significet in scriptura firmamenti uocabulum: quod non renitentem & solidam naturam, habentem grauitatem & reluctationem, firmamentum dicit; Nam sic sane terram magis proprie quis hac appellatione dignaretur. Sed propterea quod natura sublimium & superincumbentium tenuis sit & rara, & nullo sensu comprehensibilis, firmamentum hoc nominauit, comparatione tenuissimorum & sensu comprehensibilium. Et concipe mihi mente locum quendam humoris discretiuum, qui tenuem quidem & excolatum sursum transmittat, crassissimum uero & terream ad inferna demittat, ita ut ab initio usq; ad finem eadem temperies conferuetur, particulatim humoris detractione fiente. Tu uero multitudini aquae fidem non habes, ad caloris autem multitudinem non respicis, qui etiam si modicus fuerit magnitudine, multam tamen humiditatem per uim suam consumit. Attrahit enim adiacentem humorem, uelut indicat medicinalis cucurbita. Consumit autem attractum, uelut uidere est in lucernarum igne, qui per funiculum adiacens alimentum attrahens, cito ipsum per transmutationem comburit, & ad fauillam redigit. At uero aethera quis ambigit esse ignitum & perurentem: qui si non necessario creatoris ipsius termino contineretur, quidnam prohiberet ipsum omnia inflammantem & contigua comburentem, omnem simul in rebus existentem humiditatem consumere: Quapropter aqua aeris fit, dum obnubilatur ex uaporum sublatione superius locus, quos fluuij & fontes, & lacunae, & paludes, & maria omnia emittunt, ut ne omnia inflammans aether corripiat, quando sane etiam solem hunc uidemus aestatis tem-

pore, irriguam saepe & lacustrem regionem in breuissimo temporis momento, humore penitus priuatam & siccam relinquere. Vbi igitur est illa aqua? ostendant nobis qui omnium rerum scientia praestant, an non omnibus manifestum est, quod caliditate solis exhalauit & consumpta est? quanquam neque calidum esse solem illi dicant, tantum ipsis id quod dicant redundat. Et considerate saltem qua demonstratione nitentes, se contra actionem ipsius opponunt. Quoniam albus est inquit colore, & non subrufus, neque flauus, ea gratia neque ignitus est natura. Sed & caliditatem huius ex ueloci circumactu esse dicunt. Quid uero hinc sibi ipsis uolunt ac disponunt? ut nihil humorum consumere sol ipse putetur. Ego uero etiam si non sit uerum quod dicunt, tamen uelut comprobans meum sermonem, non reprobabo. Dicebatur enim a me propter caloris sumptum necessariam esse aquarum multitudinem. Nihil autem differt ex natura calidum esse, aut ex affectione ardorem habere, ad hoc sane ut eadem accidentia circa eadem materias gignat. Siue enim conficta inter se mutuo ligna, ignem ac flammam concipiant, siue ex flamma accensa combusta fuerint, aequalis est ac consimilis ex utriusque finis. Quanquam magnam omnia gubernantis sapientiam uideamus, quae solem ex alijs ad alia loca transponit, ut ne in iisdem semper commorans, rerum ordinem ac constitutionem per caloris redundantiam deuaslet. Sed nunc quidem ipsum ad austrinam partem circa hyberna solstitia abducit. Nunc uero ad aequinoctialia signa transfert, & inde ad septentrionalia sub aestiua solstitia reducit, ut transitione ipsius paulatim fiente, locis circum terram temperies conseruetur. Considerent porro an non ipsi seipso impetant, ac sibi ipsis aduersentur, qui mare dicunt neque fluminibus inundare, ac ex crescere propter solis sumptum, insuperque salum & amarum relinqui, tenui & potabili praecaliditate consumpto, quod ipsum ex solis maxime discretionem contingit, seu quidem abducentis, crassum uero & terreum, uelut quendam limum ac fecem relinquentis: ex quo amaritudo & salugo, & siccandi uis mari adest. Qui sane talia de mari dicunt, rursus mutata sententia, nullam humoris fieri imminutionem ex solutione congruente, iuxta similitudinem uero etiam hoc appellationem transfumente. Obseruauimus autem in multis locis, eum quem uidemus locum, caelum dici, propter densitatem coherentiamque ac continuitatem aeris, manifeste oculis nostris subiacentis, & ab eo quod conspicitur, apud Graecos urani appellationem habentis. Velut quum ait, uolatilia caeli. Et rursus, Volantia iuxta firmamentum caeli. Tale est etiam, Ascendunt usque ad caelos. Et Moyses benedicens tribum Ioseph, a terminis caeli & roris, & a solstitijs, & coitibus lunae, & a uertice montium ac collium perpetuorum, benedictiones tribuit, tanquam locus circa terram per moderationem in his fertilis reddatur. Sed & in excreationibus Israel, Erit tibi ait, super caput caelum arcum. quidnam hoc dicens? perfectam siccitatem & defectum aquarum aeriarum, per quas fecunditas fructuum in terram existit. Quum igitur ex caelo ferri dicit rorem aut pluuiam, de aquis accipimus quas supernam regionem obtinere ordinatum est. Congregatis enim exhalationibus circa altitudinem, & densato aere per spirituum constrictiones, quum quidem quae haecenus fuerit humiditates ad modum uaporis & tenuiter in nube dispersae, inter se congressae fuerint, guttae gignuntur, & ob concrementum grauitatem deorsum uersus feruntur. Et haec est pluuiarum generatio. Quum uero humor uolentia uentorum relisus inspumuerit, deinde ad summum frige factus totus per totum congelatus fuerit, fracta nube nix delabitur. Et in summa iuxta eandem rationem uidere tibi licet, omnem humoris naturam circa aerem super caput nostrum consistentem. Et nemo cum superflua curiositate eorum qui de caelo philosophantur, simplicitatem & incopositam spiritualium sermonum supellestem comparat. Quanto enim pulchritudo in castis praestantior est meretricia, tanta etiam est nostrorum sermonum ad externos diuersitas. Illi enim coactam uersimilitudinem rationibus ac uerbis probabilibus inducunt. Hic autem nuda uersutiarum ac machinamentorum ueritas proposita est. Et quid opus est nos negocijs implicari in mendacijs ipsorum redarguendis, quibus sufficit ipsorum illorum libris inter se oppositis, in magna quiete spectatores belli ipsorum sedere. Neque enim numero pauciores, neque dignitate cedentes, uerum uocalitate etiam multum praestantes, ad contrarium illis se opponunt sermonem, qui totum uniuersum exardere dicunt, & rursus reuiuiscere, ex seminarijs rationibus quae

quae in exultis remanent. Unde etiam infinitas mundi corruptiones & regenerationes inducunt. Sed illi quidem in utraque partem a ueritate diffusi, hinc & hinc digressiones ad errorem sibi ipsis inueniunt. Nobis autem ad ecclesiasticos etiam quosdam sermo quidam est de discretis aquis, qui praetextu recessus a sensibilibus in sublime, & intelligentiae altioris, ad allegorias confugerunt, potentias spirituales & incorporeas tropice ex aquis significari dicentes, & superne quidem supra firmamentum mansisse meliores, inferne uero in terrestribus ac materialibus locis permansisse malignas. Propterea sane aiunt etiam deum, aquas supra caelum laudare, hoc est bonas potentias, dignas existentes propter mentis ac principalis animae partis puritatem, conuenientem conditori hymnum absoluere. Aquas autem sub caelo spirituales esse malignitates, a naturali altitudine ad maliciae profunditatem delapsas. Quas uelut turbulentas existentes & seditiosas, & tumultibus ac affectionibus redundantes ac exaestuantes, mare nominatas esse, propter transitionem & instabilitatem uoluntariorum motuum. Tales porro sermones uelut somnii pares & aniles fabulas relegantes, aquam, aquam intelligamus; & discretionem a firmamento factam, iuxta redditam causam accipiamus. Et tamen etiam si aliquando ad glorificationem communis uniuersorum domini, aquae quae supra caelos sunt assumantur, non ob id rationalem naturam ipsas esse putamus. Neque enim caeli animati sunt, quoniam enarrant gloriam dei, neque firmamentum animal est sensitiuum, quoniam annunciat creationem & opera manuum ipsius. Et si dicat quis caelos quidem esse speculatiuas potentias, firmamentum autem actiuas & factiuas eorum quae decent, uelut superbum quidem ac uenustum sermonem suscipimus, uerum autem esse non adeo ualde concedemus. Sic enim & ros, et pruina, & frigus & aestus, quoniam apud Daniele laudare uniuersorum opificem iubentur, spiritualis quaedam erit & inuisibilis natura. Verum sermo in his apud eos qui mente praediti sunt speculatiue acceptus, completiuus est glorificationis conditoris. Non enim solum aqua supra caelos, uelut honoribus praeposita, propter eminentiam quae ex uirtute ipsi adest, deo laudem explet. Sed laudate ipsum ait, & quae ex terra sunt, dracones & omnes abyssi. Quare etiam abyssi ipsa, quam in peiorem partem hi qui allegorij utuntur reiecerunt, neque ipsa adeo reiectilis a Psalmographo iudicata est, in communem creationis chorum assumpta. Sed & ipsa iuxta existentes in ipsa sermones ac rationes, concinne explet conditori hymnorum cantilenam. Et uidit deus quod pulchrum esset. Non oculis dei iucunditatem exhibent ea quae ab ipso sunt, neque talis apud ipsum laudatio est pulchrum, qualis apud nos. Sed pulchrum est id quod ratione artis perfectum & absolutum est, & quod ad finis utilitatem tendit. Qui itaque in principio scopum rerum quae ab ipso sunt proposuit, ea quae particulatim sunt uelut completiua finis, artificialibus suisque rationationibus percensens approbavit. Alioqui et manus per seipsam, & oculus seorsim, & unaquaeque statua pars diuisim sita, non utique apparuerit pulchra cuilibet cui ipsa uidentia forte contingit. Vbi uero in proprium locum ac ordinem reposita fuerit, tum nobilitas operis ex proportione relucens uix tandem idiotae cognobilis existit. Atqui artifex etiam ante compositionem, uniuscuiusque pulchritudinem nouit, & laudat singula, ad finem ipsorum sententiam suam referens. Talis igitur quispiam etiam nunc artificiosus laudator partialium operum deus est. Adscriptum est autem hoc, debitam laudem etiam uniuerso simul mundo absoluto explens. Sed enim hic nobis de secunda die sermones de finant, quo studiosis auditoribus temporis oportunitas exhibeatur expendendi ea quae audierunt, ut si quid utile in ipsis sit, id ipsum memoria conseruent, & per sedulam meditationem, uelut per quandam concoctionem, eorum quae utilia sunt distributionem ac digestionem expectent. His uero qui circa commutem uitam ac uicium acquiritur occupati sunt uacatio detur, ad curas per medium tempus disponendas, ut pura a curis animae ad uespertinam sermonum epulationem accurrant. Qui porro magna opificia perfecit deus, & qui disposuit ut parua haec a nobis dicerentur, det uobis intelligentiam in omnibus suis ipsius ueritatis, quo ex uisibilibus inuisibilem intelligatis, & ex magnitudine ac pulchritudine creaturarum, decentem de conditore opinionem assumatis. Inuisibilia enim ipsius a conditione mundi per creaturas intellecta conspiciuntur, sempiternaque ipsius potestas & deitas: ut & in terra, & in aere, & in caelo & in aqua, & in nocte & in die, & in omnibus uisibilibus in principio, exempla benefactoris capere queamus. Neque enim peccatis

occasionem aliquam dabimus, neq; inimico locū in cordibus nostris relinquemus, per assiduam memoriam inhabitantem habentes in nobis deum. Cui omnis gloria & adoratio nunc & semper in uniuersa ac infinita secula seculorum, Amen.

HOMILIA IIII. DE CONGREGATIONE AQUARVM



VNT quædam ciuitates quæ omnigenis spectaculis præstigatorum à summo mane usq; ad uesperam ipsam oculos pascūt. Et sanè quædam etiã cantilenarum fractarum & corruptarum, & omnino multam intemperantiã animis nostris parientium, quàm diuissima auditione non exsatiantur. Et tales populos multi beatos prædicat, quod fori mercimonijs aut studijs ex artibus ad uitam tutandam excogitatis, relictis, per ocium omnemq; uoluptatem præstitum sibi uitæ tempus transigunt, non scientes quod orchestra spectaculis proteruis abundans, communis & publicus locus est ad discendam petulantiam his qui in ea cõsident, & quod ex omni harmonia compositi tibiãrum modi, & cantilenæ meretriciæ animis auditorum insidentes, nihil aliud quàm omnes inhoneste se gerere persuadent, citharistarum aut tibiãrum crumata ac lasciuos motus imitando. Iam uero quidam nimio equorū studio flagrant, etiã per somnium pro equis pugnant, currus transmutantes, & aurigas transponentes, & in summa à diurnæ desipientiæ imaginationibus ne in somno quidem desistunt. Nos autem quos dominus magnus miraculorum editor & artifex, ad transuersionem & ostentationem priorum operum cõuocauit, languēbimus ad spectaculum, aut pigri erimus ad auscultationem oraculorum spiritus, & non magnã hanc acuariam diuini opificij officinam circumstantes, & ad superiora tempora retrogressi, unusquisque mente contemplantur uniuersi constructionem: Cœlum quidem statuit iuxta propheticum sermonem, uelut fornix. Terram autē infinita magnitudine & grauitate, ipsam super seipsam firmatam. Aerem diffusum mollem & humidum natura, proprium & continentum alimentum respirantibus exhibentem, cedentem autem & findi se sinentem per mobilia, propter tenuitatem, ut nullum impedimentum sit ab ipso, his qui procedunt ac in ipso concitantur, dum semper ad posteriorem partem eorum qui ipsum findunt, facile cedit ac diffluit. Aquæ autem naturam, tum alimentum præbentis, tum ad alios usus nobis ordinata, & bene constitutam huius ad definitos locos congregationem, ex recēs à nobis lectis conspicies. **Et dixit deus, congregetur aqua quæ sub cœlo est in congregationem unam, & uideatur arida, & factū est ita, & congregata est aqua quæ sub cœlo erat, in congregationes ipsarum, & uisa est arida, & uocauit deus aridam, terram, & congregationes aquarum uocauit maria.** Quanta mihi negocia exhibebas in superioribus sermonibus expetens causam, Quomodo inuisibilis erat terra, quum omni corpori naturaliter color adlit, & omne corpus uisu sensibile consistat. Et fortasse tibi non sufficienter habere uidebantur ea quæ diximus, quod ad nos inuisibilitas, non ad naturam dicta fuerat, propter aquæ superpositionem, quæ tum omnem terram contegebat. Ecce nunc audi ipsam seipsam declarantem scripturam. **Congregentur aquæ & uideatur arida.** Contra huntur uela, ut conspicua fiat quæ hactenus non uidebatur. Fortassis autem quis etiam illud adhæc inquisierit. Primum quidem, Cur quod secundum naturam aquæ inest ut ad decliue feratur, hoc ipsum ad imperij opificis sermo reducit. Quam diu enim in planicie sita fuerit aqua, stabilis est, non habens quo diffuati. Postquam uero decliuitatem aliquam occupat, statim ubi præcedens fuerit concitata, ea quæ ipsi coheret gradum motæ occupat, & illius ea quæ consequitur, atq; sic quidem effugit semper præcedens, protrudit autem superueniens, & tanto uelocior latio contingit, quanto amplior fuerit grauitas eius quæ defertur, et locus cauior ad quē influxus fit. Si igitur hoc à natura aque adest, superfluum est præceptum quod iubet aquas in unam congregationem congregari. Nam omnino propter naturæ deorsum uersus momentum, ad cauiorem omnibus regionē sua sponte concessura erat, & non prius gradum fixura, quàm dorsum ipsius exaquaretur. Nulla enim est regio ita plana, uelut est ipsa aquæ superficies. Deinde quomodo ait in unā congregationem concurrere aquas iussas esse, quum multa sint maria plurimum inter se situ segregata. Ad primum quidem igitur quæ situm, illud dicimus. Quod maxime quidē tu post præceptum dominicū cognouisti aquæ motus, & quod fluxa est ac instabilis, & ad prona ac caua

ac caua secundum naturam fertur. Ante hoc autem, quam habebat uim priusquã ipsi ex præcepto hoc cursus accederet, neq; ipse nouisset, neq; aliquem qui nouisset audiuisset. Cogita enim quod dei uox natura est creatrix, & quod tūc fiebat ad creaturam præceptum, consequentiam deinceps ipsis creatis exhibebat. Dies & nox semel per opificem creatæ sunt, & ex illo etiam nunc mutuo successu, & aquis portionibus tempus diuidere non desinunt. Congregetur aqua. Iussa est currere aquarum natura, & nunquã languet, ad præceptum illud perpetuo spectans ac festinans. Hoc autem dico, ad fluxam aquarū portionem respiciens. Aliæ enim sua sponte fluunt, uelut fontanæ & fluuiatiles, Aliæ collectiuiæ sunt & non progredientes. Verum mihi nunc de progredientibus est sermo. Congregentur aquæ in congregationem unam. Si unquam tibi supra fontem largam a quam egerentem stanti cogitatio contigit: Quis est qui impellit aquam ex sinu terræ: quis est qui urget ipsam ut ulterius pergat: qualia sunt promptuaria unde procedit: quis est locus in quem festinat: quomodo & hæ non deficiunt, & illæ nō explentur: hæc ex prima illa uoce dependent, illinc cursus aquæ indulgentia. Per omnem aquarum historiam memor sis primæ uocis, Congregentur aquæ. Oportebat ipsas currere ut proprium locum occuparent: deinde ubi essent in præstitutis locis, manere in seipsis & non ulterius procedere. Propterea iuxta Ecclesiastici sermonem omnes torrentes in mare procedunt, & mare nō impletur, quandoquidem & fluere aquis contingit propter diuinum præceptum, & mare intra fines circumscribi, à prima legislatione est. Congregentur aquæ in congregationem unam. Ut ne superinfluens aqua super locos ipsam suscipientes effunderetur, transgrediensq; semper & alia ex alijs explens, omnem continenter terram undis opprimeret, iussa est congregari in unam congregationem. Quapropter furiosum sæpe ex uentis mare, & in maximam altitudinem per undas exurgens, ubi littora tantum contigerit, impetu in spumam dissoluto retrocedit. **Aut me non timebitis dicit dominus, qui posuit arenam terminum mari. Debilissima re arena, id quod uolentia intolerabile est frenatur. Alloqui quid prohiberet rubrum mare, omnem Aegyptum cauiorem ac depressiorem ipso existentem inuadere, & cum Aegypto pelago coniungi, si non præcepto conditoris ligatum esset. Quod enim humilior sit Aegyptus rubro mari, factio nobis persuaserunt hi qui pelagus Aegyptum ac Indicum, in quo est rubrum mare, inter se coniungere uoluerunt. Quare ab aggressionem hac desisterunt. Sesostris Aegyptius qui primus eam auspicatus est, & Darius Medus qui postea perficere uoluit. Atque hæc à me dicta sunt, ut imperij potentiam intelligamus. Congregentur aquæ in congregationem unam. Hoc est alia ab hac ne gignatur, sed in prima collectione permaneat id quod colligitur ac congregatur. Deinde qui dixit congregari aquas in unam congregationem, ostendit tibi quod multæ erant aquæ per multos locos diuisæ. Nam & montium cauitates conuallibus profundis superinductæ, aquarum collectionem habebant, insuperque campi multi & supini, neque maximis pelagis magnitudine cedentes, & ualles infinitæ, & conuallēs iuxta alias atque alias figuras cauatæ, omnia aquis tunc impleta euacuata sunt, diuino præcepto ad unam congregationem aqua undiquaque compulsa. Et nemo dicat, quod siquidem aqua super omnem terram erat, omnino etiam omnes cauitates quæ nunc mare susceperunt, repletæ erant. Vbitaque aquarum collectio futura erat, cauitatibus iam præoccupatis. Ad hoc sanè dicemus, quod tunc etiam uasa conceptaculaque simul constructa sunt, quum oporteret ad unam congregationem aquam secerni. Non enim erat illud extra Gades mare, neque magnum illud & horrendum nauigantibus pelagus, quod Britannicam insulam & occidentales Hispanos ambit. Sed tunc capacitate dei præcepto fabricata, in ipsam aquarum multitudines concesserunt. Cæterum ad hoc quod contra experientiam se habet sermo apud nos de mundi creatione, non enim in unam congregationem aquarum omnis aqua cõcurrere uidetur: multa dicere licet, eaq; omnibus per se nota. Fortassis autem & ridiculum est aduersus tales digladiari. Nunquid enim & lacustres ac cœnoscas, easq; quæ ex imbris colliguntur nobis proferre debent, & putare quod per has sermonem nostrum redarguant: Verum maximum & perfectissimum aquarū concursum congregationem unā nominauit. Nam & putei congregationes aquarū sunt manu factæ, in cauatâ terræ partē, dispersa in ipsam humiditate influente. Nō itaq; uulgares aquarū coacervationes, cõgregationis appellatio indicat, sed præminentē et maximam;**

in qua totum elementum coaceruatum demonstratur. Quemadmodum enim ignis & in parua frustra concisus est in nostro usu, & aceruatum in aethere diffusus: Et aer diffusus quidem est particuatum, & aceruatum locum per omnem terram occupauit: Sic etiam in aqua quamuis parua quaedam diuisa sint collectiones, tamen una est congregatio totius elementum à reliquis secernens. Etenim stagna tum ad partes septentrionales, tum quae circa Graecum locum sunt, Macedoniamque ac Bithynorum regionem & Palaestinarum obtinent, congregationes nimirum sunt. Verum nunc de maxima omnium, & magnitudine ad terram adaequata sermo est, atque illas quidem aquas habere, nemo contradicit, non tamen maria quis ipsas decenti appellatione uocarit, etiam si quaedam saluginositate & terrestatem consimilem magno mari habeant. Velut stagnum Asphaltitis appellatum in Iudaea, et Serbonis inter Aegyptum & Palaestinam, ad Arabicam solitudinem porrectum. Haec enim stagna sunt, Mare autem unum est uelut narrant, si qui terram perlustrarunt, etiam si Hyrcanum & Caspium quidam per se circumscripta esse putent, attamen si quid credere oportet illis qui geographiam conscripserunt, inter se mutuo perforata sunt, & simul omnia ad maximum mare hostijs cōdicunt, quemadmodum etiam subrum mare, dicunt ad id quod ultra Gades est cōnecti. Quomodo igitur dicit, Deus congregationes aquarum uocauit maria? Quia in congregationem unam aquae concurrerunt, Stationes autem aquarum, hoc est sinus iuxta propriam figuram à circumfusa terra comprehensos, maria dominas appellauit. Mare septentrionale, mare austrinum, mare orientale, & occidentale rursus aliud est, & nomina pelagorum propria sunt. Pontus Euxinus, propontis, Hellepontus, Aegaeum, & Ionium, Sardonium pelagus, & Siculum, & Tyrhenicum aliud est. Et infinita sane nomina pelagorum sunt, quae singula enumerare exacte, longum fuerit & inopiarum plenum. Ob id nominauit deus congregationes aquarum maria. Verum ad hoc quidem euexit nos sermonis consequentia. Nos autem ad principium rursus redeamus. Et dixit deus, congregentur aquae in congregationem unam, & uideatur arida. Non dixit, & uideatur terra, ut ne rursus ipsam inconstructam ac inornatam pronunciet, lutosam existentem & aquae permixtam, nondum propria forma neque potentia accepta. Simul autem ne Soli causam siccitatis terrae deferamus, antiquiorem Solis generatione, siccitatem terrae opifex parauit. Expende autem sententiam scriptorum, quod non solum redundans aqua de terra defluxit, sed etiam quantum eius ipsi admixtum erat per profundum, hoc ipsum elapsam est inuicibili praeccepto domini peruersum. Et factum est ita. Sufficiens est haec inductio, ad demonstrandum opificis uocem in opus peruenisse. Adiectum est autem in quibusdam exemplaribus. Et congregata est aqua quae sub celo erat, in congregationes ipsarum, & uisa est arida. Quae sane uerba neque quidam ex reliquis interpretibus expresserunt, neque usus Hebraeorum habere uidetur. Nam reuera redundat post testimonium, quod factum est ita, amplior eorundem enarratio. Sincera itaque exemplaria obelo notata sunt, Obelus autem siue uerum signum est reprobationis. Et uocauit deus aridam, terram, & congregationes aquarum uocauit maria. Cur & supra dictum est, congregentur aquae in congregationem unam, & uideatur arida, & non scriptum est, & uideatur terra? hic rursus, uisa est arida, et uocauit deus aridam, terram? Quia arida quidem, proprietates est uelut de lineatiua ac designatiua naturae subiecti, Terra autem, appellatio quaedam rei est nuda. Quemadmodum enim rationale proprium est hominis, uox autem homo, signifiatiua est animalis cui est proprium: Sic etiam aridum proprium est hominis, signifiatiua est animalis cui est proprium: Sic etiam aridum proprium est ac praecipuum ipsius terrae. Cui itaque proprie adest ariditas, id ipsum appellatum est terra. Quemadmodum cui proprie adest hinnibile, hoc ipsum appellatum est equus. Non solum autem in terra hoc ita est, sed etiam in alijs elementis: unum quodque enim propriam & forte oblatam habet qualitatem, per quam & à reliquis secernitur, & quale unumquodque est cognoscitur. Et aqua quidem propriam qualitatem, frigiditatem habet. Aer uero humiditatem, Ignis autem caliditatem. Verum haec ut prima elementa compositorum, iuxta relatum modum rationis speculationi subiacent. Quae uero iam in corporibus collocata sunt, & sub sensum cadunt, copulatas qualitates habent, & nihil ex uisibilibus, ac sensibilibus, absolute solitariis, neque simplex ac sincerum. Sed terra quidem sicca est ac frigida. Aqua uero humida & frigida. Aer calidus & humidus. Ignis calidus & siccus. Sic enim per coniugatam qualitatem facultas prouenit, ut singula singulis permisceantur. Nam uicino elemento unumquodque per communem qualitatem

qualitatem commiscetur, & per societatem quam ad propinquum habet, contrarijs conungitur: uelut uerbi gratia, terra arida existens ac frigida, unitur quidem aquae iuxta congregationem frigiditatis, unitur autem per aquam aeri, quando quidem media inter utrumque constituta aqua, uelut duabus manibus immixta, utraque qualitate iuxta posita contingit, frigiditate quidem terram, humiditate uero aerem. Rursus aer suo interuentu conciliator fit pugnantis naturae aquae & ignis, aquae per humiditatem, igni per caliditatem implicatus. Ignis autem calidus & siccus natura existens, caliditate ad aerem colligatur, siccitate uero rursus ad terrae societatem redit. Atque sic fit circulus & chorus concinnus, consentientibus omnibus & inter se mutuum ordinem facientibus, Unde etiam proprie ordinis appellatio ipsis elementis à Graecis adaptata est. Haec à me dicta sunt ut causam adducerem, ob quam deus aridam, appellauit terram, & non terram, appellauit aridam. Quia aridum non ex his est quae posterius terrae accesserunt, sed ex his quae ab initio subsistantiam ipsius complent. Quae autem causam ut sit aliquid praebent, priora sunt natura, & preferenda his quae postea accesserunt. Quare merito ex praesistentibus & senioribus, excogitatae sunt terrae notae. Et uideat deus quod pulchrum esset. Non hoc ipsum hic sermo indicat, iucundum aliquem aspectum maris deo apparuisse: non enim oculis aspicit pulchritudines creaturarum conditor ipse, sed ineffabili sapientia ea quae sunt contemplatur. Iucundum equidem spectaculum est mare in albatum, stabili tranquillitate ipsius detinente. Iucundum etiam, quum lenibus auris exasperatum ipsius dorsum, purpureum colorem aut caeruleum inspicientibus offert, quum neque uiolenter uerberat uicinam terram, sed uelut pacificis quibusdam amplexibus ipsam complectitur. Non tamen sic putare oportet scripturam dixisse, etiam deo pulchrum ac iucundum usum esse mare, sed pulchritudo hic ratione opificis iudicatur, primum quidem quod fons omnium humiditatis circum terram est aqua maris, partim quidem per obscuros meatus se distribuens, uelut indicant laxae & antrosae terrae, sub quas cuniculos agens fluidum mare, postquam obliquis & ad altum uergentibus discursibus inclusum fuerit, à mouente ipsum spiritum impulsit, extra fertur superficie perrupta, & fit potabile, amaritudine ex percolatione sanata. Iam uero etiam calidior ex metallis qualitate in transitu assumpta, ex eadem mouentis causa feruidum fit ut plurimum & ardens, quod ipsum sane in multis locis insularibus, multisque itidem maritimis uidere datur, quum sane etiam in mediterraneis, loci quidam fluuialibus aquis uicini, ut parua magnis comparemus, consimilia perpetuantur. Ad quid igitur hoc à me dictum est? Quod tota terra cuniculis referta est, per meatus obscuros ex principijs maris subtermeante aqua. Pulchrum itaque est mare deo, & propter humoris in profundo subtercursum. Pulchrum etiam, quia fluuiorum existens receptaculum, in seipsum undiquaque suscipit fluxus, & intra suos terminos manet. Pulchrum etiam, quia aeris aquis principium quoddam est & fons, calefcens quidem radio solis, deponens autem tenuem aquam per uapores: quae sane aqua in supernum locum tracta, deinde perfrigerata, propterea quod altior sit refractione radiorum à soli paruum uimento, & simul umbra ex nebula frigiditatem intendente, pluuia fit & terram pinguefacit. Atque his nullus omnino fidem derogat, qui posuit ad ignem lebetes considerat, qui pleni humoris existentes saepe uacui deprehensi sunt, omni eo quod coquebatur in uapore secreto. Sed & ipsam maris aquam uidere licet quae à nauigantibus coquitur, qui uapores spongij excipientes, necessitatis usum in necessitatibus mediocriter consolantur. Pulchrum uero etiam aliter apud deum est mare, quia constringit & coarctat insulas, simul & ornatum & securitatem ipsis per seipsum exhibens. Deinde etiam quod terras plurimum inter se distantes per se coniungit, expeditum nauigantibus commercium exhibens, per quos etiam historias rerum ignotarum largitur, et diuitiarum causa mercatoribus existit, & uitae necessitates facile corrigit, euectionem superfluum abundantibus praebens, correctionem uero deficientibus largiens. Et unde mihi contingat totam maris pulchritudinem exacte uidere, quanta conditoris oculo apparuit: Si autem mare pulchrum & laudatum est apud deum, quomodo non pulchrior sit talis congregationis cōuentus, in qua permixtus sonus, uelut undae cuiusdam ad litus allabentis, uiros & mulierum & puerorum ac infantium, per preces nostras ad deum emittitur? Tranquillitas autem alta inconcussam ipsam conseruat, spiritibus malignitatis turbare ipsam

ipsam per hereticos sermones non potentibus. Fiatis igitur digni laude domini, bonam hanc disciplinam decentissime obseruantes, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

HOMILIA V. DE GERMINATIONE TERRAE.

T DIXIT deus: Germinet terra herbam foeni, seminans semen secundum genus & secundum similitudinem; & lignum fructiferum faciens fructum secundum genus, cuius semen ipse in ipso. Consequenter postquam respirauit terra, onere aquae submoto, praecipuum ipsi contigit ut germinet, primum herbam, deinde lignum, quod ipsum etiam nunc fieri uideamus. Vox enim tunc & primum illud praecipuum, uelut lex quaedam naturae facta est, & permansit in ipsa terra, generandi & fructificandi uim consequenter ipsi exhibens. Germinet terra. Primum in generatione est terra nascentium, est germinatio. Deinde quum prominuerint paululum germina, herba fit; deinde postquam adauicta fuerint, foenum est, paulatim firmitatem accipientibus nascentibus, & usque ad perfectionem in semen progredientibus. Viriditas enim & herbositas consimilis est omnium. Germinet terra herbam foeni. Per se ipsam terra proferat germinationem, nullius auxilio aliunde indigens. Quandoquidem quidam putant solem esse causam eorum quae ex terra nascuntur, per attractionem caliditatis uim quae in profundo est ad superficiem adtrahentem; ob id antiquior constructio est terrae quam solis, quo errore decepti desinant adorare solem, uelut ipsae causam uitae exhibeat. Si itaque crediderint quod ante illius generationem, omnia circa terram constructa erant, etiam immodicam de ipso admirationem remittent, cogitantes quod iunior est quam foenum & herba secundum generationem. Num igitur armentis quidem alimentum prius depositum est, nostrum autem nulla prouidentia dignum uisum est? Immo quae bobus & equis pabulum praedisposuit, diuitias & fructum tibi maxime preparat. Qui enim iumenta tua nutrit, suppellectilem uictus tui simul auget. Deinde seminum generatio quid aliud est, & non uitae tuae praeparatio? supra hoc quod multae adhuc herbae & olera, hominum alimenta existunt. Quare etiam si genus quoddam herbae ad alia pertineat, illorum quoque lucrum ad nos redit, & nobis usus seminum assignatus est, ut sententia doctorum talis sit. Germinet terra herbam foeni, & semen seminans secundum genus. Sic enim & diuisionis consequentia restitui poterit, quum inconuenienter nunc habere constructio uideatur, & necessitas eorum quae a natura gubernantur conseruabitur. Primum quidem germinatio, deinde herbae uiriditas, postea foeni augmentum, deinde complementum augetur per semen. Quomodo igitur inquit, omnia ex terra nascentia semen producere sermo ostendit, quum neque harundo, neque gramen, neque mentha, non crocus, non allium, non butomon, neque innumera alia genera semen producere uideantur. Ad hoc sane dicimus, Quod multa ex terra nascentia in fundo & radice seminum uim habent, quemadmodum harundo post annum incrementum, a radice quandam prominentiam emittit, seminis rationem habentem in futurum. Hoc autem & alia innumera faciunt, quae per terram dispersa in radicibus successionem possident. Quare omni re uerius id est, singulis ex terra nascentibus, aut semen esse, aut uim quandam seminariam inesse. Atque hoc est quod ait, secundum genus. Non enim prominentia harundinis oleam producit, sed ex harundine quidem alia harundo, ex seminibus uero cognatae huius quae deiecta sunt germinant. Et sic id quod in prima generatione productum est a terra, usque in hoc tempus conseruatur, per consequentiam successionis genere seruato. Germinet terra. Considera mihi ex parua uoce & praecipuo adeo breui, perfrigeratam & sterilem, partu aceruatim uehari, & ad fructus generationem commoueri, quemadmodum quae tristi aliquo ac lugubri amictu abiecta, splendidiorem induerit, & proprijs ornatus exultat, & innumera genera plantarum proferat. Volo equidem ut tibi creationis miraculum firmiter insideat, quo ubicunque reperiaris, & cuicumque generi terrae nascentium assisteris, euidentem conditoris memoriam conserues, ac captas de ipso admonitionem. Primum quidem igitur quum uideris herbam foeni & florem, ad meditationem ueritas de humana natura, in memoriam reuocans imaginem sapientis Esaeae. Quod omnis caro ut foenum, & omnis gloria hominis uelut flos foeni, Breuitas enim uitae, & in

modico

modico tempore gaudium, ac hilaritas humanae prosperitatis aptissimam apud prophetam imaginem adeptam est. Hodie floridus corpore, carnulentus praedelijs, florulentum habens colorem, praetatis uigore ualidus, & concitatus, & praecipuum non consistens & intolerabilis, cras idem hic miserabilis, aut tempore marcidus, aut morbo dissolutus. Ille conspicuus in diuitiarum opulentia, & multitudo circa ipsum adulatorum, satellitum amicorum fictorum gratiam ipsius uenantium, multitudo cognationis eiusque fiducia, grex innumerus insequentium, partim cibi gratia, partim ob alias causas ad ipsum accurrentium ipsique assidentium, quos & progressus & reuersus secum trahens, inuidiam sibi occurrentium parit. Adde ad diuitias etiam politicam aliquam potestatem, aut etiam ex regibus honores, aut gentium gubernationem, aut exercituum imperium, praecipuum magna uoce ante ipsum intonantem, feruligeros hinc & hinc grauissimam percussione subditis incutientes, plagas, bonorum publicationes, abductiones, uincula, ex quibus intolerabilis apud subditos coaceruatur timor. Et quid postea? Una nox, aut una febris, aut pleuritis, aut peripneumonia, (costarum & pulmonis hi sunt abscessus) hominem non rapit ex hominibus posse putatum, aufert, omnem scenam circa ipsum derepente denudans, & maiestas illa uelut in somnium redarguta euanescit. Quare humanae gloriae similitudo ad debilissimum florem, a propheta appositae est ac collata. Germinet terra herbam foeni, seminans semen secundum genus & secundum similitudinem. Ordo terrae nascentium adhuc etiam nunc testimonium praebet primae constructioni. Germinatio enim praecipuum omni herbam. Siue enim a radice exit ex inferna prominentia, uelut crocus & gramen, sursum germen emittere oportet, & foras prominere. Siue a femine, etiam sic necesse est primum germinationem, deinde herbam fieri, deinde foenum uirescens, deinde semen in arida iam ac crassa stipula crescens. Germinet terra herbam foeni. Quum in terram incidit semen quae moderatam humiditatem ac caliditatem habet, laxum redditur & multos meatus acquirit, & de adiacente terra decerpens familiaria & naturae suae conuenientia ad se trahit. Tenuissimae autem terrae particulae meatibus illabentes ac feruorentes, molem ipsius amplius dilatant, ut deorsum quidem radices agat, sursum uero promineat, stipulis pari numero ad radices sursum prolatis. Calefcente autem semper germine, attracta per radices humiditas, per caloris attractionem moderatum de terra alimentum simul adducit, atque hoc in stipulam, & corticem, & ualuulas frumenti & in ipsum adeo frumentum ac glumam dispartitur, & sic paulatim incremento contingit: resingulae terra nascentia ad iustam ac propriam mensuram perueniunt, siue frumentaceae, siue leguminum, siue oleraceae, siue sarmentitij generis existant. Vnicum foenum & unica herba, mentem tuam toram ad speculationem artis quae ipsa produxit applicare & excitare potest. Quomodo geniculis frumenti stipula cingitur, quo uelut ligamenta quaedam, spicarum onus facile ferant, quum fructibus plene ad terram inclinentur. Ob id Avena quidem omnino uacua est, utpote nulla re caput grauata. Frumentum autem siue triticum natura his ligamentis muniuit. In ualuula autem granum ipsum deponens, ut ne seminilegale auiculae ipsum facile diripiant, insuper etiam prominentia glumarum, uelut cuspidibus, paruorum animalium noxam abigit. Quid dicam? quid tacebo? In opulenti creationis thesauris difficilis est inuentio rei preciosioris, & grauissimum est damnum eius amissae. Germinet terra herbam foeni. Et statim cum his quae alimentum praebent simul prolata sunt uenena, cum frumento cicuta, cum reliquis alimentis, ueratrum & aconium, & mandragora, & papaueris succus. Num igitur gratiam ob utilia confiteri omittentes, accusabimus opificem propter ea quae uitam nostram corrumpunt? Illud uero non reputabimus quod non omnia uentris nostri gratia creata sunt? Imo nobis quidem destinata alimenta, ad manum prompta sunt & omnibus probe nota. Singula autem quae creata sunt propriae quandam ratione in creatione expleant. Non enim quandoquidem tibi uenenum est taurinus sanguis, ea propter oportebat aut non produci animal, aut exanguem esse, cuius robore ad tot res uita nostra opus habet. Sed tibi quidem sufficiens est ratio cohabitans ad cauendum a rebus perniciosis. Numquid enim ouiculae & caprae sciunt uitare ea quae uita ipsarum affligunt, solo sensu id quod nociuum est discernentes, tibi uero cui & ratio adest, & ars medica quod utile est suggerens, & eorum qui praesumpserunt experimentum, de nociuorum fuga admonens, difficile est, dic mihi, uenena uitare? Est autem horum nihil ociose, nihil inutiliter

tiliter generatum. Aut enim alicui brutorum generi alimentum exhibent, aut etiam nobis ipsis a medica arte in aliquorum malorum solatium inuenta sunt. Etenim cicuta stur-
 ni uescuntur, propter corporis structuram detrimentum ex ueneno effugientes. Quum
 enim tenues habeant a corde meatus, deglutitam concoquunt priusquam frigiditas ip-
 sius principales partes contingat. Veratrum autem coturnicum alimentum est per tem-
 peramenti proprietatem noxam effugientium. Sunt autem & hæc ipsa pro temporis oc-
 casione nobis utilia. Per Mandragoram enim medici somnum inducunt, opio autem si-
 ue papaueris succo uehementes corporum dolores sopiunt. Iam uero quidam etiam ci-
 cuta rabiosam appetentiam obruderunt, & ueratro multos inueteratos affectus expugna-
 uerunt. Quare quam habere te putabas contra conditoris accusacionem, ea tibi in addi-
 tamentum gratiarum actionis accessit. Germinet terra herbam foeni. Quantum sponta-
 neum alimentum in his dicit, & in radicibus, & in ipsa herba, & in ipsis etiam fructibus.
 Quantum uero & id quod ex industria & agricultura nobis accedit. Non statim iussit se-
 men & fructum proferri, sed germinare & uirescere terram, & tunc in semine perfecti, quo
 primum illud præceptum naturæ uelut documentum fiat ad eam quæ deinceps est con-
 sequentiam. Quomodo igitur, inquit, terra secundum genus profert semina, quum se-
 pe frumento in agrum proiecto, hoc ipsum nigrum triticum colligamus? Immo hoc non
 est ad aliud genus transmutatio, sed uelut in moribus quidam & aegritudo seminis. Non enim
 frumentum esse desijt, sed nigrescitur est per adustionem, uelut etiam ex ipsa appellatio-
 ne discere licet: excessu enim frigoris exustum ad alium colorem ac saporem transijt, & ta-
 men etiam rursus ad pristinam speciem redire dicitur, ubi aptam terram ac temperatum
 aerem fuerit adeptum. Quare nihil præter præceptum in terræ nascentibus fieri compe-
 rit. At uero lolium & reliqua spuria semina quæ alimentum præbetibus immixta sunt,
 quæ zizania scriptura appellare solet, non ex frumenti transmutatione fiunt, sed ex pro-
 prio principio subsistunt, propriumque genus habent. Atque hæc sane imaginem habent eo-
 rum qui doctrinas domini illegitime adulterant, & non genuino more sermonem edoc-
 torum, sed ex prauo spiritus doctrina corrupti: permiscunt autem seipsum sano ecclesiæ cor-
 pori, quo ex obscuro, malum de seipsis simplicioribus affricunt. Iam uero dominus etiam
 perfectionem eorum qui in ipsum crediderunt, seminum incremento assimilat dicens,
 Quod quum homo proiecerit semen in terram, & dormit & resurgit, noctem & diem, &
 semen suscitatur ac producit quod non nouit ipse. Sua sponte enim terræ fructum pro-
 fert, primum foenum siue herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.
 Germinet terra herbam. Et in minimo temporis momento a germinatione exorta terra,
 quo leges conditoris seruet, omnem incrementi speciem pergressa, statim ad perfectio-
 nem germina produxit. & prata quidem erant profunda ob luculentum foeni prouentum.
 Campi autem frugiferi segetibus horrentes, pelagi undosi imaginem in spicarum motu
 conseruarunt. Omnis autem herba omneque oleraceum genus, & quicquid sarmentitium
 est, & quæcunque leguminum genera, omni ubertate tunc supra terram eminebant. Neque
 enim infelix successus in his quæ tunc producta erant extimescendus erat, neque ex agri-
 colarum inexperientia, neque ex aeris intemperie, neque ex alia quapiam causa quæ produ-
 cta ledere posset. Nec uero condemnatio ubertatem terræ impediabat. Antiquiora enim
 hæc sunt peccato, ob quod in sudore uultus nostri comedere panem damnati sumus. Sed
 & lignum fructiferum, inquit, faciens fructum, cuius semen ipsius in ipso secundum ge-
 nus & secundum similitudinem super terram. In hoc uerbo omnes syluæ densæ factæ sunt,
 omnes arbores emerferunt, quæque in longissimam altitudinem exurgere solent, abietes
 & cedri & cupressi & piceæ. Itemque humiles. Omnes autem frutices statim erant comati
 ac densi. Et plantæ coronamentarij generis, & rosæ, & myrti, & lauri, omnia in uno tem-
 poris momento prius non existentia, super terram ad esse prodierunt, singula cum fami-
 liarum proprietate, manifestissimis differentijs ab his quæ diuersi sunt generis distincta, singu-
 laque proprio caractere cognoscibilia. Præterquam quod rosa tunc sine spina erat, postea ue-
 ro ad floris pulchritudinem spina adiuncta est, quo ad fructificationis iucunditatem in propin-
 quo appositum habeamus mœrorem, memores peccati, ob quod spinas & tribolos no-
 bis proferre terra damnata est. Atqui, inquit, imperatum est terræ proferre lignum fru-
 ctiferum faciens fructum super terram, Multas autem arbores uidemus, neque fructus neque
 semina

semina habentes. Quid igitur dicemus: Quod præstantiores natura primarlam mentio-
 nem adeptæ sunt. Deinde quod exacte contemplanti etiam omnes apparebunt, aut semi-
 ne præditæ, aut æquivalentia seminibus habentes. Populi enim nigra & salices & ulmi &
 populi alba, & quæcunque eiusmodi, fructum quidem nullum in conspicuo ferre uidentur,
 singulas autem has semen habere, si quis diligenter expendit inueniet. Subiectum
 enim folio granum, quod quidam in nominibus effingendis occupati, mischon Græce uo-
 cant, seminis uim habet. Quæcunque autem a ramorum surculis nasci solent, fere inde radi-
 ces emittunt. Fortassis autem seminis rationem habent etiam propagines radicum, quas
 plantatores auellentes genus inde augent. Prius tamen quemadmodum diximus hæc men-
 tione dignæ iudicatae sunt, quæ uitam nostram magis conseruant, & quæ proprijs fructi-
 bus hominem excipientes, luculentum uictum ipsi præbuntur erant. Vitis quidem uinum
 generans, quod cor hominis lætificaturum erat. Olea uero fructum exhibens exhilara-
 re potentem per oleum ipsam faciem. Quot concurrerunt in idem uerger & compen-
 dio a natura produciat Radix uitis, sarmenta in circulo uirentia & magna super terram
 diffusa, germen, pampini, uua acerba, botrus. Sufficit uitis ipsa uisu tuo diligenter conspe-
 cta, ut te de natura admoneat. Meministi enim scilicet imaginis domini, quod uitem sei-
 psum appellat, & patrem agricolam, & singulos nos per fidem ecclesiæ implantatos sar-
 menta ac palmites appellauit. Et prouocat nos ad fertilitatem, ut ne ob inutilitatem dam-
 nati in ignem mittamur. Et non cessat ubique animas hominum uitibus assimilare. Vinea enim
 facta est dilecto inquit, in apice in loco pingui. Et, uineam plantaui & circumdedi sepe.
 Humanas nimirum animas uineam dicit, quibus sepe circumdedit munimentum ex præ-
 ceptis, & custodiam angelorum. Adest enim & immittet se angelus domini in circuitu ti-
 mentium ipsum. Deinde etiam uelut periticas nobis affixit positos in ecclesia, primum apo-
 stolos, deinde prophetas, tertio loco doctores. Et antiquorum ac beatorum exemplis, me-
 ditationes nostras in altum euehens, non dimisit ipsas humi prostratas & concultu di-
 gnas. Vult autem nos uelut pampinis quibusdam circumuolutis, dilectionis amplexibus
 propinquos complecti, & in ipsis requiescere, quo semper sursum uersus impetum ha-
 bentes, uelut uites arbores scandentes, altissimis apicibus nos ipsos adæquemus. Exigit in
 super a nobis ut sustineamus dum defodimur. defoditur autem terra ab anima in deposi-
 tione curarum mundi, quæ oneri sunt cordibus nostris. Quare qui carneam dilectionem
 deponit, & amorem erga pecunias, aut erga miseram hanc gloriolam affectionem, con-
 spuendam & contemptibilem ducit, uelut defossus est & respirauit, depositus inani onere
 terrenæ elationis ac sapientiæ. Oportet autem iuxta uitis rationem, neque in multæ mate-
 riæ effusionem eluxuriari & uelut insanire, hoc est, non ad ostentationem in uita huius
 republica uersari, neque apud æternos laudem uenari, sed fructuosum esse, & uero agrico-
 læ ostentationem operum reponere. Tu uero uelut olea fructuosa in domo deis, & nun-
 quam spe denuderis, sed semper florentem habens circa te ipsum salutem per fidem. Sic
 enim perpetuam uiriditatem huius plantæ imitaberis. Sed & fertilitatem ipsius emulabe-
 ris, si largam eleemosynam ac misericordiam in omni tempore exhibueris. Caterum re-
 deamus ad percutationem artificialium constructionum, quot tunc genera plantarum
 emerferunt, alia fructuosa, alia infrugifera & ædificijs commoda, alia ad naues fabrican-
 das apta, alia ad exurendum destinata. In his rursus, uaria quidem est in unaquaque arbore
 partium ipsius constructio, difficilis autem inuenio proprietatis uniuscuiusque, & specula-
 tio differentiarum ad singula diuersi generis. Quomodo alia quidem ex ipsis in profundum
 radices agunt, alia easdem in summo habent. & alia quidem in directum nascuntur, &
 unum stipitem habent, alia uero humirepæ sunt, & statim a radice in multos exortus ac
 ramos diuisæ. Quomodo quarum rami proluxi sunt, & multum in aerem extenti, harum
 etiam radices profundæ & plurimum per circuitum dispersæ sunt, uelut fundamenta quæ-
 dam supponente natura, proportionem respondentia grauitati eorum quæ supernæ sunt.
 Quot corticum differentia, alia enim plantæ leuem corticem habet, alia aridum, & alia
 unicum corticem habent, alia multiplicem. Quod uero mirandum est, etiam humanæ iu-
 uentutis ac senectutis accidentia in ipsis plantis reperias. Nouellis enim ac uiridibus cor-
 tex extensus est, senescitibus uero uelut rugatur & exasperatur. Et alia incisa adhuc ger-
 minant, alia uero citra successionem ac propagationem manent, uelut mortem quandam
 cæsuram

caesuram perpeffe. Iam uero quidam obseruauerunt excisas aut etiam exustas pinus, in quibus cetera ac syluas transiisse. Quaedam autem naturalia uitia agricolarum diligentia curata esse nouimus, uelut malos punicas acidas, & amygdalas amariores, quae quum perforato ad radicem trunco, cuneum piceum pinguem per mediam medullam adactum suscepint, tunc succi malignitatem in utilitatem transmutant. Nemo igitur in uitis degens de seipso desperet, gnarus quod agricultura quidem plantarum qualitates transmutat: Curatio autem animae & cultura secundum uirtutem, potens est omnigenas infirmitates exuperare. At uero differentia fructuosarum plantarum circa fructus generationem tanta est, ut neque uerbis eam explicare quis possit. Non enim solum in diuersis genere fructuum differentiae sunt, sed etiam in eadem specie arboris multa diuersitas est, ubi sane alia nota fructus masculae arboris, alia foeminae, a plantarum curatoribus discreta est, qui certe & palmas in mare ac foeminas distinguunt, & uideas utique aliquando eam quae ab ipsis foemina appellatur demittentem ramos, uelut libidine concitatam & amplexum maris appetentem. uideas autem & curatores plantarum ramis ipsarum uelut femina quaedam mascularum inijcere, quos culices appellant, atque sic uelut in sensu fructuosis ac uoluptatis illam constitui, ac rursus erigere ramos, & arboris comam ad propriam figuram redire. Eadem haec & de ficis produnt. Unde aliqui syluestres ficos ad domesticas appllant, aliqui grossos fructuosos ac domesticis ficis alligantes, infirmitati ipsarum medentur, diffluentem iam ac dispersum fructum per grossos caprifici fructum continentem. Quale hoc est tibi a natura assignatum? Quod oportet nos saepe etiam ab alienis a fide, impetum ac firmitatem quandam asumere, ad honorum operum perpenetrationem. Si enim uideris aliquem qui est in uita generis, aut a quadam secta peruerfa ab ecclesia dissectus, uita modesta & reliqua moralis disciplinae studiosum esse, amplius sedulitatem tuam intende, ut similis fias fructuosae fico, quae ex syluestrium praesentia uitres colligit, et defluuium quidem cohibet, fructus uero diligentius enurrit. Tales quidem igitur differentiae plantarum sunt circa generationis modum, ut paucissima de plurimis dicam. Ipsorum autem fructuum quis recensere possit uarietatem, figuras, colores, saporum proprietatem, & a singulis utilitatem? Quomodo quidam nudi coquantur a sole, quidam uero in testis occultati complentur: Et aliquarum quidem tener est fructus, crassum uero folij tegumentum, uelut in fico. Aliquarum uero fructus densiores sunt, exilis autem foliorum praetextus, ut in nucis arbore: Quia illi propter umbram ex ipso. Quomodo diffusum est uitis folium, quo & aduersus aeris detrimentum laboris resistat, & radium solis per raritatem large suscipiat, nihil sine causa, nihil spontaneum, omnia quaedam arcanam & ineffabilem sapientiam habent. Quis sermone afficiat, qui possit quomodo humana mens omnia exaeque percenseat, ut & proprietates conspiciat, & differentias singulatum manifeste discernat, & causas occultas citra omnem defectum proferat? Vna aqua per radicem attracta, aliter nutrit radicem ipsam, aliter trunci corticem, aliter lignum, aliter medullam. Eadem & folium fit, & in uirgulta ac ramos diffunditur, & fructibus exhibet incrementum, & lachryma plantae ac succus ex eadem causa prouenit, quibus omnibus quanta sit inter se differentia, nullus sermo explicare possit. Alia enim est lentisci lachryma, & alius balsami succus, & ferulae quaedam in Aegypto ac Libya, aliud succorum genus elachrymantur. Ferunt etiam electrum siue succinum, plantarum succum esse in lapidis naturam concretum. Testimonium autem huic sermone praebent festuca & minutissima animalcula in ipso apparentia, quae tenero ac molli existente succo apprehensa, detinentur conclusa. Et in summa, qui non experimento edoctus est succorum iuxta qualitates differentiam, is nullam orationem inueniet quae actionem ac efficaciam ipsorum explicet. Quomodo rursus ab eadem humiditate in uite quidem uinum consistit, in olea autem oleum? Et non solum hoc mirabile est, quomodo illic quidem humor edulcatus est, hic uero pinguis euasit: Sed quod etiam in dulcibus fructibus ineffabilis est uarietas qualitatis. Alia est enim in uite dulcedo, & alia rursus in malo, & fico, ac palma. Quin adhuc amplius uolo te circa haec expendenda occupatum esse. Quomodo eadem aqua nunc leuis est ad sensum, quum in quibusdam plantis fuerit edulcata, nunc uero gustum offendit, quum per alias plantas inducta exaceruit. Et rursus in extrema amaritudinem mutata sensum exasperat, quum in absinthio aut scammonia fuerit. Et in glandibus

quibus quidem aut corni fructu, ad adstringentem & austeram qualitatem transit, in terebinthis autem & nucibus ad teneram & oleosam naturam transmutatur. Et quid opus est procul distita proferre? quum etiam in eadem fico ad contrariissimas transeat qualitates. Amatissima enim est in succo, dulcissima uero in ipso fructu. Et in uite, adstringentissima quidem est in flagellis ac ramis, dulcissima uero in botris. Porro differentia iuxta colores quot sunt? Videas enim in prato eandem aquam in hoc quidem flore rubescerem, & in alio purpuream, & in hoc caeruleam, & in alio albam. Et rursus ampliore hac in coloribus uarietate, circa odores differentiam exhibentem. Sed enim uideo mihi sermonem propter speculationis insatiabilitatem, in immensum excrescere, quem nisi ligatum ad necessitatem creationis abduxero, deficiet me dies in proferendo uobis ex minutissimis maximam conditoris sapientiam. Germinet terra lignum fructiferum faciens fructum super terram. Et statim uertices montium arbores uelut comas ferebant, & hortu artificioso construebantur, & flauitorem ripae infinitis plantarum generibus exornabantur, & partim quidem ad humanae mensae ornatum ordinabantur, partim uero pecoribus alimentum praeparabant, ex folijs, ex fructibus. Alia uero utilitatem ex medicina nobis largiebantur, succos, liquores, lachrymas, festucas, cortices, fructus. Et ut semel dicam, Quaecumque nobis longa experientia inuenit, ex particularibus fortuitis occasionibus id quod utile est colligens, ea acuta conditoris prouidentia a principio prospiciens, ad generationem produxit. Tu uero quum uideris hortensia, syluestria, aquatica, terrestria, florigera, aut non florentia, in paruo magnum agnoscens, semper adde aliquid miraculo, & auge mihi dilectionem conditoris. Expende quomodo alia quidem perpetuo uirentia fecit, alia uero nuda, & ex perpetuo uirentibus alia folium amittentia, alia perpetuo retinentia. Amittit enim folia & olea & pinus, etiam si latenter folia subalternent, ut nunquam uideantur coma denudari. Perpetuo autem folium retinet palma, eodem folio ex prima germinatione in finem usque permanens. Deinde etiam illud considera, quomodo Myrica uelut geminae uitae est, & inter aquatica connumerata, & iuxta solitudines abundans. Quapropter etiam Hieremias merito maligniores & in utraque partem ambigentes mores, huic arbori assimilat. Germinet terra. Paruum hoc praecipuum, statim magna natura & sermo artificiosus erat, citius cogitatione nostra innumerabiles nascentium proprietates perficiens. Illud adhuc etiam nunc praecipuum terrae existens, urget ipsam iuxta singulorum annorum circuitum, ut exerat uim suam quantum eius habet, ad herbarum & seminum ac arborum generationem. Quemadmodum enim turbo ex prima plaga ipsi in cussa, omnes deinceps circuitiones facit, quum fixo aculeo in seipso circumfertur: Sic etiam naturae consequentia ex primo praecipuo initio suscepto, ad omne consequenter procedit tempus, donec ad communem consummationem uniuersi peruenit. ad quam etiam nos fructuosi & pleni bonorum operum festinemus, quo plantati in domo domini, in atrijs dei nostri efflorescamus, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria et imperium in secula seculorum, Amen.

HOMILIA VI. DE GENERATIONE LUMINARIUM



THLETARVM spectatorem etiam ipsum impetu ac concitatione quadam participare oportet, & hoc ex panegyricis statuti uidere licet, quae confidentes in stadio, nudo capite desiderare debere faciunt, meo iudicio, ut non solum spectator decertantium, sed etiam certator unusquisque in parte aliqua existat. Sic sane etiam magnorum & immensorum spectaculorum aestimatorem, et inenarrabilis sapientiae auditorem, conueniebat de domo uenientem habere impetus quosdam ad propositorum speculationem, & pro uiribus certaminis sodalem mihi esse, & auxiliarium potius quam iudicem ad stare, ne ueritatis inuentio alicubi nos fallat, & meus error commune audientium damnum fiat. Ad quid igitur haec dico? Quia, quoniam propositum est nobis expendere mundi constitutionem, & speculatio uniuersi nobis instat, non ex mundi sapientia principia habens, sed ex his quibus deus Mosem seruum suum erudit, in specie loquutus ad ipsum, & non per aenigmata: necessarium est omnino eos qui magnarum rerum spectacula amant, non habere animum inexercitatum ad rerum nobis propositarum intellectum. Si igitur aliquando in nocturna serenitate, ad ineffabilem astrorum pulchritudinem intentis oculis, de uniuersorum opifice cogitasti, Quis est qui his floribus

ribus cœli uarietate, & quomodo in rebus uisibilibus maior est necessitas quæ uoluptas. Rursus in die, si sobria ratiocinatione didicisti diei miracula, & per uisibilia de non uisibilibus ratiocinatus es: præparatus uenis auditor & decorum supplementum uenerandi huius ac beati theatri. Age igitur, quemadmodum qui ignotos in urbibus manu apprehensos circumducunt, sic sanè etiam ego ad occulta magnæ huius ciuitatis miracula uos uelut peregrinos ducam. In hac ciuitate, in qua antiqua patria nostra, ex qua expulsi nos homicida dæmon qui suis inescationibus hominem in seruitutem adegit, hic uidebis primam hominis generationem, & eam quæ nos statim apprehendit mortem, quam generauit peccatū, primogenitus partus principis & autoris malicie dæmonis, & cognosces te ipsum terreum quidem natura, opus autem manuum diuinarum, et potentia quidem longe brutis inferiorem, principem autem electum ac designatum brutorum & inanimatorum, constructionibus quidem ex natura imminutum, uerum rationis opulentia ad cœlum ipsum eleuari potentem. Si hæc didicerimus, nos ipsos agnosceremus, deum cognosceremus, conditorem adorabimus, hero seruiemus, patrem glorificabimus, nutritiū nostrū diligemus, benefactorem reuerēbimur, principem uitæ nostræ & præsentis & futuræ adorare nō desinemus, eum qui per has quas iam nobis tribuit diuitias, etiam promissorū nobis fidem facit, & experimento præsentium, ea quæ speramus confirmat. Si enim temporalia talia sunt, qualia censenda sunt æterna? & si uisibilia adeo pulchra sunt, qualia inuisibilia erunt? Si cœli magnitudo humanæ intelligentiæ mensuram excedit, quis nam sempiternorum naturam inuestigare poterit? Si qui corruptioni subiacet, ad eodē pulcher est, adeoq; magnus, uelox ad motum, & ordinatos circuitus faciens, commoderatam ac congruentem habens mensuram ad uniuersum, ut nō excedat proportionem ad totum, pulchritudine autem nature uelut oculus quidam pellucidus decorans creationem, si infatiabilis est huius ad specus, qualis putas pulchritudine præditus est iustitiæ sol? Si cæco pœna est hunc non uidere, qualis pœna est peccatori uera luce priuatum esse? **Et dixit deus, fiant luminaria in firmamento cœli, ut luceant super terram, & separent seorsim mediū diei, & seorsim mediū noctis.** Cœlum anticipauerat itemq; terra, post hæc lux creata fuerat, dies & nox discreta fuerant, rursus firmamentum factum fuerat, & aridæ manifestatio. Aqua congregata fuerat in stabilem ac definitam congregationem. Terra repleta erat propriis foetibus ac germibus, & innumeris herbarum generibus productis, et omnigenis plantarum speciebus redundans. Sol autē & luna nondum erant: quo neq; lucis principem & patrem solem nominarent, neq; eorum quæ ex terra nascuntur opificem putarēt, hi qui deū ignorant. Ob id quarta iam die, & tunc dixit deus, fiant luminaria in firmamento cœli. Quum de eo qui dixit edoctus fueris, statim in mente tua cōiunge eum qui audiuit. **Dixit deus, fiant luminaria: Et fecit deus duo luminaria.** Quis dixit, & quis fecit? Non intelligis in his personarum duplicitatem: ubiq; ad historiam, theologiæ doctrina mystice interpersa est. Et utilitas generationis luminarium apposta est: ut luceant, inquit, super terram. Si lucis generatio anticipauerat, quomodo nunc sol rursus ut luceat factus esse dicitur? Primum quidem igitur proprius dictionis modus nullum tibi risum moueat, si nō se quimus receptas à uobis explanationes uerborum, neq; situs ipsorum concinnitatē approbamus. Non enim tornatores dictionum, neq; probe sonantes uoces recipimus, sed nominum claritatem, nos ubiq; præferendam ducimus. Vide igitur num per uocem ut luceant, sufficienter declarauit quod uolebat. Lucere enim pro illuminare dixit. Hoc uero nihil pugnat cum his quæ de luce dixit. Tunc enim ipsa lucis natura producta est. Nunc autem solare hoc corpus, ut primogenitæ illi luci uehiculum sit, præparatum est. Quæ admodum enim aliud est ignis, & aliud lucerna, ille quidem illuminandi uim habens, hæc uero ad collucendum indigentibus facta: Sic etiam purissimæ illi ac sinceræ & incorporeæ luci, uehiculum nunc luminaria præparata sunt. Sicut enim Apostolus dicit quosdam luminaria in mundo, alia uero est lux mundi uera, cuius participatione sancti luminaria fiebant animarum quas erudiebant, ipsas ab ignorantie tenebris liberantes: Sic etiam nunc solem hunc post splendidissimam illam lucem construens uniuersorum opifex, ipsum circum mundum accendit. Et nemini sanè incredibile uideatur id quod dictum est, **Quod aliud quid à luce est splendor, aliudq; rursus subiectum luci corpus.** Primum quidem ex eo quod omnia composita sic apud nos diuidantur, in suscepticem nimirum substantiam, & in

& in accedentem ipsi qualitatem. Quemadmodum igitur aliud quid est natura albedo, aliud inalbatum corpus: Sic etiam nunc relata diuersa existentia, unita sunt potentia cōditoris. Et ne dixeris mihi, impossibile esse hæc inter se diuidere. Neq; enim ego diuisionē lucis à solari corpore, mihi & tibi possibilem esse dico. Sed quod quæ nobis cogitatione separabilia sunt, ea etiam ipsa actione à naturæ ipsorum opifice disparari possunt. alioqui etiam urendi uim ignis, à splendore separare, tibi impossibile est. Verum deus admirabili speculo seruum suum excitare uolens, ignem rubo imposuit solo splendore efficacē, urendi autem uim ociosam habentē. Velut etiam Psalmographus testatur dicens. **Vox domini dissecantis flammam ignis.** Vnde etiam in retributionibus prout nos uiuimus, sermo quidam arcanus nos erudit, quod diuidetur ignis natura, & lux quidē in fruitionem suis, potentia autem urendi puniendæ destinabitur. Postea uero etiam ex lunæ affectionibus possibile est nos confirmationem quasitorum inuenire. Desinens enim & decrescens, non toto sui corpore consumitur, sed circumlitam lucē deponens & rursus assumens, imminutionis & augmenti imagines nobis exhibet. Quod autem non ipsum eius desinentis corpus consumatur, ea quæ uidentur euidentis testimoniū præbent. Licet enim tibi & in puro aere, omnique nebula remota, quum maxime falcata figuram habet, obseruare ac inspicere obscuritatem ipsius luce non illuminatam, à tanta curuatura circumscripti, quanta in plenilunij totam ipsam explet, ut clare absolutus circulus conspiciatur, uisus nostro umbratum & aereum sinum illuminatæ parti conferente. Et ne mihi dixeris in ductitiam lunæ lucē esse, propterea quod imminuitur ad solem accedens, augetur autem rursus discedens. Neq; enim illud in præsentem expendere nobis propositum est. Sed quod aliud est ipsius corpus, aliud quod illuminat. Tale quid etiam mihi in sole considerato. Præterquam quod hic semel acceptam lucem sibi ipsi contemperatam habens, non deponit. Illa uero assidue uelut exuens & rursus induens lucem, per se ipsam etiā ea quæ de sole dicta sunt confirmat. **Hi itaq; ordinati sunt, ut separent seorsim mediū diei, & seorsim mediū noctis.** Etenim supra separauit deus seorsim medium lucis, & seorsim mediū tenebrarum. Et tunc naturam ipsorum in contrarium disparauit, ut inter se nullam mixturam habeant, & luci ad tenebras nulla societas sit. Quod enim est in die umbra, hoc putare oportet in nocte esse tenebrarum naturam. Umbra enim splendore quodam illucescente, oppositè ad lucem à corporibus excidit, & mane quidem ad occasum extenta est, uespero uero ad exortum declinat, in meridie septentrionalis fit. Et nox in contrarium radijs cedit, nihil aliud existēs iuxta naturam quæ terræ umbra. Quemadmodum enim in die umbra ad id quod splendorem obstruit consistit, sic nox obumbrato aere circum terram consistere solet. Hoc igitur est id quod dictum est, quod separauit deus seorsim medium lucis, & seorsim medium tenebrarum. Quandoquidem tenebræ lucis incursum effugiunt, naturali alteratione ipsis inter se mutua, in primo opificio constituta. Nunc autem solem imposuit mensuris diei, & lunam quum ad proprium circulum absoluta est, principem fecit noctis. Ferè enim tunc ex diametro luminaria inter se opposita sunt. Ex oriente enim sole in plenilunij, luna ad obscuritatem defertur. Occidente autem rursus sole, hæc ipsa sæpe ab oriente emergit. Si uero iuxta alias figuras lunare lumen non simul cum nocte absoluitur, nihil ad propositum sermonem. Veruntamen quum in se perfectissima est, principatum quidem obtinet noctis, proprio lumine ac splendore astra superans, & terram illustrans. Ex æquo autem ad solem temporis mensuras partitur. **Et sint in signa, & in tempora, & in dies, & in annos.** Necessariæ sunt ad humanam uitam luminarium notæ ac significationes. Si enim quis non ultra modum signa ex ipsis curiosius inquirat, uti les ipsorum obseruationes ex longa experientia cōperiet. Multa enim de pluuijs discere licet, multaq; de siccitatibus: & uentorū motu, aut particulariū aut uniuersalium, uiciorum aut remissorum. Vnum enim quoddam ex his quæ à sole ostenduntur, etiam dominus nobis tradidit, quum inquit, **Quod tempestas erit, tristatur enim rutilans cœlum.** Quum enim per nebulā solis latio cōtingit, obscuratur quidem radij, prunarū aut specie, & colore suberuentis ipse cōspicitur, crassitudine aeris talem imaginationem oculis nostris inducente: nō diffusus aut à radio, densatus tunc & cōpactus aer, manifestus fit quod propter influxionem uaporum ex terra superari nō possit, sed ob humoris redundantiæ tempestatem inducturus sit regionib; circa quas cōgregatur. Similiter autem quum luna

circumstagnatur, & aerea solem circumscribunt, aut aqua aerea multitudinem, aut uolentium uentorum motum significat. Aut quum Soles aduersi gemini uel plures, anhelios Gregi uocant, una cum solis latrone circumcurrunt, accidentium quorundam aeriorum signa sunt. Quemadmodum etiam uirga colore iridis in directum in nubibus apparentes, hymbres aut tempestates ingentes, aut omnino plurimam aeris transmutationem indicant. Multas etiam significaciones circa lunam augescens aut decrescens observauerunt hi qui his rebus intenti sunt, ut aer circa terram necessariam unam cum figuris ipsius permuetur. Etenim tenuis existens circa tertiam diem ac pura, stabilem serenitatem annunciat. Crassa autem apicibus & subrubra apparens, aut aquam copiosam a nubibus, aut austrum motum uiolemum minatur. Quantam autem utilitatem uitae prebeat significatio ex his quis ignorat. Expedit enim nauem intra portus nauem continere, ubi pericula ex uentis prospexit. Expedit iter facienti procul declinare detrimentum, ex tristitia aeris mutationem expectanti. Agricola autem qui circa semina & plantarum curas occupati sunt, omnes inde inueniunt operarum oportunitates. Quin et dissolutionis uniuersorum signa, in sole & luna ac astris apparitura esse dominus praedixit. Sol conuerteretur in sanguinem, & luna non dabit splendorem suum. Haec signa sunt consummationis uniuersi. Caeterum qui fossam transiunt, in patrociniis artis genethliacae, de naturam ratione docentis, hunc sermonem trahunt, & uitam nostram ad motum coelestium alligata esse dicunt, & ob id ex astris fieri a Chaldaeis significaciones eorum quae nobis accidunt. & simpliciter scripturae sermones sint in signa: non de mutationibus circa aerem, neque alterationibus circa tempora, sed de uitam forte, ad id quod sibi ipsis uideretur accipiunt. Quid enim dicunt: Quod horum astrorum quae mouentur implexus, ad stellas quae in zodiaco sitae sunt, ubi secundum talem figuram inter se concurrerint, tales generationes efficit. Et rursum talis habitus eorum contrariam uitae sortem facit. De quibus non inutile fortassis fuerit maioris lucis gratia, paulo altius repetita dicere. Dicam autem nihil me ipsius proprium, sed ipsorum illorum uerbis aduersus ipsos redarguendos utar, his quidem qui iam detrimentum inde passi sunt, medelam quandam exhibiturus, reliquis uero securitatem ac munimentum, ut ne in similes errores incidant. Artis Genethliacae huius inueteros ubi didicissent, quod in temporis latitudine ac spacio multa figura ipsos fugerent, in angustiis omnino temporis mensuras concluderunt. Nimirum tantum circa minimum & breuissimum tempus, (quod Apostolus indiuisibile & in momento ac ictu oculi dicit) maxima differentia generationis ad generationem existat, & qui in hoc indiuisibili temporis momento natus sit, rex sit urbium & princeps populorum, excellenter diues & potens, qui uero in altero temporis momento natus sit, mendicus quispiam sit & circulator, a foribus ad fores transiens quotidiani uicium gratia. Quapropter circuli signiferum, a ferendis animalium signis appellatum, in duodecim partes diuidentes, quandoquidem per triginta dies sol sphaeram non uagae dicte duodecimam partem pertransit, in triginta partes singulas duodecim partes diremerunt. Deinde singulis partibus in sexaginta diuisis, singulas rursus sexagesimas sexagesies secuerunt. Proponentes igitur generationes eorum qui pariuntur, uideamus an hanc diuisionis temporis certitudinem conseruare poterint. Simul enim ut natus est puer, obstetrix inspicit generatum, masculus ne sit aut foemella, deinde expectat ploratum, quod uitae signum est eius qui natus est. Quot sexagesimas in hoc tempore praeterisse uis: deinde dicit Chaldaeo de puero nato, per quot minutissimas partes uis ut ponamus obstetricis uocem transisset cum aliam, tum si contigerit ut extra gynaecium consistat qui horam colligit ac exponit. Oportet enim horoscopus discere uolentem, tempus & horam exacte describere, siue diurni siue nocturni illi existant. Quotus sexagesimarum cumulus rursus in hoc tempore praeterit: Necessesse enim inueniri stellam horoscopum, non solum iuxta quotam duodecimam partem est, sed etiam iuxta quas duodecimae partis partes, et in quota sexagesima, in quas singulas trigessimae partes diuidi diximus, aut ut certitudo reperiatur, in quota sexagesima ex his quae a primis sexagesimis subdivisae sunt. Et hanc adeo tenuem & incōprehensibilem temporis inuentionem in singulis planetis facere necesse esse dicunt, ut conperiat qualem habitum habebant ad non uagas stellas, et qualis figura erat ipsorum inter se in generatione eius qui tunc natus est. Quare si & horam exacte assequi impossibile est, & breuissimi temporis alteratio a toto aberrare facit, ridiculi sane sunt & qui circa artem in natura rerum non existentem tantum operae collocant, & qui ad ipsos ore aperto hiant, tantum qui possunt scire ea quae circa ipsos futura

tura sunt. Quales porro sunt effectus: Hic crispo est capillo inquit & gratioso aspectu, Arietis enim horam habet. Tale autem quodammodo uidetur esse animal hoc. Sed & magnanimus est, quandoquidem aries principatum gerit, & uoluntarius ad dandum, & rursus promptus ad acquirendum, quandoquidem animal hoc & citra tristitia deponit lanam, & rursus facile a natura uestitur. Sed & taurianus aiunt, patiens est laboris & seruilis, quoniam sub iugum mittitur taurus. Et Scorpionus percussor est, propter similitudinem ad animal & feram scorpionum. Libranus autem iustus, propter libram apud nos aequalitatem. Quid his magis ridiculum fieri possit: Arietis a quo generationem hominis sumis, duo decima caeli pars est, in quo quum est sol uerna signa contingit, & libra & taurus similiter, unumquodque ex his signis duo decima pars est circuli zodiaci appellati. Quomodo igitur inde primordiales causas uitis hominum esse dicens, ex pecoribus apud nos, hominum generatorum mores delineas: Liberalis enim est Arietinus, non quia tales mores illa caeli pars inducit, sed quia talis natura est ouicula. Quid igitur perterrefacis nos per astrorum dignitatem, ad habendam tibi fidem, persuadere aut conari per balatus: Si enim ab animalibus acceperas, caelum tales morum proprietates habet, etiam ipsum alienis principibus subiacet, ex pecoribus causas pendentes habens. Si autem ridiculum est hoc dicere, multo magis ridiculum est, ex his quae nihil commune habent, conari sermonem probabiliter ac credibilem facere. Verum haec quidem ipsorum sapientiae aranearum telis similes sunt, in quas quum incidit culex, aut musca, aut quid simile his imbecillum, illaqueata detinetur. Quum uero fortius aliquod animal appropinquarit, tum ipsum facile elabitur, tum imbecillum texturam perumpit ac dissipat. At uero non in his consistunt ac quiescunt solis, sed etiam eorum quorum electio unius cuiusque nostrum propria est, studiorum inquam, uirtutis aut uitiorum, causas caelestibus assignant. Quibus contradicere, alias quidem ridiculum est, uerum quia multi fraude circumuenti detinentur, necessarium fortassis est non silentio praeterire. Primum quidem igitur illud ipsos interrogabimus, An non unaquaque die sexcentis figurarum stellarum uariantur, Quum enim in perpetuo motu sint planetae, & alij ceteris se mutuo apprehendant, alij tardiores circuitus faciant, in eadem hora saepe & uident se mutuo & occultantur, magnamque uim habent in natiuitatibus aut a benefico inspici aut a malefico, uelut ipsi dicunt, & saepe tempus in quo benefica stella testimonium praebat non reperietes, iuxta unius ex minutissimis ignorantiam, uelut in infelicitate ac mala fortuna positum ipsum descriperunt. Ipsorum enim illorum uerbis uti cogor. In huiusmodi sane sermonibus & multa stoliditas est, & multiplex impietas. Malefica enim stella prauitatis suae causas in eum qui ipsas creauit transferunt. Si enim ex natura ipsarum est prauitas, opifex ipse mali creator erit. Si uero uoluntarie mala fiunt, primum quidem erunt animalia eligendi facultate praedita, solutis & per se potentibus impetibus uitia, quod ipsum de inanimatis ementiri infania simile est. Deinde quanta absurditas est, malum & bonum non pro dignitate unicuique distribueret: Sed quum in hoc loco est bonum esse, & quia ab hac afficitur, maleficam fieri eandem, & ubi rursus paululum declinauerit a figura, statim prauitatis obliuisci. Atque haec quidem haecenus. Si uero singulis temporum momentis in aliam atque aliam figuram transmutantur, in sexcentis autem huiusmodi transmutationibus, saepe in die regiarum natiuitatum figuraciones perficiuntur. Cur non singulis diebus generantur reges: aut cur omnino paterna sunt apud ipsos regni successiones: Neque uero singuli reges obseruata regia stellarum figura, ad eam filij natiuitatem adaptant. Quis enim hominum talis rei dominus esse possit: Quomodo igitur Ozias genuit Ioatham, Ioatham Achaz, Achaz Ezechiam: & nulli ex his seruilis natiuitatis horam nasci contigit: Deinde si & actionum secundum uitia ac uirtutum principia non ex nobis sunt, sed necessitates ex natiuitate, superflui sunt legislatores, qui nobis facienda ac fugienda praescribunt. Superflui etiam iudices, qui uirtutem honorant, & uitia castigant. Non enim fur est qui iniuriam facit, neque homicida, cui neque uolenti possibile erat manus continere, quum effugere non possit, urgente ipsum ad actiones necessitate. Vanissimi autem omnium sunt qui artes exercent, imo fertilitate abundabit agricola, neque semina in terram desiciens, neque falcem exacuens, Ditescet mercator siue uolet, siue non, fato ipsi pecunias coaceruante. Magnae autem Christianorum spes nobis inaniter peribunt, si neque iustitia praemium est, neque peccatum condemnatur, propterea quod nihil ex uoluntate ab hominibus perficitur. Vbi enim necessitas & fatum dominatur, ibi nullum locum habet aestimatio

pro dignitate, quod iusti iudicij præcipuum existit. Et aduersus illos hucuseq; . Neq; enim uos longiori sermone opus habetis apud uos sani existetes, & tēpus non permittit ultra modū aduersus ipsos inuehi. Itaq; ad uerba consequētia redeamus. Sint, inquit, in signa & in tēpora, et in dies, et in annos. Dicitur est nobis de signis. Tempora autem putamus ipsum dicere horarum temporis alterationes, hyemis & ueris & æstatis & autumnū. quæ ut nobis ordinate circuitum faciant, ordinatus luminarium motus facit. Hyems enim fit, sole in australibus partibus diuersante, & multam nocturnam umbram in nostris regionibus efficiente, ut aer quidem circum terram perfrigeretur, omnes autem humidæ exhalationes circa nos consistant, & imbrium ac frigorū, ingentiumq; niuium causam exhibeāt. Quum uero à meridionalibus regionibus reuersus in medio fuerit, ut ex æquo tempus inter noctem ac diem diuidat, quanto plus in locis super terram diuersatur, tanto amplius particulariter temperiem reducit, & fit uer, omnibus plantis germinationis principis existens, & plurimas arbores reuiuiscere faciens, terrestribus autem animalibus itemq; aquaticis omnibus, ex sobolis successione genus conseruans. Hinc autem iam ad solstitium æstiuum ad ipsum septentrionem procedens sol, longissimos nobis dies facit, & quia plurimum cum aere conuersatur, tum ipsum supra caput nostrum aerem torrefacit, tum terram omnem resiccat, & ex hoc seminibus ad maturitatem auxiliarius est, & arborum fructus ad concoctionē urget. Quo sanè tempore maxime flammeus est sol, breuesq; umbras in meridie facit, propterea quod ex alto regionem nostram illustrat. Longissimæ enim sunt dies in quibus breuissimæ sunt umbræ. Et uice uersa, breuissimæ sunt dies, quæ umbras longissimas habent. Et hoc apud nos contingit, qui septentrionales terræ partes habitamus, & ab alterius partis umbra Heteroscij appellamur. Nam sunt aliqui per duos anni totius dies penitus umbra carentes, dum in meridie existūt, quos à uertice illustrans sol, undiquaq; ex æquo circum circa illuminat, ut etiam aqua puteorū profundorum per angusta oscula illuminetur, unde quidam ipsos Afcios quasi umbra carentes uocant. Qui uero ultra Aromatiferam Arabiam habitant, in utraq; partem umbras alterant. Soli enim hi in nostra terra habitabili habitantes, ad australes partes in meridie umbras demittunt, unde illos aliqui amphiscios nominauerunt. Hæc autem omnia sole iam ad Aquilonarem partem transgresso fiunt. Ex his sanè conieciare licet inflammationem ex solis radio aeri accedentem, quanta est, & qualia accidentia efficit. Hinc uero Autumnū tempus nos excipiens, æstus quidem excessum infringit, paulatim uero calorē per temperamenti mediocritatem remittens, innoxie nos per ipsam ad hyemem deducit, nimirum sole rursus à septentrionalibus partibus ad australes diuertente. Hæc temporum circuitiones ad motus solis sequētes, uitam nostram gubernāt. *Sint, inquit, & in dies.* Non ut dies faciant, sed ut diebus præsent, dies enim & nox antiquiora luminarium generatio ne existunt. Hoc enim & psalmus indicat dicens. Posuit solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis. Quomodo igitur habet sol diei potestatem? Quod lucem in seipso circumferens, ubi nostrū horizontē transgressus fuerit, dissolutis tenebris diem exhibet. Quare non deliquerit qui diem definiert, esse aerem à sole illuminatū. Aut diem esse temporis mensuram, in qua sol in hemisphærio supra terram commoratur. Sed & in annos sol & luna ordinati sunt. Luna quidem ubi duodecies cursum suum perfecit, annum efficit. Præterquam quod mense intercalari sæpe opus est ad exactum horarū concursum, uelut Hebræi ab antiquo annum diuiserunt, & uetustissimi Græcorū. Annus autem solaris, est ex eodē signo in idem signū iuxta propriū motū solis restitutio. *Et fecit deus duo luminaria magna.* Quādoquidē Magnū partim absolutū intellectū habet, uelut quū dicimus magnū cœlū, & magnā terrā, & mare magnū. Partim uero ut plurimum ad alterū referri solet, uelut quū dicimus magnū equū, & magnū bouē. Non enim ob corporeā molis excessum, sed ex collatione ad similia, huiusmodi testimoniū magnitudinis accipiūt. Quomodo igitur magni significationē accipiemus? Num uelut formicā aut aliud quoddā parū animal, magnū appellamus, propter cōparationē ad alia eiusdem generis, excessum testificantes? Aut magnum nūc sic accipiemus, uelut in propria luminarium cōstitutione magnitudine apparente? Ego quidē sic opinor. Nō enim quia maiora sunt minoribus stellis, ob id magna sunt, sed quia tātis sunt lineamētis circūscripta, ut splendor ab ipsis diffusus sufficiat & cœlo illustrando, & aeri, & simul circum totam terram ac mare

ac mare extendatur. Quæ sanè iuxta omnem cœli partem existentia, & orientia & occidentia, & medium tenentia, æqualia undiquaq; hominibus apparent. quod ipsum manifestum indicium exhibet opulentæ magnitudinis, quia latitudo terræ nullam ipsis accessionem facit, ad hoc ut aut maiora aut minora uideantur. Etenim procul distantia, minora quodammodo uidemus, Quibus autē magis appropinquamus, eorum magnitudinem magis inuenimus. A sole autem nemo remotior est, neq; ipsi quisquam uicinius esse potest, sed ex æquali distantia omnem terræ partem habitantes accedit. Cuius rei signum est quod & Indi & Britannia qualem uident. Neq; enim apud eos qui ad orientem habitant, quum occidit magnitudinem remittit, Neq; apud occidentis habitatores, exortēs minor apparet. Neq; uero in medio cœlo existens, in alterutram partem à uisu euariat. Ne decipiat te id quod apparet, neq; quia cubitalis uidentibus esse uideretur, tantum ipsum esse repute. Contrahi enim solent in maximis distantijs eorum quæ uidemus magnitudines, uel uisua non potente interpositum locum penetrare, sed uelut consumitur in medio spatio, & modica ipsius pars ad uisibilia pertingit. Quum igitur uisus noster paruus fiat, paruam etiam uisibilia putari facit, propriam suam affectionem uisibilibus inducens. Quare si fallitur uisus, incertum est iudicium. Reuoca porro in memoriā proprios affectus, & à te ipso habebis dictorum confirmationem. Si aliquando de magno montis cacumine campum uidisti magnum & supine situm, quanta nam tibi uisa sunt bouum iugarū quāti ipsi aratores? Nonne formicarum quandam imaginem tibi exhibuerunt? Si uero & à specula in magnum pelagus conuersa oculos in mare intendisti, quanta tibi uisa sunt maxima insula? quanta tibi apparuit una nauis oneraria ingentia onera gestans, albis uelis super cæreuleum mare inuectā? Nonne omni columba minorem imaginem tibi exhibuit? propterea quod uelut dixi, uisus in aere consumptus exilis redditus, ad exactam uisibilem apprehensionem non sufficit. Iam uero & maximos montes profundis uallibus eliquatos, rotundos & leues esse uisus dicit, eminetias solas cōtingens, cavitates uero intermedias introire propter debilitatem non potens. Sic neq; figuras corporum quales sunt conseruat, sed quadrangulares turres rotundas esse putat. Quare undiq; manifestum est, quod in maximis distantijs non articulata, sed confusa corporum imaginē capit. Magnum igitur est luminare, iuxta scripturæ testimonium, & infinitis modis amplius quam apparet. Sed & illud tibi euidens magnitudinis signum sit, Quū infinita multitudo stellarum in cœlo sit, lumen de ipsis singulatim collectum ac coaceruatum, non sufficit ad noctis tristitiam dissoluendam. Solus autem hic super horizontem apparens, immo dum adhuc expectatur, & priusquam omnino supra terram emineat, & tenebras dissipat, & stellas splendore superat, & hactenus compactum ac congelatum circum terram aerem liquefacit ac diffundit. Vnde & uenti matutini & ros in serenitate circum terram distillant. Quum autem tanta sit terra, quomodo posset in uno temporis momento omnem illuminare, si non à magno circulo splendorem immitteret? Atq; hic mihi artificis sapientiam addisce, quomodo pro hac distantia, moderatam ipsi contribuit caliditatem, ut neq; per excessum combureret terram, neq; per defectum perfrigeratam ipsam relinqueret ac sterilem. Germana uero & cōsimilia iam dictis etiam de luna intelligantur. Magnum enim etiam huius corpus est, & lucidissimum post solem. Non tamen semper uisibilis permanet ipsius magnitudo, sed nunc absoluta circulo, nunc defectuosa & imminuta apparet, iuxta alteram sui partem defectum ostendens. Altera enim parte obscuratur auersens, altera uero pars ipsius in tempore decrementi occultatur. Ratio porro quædam inenarrabilis est sapientis opificis, uariæ huius alterationis figurarū. Aut enim ut nobis euidens exemplum naturæ nostræ exhiberet, quod nihil humanarum rerū stabile est, sed alia ex non existentibus ad perfectionem accedunt, alia ad propriū uigorē progressa, & ad summā sui ipsorū mensurā aucta, rursus paulatim contingentibus detractionibus corrumpuntur, & pereūt, ac imminuta abolentur: ut ex lune spectaculo nos de rebus nostris erudiamur, & uelocis rerū humanarū circuitus intelligentiā sumentes, non magnopere ob uitæ felicitatē gloriemur, neq; ob potētatus exultemus, neq; ob diuitiarū incertitudinē attollamur: sed carnē circa quam alteratio contingit, despiciamus, animæ autē cuius bona immobilia sunt, curam habeamus. Si autem tristitiam infert tibi luna, detractionibus paulatim cōtingentibus lumen insumens, plus contristet te anima uirtutem adeptā, & per inanitatem uertentiam

uertentiam bonum ipsum disperdens, & nunquam in eadē dispositione ac affectione manens, sed quæ frequenter alteratur & transmutatur propter mentis instabilitatem. Re uera enim iuxta id dictum est, Stultus ut luna mutatur. Opinor autem & animalium constitutioni, & reliquis ex terra nascentibus, non paruam esse ex lunæ transmutatione utilitatem. Aliter enim disponuntur corpora, ipsa decrescente, aliter augete. Nunc quidem desinente ipsa, rara sientia et uacua, nunc uero augete, et ad plenitudinem festinante, etiam ipsa rursus repletionem sentientia, propterea quod humiditate quandam caliditate temperata, ad profundū festinantem, latenter immitit. Quod ipsum declarant hi qui sub luna dormiunt, superflua enim humiditate amplitudo capitis ipsorum repletur. Et recens maciata carnes, quæ ex lunæ incurfu cito permittuntur. & animalium cerebella, & ex marinis humidissima, & arborum medullæ, quæ omnia non possent quæ cum suis ipsius alteratione transmutare, si non immentum quid, & supereminens potentia esset, iuxta ipsius scripturæ testimonium. Quin & affectiones circa aerem simul cum ipsius mutationibus efficiuntur, uelut testantur repentina turbationes sæpe in nouissimo ex tranquillitate & uentorum quiete exorientes, nubibus cõturbatis & inter se commixtis. Et Euriporum refluxus, & maris circa Oceanum appellatum reciprocatio, quam ad circuitus lunæ ordinate consequi inuenerunt hi qui accollunt. Etenim Euripi iuxta reliquas lunæ figuras in utraq; partem transfluunt, in tempore uero generationis, ne breuissimo quidē tempore quiescunt, sed in commotione & libramento continuo consistunt, donec rursus apprensens consequentiam quandam refluxui exhibeat. Occidentale autem mare reciprocatioes suscipit, nunc quidem reuertens, rursus autem inundans, ac diffuens uelut lunæ respirationibus rerrorum subtrahatur, & rursus ipsius expirationibus ad propriam mensuram coimpellatur. Hæc à me relata sunt ad luminarium magnitudinē demonstrandam, & ut id constitueremus, quod neq; syllaba aliqua in diuinitus inspiratis uerbis oclia existat, quanquam nihil sane ex principalioribus sermone attigerimus. Multa enim de magnitudinibus ac distantijs solis ac lunæ ratiocinando inueniri possunt, ab eo qui non tantū aliud agens, actiones & potentias ipsorum cõtemplatur. Candide igitur oportet nos nostram ipsorum imbecillitatem accusare, ut ne nostra oratione maxima opificia expendatis, sed ex paucis relatis apud uos ipsos supputetis quot & quanta sint ea quæ relicta sunt. Ne igitur lunam oculo metiatis, sed ratiocinatione, quæ multo acutior oculis est ad ueritatis inuentioem. Fabulæ quædam ridiculæ ab aniculis ebriosis ac deliris ubiq; dispersæ sunt, quod incantationibus quibusdam ex propria sede emota luna ad terram deferatur. Quomodo igitur mouebit præstigiatorum incantatio eam quæ ipse altissimus fundauit? Qualis uero locus detractam ipsam suscepit? Vis à paruis lignis magnitudinis ipsius demonstrationem accipere? Orbis terrarum urbes plurimum inter se habitationibus separatae, ex æquo omnes cum his qui ad orientē uniuersi sunt uicis, lunare lumen suscipiunt, quibus si non omnibus facies compar & ex aduerso cõferenda esset, rectos quidem angiportus omnino illuminaret, eos uero qui latitudinem ipsius excedunt, inclinatis radijs per obliqua allatis impeteret. Quod ipsum & in lucernis in domibus fieri uidere est, quum enim plures homines circumsteterint ipsam lucernam, umbra eius qui in directum stat, in directum extenditur, reliquæ in utraq; partem inclinant. Quare si non immentum, & magnitudinis excellentis lunare corpus esset, nõ utiq; similiter ad omnes extenderetur. Similiter enim ipsius ab æquinoctialibus locis orientis participes sunt, & qui ad zonā perfrigeratā habitant, subq; urbs ac septentrionis circũuersiones siti sunt, & qui iuxta cavitates meridiet, exultæ ac torridæ zonæ uicini sunt, ad quos omnes secundum latitudinem æqualiter perueniens, manifestissimū magnitudinis suæ testimoniū præbet. Quis igitur cõtradictet nõ omnino magnū ipsius corpus esse, quod rot ac rãtis simul distantijs adæquatur. Et de lunæ quidem ac solis magnitudinibus, hæcenus. Carterū qui largitus est nobis intellectū, præbeat ut ex minimis creaturis magnā dei sapientiā addiscamus, & ex magnis maiores creatoris notiones capiamus. Quamq; cõparatione creatoris, sol & luna, culicis et formicæ rationem habeant. Nõ enim dignā ac iustā magnitudinis dei uniuersorū speculationem ex his sumere licet, sed paruis quibusdā ac obscuris significationibus, per ipsa præmoneri, uelut etiam per singula minutissima animalia, aut etiam herbas. Contenti sumus relatis, Ego quidem gratias agens ei qui mihi parū hanc uerbi administrationē est largitus.

Vos

uos autem ei qui enutrit uos spiritalibus alimentis, qui etiam nunc uos uelut ordeacco quodam pane, exilitate uocis nostræ enutrit, & enutriet sane opro in perpetuum iuxta fidei proportionem, largiens uobis spiritus manifestationem in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

HOMILIA VII. DE REPTILIBVS



MTDIXIT deus, Producant aquæ reptilia animarum uiuentium secundum genus, & uolatilia uolantia iuxta firmamentum cœli secundum genus. Post luminarium opificium, de cætero etiā aquæ animalibus impleretur, ut & hæc fors exornaretur. Accepit enim terra ex proprijs germinibus ornatam, accepit cœlum stellarum sterculos, & uelut gemellorum oculorum iactibus, magnorum luminarium coniugatione exornatum est. Reliquum erat etiam aquis proprium ornatum tribui. Venit præceptum, & statim flumina excolta, & stagna fecunda, singula ipsorum proprijs & naturalibus generibus. Et mare omnigena natatiliū generatur parturiebat. Et neq; quātum in limosis ac cœnosis locis aquæ erat, id ipsum ociosum ac uacuum & exors consummationis iuxta creationem permanebat. Rana enim & culices ex ipsis nimirum efferuebant. Quæ enim adhuc nunc uidentur, demonstratio sunt præteritorum. Sic omnis aqua ad præstandum opificis præcepto ministeriū festinabat, & quorum neq; genera quis enumerare possit, horū uitā statim actuosam & se mouentē magna & inenarrabilis dei potentia designauit, simul cum præcepto aptitudine ad generandum animal aquis insita. Producat aquæ reptilia animarū uiuentium. Nunc primū animatum & sensus particeps animal creatur. Plantæ enim et arbores etiam si uiuere dicuntur, propterea quod nutritiua & auctiua facultate participant, non tamen etiam animalia sunt, neq; animata. Huius itaq; gratia producant aquæ reptilia. Omne natatile siue in superficie aquæ innatet, siue per profundum aquam secet, reptiliū naturæ est, & super aquæ corpus distrahitur. Et si etiā quædam aquatica pedes habeant ac gradiantur, maxime quidē gemini uicis, in terra uidelicet & aqua, pleraq; horū existunt: uelut phocæ & crocodili, & fluuiatiles equi, & ranæ & cancri. Attamē prerogatiuā natatile habet. Propterea producat aquæ reptilia. In his paruis uerbis quod genus relinquatur, quid nõ cõprehensum est in opificis præcepto? Non quæ animal parient, uelut phocæ & delphines ac torpedines, & similia his Chartilaginosa appellata. Non ouipera, quæ ferme sunt omnia piscium genera, non quæ squamosa, non quæ corticosa, non quibus pinnae sunt, & quibus non sunt. Vox quidem præcepti parua, immo neq; uox, sed momentum solum & imperus uoluntatis, Verum sententiæ in præcepto diffusio tanta est, quot sunt piscium differentiæ ac sodalitates, quas omnes exacte recensere idem est ac fluctus pelagi enumerare, aut heminis aquā maris metiri tentare. Producat aquæ reptilia. In his sunt pelagia, littorea, in profundo degentia, petrosa, gregaria, dispersa, balenæ ingētes, & minutissimi pisces. Per eandem enim potentiam & per æquale præceptum, tum magnum tum paruum, esse ac uitam sortitur. Producant aquæ. Ostedit tibi naturalem natatiliū ad aquam cognitionē, quapropter paululum ab aqua separati pisces pereunt. Non enim habent respirationem ut hunc aerem trahant, Sed quod terrestribus est aer, hoc natantium generi est aqua. Et causa manifesta est. Quod in nobis situs est pulmo uiscus rarū ac multos meatus habens, quod per thoracis distentionem aerem suscipiens, caliditatem quæ in nobis est uentilat ac refrigerat. Illis autem branchiarum distentio ac contractio, quæ & suscipiunt aquam & emittunt, respirationis rationem explet. Priuata fors piscium, propria natura, diæta separata, proprii moris uita. Quapropter neq; mansuescitur quicquam ex natatilibus sustinet, neq; omnino admittit humanæ manus contactū. Producant aquæ reptilia animarum uiuentium secundum genus. Vniuscuiusq; generis primicias nunc uelut semina quædam naturæ produci iubet. Multiudo ipsorum in consequenti successione disponitur, quum autem generi et crescere ipsa oporteat. Alterius generis sunt testa intecta, ostracoderma Græcis appellata, uelut sunt conchæ, peccines, cochleæ marinae & strombi, & infinitæ ostreorum differentiæ. Aliud rursus genus est ab istis, crustaceorum appellatorū, uelut sunt locustæ & cancri, & his similia. Aliud ab his genus est Mollisū dictorum, quorū caro tenera & laxa existit, uelut sunt polypi & sepiæ, ac his similia. Et in his rursus infinitæ sunt differentiæ.

Dracones

Dracones enim & murænae & anguilla in limosis fluminibus nascentes, itemque stagnis, uenenum iacula nictibus reptilibus magis quam piscibus, iuxta naturam similitudinem approquinquant. Aliud genus est ouiperorum, & aliud uiuperorum. Pariunt autem uiuum & animal multellarum genera & caniculæ siue cynisci, & in summa chartilaginea appellata, & ex cetorum genere plurima uiuipera sunt, delphines & phocæ, quæ etiã recentes adhuc ac teneros catulos ex aliqua causa consternatos, rursus uentre suscipere ac completi dicuntur. Producant aquæ secundum genus, Aliud genus est cetosum, & aliud tenuium piscium. Rursus in piscibus innumera differentia secundum genera diuisa, quarum & nomina propria, & alimentum diuersum, & figura, & magnitudo, et carniū qualitates, omnia maximis differentijs inter se separata sunt, & in alijs atque alijs speciebus consistunt. Quales igitur thunnispices generum differentias nobis enumerare possint, & quantum aiunt ipsos in magnis piscium gregibus etiam numerum referre. Quis uero ex his qui circa littora ac ripas conuentuerunt, omnium historiam nobis exacte cognoscendam tradere possit? Alia genera cognoscunt hi qui in Indico mari piscantur, alia qui in Aegypto sinu uenantur, alia Insulares, alia Mauritanæ. Omnia autem similiter tum magna tum parua, primum illud præceptum, & ineffabilis illa potentia produxit. Multa sunt uitarum uarietates, multa etiam circa successionem unius cuiusque generis differentia, non incubant ouis plurimum piscium, uelut uolucres aut gallinæ, neque nidos figunt, neque cum laboribus enutrient suos foetus, sed aqua susceptum elapsum ouum animal facit. Et unicuique generi successio citra alterationem, & citra permutationem ad alteram naturam. Non uelut murorum in terra, aut quarundam uolucrum permutationes, quæ ad alterant genera. Nullum piscium genus ex dimidio dentibus armatum est, uelut apud nos bos & ouicula. Nullum enim apud ipsos genus ruminat, nisi quod de Scaro quidam produunt. Omnia autem acutissima dentium acie dentata sunt, ne longiore manducatione cibus diffuatur. Si enim non cito dissectus in uentrem delegaretur, futurum erat ut in attenuatione per aquam dissolueretur ac dispergeretur. Cibus autem piscium alius alijs iuxta genus discretus, alij enim limo aluntur, alij fucus & alga, alij herbis quæ in aquis nascuntur contenti sunt. Plurimum autem piscium se mutuo uorant, & minor apud illos pabulum est maioris. & si quando contigerit ut eum qui minorem superauit alius insequatur, sub unam postremi aluum feruntur. Quid igitur nos homines facimus in potentibus, super inferiores constituti? Quid a postremo pisce differt is qui præingluuiosa diuitiarum cupiditate, in inexplebilibus auaritiæ suæ sinibus, debiles abscondit. Ille habebat quæ pauperis fuerant, Tu ipsum corruptum, partem tuæ ipsius opulentia fecisti. Inuisit inuisior apparuisti, & auarior auaro. Vide ne te idem finis qui pisces maneat, hamus uidelicet aut nassa aut rete. Omnino enim & nos multis iniustorum factis perpetratis, ultimam poenam non effugiemus. Iam uero etiam in debili animalculo uafritijs ac insidijs cognitis, uolo ut fugias tu malefactorum imitationem. Cancer ostrei ac conchæ carnem appetit, sed difficilis captus est ipsi hæc præda, propter testæ munimentum. In fractio enim septo teneram carnem natura muniuit, quapropter etiam testæ intactum hoc animal appellatur. Et quia duæ cavitates exacte inter se adaptatæ ipsum ostreum ambiunt ac complicant, necessariò inefficaces sunt chelarum cancri forcipes. Quid igitur facit? Quum uiderit in tranquillis locis concham uoluptuose apricantem, & ad radium solis plicas suas expandentem, tunc sane clanculum calculo immisso prohibet complicationem, atque ita inuenitur id quod uiribus deest, uersutia obtinere ac supplere. Hæc est malicia eorum quæ neque sermone, neque uoce participant. Ego autem uolo te artem & industriam acquirendi in cancris imitantem, a propinquorum detrimento abstinere. Talis est qui ad fratrem dolose accedit, & propinqui negligentis insidiatur, & alienis calamitatibus illudat. Fuge imitationes cõdemnatorum, tuis rebus contentus sis. Paupertas cum uera sufficientia, omni fructu ac uoluptati a modestis præfertur. Nec uero præterierim polypum dolos ac furacitatem, qui qualemcumque tandem petram amplexus fuerit, illius colorem subit ac induit, ut multi pisces ex improposito nantes in polypum incidant, uelut in petram uidelicet, & præda sic prompta uersuto contingat. Talibus moribus præditi sunt, qui semper dominantes potestates subeunt, ipsique se captiose submitunt, & ad singulas semper necessitates ac usus se transmutant ac adaptant, non in eodem proposito semper constantes, sed alij atque alij facile fientes, modestam uenerantes

cum

cum modestis, proterui inter proteruos, ad cuiusuis placitum sententiam transmutantes: quos neque declinare facile est, neque detrimentum ab ipsis uitare, propterea quod sub pietatis prætextu, nequitia constructa alte occultata sit. Tales mores lupos rapaces nominat dominus, in ouium indumentis apparentes. Fuge morum uarietatem ac multipliciter, persequere ueritatem, sinceritatem, simplicitatem, serpens uarius est, & ob id ad reptandum condemnatus est. Iustus sincerus est & nihil fingit, qualis Jacob, Quapropter habitare facit dominus eos qui unius moris sunt in domo. Hoc est mare illud magnum & amplum, illic reptilia quorum non est numerus, animalia parua cum magnis. Sed tamen sapiens quædam & probe ordinata est apud ipsos gubernatio. Non enim solum accusare possumus pisces, sed sunt etiam quæ operæ pretium est imitari. Quomodo genera piscium singula si bijs aptum locum distributum habentia, in alienos non inscendunt, sed intra proprios terminos diuersantur. Nullus geometra apud ipsos habitationes diuisit, non muris circumscriptæ sunt, non terminis diremptæ sunt, & suasponte unicuique id quod utile est destinatum est. Etenim hic sinus hæc genera piscium pascit, ille alia. & tam multiplices imperuos apud illos locos, nullus mons acutis uerticibus extensis disparat, non flumen transitum discindit. Sed lex quædam est naturæ æqualiter et iuste iuxta unius cuiusque utilitatem, singulis diætam distribuens. Verum non nos tales sumus. Vnde qui transferimus terminos perpetuos, quos statuerunt patres nostri, ampliamus terram, domum ad domum coniungimus, & agrum ad agrum, ut a propinquo detrahamus. Nouerunt cete determinatam ipsis a natura diætam, extra habitatas regiones occupauerunt mare, infulis defolatum, qua parte nulla continens terra ulterius restat. Quapropter non nauigabile est, neque historia & explorandi causa, neque aliqua necessitate persuadente nauas, ut illud petere audeant. Illud ipsum mare occupauerunt cete, maximis montibus magnitudine similia, uelut hi qui uiderunt narrat, manentque intra proprios terminos, neque insulas neque urbes maritimas infestantia. Sic quidem igitur unum quodque genus uelut in ciuitatibus, aut uicis quibusdam, aut antiquis patrijs, in destinatis ipsis maris partibus tentoria habet. Iam uero etiam quidam ex piscibus peregrinantes, uelut e communi curia ad externos limites ablegati, sub una quasi bellica tessera proficiscuntur. Quum enim destinatum motus tempus insiterit, alij ab alijs sinibus transmigrantes, communi nature lege excitati, ad septentrionale festinant mare. Et uideas sane iuxta tempus ascensus, uelut fluentium quoddam pisces unitos, & per propontidem in Euxinum influentes. Quis est qui eos mouet? quale præceptum regis? qualia edicta in foro explicata præfinitum tempus indicant? qui sunt qui peregrinos ducunt? Vides diuinam ordinationem omnia implentem, & per minutissima permeantem. Piscis non contradicit legi dei, & homines salutaria dogmata non tolleramus. Ne contemne pisces, quia muti sunt & omnino rationis expertes, uerum time ne etiam his magis rationis expertis, ordinationi conditoris resistens. Audi pisces tantum non uocem per ea quæ faciunt emittentes, nempe nos ad generis perpetuitatem, in Iongam hanc peregrinationem ablegamur. Non habent propriam sibi rationem, habent autem naturæ legem fortiter insidentem, & id quod faciendum est indicantem. Eamus, autem, ad septentrionale pelagus, Dulcior enim est illa aqua quam reliquum mare. Propterea quod sol modico tempore ad ipsam commorans, non educit ex ipsa per radios totum id quod potabile est. Gaudet autem dulcibus etiam marina. Vnde etiam ad flumina saepe enatant, & procul a mari feruntur. Ex quo pontus ab ipsis reliquis sinibus præfertur, uelut idoneus ad pariendum & educandos foetus. Postquam autem id quod ipsis studio fuit sufficienter expletum fuerit, rursus passim omnes domum reuertunt. Et quæ est ratio? aut diamus a tacentibus. Superficiale est inquit, & non profundum septentrionale mare, & supinum ac æqualiter ad uentorum uiolentias situm, pauca littora ac subterfugia habens. Quapropter etiam ex fundo uentis facile ipsum euerunt, ut etiam arena ex profundo fluctibus permisceatur. Sed & frigidum est hyemis tempore, ut quod a multis & magnis fluminibus impleatur. Ob id ipso in æstate moderate fruentes, rursus hyeme ad teporem in alto, & regiones ad solem sitas festinant, & relictis septentrionalibus uentis infestatis, in sinus qui modice exagitantur uelut in portus se recipiunt. Vidi hæc ego, & in omnibus dei sapientiam admiratus sum. Si bruta intelligunt & propriam suam salutem conseruant, & nouit piscis quid sibi eligendum sit ac fugiendum, quid dicemus nos ratione

d honorati

honorati, & lege eruditi, promissionibus alleciti, spiritu edocti, deinde res nostras magis
 citra rationem quam pisces disponentes: Siquidem hi quandam futuri providentiam facere
 sciunt, nos autem ex desperatione de futuro, per uoluptatem bestialem uitam nostram con-
 sumimus. Piscis tot maria permutat, ut aliquam inueniat utilitatem. Quid dices tu qui in
 ocio ac desidia uiuis? Ocium autem mala facendi principium est. Nemo ignorantiam præ-
 texat, naturalis ratio boni familiaritatem ac proprietatem, & à nocuis alienitatem, nobis
 ostendens, nobis insita est. Non desisto à marinis exemplis, quandoquidem hæc propo-
 sita sunt nobis ad expendendum. Audiuimus quodam maritimo, quod echinus marinus,
 paruus penitus & despicabile animal, sæpe numero nauigantibus & tranquillitatis, &
 tempestatis doctor existit. Qui quum præuiderit turbationem ex uentis futuram, saxum
 quoddam generosum subtergressus, in ipso uelut in anchora firmiter fluctuat, & grauita-
 te detinetur, ut ne facile ab undis detrahatur. Hoc signum ubi uiderint nauæ, sciunt immi-
 nere uolentem uentorum motum. Nullus astrologus, nullus Chaldaeus, ex astrorum ex-
 ortibus aeris turbationes coniectans, echinum hæc docuit, sed maris & uentorum do-
 minus, etiam paruulo huic animalculo magnæ suæ sapientiæ euidens uestigium indidit. ni-
 hil improuissimum, nihil neglectum à deo, omnia speculatur somnum non admittens ocu-
 lus, omnibus adest, unicuique elargiens salutem. Si echinum extra suam inspectionem
 deus non dimisit, tuas res non inspectat. Viri diligite uxores, etiam si externi & extorres
 inter uos estis, ad nuptiarum societatem conuenistis naturæ uinculum, per benedictionem
 iugum, unio sit distantium. Vipera fauissimum omnium reptilium ad marinæ murenæ nu-
 ptias accurrit, et ubi sibilo præsentiam suam indicauit, euocat ipsam ex alto ad nuptialem
 complexum, hæc uero obedit, & cum uenenum iaculante bestia uniuir. Quid uult mihi
 hic sermo? Quod siue asper sit, siue ferus moribus maritus, necesse est ferre coniugem, &
 ex nulla occasione admittere ut unio diuellatur. Percussor est, At uir ebriosus est, At uniu-
 rus secundum naturam asper est & implacidus, At membrum iam tuum, & membrorum
 præstantissimum. Audiat autem & uir admonitionem ipsi conuenientem. Vipera nuptias
 reuerita uenenum euomit, tu naturæ crudelitatem & inhumanitatem non deponis, ob re-
 uerentiam unionis? Aut fortassis etiam aliter commodat nobis uiperæ exemplum? Quod
 adulterium quoddam naturæ est uiperæ & murenæ complexus. Discat igitur alienis nu-
 ptijs insidiantes, quali reptili sint similes. Unus mihi scopus est undique ædificare ec-
 clesiam. Sedentur affectiones proteruorum, et terrestribus, et marinis exemplis erudita. Hic
 me à sermone desistere & corporis imbecillitas, & tempus serotinum cogit, quoniam mul-
 ta adhuc habebam admiratione digna, quæ appositurus eram his qui libenter audiunt, de
 his quæ in mari nascuntur, de ipso mari, quomodo aqua in salem congelatur, quomodo
 preciosissimus lapis corallium, in mari quidem frutex & planta est, quum uero in aerem
 prolatus fuerit, ad lapidis soliditatem transgelatur, quomodo uilissimo animali conchæ
 preciosam margaritam natura indidit, Quæ enim concupiscunt thesauri regum, ea circa
 littora & ripas & asperas petras dissectæ sunt, testis ostreorum insita. Unde aurea lanam
 pinæ conchyliorum generis alunt, quam nullus ex his qui floridos colores tingunt imi-
 tari possit. Unde cochleæ regibus purpuras largiuntur, quæ flores pratorum coloris ex-
 cellentia prætergrediuntur. Producant aquæ. Et quid necessarium non est factum?
 quid preciosorum non donatum est uitæ: partim in ministerium hominum, partim in spe-
 culationem miraculi conditionis ac creationis. alia uero etiam horrenda, secordiam no-
 stram excitantia ac erudientia. **Et fecit deus cete magna.** Non quia maiora sunt quam
 squilla et mæna, propterea magna dicta sunt, sed quia maximis montibus corporis mole
 adæquantur, ut quæ sæpe etiam insularum magnitudinē exhibent, si quando in summam
 aquæ superficiem enatarint. Hæc itaque tanta existentia non circa ripas neque circa littora di-
 uersantur, sed Atlanticum appellatum pelagus inhabitant. Talia sunt animalia ad timo-
 rem, & perterrefaciendos nos creata. Si uero audieris quod maximas naues passis uelis
 secundo uento uteres, minutissimus pisculus remora ita facile sistit, ut immotas diutissime
 ferret, uelut in ipso mari radices egissent: nonne in paruulo hoc eandem potentiam condito-
 ris significationem accipis? Non enim solum gladij & ferræ & canes & balænæ et libellæ
 horrenda sunt, sed & pastinacæ marinæ aculeus, eiusque mortuæ, & lepus marinus, non
 minus horrenda sunt, celerem & ineuitabilem interitum inducentia. Sic te per omnia
 uigilare

uigilare conditor uult, ut in spe ad deum detrimenta ex ipsis euites. Sed enim ex profundis
 ratibus egressi in terram confugiamus. Etenim alia super alia opificij miracula contrectos
 nos, uelut fluctus quidam, assiduus ac acuatius incurfionibus, sermonem nostrum submer-
 sum uexerunt. Quanquam mirum sanè sit apud me si non ubi haud minoribus in terra
 miraculis mens nostra occurrerit, rursus secundum Ionæ factum in mare diffugiet. Vide-
 tur autem mihi oratio in infinita miracula illapsa, modi oblita esse, & idem cum nauigan-
 tibus in pelago perpeffa esse, qui ad nullum præfixum terminum motum coniectantes, sæ-
 penumero ignorant quantum itineris perfecerunt. Id quod & circa nos factum esse uide-
 tur, nimirum corrente per creationem sermone, multitudinem relatorum sensum ipsum
 non apprehendisse. Verum etiam si audiendi studio uenerabile hoc theatrum teneatur,
 & dulcis sit auribus seruatorum, herilium miraculorum narratio, hic sermonem in portum
 ducemus, & diem expectabimus ad ea quæ desunt absoluenda. Iam uero omnes exurgen-
 tes gratias pro relatis agamus, & eorum quæ desunt complementum petamus. Utinam
 uero fiant uobis etiam in cibi assumptione commensales narrationes, ea quæ uobis
 manentemque uesper oratione explicauit: & o utinam in cogitatione de his à somno ap-
 prehensi, diurna læticia etiam dormientes fruamini, ut dicere possitis: Ego dormio, &
 cor meum uigilat, meditans nocte ac die in lege domini, cui gloria & imperium in secula
 seculorum, Amen.

HOMILIA VIII. DE VOLATILIBUS ET AQUATICIS

T DIXIT deus, producat terra animam uiuentem secundum genus, qua-
 drupeda & reptilia, & bestias secundum genus, & factum est ita. Venit præ-
 ceptum uia ac ordine procedens, & accepit etiam terra proprium ornatum.
 Illic erat, producant aquæ reptilia animarum uiuentium. Hic, producat ter-
 ra animam uiuentem. Animata igitur est terra: & locum habet uana sapien-
 tes Manicha, qui animam terræ indit: Non quia dixit, producat, id quod in ipsa situm
 est protulit, sed qui præceptum dedit, etiam uim producendi ipsi largitus est. Neque enim
 quum audiuit terra, germinet herbam foeni & lignum fructiferum, occultum in se habes
 foenum protulit, neque palmam aut quercum aut cupressum, inferne alicubi in utero suo, oc-
 cultata, ad superficiem extulit. Sed diuinus sermo natura est eorum quæ sunt. Germinet,
 non quod habet emittat, sed quod non habet acquirat, deo efficacia uim donante. Sic etiam
 nunc, producat terra animam, non in ipsa insitam, sed datam ipsi a deo per præceptum.
 Deinde etiam in contrarium sermo ipsis conuertetur. Si enim terra produxit animam, se-
 ipsam anima desolatam reliquit. Sed ipsorum quidem abominatio, ex se ipsa nota est. Cur
 tamen aquis præceptum est producere reptilia animarum uiuentium, terræ autem animam
 uiuentem? Arbitramur equidem quod natatum natura, imperfectiore quodammodo
 uita participare uidetur, propterea quod in aqua crassitudine uiuit. Nam & auditus illis
 grauis est, & obtuse uidet, per aquam cernentes, & neque memoria illis, neque imaginatio,
 neque familiaris rei cognitio. Ob id uelut indicat sermo, quod carnalis uita in aquaticis
 præcedit animales motus. In terrestribus autem, utpote perfectiore ipsorum uita existen-
 te, omnis principatus animæ delatus est. Nam & sensus magis integri sunt, & perceptio-
 nes præsentium acutæ, & memoria præteritorum certæ, apud pleraque quadrupeda exi-
 stunt. Propterea uelut uerisimile est, in aquaticis quidem corpora creata sunt animata, re-
 ptilia enim animarum uiuentium ex aquis producta sunt. In terrestribus autem, animam
 corpora gubernantem generari præceptum est, tanquam amplius quid de uitali faculta-
 te participent ea quæ super terram uitam degunt. Irrationalia equidem sunt etiam terre-
 stria, sed tamen unum quodque uoce ex natura multas animæ affectiones significat. Nam
 & gaudium & tristitiam, & familiaris rei cognitionem, & alimenti inopiam, & separatio-
 nem eorum quæ simul pascebantur, & innumeras affectiones ipso uocis sono manifestat.
 Aquatica uero non solum muta sunt, sed etiam immanis uera & indoctilia, & ad omnem ui-
 tæ societatem hominibus intractabilia. Cognouit bos possessorem, & asinus præsepe do-
 mini sui. Piscis autem non agnouit nutritorem. Nouit familiarem & consuetam uocem
 alinus, nouit uiam quam sæpe transgressus est, & sanè aliquando dux itineris aberranti
 homini contigit. Audiendi autem subtilitatem huius animalis, neque aliud quoddam ter-
 restre

restre habere dicitur. Memoriam uero iniuriarum in camelis, & iræ grauitatem, & ad uiscendum constantiam, quod nam ex marinis imitari possit. Percussa aliquando camelus, longo tempore iram reponit, et ubi occasionem nacta fuerit, malum retribuit. Audite uos qui grauius irascimini, qui memoriam iniuriarum uelut uirtutem colitis, cui similes estis, quum offensam contra proximum, uelut scintillam quãdam in cinere occultatam, tandiu seruatis, donec materiam adepti, uelut flammam iram reaccendatis. Producat terra animam uiuentem. Cur terra animam uiuentem educit? Ut differentiam discas animæ pecoris & animæ hominis. Paulo post cognosces quomodo anima hominis cõstituta est. Nunc de brutorum anima audi. Quandoquidem iuxta id quod scriptum est, omnis animalis anima sanguis ipsius est, sanguis autem concretus in carnem transmutari solet, caro autem corrupta in terram resoluitur. Mortuum quid merito brutorum anima existit. Producat igitur terra animam uiuentem. Vide consequentiam, animæ ad sanguinem, sanguinis ad carnem, carnis ad terram. Et rursus resolutione facta, per eadem reuertere, à terra ad carnem, à carne ad sanguinem, à sanguine ad animam, & inuenies quod terra est anima brutorum. Ne putes antiquiorem esse substantiam corporis ipsorum, neque permanere post carnis dissolutionem. Fuge nugas arrogantium philosophorum, qui non erubescunt suas ipsorum animas & caninas, eisdem inter se speciei statuere: qui dicunt seipfos aliquando fuisse & mulieres, & frutices, & pisces marinos. Ego autem an aliquando fuerint pisces non sanè dixerim, quod uero dum hæc scripserunt magis quã pisces rationis expertes fuerint, etiam ualde constanter contenderim. Producat terra animam uiuentem. Fortassis mirantur multi, qua gratia in sermonis cursu confestim tempore non modico consilui. Sed diligentiores auditores causam taciturnitatis non ignorat. Quomodo enim ignorarent, qui per mutuos intuitus ac nutus, me ad seipfos conuerterunt, & ad cogitandum de relictis induxerunt. Integra enim creationis species, eaque non minima, nos latuit & ferme perierat, utpote quam sermo noster penitus in expensam reliquit. Producant aquæ reptilia animarum uiuentium secundum genus, & uolatilia uolantia super terram, iuxta firmamentum cœli. Diximus de natatilibus quantum tempus uesperis permittēbat. Hodie transiimus ad terrestria expendenda, effugit nos uolatilium genus in medio situm. Necessè est itaque ad similitudinem obliuioforum uiatorum, qui ubi quid rerum oportunarum reliquerint, etiam si multum itineris confecerint, rursus eodem reuertuntur, dignam negligentia pœnam, ipsam ex itinere lassitudinem sustinentes: Sic etiam nobis ut apparet, eadem uia repetenda est. Nam neque contemptile est quod relictum est, sed tertia uidentur esse pars creationis in animalibus, siquidem tria sunt animalium genera, terrestre & uolatile & aquaticum. Producant inquit, aquæ reptilia animarum uiuentium secundum genus, & uolatilia uolantia super terram iuxta firmamentum cœli secundum genus. Cur ex aquis etiam uolatilibus generationem dedit? quod uelut cognatio quãdam est uolatilibus ad natatilia. Nam uelut pisces aquam secant, motu pinnarum ulterius procedentes: caudæ uero mutatione tunc circumuersiones, tum rectos motus, sibiipsis uelut temone gubernantes: Sic etiam in uolatilibus uidere est, aerem alis simili modo pernatantibus. Quare quum una proprietas in utrisque sit natare, una quãdam cognatio ex aquarum generatione exhibita est, præterquam quod nullum uolatile expes est, propterea quod omnibus uicinis à terra sit, & omnia necessario pedum ministerio indigeant. Rapacibus enim ad prædam unguium acies, reliquis uero ad alimentum acquirendum, & ad reliquam uitam transigendam, necessarium pedum ministerium contributum est. Paucae autem uolucres male pedatae sunt, neque ad uadendum, neque uenandum pedibus idoneæ, uelut sunt hirundines & ripariae siue falculæ appellatae, quibus alimentum ex his quæ in aere feruntur excogitatum est, hirundini autem uolatus terræ uicinus pro pedum ministerio est. Sunt tamen generum differentia innumeræ etiam in uolucibus, quas si quis iuxta eundem modum recensent, iuxta quem partim etiam piscium expensionem attigimus, unum quidem uolatilium nomen inueniet, innumeræ autem in his differentias, & in magnitudinibus, & in figuris, & in coloribus: & iuxta uitas & actiones & mores, inenarrabilem inter ipsa uarietatem. Jam uero quidam etiam nominum effictionibus uti conati sunt, quo uelut per cautes quosdam inconsuetæ ac peregrinæ appellationis, proprietates uniuscuiusque generis cognoscatur. Et alias quidē nominauerunt fissipennes, uelut aquilas, alias uero cutipennes, uelut

uelut uespertiones, alias teneripennes, ut uespas, alias uaginopenes, uelut scarabæos, & quæcunque in uaginis quibusdam ac amiculis generata, diffracta ipsis testa ad uolatium liberantur. Sed nobis sufficiens insigne ac nota est ad generum proprietatem, communis uisus, & scripturæ distinctiones de puris & impuris. Aliud quidem igitur genus est carniororum, & alia constitutio conueniens pro modo diætæ ipsorum, unguium acies, & rostrum incuruum, & penna uelox, quo & facile capiatur præda, & dilaniata alimentum prædatori fiat. Alia constitutio est seminilegarum. Alia eorum quæ ex omni obueniente nutriuntur, & in his multæ differentia. Quædam enim ex ipsis sunt gregaria, exceptis rapacibus. Horum autem nullum sociale est extra coniugij complexum. Innumera uero alia congregatiam amant uitam, uelut columbæ, grues, sturni, & graculi. Rursus ex his alia sub nullo imperio sunt, & uelut proprijs legibus uiuunt, alia sub duce locata sunt, uelut grues. Jam uero etiam alia quædam in his differentia est, iuxta quam alia popularia sunt & indigena, alia longissime discedere solent, & hyeme appropinquante ut plurimum extra locum se conferre. Tractabilia autem & mansueti plurima uolatilia educatione fiunt, exceptis de bilibus, quæ propter excellentem timiditatem ac formidinem, assiduam manus molestiam non sustinent. Sed & humana consuetudine quædam uolucres gaudet, easdemque nobiscum habitationes habent. Alia montanae sunt & solitudine delectantur. Maxima autem differentia est & proprietas uniuscuiusque circa uocem. Alia enim uolucres loquaces sunt, alia taciturnæ, & alia canoræ & uocales, alia omnino musicæ ac cantus exortes. Et alia imitatrix sunt, aut ex natura habentes ut imitentur, aut ex institutione edocta. Alia uero uniformem & immutabilem uocem emittunt. Superbus est gallus, elegans pavo, lasciuæ columbæ, & domestica gallinæ, omni tempore coitus consuetudinem habentes, dolosus & zelotypus est perdix, nequiter adiuuans uenatores ad prædam. Innumerae sunt ut diximus & actionum & uitarum differentia. Sunt porro quædam ex brutis etiam politica & reip studiose, siquidem politica proprium est, ut ad unum communem finem singulorum actiones sint destinatae, uelut in apibus uidere est. Nam illarum communis est habitatio, communis uolatus, opificium omnium unum, & quod maximum est, quod sub rege & quodam ordinis duce operas attingunt, non prius sustinentes ad præda exire, nisi ubi uiderint regem uolatum auspicari. Est autem ipsis non electus rex, sæpe enim uulgus iudicio carens, pessimum ad principatum euexit: neque forte potestatem adeptus, absurdum enim sunt fortium casus, in extremum omnium sæpe potestatem conferentes: neque ex paterna successione in regno collocatus. Nam & hi inerediti et omnis uirtutis indocti, ob delicias & adulationem ferme fiunt. Sed ex natura principatum in omnes habes, & magnitudine & figura, & morum lenitate excellens. Et est quidem aculeus regi, sed non utitur eo ad ultionem. Leges quædam hæc sunt naturæ non scriptæ, ut tardi sint ad uindictam qui ad maximas potentias sunt euecti. Sed & quæcunque apes exempli regis non sequuntur, eas statim temeritatis pœnitent, quia ad aculei plagam commoriantur. Audiant Christiani quibus præceptum est, nulli malum pro malo reddere, sed uincere in bono malum. Imitare apem in proprio uictu acquirendo, quia nihil deuastans, neque fructum alienum corrupens, fauos construit. Nam ceram de floribus manifeste congregat, Mel autem, humiditatem ad rosis speciem floribus insperfam, ore attractum cavitatibus fauorum imittit. Vnde etiam liquidum primum est, deinde tempore concoctum, ad propriam compagem ac succiditatem peruenit. Honestas & decentes laudes hæc à prouerbiorum autore adepta est, sapiens & operatrix appellata. Sic quidem laboriose alimentum congregans, cuius labores inquit, reges & priuati ad sanitatem assumunt. Sic autem sapienter & artificiose cellas mellis construens. In tenuem enim membranam ceram distendens, frequentes & continuas inter se cavitates coedificat, ut frequentia ligationis inter se minutissimarum, fulcrum uniuerso operi fiat. Vnaquæque enim cavitatis ac cella ex altera hæret, tenui septo ab ipsa disparata simulque coniuncta. Deinde fistula hæc bis ac ter concamerata atque instar contignationum ædium inter se superædificata sunt. Vitauerunt enim unam continuam facere cavitatem, ut ne humor ob grauitatem foras dilaberetur. Disce uero quod geometriæ inuentionum rudis est sapientissima apis. Omnes enim fauorum cellæ sexangulae sunt, & æqualia latera habent, non in directum alternatim incumbentes, ut ne quid patiantur ima uacuis adaptata, sed anguli sexangularum infernarum sedes & fulcrum sunt incumben-

tium, ut secure supra se onera eleuent ac sustineant, & separatim in unaquaque cauitate humor contineatur. Quomodo porro tibi omnes exacte recensero in uitis uolucrum proprietates: quomodo grues in nocte uigilias ex circuitu uicissim suscipiunt, & alia quidem dormiunt, alia uero circum circa obeuntes, omnem ipsis securitatem in somno exhibent. Deinde tempore uigiliarum peracto, haec quidem clangore edito ad somnum conuertitur, illa uero successione suscipiens, securitatem quae ipsi contigit partim retribuit. Haec disciplinam etiam in uolatu uidebis. Alias enim alia ducatum suscipit, et destinatum quoddam tempus in uolando praegressa retrò uertitur, & ducatum uiae insequenti post eam tradit. Ceterum quod ciconiae faciunt non procul à rationali intelligentia abest. Sic quidem omnes iuxta unum tempus ad has regiones accedunt, sic autem sub uno quasi signo elato omnes discedunt. Stipant autem ipsas cornices nostrae, easque deducunt, ut mihi quidem uidetur, societatem quandam bellicam aduersus hostiles aues exhibentes. Cuius rei signum primum est, quod sub illud tempus cornix penitus non appareat. Deinde quod cum uulneribus redeuntes, manifesta protectionis & auxilij lati signa afferunt. Quis apud ipsas leges hospitalitatis descripsit, quis ipsis accusationem delictoris minatus est, ut nulla in comitatu ac deductione deficiat? Audiant inuisi hospitiibus, & fores claudentes, & neque tunc in hyeme & nocte aduenis impertientes. At uero providentia ciconiarum circa senio affectos, sufficiebat ut pueros nostros, si animaduere uellent, ad parentum amorem excitaret. Omnino enim nullus a deo defectuose sapiens est, ut non pudore dignum iudicet, brutissimis uolucris uirtute posteriorē esse. Illa patrem praesens pennarum defluuio laborantem circumstantes proprijs pennis confouent, & alimentum abunde suppeditantes, etiam uolandi auxilium quantum possunt praebent, utrinque ala leniter alleuantes. Atque hoc ita apud omnes decantatum est, ut iam Graeci beneficiorum retributionem Antipergosin nominent, à ciconia quam pelargum appellant uoce ficta. Nemo de paupertate doleat, neque de sua uita desperet, qui nullam domini opulentiam relinquit, ad hirundinis industriam respiciens. Illa enim nidum construens, festucas quidem ore transfuehit, lutum autem pedibus eleuare non potens, extremitates pennarum aqua madefaciens, deinde tenuissimo puluere obuoluens, sic lutum usum excogitat, & paulatim festucas inter se uelut glutine quodam coniciens, in ipso nidulo pullos educat. Quorum si quis oculos expungat, à natura quandam artem medicam habet, per quam sobolis usum ad sanitatem reducit. Haec te commonefaciat, ne propter paupertatem ad maleficia conuertaris, neque in grauissimis afflictionibus, omni spe abiecta, ignauus & ab actione desistens iaceas, sed ad deum confugas, qui si hirundinam tanta largitur, quanto maiora dabit his qui ex toto corde ipsum inuocant. Halcedo marina est auicula, haec apud ipsa littora pullos excludere solet, in ipsa harena oua deponens, & circa mediam ferè hyemem pullos excludit, quum multis & uolentis uentis mare terra alliditur. Sed tamen sopiuntur omnes uenti, quiescunt fluctus maris, per septem dies quibus halcedo ouis incubat, in tot enim diebus pullos excludit. Quum autem etiam alimento ipsis opus sit, alios septem ad pullorum incrementum magna largiens deus, minutissimo animalculo exhibuit. Quare & nauarum omnes hoc sciunt, & illos dies Halcedonios appellant. Haec tibi ad exhortationem, ut à deo petas ea quae ad salutem tuam pertinent, per dei circa bruta prouidentiam sancita sunt. Quid non praeter omnem opinionem tui causa fiat, qui factus es ad imaginem dei? ubi auiculae adeo paruae gratia, magnum & horrendum detinetur mare, in media hyeme tranquillitatem agere iussit? Turturem aiunt coniuge priuatam non amplius ad alterum societatem suscipere, sed manere solitariam, ob memoriam olim coniuncti, societatem ad alium abnegantem. Audiant mulieres quomodo pudicitia uirginitatis etiam apud bruta, turpitudini in multis nuptijs praefertur. Inuicissima circa sobolis educationem est aquila, duos enim pullos excludens, alterum ipsorum ad terram deiecit, alarum plagis expellens ac repudians, alterum autem solum susceptum familiarem sibi facit, propter alimentum difficultatem abdicat quae generauit. Sed non sinit hunc perire, uelut aiunt, ossifraga, sed ipsum susceptum unam cum proprijs suis pullos educat. Tales sunt parentes duri, qui ob praetextum paupertatis infantes exponunt, aut etiam in hereditatis distributione erga liberos iniqui sunt. Iustum est enim quem admodum ex aequo impertiti sunt unicuique ut essent, sic etiam sumptus ad uiuendum aequaliter ipsis exhibere. Ne imiteris unguentum uolucrum crudelitatem, quae ubi uiderint

uiderint pullos suos de cetero ad uolatum confidentes, eieciunt ipsos nido, alii uerberantes ac expellentes, & de cetero nullam ipsorum curam gerunt. Laudandus est cornicis erga sobolem amor, quae etiam uolantes iam comitatur pullos, ipsisque cibum suppeditat, & ad plurimum tempus enutrit. Multa uolucrum genera ad concipiendum maribus nihil opus habent. Sed in alijs generibus infœcunda sunt subuentanea, uerum uultures aiunt ut plurimum parere citra coitum, eosque longissimè uitae, ut quibus ad centesimum annum ferme uita extenditur. Hoc ex uolucrum historia signum apud te contine, quo si quando uideris aliquos mysterium nostrum iridentes, tanquam impossibile sit & extra naturam, uirginem peperisse, uirginitate ipsius impolluta conseruata, in animo tuo tecum uolutes, quod is cui uisum est in stulticia predicationis saluare credentes, innumerat ex natura occasiones, ad ea quae praeter opinionem sunt confirmanda praesumptas ac praemissas proposuit. Producant aquae reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super terram, iuxta firmamentum caeli. Super terram quidem iussa sunt uolare, propterea quod omnibus alimentum à terra existat. Iuxta firmamentum uero caeli, uelut etiam antea diximus, caelo hic urano graecis, ipso aere appellato, ab eo quod uideatur: & firmamento, propterea quod denioris quodammodo sit concrementum quam aetherium corpus, & magis constructus per euaporationes ex infernis, aer qui supra caput nostrum est. Flabes igitur caelum exornatum, terram decoratam, mare proprijs foetibus foecundum redditum, aerem plenum uolucris peruolantibus ipsum. omnia precepto dei ex non existentibus ad esse producta. Et quaecumque sermo noster dimisit nunc, diuiniorem in his moram declinat, ut ne modum excedere uideatur: ea tecum studiose reputans, & in omnibus dei sapientiam addicens, nunquam admirari desines, neque cessabis per omnem creationem glorificare conditorem. Habes in tenebris, nocturnam uitam ducentia uolucrum genera, in luce, diurnam uitam degentia. Uespertilioes enim & noctuae & corui nocturni, ex noctu pascentibus sunt. Quare si quando in hoc tempore tibi non affuerit somnus, sufficiet & in his conuersatio, & proprietatum in ipsis existentium expensio, ad glorificationem conditoris. Quomodo uigil sit luscina, quum incubat ouis per totam noctem à cantu non desistens. Quomodo idem quadrupes sit uolatile, uespertilio ipsa, quomodo sola ex uolucris dentibus utatur, & parit quidem animal uelut quadrupeda, emergit autem in aerem non ala eleuata, sed coriacea quadam membrana. Quomodo & hoc aliquid mutui amoris in natura habet, nam uelut longa catena uespertilioes inter se coharent, & una ex alia appensa est, quod ipsum in nobis hominibus non facile sit efficere. Separatio enim & proprietates à plerisque societati ac unioni praefertur. Quomodo noctuae oculis similes sunt, uanae sapientiae uacantes. Nam illius uisus nocte quidem ualidus est, sole autem splendente obscuratur. & horum mens acutissima quidem est ad uanitatis speculationem, uerum ad uera lucis intelligentiam obfusata est. In die autem ualde facile est tibi undique miraculum conditoris apprehendere. Quomodo ad operas te excitat domestica auicula, acuta uoce innotans & significans procul adhuc appellentem solem, uiatores excitans, & agricolas ad messem educens. Quomodo uigil est anserum genus, & ad latentium sensum acutissimum: qui aliquando etiam reginam urbium conseruauerunt, hostes quosdam clandestinos, per obscuros cuniculos ad arcem Rhomae capiendam iam progressos, prodentes. In quo uolucrum genere non proprium quoddam miraculum natura ostendit? Quis est qui uulturibus praenunciat hominum mortem, quum inter se exercitijs educatis militant? Videas enim innumeros greges uulturum exercitus sequentes, ex armorum apparatu coniectantes euentum. Hoc autem non procul à ratiocinationibus humanis abest. Quomodo tibi horrendos locustarum exercitus exponam? quae sub unum quasi bellicum signum omnis eleuata, & secundum regionis latitudinem castrametans, non prius fructus attingit, quam diuinum praecceptum ipsi permittat. Quomodo seleucis insequitur plagae ipsius medela? infinitam habens edendi facultatem, benigno deo naturam ipsius inexplabilem in hominum beneficentiam conseruante. Quis modus cantilenarum cicadae? quomodo in meridie seipsum magis sunt canora, per aeris attractionem edito sono, quam in thoracis distentione faciunt. Atenim uideor mihi longe inferior sermone esse ad explicanda uolatilium miracula, quam si pedibus conarer uelocitatem ipsorum assequi. Quum uideris ex uolatilibus insecta appellata, uelut sunt apes & uespertilioes, sic enim

Sic enim ipsa appellarunt propterea quod undiquaque incisuras quasdam ostendant, meditare quod his respiratio non est, neque pulmo, sed tota per totum aere aluntur, quapropter etiam oleo madefacta pereunt meatibus obstructis. aceto autem statim affuso, rursus reuiuiscunt transiibus referatis. Deus noster nihil redundans, & nihil defectuosum in alio quo necessario creauit. Rursus si aquas amantia uolatilia considerabis, aliam in ipsis constructionem comperies. Pedes neque fissos, uelut cornicis, neque incuruos, uelut carniuorum, sed laticos & membranofos, ut facile aquae innatent, uelut remis quibusdam pedum membranis aquam impellentes. Si uero didiceris quomodo cygnus demisso in profundum collo, sibi ipsi ex infernis alimentum effert, tunc sapientiam conditoris inuenies, quod propterea longius pedibus collum addidit, quo uelut funiculo quodam demisso, alimentum in alto occultatum exquirat ac extrahat. Si simpliciter legantur scripturae uerba, sylabus quaedam longae existunt: Producant aquae uolatilia uolantia super terram iuxta firmamentum caeli. Si uero perscrutatus fueris uerborum sententiam, tunc magnum sapientiae conditoris miraculum apparet, quot uolatilium differentias prauidit, quomodo ipsa inter se iuxta genus disparauit, quomodo unum quodque separatis insigniuit proprietatibus. Deficit me dies in aeris miraculis exponendis, uocat nos terra ad ferarum & reptilium ac pecorum demonstrationem, in promptu habens quae aequali aestimatione digna, contra plantas & natatiliu genus omniaque uolatilia opponat ac ostendat. Producat terra animam uiuentem pecorum & bestiarum & reptilium secundum genus. Quid dicatis qui fidem non habetis Paulo de alteratione in resurrectione, quum uideatis multa aerea formas mutare, qualia etiam de Indo uermiculo narratur cornuto, qui primum in erueam transmutatus, deinde temporis progressu bombyx fit, & neque in hac forma permanet, sed ex laxis ac latis bracteis alas acquirit. Quum igitur sedetis uos mulieres horum opera retexentes, si uideat quae mittunt uobis. Seres ad mollia indumenta paranda, memores mutationis animalis, manifestam resurrectionis notionem accipite, & ne abrogatis fidem alterationi, quam Paulus omnibus annunciat. Sed enim sentio sermonem modum excedere. Quum igitur ad multitudinem dicatorum respicio, extra modum me egressum uideo: quum uero rursus ad uarietatem sapientiae opificis respexero, ne incepisse quidem me narrationem puto. Simul autem etiam detinere uos diutius non inuile est. Quid enim quis facere possit ab hoc usque ad uesperam tempore, non urgent uos conuiuatores, non expectant uos symposia. Unde si ita uidetur, corporali ieiunio ad animarum laticiam utemur, saepe inferuisti carni ad uoluptatem, hodie in animae ministerio perseuera. Delicias fruire in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si diuitias amas, habes diuitias spirituales, iudicia domini uera iustificata in idem, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Si uoluptarius quisquam es & delectantibus gaudes, habes oracula dei, ei qui spirituales sensus sanos habet, dulciora existentia super mel & fauam. Si uos dimisero & concionem dissoluero, alij quidem ad cubos discurrunt, illic iuramenta, & contentiones graues, & auariciae uexationes, daemon assistit per ossa interpuncta furorem accendens, & easdem pecunias ad utramque partem transferens, nunc hunc uictoria attollens, & illi tristitiam inducens, rursus autem illum superbientem reddens, & hunc pudefacium. Quae utilitas est ieiunare corpore, animam autem innumeris malis repletam esse? Qui uero cubis non ludit, alias autem ocium agit, quid uanitatum non loquitur? quid absurdorum non audit? Ocium enim sine timore dei, prauitatis doctor est his qui tempore uti non sciunt. Fortassis quidem igitur etiam utilitatem aliquam in his quae dicuntur inuenietis, si minus, atramen ut ne peccetis ex hac occupatione uobis contingit. Quare diutius uos detinere, est diutius uos a malis subducere. Sufficiunt etiam relata benigno ac candido iudicio, si quis non ad opulentiam creationis respiciat, sed ad nostrae facultatis debilitatem, & ad sufficientiam eorum qui ad laticiam conuenerunt. Terra uos propria germinibus excepit, mare piscibus, aer uolatilibus. Parata est terra aequalia his opponere ac ostendere. Sed hic modus sit matutinae epulationis, ut ne superexcedens satietas, hebetiores uos ad uespertinarum epularum fruitionem reddat. Qui porro omnia sua creatione repleuit, & in omnibus, nobis propriorum miraculorum euidentes commonefactiones reliquit, repleat corda uestra omni laticia spirituali, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.



VALIS uobis matutina sermonum mensa uisa est: Mihi equidem in mentem uenit, ut mea pauperis cuiusdam conuiuatoris benevolentiae assimilare debeam, qui ex numero eorum qui mensas opulenter construunt esse amibens, ob penuriam rerum sumptuosarum tristificat conuiuas, pauperem super pelle cilem ac apparatus large inferens mensa, ut ambitio in ineptiarum obprobrium ipsi cedat. Tale sane quiddam est etiam nostrum factum, nisi uos quid aliud dicatis. Verum qualiacumque tandem sint haec, nequiquam uobis sunt contemnenda. Neque enim Helissaeum ut malum conuiuatores auersabantur hi qui tunc erant, idque oleribus syluestribus accipientem amicos. Noui leges allegoriae, etiam si non ex me ipso excogitarim, sed in elaborata ab alijs inciderim, quas hi qui communes scriptorum notiones non suscipiunt, aquam non aquam dicunt, sed aliam quandam naturam, & piscem ad id quod sibi ipsis uisum est interpretantur: & reptilium generationem ac bestiarum ad proprias suspensiones conuersi exponunt, uelut somniorum interpretes eorum quae in imaginationibus, in somno apparenter expositiones ad proprium scopum facientes. Ego autem ubi foenum audiui, foenum intelligo, & plantam & piscem et bestiam, & pecus, omnia uelut dicta sunt sic accipio. Non enim erubescio propter euangelium, neque quia qui de mundo scripserunt multa de figuris terrae disseruerunt, an sphaera ac globus sit siue cylindrus, siue disco similis terra, & ex aequo undique exornata, aut uanno ac uentilabro similis, & in medio caua, (ad omnes enim has suspensiones delati sunt qui de mundo scripserunt, singuli opiniones inter se mutuo dissoluentes) propterea sane adducar, ut nostram mundi constructionem uiliorē dicam, quoniam nihil de figuris dei seruus differuit, neque dixit mensuram terrae in circuiu cetera octoaginta stadiorum milia habere: & umbram ab ipsa in solis sub terra motu non dimensus est, quantum in aerem procedat, & quomodo haec ad lunam allata deliquia faciat: quoniam quae nihil ad nos pertinent, uelut inutilia nobis obtinuit. Num igitur ea gratia uiliora purabo spiritus oracula quam infatuatae sapientiae, an potius glorificabo eum qui mentem nostram uanitatibus deditam esse non uoluit, sed omnia ad aedificationem ac perfectionem animarum nostrarum conscribi disposuit: quod ipsum non uidentur mihi collaudare quidam, non consensum additionibus quibusdam & tropis reuerentiam quandam debent: & ex propria ipsorum sententia ea quae scripta sunt aggredientes. Verum hoc est eius qui seipsum sapientiorē oraculis spiritus facit, & in expositionis praetextu, sua ipsius obiter inducit. Intelligantur itaque ut scripta sunt. Producat terra animam uiuentem pecorum & ferarum & reptilium. Considera uerbum dei per creationem currere, & quod tunc incepit, & usque nunc efficax est, & in finem penetrat, donec mundus fuerit completus. Quemadmodum enim sphaera ac pila quum a quopiam impulsu fuerit, deinde decliuem aliquem locum apprehenderit, tum ex propria structura, tum ex loci aptitudine, ad decliuem fertur, non prius consistens quam planities aliqua ipsam excipiat: Sic natura rerum uno precepto commota, creationem in generatione & corruptione aequaliter penetrat, generum consequentias per similitudinem conseruans, donec ad ipsum peruenerit finem. Equum enim equi successionebus conseruatum usque ad consummationem uniuersi deducit. Nullum tempus animalium proprietates exiles facit, sed uelut nuper constituta natura, semper recens una cum tempore decurrit. Producat terra animam uiuentem. Hoc praecipit in terra permansit, & non cessat inferuire conditori. Alia enim ex successione eorum quae prius existunt producuntur. Alia uero adhuc etiam nunc ex ipsa terra in animal generari ostenduntur. Non enim solum cicadas in pluuiosis tempore remittit, neque alia innumera genera uolatilium quae in aere feruntur, quorum plurima innominata sunt, propter tenuitatem, sed etiam mures & ranas iam ex se profert, quum sane circa Thebas Aegyptias ubi in aestiue, large pluerit, statim arualibus, muribus regio compleatur. Anguillas autem neque aliter uidemus quam ex limo constitui ac generari, quarum successione neque ouum neque alius quispianus modus constituit, sed ex terra ipsis generatio existit. Producat terra animam. Pecora terrestria & ad terram prona sunt, uerum caelestis planta homo, quantum corporei figmenti figura, tantum etiam animae dignitate differt ac praestat. Quadrupedum figura qualis est: Caput ipsorum in terram pronum est, in uentre spectat, & huius delectationem ex omni occasione persequitur. Tu uero caput ad caelum surrectum est, oculi

oculi tui superna intuentur. Quare si quando & tu affectionibus carnis te ipsum dehone-
 staueris, uentri inseruies & his quæ sub uentre sunt, collatus es pecoribus stolidis, ipsiq;
 assimilatus es. Alia est cura te decens, superna quærere ubi Christus ipse est, super terre-
 stria mentem eleuare. Velut figuratus es, ita etiam dispone tuam ipsius uitam. Reipubli-
 cam habeto in cœlis. Vera tua patria est superna Hierusalem, ciues & cõtribules, primor-
 geniti descripti in cœlis. Non igitur in terra sita anima brutorum apparuit & emerit, sed
 simul cum præcepto in natura substitit. Vna autem est anima brutorum, unum est enim
 quod ipsam insignit irrationalitas. Verum diuersis proprietatibus unumquodq; animal
 fecerunt. Stabilis est bos, piger est asinus, calens est equus ad fœminæ appetentiam, im-
 mitis est lopus, dolosa est uulpecula, timidus est ceruus, laboriosa est formica, blandus est
 carnis & amicitia memor. Simul enim & creatum est unumquodq;, & inducta est ipsi na-
 turæ proprietates. Simul generatus est animi impetus ille cū leone, & solitudo uitæ ipsius,
 & infocietas ad ea quæ eiusdem generis sunt. Nam uelut tyrannus quispiam brutorum,
 propter naturæ superbiam, æqualitatem ad multos non suscipit, qui sane neq; hesternum
 alimentum admittit, neq; utiq; reliquias hesternæ prædæ suæ adierit. Cui etiam tanta uo-
 cis organa natura indidit, ut multa animalia uelocitate excellētia solo saepe rugitu capian-
 tur. Impetuosum animal est panthera & repentinis motibus præditum. Idoneum corpus
 ipsius flexibilitati ac leuitati coniunctum est, ad animæ motus consequens. Pigra est na-
 tura ursæ, proprii etiam mores latentes ac alte tecti, simile induta est etiam corpus, graue,
 compactum, inarticulatum, conueniens reuera bestia in speluncis latentis præfrigerata.
 Si sermone percurramus quanta insit brutis his citra doctrinam & naturalis super uita
 sui ipsorum cura, aut ad nostram ipsorum custodiam, & salutis animarum prouidentiam
 commouebimur, aut amplius cõdemnabimur, quum inuenti fuerimus etiam imitatione
 brutis inferiores. Vrsa saepe altissimis faucibus plagis, sibi ipsi medetur, omni studio uer-
 basco herba siccam naturam habente uulnera obturans. Videas autem & uulpeculam
 lachryma pini seipsam sanantem. Testudo uero uiperæ carnibus impleta, per origani con-
 trarietatem detrimentum uenenum iaculantis bestia effugit. Et serpens oculorum cladi
 medetur sceniculo pasta. Prænotiones porro mutationis circa aerem, qualem non pru-
 dentiam rationalem occultant, quum sane ouicula hyeme accedente, largiter alimentum
 ingerat, uelut superingerens cibum ad futuram inopiam. Boves autem hyemis tempore
 diu conclusi, iam tandem uere accedente, naturali sensu mutationem percipientes, ex sta-
 bulis ad exitum spectant, omnes sub unum quasi signum datum uisus transmutantes. Iam
 uero quis ex labori deditis etiam herinacium terrestrem obseruauit duplices respiratio-
 nes lustris suo construentem, & ubi quidem aquilonis flatum timet, septentrionalem ob-
 turat, austro uero flante, in septentrionalem transit. Quid per hæc nobis hominibus com-
 monstratur? Non solum quod per omnia cõditoris nostri cura permeat, sed quod etiam
 in brutis quidam futuri sensus sit, ut & nos præsentis uitæ non addicimus, sed de futu-
 ro seculo omne studium habeamus. Non laborabis pro teipso o homo non in præsentis
 seculo prædepones ac recondes requiem futuri, ad formicæ exemplum respectu habitos
 quæ in æstate alimentum hyemale sibi ipsi recondit, & non propterea quod nondum ad-
 sunt hyemis molestia, per ocium tempus transmittit, sed diligentia quadam indefinente, se-
 ipsam ad laborē intendit, donec sufficiens alimentū in penum reposerit. & neq; hoc se-
 gniter ac negligenter, sed sapienti quadā uerfusia excogitās, quo ipsum alimentū q̄ diu-
 rissime perseueret. Suis enim unguis medios fructus dissecat, ut ne nascētes, inutiles ipsi
 ad alimentū reddatur. eosdē etiā liccat ubi senserit ipsos madefactos, & nō in omni tēpore
 ad uentū exponit, sed ubi præsenferit aerē in serena cõstitutione cõseruari. Profectio non
 uidēas imbrē ex nubibus defluere, quo tēpore frumentū a formicis expositū est. Quis ser-
 mone allequi possit, qualis auditus capax fuerit, quod tēpus suffecerit, ad dicēda & enar-
 rāda artificis miracula. Dicamus & nos cū propheta, Quam magnificata sunt opera tua
 domine, omnia in sapiētia fecisti. Quomodo igitur suffecerit nobis ad excusationē, quod
 literis ea quæ conducunt edocui non simus, quum per legem naturæ citra doctrinā cõtin-
 gentē eius quod cōmodū est electionē acceperimus? Nosti quod facies pximo bonum?
 quod tibi ipsi ab altero uis fieri. Nosti quid sit malū? quod nec ipse uelis ab alio pati. Nul-
 la ars secandi radices, nullum herbariū experimentū, doctrinam utilium brutis inuenit, sed

sed naturaliter unumquodq; animal propriam salutem exquirat, & inenarrabilem quam-
 dam familiaritatem ad id quod ipsi secundum naturam est, possidet. Sunt autē et apud nos
 uirtutes secundum naturam, ad quas familiaritas ipsi animæ, non ex doctrina hominum,
 sed ex ipsa natura inest. Quemadmodū enim nulla disciplina nos docet morbum odisse,
 sed spontaneam habemus calumniam ac detestationem aduersus ea quæ nobis molesta
 sunt, sic etiam est animæ quadam declinatio & fuga uitij citra doctrinam, omne autem ui-
 tium est animæ ægritudo. Virtus uero sanitatis rationem obtinet. Recte enim quidam sa-
 nitate definiuerūt, esse stabilitatē actionū secundū naturā, quod etiā ipsum si quis de bona
 animæ habitudine dixerit, a decoro nō aberrabit. Vnde appetens familiaris et eius quod
 secundum naturam est, citra doctrinam anima ipsa existit. Quapropter laudata est apud
 omnes modestia, & accepta iusticia, & admirabilis fortitudo, & grata prudētia, quæ ma-
 gis familiaria animæ sunt quàm corpori sanitas. Vos filij diligite parentes, Vos parentes
 ne irriteris filios, Num & natura hæc nō docet? Nihil noui monet Paulus, sed uincula na-
 turæ adstringit. Si leæna amat filios suos, et lupus pro catulis pugnat, quid dixerit homo,
 & præcepta negligens, & naturam adulterans, quum aut filius deonestat senectam pa-
 tris, aut pater propter secundas nuptias priorum filiorum obliuiscitur? Immensus profe-
 cio est in brutis sobolis ac parentum inter se amor. Quapropter opifex ipsorum deus, ra-
 tionis defectum per sensuum opulentiam mitigauit. Vnde enim inter innumeras ouicu-
 las agnus ex mādra exiliens, nouit uocē matris, & ad ipsam festinat, et proprios lactis fon-
 tes inquirat, & si egenas maternas mammas contigerit, contentus est illis, multa plena ac
 grauata ubera prætergressus? Et uicissim mater inter infinitos agnos propriū agnoscat?
 Vox est una, color idem, odor ab omnibus similis, quantū ad nostras nares affertur. Sed
 tamen est quidam ipsis sensus nostra apprehensione acutior, iuxta quem unicuiq; adest fa-
 miliaris & proprii agnitio. Nondum sunt dentes catulo, & tamen per os ad uindictā para-
 tus est aduersus eū qui molestus est. Nondum cornua sunt uitulo, & nouit ubi arma ipsi
 enascuntur. Hæc demonstrant indocitas esse naturas uniuersorum, & nihil esse inordina-
 tum, neq; indefinitū in rebus existentibus, sed omnia habere uestigia sapientiæ cõditoris,
 in seipsis ostendētia, quod cõstructa ad cõseruationē propriæ suæ salutis producta sunt.
 Rationis quidē expers est canis, æquiualentē tamen rationi sensum habet. Quæ enim per
 multū uitæ ocium desidētes mundi sapiētes uix inuenerunt, syllogismorū in quā plexus,
 ea se à natura edocui ostēdit canis. Vestigium enim feræ perscrutans, ubi inuenerit ipsum,
 multiformiter fissum, digressiones quocunq; diuertentes singulatim rimatus, tantū non
 syllogisticam uocem per ea quæ facit edit, aut hac inquit, fera diuertit, aut illac, aut in hæc
 partem: Atqui neq; hac, neq; illac. Reliquum igitur est ipsam hac digressam esse, et sic per
 destructionē falsorū uerū inuenit. Quid magis eximium facit, qui in mathematicis figu-
 ris designandis reuerenter & cū graui auctoritate desidēt, & puluere lineis insculpūt, ex
 tribus propositionibus tollentes ac destruentes duas, & in ea quæ reliqua est, ueritatē in-
 ueniētes. Porro memoria beneficii huius animalis, quæ nō ex ingratia erga benefactores
 pudefacit, quū sanē multi canes etiā occisis dominis in solitudine immortui esse cõmemo-
 rentur. Iam uero quidā in recenti adhuc facto & affectione, etiā uitæ duces his qui occisores
 inquirunt facti sunt, & ad pœnā rapi malefactores fecerunt. Quid dixerint hi qui creato-
 rem ipsorum & nutritorem dominū non diligunt, sed etiam amicis utuntur his qui in iu-
 sta contra deum loquuntur, & eadem cum ipsis mensa participāt, & iuxta ipsum cibum
 blasphemias contra nutritorem tolerant. Cæterum nunc ad speculationē creatoris redea-
 mus. Animalia quæ faciliora sunt captu, fœcundiora sunt. Quapropter multam prolem
 pariunt lepores, & capræ syluestres, & oues syluestres gemellos pariunt, ut ne deficiat ge-
 nus à crudiuoris consumptum. Quæ uero alia perimunt, paucam sobolem pariunt, unde
 uix unius leonis mater leæna fit: dilaniato enim utero per unguium aciē procedit, uelut
 tradunt. Et uiperæ utero eroso progrediuntur, decentem mercedē genitrici rependentes.
 Ad eodē nihil non prouidū in naturæ rebus est, neq; quicquā pertinentis ad se curæ expers.
 Et si ipsas animalium partes consideraueris, inuenies quod neq; superfluum quid cõditor ap-
 posuit, neq; necessaria detraxit. Carniuoris animalibus acutos dentes adaptauit, talibus
 enim opus erat ad alimentum speciem. Quæ uero ex dimidio dentibus armata sunt, multis
 & uarijs alimentorum horreis instruxit. Nam quia primum nō sufficēter attenuatur ab
 ipsis

ipsis alimentum, tribuit ipsis ut deglutitum rursus reuocent, quo ruminatio contritum in nutrimentum cedat, & ei quod nutritur assimiletur. Gula, & pellicula in uentribus, & reticula, & intestina magna, non frustra sita sunt in animalibus quae ea habent, sed necessariam utilitatem singula implent. Longum est collum cameli, ut pedibus adaequetur, & herbam contingat ex qua uiuit. Breue est & humeris insitum collum ursae, & leonis, & tigridis, & reliquorum eius generis, quia non ex herba ipsis est alimentum, neque necesse est ad terram se inclinare, quum carniuora sint & ex praeda animalium se sustentent. Quid si bi uult proboscis elephantis? Quia magnum animal & ex terrestribus maximum, ad perterrefaciendos occurrentes productum, carnosum esse oportebat corporeque completo. Huic si collum magnum & pedibus adaequatum additum esset, intracabile esset ob superexcellentem grauitatem semper deorsum uergens. Nunc autem caput quidem per pauca ceruicis uerticula ad spinam connectitur, habent autem proboscidem, colli utilitatem & usum implentem, per quam & cibum adducit, & potum subuehit. Sed & inarticulati sunt ipsi pedes, & uelut columna unita onus sustentant. Si enim laxi & flexibiles artus ipsis suppositi essent, frequetes sane articulorum emotiones, ipso se inclinante & exurgente contingerent, onus leuare non potentium. Nunc autem breuis talus pedi elephantis subiacet, neque tamen in talum, neque in genu articulatus est. Articulorum enim lubricitas non sustentare posset animantis carnositatem, multam adeo ipsi circumfusam & circumtrementem. Vnde necessarius nasus ille fuit usque ad pedes demissus. Non uides in bellis, quod uelut turres quaedam animatae aciem praecedunt, aut colles quidam carni intolerabilem impetum habentes, hostium constipatum agmen discindunt, quibus si non correponderent ad proportionem infernae partes, ad nullum tempus animal sufficeret, neque duraret. Nunc autem tradunt aliqui trecentos annos, & plures adhuc uiuere elephantem, propter hanc artuum compagem nullos articulos habentem. Cibum autem uelut diximus, proboscis illa de terra in altum subleuat, serpentinae existens ac flexibilioris naturae. Atque sic uerus est sermo, quod nihil superfluum neque defectuosum in creatis inueniri possibile est. Hoc tamen animal tanta magnitudine praeditum, subditum nobis deus constituit, ut & si doceatur intelligat, & si percutiatur excipiat ac sustineat, euidenter nos edocens, quod omnia subiecit nobis, propterea quod ad imaginem conditoris facti simus. Non solum autem in magnis animalibus imperuestigabilem sapientiam uidere est, sed etiam in minutissimis, nihil minora miracula congregare licet. Quemadmodum enim non magis minor magnos montium uertices, qui propter nubium uiciniam, & continuam perflationem, hyemis statum conseruant, quam concauitatem uallium, quae non solum uentorum alta petentium saeuicem effugit, sed etiam tepidum semper aerem continet: Sic etiam in animalium constitutionibus, non magis admiror elephantem ob magnitudinem, quam murrem, quia horridus est elephanti: aut tenuissimum scorpionis aculeum, quomodo cauauit ipsum uelut tibiam artifex ipse, ut per ipsum uirus sauciatis immittatur. Et nemo incuset conditorem, propterea quod animalia uenenum eiaculantia, & perimentia, & uita nostra aduersaria induxit. Nam sic etiam paedagogo quis uitio uerterit iuuentutis leuitatem in ordinem redigenti, & plagis ac flagellis proteruitatem castiganti. Fidei probatio sunt bestiae. Confidis domino, super aspidem & basiliscum ascendes, & conculcabis leonem & draconem, & habes per fidem potestatem calcandi serpentes & scorpiones. Aut non uides quod Paulum sarmenta colligentem inuasit uipera, et nullum detrimentum affricuit, propterea quod plenus fide sanctus esset? Si autem fidem non habes, time non magis bestiam quam tuam ipsius incredulitatem, per quam te ipsum facilem captu omni corruptio nisi fecisti. Verum enim uero iam dudum sentio de hominis generatione a me exigi, & tantum non audire mihi uideor auditores in cordibus uociferantes, nostra quidem qualia sint natura edocemur, nos autem ipsos ignoramus. Necessarium igitur est dicere, omni cunctatione nos detinente repulsa. Reuera enim uidetur omnium grauissimum esse, seipsum non nouisse. Non enim solum oculus foras prospiciens, in seipsum uisu non utitur, sed & ipsa mens nostra alienum peccatum intuens, tarda est ad propriorum delictorum agnitionem. Quapropter etiam praesens sermo quum celeriter recensuerit aliena, segniss est & torpore plenus ad propria expendenda. Atqui non magis ex coelo & terra deum cognoscere datur, quam ex propria nostra constitutione, siquidem prudenter quis seipsum expendere

expendere uelit, uelut ait propheta. Mirabilis facta est scientia tua ex me, hoc est ubi me ipsum perdidicissem, excellentiam sapientiae in te edocui sum. Et dixit deus, faciamus hominem. Vbi est mihi Iudaeus, qui in superioribus theologiae lumine, uelut per fenestras quasdam illucens, & secunda persona mystice quidem demonstrata, non autem euidenter elucens, aduersus ueritatem contendebat, ipsum ad seipsum loqui deum asserens? Ipse enim inquit, dixit, et ipse fecit, fiat lux, & facta est lux. Erat quidem igitur etiam tunc exposita in his quae ab ipsis dicebantur absurditas. Quis enim faber ferrarius aut lignarius aut etiam sutor coriarius, inter instrumenta artis solus desidens, nemine ipsi cooperante, dicit ipse sibi ipsi, faciamus gladium, aut componamus aratrum, aut efficiamus calceum, & non cum silentio pertinentem ad se actionem absoluit? Nugae enim reuera ingentes sunt, imperatorem aliquem sibi ipsi & praepotorem desiderare, & heriliter ac uehementer seipsum urgere. Sed tamen quos ipsum dominum calumniari non tædunt, quid non dixerint exercitata ad mendacium lingua habentes? Praesens tamen uox, os ipsorum omnino obturat. Et dixit deus, faciamus hominem. Num etiam nunc, dic mihi, solitaria est persona? non enim scriptum est, fiat homo, sed faciamus hominem. Quam diu nondum apparebat is qui docetur, homo nimirum, in profundo occultata erat cognitionis dei praedicatione: quum de caetero hominis generatio expectatur, denudatur fides, & clarius reuelatur ueritatis doctrina, faciamus hominem. Audis o Christi aduersarie, quod ad socium officij loquitur, per quem & secula fecit, qui fert uniuersa uerbo potentiae suae? Sed enim non quiete suscipit sermonem pietatis. Verum quemadmodum bestiae homini maxime infestae, ubi septis inclusae fuerint circum sepiumenta fremunt, amarulentiam & feritatem naturae ostendentes, furor autem explere non potentes. Sic etiam in sensum ueritati genus Iudaei ad angustias redacti, multas aiunt esse personas ad quas sermo dei factus est, angelis enim dicit astantibus ipsis, faciamus hominem: Iudaicum hoc est figmentum, & leuitatis inde profecta fabulamentum, ut ne unum suscipiant, innumeros inducunt, et filium reprobantes, famulis consilij dignitatem attribuunt, & conseruos nostros, dominos nostrae creationis faciunt, per fecus homo ad angelorum dignitatem adducitur. Quale autem opificium a quale esse poterit conditoris? Considera autem & quod sequitur, iuxta imaginem nostram. Quid dicis ad hoc? Num & imago una est dei & angelorum: filij equidem & patris eandem esse formam, omnino necesse est, forma uidelicet uelut deo conuenit accepta, non in figura corporea, sed in proprietate deitatis. Audi & tu qui ex noua circumcisione es, qui simulato Christianismo, Iudaismo honorem habes. cui dicit secundum imaginem nostram? Cui alij sane quam splendore gloriae & characteri substantiae ipsius, qui est imago dei inuisibilis. Propria itaque imagini uiuenti & quae dixit, ego & pater unum sumus, & qui me uidit, uidit & patrem. huic dicit, faciamus hominem secundum imaginem nostram. Vbi una est imago, ubi potest esse inaequalitas ac dissimilitudo: Et fecit deus hominem: non fecerunt. Fugit hic pluralitatem personarum, per illa quidem Iudaeum erudiens, per haec uero paganismum excludens, se cure recurrit ad unitatem, quo & filium intelligas cum patre, & multitudinis deorum periculum effugas. Ad imaginem dei fecit ipsum. Rursus coadiutoris personam induxit. Non enim dixit ad imaginem sui ipsius, sed ad imaginem dei. In quo quidem igitur habeat homo id quod est secundum imaginem dei, & quomodo particeps sit eius quod est secundum similitudinem, in sequentibus deo dante dicitur. Nunc autem tantum dicatur, quod si una est imago, unde tibi in mentem uenit intolerabilis impietas, ut dissimilem patri filium dicas? O ingratitudinem, cuius particeps factus es similitudinis, eam non attribuis benefactori? & tibi ipsi quidem propria manere putas, ea quae sunt ex gratia exhibita, domino autem similitudinem ex natura ad genitorem habere non permittis? Caeterum silentium nobis de caetero uespera ipsa imponit, quae iam dudum solem ad occidentem demisit. Hic igitur etiam nos sermonem sopitemus dictis contenti. Nunc quidem igitur quantum ad aemulationem uestram excitadam attinet, sermone attingimus. Perfectiorem uero propositorum enucleationem, in consequentibus spiritu cooperante dabimus. Abite itaque mihi gaudentes uos Christi amans ecclesia, pro omni obsonio sumptuoso & uarijs condimentis, per memoriam reatorum uenerandas mensas uestras exornantes. Confundatur qui dissimilitudinem producit, pudenter Iudaeus, gaudeat ueritatis dogmatibus pius, glorificetur dominus, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia decima de hominis constructione.



Eteris debiti exolutionem impleturus pro deo, cuius redditione distulisti, non ob uoluntatis ingratitude, sed corporis debilitate. Debiti maxime necessarii, & quod ueltris auribus debemus. Etenim iniustus esset uos de brutis, & natalibus, & pecoribus, & uolatilibus, de quibus coelo & quae iuxta coelum sunt, & de terra terraeque plantis edocitos, non etiam de nostra generatione ex diuinitus inspirata scriptura illuminari. Quemadmodum enim oculi nostri externa uidentes, se ipsos non uideant, nisi alicubi corpus solidum contigerint, & illinc refractus uisus, uelut a reflexu, uidere ipsos fecerit suam ipsorum constitutione retrosum: Sic etiam mens nostra, alia uidens se ipsam non uidet, nisi scripturis incubat. Lumen enim inde refractum causa est, ut unusquisque nostrum conspicatur, alioqui imprudens sumus, & nostrae ipsorum constructionis minime perspicaces, quod sumus, & quid sumus ignorantes. Negligentissime enim circa nos ipsos dispositi sumus, eorum quae cognitioni exposita sunt, & minutissimorum in nobis cognitionem non habentes. Multae occupationes circa corpus nostrum humanum, omne medicorum studium consumperunt, & si medicinam percussueris, reperies quanta de utilitate partium nostrarum nobis exponit, quot obscuras uias in occulto existentes, circa internam nostram constructionem, in artis refecandi corpora aggressio- nibus inuenit. una conspirationem a corpore, canales spiritus, aquae ductus sanguinis, respirationis attractionem, habitationem foci caloris in corde, motum perseverantem spiritus circa cor: innumera apud illos studio inuenta sunt, quorum nemo nostrum expertus est, propterea quod nullum oculum ad hanc partem expendendam insumimus, neque se ipsum quisquam sit quisque nosse studio habet. magis enim ad coelum cognoscendum prompti sumus quam nos ipsos. Quare ne contempnas miraculum quod in te est. Paruus enim es uelut putas, magnum autem cooperiet te ratio recensens & expendens. Quapropter sapiens David exacte gnarus se ipsum expendere, mirabilis facta est, inquit, scientia tua ex me: & arte quae in me est, quanta uidelicet sapientia constructum est corpus meum, considerans ex parua hac constructione, magnum opificem intellexi. Faciamus hominem secundum imaginem nostram & similitudinem. Ostensum est nuper in transcurso, & sufficienter demonstratum est, quis sit qui dicit, & ad quem fit sermo, & habet ecclesia de his demonstrationibus, imo magis habet fidem demonstratione firmiter. faciamus hominem. Perdisce te ipsum hinc initio factio. Nondum de alio opificio hac uox descripta est. Lux facta est, & simplex est praecipuum, dixit deus: fiat lux, coelum, & absque consilio coelum factum est, & luminaria, & nullum eorum solum prius inijt de luminariis. Mare & pelagus immensum praecipuo ad esse producta sunt. Piscium genera omnigena iussu facta sunt, ferae & iumenta & uolatilia, dixit & facta sunt. Hic nondum est homo, & consilium fit de homine. Non dixit uelut de alijs, fiat homo. Perdisce tui ipsius dignitatem, non proiecit generationem tuam praecipuo, sed consilium fit in deo, quomodo praestans animal ad uitam producendum sit, faciamus hominem. Sapiens deliberat, artifex considerat. Ergo defectuosa est ipsius ars, & ex cura uult absolute & perfectum ac exactum facere suum opificium, aut ut tibi demonstrat quod perfectus es apud deum. Didicisti quod duae sint personae, is qui dicit, & ad quem fit sermo. Cur non dixit, fac, sed faciamus hominem? ut intelligas dominum, ut ne patrem cognoscens, filium ignores, ut scias quod pater fecit per filium, & filius creauit paterna uoluntate, & glorifices patrem in filio, & filium in spiritu sancto: sic commune factus es opus, ut communis adorator amborum existas, non scindens adorationem, sed unius deitatem. Vide historiam quidem figurae, theologiam autem potentiam. Et fecit deus hominem, faciamus dixit, & non dixit, & fecerunt: ut ne multitudinis deorum occasionem arripas. Si enim pluralis inducta esset persona, insatiabiles facti essent homines, multam deorum copiam sibi ipsis accumulantes. Nunc uero faciamus, ut cognoscas patrem & filium & spiritum sanctum, fecit deus hominem, ut unius deitatem, unius autem non substantias, sed potentias, ut unam maiestatem habeas, non partiens circa adorationem, non partiens in deorum multitudinem. Non dixit, fecerunt dei hominem, sed fecit deus, propria est substantia patris, & propria filij, & propria spiritus sancti. Cur igitur non tres? quia una deitas, quam enim in patre uideo deitatem, hanc etiam in filio, & quam in filio, hanc & in spiritu sancto, propterea quod forma in utroque una, & principium a patre in filio idem, & propterea

propterea etiam apud nos adoratio & gloria una. Procerum nostrae generationis, theologia uera, faciamus hominem, & secundum imaginem & similitudinem nostram. Secundum imaginem dei facti sumus. Quomodo igitur secundum imaginem dei? Depurgemus cor incitium, praesumptionem & anticipationem ineruditam, indoctas de deo opiniones: si secundum imaginem dei facti sumus, inquit, conformis nobis est deus? Oculi circa deum & aures, caput, manus, coxendix, in quo sedet? deus enim in scriptura sedere dicitur, pedes per quos perambulat? Nonne talis est deus? Responde de corde indecoras imaginationes. Eijce a te cogitationem minime decentem magnitudinem dei, figure expers est deus, simplex, magnitudine carens, quantitate exors, ne imagineris formam circa ipsum, ne paruum reddas iudaice eum qui magnus est, ne apprehendas deum corporalibus notionibus, ne circumscribas ipsum mente tua, incomprehensibilis est magnitudine: cogita magnum, & magno appone plus quam mente concepisti, & pluri adhuc plus, & tuam cogitationem persuade quod ad infinita non peruenit. Figuram ne concipias animo, a potentia deus intelligitur, simplicitas naturae, magnitudo quantitate exors, ubique est, & sit per omnia redundat, & est ratiū indefinitus, qui tuam apprehensionem elabens, neque magnitudine circumscribitur, neque figura comprehenditur, neque potentia mensuratur, neque temporibus confingitur, neque finibus terminatur. Nihil est circa deum quale circa nos. Quomodo igitur scriptura dixit nos secundum imaginem dei factos esse? De deo docet deus nobis ipsis cogitemus, quod non habemus in corporis forma id quod secundum imaginem dei est: quum enim corpus corrumpitur, forma perit, non incorruptibile incorruptibile figuratur, non est corruptibile imago incorruptibilis, corpus augetur, minuitur, senescit, alteratur, aliud est in iuuentute, aliud quum in bona habitudine est, & aliud quum in affectionibus fuerit, aliud dum timet, & aliud dum laetatur, aliud in inopia & fame, aliud in satietate, & aliud in pace, et aliud in pugna, alius color uigilantis, & alius dormientis, in illo enim efflorescit quod rubicundus est, calore ad externa procedente: in hoc uero caliditas perfrigerata est & in profundum contracta, quapropter etiam subpallida sunt dormientium corpora, quomodo igitur potest id quod alteratur simile esse inalterabili? ei quod semper similiter habet, id quod nunquam consistit? Dilabitur corpus nostrum uelut ea quae sunt fluida, prius quam uideamus subterfugit, aliud ex alio humanum corpus apparet. Secundum imaginem nostram. Quomodo immobilem naturam seruare poterit fluida imago, formae exortem formam habens? Quomodo igitur inquiremus id quod dictum est, secundum imaginem? In his quae ipse dominus dixit. Si meum quid dixeris, non susceperitis, si herile, suscipietis. Faciamus hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem, & imperent piscibus. Corpore an ratione? In anima est imperium an in carne? caro multarum animalium carnibus imbecillior est. Qualis comparatio carnis hominis & camelis, hominis et bouis, hominis & uniuscuiusque quamcumque tandem uelis ferarum facile consumitur caro humana ad ferarum carnem collata, sed in quo est imperium? In rationis opulencia, quanto inferior est uiribus corporis, tanto superior est supellecile rationis. Unde magna onera transfert homo, mentis industria magis quam uiribus corporeis. Faciamus hominem secundum imaginem nostram. Internum hominem dicit, faciamus hominem. Verum dicit tu, cur non dicit nobis de ratione? hominem dixit secundum imaginem dei, ratio autem homo est. Audi apostolum dicentem, etiam si externus homo noster corrumpitur, at internus renouatur de die in diem. Quomodo duos cognosco homines? unum apparentem, alterum in apparente occultatum, inuisibilem internum hominem. Inutus itaque habemus hominem, & duplices sumus, & quod dicitur uerum est, nimirum quod intus sumus. Ego enim iuxta internum hominem sum, externa uero non ego, sed mea. Non enim manus, sed ego rationalis animae pars, manus autem pars hominis. Quare corpus quidem instrumentum est hominis, instrumentum animae, homo autem proprie in ipsa anima, faciamus hominem secundum imaginem nostram, hoc est, dabimus ipsi rationis facultatem. Et imperent. Non faciamus hominem secundum imaginem nostram, & irascatur, dicit & concupiscant, & tristentur, non enim affectus in dei imaginem assumpti sunt, sed ratio affectuum domina. Et imperent piscibus, statim ut conditus es, etiam princeps conditus es. Et imperent. Vnius anni potestatem a rege quis accipit, homo ab homine, mortalis a

mortali, accipiens à non habente, qualem enim potestatem animæ habet homo? Tu uero à deo accepisti non lignis inscriptam, neque membranarum plicis corruptibilibus & uermibus expositis, sed conscriptam diuinâ uocem natura habet. Imperent. Hæc uniuersa imperio humano subiacent. Imperent piscibus, & bestiis terræ, uolatilibus cœli, pecoribus, reptilibus reptantibus super terram. Non dixit, faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram, et edant omne lignum fructiferum quod habet fructum in seipso. Posteriora sunt ea quæ ad carnem pertinent. prima quæ ad animam præcuntia & præposita appellata. Prima nobis coelestia ac contributa est imperandi facultas. Imperiale es animal o homo, & quid seruis affectibus, quid tuam ipsius dignitatem destruis, & seruis sis peccatis? cur te ipsum facis captiuum diaboli? princeps creature electus es, & reuerentiâ ac autoritatem naturæ tuæ abiicisti? seruis uocatus es? quid te affligit seruitus corporis? cur non gloriaris in dominio tibi à deo contributo, quod rationem habes affectuum dominæ? Quum uideris herum tuum esse uoluptatis, te ipsum uero moderatum, scito quod tu quidem es seruis nomine solum, ille uero nomine quidem habet dominum, opere uero confirmatam habet seruitutem. uides illum cum scorto trahi, te ipsum uero scortum contemneret, quomodo non tu dominus es effectus, ille uero seruis est calcaturus à te uoluptatum? Quare uerba hæc, faciamus hominem, & imperent, indicant quod ubi est imperandi facultas, ibi est dei imago. Imperent piscibus. Primum nobis eorum quæ habitationem à nobis seiunctam habent, imperium datum est. Non dixit, imperent animalibus familiaribus, sed piscibus. Aquatica est enim ipsorum uita, piscium igitur imperium nobis primum datum est. Et quomodo piscibus imperamus? Si meministi aliquando te in stagno comparuisse. & quomodo umbra tua omnia cõsternauit, quis dominus turbatis dominibus, subito comparens sic silentium fecit, & præsentia domini sui omnia in decorum transmutauit, quomodo omnis aquatica creatura uno homine apparente, figuram transmutat: non amplius liberam habet uitam, non audet dorso maris aut stagni innatare, delphin ubi prope hominem esse cõspexerit, quamuis delphin sit omnium natatiliu regalisissimus, reueretur. Sic datum est homini in natatilia imperium. Quum autem uideas rationem tuam omnia penetrantem, & omnibus dominantem, quomodo non cetis imperas? Uidi ego humanam mentis uersutiam, quum hamos quosdam cõstruunt, & inescationes magnitudine mediocri cetis deuorandas adaptant, deinde ex summis illis funiculis, ex quibus hami dependent, iuxta alteram extremitatem utres spiritu distentos alligant, eosque superna in pelagus demittunt. Vbi itaque immania cete ad inescationes allata fuerint, & hamos in se susceperint, utres quidem in profundum trahunt, utrius uero natura superna petens, rursus ad superficiem ipsa retrahit, & proprio cibo infixam sursum ac deorsum impellitur, ac profunditates alterat ac perscrutant. Atque sic immanis belua maria super maria emensa, & multum robur inefficax habens, tandem hamo illo capitur, & labore domita, & fame uicta, mortua cum utribus trahitur, & præda fit uenatoris, paru magna, debili immanis. Cur quia rationis facultate uim imperandi adeptus, uelut malos seruos fugitiuos ad obedientiam ducit inobedientissimos, & eos qui per mansuetudinem adduci non possunt, per uiolentiam in seruitutem adigit. Sic undiqueque imperandi uis à conditore homini insita est, inde gladij & libellæ & balenæ & ferræ, & boues, & omnia illa horrenda cetorum nomina, homini subdita facta sunt. Imperent piscibus maris, & bestiis terræ. Non uides leonem grauem illum & rugientem, cuius & nomen intolerabile est, & rugitus terram tremulam facit? cui nam est ita tolerabilis, ut ipsius impetum sustineat? Nullum animal tantam in uirium suarum facultate cõfidentiam habet, ut leonis impetum sustineat, attamen illum uides in parua cauea conclusum. Quis est qui inclusit ipsum? qui paruam carcerem magno animali excogitauit. Quis est qui raritate staminum illorum ligneorum respirationem ferre præparauit, ut ne ipsa proprio anhelitu suffocetur, sed & respirationem liberam ipsi dedit, & munimentum securitatem simul disposuit? Quis nonne homo ludicra facit feras crudelissimas. Non eludit pantheras, quum chartam erigit in hominem effiguratam? & hæc quidem chartam dilaniat, homo uero infra chartam iacens, stulticiam feræ deridet. Nonne potestate homo omnibus dominatur? Quid dicam tibi de uolatilibus? Quod non ascendit quidem in aerem homo, non enim pennas habet. Simul euolat autem cum uolatilibus

mentis

mentis potestate, nihil detinet rationem, quæ in profundo sunt perscrutatur, quæ super terram sunt uenatur, quæ in aere sunt præripit. Vidisti ne aliquando in rami extremitate sedentem auiculam iridentem homines? confidit enim in leuitate pennarum. Attamen uidere est puerum eò animum intendentem, & arundines arundinibus subjacentem, & in extremitate arundinum uiscum agglutinantem, deinde latenter per ramos et folia uisci præsentiam occultantem, & obseruato auiculæ uisu in sublime eleuato, modico contactu tenet ac apprehendit uolatile per aerem ambulare solitum, & quod per æthera fertur, captiuum uisco ducit. Infra facit homo, & manus infra est, sed uersutia ascendit, & per arte homo omnia assequi potest. retia tenduntur pennatis, sagittariorum coniectura uolantia impetit, inescamentis capiuntur uoaciora: non uidisti etiam aliquando aquilam impetuose in prædam illapsam, deinde laqueis inferne transfixam? Sic quod in alto est, infra descendit humanis inescamentis attractum. Omnia sub manum hominis duxit, et creationem compleuit, & hominem dominum exortem non fecit. Ne dixeris, ea quæ in aere feruntur quomodo ad me pertinent. nam per rationem etiam illa tibi subdita sunt. Et reptilibus reptantibus super terram. Uides ubi habes quod factus es ad imaginem dei? Et fecit deus hominem. Quid igitur est homo? ex his quæ legimus, & quæ audiimus, definemus. Non enim ad huc opus est nobis mutuari definitiones alienas, neque dogmata ex uanitate superinducere rationi ueritatibus. Homo est creatura dei rationalis, facta ad imaginem conditoris ipsius. Si quid deest definitioni huic, cõsiderent hi qui multa consumperunt in corrupta sapientia ad piscenda. Secundum imaginem dei factus est homo. Et benedixit deus hominem & dixit. Crescite & multiplicamini & implete terram. Hæc est piscium benedictio, & dixit deus, producant aquæ reptilia animarum uiuentium, & factum est ita. Deinde, & dixit deus. Crescite & multiplicamini & implete aquas. Quid igitur eximium est? Necessario & hæc cõmunia tibi largitus est, & propria te expectat. Crescis enim uelut etiam reliqua animalia, & à paruo primum modicis paulatim additamentis factis ad perfectionem peruenis. Sic etiam equi & canes. sic & aquilæ & cygni, & omnia quæ nominare possis, per paruam & primam foeturam modica paulatim accessione facta, ubi perfectum augmentum acciperunt, rursus per imminutionem ad id quod minus est reuertuntur. Quæ itaque communia naturæ erant, etiam nobis donauit. Crescite, hoc est nutrimini, paru generati, magni euadite, & terminus sit augmenti. Non enim quia in primo septennio mutamur, & capit nos stature transmutatio in secundo annorum septenario, iam similiter debemus in omni uitæ nostræ parte, iuxta septenarios statura transmutari. Primus septenarius puerilem staturam habet, termini puerilis staturæ manifesti, transmutatio dentium, alij cadunt, alij subenascuntur. Secundum principium capit ipsum augmentum usque ad finem decimi quarti anni. deinceps tertia est statura puberum. In prima enim est puerulus, deinde puer, deinde de puer à quarto decimo anno, deinde uir, atque hic sunt termini tertij augmenti. Crescite igitur. Non si centum factus fueris annorum, à primo usque ad centesimum annum augmentum suscipis, sed hoc Crescite unum uerbum sapienter dictum, proinde disponitur. Crescite usque quo? sed non sunt mensuræ augmenti iuxta primam compagem ac cõstitutionem proiectam ac fundatam in utero, proiectæ ac propositæ sunt etiam rationes augmenti. Non enim postea recentius est & accessorium staturæ donum, sed iacta in utero fundamenta, simul proiectas habent aptitudines ad augmentum. Exciderunt dentes, cognoscimus quod tanta mensura auctus est. Pueruli trium annorum mensuram sumit pater, nouit quod duplum eius magnitudinis accipiet in perfectione. Quæ enim est triennialis, tantus bis euadet, aut rursus tantus erit in augmenti cõplemento. Hæc est mensura humanæ naturæ usque ad finem, usque ad terminum, à septenario primo usque ad secundum. Illinc de cætero caliditas amplior, cõformatio corporis rarior, humiditas deficit, corroboretur membra, in principio fortiorum puberum sunt homines, nondum quidem perfectionem habentes. Recens enim compacta adhuc est ipsorum caro, & ad tolerandos labores inepta: & leuitatem quidem & agilitatem de cætero animal accipit. In tertio uero cõsequenter septenario perfectionem augmenti acquirit. Non amplius autem in longitudinem corpus erigitur post tertium septenarium. Postquam autem respirauerit natura à laboribus augmenti sursum uersus, deinceps in latitudines transire incipit, & uelut fundamenta circumdare his quæ in altum educa sunt, & crassitudines ipsius circumponere, & corporis mem-

e 3 braro

bra robusta facere. Hæc quidem facit natura iuxta sui ipsius consequentiam. Facta autem sunt ab initio præcepto dominico, & quod tunc dictum est, per omnem creaturam usque ad finem procedit. Crescite & multiplicamini. Crescite, ut ne in uno terminet creatio. Multiplicamini, ut ne in unum sed in plures. & implete terram. Implete autem non in habitatione, sic enim in angustijs concluderemur uiuentes, si tanta esset terra, quanta nos dimittitur, sed implete potestate. Nobis enim dominium terræ dedit. Implete terram. Nec uero & hanc homines necessario implent, sed dominos nos fecit ad implendum, & implemus illam ratione. Quum uiderimus quanta sit mensura perustæ & non habitabilis, quum uiderimus quanta sit regio septentrionalis, quæ propter excellentem frigiditatem inculta est & inutilis, non impleuimus terram: non electio utilis, id quod ad uitam degendam hominibus inutile fuit repudiauimus: Quare implete terram, dominos nos fecit. Non quia totius non habemus usum, ideo non habemus totius dominium. Neque enim tu ubi frumentum mercatus es, non es totius dominus, quando quidem in frumento partim quod editur, partim quod rejicitur habes. Aut lapides quidem uelut inutiles abijcis, & si quid aliud ad esum ineptum ammixtum est, & paleas diffilas, & zizanium secernis, & quod purum est ad uictus copiam eligis. Sic itaque terra partim donata est ad habitationem idonea, quæ potior est, partim ad agriculturam necessaria, alia rursus ad greges quadrupedum pascendos spatiosa extensa est. Dic mihi, licet ne mihi constituere quod uolo, quando quidem factus sum dominus, iuxta domini qui me condidit largitionem: & implete terram. Et imperate piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs terræ. Hæc est deinceps benedictio, hæc legislatio, hæc dignitas data nobis à deo. Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit ipsum. Nonne adnotasti quod defectuosa erat sententiæ latæ conclusio ac ipsa demonstratio: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Consultatio ipsa duo habet, secundum imaginem, & secundum similitudinem. Opificium ipsum unum habet. Num aliter consultauit, & aliud postea consilium inquit: Num penitentia quædam in creatione consequuta est? Num debilitas conditoris qui alia uoluit, & alia fecit? Aut superflua garrulitas est in uerbis? fortassis enim hoc dicit, faciamus hominem secundum imaginem & secundum similitudinem. Quum enim dixerit secundum imaginem, non dixit nec repetiuit secundum similitudinem? Quodcumque sanè ex his elegerimus, id quod scriptum est accusabimus. Siue enim hoc dicit, superfluum est eadem bis dicere. Ociosum autem uerbum in scriptura esse dicere, blasphemia ingens est. At qui nihil ociose dicit, igitur necessarium est factum esse hominem secundum imaginem, & secundum similitudinem. Cur non expressa sunt quæ consultauit? Cur non dictum est, & fecit deus hominem secundum imaginem dei, & secundum similitudinem? debilis fuit conditor? impius est sermo, penitentia ductus est imperator? magis impia est cogitatio. At dixit, & postea aliud consilium inuit? non. Neque igitur scriptura hoc dicit, neque debilitatus est opifex, neque consilium irritum fuit. Quæ itaque est ratio silentij, faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem? Alterum equidem ex creatione habemus, alterum ex uoluntate acquirimus. Simul cum prima constructione adest nobis, quod ad imaginem dei facti sumus: ex uoluntate nobis acquiritur ac rectificatur, ut secundum similitudinem dei simus. Hoc autem ipsum, secundum uoluntatem uidelicet, potentia nobis inest: actione autem nobis ipsis inducimus. Si non facta anticipatione dixisset dominus qui nos fecit, faciamus & secundum similitudinem, si non potentiam fieri secundum similitudinem nobis largitus esset, non utique nostra ipsorum facultate similitudinem ad deum suscepissimus. Nunc uero potentia nos fecit assimilatores dei, potentiam autem largitus ad hoc ut deo assimilemur, dimisit nos operatores esse similitudinis ad deum, ut nuncius sit operationis merces, ut ne uelut imagines simus à pictore factæ, temere sitæ, ut ne nostra similitudo alteri laudem ferat. Quum enim imaginem uideris exacte ad exemplar efformatam, non imaginem laudas, sed pictorem admiraris. Quo itaque miraculum meum fiat, & non alienum, mihi reliquit, ut secundum similitudinem dei fiam. Secundum imaginem enim habeo ut rationalis sim, secundum similitudinem autem fio, in hoc quod Christianus factus sum. Fatis perfecti uelut pater uester cœlestis perfectus est. Vidisti ubi nobis contribuit id quod secundum similitudinem est? Quia solem suum exoriri facit su,

cit super malos & bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Si fias ofor malicia, immemor male in te factorum, obliuiosus hesternæ inimicitia, si fias amans fratris & condolens, assimilatus es deo. Si remiseris inimico ex corde, assimilatus es deo. Si qualis est erga te peccatorem deus, talis fias erga fratrem qui in te peccauit, per misericordiam erga proximum deo assimilatus es. Quare id quod secundum imaginem est, ex eo quod rationalis es habes, quod uero secundum similitudinem est, acquiris ex eo quod bonitatem assumis. Assume uiscera misericordiae, & bonitatem, ut induas Christum. Ex eo enim quod condolentiam assumis, Christum induis, & per familiaritatem ad ipsum, deo familiaris redderis. Sic historia ipsa humana uitæ eruditio existit, Faciamus hominem secundum imaginem. Habeo igitur in creatione id quod secundum imaginem est. Fio autem proposito & uoluntate, etiam secundum similitudinem. Vbi tua est gratia? Cur tu coronatus es? Si enim opifex totum contribuit, quomodo tibi regnum cœlorum apertum est? Nunc autem alterum quidem datum est, alterum uero imperfectum relictum, quo ubi te ipsum perfecteris dignus fias retributione mercedis à deo. Quomodo igitur fimus secundum similitudinem? per Euangelia. Quid est Christianismus? similitudo dei quantum possibile est humanæ naturæ. Si suscepisti esse Christianus, festina fieri similis deo, indue Christum. Quomodo uero indues? qui baptisma non accepit, qui indumentum incorruptibilitatis non suscepit, repudiat similitudinem ad deum. Si dixisset tibi, ades huc, fias similis regi, nonne benefactorem me iudicasses? Postquam uero te similem deo facere uolo, fugis sermonem edificantem te, obturatis auribus ut neque audias salutare sermones. Et fecit deus hominem secundum imaginem. Hominem, inquit mulier, masculino genere dixit, Quid ad me uir factus est, non enim dixit hanc hominem mulieris genere, sed articuli appositione masculinum genus ostendit. At uero ut ne quis in erudite hominis appellatione de solo uiro uteretur, apposuit. **Masculum & feminam fecit eos.** Et mulier habet quod secundum imaginem dei facta est, uelut etiam uir. Similiter æquales sunt naturæ, pares uirtutes, æqualia præmia, similis condemnatio. Ne dicat debilis sum. Debilitas carnis est, in anima est potentia. Quando quidem igitur æqualis secundum deum est imago, æqualis sit & uirtus, bonorum operum demonstratio. Nulla excusatio est uolenti debile corpus prætexere, neque hoc simpliciter, sed tenerum quidem propter condolentiam, ualidum autem in tolerantia, firmum uero in uigilantia. Quando hominis masculi natura cum mulieris natura certare potest, quæ toleranter uitam suam degit, quando pertinaciam mulieris in ieiunijs uir imitari potest, itemque in orationibus sedulitatem, & in lachrymis ubertatem, & in beneficijs promptitudinem: Noui ego mulierem clandestinè furantem honesta furta, citra uirum beneficia facientem, pro uiro, pro domus incremento, pro liberorum diuturnitate elargientem, & fallentem uiri cognitionem, pro ipso tribuentem, et ipsum cœlantem. Quod enim faciebat, faciebat uidentem in occulto, non publicans suam beneficentiam. Bona mulier habet id quod secundum imaginem. Ne animum aduertat externo homini, integumentum est hoc, anima sedet in tus sub uelamine, & tenero corpore. Anima sanè & anima æqualis est, in uelaminibus differentia est. Deo igitur similis factus es per probitatem, per tolerantiam malorum, per societatem, per mutuum amorem, per fraternam charitatem, per odium mali, per dominium affectuum peccati, ut tibi contingat imperium. Et imperent piscibus. Datum est tibi imperium piscium irrationalium, Quare irrationalis affectus factus es princeps. Et imperent bestijs. Omnis bestia imperium habes. Quid igitur dicis, ego feras ac bestias in me ipso habeo? Sanè innumeras, & multam ferarum turbam in te ipso habes. & ne contumeliam putaueris esse quod dico, parua bestiola est ira, quæ latrat in corde nonne omni cane ferocior existit? In dolosa uero anima latitans dolus, nonne omni urfa in latebris delitescenti immitior est? Non est bestia simulatio: Qui uelox est ad contumeliam ac iniurias non est scorpium: Qui uero clam ad uindictam cœcitatur, non est uipera fauor: Auarus non est lupus rapax: Qualis bestia in nobis non est? Mulierum amore furens, non est equus infans: Equi enim inquit, feminarum amore furens facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui adhiinuit, transposuit seipsum ad naturam brutorum per affectionem cui assimilatus est. Multa igitur bestia in nobis sunt. Factus itaque es princeps bestiarum, Si externarum imperium habes, infernas sine imperio relinques? Qualis eris si ratione quidem ea quæ

ad domandum leonem pertinet cogitas ac meditaris, & ipsius rugitum cōtemnis, fren-
dens autem dentibus etiam uocem inarticulatam emittis, irā imperu intus simul toto ir-
ruere cōtenderis: & quod adhuc grauius est, neq; intus manere permittente, quū homo
ab affectu uictus fuerit, quū ratione detrusa ira ipsa imperiū animę assumpserit: Princeps
itaq; creatus es, princeps affectuum, princeps bestiarum, princeps reptiliū, princeps uo-
latiliū. Neq; cogitationes habeas sublimes, neq; leuis sis & incōstans mēte, ad uolatiliū
imperii destinatus es. Absurdū fuerit si externa quidē uolatilia depopuleris, ipse uero le-
uis sis ac sublimis. Ne superbas, ne te efferas, ne maiora mediteris q̄ naturā humanę con-
uenit, ne inleris dum laudaris, ne glorifices teipsum, neq; magnū quid esse teipsum puta.
Sic enim eris uolatile instabile, incōstanti natura huc atq; illuc circumlatus. Impera cogi-
tationibus tuis, quo fias princeps rerū omnīū. Sic imperiū datū nobis in animalia, dirigit
nos ad hoc ut nobis ipsis imperemus. Absurdū est enim eū qui domi regno subest, genti-
bus imperare: & eū qui intus a meretricis dominio detinetur, publice ciuitatis esse prae-
fētū. Domesticas res bene administrare oportet, atq; ea quae intus sunt bono ordine dispo-
nere, Et ita in alios assumere ac gerere magistratū. Alio qui conuertetur ad subditos prouer-
biū in ipsum, si res suas inordinatas & indispositas habuerit, Medice cura teipsum. Proin-
de nos ipsos primū curabimus. Nemo propterea in cōtemptū uenit, quod leonē uenatus
non sit, uerū qui nō dominatus est irā, omnibus ridiculus est. Quare qui proprio affectu
superior non est, in contemptū uenit, qui uero syluestribus feris superior esse nequit, non-
dum reprehensione dignum quid admisisse uidetur. Dominus porro qui disposuit ut hec
descripta sint, quicq; paruam & debilem linguam nostram hucusq; uobis concionari con-
cessit, qui per debilem nostram intelligentiam, magnos thesauros uobis in modicis adum-
brationibus ueritatis manifestauit, det uobis per parua, magna, per modica semina, perfe-
ctam cognitionem, & nobis uoluntatis mercedem perfectam, & uobis fruitionis sermo-
num diuinorum fructum completum, ipsi gloria & imperiū in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XI. DE HŌMINIS CONSTRUCTIONE



SAPIENS ille Solomon non in persuasiuis sapientiae sermonibus, sed in do-
ctrinis spiritus sancti eruditus, propter recens a nobis lecta gloriose sentiens
de homine clamabat dicens, Magna res est homo, & preciosa res uir miser-
cors. Ego autem uane mecum considerabam, tum ea quae in animo meo habe-
bam, tum quae a scriptura de homine edoctus eram. Ipse equidem reputabam,
quomodo magna res est homo, animal illud fragile, innumeris affectionibus subiectum,
ex natiuitate usq; ad senectutē infinitam malorū multitudinē exhauriens, de quo dictum
est. Domine quid est homo quod cognitus es ipsi. Et Psalmographus quidē cōtemnit ue-
lut uile animal, prouerbiū uero uelut magnū quiddam hominē glorificat. Verū huiusmo-
di dubitationē dissoluit mihi historia generatiōis hominis lecta, Audiēbamus enim nūc,
quod deus accepit limū de terra, & formauit hominē. Inueni autē ex uerbo hoc utrunq;
quod nihil est homo, & magnū quid est homo. Si enim ad naturā solum respicias, nihil est
& nullius precij. Si uero ad dignitatē quia honoratus est, Magna res est homo. Qualem
Dixit deus, fiat lux, & facta est lux, Compara inter se hominis generationem & lucis ge-
nerationē. Illic dixit, fiat firmamentum. Magnū caelum superne supra nos extensum est,
uero dei productū, stellae, & sol & luna, & omnia quae oculo uidemus, & magnitudines
quas in supernis esse deprehendimus, per uerbū essentia habuerūt. Mare & terra, & ipso-
rum ornatus, animalū genera omnigena, plantarum diuersa uarietates, omnia haec uer-
bo facta sunt. Homo uero quomodo: non dictum est, fiat homo, sicut, fiat firmamentum.
Sed amplius quid uidēs in homine super lucē, super caelū, super luminaria: super omnia
est hominis generatio. Accepit dominus deus. Dignatur propria manu corpus no-
strū formare, nō demādauit angelo, nō sua spē terra nos uelut cicadas pduxit, nō dixit
huic uel illi ex ministrantibus potentijs ut facerent, sed propria manu opificium aggredi-
tur. Terrā accepit. Quū ad acceptū respexeris, quid est homo: quū platen mēte cōce-
peris, magnum quid est homo. Quare & nihil est propter materia, & magnum quid pro-
pter dignitatem. Et accepit deus. Verum quomodo: Illic in superioribus habebatur,
& fecit

& fecit deus hominem. Hic uero altius & quasi ex integro hominis generationem histo-
ria nobis recenset, uelut nihil de homine edocti simus. Et accepit deus limum de terra,
& formauit hominem. Iam sanē quidam prodiderunt, formauit, de corpore dictum
esse. Fecit, de anima. Fortassis non aliena a ueritate est haec ratio. Vbi enim dictum est, &
fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit ipsum: fecit dictum est. Vbi uero de-
inceps de corporea substantia nobis recenset: formauit dicit. Differentiam autem facien-
di & formandi etiam Psalmographus docuit ubi dixit, Manus tuae fecerunt me, & for-
mauerunt me. Fecit internum hominem, formauit externum. Etenim conuenit formatio
luto, fabricatio uero ei quod secundum imaginem est. Quare formata quidem est caro,
facta uero est anima. Quum igitur supra de animae substantia dixerit, nunc nobis de for-
matione circa corpus differit. Habe tibi itaque etiam hanc rationem. Quae uero est illa al-
tera: Quod quaedam nobis in summa dicuntur, quaedam iuxta quem modum facta sunt
nobis traduntur. In superioribus igitur habebatur quod fecit, hic uero etiam quomodo
fecit. Si enim simpliciter dixisset quod fecit, putare potuisses quod fecisset uelut pecora,
uelut bestias, uelut plantas, uelut foenum. Quo igitur fugias societatem ad bruta, pro-
prium circa te dei opificium sermo tradidit. Accepit deus limum de terra. Illic dixit
quod fecit, hic uero quomodo fecit. Limum accepit de terra, & formauit proprijs mani-
bus. Considera quomodo formatus es, officinā naturae reputa. Manus est dei quae te sus-
cepit, quod a deo formatum est, per iniquitatem ne polluat, per peccatum ne alteretur,
ne excidas de manu dei. Vas es a deo formatum, a deo factum, glorifica creatorem. Ne-
que enim alterius rei gratia factus es, quam ut organum idoneum sis gloriae dei. Nam &
mundus hic uniuersus, uelut liber quidam inscriptus est, dei gloriam denunciāns, occul-
tam & inuisibilem dei maiestatem per seipsum annuncians tibi qui mentem habes, ad in-
telligentiam ueritatis. Omnino igitur memineris dictorum. Et benedixit ipsis deus &
dixit. Crescite & multiplicamini & replete terram. Duplex est incrementum, alterum
corporis, alterum animae. Verum animae incrementum, est additamentum per disciplinas
ad perfectionem. Corporis incrementum est a parua ad iustam mensuram progressus.
Crescite itaq; brutis quidem animantibus iuxta corporis perfectionem, secundum natu-
rae absolutionem dictum est. Nobis autem, crescite iuxta internum hominem, secundum
profectum ad deum. Qualis erat Paulus, ad ea quae ante ipsum erant intentus, eorum ue-
ro quae retro ipsum erant obliuiscens. Hoc est incrementum speculationū, pietatis assum-
ptio, assumptae ampliatio ac extensio, appetere nos semper ultra praesentia, id quod prius
factum est semper retro se dimittere, quod uero restat pietatis id ipsum pro uiribus inquit-
rere. Qualis erat Isaac, de quo testimonium illud cōscriptum est, quod procedens exalta-
batur donec magnus factus est, non enim destitit, neq; paululū auctus permansit, sed sem-
per magnis gressibus processit. Trāsiuit ad opera uirtutis, pertrāsiuit magno gradu tem-
perantiam, processit ad iustitiam, inde ad fortitudinem conscendit. Sic ad summam extre-
mitatem altitudinis boni iustus attollitur. Crescite igitur in cremento, perfectionem uide-
licet secundum deum, iuxta hominem internum. Multiplicamini. Ecclesiae est benedi-
ctio. Ne in uno circumscribatur theologia, sed in omnem terram praedicetur euangelium
salutis. Multiplicamini. Quinam qui secundum euangelium generati estis. Replete
terram. Carnem datam uobis in ministerium, replete bonis operibus. Oculis plenus sit
uisu ac conspectu eorum quae decent. Manus plena sit honorum operū. Pedes parati sint
ad uisitacionem agrotorum, ita ut eant ad ea quae decent. Omnis membrorū nostrorum
constitutio plena sit operationibus iuxta praepcepta. hoc est replete terram. Cōmunes qui-
dem sunt uoces etiam brutis, propriae autem fiunt, quum eo quod est secundum imagi-
nem, & quo honorati sumus uisi fuerimus. Illa enim corporaliter auferunt, nos autem
spiritualiter. & illa terram replent multitudinē, nos terram nobis coniugatam bonis ope-
ribus replemus, hoc est corporale ministerium. Ecce dedi uobis lignum quod habet fru-
ctum in seipso, uobis erit in escam. Nihil pratereat ecclesia, omnia legitima sunt. Non
dixit, Dedi uobis pisces ad escam, dedi uobis pecora, reptilia, quadrupeda, non enim
horum gratia creati inquit, sed prima legislatio fructuum fruitionem concessit, Ad-
huc enim paradiso digni esse reputabamur. Est autem quoddam in occulto mysterium.
Nobis

Nobis enim & bestijs & uolatilibus coeli, & omnibus feris terræ fructus dati sunt & gramen, & non nunc uidemus multas bestias fructibus non nutrirī? Quali enim fructu sustineat panthera nutrirī? quis uero fructus leonem possit alere? Sed tamen hæc animalia legi naturæ subiecta fructibus nutriebantur. Postquam autem homo diætā transgressus est, & terminum datum excessit, post diluuium quum dominus insatiabiles homines uidisset, in omnibus fructuonem permisit, ut omnibus his uescerentur, uelut oleribus & herbis. Hac permissione etiam reliqua animalia libertatem edendi acceperunt, ex illo tempore de cætero cruda uorat leo, ex illo uultures expectant morticinia. Non enim simul ut generata essent animalia, etiam uultures terram circumlustrabant. Nondum enim moriebatur quicquam à deo imperatum aut factum, quo uultures nutrentur. Neque natura separabat, in uigore enim erat. Neque uenatores perimebant, nondum enim hominum exercitatio erat. Neque bestia diuellebant, nondum enim crudiuora erant. Est autem familiare uulturibus ex mortuis uiuere. Quare nondum erant mortua, nondum graueolentia, nondum talis uulturum esca, sed omnes ad cygnorum similitudinem uiuebant. & omnia nunc crudiuora in pratis pascebantur. Et quemadmodum uidemus canes medicinæ gratia saepe gramen depasci, non quia cognatum est hoc ipsis alimentum, sed quod quadam naturæ doctrina citra eruditionem contingente, bruta ad id quod conducibile est accurrunt: Talia etiam tunc fuisse reputa crudiuora animalia, & herbam ac gramen sibi ipsis in alimentum excogitasse, non mutuo inter se insidias struxisse. Sed qualis futura est postea restitutio, talis erat prima generatio. Rediit autem homo ad antiquam suam constitutionem, prauitatem relinquens, & multum curiosam hanc uitam, & animæ circa temporalia seruitutem. Hæc omnia deponens, ad eam quæ in paradiso fuit uitam reuertitur, liberam illam & non seruientem affectibus carnis, & deo conuersantem, & angelis conubernalem. Hæc sane dicta sunt à nobis, non quod excludere uelimus datum nobis à deo usum ciborum, sed ut præteritum tempus beatum prædicemus, qualis erat uita, quomodo non indiga, quomodo paucis ad uitam degendam homines egebant, quomodo uarietatem uictus nobis peccati culpa induxit. Postquam enim à ueris in paradiso delictijs excidimus, spurias delicias nobis ipsis excogitauimus. Et quia non amplius uidemus lignum uitæ, neque pulchritudine illa delectamur, dati sunt nobis de cætero ad uoluptatem coci & pistores, & placentarum ac condimentorum ac suffimentorum uarietates, & talia quædam, in solatium nostri inde lapsus. Quemadmodum ægroti quum præ uehementi ægritudine decumbunt, & consueta uoluptate participare non possunt, ex odoramentis & talibus quibusdam à medicis solatia sumunt. Quum enim à fortiorum fructuione exciderint, ea quæ debilibus congruunt, hi qui sensibus ipsorum adulantur, excogitant. Veruntamen etiam nunc ad imitationem uitæ in paradiso, nos ipsos reducere uolentes, uitatis his uariæ materiæ eduliorum uoluptatibus, ad illam uitam quantum possibile est nos ipsos reducimus, fructibus & seminibus, & nucibus, ac foris putamen durum habentibus fructibus, ad uitam degendam utentes: horum uero superfluitatem uelut non necessariam repudiamus. Non enim abominabilia sunt propter creatorem, non tamen eligenda propter carnis delicias ac uoluptatem. Et requieuit deus ab omnibus operibus suis die septima. Dicant igitur Arithmetici, & qui circa talia oculum collocarunt, & sapientiam de his magni uenditant, Quod cognatus sit mundi creatione senarius numerus, quia multum fecundus est, multas numerorum figuras ex seipso generans, & partibus suis perfectus, & quæcumque de senario in scholasticis dissertationibus Arithmetici recensent, si cui oculum est secum ipse expendat. Dicant etiam de septenario, quod sterilitas quædam est in septimo, neque enim generat de seipso, neque ab altero generatur septenarius numerus. Et ut ne ad multiplicem materiam sermonem deducam, dissertatione ad uos præterita, ad notiora ac gratiora procedam. Si uero quis etiam circa hæc aliquam habet experientiam, sciat quod etiam horum thesaurus apud nos repositus est. Quare si magna res est numerorum scientia, hic sane sunt ipsius arithmetices semina. Nos autem non gloriamur his, propterea quod ex mundi sint sapientia, aut propter mundi sapientiam. Qui enim hæc tractant parua hinc furati, tractationibus uelut magnis ipsi se iactant. Quo itaque ostendamus ipsis, quod quæ apud illos magno studio iactantur, nobis contemptibilia sint, silentio præteribimus

de his

de his sermonem. Simul autem non perceptu facilis est. omni populo de his speculatio. Adest autem Ecclesia non admirabilium sermonum auscultationem expectans, sed speculationum ad ædificationem pertinentium solutiones inquirens. Honorata itaque est septima dies sabbatum ipsum. Honoratus est apud Iudæos septenarius numerus, in quo sunt scenopægia, festum erectorum tentorium, item celebritas tubarum, & dies propiciationis. Septimus annus apud illos honoratus remissionis appellatus. Licebat enim ipsis per sex annos operari et colere terram, septimo uero anno sponte nascentibus contentos esse oportebat. Quum habebant terram promissionis, sex annis seruirebat Hebræus, & septimo à seruitute liberabatur. Septuagesimo anno soluta est apud ipsos captiuitas. Deinceps etiam ad nostra. Septies, inquit, cadet iustus & resurget. Sic nos septenarii numeri consortes sumus. Septimus à generatione non uidit mortem Enoch, mysterium ecclesiæ. Septimus ab Abraham Moyses legem accepit. Mutatio uitæ, dissolutio iniquitatis, iusticia introitus, dei accessus, disciplina in mundum inducta est, legislatio eorum quæ facienda sunt facta est. Septuagesima & septima generatione ab Adam Christus apparuit. Nouit septenarii numeri mysterium Petrus, Quoties peccabit in me frater meus, & remittam ipsis, num septies? Dominus autem inquit, non dico tibi septies, sed septuagesies septies. Parum nouit mysterium, nondum didicit, discipulus enim adhuc est, num septies? non discessit autem à septem ipse doctor, dixit uelut nouerat discipulus, extendit opulentiam dominus. Quoties peccabit & remittam, cur non dixit, num sexies? aut octies, sed num septies? Cur dominus non dixit, centies centies, sed septenarium numerum multiplicauit? Neque Petrus alium interrogauit, neque dominus septenarii regulam excessit? Obseruauit Petrus quod regula traditionis uetusta est, septenarium significationem alicuius habere, remissionis peccatorum, requie perfectæ, cuius signum est sabbatum septima dies à generatione. Petrus septies, dominus septuagesies septies. Peccata puniuntur septies, Non sic: omnis qui occiderit Cain, septem poenas persoluet, neque illic octo, sed septem, paululum expecta & inuenies mysterium. Primum peccatum septies puniuntur. Secunda cædes Lamech. Ex Cain punita est septies, ex Lamech uero septuagesies septies. Ecce illic remissio apud Petrum septima, correspondens poenæ Cain, indulgentia apud dominum septuagesies septies, uelut condemnatio Lamech septuagesies septies. Quantum est delictum, tanta & indulgentia. Vbi modicum est peccatum, modica est & remissio. Cui enim remisit parum, parum etiam diligit. Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Quod igitur est mysterium? Octaua dies dicitur seculum iudicij, in quo peccator septies, iuxta excessum uero peccator, septuagesies septies punietur. Iustus septies honorabitur, iuxta excessum iustus, septuagesies septies. Bonitas ipsa dei erga homines nunc quidem per ænigmata nobis futura ostendit. Tunc autem in præsentia manifesta & clara erit ueritas. Demonstrabit enim quibus quisque dignus est. Septuplam itaque nobis retributionem debitam peccatoribus indulget dominus, hic per confessionem & poenitentiam à nobis placatus. Quare scientes horrendam illam diem, quæ distribuet retributionem peccatoribus, dignam pro delictis remunerationem, anticipantes per poenitentiam dissoluamus peccata, ut illic retributionis multiplicatæ illam dolorosam effugiamus. Septimam itaque ipsam diem illius octauæ consummationis seculi dicamus. Et requieuit deus ab operibus. Non amplius opera mundi in illa die, non amplius nuptiæ, non amplius commutationum mercimoniam, non amplius agriculturæ, sed omnis terra stupefacta, omnis creatura in timore posita, sudor immitigabilis, & ipsi iusti in timore positi, quisnam tandem de ipsis calculus feretur, & Abraham tunc in timore erit, non ut condemnentur in gehennam, sed in quo ordine iustorum locabitur, primo ne aut secundo, aut tertio, dominus ex cælis, & ipsi cæli rumpuntur, potentia reuelatur, omnis creatura tremefacta est. Quis sine timore? ne angeli quidem. Astant & ipsi non ut rationem dent deo, sed tamen gloriosa apparitio omnibus tremorem inicit, non audis Esaiam dicentem, Si aperueris cælum, tremor apprehendet à te montes: in qua mare congelatur, in qua creatura uacabit, ac cessabit natura emortua: tunc rapiuntur iusti, tunc uehiculum iustorum nubes, tunc duces iustorum angeli, tunc iusti uelut stellæ à terra in cælum assumuntur, peccatores autem uincti, proprio peccatorum onere illigati, deorsum cadent male sibi cōscij. Illa itaque septima ab hac septima figuratur. Et requieuit deus ab omnibus operibus. Non amplius huius uitæ sollicitudines

rudines in illa die, sopita sunt concupiscentiæ iuueniles, non amplius de nuptiis propostum, cupiditas generandi liberos non amplius, de auro cura nulla, oblitus est auarus crumena, oblitus est agrorum diues, oblitus est gloriæ ambitiosus honoris, omnia illa ex animo exciderunt, Anima autem in timore posita est, & in expectatione impendentium malorum. Timor enim expellit omnem in animis nostris degentem affectuosam cogitationem. Vbi timor dei, omnes affectuum maculæ ex mente nostra expulsi sunt. Hæc septima illius septimæ typus est. Accepit igitur deus limum. Non perfecta est mundi generatio, non dissecta est consequentia ut nostra enarratio obiter induceretur, sed dictum est fecit deus hominem, & requieuit ab omnibus operibus, & postquam otium egisset, docet nos quomodo fecit. Accepit deus limum de terra. Quum audieris limum, disce ut ne timeas hominem, ne grauem personam assumes, quid ob te ipsum magnopere gloriaris? Quum inciderint tibi cogitationes, tumorem & inflammationem cordis inducetes, incidat tibi recordatio creationis, quomodo creatus es. Accepit deus limum de terra, & formauit deus hominem. quomodo poteris obliuisci tui ipsius? tunc obliuiscere tui ipsius quum de terra feceris. Si uero nunquam secedis de terra, sed concretus es terræ, uadis super terram, requiescis super terram, litigas super terram, omne quodcumque tandem facis siue magnum siue paruum super terram, propè habes commonefactionem tuæ humilitatis. Conuittator es & iracundus unde est tibi ira? ex ignominia? nõ sustines audire ignobilis? statim efferbuit tibi ira? contendis dicere peiora quam quæ audiuiisti? Demitte oculos, & quietet tibi ira. Respice terram & cogita, ignobilem me dixit, eum qui de terra factus sum, minus dixit quam ego sum, non enim dixit ex terra, sed de homine. Quanto autem præstantior est animatus homo terra quæ pedibus conculcatur. Ego autem antiquam aspicio matrem terram ipsam, quare non est contumelia de seruo genitum esse, sed honor animatum genitum esse. Qui uero putat se multum uituperare me, ignorat quod per contumeliam hanc, me amplius honorauit. Ego enim meæ naturæ intelligentiam habens, noui quis sim, & unde sim. Hoc modo si memores fuerimus de terra nos genitos esse, nunquam permittemus nobis iram excitari. Auxiliarius sit cogitationi terra semper præsens & commonefaciens. Quum ad concupiscentiam quandam curris, cogita quomodo abieris, & hinc discedes, si cogitaueris quod in terram dissolueris, sedata est concupiscentia furoris, Terra es & in terram reuerteris. Memor sis quod paulo post hæc nunc saltantia habens, noui quæ nunc adest carnis concupiscentia, paulo post non erunt, membris dissolutis & in terram resolutis. Memor sis naturæ, & solutus est omnis ad maliciam impetus ac concitatio. Hæc commonefactio in omni peccato nobis amuletum sit. Formauit deus hominem, limo de terra accepto. Honesta humilitas, congenita commonefactio. Si dixisset, formauit deus hominem de cælo acceptum, quando uidissemus illud, ut commonefacti essemus naturæ. In promptu adest nobis monumētum nostræ utilitatis, ex his quæ pedibus calcamus. Inclina te ad terram, cogita quod ex cognata terræ te & reiecta formatus es, quid magis contemptibile quam nos sumus, quid magis merito uilipendimus quam nos ipsos? Vidisti aliquem magnopere iactabundum? ueste florida indutum? manum habentem anulo fulgentem? gemmam autem sigillum preciosum ferentem, & ob hoc gloriantem? sericis texturis amictum? seruos habentē, & comas diffusas easque flauas? & professionibus ac studiis superbientem? torques aureos circumferentem? in argentea sella sedentem? magnis passibus incedentem? magna uoce intonantem? elatū ob multitudinem seruorum & adulatorum quos tales asciscunt, & post se trahunt, ob mensam sumptuosam, ob salutationes quas omnes ipsi in foro exhibent, qui de sedibus exurgunt, qui obuiam procedunt, qui deducunt, qui ferulas gerunt? Quum uideris magistratus hos quos præcones alta uoce præcedunt, quum uideris ipsos, hunc perterrentes, illum cædentes, alterum publicantes, & alium morti tradentes, ne timeas quæ uides, ne cõsterneris ob ea quæ fiunt, per eum qui ipsis imperat, ne mentem pauefaciat ac abalienet tibi imaginatio. Cogita quod formauit deus hominem, limum de terra. Si quidem aliud quid est, timeas. Si uero limus de terra, contemne. Et formauit deus hominem. Non statim uox formauit, artificiosam quandam dei circa hominem actionē nobis ostendit? Formauit deus. Num sic formauit uelut hi qui lutea formant? uelut hi qui as constant? Caterum statuæ formatio, & gypsi efformatio superficie tenus habet imitationem. Vidisti statuam quomodo

modo stat mores quosdam exprimens? aut animi cõcitationem præ se fert militis statua, aut muliebrem affectionem as ipsum, ubi in mulierem efformatum fuerit, aut aliud quid quantum potest per imitationem, ars unā cum morum caractere inducit. Dei autem formatio non est talis, sed formauit hominem, & opificiaria ipsius actio omnia organa penetravit, ad profunditatem intrinsecus progressa. Si mihi tantum superesset oculus, ut tibi hominis structuram demonstrare possim, ex teipso sanè disceres sapientiā dei circa te. Nam reuera paruus mundus est homo, & recte fecerūt qui hoc nomine ipsum cohonestarunt. Quot circa hanc rem tractationes insumptæ sunt, physiologia medicorum, obseruationes magistrorum corporum exercendorum, aut de proportionem, aut de membrorum inter se cõgruentia ac symmetria, de multitudine carnositatis. Hæc omnia in hominis efformationem ingrediuntur. Et unde mihi tantum eloquentiæ cõtingat, ut exacte dicere possim quāta in una uoce, formauit, cõtinentur. Quæ uero uulgata sunt tu per te nosti, etiam si ego nullus dicam. Formauit deus erectum, Electam tibi hanc formationem præter cætera animalia dedit. Cur? quia electam etiā actionem tibi daturus erat. Reliqua enim percora humi pascencia sunt, & ad quæ à natura destinata sunt, ad ea etiā constructionem habent, genita est ouicula ad pascendum, caput habet deorsum inclinatum, ut uentrem inspiciat, & ea quæ sub uentre sunt, quoniam finis felicitatis est illis, repletio uentris & uoluptas. Homo autem non in uentrem aspicit, sed caput est ipsi altum & sursum uersus erectum, quo supernam cognitionem intueatur. Oculi non in terram nutantes. Ne igitur te ipsum præter naturam geras, ne terrea circūspicias, sed cœlestia, ubi Christus est. Si enim cõsurrexeris, inquit, cum Christo superna quærite, ubi Christus ipse est. Sic formatus es. Ipsa formatio documentum est finis ad quem factus es. Factus es ut deū uideas, non ut ad terram trahatur uita tua, non ut bestialem habeas uoluptatem, sed ut cœlestem perficias uitam. Quapropter sapientiæ oculi in capite ipsius, inquit sapiens Ecclesiastes. Cuius autem non sunt in capite oculi? Immo in capite, hoc est ut alta spectent ac considerent. Qui uero ad alta non spectat sed ad terrea, oculos habet ad terram distractos. Oculi itaque insident orbiculatores, capite humeris incumbente, & neque hoc ipsum penitus humeris insidet, ut ne humile sit, sed memorabili fulcro ipsi ceruici incumbit caput sursum uersus. Et oculi gemelli iuncti. Non sufficiebat, dic mihi, unus? Immo duo oculi alterna successione, ut unius dissolutio, alterius solatium habeat. Deinde etiā ab uno procedēs uis uisua debilior est. Aquæ ductus autem ex duobus fontibus cõmissis fortior euadit. Progressus enim uisus simul ad nasi interseptum conuiescit, simulque prominens unitur. Nam uelut canalis quidam, ab utroque oculo prodit hinc hæc, illinc illa uis uisua. Eminus autem commissione ac confluxu ununtur, unita autem fortior euadit. Quomodo demonstrari potest quod unitur? Non uides senes quod ea quæ prope sunt non uident, Quia enim debilis est uis uisua dissecta, id quod prope est non uidet. Vbi autem commissio & confluxus fit uisus, uelut inundatione quadam circa uisum contingente, robustior fit sensibilibus assumptio ac apprehensio. Et quot sunt circa oculum munitiones. Tunica intrinsecus, & non sufficit hæc, non enim poterat una crassa esse, si crassa esset, operimentum utique uisus esset. Operiebatur autem pellucidam ac leuem esse. Igitur una est pellucida, una rara, altera corniformis, altera aciniformis, quæ ante operit, robustior, quæ intus est, rarior, ut ne impediat transitum. Tertia crystalloformis, ut in seipsa & imaginem & pelluciditatem simul habeat. Prætextus est palpebra, eademque operimentum & uelamen, ac uelut domicilium ac propugnaculum est. Poterat ipsum operire manus. Antequam uenisset manus, perisset oculus. Nunc uero in propinquo sita est palpebra & superne incumbit, simulque ut sensus detrimentum, operculum præterdit. Ob id & pupilla sub uelamento delitescens non semper aggressionibus exposita est. Intactum hoc solum ex omnibus membris nostris esse uult, oculus sub uelamento palpebra ipsa occultatus. Acicula pilorum circumlitæ cur? quo exactior cõtingat complicatio palpebrarum supernæ ad infernam. Sunt enim pili uelut ligamenta inter se complicata. Deinde etiā parua animalia eminus prohibent, & puluerulenta non sinunt appropinquare pupillæ, quæ undiquaque obfusari potest. Propria & peculiaris quædam munitio circa nos sita est per pilos, simulque per lineamenti circumscriptionem decorem præbens, simul utilitatem exhibens. Superciliū superne prætentum proprium est propugnaculum, ut dirigat uim uisuum. Quæ est demonstratio?

Quum uolueris eminus quid conspicari, & cauam manum supercilijs prætenderis, cur hoc fit: ut uisus qui sursum digeritur, non frustra dispergatur, sed ex prætentione manus in directum tendat, & in anteriorem partem impulsus, exactiorem faciat uis uisuiæ dispositionem. Sed & transitus uis uisuiæ à manus prætentione dirigitur. Quapropter supercilia simul oculum dirigunt, simulq; sudorem ex laboribus obortum insuere & oculis impedimento esse nõ sinunt. Et propterea uelut muri munimentũ supercilia existunt. Quis uinitor adeo probe possit uineam instruere ac absoluere, uallosq; circumdare, ut difficulter ipsam quis adire queat, ut ob circumstitas locorum fossas non facile incursionibus pateat, uelut dominus superciliorum munimentum fecit: Benigne nobis circumscripsit ab una commissura id munimentum quod iuxta nasum est utriusq; partium, quo sudor hac & illac diffluens, nullum negocium agricolæ præbeat, neq; in detergendo sudore manum à uite abducat. sed & sudor simul per proprios canales ad inutilia diffuat, quum iam olim opifex ipsum hoc deriuarit, & oculus simul propriam actionem perficiat. Si uoluerimus de his solis dicere quæ à deo in nos sunt collata, deficiet me tota dies, uerum uos ex uno de omnibus his notionem ac significationem sumite. Porro nos iam ad necessariã quãdam uiam festinantes cum precibus comitramini ac prosequimini, quo breui uobis serueti etiam eorum quæ restant debitum exoluamus, per gratiã omnia gubernantis circa nos domini, qui nos sua gratia condidit. Ipsi gloria in secula, Amen.

FINIS

DIVI BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CÆSAREAE CAP/
padociae, Homiliarum in Psalmos XVII. numero Index.

In principium primi psalmi.	Homilia	I
In septimum psalmum.	Homilia	II
In psalmum decimum quartum.	Homilia	III
In reliqua eiusdem psalmi, & contra foeneratores.	Concio	III
In psalmum uigesimum octauum.	Concio	V
In eundem psalmum.	Concio	VI
In psalmum uigesimum nonum.	Concio	VII
In psalmum tricesimum secundum.	Concio	VIII
In psalmum tricesimum tertium.	Concio	IX
In psalmum trigessimum septimum.	Concio	X
In psalmum quadragessimum quartum.	Concio	XI
In psalmum quadragessimum quintum.	Concio	XII
In psalmum quadragessimum octauum.	Concio	XIII
In psalmum quinquagesimum nonum.	Concio	XIII
In psalmum sexagesimum primum.	Concio	XV
In psalmum centesimum decimum quartum.	Concio	XVI
In psalmum centesimum decimum quintum.	Concio	XVII

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA SIVE

CONCIO, IN PRINCIPIVM PRIMI PSALMI, IANO
Cornario Medico Physico interprete.



MNIS scriptura diuinitus inspirata ac utilis, propterea à spiritu cõscripta est, ut uelut in cõmuni medica animarum officina, omnes homines propriæ affectionis medelam unusquisq; eligeremus. Medela enim, inquit, sedabit peccata magna. Alia quidem igitur docent propheta; alia historici, alia lex, & alia rursus species illa prouerbialis exhortationis. At uero psalmorum liber utilitatẽ ex omnibus cõplectitur: Vaticinatur futura, historia mentionẽ facit, legem uitæ sancit, admonet quæ sunt facienda, & in summa, cõmune promptuariũ est bonarũ doctrinarũ, id quod unicuiq; cõmodum est per industriam suã excogitans. Nam & uetera animarũ uulnera per sanat, & recens uulnerato celerẽ correctionẽ inducit. Et quod morbosum est tuetur ac fouet, & quod integrum est cõseruat. & omnino affectiones quantũ possibile est eximit, quæ uarie in hominũ animis per uitã imperiũ exercent. Atq; hoc cum concinna quadam delectatione, ac uoluptate sobriam cogitationẽ inducente. Quandoquidẽ enim uidit spiritus sanctus hominũ genus difficulter ad uirtutẽ perducì posse, & nos propter procliuatẽ ad uoluptatẽ, rectã uitã negligẽtes esse. Quid facit delectationẽ ex melodia ipsius doctrinis immiscuit, quo per de limitas ac leuigatas aures, sermonũ utilitatẽ latenter suscipiamus, planè iuxta sapientũ medicorum consuetudinẽ, qui his qui cibos auerfantur austeriora pharmaca bibenda præbentes, melle saepe poculum oblinunt. Propterea concinni psalmorum cantus nobis excogitati sunt, quo pueri ætate, aut etiã omnino moribus, canere quidẽ sibi uideantur, reuerã autẽ animas erudiant. Neq; enim quisq; ex uulgo & seignioribus, apostolicũ aliquod aut propheticũ præceptum facile unquã memoria complexus abiit. At psalmorum oracula & domi canũt, & in foro circũferunt. Et sanè quis animũ præ ira ualde efferatũ habens, ubi psalmũ incini sibi percipit, statim animi feritate sopita per melodiã discedit. Psalmus tranquillitas animarũ, gubernator pacis, tumultus et undas cogitationũ sedans ac cõpescens. Nam animæ partẽ irascibilẽ mollit, proteruã uero castam facit; amicitia conciliator est, dissidentũ unio, hostiũ reconciliatio. Quis enim inimicũ adhuc ducere potest eũ, cũ quonã ad deũ uocẽ emisit? Quare etiã maximũ bonorũ dilectionẽ, psalmorum cantilena exhibet, uelut nodũ quendã ad unionẽ ipsum concentũ excogitans, & ad unius chori consonantia populum coaptans. Psalmus dæmonũ fugator, angelici auxiliij inductor, scutũ in timoribus nocturnis, requies laborum diurnorum, infantibus securitas, uigentibus ornamentum, senibus solatiũ, mulieribus mundus cõuenientissimus, solitudines habitatas facit, forũ moderatũ reddit, elementorum loco est his qui introducuntur, proficientiũ incrementum, perfectiorũ fulcrũ, ecclesiæ uox. Hic festiuitates exhilarat, hic tristitiã quæ secundũ deũ est creat, psalmus enim etiã ex lapideo corde lachrymas elicit. Psalmus angelorũ opus, coelestis respublica, spiritalis sufficit. O sapiens doctoris inuẽtũ, q; simul canere et utilia discere nos excogitauit. Vnde etiã magis imprimuntur animis doctrina. Quod enim uiolenter discitur permanere non solet. Quod uero cũ iucunditate ac gratia ingreditur, durabilius quodãmodo animis nostris insidet. Quid enim non inde didiceris: nõ fortitudinis magnificentia; nõ iustitiæ sinceritatẽ; nõ tẽperantiæ grauitatẽ; nõ prudentiã perfectionẽ; nõ poenitentia; nõ modũ; nõ patientiã mensurã; nõ quicquid dicere possis bonorũ: Hic inest theologia perfecta: Prædictio aduentus Christi per carnẽ, minã iudicij, resurrectionis spes, suppliciorũ timor, promissiões gloriæ, mysteriorũ reuelationes. Omnia uelut in magno quodã ac cõmuni proptuario, in psalmorum libro reposita sunt, quẽ quum multa sint musica instrumenta, propheta ipse ad id quod psalteriũ appellatur adaptatũ, gratiã ex supernis à spiritu in ipso resonantẽ, uelut ego iudico, ostẽdens. Propterea quod hoc solum ex musicis instrumentis, sonorũ causam ex supernis partibus habet. Nam citharæ ac lyraes, ex infernis ad plestrũ sonitũ gdit; Hoc uero psalteriũ concentũ concordia; causas ex supernis habet, quo etiã nos superna quærere meditemur; & nõ ob modulatio nis uoluptatẽ ad carnis affectiones deferamur. Sed & illud puto propheticã rationẽ altẽ ac sapienter nobis per ipsius instrumenti structurã indicasse, quod hi qui cõcinnas ac cõcordes animas habent, faciem etiã ad superna perfectionẽ habent. Verũ deinceps psal-

morum principium uideamus. Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum. Archite-
 cti quidem igitur adificiorum magnitudines in altum ducentes, correspondentia altitudini fun-
 damenta subiiciunt. Et nauium structores, conuenientem mercium uehendarum oneri carinam supponunt. Et in ani-
 malium generatione, cor primum a natura quasi fundamentum iactum, conuenientem futuro ani-
 mali constitutionem a natura accipit. Quapropter quum corpus congruenter ad propria prin-
 cipia circumtextatur, magnitudinum animalium differentiam efficitur. Quod igitur fundamen-
 tum est in domo, & in nauis carina, et in corpore animalis cor, eam uim uidetur mihi breue hoc
 procerum habere, ad totam psalmodiam structuram. Quandoquidem enim multa & laboriosa
 et infinitis sudoribus ac laboribus referta, in sermonis progressu admoniturus est eos qui
 in pietatis cultu decertant, anteuertens felicem finem ostendit, quo ob spem bonorum deposito-
 rum, uitae molestias citra molestiam perferamus. Sic etiam uiatoribus asperum iter euntibus
 & aegre peruium, hospitium commodum expectatum laborem leuat. Et cupiditas mercium facit
 ut mercatores mare transire audeant. Et spes fertilitatis agricolarum labores suffuratur. Qua
 propter etiam communis uitae dispensator, magnus ille doctor spiritus ueritatis, sapienter &
 artificiose mercedem proposuit, quo oculis ultra labores qui in manibus sunt transmissis,
 mente ad repositorum bonorum fructum festinemus. Beatus uir qui non abiit in consilio
 impiorum. Proprie equidem ac primario beatum praedicandum est, quod uere bonum est,
 hoc autem est deus. Unde etiam Paulus mentionem Christi faciurus, iuxta apparitionem inquit,
 beati dei ac seruatoris nostri Iesu Christi. Beatum enim reuera est quod per se bonum est, ad
 quod omnia respiciunt, quod omnia cupiunt, ipsa immutabilis natura, herilis dignitas, im-
 perturbata uita, gubernatio omnis molestiae expers, circa quam non est alteratio, quam non
 contingit transmutatio, scaturiens fons, luculenta gratia, inconsumptilis thesaurus. Ve-
 rum ignari ac mundi amantes homines, ignorantes ipsius boni naturam, saepe beata praedi-
 cant nullius rei digna, diuitias, sanitatem, illustrem uitam, quorum nihil ex suis ipsius natura bo-
 num est: non solum ob id quod facile ad contraria permurantur, uerum etiam quod neque bo-
 nos efficere possessores possunt. Quis enim est iustus propter pecunias, quis temperatus
 propter sanitatem? Imo uice uersa, singula haec saepe male utentibus ministerium ad pecca-
 rum exhibent. Beatus igitur est qui ea possidet quae maxime pretij aestimantur, qui bono-
 rum quae auferri non possunt particeps est. Hunc uero quomodo cognoscemus, qui non
 abiit in consilio impiorum. Et priusquam dicam, quid sit non abiit in consilio impiorum,
 uolo uobis id quod hoc loco quaeri solet explicare. Cur, inquit, propheta uirum so-
 lum selectum beatum praedicat? Num a beatitudine mulieres excludit? Absit. Vna enim
 est uirtus uiri & mulieris, Nam & creatio utriusque aequalis, quare etiam merces eadem
 utriusque. Audi Genesim. Fecit, inquit, deus hominem, secundum imaginem dei fecit ip-
 sum, masculinum & foeminam fecit ipsos. Quorum uero natura una est, horum eadem
 sunt actiones. Quorum uero aequale opus, horum etiam eadem merces. Cur igitur fa-
 cta uiri mentione, de muliere tacuit? Quia quum una natura sit, sufficere putauit ut ex
 principaliore totum indicaretur. Beatus igitur uir, qui non abiit in consilio impio-
 rum. Considera uerborum sinceritatem, quomodo unaquaque dictio dogmatibus
 repleta est. Non dixit, qui non abiit in consilio impiorum, sed qui non abiit. Qui enim in ui-
 ta est, nondum beatus praedicandus est, propter euentus incertitudinem. Qui uero ad se-
 pertinentia absoluit, & uitae finem citra controuersiam conclusit, hic iam secure beatus praedi-
 catur. Cur igitur beati sunt qui ambulant in lege domini? Non enim isthic qui ambula-
 uerunt, sed adhuc ambulantes, beatos praedicandos sermo dicit. Quia qui bonum operan-
 tur, in ipso opere laudem assequuntur. Qui uero malum fugiunt, non si semel atque iterum
 fortassis peccatum declinarint, laudem ferunt, sed si mali temptationem penitus effugere po-
 tuerint. Porro ex sermonis huius consequentia etiam aliud nobis dubium apparuit. Cur
 non eum qui uirtutem perpetrat beatum praedicat, sed eum qui peccatum non fecit? Sic
 enim & equus & bos & lapis beatus praedicabitur. Quod enim inanimatum in uia pec-
 catorum stetit, aut quod brutum animal in cathedra pestilentiae sedit? Si paulum expecta-
 ueris inuenies medelam. Sed in lege domini uoluntas ipsius. Diuina autem legis medi-
 ratio, in solum rationalem cadit. Nos uero etiam illud dicimus, Quod principium ad as-
 sumptionem bonorum, est secessus a malis. Declina enim, inquit, a malo & fac bonum. Sa-
 pienter igitur & artificiose adducens nos ad uirtutem, secessum a malo, principium bono-
 rum

rum fecit. Si enim statim proposuisset tibi perfecta, pigrior fuisses ad aggressionem. Nunc
 uero his quae faciliora captu sunt te aduofacit, quo confidentior sequentia aggrediaris.
 Nam scalae similem esse dixerim ego pietatis exercitationem, scalae illi quam uidit aliquan-
 do beatus Iacob, cuius pars humilis erat ac terram attingebat, pars supra ipsum caelum ex-
 tendebatur. Quare oportet eos qui ad uirtutis uitam introducuntur primis gradibus ue-
 stigium admouere, atque illinc semper ultra procedere, donec ad altitudinem humanae natu-
 rae accessibilem, paulatim profectu factio conscenderint. Quemadmodum igitur in scala
 primus ascensus est a terra secessus, sic in politia secundum deum, principium profectus est se-
 cessus a malo. Omnino autem omne otium etiam quacumque actione facilius est, uelut non mo-
 chaberis, non occides, non furtum facies. Singula haec otio & quiete indigent. Diliges pro-
 ximum tuum sicut teipsum, & uide bona tua & da pauperibus, & si quis te adegerit ad mi-
 liarium unum, abito cum ipso duos actiones sunt Athleticis conuenientes, & ut recte fiant a-
 nima iam forti opus habentes. Quare mirare sapientiam eius qui per faciliora & captu prom-
 ptiora, nos ad perfectionem inducit. At uero tria proposuit nobis obseruatione digna, non
 abiisse in consilio impiorum, non stetit in uia peccatorum, non sedisse in cathedra pesti-
 lentiae. Et sane rerum naturam sequens, hunc ordinem in praedictis fecit. Primum enim consul-
 tamus, deinde consilium firmamus, deinde in consultiis perseueramus. Primum igitur beata
 praedicanda est mentis nostrae puritas. Nam radix actionum corporis est consilium in corde.
 Adulterium enim primum in anima uoluptuarij accensum, sic corporis corruptionem efficit.
 Unde etiam dominus intrinsecus esse ait quae hominem inquinat. Quandoquidem autem impietas
 proprie dicitur peccatum in deum, ne contingat ut nos unquam ex incredulitate ambiguitatem
 de deo suscipiamus. Hoc enim est abiisse in consilio impiorum, si dixeris in corde tuo, Num
 est deus gubernans uniuersa? Num est deus in caelo singula disponens? Num iudicium? Num
 retributio unicuique iuxta opus suum? Cur igitur iusti pauperes sunt, et peccatores ditescunt?
 Illi infirmi funt, hi sani, illi ignominia affecti, hi gloria celebres, non sua sponte circumfertur
 mundus? & casus quidam temerarij citra ordinem unicuique uitam dispensant? Si talia cogita-
 sti, abiisti in consilio impiorum. Beatus igitur qui non accepit de deo dubitationem, qui
 non circa praesentia pusillanimitas fuit, sed quae speramus expectauit, qui non habuit de crea-
 tore nostro incredulam suspensionem. Beatus uero etiam ille qui in uia peccatorum non stetit. Via
 igitur uita dicta est, propter uniuersumque generati festinationem ad finem. Quemadmodum
 enim qui in nauibus dormiunt, sponte a uento ad portus deducuntur, etiam si ipsi non sen-
 tiant, tamen cursus ipsos ad finem urget. Sic & nos tempore uitae nostrae, uelut motu quo-
 dam perpetuo ac indefinente, praeterfluente, unusquisque ad proprium finem per latentem uitae
 nostrae cursum festinamus. Verbi gratia, dormis, & tempus te praeterit, uigilas & mente
 occupatus es, attamen uita consumitur, etiam sensum nostrum effugiat. Cursum igitur quen-
 dam currimus omnes homines, unusquisque ad proprium finem festinantes. Quapropter oes su-
 mus in uia. Quin & sic uiae significationem accipere potes. Viator consistis in hac uia, om-
 nia praeteris, oia retro te relinquis, uidisti in uia plantam aut herbam aut aquam, aut quicquid
 tandem spectatu dignum fuit, parum delectatus es, deinde praeteristi. Rursus incidisti in lapides
 & ualles, praecipitia ac scopulos, aut etiam bestias feras & reptilia ac spinas, & alia quaedam
 molesta, parum tristatus es, deinde reliquisti. Talis est uita, neque iucunda stabilia, neque tristitia
 perdurata possidet. Via non est tua, sed neque praesentia tua. Inter uiatores et simul primus
 uestigium mouit, & statim qui post eum est gressum intulit, & post illum qui insequitur. Con-
 sidera uero etiam uita res non sunt consimiles. Hodie terram tu coluisti, et cras aliam, & post il-
 lum alter. Vides agros hos & preciosas aedes? quot nomina iam unum quodque horum permuta-
 uit? illius dicebatur, deinde transnominatum est ad alium, & postea ad illum transiit, deinde
 nunc alterius dicitur. Num igitur non est uia uita nostra, alias aliam transmutans, & oes ha-
 bens mutuo se insequentes. Beatus igitur qui in uia peccatorum non stetit. At uero quid est,
 non stetit? Adhuc in prima aetate existetes homines, neque in uitio sumus, neque in uirtute. Nam ea
 aetas ad utrumque habitum suscipiendum idonea non est. Postquam uero ratio nostra fuerit completa,
 tunc fit quod scriptum est: Vbi uenisset mandatum, peccatum reuixit, ego uero moriebar. Exo-
 riuntur enim ratiocinationes prauae, quae ex affectionibus carnis in animis nostris generantur.
 Reuera enim ubi uenit mandatum, hoc est cognitio bonorum, si non peiori cogitationi do-
 minatus fueris, sed rationem ab affectionibus in seruitutem redigi conuerteris, reuixit quidem
 peccatum, moritur autem mens per delictum mortua facta. Beatus igitur qui non perseue-
 rauit

rauit in uia peccantium, sed meliori ratiocinatione ad piam rempublicam transiit. Duæ enim sunt uia: inter se contraria. Altera lata & spatiofa, altera angusta & ardua. Et duo duces, uterq; ad seipsum conuertere tentans. Habet itaq; leuis uia ac lata & prona, ducẽ fraudulentum prauum demonem, per uoluptatem ad interitum sequentes adtrahentẽ. Aspera uero & accliuus, angelum bonum, per labores uirtutis ad beatum finem sequentes ducentem. Quandiu igitur unusquisq; nostrum puer est, iucunditatem in presentia uita persequens, nullam futuri curam habet. Verum uir iam euadens, post intelligentiam absolutio nem, uelut uidere sibi uidetur, quod uita ipsi findatur ad uirtutem ac uitium: & animæ oculum frequenter ad utranq; conuertens, inter se comparat quæ utriq; adsunt. Et peccatorum quidem uita, omnia ostendit in presentia seculo iucunda, iustorum uero, sola ostendit futuri seculi bona. Et uia quidem eorum qui seruantur, quanto pulchriora pollicetur futura, tanto laboriosiora exhibet presentia. Via uero iucunda ac proterua, nõ quæ in posterum expectetur, sed iam presentem offert uoluptatem. Itaq; omnis anima uertigine afficitur, & ratiocinatione claudicat, ubi quidem æterna secum uoluntarit, uirtutem eligens, ubi uero ad presentia respexerit, uoluptatem præferens. Hic uidet carnis delicias, illic carnis seruitutem. Hic ebrietatem, illic ieiunium. Hic risus effusus, illic lachrymas largas, hic salutationem, illic orationem. Hic tibias, illic gemitus. Hic scortationem, illic uirginitatem. Quandoquidẽ igitur id quod uere bonũ est, ratione & cogitatione apprehendi potest per fidem: Longe em abest, & oculus non uidit, & auris non audiuit: Peccati uero iucunditas promptam habet, & per oem sensum fluentẽ uoluptatem: Beatus qui nõ per uoluptatis inescationes circumactus est ad interitum, sed per patientiam salutis spem suscipiens, in utriusq; uia electione, ad eam quæ ad deteriora ducit non accessit. Et in cathedra pestilentia non sedet. Num has dicit cathedras in quibus corpora nostra recreamus: Et quæ est à ligno ad peccatum translatio, ut præoccupatam à peccatore cathedra sine sedem, uelut nociuam fugere debeam? Aut oportet nos putare, cathedram dici firmam ac stabilem in iudicio uitij conuersatione: quæ uitanda sit nobis, propterea quod studiose uersari in peccatis, habitum quendam ægre nobilem animis inducit. Nam affectus animæ inueteratus, & mali exercitium tẽpore corroboratum ægre medelam recipit, aut etiã penitus incurabilis existit, quum in naturam plerunq; consuetudo transeat. Optandum quidem igitur ne malum attingamus, Verũ secunda nauigatio est, ut statim post tentationem, uelut bestia uirus ei aculantis plagam fugiamus: iuxta id quod scriptum est à Solomone de muliere praua. Ne insites oculo tuo ad ipsam, sed resistas & ne moreris. Nunc uero noui quosdam, qui in iuuẽtute ad carnis affectiones dilapsi, etiam ad finem usq; propter consuetudinem mali, in peccatis permauerunt. Quemadmodum enim sues dum in ceno uolutantur, semper lutum sibi ipsis agglutinant, sic hi quotidie turpitudinem ex uoluptate sibi affricant ac assumunt. Beatitudo igitur est non cogitare malum, si uero per hostis raptum, consilia impietatis in anima suscepisti, ne sitis in peccato. Si uero etiam hoc passus es, ne firmus infideas malo. Ne itaq; confideas in cathedra pestilentie. Si intellexisti quam cathedra sermo tibi dicat, nimirum perpetuam in malo perseverantiam, expende de cætero quam nam pestilentiam nominet. Atunt sanè qui harum rerum experientiam habent, pestem ubi unum hominem aut pecus inuaserit, per distributionem in omnes appropinquantes dispergi. Naturam enim morbi talem esse, ut omnes inter se mutuo agritudine repleat. Tales sunt etiã operatores iniquitatis. Alius enim in alium, morbum transmittit, coagrotantq; ac simul pereunt. An non uides adulteros illos qui in foro desident, & temperantes derident, & sua ipsorum turpitudinis opera enarrant, tenebrarum uidelicet studia, & ignominia affectiones enumerantes, uelut uictorias aut alia quædam fortia facta: Hi sunt pestilentia, qui proprium malum ad omnes deducere conantur, qui multos consimiles ipsis fieri studio habent, quo in malorum societate, obprobria effugiant. Neq; enim ignem, ubi materiam facile comburi aptam contigerit, possibile est sistere, ut non per totam ipsam penetret, cum alia, tum maxime si uentum secundum habuerit flammam transuehẽtem. Neq; peccatum quod unum contigit, possibile est sistere, ut non ad omnes appropinquantes progrediatur, si malicia uenti ipsum accendant. Nam scortationis uentus, non sustinet ut in uno iniquitas sistatur: sed statim coætanei coassumuntur, comestationes item ac ebrietates, & turpes narrationes, meretrix comptans, hinc arridens, illum irritans, & omnia ad idem peccatum inclinans. Num igitur parua est hæc pestis, aut parua mali distributio? Quid uero is qui auarum

auarum imitatur, aut alium qui ex alia quadam malicia, ciuilem aliquam illustrem potestatem adeptus est, aut gentium imperium habet, aut exercituum dux est, deinde turpissimis affectibus contaminatus est, nõne in ipsa anima pestilentia suscipit, malum eius quem imitatur sibi proprium faciens? Vita enim splendores, simul etiam eorum qui splendidum locum tenent, uitas referunt ac ostendunt. Et milites plerunq; imperatoribus assimilant, & plebs in urbibus imitantur in potestate constitutos. Et in summa, ubi unius uitum multis imitatur dignum iudicatum fuerit, proprie & conuenienter pestis quædam animarum in uita dominari dicitur. Nam claritudo in uitio, multos lubricos ad similem imitationem attrahit. Quum igitur alius ex alio corruptione repletur, talium sanè anime pestilentia laborare dicantur. Ne itaq; confideas in pestilentiarum cathedra, aut ne particeps fias concilij hominum pestilentium ac corruptionem inducentium, aut ne perseueres in his quæ male consulta sunt. Cæterum sermo quidem adhuc est in proœmijs, uerum multitudinem modum excedere uideo, ut neq; uobis facilis sit plurius observatio, neq; mihi orationis facultas, quum propter conuersionem debilitatẽ, uox me deficiat. Si uero etiã ea quæ dicta sunt, imperfecte dicta sunt, quum mali quidẽ fuga sit demonstrata, perfectio uero per bona opera relicta, tamen presentia benignis auribus commendantes, promittimus deo dante etiam quæ restant nos completuros esse, si modo non perpetuum silentium de cætero subierimus. Præbeat autem dominus nobis relatorum mercedem, & uobis eorum quæ audiuistis fructum, per gratiam Christi ipsius. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSAL

MVM SEPTIMUM *Domine deus meus in te speraui*



SALMVS Dauid, quem cantauit domino pro sermonibus Chusi filij Iemeni. Inscriptio septimi psalmi contrarie quodammodo se habere uideatur ad historiam in libris regum relatum, ubi Dauidis res descriptæ sunt. Illic enim Chusi principalis quidem Dauidis amicus, uerum Arachi filius narratur. Hic uero Chusi filius Iemeni habetur. Est autem neq; hic, neque alius quispiam ex his qui illic habentur filius Iemeni. Num igitur quoniam magna ac uiriliter facta ex cõficta amicitia cõmonstrauit, transgressus quidẽ ad Absalonem, irritum uero faciens cõsiliũ Achitophel uiri acerrimi ac bellicosissimi, qui cõmodum Absalonis cõsiliũ dederat: propterea filius Iemeni appellatus est? Significat autem filius Iemeni, filium dextræ. Nã quum ille, pposuisset, ut nullum tempus rebus pmitteret, sed statim imparatus pater obrueret, cõsiliũ ipsius Achitophel nõ admisit Chusi, quo uidelicet induceret dñs omnia mala sup Absalonem. Sed probabilius dilationis ac trahendæ moræ causas proferre uisus est, quo Dauidi tẽporis occasione præberet ad uires colligendas. Vnde etiã laudatus est ab Absalone dicente. Bonum est cõsiliũ Chusi filij Arachi, præ eo quod Achitophel dedit. Dauidi tamen p sacerdotes Sadoc & Abiathar, quæ facta essent Chusi significabat, præcepitq; ne in Araboth deserti pnoctaret, sed ipsum ad transitum maturandum instigauit. Quãdoquidẽ igitur ex bono cõsilio, dexter ac cõmodus Dauidi factus est, à facti strenuitate appellatione adeptus est. Quapropter filius Iemeni appellatus est, hoc est filius dextræ. Est autem hæc scripturæ cõsuetudo, et deteriores à peccato appellare potius q̃ à parentibus & meliores filios, ex uirtute ipsos insigniente nominare. Itaq; diabolũ filium perditionis Apostolus nominat, nisi em reuelatus fuerit iniquus filius ille perditionis. Et in euangelio Iudã filium perditionis dñs dixit. Nullus em inquit, perijt, nisi filius ille perditionis. Filios autem sapientie, eos qui in cognitione dei efformati sunt, uocat. Iustificata est em, inquit, sapientia à filiis ipsius. Et si fuerit, inquit, illic filius pacis. Nihil igitur mirum est etiã nunc corporalem ipsius patrem silentio præteritum esse, dextræ autem filium principalem Dauidis amicum appellatum esse, decenti appellatione à factio ipso accepta. *Domine deus meus in te speraui, serua me.* Quum putetur simplex esse, & à quolibet cõmode proferri posse, domine deus meus in te speraui, serua me: fortassis tale non est. Qui enim in hominẽ sperat, aut ob aliud quiddam se iactat rerum humanarum, uelut potestatem, aut pecunias, aut quid eorum quæ uulgo splendida esse putantur: non potest dicere, Domine deus meus in te speraui. Præceptum enim est, spem non locandam esse in principibus. Et, maledictus homo qui spem habet in hominẽ. Quãdmodum neq; aliud quod præter deũ colere cõuenit, sic neq; in alium sperare, q̃ deum omnium dominum. Spes enim mea, inquit, et laudatio dñs. Quomodo autem primum seruari ex persequentibus, optat, deinde liberari? Ipsa distinctio sermonis rationem manifestam

nifestam faciet. Serua me ex omnibus persequētib; me, & libera me, ne quādo rapiat ut leo animā meam.) Quā est igitur differentia inter seruari ac liberari: Quod salutis quidem proprie debiles indigi sunt. Liberationis uero qui in captiuitate detinētur. Quapropter qui in seipso debilitatem habet, & in seipso fidem accepit, à propria fide gubernatur ad hoc ut seruetur. Fides enim tua, inquit, te seruauit, uade in pacem. Et, fiat tibi sicut credidisti. Qui uero liberari debet, pretiū forissecus pro ipso numerandū expectat. Qui igitur sub morte positus est, gnarus quod unus est qui seruat ac saluat, unus qui liberat, in te, inquit, speraui, serua me à debilitate, & libera me à captiuitate. Arbitror autem quod generosi dei Athletæ, qui per omnē uitam suam aduersus inuisibiles hostes luctati sunt, postquam omnes ipsorum persecuciones effugerint, ad finem uitæ tam cōstituti, à principe huius seculi examinātur, ut si quidē uulnera habere cōperiantur à lucis accepta, aut maculas aliquas aut typos à peccato impressos, retineantur. Si uero insauciati inueniantur, ac maculis carentes, uelut inuicti existentes ac liberi, à Christo reficiantur, & quieti tradant. Optat itaque tum pro hac uita, tum pro futura. Serua me, inquit, hic à persequētib; me, libera autem me isthic in tempore examinis. Ne quando rapiat ut leo animā meam. Et sanè hæc ex ipso domino discere potes, circa passionis tēpus dicente. Nunc princeps huius mundi uenit, et in me habebit nihil. At qui quidem peccatū non fecit, nihil habere dixit. Homini uero sufficit, si dicere ausus fuerit, uenit princeps mūdī huius, & in me habebit pauca & exigua. Periculum est aut ut hæc patiamur, nisi habeamus liberatorem & saluatorem. At duo proposita, duo inducuntur. Serua me, ex multitudine persequentium me. & libera me, ne quando rapina siam, si non sit qui me liberet. Domine deus meus si feci hoc, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi contraretribuentibus mihi mala, concidā ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animā meam, & comprehendat.) Familiaris est contraretributionis uox scripturæ, ut non solum recepto more, dum alius quispiam bonū aut malum auspiciatus est, accipiatur, sed etiam in auspiciatibus ac primū laceffentibus. uelut in eo, contraretribue seruo tuo. Nam pro tribue dictum est cōtraretribue. Tribuere itaque est auspiciatio beneficij. Retribuere uero est retaliatio ex æquo ab eo qui beneficium accepit. Cōtraretribuere autē secundū quoddā est principiū, ac circuitus bonorum aut malorum que in aliquos conferunt. Opinor autē quā petitione, uelut exactionē quandā faciēs, sermo contraretributionē querit, tunc talem quandam sententiā producit. Quod à natura necessariō filijs à parentibus debetur curæ debitū, hoc ipsum exhibe. Debetur enim filijs à patre, iuxta naturalem amorē, uicū prouidentia. Debent enim, inquit, parētes liberis thesaurū reponere, ut ad uitam, etiam uitæ sumptus ipsis exhibeāt. Talis est sepe numero in scriptura in auspiciatibus, actionibus, retributio aut cōtraretributio accepta. Nūc autē uidetur cōsidere propheta, in eo quod non cōtraretribuit contraretribuentibus, mala, neque cōtraretribuit similia. Si igitur feci hoc, et si cōtraretribui cōtraretribuentibus mihi mala, concidā sanè ab inimicis meis inanis.) Cōcidit inanis ab inimicis, quia à gratia quæ ex Christi supplemento est excidit. Persequatur itaque inimicus animā meam, et comprehendat ac conculcet in terrā uitam meam. Iusti equidem anima à cōsensu ad corpus separatur, & uitam occultatā cum Christo in deo habet, ut iuxta Apostolū dicere possit: Uiuo autē non amplius ego, sed uiuit in me Christus. Et quod nunc in carne uiuo, in fide uiuo. At uero peccatoris & secundū carnē uiuentis, & uoluptatibus corporis dedit anima, uelut in cœno, in affectibus carnis uoluntatur: quam etiā conculcans inimicus, amplius inquinare ac uelut obruere conatur, lapsum inscendens, & pedibus suis in terram conculcās, hoc est in corpus uitæ ipsius lapsi. Et gloriā meam in puluerē deducat.) Sanctiorū quidem qui rem publicam in cœlis habent, & bonorum thesauros sibi in æternis thesauris reponunt, gloria in cœlis est. Verum terrenorū & secundū carnem uiuentū gloria, in puluerē deduci, in eoque habitare dicif. Qui em̄ terrenis diuitijs gloriā, & qui breuē ab hominib; gloriā uenatur, & qui in corporalib; bonis cōfidit, gloriā habet nō respiciētē ad cœlū, sed in terra permanentem. Exurge domine in ira tua, & exaltare in sinibus inimicorum meorum.] Mysterium resurrectionis iam agi optat Propheta, in ignominiam ipsorum, aut in cruce exaltationem, quæ futura erat postquam ad ultimum terminum malicia inimicorū exaltata esset. Aut etiam, exaltare in sinibus inimicorum meorum, talem sententiā exhibet. Quantumcumque exaltata fuerit malicia, & ad excessum ac summum progressa fuerit, per potentia facultatē diffusa, tu uelut bonus medicus, poteris præanticipatis serpentis uisceris ex-

ris extremitatib; morbum depascentē ac proserpentē sistere, ipsiusque cōtinuitatē castigatōris tuis plagis dirimere. Et exurge dñe deus meus in præcepto quod mādasti.) Poterit quidē et ad resurrectionis mysteriū hic sermo referrī, ut exhortetur propheta iudicem, quo exurgat ad ultionē omnis peccati, & præcepta nobis antea constituta p̄ficiat. Poterit autē & ad statū rerū prophete qui tunc erat recipi, ita ut exhortetur deū, quo exurgat ad ultionem præcepti quod mādauit. Præceptū autē erat à deo datū: honora patrē tuum & matrem tuā: quod ipsum trāgressus erat filius ipsius. Quapropter exhortatur tum ad illum ipsum corrigendū, tum ad multos modestiores reddēdos, ut ne lōganimis sit deus, sed exurgat in ira, & insurgat ad ulciscendū propriū præceptū. Nō enim me, inquit, ulcisceris, sed præceptū tuū cōtemptū, quod ipse mādasti. Et synagoga populorū circūdabit te.) Manifestū est quod ubi unus iniustus castigatus est, multi se cōuertent. Itaque huius maliciam castiga, ut multus populorū conuentus te circūdet. & propter hanc in altū regredere, propter circūdantē te populorū congregationē, quā acquisiisti per cōdescensum ac gubernationē secundū gratiā, regredere in altū gloriæ, quā habuisti anteq̄ mundus fieret. Dñs iudicat populos. In multis scripturæ locis interspersus est sermo de iudicio, uelut maxime necessarius, & cōseruans in doctrina pietatis, eos qui in deū per Iesum Christū crediturunt. Quādoquidē uero multis modis sermo de iudicio inscriptus est, cōfusione quamdam habere uidebit, his qui nō exacte significata distinguūt. Qui em̄ credit in me, nō iudicatur, quod uero nō credit, iam iudicatus est. Si uero is qui nō credit, similis est impio, quomodo dictū est, nō resurrecturos esse impios in iudicio. Et si hi qui credunt, filij dei per fidem facti sunt, & propterea digni sunt, ut etiā ipsi dei appellentur, quomodo deus stetit in cōgregatione deorum, in medio uero deos diiudicat. Ceterū uidetur iudicari, aliquando pro examinari à scriptura accipi, aliquando uero pro cōdemnari. Et pro examinari quidē in hoc, iudica me dñe, quia ego in innocentia mea ambulauī. Inducit enim illic, examina me dñe et tenta me. Pro cōdemnari uero in hoc, si em̄ nos ipsos iudicemus, nō utiq; iudicamur. Si em̄ nos ipsos, inquit, p̄secutaremur, nō utiq; cōdemnationi subijceremur. Rursus dictū est, iudicandum esse dñm ad omnem carnē, hoc est in persecutāda uniuscuiusque uita, se ipsum iudicio subijcit, et sua præcepta producit, ac cum factis peccatorū cōfert, excusans se p̄ demonstrationes, quod oia quæ ad se pertinet, propter salutē eorū qui iudicātur fecit, quo hi qui peccauerūt reos se esse peccatorū p̄sualis, & diuinū iudiciū suscipiētes, uolentes susferant imminētē poenā. Est & aliud significatū uocis iudicari, quemadmodū inquit dñs. Regina austri exurget, & cōdemnabit generationē hanc. Eos em̄ qui diuinā doctrinā auerfantur, & bona studia negligūt, & sapientia dogmata eruditione referta omnino fastidiūt, cōparatione & collatione eorū qui in ipsius generatione in honestarū rerū studio præcelluerunt, grauius iudiciū subituros esse dicet, propter ea quæ neglexerunt. Arbitror autē quod nō similiter iudicabūtur oēs, qui terrenū corpus à iusto iudice acceperūt, propterea quod quæ extrinsecus unicuique nostrū accidunt multū differentia, faciunt ut uniuscuiusque iudiciū alteretur. Aut em̄ grauat peccata nostra, aut etiā leuat, cōkursus eorū quæ nō in nobis sunt, sed nos inuitos circūstant. Detur em̄ scortationē esse quod iudicatur. Atque in hac peccauit aliquis prauis moribus ab initio innutritus, nam et à parentibus petulantib; ad uitā productus est, & in cōsuetudine uitiorū educatus, in ebrietatibus & comestationib; ac turpibus narrationib; Alitius uero quispiā sit qui habeat multa prouocātia ipsum ad optima educationem, præceptores, diuinorū sermonū auditionē, lectiones salutare, admonitiones parentum, narrationes ad castitatē ac temperantiā inducentes, diatā moderatā. Deinde delatus sit ad simile peccatū cum priore, quō uitæ suæ rationē daturus, nō grauiore poenas merito hic p̄soluet quā ille alter. Ille enim propter solos impetus salutare in aīo dispersos, tanq̄ ipsis non probe usus, accusabitur. Hic uero supra hoc, etiā uelut qui multum ad salutem auxiliū naclius sit, & propter intemperantiā, & breuissimi temporis inaniam aduertentiam, seipsum perdidit. Similiter autem & qui ab initio ad pietatē educatur, & omnem peruersionem in diuinis dogmatibus effugit, & nutritus est in lege dei quæ omne peccatum auersatur, & ad cōtraria exhortatur: non cōsimilem prætere potest idololatriæ excusationē, ei qui à parentib; iniquis ac legē ignorantib; educatus est, & à gentibus ab initio idololatriæ eruditus. Dñs iudicat populos.) Aliter Iudæū, aliter Scythā. Ille em̄ requiescit in lege, & gloriā in deo. & probat ac præfert ea quæ præstāt. Instructus igitur existēs in lege, et supra cōmunes intelligēcias, semp̄ sibi incū audiēs propheticas ac legales literas, in ipsisq;

in ipsiſq; eruditus, ſi inuentus fuerit præter legē peccans, multo grauiora habebit, ſibi imputata peccata. Scythæ uero Nomades, crudelib, ac in humanis moribus educati, rapinis ac uiolētia mutua adſueti, intēperate animo præditi, & qui facile ad mutuas exacerbationes irritantur, omnemq; cōtentionē ferro dirimere ſoliti ſunt, & pugnas ſanguine diſſolueredochi, ſi quid inter ſe humanū ac frugi ppetrauerint, grauius nobis ſuppliciu, per propria ſua recte facta præparāt. Iudica me dñe ſecundū iuſtitiam meā, et ſecundū innocentiam meā ſuper me.) Videbit hic ſermo aliqd arrogantiæ habere, & cōſimilis iactantiæ phariſæi ſeipſum exaltātis. Verū candide cōſideranti, longe ab hac affectione aberit propheta. Iudica me dñe, inquit, ſecundū iuſtitiam meā. Multus inquit eſt de iuſticia ſermo, & inaccessibiles ſunt pfectæ iuſtitia terminī. Eſt enim quædā etiā angelorū iuſtitia humanā trāſgreſſa. Et ſi qua eſt ſupra angelos poteſtas, correſpondentē magnitudinī habet etiā iuſtitia excellentiā. Et ipſius dei iuſtitia eſt omnē mentis intelligentiā excedens, inenarrabilis exiſtens & incōprehēſibilis omni genitæ nature: Me igitur iudica dñe ſecundū meam iuſtitia, hoc eſt, eam quā homines aſſequi poſſunt, & quæ poſſibilis eſt his qui in carne uiuunt. Et ſecundū innocentiam meā quæ in me eſt.) Sic enim maxime cōſatur affectio dīcentis, quē longiſſime à phariſaica ſupbia abeſt. Innocentiā autē ſuā nominat, ſimplicitatē, & uelut inexperientiā corū quæ utilia cognitu ſunt, iuxta id quod dicitur eſt in prouerbijſ: Innocēs credit omni ſermoni. Quandoquidē igitur in multa incauti præ inexperientiā incidimus hoies, excuſat ſe apud deū, cupitq; ueniā aſſequi ob innocentiam. Ex hoc autē maniſeſtum eſt, quod magis humilitatē dicentis, q̄ ſuperbiā uerba illa declarāt. Iudica em̄ me inquit, ſecundū meam iuſtitia, & iudica me ſecundū innocentiam eam quæ in me eſt. Ita ut iuſtitia quidem ad humanā debilitatem expēdas, ſic me iudica, ſimplicitatē uero morum meorū doctus, nō ut acutū me, neq; ut pbe circūſpectū ad res mūdanas, ſic peccatē me iudices. Cōſummetur ſanē neq; peccatorū.) Palam diſcipulus eſt euangelicorū præceptorum, qui talia præcā. Orat enim pro ſequentib, ipſum, cupiens ſine ac termino quopiam nequitia peccatorū circūſcribi. Quemadmodū ſi quis pro his qui corpore agrotāt orās diceret, conſummet ſanē morbus agrotantiū. Ut ne em̄ latius ſerpentis peccatū, uelut carcinoma ulterius depaſcaſ, orat à deo ut ſiſtatur ac terminetur amplior peccati diſſuſio, diligēs inimicos ſuos, & his qui ipſum oderūt bene facere uolens, & propterea pro ſequentibus ipſum orans. Et diriges iuſtū.) Rectus nominat iuſtus, & rectū cor quod reſtitutū eſt. Quid igitur ſibi uult hic oratio prophetæ? præcatur enim ut ſi quis iam reſtitutū dñem habet dirigitur, neq; em̄ quis dixerit eſſe quid in iuſto obliquitū, aut diſtortū, aut tortuoſum. Fortaſſis autem neceſſaria eſt pro iuſto præcatio, ut reſtituto propoſiti ipſius, & mens peruerſi nō potens, p dei manu ductionē dirigitur, ut neq; præ debilitate unq; nuret à ueritatis regula, neq; ab hoſte ueritatis puerſis dogmatib, lædatur. Scrutās corda & rhenes deus iuſte.) Quandoquidē ſcriptura multis locis cor pro principali aiæ parte ſumit, rhenes uero pro cōcupiſcente: idem etiā hoc loco ſignificāt. Nimirū iudica me deus, tum ob dogmata quæ habeo de pietate, tum ob affectiōnū motus. Tu em̄ es qui ſcrutaris corda et rhenes. Scrutatio proprie eſt inquiſitio quæ cum oībus tormentis adhibetur à iudicibus, quo hi qui apud ſe occultāt ea quæ queruntur, per uim tormentorū in propatulū efferant occultū. Itaq; in inſallibilis iudicis pſcrutationibus, & cogitationes & actiones noſtræ expenduntur. Nemo igitur præuertat uerū iudicē, neq; ante tempus quis iudicet, donec ueniat dñs, qui & occulta tenebrarū illuminabit, & cōſilia cordium manifeſtabit. In ſcrutando itaq; cor & rhenes, deus ſuam ipſius iuſtitia oſtēdit. Examinatū eſt cor Abrahæ, an diligeret deū ex tota aiā ſua ac toto corde, cū iuſſus eſt holocaustū ac ſacrificiū offerre ipſum Iſaac, quo appareret q̄ nō diligeret filiū ſupra deū. Examinatus eſt etiā Iacob, quū in ſidiæ ſtrueretur ipſi à fratre, quo in tantis peccatis ipſius Eſau, fulgeret fraterna ipſius charitas nō obſcuſata. Et horū quidē corda expenſa ſunt. Rhenes autē examinati ſunt ipſi Ioseph, quū petulante hera erga ipſum furijſ amoris exagitata, grauitatē temperantiæ turpitudinī uoluptatis prætulit. Ea uero gratia examinatus eſt, quo ſpectatores iudicij dei uideant, meritō ipſi præmiū repēdi, propterea quod in magnis experimentis caſtitas ipſius eſſuſſerit. Auxiliū meum à dño.) Proprie in bellis iuxta hoſtium incurſus, auxiliū quaerunt qui bello urgētur. Et hic itaq; inuiſibiles inimicos ſuos ſentiēs, ac inſtās periculū, ex hoſtibus ipſum exercitu impetentiū uidēs, dicit. Auxiliū meū, nō ex diuitijs, nō ex corporalib, occaſionibus, neq; ex potentia ac robore meo, neq; ex cognationē humana, ſed auxiliū meum

meum

meum à deo. Quale uero auxiliū mittat dominus timētibus ipſum, alibi didicimus dicente psalmo: Immittere ſe angelus domini in circuitu timētū ipſos, et liberabit ipſum. Et alibi, angelus q̄ liberat me. Qui ſaluos facit rectos corde.) Rectus corde eſt q̄ nō habet cogitationē uergentē ad exceſſum aut defectū: ſed qui ad mediū uirtutis dirigit. Qui enim à fortitudine infra declinat, ſecundum timiditatē peruertitur. Qui uero ſupra efferitur, ad audaciam procedit. Quapropter ſcriptura hos obliquos nominat, q̄ exceſſibus ac defectib, à medio aberrant. Quemadmodū enim obliqua linea ſit, aliquādo ad cōuexitatē, aliquādo ad cauitatē, recta diſſracta: Sic etiā obliquū cor eſt, quod nunc quidem exaltatur propter arrogantiam, nunc uero humiliatur propter mœores ac res triſtes. quapropter ait Ecceſtaſtes, diſtortū nō dirigit. Deus iudex iuſtus & fortis et patiens, & nō inducens iram per ſingulos dies. Hoc uidetur propheta inuehēs in eos qui tunc ob ea quæ acciderāt turbati erāt, dicere, ueluti ſedans hominū turbationem, ne quādo fidem derogent prouidentia uniuersorū, quum uideāt inultū patrē, inſurgente cōtra ipſum filio, & prauitatē Abſalonis in his quæ moliebatur feliciter procedere. Corrigēs igitur ſtolidas ipſorū cogitationes, hoc testimoniū ipſiſ producit. Deus iudex iuſtus & fortis et patiens, nō inducēs iram per ſingulos dies. Nihil citra dei iudiciū ſit, ſed uniuersuſq; menſuris remetitur deus, pro ut quicq; prior uitæ ſuæ actiones dimenſus eſt. Quandoquidē igitur peccatum à me commiſſum eſt, iuxta meritū meum talionē recipio. Ne itaq; loquamini cōtra deum iniuſtitia, deus enim eſt iudex iuſtus. Neq; ita humiliter de deo cogitate, ut putetis ipſum infirmum eſſe ad ultionē, nam et fortis eſt. Quæ igitur cauſa eſt quod nō cito de peccantib, pœnā ſumit: quia patiens & longanimis eſt, nō inducēs iram per ſingulos dies. Niſi cōuerſi fueritis, gladiū ſuū uibrabit.) Sermo minatorius eſt, ad conuerſionē inducēs eos qui tardi ſunt ad pœnitentiā. Non ſtatim minatur uulnera & plagas ac mortes, ſed armorū uibrationē, & uelut præparationē quandam ad uindictā. Quemadmodū enim hi qui arma expurgāt ac poliunt, cōcitationē ad bellum per hoc ſignificāt: Sic etiā dei ad uindictā motū oſtendere uolens, uibrare ipſum dicit gladiū ſuū. Arcum ſuū tetendit.) Nō neruus aliquis eſt qui arcū dei tendit, ſed caſtigadi potentia, quæ aliquādo intenditur, aliquādo remittitur. Peccatū igitur minatur ſermo, quod parata ſunt quæ ipſi ſupplicij immiſſura ſunt, ſi in peccato perſeueret. Parata enim ſunt in arcu uafa ac inſtrumēta mortis. Vafa autē mortis, ſunt potentie diſperdentes inimicos dei. Sagittas ſuas ardentib, effecit. Quemadmodū ignis ardentī materiæ à cōditore factus eſt, nō enim propter adamantē creatus eſt, qui ab igne nō liqueſcit, ſed propter ligna quæ cōburuntur. Sic etiā ſagittæ dei, animis quæ facile cōburuntur, & quæ multā materiam cōſumit ac cōburi aptam collegerūt, ab ipſo factæ ſunt. Qui igitur anteuertent, & iam in ſeipſis ignitas diaboli ſagittas habēt, hi ſagittas dei excipiunt. Et ob id dicit, ſagittas ſuas iam ardentibus effecit. Vruntporrò animā, amores carnales, cupiditas pecuniarū, ignitæ iræ, triſtitia ardentis ac animā cōſumentes, & timores alieni à deo. Qui uero ab hoſtis ſagittis ſauciatus nō eſt, & armaturā dei induit, à mortiferis ſagittis integer permanet. Ecce parturiſt iniuſtitia, cōcepit dolorē, et peperit iniquitatem.) Quod ad ordinē attinet, uidetur dictio cōfuſe ſe habere. Nam grauidæ primū cōcipiunt, deinde parturiunt, poſtremo pariunt. Hic autē primum eſt parturitiō, deinde conceptio, poſtea partus. Verū ad cordis conceptionē ſignificantiffime ſe habet. Abſurdi enim proteruorū imperus, furioſq; ac ceſtri inſtar cōcitantē concupiſcentia, parturitiones dicuntur, propterea quod cum acumine ac dolore in anima ſiant. Iuxta talem uero impetū, ſi quis prius conſilijs ſuperior non euasiſt, dolorē concepit: & qui malicia in corde perprauas actiones effudit, iniquitatē peperit. Videtur autē hæc dicere, erubescens ob hoc quod iniqui filij pater eſt. Nō meus, inquit, eſt filius hic, ſed patris cui ſe per peccatū adoptadū tradidit. Nam ſecundū Ioannē, qui peccatū facit ex diabolo natus eſt. Ecce igitur parturiſt ipſum per iniuſtitia, & cōcepit ipſum, hoc eſt ad intimas ſuas partes ſub propria affectiōnis uiscera duxit, & in utero ipſum geſtauit diabolus, deinde ipſum pepit, iniquitate ipſius manifeſtata. Nam oībus iam denūciata ac nota erat inſolētia ipſius cōtra patrē. Lacū aperuit et effudit eum. Vocē lacus in ſacra ſcriptura, nō ualde in bona ſignificatiōe poſitā reperimus, quæadmodū neq; puteū aquæ in mala. Lacus em̄ eſt in quē cōiectus eſt à fratrib, ſuis Ioseph. Et quādo percutit Pharao à primogenito uſq; ad primogenitū captiua in lacu, Et in psalmis, deputatus ſum cū deſcendentib, in lacū. Et in Hierē, dicit. Me reliquerūt fontem

fontem aquæ uiuæ, & effoderūt sibi ipsi lacus dissipatos, qui aquā continere nō possunt. Sed & in Daniele lacus leonū descriptus est, in quem abiicitur Daniel. Puteum uero effodit Abraam & filij Isaac. Et ad puteum progressus requieuit Moyses. Et præceptum habemus à Solomone, ut bibamus aquas à uasis nostris, & à nostrorum puteorū fontibus. & saluator noster apud puteum cum Samaritide de diuinis mysterijs loquitur. Causam uero ob quam in deterioribus lacus, in melioribus putei usurpantur, hanc esse putamus, acquisititia aqua est in lacubus, delabens ex cælo. In puteis uero uenæ aquarum obrutæ manifestantur, prius q̄ loci effodiantur, ablati aggeribus, aut quacunq; substantia incumbente, quæ sanè tota terra exilit. Itaq; etiā in anima uelut fossa est, in quam decidunt meliora, quæ transmutantur ac adulterantur, ubi quis cogitationes de bonis in ipsum collapsas mutat, & in deterius peruertit, atq; in ea quæ ueritati sunt contraria, ut qui nihil boni sibi coniunctum habere statuit. Et contra putei sunt in anima, quum ablati integritibus deterioribus, effulget lux & fons aquæ potabilis, in sermone ac doctrinis. Quapropter uinum quæq; sibi ipsi puteum præparare necesse est, quo relatum præcepti seruet quod dicit. Bibe aquas à uasis tuis, & à tuorum fonte puteorum. Sic appellabimur filij eorum qui puteos effoderūt, Abraam, Isaac & Iacob. Lacum autem ne faciamus, ut ne in foueam ac fossam ipsam incidamus, iuxta hoc quod hic dictum est. neq; audiamus ea quæ in Hieremia in opprobrium peccantium scripta sunt, deo ipso de illis dicente uerba quæ paulo ante retulimus. Me reliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderunt sibi ipsi lacus dissipatos, qui aquam continere non possunt.

SO DIUI BASILII MAGNI CONCIO

IN PSALMVM QVARTVMDECIMVM



DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo. Propheta hoc sermone perfectum nobis describe re uolens, eum uidelicet qui beatitudines assecutus est, ordine quodam ac uita in his quæ circa ipsum considerantur usus, à præminentioribus ac primis initium fecit. Domine quis cohabitauit in tabernaculo tuo? Cohabitatio est conuersatio temporaria, non firmam uitam, sed transitoria, ob spem mutationis ad meliora ostendens. Sancti autem uiri est transire uitam hanc, & ad aliam uitam festinare. Quapropter etiam David de seipso dicit. Accola ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Accola enim fuit Abraam, ne pedis quidem gradum propriae terræ possidens, sed quæ se pultura ipsi opus esset, argenteo hanc mercatus apparet: ostendente nimirum sermone, quod uiuentem quidem in carne, cohabitatores & accolam esse conuenit, trahentem uero ab hac uita, in proprijs locis requiescere, propterea in hac quidē uita cohabitatio alienigenis. In sepultura uero propriam sibi ipsi terram corpus ipsius suscepturam comparauit. Beati tudo autem reuera est, non uelut proprijs addidum esse rebus terrenis, neq; uelut naturalem aliquam patriam ea quæ hic sunt sibi uendicare, sed nosse à melioribus lapsum, & sic cohabitatio, tanq̄ hac uita ad quam condemnatus es graueris, quemadmodū hi qui à iudicibus quibusdam propter delicta aliqua in exilium à patria pulsi sunt. Rarus autē talis est, qui nō ut proprijs, presentibus intentus sit, qui diuitiarū usum temporariū noscat, & bonam corporis habitudinē breuem ducat, qui florem humanæ gloriæ instabilem sciat. Quis igitur cohabitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculū dei, caro ab ipso animæ hominis data ad in habitationem nominatur. Quis huic carni uelut alienæ attēdet? Quemadmodū accola aliena terra conducta, ad uoluntatem locatoris agrum colunt. Sic etiam nobis iuxta cautionem, carnis cura tradita est, quo ipsam conuenienter exultam, fructuosam locatori reddamus. Si autē fuerit caro deo digna, reuera tabernaculū dei fit, iuxta in habitationem ipsius quam in sanctis facit. Talis autem est cohabitatio, propterea ait, domine quis cohabitabit in tabernaculo tuo? Deinde profectus ac progressus sequitur ad perfectius. Et quis requiescet in monte sancto tuo? Iudæus quidem terrenus ubi audierit mōrem, ad Sion decurrit. Quis requiescet in monte sancto tuo? Qui in carne cohabitauit, in sancto monte requiescet. Mons ille, locus supercoelestis illustris ac splendidus est, de quo Apostolus

Stolus dicit: Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem dei uiuentis coelestem Hierusalem, in qua est conuentus angelorum & ecclesia primogenitorū descriptorū in caelis. Vbi igitur præterierit quis carnem hanc citra coactionem, uelut alienæ cohabitans, non uelut ex propria dependēs: hic propterea quod mortificauit membra sua in terra, sanctificatio ne perpetrata, dignus est requie in monte sancto. quam etiam alibi concupiscens psalmista dixit: Pertransibo in loco tabernaculi mirabilis, & illud: Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum. Illic etiam nos amor proximi, pro ratione illius in monte requie, itemq; amor ex mammona iniquitatis exhibitus, habitare facit. Facite enim, inquit, uobis ipsi amicos ex mammona, quo ubi defeceritis, suscipiant uos in aeterna tabernacula. De illa conuersatione dominus in orationis specie dixit. Pater sancte da ut ubi ego sum, etiam ipsi sint. Rarus autem est & qui cohabitatio in corpore, & qui requiescit in monte. Quapropter uelut dubitans propheta dicit, Quis cohabitabit, & quis req̄scet? Velut illud, Quis nouit sensum domini? Et hoc, quis annunciat uobis q̄ ignis ardet? Et, quis annunciat uobis locum aeternū? Et, quis nam fidelis ac prouidus dispensator? Fortassis autem & interrogatiua particula est quis, uelut qui responsū quærat à domino sancto ad quem loquitur. Ad quem sanè diuina uox quæstionem soluens dicit. Qui ambulat sine macula, & operatur iustitiam. Si sine macula & irreprehensibilis est, qui in nullo bono defectuosus est, & citra peccatum omnemq; maliciam, uitam suam transigit, quam habet differentiam ad eum qui facit iusticiam? Num igitur eandem sententiam duplicibus uerbis enunciat, ambulans immaculatus, & operans iustitiam? Aut propriam quandam sententiam utrunq; dictorum exhibet? ut sit immaculatus, qui secundum occultū hominem ad omnem uirtutis perfectionem absolutus est. Operans uero iustitiam, qui quod agendum est, per corporales actiones perficit. Oportet enim non solum facere iustam operationem, sed etiam ex affectu iusto operari. iuxta id quod dictum est, iuste quod iustum est persequeris, hoc est cum iustitiæ ratione actionem perficere. Contingit equidē ut idio ta aliquid medicum faciat, ad utilitatem aegrotorum tendens, non tamen etiam medicē talis fecit, propterea quod nihil artis tenet, quod ipsam actionem comiteretur. Ambulans itaque immaculatus, est secundum mentem perfectus. Operans uero iusticiam, est iuxta Apostoli uocem, non pudectus domini operarius. Attende porro dictionis sinceritati, nō dixit qui ambulauit immaculatus, sed qui ambulat, neq; qui operatus est iusticiam, sed qui operatur. Non enim una actio perficit uirtuosum, sed per omnem uitam uirtutis actiones extendere conuenit. Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Rursus etiam hic eadem inter se societatem habent, loqui ueritatem in corde, & non dolose agere in lingua, quam habet esse immaculatum, ad operari iustitiam. Quemadmodum enim illic, & in occulto perfectus, & in actione prosperus, sermo proponit; sic etiā hic, quando quidē id quod loquimur ex abundantia cordis procedit, sermone ex interna affectione uelut fonte fluente, prius ueritatem in corde dixit; deinde doli exclusionem, in sermone qui fit per linguā. Porro ueritatis significata duo reperimus. Vnum, rerum ad beatam uitam conferentium comprehensionem. Alterum, de quacunq; re in uita sanam peritiam ac cognitionem. Illam quidem igitur ueritatem salutis operatricem in corde perfecti existentem, in omnibus citra dolum proximo exhibere oportet. Verum in uita huius rebus etiam si alicubi à ueritate excidat uirtuosus, nullum ipsi impedimentū ad proposita erit. Quot enim sunt stadia terræ aut maris, & quot stellæ mouentur, & quāto altera alteram excedit uelocitate, si nō nouerimus in his ueritatem, nihil impedit ad assequendum promissam beatitudinem. Fortassis autem & tale quid sermo nobis proponit, nimirum quod ea quæ de ueritate sunt, hoc est mystica, non omnibus dicere cōuenit, sed proximo. pro eo quod est, non in uulgus efferre, sed ad mysteriorum sodales. Si uero ueritas domini noster est, hanc ueritatem impressam & uelut ob signatam in corde suo unusquisq; nostrum habeat, de qua loquentes in cordibus, sermonē euangelij ne falsum faciamus, dum proximis nostris prædicationem denunciamus. Qui non egit dolum in lingua sua. In multis scripturæ locis dolum uelut inimicus dei uituperatur. Disperdet, inquit, dominus omnia labia dolosa. Et, dolum in corde fabricantiū mala. Omne autē melius deterioris amixtione dolosum ac falsum fieri dicitur. Sic uinū dolosum fit ac adulteratur peioris mixtura, aut si aqua ipsi affundatur. Et aurum dolo adulteratur in societate ad argentum & es

g additum

additum. Sic & ueritas adulteratur, dum sanctis sermonibus maledicti annectuntur. Nec fecit proximo suo malū. Quem proximum dicat hic sermo, nemo ambigit qui euangelium audiuit ad eum qui interrogauit, & quis est meus proximus, cui dominus dixit parabolam eius qui descendit à Hierusalem in Hierichuntem, quem etiam interrogauit, quis horum uidetur tibi fuisse proximus, & ille respondit, qui misericordiam fecit cum ipso. Docuit enim per hæc, omnem hominem putare proximum. Difficile uero factum est & multa diligentia opus habet, neq; in parua, neq; in maiori re proximum lædere, non uerbo offendere, non spoliare aliquo ad ipsum pertinentium, non uelle ipsi malum, non inuidia affici ad proximorum successum. Et opprobriū nō accepit aduersus proximos suos.) Ambigua est dictio, utrum ipse opprobrio digna non fecit, & propterea opprobriū à proximis non accepit, an ipse nullum ex proximis opprobrio affecit, in humanis erroribus cōstitutum, aut in corporalibus mutilationibus, aut alijs quibusdam carnis defectibus inuentum. Neque enim peccanti opprobriū faciendum est, iuxta id quod scriptum est, Ne probro obijce homini conuertenti se à peccato. Neq; enim nouimus unq; ex probationem in utilitatem delinquentiū assumptam esse, quum Apostolus in admonitionibus ad discipulum suum Timotheū, reprehensionem quidem ac exhortationem & increpationem præcipiat, nusq; uero ex probationē uelut contrariam assumat. Et uidetur quidem reprehensio, si nem habere peccantis correctionē. Opprobrium uero ob confusionem eius qui peccauit fieri. At uero paupertatē, aut ignobilitatem, aut ignorantia, aut corporis infirmitatem exprobrare, omnino temerarium est & à uirtuoso alienum. Quæ enim nō ex proposito nobis eueniunt, ea inuoluntaria sunt. In inuoluntarijs aut delictis, misereri magis eorum qui uoti sui impotes fiunt, q̄ contumelia ipsos afficere conuenit. Ad nihilū deductus est in cōspectu ipsius malignus, timentes aut dominum glorificat. Generosa mente et ad nihil rerum humanarū declinante opus est, & uiro qui iustitiæ habitum ad summū produxit, ut unicuiq; pro dignitate distribuatur, & maligni ad nihilum redigantur, etiam si magnis potestatibus præditi sint, etiam si diuitijs superbiat generisq; claritudine, etiam si splendorem suum prædicent, malignitas aut sola in ipsis inesse deprehendat. hos inq; annihilare, hoc est nullius rei dignos putare, magne mētis est. Et uice uersa timētes dñm etiā si paupes sint, etiā si ignobiles, etiam si sermone idiotæ, etiā si corpore infirmi, glorificare extollereq; ac beatos ducere, atq; hoc ex spiritus doctrina, qui tales beatos prædicādos dixit. Beati enim, inquit, oēs qui timēt dominū. Verum eiusdē mentis est, & malignū annihilare, etiā si ob claritudinem se efferat, & timētem dominū glorificare, etiam si uilis sit, si pauper sit in uita, si contemptus, si nihil possideat eorum quæ foris ad ipsius susceptionē inuitat. Qui iurat proximo suo & non decipit.) Cur tādē hic iuramentū permittitur inter strenuas actiones uiro perfecto conuenientes, in euangelio autem omnino prohibetur: Quis cohabitabit & quis requiescet? Qui iurat proximo suo & non decipit. Illic uero, ego autem dico uobis, ut ne iuretis omnino. Quid igitur dicemus? Quod dominus ubiq; eundem scopum obseruat, ante uertens peccatorū effectus, & ex primo principio malignitatē excindens. Quemadmodū enim uetus lex dixit, non moechaberis: dominus uero non concupisces: & illa non occides, hic uero perfectiores leges sanciens, neq; irascaris: Sic sanē etiam hoc loco, illa quidem contenta est recto iuramento, hic uero periurij occasione amputat. Qui enim recte iurat, fortassis etiam falli potest. Qui uero non iurat, periurij periculū effugit. Iuramentū autem multis locis, etiam immutabilem de singulis rebus affirmationē nominat. Velut in hoc, iurauit & statui custodire iudicia iustitiæ suæ. Et, iurauit dominus, & nō poenitebit eum. Non quod deum in testimoniū dictorum, ambiguitatē suam adstruendam induxit, sed quod immobilibus decretis promissionis gratiam ipsi Davidi confirmauit. Sic etiam hoc loco possibile est dictū esse, hoc est qui affirmat proximo suo, & non decipit, ut consonū sit illi quod à domino dictum est: Sit sermo uester, est est, & non non. De talibus rebus affirmans annue. At de non existentibus, etiam si omnes homines inhorrentur, ne persuadeatis ut unq; præter naturæ ueritatem affirmes. Non facta est res, negatio sequatur: facta est res, assensus confirmet. Citra implicationem ad aliud, ipsam per se ipsam ueritatem proferre conare, nudis affirmationibus utens. Qui non credit, detrimentum incredulitatis habeat. Turpe est enim ac stolidū, seipsum uelut indignum fide accusare, & iuramentorū securitatem inferre. Sunt porro aliqui sermones qui iuramentorū figuram ha-

ras habent, non sunt autem iuramenta, sed obsequium audientium. Velut Ioseph amicitiam cōtrahens cum Aegypto, & in clientelam eius se tradens, per sanitarum Pharaonis iurauit. Et Apostolus dilectionem suam erga Corinthios adstruens dixit, per nostrā gloriationem quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Non enim neglexit euangelicam doctrinam is cui euangelium concreditū fuit, sed sermonem simplicem in iuramenti specie protulit, gloriatiōē coram ipsis uelut quauis re dignam, tali modo ostendens.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO, IN RELIQUA eiusdem psalmi, & contra sceneratores.



QVVM heri in decimum quartū psalmum ad uos uerba faceremus, ad finem sermonis peruenire, ab hora ipsa non permittum fuit nobis. Nunc autem adsumus benigni debitores, debitum relictorum uobis exoluturi. Est aut id quod restat breue quidem auditu, uelut uideri possit, & fortassis multos uesterū latuit, aliquid de psalmo eo relicto fuisse. Magnam tamen ad res uitæ uim habere, breuem hanc que restat dictionem experit, ne utiq; prætermittendā putauimus eius expendendæ utilitatem. Propheta in psalmo hoc describens perfectū qui ad inconcussam uitam perueniturus est, inter uirilia ipsius facta enumerauit, Qui pecuniā suam non dedit ad usuram. In multis scripturæ locis uituperatur peccatum hoc. Nam & Iezechiel inter maxima mala recepit usuram, & ultra fortis rem quid accipere. Et lex psalmi interdicit. Non dabis ad usurā fratri tuo & proximo tuo. Et rursus ait, Dolus super dolum, & usura super usuram. Et de ciuitate in multitudine malorum opulenta, quid dicit psalmus? Nō defecit de plateis ipsius usura & dolus. Et nunc uelut delineatiū perfectionis hominis idem hoc assumpsit propheta dicens. Qui pecuniā suam non dedit ad usuram. Reuera enim in humanitatis excessum habet, illum quidem necessariorum indigum mutuum quærere. Hunc uero summa non contentum esse, sed ex pauperis calamitatibus sibi ipsi redditus excogitare, & opulentia colligere. Dominus quidem igitur manifeste nobis præcepit dicens. Petenti te dato, & uolentem accipere à te mutuū, ne auerferis. Nam ad societate ac mutuū amorē, & naturæ familiaritatem sermo hic nos exhortatur. Est enim animal ciuile ac gregariū homo. In cōmuni autē potest ac mutua conuersatione necessaria est liberalitas ad indigentis correctionem. Petenti te dato. Vult te propter charitatē in simplicitate remissum ac facilem esse petentibus. Rursus uero uniuscuiusq; petentis necessitate ratiocinatione discernere. Et hoc didicimus in actibus, quo modo recte fieri possit ab his qui pietatis scopum perite implent. Quotquot enim, inquit, possessores agrorum aut domorū erant, uendentes afferebant precia eorum quæ uendiderant, & ponebant ad pedes apostolorū. Distribuebatur autem singulis prout cuiq; opus erat. Quandoquidem enim multi necessariorū usum transgredientes, meretriciorum occasione & deliciarum petulantium causam, faciūt petitionem: necessario apud eos quibus cura pauperum concredita erat, pecuniarū collectio ac repositio fiebat, quo inde necessariorum distributio perite ac apte iuxta uniuscuiusq; necessitates fieret. Quemadmodū enim in agrotantibus usus uini sæpe necessarius est, sed non cuiusuis est, tempus & mensurā ac qualitatem coniectare, uerum medico opus est ad uini exhibitio-nem: Sic & dispensatio circa curandos egenos, non ab omnibus commode peragi potest. Nā his qui flebiles cantilenas ad decipiendas mulierculas cōponunt, & mutilationes corporis & ulcera ad meretriciorū occasionem exponunt, non omnino utilis est larga suppeditatio: occasio enim ad maliciam cōtributi ipsis sumptus fiunt. Sed paruulo dono talium latratū depellere oportet, condolentiam uero ac fraternam charitatem ostendere, in his qui cum patientia tribulationem ferre docti sunt, pro quibus etiam dicitur ipsis. Esuriui, & dedistis mihi edere, & reliqua quæ sequuntur. Et uolentem accipere à te mutuū, ne auerferis. Et hoc præceptū ex prioribus dependet. Nam & qui hic petit pauper existens, mutuū à te petit, ostendēs tibi diuitem illum in cœlis, qui tibi pro ipso debitum persoluit. Qui enim miseretur pauperis, inquit, deo ad usuram tradit. Vas autem & fideiusor ac pignus pro mutuo dato, positum est regnum cœlorum. Dominus igitur nobis manifeste præcepit dicens, Et uolentem accipere à te mutuū ne auerferis. At uero auarus ubi

uidet uirum prae necessitate se incurvantē, ante genua supplicem, quid non humile faciem rem? quid non loquentē? non miseretur eius qui praeter dignitatem agit ac supplicat, non reputat naturam, non mollitur precibus, sed immobilis et implacabilis stat, non precibus cedit, non lachrymis frangitur, in negatione perdurat, iurās ac obtestans se penitus pecunijs carere, & seipsum quoque circumspicere, an aliquem reperire possit qui mutuum tradat, atque sic mendacium per iuramentum confirmans, malum inhumanitatis accessorium quaerit, periurium acquirit. Postquam uero is qui mutuum petit, usurarium mentionem fecerit, et praeter ignora nominauerit, tunc demisso supercilio arridet. & fortassis paternae quoque amicitiae mentionem facit, & familiarem appellat ac amicum. Et uidebitur, inquit, an aliqua nobis sit reposita pecunia. Est autem depositum uiri amici, qui lucri gratia apud nos deposuit. Verum ille quidem graues ex ipso usuris exigit, nos autem omnino remittimus aliquid, & pro minoribus usuris dabimus. Talia fingens, ac talibus uerbis blandiens ac inescans miserum, ubi libellis ipsum alligauit, & supra urgentem paupertatem etiam libertatem uiri detraxit, abit. Nam qui usuris seipsum obnoxium facit, quas persolvere non potest, seruitutem uitae spontaneam suscipit. Pecunias dic mihi ac redditus quaeris ab inopere? Et si ditorem reddere te poterat, quid quaerebat circa fores tuas? Ad auxilium progressus, hostem inuenit. Medicamenta auxiliaria quaerens, in uenena incidit, quum oportuisset mitigare uiri paupertatem, tu indigentiam ipsius multiplicas, solitudinem fructibus spoliare quaerens: Quemadmodum si quis medicus ad aegrotantes ingressus, pro eo quod sanitatem ipsis reducat, etiam pauca resstantes uires insuper auferat. Calamitates miserorum, reddituum occasionem facis? Et quemadmodum agricolae pluuias optant ad seminum multiplicationem, sic tu inopias ac indigentias hominum quaeris, quo tibi pecuniae efficaces ac lucrosae fiant. Ignoras te maius additamentum peccatis facere, quam diuitijs augmentum ab usura excogitare. Et qui quidem mutuum ad usuram petit, in rerum desperatione medius haeret. Vbi enim ad paupertatem respicit, desperat de restitutione. Vbi uero ad praesentem necessitatem, audet mutuum ad usuram sumere. Deinde hic quidem uincitur, cedens necessitati. Ille uero abit, postquam libellis ac fideiussoribus seipsum communiuit. At uero hic acceptis pecunijs primum splendidus est ac hilaris, alienis diuitijs illustratus, & uita mutationis indicium de se praebens. Mensa enim est lauta, uestitus sumptuosus, famuli illustriore habitu praediti, adulatores, combibones aedium uel ipse infiniti. Vbi uero pecuniae iam diffluunt, tempus autem progressum usuras secum adducit, non noctes requiem ferunt, non dies hilaris est, non sol iucundus, sed aegre fert uitam, odio habet dies, ad praesentium tempus festinantes, timet menses, uelut usurarium patres, & siue dormierit, per insonnium uidet foeneratorem, malum somnium capiti adstantem, siue uigilauerit, cogitatio ac cura ipsi usura est. Dum foenerator, inquit, & debitor inter se obuiam uenerunt, inspectionem utrorumque facit dominus. Ille enim uelut canis ad praedam accurrit, hic uero uelut parata praeda congressum formidat. Paupertas enim fiduciam auferit, utriusque calculus in digitis, illo usurarum incremento gaudente, hoc calamitatum additamento ingemiscere. Bibe aquas a tuis uasis, hoc est, proprios sumptus considera, ad alienos fontes ne uadas, sed ex proprijs aquarum uenis solatia uitae tibi ipsi collige. Habes uasa aerea, uestitum, iumenta, suppellectilem omnigenam, haec redde, omnia amittere tolerabilius est praeterquam libertatem. At haec publicare erubescit. Quid igitur quod paulo post alius ipsa producat, & tua per precationem uenalia pronunciat, & ob oculos tuos emptor uili ea aestimans tractabit? Ne eas ad alienas fores. Reuera enim angustus est alienus puteus. Praestabilius est consilijs paulatim inuenientis necessitatem mitigare, quam alienis aceruatim elatum, postea omnibus simul rebus denudari. Si igitur habes unde reddas, cur non praesentem inopiam ex his facultatibus propulsa? Si uero de retribuendo desperas, malum malo curas. Ne expecta foeneratorem te obsidione cingentem. Ne sustine ut uelut alia aliqua uenatoria praeda requiraris ac inuestigeris. Principium mendacij est mutuum sumere, ingratitude occasio, perfidiaque ac perurij. Alia sunt uerba mutuum accipientis, & alia dum rursus mutuum cum usura ab ipso exigitur. Utinam tibi tunc non obuiam uenisset, iam sane inuenisset sumptus ad depellendam necessitatem. Nonne me inuito pecunias in manum immisisti? subaratum est aurum tuum & numisma adulteratum. Siue igitur amicus fuerit qui mutuum ad usuram datus, ne damnū amicitiae ipsius patiaris, siue inimicus, ne fias hosti subditus. Vbi modico tempore

alio tempore alienis opibus te iactaueris, postea etiam paternis decedes. Pauper es nunc, sed liber. Vbi uero mutuum ad usuram acceperis, neque disces, & libertate spoliaberis. Seruus est eius qui mutuum dedit, is qui mutuum accepit, & seruus mercenarius inuictibilem seruitutem ferens. Canes accipientes manes fuerunt. Foenerator accipiens amplius irritat. Non enim latrare cessat, sed amplius exigit, si iuraueris, non credit. Perscrutatur interna, commercia tua curiose inquit. Si domo progressus fueris, rapit ac attrahit te ad seipsum. Si intus te occultaueris, instat ad ostium & fores pulsat, coram uxore pudefacit, coram amicis contumelia afficit, in foro strangulat, malus in festo occursum, uitam non uiuendam tibi subornat. At magna, inquit, est necessitas, & nullus alius pecuniarum proventus. Quae igitur utilitas contingit ex hodierna dilatione? Rursus enim ueniet tibi paupertas, uelut bonus cursor, & eadem necessitas cum accessione aderit. Nam mutuum non penitus liberat, sed modicam inopiam ac rerum difficultatis dilationem exhibet. Hodie patiamur indigentiae molestias, & ne differamus in crastinum. Si mutuum non acceperis, similiter eris pauper, & hodie & deinceps. Mutuo uero accepto, grauius diuexaberis, usura paupertatem amplius augente. Et nunc quidem nemo uitio tibi uertit paupertatem. Inuoluntarium enim est malum. Si autem usuris obnoxius fueris, nemo est qui te non reprehendat, ac detestetur inconsumptam temeritatem. Ne igitur ad inuoluntaria mala, amplius etiam uoluntarium ex nostra stulticia adtrahamus. Stultitia mentis est, non ex praesentibus seipsum componere, sed incerta spei se committere, & manifestum ac inuictibile detrimentum tentare audere. Iam consilium in eas unde rependes, & a quibus accipis cogita. At non sufficit & ad usum necessitatem, & ad restitutionem. Si uero etiam usuras reputaueris, unde tibi pecuniae in tantum multiplicabuntur? ut & priuatim necessitati tuae medeantur, & priuatim summam impleant, forissecus uero usuras gignant. At non ex his quae accipis mutuum reddes, uerum aliunde. Illas igitur spes transfigimur. Nullam turpitudinem paupertas parit. Quid igitur obprobria nobis ipsis ex aere alieno comparamus? Nemo uulnus uulnere curat, neque in malo malum sanat, neque paupertatem usuris corrigit. Diues es? ne sumas mutuum. pauper es? ne sumas mutuum. Si enim diues es, mutuo non indiges. Si uero nihil habes, mutuum non rependes. Ne tradas uitam tuam in serum consilium, ne quando beatos praedices dies ante usuras. In uno hoc excellimus diuites nos pauperes, curarum nimirum securitate, de ridemusque ipsos uigilantes dum nos dormimus, & semper rebus intentos ac sollicitos, dum nos sollicitudine caremus ac remissi sumus. Qui uero debet, & pauper est & curarum plenus, somno noctu, somno interdiu priuatus, omni tempore cogitabundus. Nunc quidem substantiarum suarum precium aestimans, nunc uero aedes sumptuosas, diuitum agros, obuiam uenientium uestitus, uasa ac suppellectilem eorum a quibus conuiuio excipitur. Si haec, inquit, mea essent, uenderem tanti ac tanti, & ab usura me liberarem. Haec cordi ipsius & noctu insident, & interdiu mentem occupant. Si fores pulsarit quis, debitor sub lectum abit, Vehementer incurrit quis, cor ipsius percellit. Latrat canis, ipse sudore diffluit, & anxietate corripitur, circumspicitque quo fugiat. Instat praesentium tempus, curiosus est quid ementiat, quali confictio praetextu creditorem amoueat. Non solum quomodo ipse accepit, sed etiam quomodo ab ipso exigitur, cogitat. Quid multiplici bestiae te ipsum adiungis? Aiunt lepores simul parere & educare ac superfoetare. Et foeneratoribus pecuniae simul ad usuram dantur & generantur ac subnascuntur. Nondum enim suscepisti in manus, & praesentis mensis lucrum a te exigitur. Et hoc rursus ad usuram datum, aliud malum educat, & illud alterum, atque sic malum in infinitum. Et propterea quoque haec auariciae species hanc appellationem apud Graecos reperit. *τρίγος* enim, id est partus, propter malitiam cumditatem, uelut arbitror, appellatur, uelut latini foenus quasi foetum dicunt. Unde enim aliorum qui mutuum ad usuram acceperunt inducere solet. Quemadmodum enim partus doctor parentis, sic praesentium tempus debitori instat, foenus in foenore, malorum parentum mala soboles. Haec usurarum foenora ac foetus, uiperarum progenies dicantur. Dicunt uiperas maternum uterum perrodentes pari. Et usurae erosae ac consumptis debitorum aedibus generantur. Semina temporis progressu nascuntur, & animalia tempore perficiuntur. Ve-

rum usura hodie generatur, & hodie parere incipit. Animalia quæ cito pariunt, cito parere cessant. Verum pecuniæ citum auariciæ principium sumentes, infinitam accessionem semper ulterius progredientem acquirunt. Singula quæ augescunt, ubi ad iustam ac sibi propriam magnitudinem peruenerint, augescere desinunt. Verum auarorum argentum simul cum omni tempore adaugetur. Animalia ubi soboli pariendi uis contigit, ipsa prægnantia fieri cessant. At fœneratorum pecuniæ, & succedentes pariunt, & ueteres renouant. Ne tu in mōstrosæ huius bestię experimentū uenias. Liberum uides solem, quid tibi ipsi uitæ libertatem inuides. Nullus pugil aduersarij ictus ita subterfugit, uelut debitor fœneratoris occursum, ad columnas ac parietes caput occultans. Quomodo igitur, inquit, me enutriā. Habes manus, habes artem, labora pro mercede, ministri munus obī, multæ sunt uicis parandi solertiæ, multæ occasiones. At impotens ad laborandum es. Pete à possidentibus. At turpe est petere. Turpius sanè est aliquem eo quod mutuo accepisti priuare. Non omnino legē sanciens hæc dico, sed ostendens quod omnia tibi tolerabilia sunt quàm pecuniā ad usuram sumere. Formica neq; mendicans, neq; mutuum sumens enutriti potest. Et apis proprij alimēti reliquias regibus largitur, quibus neq; manus, neq; artes natura dedit. Tu uero sagax illud animal homo, ex omnibus unam inuenire nequibz artem ad uitam transigendam. Quanquam uidemus non necessariorum indigos ad mutuum accipiendum uenire, neq; enim habent qui ipsis credant. Sed mutantur homines in impensas dissolutas, ac sumptus inutiles ad seipos immittentes, & muliebribus uoluptatibus inferuentes. Mihi, inquit illa, uestem pretiosam & aurum, filijs ornatū uestium decorum, sed & famulis florida ac uariiegata amacula, mensam opulente instructam. Qui in talibus uxori inferuit, is ad nummularium deuenit, & priusq; acceptis utatur, alium ex alio dominum assumit, & mutuum dantes semper transmutans, per assiduitatem mali indigentia reprehensionem effugit. Et quemadmodum aqua subter cutem laborantes, de carnositate suspecti sunt, sic etiam hic in opulentiæ suspitione existit, semper accipiens & semper dans, & ex secundis priora dissoluens, ex mali perpetuitate sibijpsi fidem ad accipiendum comparans. Deinde quemadmodum hi qui per uentrem ac os sursum ac deorsum excernunt, semper quod præinsidet eijcientes, & priusq; penitus purgati fuerint, alium cibum superingerētes, rursus cum dolore ac lancinatione uomunt. Sic etiam hi usuras ex usuris trāsmutantes, & priusq; priora expurgantur, alterum mutuum superinducētes, ubi modico tempore in alienis deliciati fuerint, postea etiā ob propria lugent. O quot homines perdiderunt aliena bona, quot per somnium ditati, damnū pertulerunt. At multi, inquit, ex mutuo accepto diuites facti sunt. Plures uero arbitrator ad laqueos deueniunt. Tu uero ditatos quidem respicis, strangulatos uero non numeras, qui mendicitatis turpitudinem nō ferentes, mortem per laqueum probrosæ uitæ prætulērunt. Vidi ego miserabile spectaculū, liberos ingenuos propter debita paterna in forum pertrahi ac uendari. Non habes pecunias quas liberis relinquas. ne auferas in super illiū generis nobilitatem. Vnam hanc conferua ipsis libertatis possessionem, depositum illud quod à parentibus accepisti. Nulli unquam patris paupertas crimini data est. Verum debitum paternū in carcerem ducit. Ne relinquas libellos, uelut execrationem paternam in filios ac posteros descendentem. Audite diuites, qualia consilia damus pauperibus, propter uestrā inhumanitatem, ut perseuerent potius in tolerandis malis, q̄ calamitates ex usuris subeant. Si autē crederetis domino, quid fuisset his sermonibus opus. Quod uero est ipsius domini consilium. Mutuum date his à quibus non speratis uos recepturos esse. Et quale, inquit, hoc est mutuum, cui retributionis spes adiuncta non est. Considera uim dicti, & legislatoris humanitatem admiraberis. Quum pauperi dare uoles propter dominū, idem & donum est, & mutuum, donum quidem, quia non speras receptionem, mutuum uero, propter dominum magnificentia qui pro ipso persoluit: qui paucis per pauperem acceptis, magna pro ipsis reddet. Qui enim pauperis miseretur, deo ad usurā tradit. Non uis uniuersorū dominum obnoxium tibi ipsi habere ad persoluendū. Aut si quis in urbe diues promitteret tibi pro alijs se exoluturū esse, fideiussione ipsius susciperes, deum autē pro pauperibus, persolutorum nō admittis. Da argentū frustra depositū non grauas ipsum additamētis, & utrisq; res bene habebit. Tibi enim cōtinget custodiendi securitas. Ei uero qui accepit, ex usu lucrum. Si uero etiā additamentū quaris, his quæ à dño tibi obueniūt cōtentus sis, ipse pro pauperibus

pauperibus usuram dependet. Ab eo qui reuera benignus est, benignitatem expecta. Nam quæ à paupere accipis, ea nullum ampliorem odij in homines excessum relinquūt, à calamitatibus lucratis, à lachrymis pecuniā colligis, nudum strangulas, famelicū uerberas, nusquam misericordia est, nulla cognationis cum afflicto cogitatio, & lucra quæ hinc accedunt humana nominas. Væ qui dicunt amarum dulce, & qui odium in homines humanitatem appellant. Neq; Sampsonis ænigmata talia erant, quæ proposuit cōtra uisus. Ab edente exiuit cibus, & à forti exiuit dulce. Et ab osore hominum exiuit humanitas. Non colligunt à spinis uuas, neq; à tribulis ficus, neq; ab usuris humanitatem. Omnis enim arbor marcida prauos producit fructus. Centesimatores & decimatores appellantur quidam, horrenda etiam auditu nomina. Item Menstrui exactores, quemadmodum demones committales morbos inducentes, iuxta lunæ circuitus pauperes inuadētes. Praua profectio mutui datio, & danti & accipienti, huic quidem in pecunias, illi uero in ipsam animā, damnum inferens. Agricola accepta spica, semen rursus sub radice nō scrutatur. Tu autem & fructus habes, & capitalem sortem ac summam non relinquis. Citra terram plantas, citra sementem metis, dubium cui colligis. Qui quidem lachrymatur ob usuras, conspicuus est. Qui uero fruiturus est harum opulentiā, incertus est. Incertū est enim an ne alijs gaudium ob diuitias dimittes, malo ex iniquitate tibi ipsi thesauri loco deposito. Neq; igitur uolentem mutuum à te accipere auerferis, & pecuniam tuam ne dederas ad usuram, ut & ex ueteri & ex nouo testamento commoda tibi discas, & cū bona spe ad dominū abeas, illic usuras bonorum operum recepturus, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XXVIII.



ICESIMVS octauus psalmus communem quidem inscriptionē habet. Psalmus enim inquit Dauid. Habet autem etiam quid propriū. additum est enim, Exitus tabernaculi. Quid uero hoc est. Consideremus quid sit exitus, & quid tabernaculū, quo ad psalmi sententiā peruenire queamus. Quo ad historiam igitur, uidebitur sacerdotibus ac Leuitis opus dimittētibz hoc præceptum datum esse, ut memores sint eorum quæ ab ipsis præparari debent ad cultum diuinum. Exeuntibus enim à tabernaculo, uerba psalmi deinceps proponūt, quæ ipsos parasse cōueniat, & quæ habere, ut ad sequentē diem præparati accedāt, nimirū filios arietū, gloriāq; ac honorem, & gloriā nomini eius. Et quod nusq; alibi diuinū cultū exercere, q̄ in atrio domini et loco sanctificationis cōueniat. Cæterū nostræ menti alta speculāti, & quæ legē nobis per præclarā ac diuinæ scripturæ conuenientē sententiā appropriat, illa succurrunt. Neq; Aries mas inter oues intelligitur, neq; tabernaculū aedificiū ex inaniti hac materia cōpactum, neq; exitus tabernaculi, à templo discessus. Sed tabernaculū quidē nobis est corpus hoc, uelut Apostolus nos docuit. Nā qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus. Et rursus psalmus, Et flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo. Exitus autē tabernaculi, est discessus ab hac uita: ad quē præparari nos iubet sermo, ita ut talia atq; talia domino afferamus. Nā quæstus in hac uita, uaticū est ad futurā. Et qui hic per bona opera gloriā & honore domino offert, is gloriā & honore sibijpsi, iuxta iusti iudicis retributionē, cumulat. In multis tamen exemplaribz, adiectū inuenimus, hoc. *Afferre dño filij dei.* Et quādoquidem nō cuiusuis donū acceptū est dño deo, sed eius qui corde puro offert. Non enim pura sunt inquit, preces à mercede scorti. Et rursus Hieremias. Nunq; d preces, inquit, & carnes sanctæ auferent iniquitates tuas, aut his purus eris. Quapropter uult psalmus nos prius filios dei esse. Deinde ad afferenda deo dona accedere, eaq; non uulgaria sed quæ ipse præcepit. Primum dic pater, deinde pete quæ deinceps sequuntur. Examina autem te ipsum ex quali uita accedas, an dignus sis deum sanctum, patrem tuum nominare. Per sanctificationem contingit nobis ad sanctum familiaritas & accessus. Si uis semper filius sancti esse, sanctificatio te in filium adoptet. Afferre igitur domino, non quiuis, neque ex quibusuis prognati, sed filij dei. Magna munera requisiturus est, quapropter magnos eligit oblatores. Quo enim cogitationes tuas ad humum non prosternat, neque faciat ut arietem, brutum illud quadrupes & balatum edens animal, quæras, ut ex

huius oblatione dei placari speres: Afferte, inquit, domino filij dei. Non enim opus est filio ut filium offerat. Sed si magnum quid & filius, magnum quid & filij affectu ac paterna praesentia dignum esse convenit quod offertur. Filios itaque inquit afferte arietum. quo & ipsi qui a vobis offeruntur, ab hoc quod filij arietum sunt, in id ut filij dei fiant transmutentur. Arius itaque animal principale est, praecedens oves ad pabuli pascua & aquarum refectioes, & rursus ad stabula ac caulas. Tales autem sunt etiam aliqui ovis Christi praefecti, praecuntes ad florida ac odorata spiritualis doctrinae pabula, & aqua viva spiritus suppeditatione rigantes & exaltantes & ad fructum profendum enutrientes, ducentes item ad requiem, & ab insidiantibus securitatem. Horum igitur filios a filijs dei domino afferi vult psalmi sermo. Si vero Arietes sunt qui reliquis praecunt: filij sane horum fuerint, qui ad virtutis vitam per bonorum operum studium, ex praefectorum doctrina efformati sunt. Afferte igitur domino filij dei, Afferte domino filios arietum. Didicisti ad quem dicit, didicisti de quibus. Afferte domino inquit, gloria & honorem. Quomodo igitur nos terra ac cinis gloriam magno domino afferimus? quomodo item honorem? gloriam quidem per bona opera, quum fulserint opera nostra coram hominibus, ut visis operibus nostris glorificent patrem nostrum qui in caelis est. Sed & per temperantiam, et pertinentem ad eos qui pietatem pro sitentur sanctificationem, possibile est deum glorificare, iuxta Pauli admonitionem dicentis: Glorificate deum in membris vestris. Hanc etiam gloriam exigit dominus ab his qui in ipsum credunt, & quos adoptionis beneficium donavit. Filius enim inquit glorificat patrem. Et si pater sum ego, ubi est gloria mea? Honorem autem affert deo, qui iuxta parcemiam deum colit a iustis operibus suis, & primitias ipsi offert a fructibus iustitiae suae. Et omnis qui recte ac feliciter theologiam tractat, ut non excidat a recta patris notione, & unigeniti deitate, & spiritus sancti maiestate, hic gloriam & honorem domino affert. Augerit gloriam qui rationes reddere potest, iuxta quas creata sunt universa, & iuxta quas continentur, providentia ipsius usque ad minutissima progrediente, & iuxta quas post hanc gubernationem sub iudicium perducuntur. Qui clara ac incosusa ratiocinatione, tum ipse singula speculari potest, tum ubi ipse speculatus est, etiam alijs mysteria bonitatis dei ac iusti iudicij ipsius declarare potest. Hic est qui affert domino gloriam & honorem. Et qui convenienti tali speculationi vita utitur. Talis enim viri lux coram hominibus lucet, dum & sermone & opere. per omnis generis strenua facta, pater in caelis glorificatur. Non affert autem gloriam & honorem domino, qui humanae gloriae admiratione ducitur, neque qui argentum colit, neque qui corporis voluptates sequitur, neque qui aliena a pietate dogmata admiratur. Quae admodum enim per bona opera gloriam ferimus domino, Sic per mala opera contrarium. Nam peccantibus quid dicit: Nomen meum propter vos blasphematur inter gentes. Et rursus Apostolus: Per transgressionem legis dei dehonestas. Contumelia enim est legislatori, legum contemptus ac neglectus. Et dum domus male gubernatur, in qua est indignatio et clamor, contumelia et risus, voluptas & prodigalitas, immundicia & petulantia: ignominia & turpitudine eorum quae fiunt ad dominum ipsius redit. Consequens est autem ut intelligamus nos, quod quaedam modum in bonis operibus glorificatur deus, ita in malis glorificatur inimicus. Quum enim ab latris membris Christi fecero ipsa membra meretricis, trahit gloriam ad perditorem meum ab eo qui me servat. Et qui incredulus est, gloriam in corruptibilis dei transmutat in imaginem corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum ac reptilium in terra. Et qui colit ac veneratur creaturam praeter conditorum, non deo fert gloriam, sed creaturis. Quare qui creaturam aliquid esse dicit, deinde adorat, is noscat suam portionem, cum qua ordinabitur. Timeamus igitur ne gloriam & exultationem diabolo per peccatum ferentes, una cum ipso aeternae confusioni tradamur. Quod enim peccatum nostrum gloria sit eius qui id in nobis operatur, per similitudinem considerato. Quum duo exercitus inter se committuntur ac confligunt, ubi quidem hoc agmen vincit, imperator ipsius gloriam fert. Vbi vero contrarium praevaluerit, ad illius rursus ducem gloria recidit. Sic in bonis tuis operibus dominus est qui glorificatur, in contrariis contrarius. Et ne mihi longe de hostibus cogites, neque procul exercituum duces respicias, sed te ipsum inspice, & omnem similitudinis veritatem comperies. Quum enim mens adversus affectum lucrata fuerit, si quidem per contentionem ac aduertentiam praevaluerit, victoriam fert de affectu, & deum per seipsam velut coronat. Vbi vero emollitus

emollitus succubuerit veritati, servus et captivus peccati factus, in castitiam & elationem ac superbia occasione inimico addis. Adorate dominum in atrio sancto eius. Post oblatum fructum eorum quae requiruntur, necessaria est adoratio. Adoratio autem, non extra ecclesiam, sed quae in ipso atrio dei perficitur. Ne mihi, inquit, propria atria ac conuenticula excogitetis, Vnum est atrium sanctum dei. Erat atrium prius Iudaeorum synagoga, Verum post peccatum in Christum, facta est ipsorum aula desolata. Quapropter etiam dominus dicens, Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, gentes ad salutem praedestinas ostendit proprium habere ovile, praeter id quod est Iudaeorum. Non igitur extra hoc atrium adorare convenit deum, sed intra ipsum: ut ne quis extra ipsum existens, ab externis rebus trahatur, & perdat id ut in atrio domini existat. Multi enim stant in habitu quidem adorationis, non sunt autem in atrio, propter mentis circumlationem, atque animi ipsorum distractionem, praecursum vanitatis. Potest autem atrium altius intelligi pro coelesti vita. Quapropter qui hic implantati sunt in domo domini, quae est ecclesia dei viventis, illic in atrio dei nostri efflorescent. Qui vero deum facit ventrem, aut gloriam, aut argentum, aut aliud quid, quod omnino magis honorat, neque adorat dominum, neque in atrio sancto est, etiam dignus sensibilibus conventibus esse videatur.

Vox domini super aquas. In multis locis reperitur uocis nomen usurpatum. Quare quomodo cognoscamus quae est domini uox, operae pretium est ut pro uerbis colligamus ex divina scriptura, quae de uoce scripta sunt. Velut in oraculo ad Abraamam. Et statim uox facta est, non haeres hic tuus erit. Et de Moysen. Et omnis populus uidebat uocem & faciem. Et apud Esaiam, Vox dicentis, clama. Vox quidem igitur apud nos, aut aer est uerberatus, aut species circa aerem fiens, ad quem uult impressionem facere is qui uocem edit. Quid igitur est uox domini? Verum plaga circa aerem intelligitur, aut aer percussus perueniens usque ad aures eius ad quem uox fit, aut neutrum horum, sed alterius generis haec uox est, principali animae humanae parte, impressa ipsi a deo informatione, imaginante, in his quos deus uult propria sua uoce audire, ut haec imaginatio proportionem habeat ad eam quae saepe in somniis fit. Quem admodum enim in imaginatibus in somno, non accipimus aliquam uerborum aut sonorum memoriam, quae ab aere percusso contingat: quum non per aures suscipiamus uocem, sed ipso corde nostro impressionem sentiente: Tale quando oportet putare etiam uocem quae a deo prophetis imprimitur ac ingeneratur. Vox domini super aquas. Quantum quidem ad sensibile attinet, postquam nubes ubi aqua plena fuerint, sonitum ac strepitum efficiunt, dum inter se murum colliduntur, Vox inquit, domini super aquas. Sed & sicubi, inquit, strepitus aquarum quae ad aliquid renitens alliduntur fiat, et si mare uentis turbatum aestuet, & sonitum uiolemum haec inanimata edant, uocem a domino habent, ostendente sermone, quod omnis creatura tantum non clamet officium suum annuncians. Et si tonitruum a nubibus erumpat, non aliud quid putare oportet, quam quod deus gloriae intonuit, & quod dominus est qui humidam naturam per seipsum continet. Dominus super aquas multas. Didicimus in mundi generatione aquam supra caelos, aquam rursus Abyssis, aliam rursus aquam, congregationes maris. Quis est igitur qui continet has, & non sinit ipsas naturali inclinatione deorsum ferri, quam dominus qui super omnes conscendit: qui etiam aquarum imperium habet. Fortassis autem magis mystice, Vox domini est super aquas, Quando baptisato Iesu facta est ex supernis uocis hic est filius meus dilectus. Tunc enim dominus quidem erat super aquas multas, sanctificans aquas per baptismum. Deus uero gloriae ac maiestatis magna testimonij sui uoce superne intonuit. Sed & super eos qui baptisantur uox a domino relicta pronuntiatur. Eum enim, inquit, baptizate in nomine patris & filij & spiritus sancti. Vox igitur domini super aquas. Constat porro tonitruum, quum uentus siccus & uiolentus nubis cavitatibus inclusus, praecitatione per nubium caua obuoluitur, & foras transitum quaerit. Rententes igitur praecualide adstricta densitate nubes, asperum illum ex uenti affricu sonitum efficiunt. Quum uero uelut bullis circum uentum extentis, diutius resistere ac retinere non puerint, uiolenter dirumpuntur, & uentum ad externam respirationem emittentes, strepitus circa tonitrua efficiunt. Idem etiam fulgur efficere solet. Dominus igitur est, qui & super aquas est, & qui magnos tonitruum strepitus operatur, in tenera aeris natura, tantum sonitus excessum efficiens. Poteris autem & iuxta ecclesiasticam rationem, eam quae post baptismum, ex magna euangelij uoce, in animis eorum qui iam perficiuntur, sit traditionem, tonitruum nominare. Quod enim tonitruum est euangelium, ostendunt discipuli a domino filij tonitruum per translationem appellati. Quapropter non in quouis eiusmodi tonitruum uox est, sed

sed si quis dignus fuerit ut rota appelletur: Vox enim tonitruus tui, in q̄t. in rota: Si quis ad ulteriora extensus fuerit uelut rota, modica sui parte terram contingens, & omnino talis qualis erat de qua dixit Iezeciel. Et uidi, & ecce rota una super terrā harrēs ex quatuor animalibus, & species ipsarū ac structura ipsarū ad speciem audaculā. Deus igitur maiestatis in tonuit, dominus super aquas multas. Aquæ sunt sancti, quia flumina fluunt ex uentre ipsorū, hoc est spiritualis doctrina animas audientū rigās. Et rursus accipiunt aquam salientē in uitā æternā, quæ in his qui probe acceperunt euadit fons aquæ salientis in uitā æternā. Super tales igitur aquas est dominus. Memineris autē & Historiæ Helix, quando conclusum fuit cœlū annis tribus & mensibus sex. quādo in serenitate super uerticem Carmeli existens, audiuit uocē aquarū multarū. Deinde cōsecutus est, ut & tonitru fieret ex nubib. & deflueret aqua. Dominus igitur super aquas multas. Vox domini in uirtute. Quæadmodū in rota uox fit, sic in uirtute uox domini cōflatur ac cōsistit. Qui enim oia potest in eo qui ipsum potentē facit Christo: hic audit præcepta domini & facit. Vox igitur dñi, nō in debili & exoluta anima, sed in ea quæ firmiter ac fortiter bonū perpetrat.

Vox dñi in magnificētia. Magnificētia uirtus est, decēter magna peragēs. Qui igitur decēter absoluit magnarū actionū operationes, talis magnificē appellatur. Quū itaq; aia à graui carnis seruitute libera fuerit, magnitudinē aut ac dignitatē sibi ipsi decēter ex præceptione eorū que ipsi ad sunt, à deo acceperit: in hac fit uox dñi. Qui igitur magnificas de deo cogitationes habēt, & creationis rationes alte speculati sunt, & aliquantū bonitati prouidētia dei incūbere possunt, & amplius in expēlis faciēdis nō parci sunt, & in fratrū necessitatibus subleuādīs munifici: hi sunt magnifici illi, in quib. uox dñi diuersatur. Reuera enim magnificus oia corporalia cōtemnit, nullū rei digna iudicās, inuisibilitū collatione. Magnificū nulla affliget calamitas, neq; oīno aliqua affectio ipsum cōturbabit, neq; hominulorū malorū ac uiliū peccata ipsum mouebūt, neq; immūdicia carnis ipsum humiliabit. humiles enim affectiones ipsum accedere nō possunt, neq; ipsum propter mētis altitudinē aspīcere queūt. Dicitur etiā dei quædā magnificētia, uelut in hoc. Eleuata est magnificētia tua super cœlos. Qui igitur magnifica de deo iactat ac glorificat ipsum, hi magnificētia ipsius extollunt. Vox dñi cōfringentis cedros. Cedrus aliquādo ut res durabilis & nō putrescēs, odorataq; ac tegmē præbere sufficiens, à scriptura laudatur. Aliquādo uero ut instructuosa & agre flexilis uituperatur, ut etiā similitudinē impij representet. Vidi enim impij exaltatū ac elatū uelut cedros Libani. In qua significatione etiā nūc accepta. Vox enim dñi cōfringit cedros. Quæadmodū enim in magnifica anima fit uox, sic eos qui temere inflātur, qui seipfos extollūt, in his quæ in hoc mūdo alta iudicātur, diuitijs, aut gloria, aut potētate, aut corporis pulchritudine, aut uirtib. aut robore, cōfringit re dicitur. Et cōfringet dñs cedros Libani. Qui alienas res inuadūt, & ab illis superbiā sibi ipsi colligūt, hi sunt cedri Libani. Quæadmodū enim cedri per se altæ existētes, ob id quod super montē enatae sunt, ex mōtis additamento splendidiōres fiunt: Sic qui corrupti bilibus mūdi rebus innitūtur, cedri quidē sunt propter superbiā ac mētis elationē, Libani autē cedri appellātur, propterea quod aliena altitudine exultāt, & à terra ac terrenis rebus uelut à Libani uertice ad fastū extollūtur. Nō oēs autē cedros cōfringit dñs, sed cedros Libani. Quādoquidē enim idololatriæ locus est Libanus, quæcūq; anime cōtra cognitionē dei efferūtur, hæ Libani cedri appellātur, & cōtritione dignæ cēsentur. Sūt enim quædā cedri dei, quas arbutiuae uites ab Aegyptia uite trās latae operiūt, uelut in psalmis didicimus. Operuit mōtes umbra ipsius, & uites arbutiuae ipsius cedros dei. Quandoquidem igitur una cū alijs de Christo metaphoris, etiā uitis dominus noster dicit: Ego enim sum, inquit, uitis, uos palmites: cedri dei sunt qui haecenus in fructuosi & ad exustionē idonei, ubi tegmen Christi subierunt, ipsumq; uelut induerunt, ex gratia illius, sterilitatem uitæ suæ operiunt. Cedros igitur dei uites arbutiuae fructuosae circumplexatae adseruant. At cedros libani cōfringit dominus. Et cōminuet eas tanq; uitulū ipsum libanum. Memineris uitulū in Exodo, quē in idololatria efformarunt, quē cōminuit Moyses, & populo potum præbuit. Illius itaq; uitulū modo, totū libanū & præualentē in ipso idololatriæ consuetudinem disperdet. Et dilectus quemadmodum filius unicorniū. Vnigenitus filius qui uitā dat mundo, ubi quidem offert uictimā & oblationē seipsum deo pro peccatis nostris, & agnus nominatur dei & ouis. Ecce enim, inquit, agnus dei. Et rursus, tanq; quis ad maciationē ductus est. Vbi uero uindicare oportet, & destruere potētā humanū genus

genus ad orientem, efferatam quandam agrestemq; ac asperam potētā, tunc filius unicornium appellatur. Est enim animal unicornis, uelut ex Iob didicimus, uirtibus inexpergnabile, hominibus non subiectum. Non enim ligaueris ipsum inquit loro, neq; dormiet in præsepī. & multa de libertate animalis huius & quod homini subditum non est, in illa prophetia parte dicta sunt. Et obseruatum est quod in utranq; partē scriptura unicornis similitudine utitur, quandoq; ad laudē, quandoq; ad uituperationē. Libera enim, inquit, à gladio animā meā, & à cornibus unicorniū humilitatē meā: bello deditum populum detestans hæc dicit, eū uidelicet qui iuxta passionis tempus aduersus ipsum insurrexit. Rursus autē, Exaltabitur, inquit, uelut unicornis cornu meū. Videtur igitur propter ulciscendū uim, saepe ad deteriorē similitudinē assumi. Propter cornu uero altitudinē & libertatē, ad melioris similitudinē duci. Et in summa, quoniā cornu in scriptura pro gloria multis locis acceptū reperire est, uelut in hoc: & exaltabit cornu populi sui. & cornu eius exaltabitur in gloria. Aut etiā quoniā cornu pro potētā saepe accipitur, uelut in hoc. Protector meus & cornu salutis meæ. Christus autē est potentia dei. Ob id uelut unū cornu habens, hoc est unā potētā patris habens, unicornis appellatur. Vox domini intercīdētis flammam ignis. Dissecta est equidē ignis flamma iuxta historiā triū puerorū in Babylonia, quādo ad XLIX. cubitos fornax diffusa est, & omnes circū circa stantes ambussit. Dissecta autē præcepto dei, spiritū in se suscepit, iucundissimā respirationē ac refrigerationē, uelut in arborū aliqua umbra, in pacata constitutione pueris exhibens. Facta est enim, inquit, uelut spiritus roris sibilans. Et profectio multo mirabilis est ignis naturā disseciam esse, q̄ mare rubrū in partes diductū esse. Attamen uox domini continuā & unitā ignis naturā disseciat, & quāuis ignis humanæ industræ indiuisibilis esse uideatur, attamē præcepto domini dissecatur ac disparatur. Arbitror autē quod ignis præparatus in supplicij diabolo & angelis ipsius, dissecatur uoce domini. Ut quoniā due sunt in igne facultates, uisoria ac illuminatoria, acris quidem & punitoria uis ignis, permaneat apud eos qui digni sunt ut urantur. Illuminatoria uero ac splendida ipsius facultas, ad exhilarādos beatorū gaudio fruentes cedat. Vox igitur domini dissecantis ac diuidentis flammā ignis, ut supplicij quidē ignis obscurus sit, lux uero requiei expers urendi permaneat. Vox domini concutientis desertum. In beneficiū deserti, concussio ipsi à domino disponitur, quo transmutata solitudine fiat terra habitabilis, & deposito sterilitatis obprobrio, fecunditatis laudē accipiat. Multi enim filij desertæ, magis q̄ eius quæ uirū habet: Et aquarū spiritu repleta, fiat antea deserta in stagna aquarū. Et concutiet dominus desertū Cades. Nō igitur oēm solitudinem concutit dominus, sed cades, hoc est sanctificationem. Cades enim sanctificatio dicitur. Vox domini præparans ac absoluens ceruos. Similia præcedentibus exponere oportet etiā de præparatione ac absoluta cōpositione ceruorum, quā uox domini operatur. Quandoquidem igitur ceruus talem structurā adeptus est, ut superior sit omni reptilium detrimento, sed & purgatorium ipsi est uiperæ edulium, uelut tradunt qui hæc obseruarunt. Omnia autē uirus ei aculantia, ad malarum & aduersariarū potentiarum similitudinem assumentur, quum dominus dicat, Dedi uobis potētatem conculcandi serpentes ac scorpiones, & omnē potētā inimici: & quū rursus psalmus prophetae promittat, Super aspīdē & basiliscū ambulabis: Necessariū est ut quū nomē cerui in scriptura audiamus, ad meliorē similitudinē sermonē trahamus. Montes em̄ alti ceruis, & desiderat ceruus ad fontes aquarū. Quandoquidē igitur etiā omnis iustus in altis conuersationē habet, scopum persequēs ad brauium supernæ uocationis, & ad portabiles fontes decurrit, prima theologiæ principia inquirens: Trahit autem ceruus oris sui respiratione in latibus delitescētia reptilia uenenū ei aculantia, & ex antris per uim spiritus educit: Quem admodum igitur aquila dicitur sanctus, propter gressus sublimitatem, & quod longius à terra sit leuatus, Et quemadmodū ouis, propter mansuetudinē & impertiendā ea quæ habet liberalitatem, Et aries propter principatum: Et columba, propter innocentiam. Sic etiam ceruus, propter contrarietatem aduersus mala. Quapropter etiam Solomon dicit: Ceruus amicitia & pullus gratiarum tuarum tecum conuersetur: docens nos prædictos ceruos idoneos esse ad theologiæ doctrinā. Vox domini præparās ceruos. Vbi igitur uiderimus hominē aliquē dei, perfectū, absolutū, utilitatē ex conuersatione ipsius persequamur. Nam ubi ceruus præfens est, omne reptilium detrimentū fugatur. Non enim ferunt odorem

odore animalis ea quæ uenenum iaculantur, quando sanè etiam ad cornu ipsius suffi-
tum discedunt. Et reuelabit condensata. Primum uox domini absolute componit cer-
uos, deinde reuelat condensata, hoc est syluosos & ab agresti ac infructuosa materia cõden-
satos ac repletos locos, ad quos maxime uenenum iaculantia confugerè solent. Quando
quidem igitur iam absolutus est per factam à domino perfectionem ceruus, qui huic affi-
misatur iustus reuelat condensata, quo nudi & prompti tradantur hi qui uitam nostrã cor-
rumpunt. Et quando quidem omne lignum non faciens fructum bonum exciditur à se-
cure, & in ignem mittitur: necessario syluæ condensatæ repurgatur, ipsa uidelicet syluosæ
animæ, in quibus uelut reptilia quædam uenenata, uaria peccatorum affectiones latitã,
atq; hoc uerbo dei, quod magis quàm omnis anceps gladius penetrat. Quando quidem
uero multi homines rerum mundanarum curis onerati, animas suas uelut terrã aliquam
spiniferam habent, & non sinunt ipsos ad producendum uerbi fructum enutrirì, reuelat
dominus condensata, hoc est turpes & indecoras ac nociuas in hac uita curas, quo clarifica-
to de bono ac malo loco, non habeant homines peruersa rerũ præruditate iudicia. Mul-
ti enim bona ubi laboriosa fuerint, mala putant. Mala uero propter uoluptatem quæ ipsis
adest, uelut bona persequuntur, & ingens est inter homines circa huiusmodi res error. Bo-
norum quidem igitur naturæ sunt ligna fructifera & omnes cedri, quæ etiam ad laudem
assumuntur. Malorum uero naturam habent syluæ condensatæ, quas ut ne fallantur qui se
fructum aliquem utilem in ipsis inuenturos sperant, reuelat ac detegit uox dei. Et in tem-
plo eius omnes dicunt gloriã. Audiant hæc psalmi uerba ac reuerentur, qui longis sermo-
nibus se ipsos immitunt. Quid dicit Psalmus: In templo dei existens, non maledictionem,
non uanitatem, non uerba turpibus rebus referta profert, sed in templo ipsius quisq; dicit
gloriã. Astant enim qui uerba describunt sancti angeli, adest dominus, affectus ingredi-
entium inspicit, Oratio uniuscuiusq; manifestata est deo, quis ex affectu, quis perite cõ-
lestia inquirat, quis defunctorie summis labris uerba loquitur, cor uero ipsius longe abest
à deo. Et si oret, sanitatem carnis, & corporales diuitias, gloriãq; humanã petit. Opor-
tet autem nihil horum petere, uelut psalmus docet, sed in templo ipsius quisq; dicit gloriã.
Cæli enarrant gloriã dei, angelorum opus glorificare deum. Toti cœlestium exerci-
tuum hoc opus propositum est, gloriã tribuere conditori. Vniuersa creatura tum si-
lens, tum loquens, & supermundana & terrena, glorificat conditorem. Homines autem
miserabiles relictis domibus suis, & ad templum facto concursu, uelut sibi ipsis opem la-
turi, non adhibent aures sermonibus dei, non percipiunt suam naturã, non moerent præ-
occupati à peccato, non tristantur peccata in memoriã reuocantes, non tremunt ob iu-
diciũ, sed ridentes, & dextras inter se dantes, domum adorationis locum loquacitatis
faciunt, non obediẽtes psalmo testanti ac dicenti, quod in templo dei omnes dicent glo-
riã. Tu uero non solum non dicis, sed etiam alteri impedimento es, conuertens ad tem-
plum, & proprii tumultus sonitu doctrinã spiritus transgredieris. Vide ne quando ab-
eas, pro eo quod mercedem accipere debebas pro glorificatione, unã cū his qui nomen
dei blasphemant condemnatis. Psalmum habes, prophetiam habes, euãgelica præcepta,
apostolorum prædicationes. Lingua psallat, mens dictorum sententiã perscrutetur, quo
& spiritu & mente psallas. Non enim gloria opus habet deus, sed uult te dignum esse ut
glorificeris. Quapropter quod seminãt homo, hoc etiam metet. semina glorificationem,
ut metas coronas & honores ac laudes, in regno cœlorum. Hæc non ab re in digressionem
dicta sunt in hoc, quod in templo ipsius quisq; gloriã dicit, propter eos qui in templo
desingulam indefinenter futilem ac nugacem habent, & inutiliter in ipsum ingrediuntur.
Vtinam autem inutiliter & non cum suo magno malo. Dominus diluuium inhabitat. Diluuium
est inundatio aquæ omnia subiecta dissipantis, & omne prius sordibus polluta
tum purgantis. Baptismatis igitur gratiam diluuium nominat, ut anima à peccatis elota,
& à ueteri homine purgata, apta sit de cætero ad habitaculum dei in spiritu. Concinnat
autem cum hoc etiam ea quæ in tricesimo primo psalmo dicta sunt. Postquam enim di-
xit, Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiã meã non abscondi. Et, pro hac ora-
bit ad te omnis sanctus, induxit. Veruntamen in diluuium aquarum multarũ ad eum non
approximabunt. Non enim appropinquant peccata ad eum qui accepit baptismi remis-
sionis delictorum per aquam & spiritum. His cognatum & in Michææ prophetia inue-
nitur

nitur. Quoniam uolens misericordiam est, cõuertetur & miserebitur nostri, demerget
peccata nostra, & proicietur in profundum maris. Et sedebit dominus rex in ætèrnum. Anima
à diluuiio splendenti insidens deus, uelut thronum ipsam sibi efficit. Dominus
robur populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace. A populo quidem pec-
catore auferet dominus robustum & robustam, uerum iustitiam perpetranti dat robur.
Nam omni habenti dabitur. Qui uero robustus factus est ad bonorum operationem, di-
gnus sit benedictione à deo. Videtur autem perfectissima benedictio esse pax ipsa, quæ sta-
bilitas quædam principalis animæ partis existit, ut pacificus homo ex sedatis ac compo-
sitis moribus, uelut proprijs suis notis cognoscatur: eum uero qui ab affectibus impugna-
tur, nondum pacis à deo participem factum esse euidenter sit: eius inquam pacis, quam do-
minus dedit discipulis suis, quæ omnem mentis intellectu excedens custodiet animas di-
gnorum. Hanc etiam Apostolus ecclesijs optat dicens, Gratia uobis & pax multiplicetur.
Contingat igitur nobis ubi probe decertauerimus, et elatione carnis subuerterimus, quæ
est inimicitia aduersus deum, ut in tranquillitate & quieto statu anima constituta, filij pa-
cis appellemur, et benedictionis dei in pace participes fiamus, in Christo Iesu domino no-
stro, cui gloria & imperium, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN EVNDEM PSALMUM.



ADORARE dominum in atrio sancto eius. Extra atrium sanctum nõ oportet
adorare dominum, sed intus constitutum, hoc est, non excedere congrega-
tionem ecclesiæ, & per seipsum propriam synagogam ac sectam auspicari,
eum sanè qui uere diuinum cultum perficere debet. Non enim cõuenit. Quem
admodum autem domũ quis seipsum præparat domini, ut templum dei fiat:
sic etiam atrium assumere ac circumdare potest, uelut muro cingens seipsum, uita & sermo-
ne & cogitationibus diuinis, in seipso adorans deum, quum sufficientem ad adorandum
occasionem in ipso existentem, tum ex corporea structura, tum ex dispositione circa ani-
mam, conditor ipsius subornarit. Iam uero etiam dominus atrium dixit Iudæorum, ubi
ait. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: ostendens nimirum etiam aliud ouile
esse reuera sanctũ, quod congregabit oues Christi, eos qui ex gentibus prædestinati sunt
ad salutem, hoc est ecclesiã hanc, in qua ueri adoratores in spiritu adorant ac ueritate.
Nemo uero qui aliud quid præter deum, deum facit, adorare deũ in atrio sancto eius po-
test. Deum faciunt autem, alij uentrem, quorum deus uenter est, alij argentũ, qui auaritiã
quæ idololatria est, addidit sunt. Et unusquisq; quod præ omnibus magis amplectitur, ei
gloriã dei tribuit. Talis uero non est in atrio sancto, neq; adorat deum, etiam si à sensibi-
libus conuentibus non separatus esse uideatur. Vox domini super aquas. Quo intel-
ligamus quid est uox domini, operæpretium est ut quantum possibile est colligamus ex
diuina scriptura, quæ de uoce scripta sunt. Inuenimus igitur in Genesi scriptum. Verbum
domini ad Abraam. Ego protector tuus sum, & merces tua multa. Et respondit Abraam.
Domine quid mihi dabis? Ego disced. absq; liberis. Et paulo post, Et statim uox facta est
ad ipsum. Et rursus in exodo dicit. Sint parati in diem tertium, & ubi uoces & tubæ, et nu-
bes descenderit de monte, illi ascendant in montem. Et post decalogum. Et omnis popu-
lus uidebat uocem & faces, & uocem tubæ. Et in Esaia scriptum est. Vox dicentis, clama.
Est igitur uox, aeris plaga, aut species circa aerem fiens, ad quem uult impressionem face-
re is qui uocem edit. Qui itaq; per carnem inter se conuersantur uerberantes aerem, & ue-
lut figuram quandam ac speciem ipsi imprimentes, per spiritum propellunt, quo perue-
niat ad aures eius ad quem uox fit. At uero domini uox alterius generis est, deo informa-
tionem ipsi animæ imprimente ut imaginetur, in his quos uult deus suam uocem audire:
ut proportionem habeat hæc imaginatio ad eam quæ in somnijs fit. Nam illic non exter-
no aere uerberato, per aures sensus eorum quæ dicuntur illabitur, sed ipsa principali ani-
mæ parte intellectum suscipiente, in memoriã eorum quæ uiderunt permanere solent.
Facta est igitur uox ad Abraam, quia habebat aures audire potentes mandata dei, uolun-
tate dei latenter ipsi insonante. At uero uox quæ ad populum fiebat, uisibilis erat, hoc est
cognoscibilis & ab omnibus intelligi potens. Non enim profecto colore aliquo colorata

erat ac circūscripta, ut uox ore prolata oculis percipi potuisset. Sed uidebat populus uocem, quia mandatum domini lucidum illuminans oculos, nulla uerborum obscuritate proposita. Et Esaiā uox obtigit præcipiens, clama. Pro eo ac si diceret, principalis animæ pars ipsius prophetæ, à potentia quæ ipsi à deo imprimebatur, informabatur. Vox domini super aquas. Qualis uox, super quas aquas? Velut prophetiam accipiamus quod dictum est. Memineris Ioannis, qui interrogatus à Iudæis, Quis es tu quod responsum dabimus his qui miserunt nos? respondit: Ego uox clamantis in deserto. Igitur uox domini est Ioannes, angelus à deo missus ante faciem domini, ut pararet domino populū præparatum. Hæc igitur uox super aquas erat, super Iordanem, in quo baptisabat prædicans pœnitentiæ baptismum. Et non solum in Iordane, sed etiam in Enon prope Salem, quia aquæ multæ erant illic. Igitur uox domini super aquas, Ioannes est super baptismum. Illic etiam eius maiestatis intonuit. Venit enim uox de celo dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Tunc etiam dominus super aquas multas, dignatus descendere in baptismum Ioannis, ut compleret omnem iustitiam quæ in lege est. Vox domini in uirtute. Aufert enim debilitates populū per pœnitentiæ baptismum, per ipsum baptisans in aqua ad pœnitentiam. In uirtute est uox dicens, Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, & facite fructus pœnitentiæ dignos. Aut nunquid in uirtute uox est, quia reuera fortis domino Ioannes testimonium præbet, dicens, Ego baptizo in aqua, qui uero post me uenit fortior me est. Hæc igitur uox uirtuti ac fortitudini testimonium dedit. Vox domini in magnificentia. Quum magna mysteria de Iesu Ioannes proferrer dicens, Vidi spiritum sanctum uelut columbam descendentem, & anentem super ipsum. Et rursum, Ex aceruo ipsius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Alia enim sunt aquæ, & magnitudinem maiestatis unigeniti declarant. Quapropter uox domini in magnificentia est. Magnificum uero est etiam dicere, deum nemo uidit unquam. Unigenitus filius qui in sinibus patris est, ille enarrabit. Multa etiam magnifice de domino exponere uidetur, dum dicit, Non potest homo accipere quicquam si non datum fuerit ipsi ex celo. Magnificum & hoc. Qui ex supernis uenit super omnes est. Et hoc. Qui de ipso testimonium accepit, affirmavit quod deus uerus est, quem enim misit deus, uerba dei loquitur. Et hoc. Qui credit filium, habet uitam æternam. & quæcūq; talia existunt. Nihil igitur humile aut illiberale, sed omnia magnifice, cum congruente magnitudine, decenter à Ioanne expressa de domino dicta sunt. quare uox domini in magnificentia existit. Vox domini confringentis cedros. Potest dici quod parans domino populū præparatum, elatas impietates, & contra cognitionē dei exaltatas confringens ac cōterens, obliqua faciebat recta. Qui enim omnem collem ac montem humiliat, hic erat qui cōfringebat cedros, & domino accessum adæquabat, per hoc quod ad pœnitentiam inducebat, altum & elatum & inhumiliatum populū cor. Vnde ipsius præparationi succedens dominus, per suum aduentum confringit oppositas potentias, cedros libani figurate dicitas. Oportet enim dominū regnare, donec ponat inimicos sub pedes suos, et has cedros comminuerit uelut uitulū ipsum Libanum. Quid igitur est uitululus? Libanus, id est thus, inquit, quod multa sedulitate idolorum cultores in uitulorum formas ac imagines redegerunt, atq; sic ipsas igni admouerunt. Sic igitur, inquit, oppositas potentias merito ad interitum disperdi. Aut uitululus thuris ab igne liquefcens, iuxta id quod dictum est, Velut liquefcit cera à facie ignis, sic pereunt peccatores. Sed & sic potest intelligi, cedros comminui, & ipsum Libanum principem elationis cedrorum. Comminutus est aliquando uitululus in exitu per Aaron, quem populus à deo desciscens & ad idolorum cultum conuersus formauit, quem Moyses accepit, & in minutissima frustra contritum in aquam proiecit, sic igitur comminuet totum Libanum, hoc est primæ maliciæ originem dominus, uelut cōminutus fuit uitululus ille à Moysē. Et dilectus quemadmodum filius unicornium. Post sublatas oppositas potentias, tunc apparebit dilectio erga dominum, & fortitudo ipsius manifesta fiet, nullo aduersario tenebras inducente. Quapropter dicit post comminutionem, Dilectus erit uelut filius unicornium. Unicornis autem animal est principale, homini non subiectum, uiribus inexpugnabile, in solitudinibus semper degens, uno cornu confidens. Et ob id inexuperabilis domini natura unicorni assimilata est, tum propter principatum in omnes, tum quod unum sui ipsius principium habet patrem: caput enim Christi

Christi deus. Vox domini intercedentis flammā ignis. Peccatū instar ignis depascens Israel, Ioannes intercedit ac dissecut dicens, pœnitentiā agite, appropinquat enim regnum cœlorum. Flammam igitur affectionum ex peccato animis insitam dissecut, exponens Iudæis de igne æterno, in eo quod iudicij uehementiam proferebat, nimirum, Ventilabrum in manu domini, & repurgabit aream, & triticū quidem deponit in horrea, paleas uero comburet igni inextinguibili. Illam igitur flammā dissecut, per hoc quod horrenda populo sub oculos posuit. Et concutiet dominus desertum Cades. Ioannes enim in deserto baptisabat, desertum igitur illud concussit accessu populorū ex omnibus locis, quod sanè desertum propterea quod uenientes pœnitentiā agerent, sanctū appellabatur. Cades em̄ sanctū significat. Hæc uox præparat & absoluit ceruos, ipsas sanctas animas, quæ alta quærunt, quæ serpentes consumunt, quæ in altis montibus conuersationem faciūt. Hæc uero utiq; fuerint animæ magnificæ, ad alta cœlestis politia ex humilibus accurrentes leues ac elata, bellum gerentes aduersus oppositas potentias, quemadmodum contra serpentes cerui. Sed & condensa reuelat, quo serpentes manifesti fiant, qui sub obumbratione syluæ cōdensatæ teguntur, ut eo minori labore à ceruis consumantur. Fortassis igitur qui uitia occulta manifestat, condensa reuelat. Hoc est in propatulum dicit latitantia in materiali natura peccata, quæ serpentes dicuntur propter uoluptatis uarietatem. Reuelabit autem in die illa, quando reuelabit occulta tenebrarū & consilia cordium ipsorū. Fortassis autē & Ioannes uox domini existens, in ænigmate Israeli loquebatur, iam ascia ad radicem arborum posita est, Omnis igitur arbor quæ nō facit fructū bonum exciditur, & in ignem mittitur. Reuelabat condensa, hoc est fructuū inutilitatem manifestabat, condensa enim sunt sylua & materia infructuosa, cuius detrimentū ostendens ipsis, ad conuenientem fertilitatem eos prouocabat dicens, Facite fructus pœnitentiæ dignos. Ex quibus omnibus unus sequitur effectus, ut templū domini ædificetur, in quo quilibet constitutus, gloriā domino uere asserere potest. Sed & dominus diluuium inhabitat. Nam per baptismum contingit inhabitatio domini in animis sanctorū. Aniam itaq; ablutam à peccato, inhabitat dominus, & propterea diluuium inhabitare dicitur. Quod enim remissionem ex baptismo diluuium appellauit, etiā ex tricesimo primo Psalmo didicimus, ubi dicit: Veruntamen in diluuiū aquarum multarum ad eum non approximabunt. Nam peccata peccatorum in redemptione baptismi, non permittuntur ut eos amplius accedant. Et sedebit dominus rex in æternum. Supra omnia hæc continget nobis cognoscere principatū domini super omnes, qui robur dat populo suo, quo deuicto aduersario benedictionem accipiamus, quæ datur à domino in pace his qui ipso digni sunt. Ipsi gloria in secula, Amen.

D. BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMUM XXIX.

PSALMVS odes seu canticū dedicationis siue inuolutionis domus David: Psalterium quidem figurate, iuxta instrumentum musice adaptatum ad hymnos dei nostri, structura corporis ipsius est, Psalmus uero, actiones sunt quæ per corpus in gloriam dei absoluuntur, ubi per uerbū adaptati nihil dissonum in motibus perfecimus. Canticum uero siue ode sunt quæcūq; ex nuda speculatione ac theologia hærent. Quare Psalmus sermo est musicus, quādo cōcinne & iuxta harmoniā rationem ad instrumentum pulsatur. Canticum uero uox est concinna quæ cum harmoniā citra organi sonitū absoluitur. Hic itaq; quoniam inscriptio est, Psalmus canticū, arbitramur hæc uerba innuere, consequentem ad speculationē actionem. Hic uero psalmus canticū, iuxta inscriptionem, continet sermones quosdam inuolutionis domus. Et quod ad corporalem sensum attinet, uidetur hic sermo temporibus Solomonis famoso illo templo extructo, ad psalterium decantatus esse. Verum iuxta sententiā spiritualem, incarnationē dei uerbi significare uidetur inscriptio, indicareq; inuolutionē domus noue & mirabiliter ipsi cōstructæ. Multa enim inuenimus in hoc psalmo, quæ ex persona domini pronunciantur. Aut fortassis domum accipere oportet Ecclesiam à Christo ædificatam, quemadmodum etiam Paulus in epistola ad Timotheū scribit. Quo scias quomodo oporteat in domo dei diuersari, quæ est ecclesia dei uiuentis. Inuolutionē autem ecclesiæ accipere oportet, renouationem mētis, quæ fit per spiritum sanctū singulis qui corpus ecclesiæ Christi complent. Est autē diuina & musica harmonia, nō quæ sermones

quosdam complectitur aures demulcentes, sed sedantes ac mitigantes malignos spiritus, qui animas quæ facile offenduntur infestant. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, & non latificasti inimicos meos super me. Quomodo is qui in altis habitat exaltatur ab his qui humilem locum sortiti sunt? Si enim deus superne in cælo est, tu uero inferne in terra, quoniam modo deum exaltaueris? Quid igitur uult hæc promissio prophetæ? Aut nunquid exaltari dicitur ab his, qui magna & deo cõuenientia de ipso cogitare possunt, & qui ad gloriam dei uiuunt? Qui igitur cum scientia ad beatitudinem festinat, exaltat deum. Qui uero contraria uita abit, quantum ne fas quidem est dicere, deum humiliat. Sed & omnem conuenientem rebus nostris statum quodammodo contribuimus deo. Quæ propter dormitantibus nobis ac segniter operantibus, Dormire deus dicitur, indignos nos iudicans uigilijs suis pro nobis speculantibus. Postquam uero aliquando detrimentum ex somno percipientes dixerimus: Exurge quare obdormis domine? tunc sanè non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Sed & alij quidam oculos à deo uelut auertunt, propter turpitudinẽ eorum quæ faciunt, quæ oculis dei indigna existunt, qui sanè acta poenitentia dicunt: Quare faciem tuam auertis? Et alij præter hos sunt, qui electa memoria dei, & uelut obliuionẽ suipsorum ipsi inducentes, dicunt: Quare obliuisceris inopia nostræ & tribulationis nostræ? Et in summa, quæ iuxta affectus humanos de deo dicuntur, ea homines operantur, talem sibi ipsi deum facientes, qualẽ unusquisque seipsum præparat.

Exaltabo igitur te domine quoniam suscepisti me, & non latificasti inimicos meos super me. Quoniam nihil humile, nihil terrenum in uita mea à te acceperim, unde aderit mihi facultas te exaltandi quoniam tu anteuertens me suscepisti. Significanter dixit suscepisti, pro exaltasti me, & superiorem insurgentibus contra me fecisti. Velut si quis puerum natum in expertum, manu susceptum aqua altiore ducat. Qui igitur auxilio dei sursum respicit à delictis recedens, hic præ animi gratitudine per bona opera se deum exaltaturum esse promittit. Aut uelut si quis luctatorem aliquem debilem ab imminente ruina suffultum liberet, & colluctatore superiorẽ faciat, atque ita illi quidem uictoriæ occasionẽ præbeat, huic uero læticiam ob ruinam ac casum ipsius detrahat. Non autem tribulationes quæ probationis gratia sanctis immituntur, læticiam inuisibilibus hostibus nostris pariunt. Sed quoniam tribulati desperauerimus, & cogitationes nostræ ad angustias reductæ fuerint, ad afflictionum multitudinẽ animi despondentes, tunc lætantur plauduntque ac exultant. Velut in Iob contigit. Perdidit possessiones, priuatus erat liberis, caro sanie & uermibus ipsi scaturiebat. Hæc nondum lætitiã aduersario pariebant. Si uero his erumnis emollitus, aliquod maledicum uerbum iuxta uxoris consiliũ protulisset, tunc sanè latificati fuissent inimici super eum. Et super Paulo esuriens & sitiens, nudo, colaphis casto, laboribus fatigato, nusquam stabilem locum habente, non lætabatur inimicus. Imò uice uersa cõterebatur, dum sic uideret ipsum certamina sufferentem, ut etiã contemptim diceret. Quis separabit nos à dilectione Christi? Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Beatus qui plagam suam in profundo cognoscit, ut medicum accedere possit ac dicere: Sana me domine, quia conturbata sunt ossa mea. Et, Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam, quia peccauit tibi. Hic tamen gratiarum actio est, pro adhibita ipsi medela. Domine enim inquit, deus meus. Non omnium deus est deus, sed eorum qui ipsi coniuncti sunt per dilectionem. Deus enim Abraham est, & deus Isaac, & deus Jacob. Si uero omnium deus esset, non hoc apud illos ipsos uelut præcipuum quid testatus fuisset. Et rursus Jacob, auxiliatus est tibi deus meus. Et Thomas post compertam certitudinem resurrectionis amplectens dominum, Dominus meus inquit, & deus meus. Affectuosa igitur uox est, domine deus meus, & propheticostatut ac ordinis conueniens. Clamaui ad te, & sanasti me. Nihil medium inter uocem meam & tuam gratiam intercessit. Sed & simul clamaui, simulque medela accessit. Adhuc enim loquente te, inquit, dicam ecce adsum. Magna igitur uoce loqui ad deum magnaque petere oportet dum oramus, ut cita sanatio nobis exoriat. Domine eduxisti ex inferno animam meam. De hac sanatione gratias agit deo, is qui ex infirmitate quidem descendit in infernum, eductus est autem ex inferno per potentiam eius, qui pro nobis eum qui mortis imperium habet deuicit. Saluasti me à descendantibus in lacum. Multis quidem in locis lacus nominatur fossæ subterraneæ, ad captiuorum custodiam accommodatæ. Sic enim dictum est in exodo. A primogenito Pharaonis usque

ad

ad primogenitum captiuæ in lacu. Sed & Hieremiam in lacum iniecerunt, & Ioseph fratres præ inuidiã in lacum conclusèrunt aquam non habentem. Vnãquæque igitur actio aut ad inferna nos deducit, grauens nos per peccatum, aut ad superna leuat, alas nobis addens ad deum. Saluasti igitur me prius existentem in praua uita, separando me ab his qui descendunt ad tenebrorum ac perfrigeratum locum. Hoc igitur est quod dixit, suscepisti me, hoc est sursum euexisti me à deorsum uersus latrone, ut non data sit occasio inimicis, ut latificati essent super me. Quod igitur alibi dixit, Qui perfecit pedes meos uelut cerui, & super excelsa statuens me, Reditum ad alta, liberationem & susceptionem à lacu nominat.

Psallite domino sancti eius. Non si quis ore profert psalmi uerba, hic domino psallit, sed qui à puro corde emittunt psalmodias, & qui sancti sunt seruantes iustitiam ad deum, hi psallere possunt deo, spirituales rythmos conuenienter assequentes: qui uero in scortatione hic consistunt, qui in furto, & qui dolum ac mendacium in cordibus cõelant, psallere se putant, reuera non psallentes. Nam sanctum ad psallendum uerba uocant. Non potest arbor mala fructus bonos proferre, neque cor prauum uerba uitæ emittere. Facite igitur arborem bonam & fructus ipsius bonos. Purgate corda ut fructum feratis in spiritu, & possitis sancti facti domino psallere prudenter. Et confitemini memoriæ sanctitatis eius. Non dixit confitemini sanctitati eius, sed memoriæ sanctitatis eius, hoc est, gratias agite. Confessio enim hic pro gratiarum actione accipitur. Gratias agite igitur, quod in memoria sanctitatis ipsius estis, qui prius propter demersionem in maliciam, & iniquationem immundiciarum carnis, ad obliuionem uenistis sanctitatis conditoris uestri. Pro remissione igitur peccatorum, confitemini de his quæ non recte à uobis ante perpetrata sunt. Quia ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Prius dixit triste, iram uidelicet in indignatione dei. Deinde hilarius, uitam in uoluntate ipsius. Videtur eadem dicere, his qui certitudinem eorum quæ significantur assequi non possunt, quum Propheta dicat iram esse in indignatione dei, tanquam idem sit ira & indignatio. Verum plurima est differentia. Indignatio enim est iudicium talia uel talia quædam tristitia inducendi commerito. Ira uero labor iam, & supplicium quod à iusto iudice iuxta mensuram iniquitatis inducitur. Verum ab exemplo manifestius fiet quod dico. Medicus ubi signauit partem inflammatam ac sanie plenam, probat ac adstruit sectionem agroto esse necessariam, hoc indignationem nominat scriptura. Post iudicium uero medici de adhibendo auxilio, sequitur deinceps actio ad opus ducens probata & iudicata, & ferrum secans & dolorem inducens ei qui secatur. Hoc ira dei nominatum est. Progredere itaque ad propositum, & inuenies sententiæ consequentiam, quoniam ira in indignatione eius, est poena secundum iustum iudicium dei, uita autem in uoluntate ipsius. Quid igitur dicit? Quod id quod deus uult hoc est, nepe ut omnes uita ipsius participes fiamus. Calamitates autem & mala, non ex uoluntate ipsius fiunt, sed pro peccatorum merito inducuntur. Vitam quidem igitur deus propria uoluntate unicuique largitur, iram uero unusquisque sibi ipsi accumulatur in die iræ & reuelationis ac iusti iudicij dei. Familia re est autem scripturæ, præponere tristitia lætioribus, quia iucundior est uoluptas rebus tristibus prægressis. Ego enim occidam, inquit, & uiuere faciam. Sequitur beneficium post supplicium. Percutiam & ego sanabo. Ipse enim dolorem inducit, & rursus restituit. Percussit, & manus ipsius sanauerunt. Præcedunt afflictiones, quo nobis stabiliora beneficia fiant, quum datorum custodiam uehementer nobis uendicemus. Ad uesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitiã. Memineris temporis passionis domini, & reperies sententiam. Ad uesperum enim moratus est & permansit fletus in discipulis domini, quum uiderunt ipsum in cruce suspensum. Mane uero sequuta est lætitiã, quum post resurrectionem cum gaudio discurrebant, annunciantes inter se bonum illud nuncium uisionis domini. Aut fortassis etiã in uniuersum uespera seculum hoc dicitur, in quo qui beate fleuerunt, matutino tempore aduenientem consolationem reperient. Beati enim lugentes, quia ipsi consolationem inuenient. Beati plorantes, quia ipsi ridebunt. Qui itaque dies huius seculi iam in consummatione existentis, & quod ad suum occasum declinauit, in deplorandis peccatis suis transigunt, hi uero illo matutino adueniente gaudebunt. Qui enim seminant in lachrymis, in exultatione metent. Nimirum in futuro seculo. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebo in aeternum. Quem

h 3 Quem

Quemadmodum ciuitatis est abundantia, uenaliū in foro luculentia, & quemadmodum regionem abundantem esse dicimus quæ multos fructus produxit: Sic etiam anima quædam abundantia est eius quæ omnigenis bonis operibus est referta. quam primum diligenter cultam esse oportet, & postea largis celestium aquarum influxionibus pinguefactam, quo fructum proferat trigecuplum ac centuplum, & assequatur benedictionem dicentem. Benedicte horrea tua, & benedicte reliquæ tuæ. Qui igitur suam sentit constantiam, confidenter dicet ac affirmabit se non passurū esse ut ab aduersario euer tatur, uelut ager plenus quē benedixit dominus. Domine in uoluntate tua dedisti decori meo uirtutem. Qui in expēdenda uirtutum ratione triti sunt, Virtutes partim ex speculationibus constare dixerunt, partim sine speculatione. Verbi gratia, prudentiam quidem ex speculationibus constare, in loco de bonis & malis. Temperantiam uero ex loco de eligendis & fugiendis. Iustitiam ex loco de distribuendis & non distribuendis. Fortitudinem ex loco de horrendis & non horrendis. Pulchritudinem autem & robur uirtutes esse sine speculatione, consequentes ad eas quæ constant ex speculationibus. Nam congruentiam & harmoniam speculationum animæ, quidam sapientes pulchritudinem esse statuerunt. Perfectionem autem eorum quæ ex speculatiuis uirtutibus suggeruntur, robur esse pronunciauerunt. Veruntamen ut & pulchritudo animæ accedat, & uirtus ac potentia eorum quæ oportet perfectiua, diuina ad hoc gratia opus habemus. Quemadmodum itaq; supra dixit, quod uita est in uoluntate ipsius, Sic nunc exaltat deum per gratiarum actionem dicens. In uoluntate tua præstitisti pulchritudini meæ uirtutem ac potentiam. Pulcher equidem eram, secundum naturam, debilis autem, propterea quod ex insidijs serpentis per peccatum mortificatus sum, euasi. Pulchritudini igitur meæ quam à te ex prima structura accepi, addidisti potentiam eorum quæ oportet effectiuam. Pulchra quidem est omnis anima, quæ in propriarum uirtutum congruentia conspicitur, pulchritudo autem uera & amabilissima, quam sola purgata mens contemplari potest, circa diuinam & beatam est naturam. Cuius fulgores & gratias qui in mente intuetur, transumit quid ab ipsa, uelut à tinctura quadam, floridum quendam splendorem proprijs oculis affricans. Vnde etiā Moyses glorificatā faciē habuit, ex eo quod pulchritudinis illius in conuersatione cum deo particeps factus fuit. Qui igitur uirtutem suam percipit, uocem hanc gratias agentē emittit. Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem. Quemadmodum autem ad speculatiuas uirtutes non speculatiuæ consequuntur, ipsa pulchritudo ac robur: Sic sunt quædam uitia non speculatiua, ipsa turpitudine & debilitas. Quid enim deformius ac turpius anima affectibus dedita? Vide mihi ira periclitum, & eam quam præ se fert feritatem. Inspice tristitia affectum, & eam quam in se habet humilitatem & animæ contractionem. Quis uero libidinibus aut gula deditum, aut timoribus consternatum, uel aspicere sustineat? quum usq; ad corporis fines animæ affectio penetret, Quemadmodum sanè etiam uestigia pulchritudinis animæ in sancti hominis statu apparent. Prouidendum itaq; nobis de pulchritudine, quo etiam sponsum Verbum dei nos suscipiens dicat. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Quamdiu, inquit, radij inspectionis tuæ illustrarunt me, in stabili statu & imperturbato debebam. Postquam uero auertisti faciem tuam, affectuositas & turbatio animæ apparuit. Auertere autem faciem suam dicitur deus, quum in calamitatum temporibus, tentationibus expositos dimiserit, quo cognoscatur certantis firmitas ac robur. Si igitur pax quæ omnem mentis intelligentiam excedit, custodierit corda nostra, affectuum turbationem ac confusionem effugere possimus. Quandoquidem igitur uoluntati dei opponitur auersio, Pulchritudini uero & decori ac uirtuti turbatio, Fuerit utiq; turbatio, turpitudine & debilitas animæ, ex alienatione à deo proueniens. Precemur itaq; semper ut facies dei nobis illucescat, ut in statu simus sanctos decenti, quieti ac mites omnique modo imperturbati, ex promptitudine ad bona. Paratus enim sum, inquit, & non sum turbatus. Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor. Sæpe dictum est de clamore ad dominum, quod solius eius est, qui magna & celestia cupit, clamare. Si uero quis parua ac terrena petierit à deo, parua & humili uirtute uoce, non perueniente ad altitudinem, neq; aures domini accedente. Quæ utilitas in sanguine meo dū descēdo in corruptionem? Quid, inquit, clamaui, & quid

quid te dominū ac deū meum rogauit? Quæ mihi utilitas inquit, deliciarū carnis, & plenitudinis sanguinis, quum tradendus sim quantū nondum, in cōmunem corporis corruptionem? Verum castigo, & in seruitutē redigo corpus meum, ne propter bonū corporis habitū, & sanguinis feruorē, carnositas occasio ad peccatū fiat. Ne aduleris carni tuæ somnis & balneis ac mollibus stratis, semper insonās tibi uerbū hoc. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descēdo in corruptionē? Quid ornas & amplecteris paulo post corrupturū? Quid pinguefacis ac incarnas te ipsum? An ignoras quod quantō crassiorē tibi ipsi facis carnē, tantō grauiorē anime construis carcerē? Nunquid cōfitebitur tibi puluis, aut annuntiabit ueritatē tuam? Quomodo em puluerulētus aut carneus homo cōfitebitur tibi deo? Quomodo uero etiā ueritatē annūciabit, qui neq; disciplinis operā dedit, & in tanto carnis onere mentem suā defossam habet? Ob id igitur eliquo ac cōsumo carnem, & nō parco sanguini, qui in carnē cogi solet, ut nullum sit mihi ad confessionem aut ueritatis intelligentiā impedimentum. Audiuit dñs, & misertus est mei. Postq; exposuit quæ fuerint quæ ad deū clamaui, statim sentiens auxiliū dei, impellensq; nos ad li militia petēda, audiuit dñs inquit, & misertus est mei, dominus factus est mihi adiutor. Precemur itaq; etiā nos, clamemusq; uoce spirituali magna petentes, nō carni dediti. Qui enim in carne sunt, deo placere nō possunt: quo etiam nos dñs exaudiat, debilitatis nostræ misertus, & diuini auxiliij participes facti etiā nos dicamus. Cōuertisti planctū meum in gaudiū mihi. Non culibet animæ gaudiū à deo accedit, sed si quis plurimū deplorās peccatū suum, fortibus luctibus & assiduis lachrymis, ob seipsum uelut mortuū plāctum fecerit, talis hominis planctus in gaudiū uertit. Quod aut sit laudabiliter plangere, ostendunt pueri in foro desidentes ac dicentes, Lamentati sumus, & nō planxistis, cātauiimus uobis tibijs, & nō saltastis. Est autem tibia instrumentū musicum, quo spiritu cooperāte ad melodiā utimur. Quapropter arbitror omnē sanctum prophetā figurate tibiā nominari, propter motū ex spiritu sancto. quare dicit, tibijs cantauimus uobis, & non saltastis. Sancti enim propheta per sermones suos nos exhortātur ad concinnā sanctę prophetiæ actionē, quæ saltatio dicta est. Sed & lamentātur nobis propheta, ad planctū nos prouocantes, quo ex prophetici sermonibus ad peccatorū nostrorum cognitionē progressi, in teritum nostrū deplemimus, in laboribus & erumnis carnem nostrā castigantes. Tali ita que homini dilaniatē lugubris uestis, qua se ob peccati sui luctum cōuestiuit. induitur autē ipsi tunica læticia, & palliū salutis, illustra illa & nuptialia indumenta, quibus indutus à sponso nō eiecitur. Concidisti sacco meum, & circūdedisti me læticia. Coadiutor ad pœnitentiā est saccus, humilitatis signum existens. Olim enim, inquit, in sacco & cinere desidentes pœnitentiā egerunt. Quandoquidē uero Apostolus reuelata facie, iuxta eandem similitudinē, à gloria in gloriā transformatur, gratiam datam ipsi à domino, peculiam gloriā dicit. Ut cantet tibi gloria mea. Gloria iusti est spiritus in ipso. Qui igitur canit in spiritu, dicat: Ut cantet tibi gloria mea. Et non compungar. Non amplius committam, inquit, quæ digna sunt, ut cōpungatur ac perforetur cor in recordatiōe peccati mei. Domine deus meus in æternum cōfitebor tibi. Cōfitebor dixit pro gratias agam. Quandoquidem enim dedisti mihi ex pœnitentiā ueniam, & reduxisti me ad gloriā, turpitudine ac confusione ex peccatis ablata, propterea in omne æuū cōfitebor tibi. Quod enim tantum temporis interuallum fieri possit, quod tantorum beneficiorū obliuionem animæ meæ inducere queat.

DIUI BASILII MAGNI CONCIO IN
PSALMUM XXXII.



Exultate iusti in dño, rectos decet collaudatio. Familiaris est scripture uox exultationis, ualde alacrem ac lætū animæ statum, ob ea quæ læticia digna sunt ostendens. Exultate itaq; iusti in domino, nō quū uitæ facultates abundant, non quū corpus bona habitudine præditū est, non quū agri fructibus omnigenis referti sunt: sed quū dñm habetis, tali pulchritudine, tali bonitate, tali sapiētia præditū. Sufficiat uobis læticia in ipso. Et sanè uidet propheta ob rem gratam aliquā læticia ac gaudio affectus, ob hanc ipsam exultare. Quapropter iustos excitat ad dignitatis suæ sensum, quod talis domini serui esse digni facti sunt, & ad exultandū propter seruitutem ipsius cum inenarrabili gaudio ac saltationib; corde uelut saliente ob afflictionē dile-

tionis boni dei. Si aliquando cordi tuo uelut lux illapfa, ingentem de deo cogitationē in duxit, ac animā tuam illustrauit, ut deum quidem dilexeris, mundū uero & corporalia omnia cōtempseris, ex obscura illa ac breui similitudine, totum iustorū statum cognosce, qui æqualiter ac indefinenter læticiā in deo peragunt. Tibi equidē aliquando ac raro incidit illud gaudiū secundum dispensationē dei, quo te per modicum gustum ad recordationem perducit eorū quibus priuatus es. At uero iusto perpetua est diuina ac cœlestis læticia, propterea quod semel in ipso habitat spiritus. Primus autē fructus spiritus est dilectio, gaudiū, pax. Exultate igitur iusti in domino. Velut locus iustorū capax est dominus, in quo qui est eum necesse est lætari ac exultare. Fit etiam iustus locus domino, accipiens ipsum in seipso. Nam qui peccat, locum dat diabolo, nō obediens ei qui dicit, Neq; detis locum diabolo: & Ecclesiasta, Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locū tuum ne dimiseris. In ipso itaq; dño existētes, & quantū nobis possibile est ipsius mirabilia inspicientes, sic ex speculatione cordib. nostris læticiā congregemus. Rectos decet collaudatio. Quemadmodū obliquus pes recto calcamēto nō adaptatur. Sic neq; distorta corda decet dei laudatio. Quapropter puto, uelut nō decetē demonū os de feruatore sermone, auferit ab ipsis potestātē, ut ne manifestū ipsum faciant. Et Pythōnē Paulus increpat, ut ne ab impuro sanctus cōmendetur. Tale est & hoc, peccatori autē dixit deus, quare tu exponis iustificationes meas: Conemur itaq; fugere omne opus obliquū ac tortuosum, rectificemusq; mentem nostrā uelut regulam rectā, itemq; animā iudiciū, quo ubi recti simus, deceat nos domini collaudatio. Quemadmodū enim peccati autor ac præceptor serpens obliquus dicitur, & gladius dei inducitur super draconem serpentem obliquū, quia inter eundem multas digressiones ac diuortia facit. Etenim dum serpentis tractus prorepat, inæqualiter per terrā proserpit, quū aliter procedant anteriores partes, & oblique insequatur cōsequentes, & rursus ad contrariū uergant postrema. Quare qui serpentē sequitur, obliquam & inæqualē ac plenam cōtrarietatibus uitam suam demonstrabit. Qui uero retro dominū deū ambulat, rectas facit semitas, & recta uestigia pedum ipsius. Rectus enim est dominus deus noster, & rectitudines nouit facies ipsius. Si duæ regulæ iuxta se collocatæ fuerint, rectitudo ipsarum cōcinna ipsis est. Si uero distortū ligyrium ad regulā appositum fuerit, incongruū reperitur recto peruersum ac obtortū. Quandoquidem igitur recta est domini laudatio, recto opus est corde, ut deceat ac cōueniat ipsi laudatio. Si uero nemo potest dicere dominū Iesum, nisi in spiritu sancto, quomodo proferes laudem, quum non habeas rectum spiritū in uisceribus tuis innouatū. Confitemini domino in cithara, & in psalterio decem chordarū psallite ipsi. Primum in cithara domino confiteri oportet, hoc est corporis actiones cōcinne absoluerē. quandoquidē enim in corpore peccauimus, quum membra nostra seruā peccato ad iniquitatē exhibuimus: corpore etiam confiteamur, eodem instrumento utentes ad peccati dissolutionē. Conuiciatus es, benedixit, plus q̄ oportet accepisti, reddito, ebrius fuisti, ieiunato, arrogas fuisti, humiliā te. inuidisti, cōsolare, occidisti, testare, aut testimonio æquiualeter, per cōfessionem, corpus tuum afflige. Et tunc post confessionem, dignus es psallere deo in psalterio decem chordarum. Oportet enim prius corporis actiones peragere, ut diuino uerbo cōcinne absoluanur, atq; ita ad intelligibilū ac spiritualiū speculationē procedere. Psalterium enim fortassis mens ipsa dicitur superna quærēs, propterea quod organū huius constructio, resonantem uim ex supernis habet. Corporis itaq; opera uelut ex infernis confitentur deo, mysteria uero quæ per mentē promittuntur, processus ex supernis habēt, spiritu ipso uelut insonāte. Qui igitur ad omnia mandata respicit, ipsorūq; uelut concentum ac consonantiā facit, hic in psalterio decem chordarū deo psallit, propterea quod decem sunt generalia præcepta iuxta primā legis traditionē scripta. Cantate dño canticum nouum. Hoc est nō in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus deū colite. Qui nō corporaliter accipit legē, sed spirituale ipsius uim cognoscit, is nouum canticū canit. Nam uetus & fenescens testamentū transijt, nouū uero & renouatū dnica doctrinā canticū nos excepit. Quæ sanè doctrina iuuentutē nostrā uelut aquilā renouat, ubi corruerimus eternū hominē, & renouati fuerimus de die in diē. Sed & qui se ad ulteriora extendit, semper seipso recētiore euadit. Quare qui semp seipso recētiore sit, recētiore canticū deo canit. Recētiore autē cōsuetō more, uel q̄ admirabile est dicit, uel q̄ recens in lucē productū est.

Sive

Sive igitur admirabilem modum omnemq; naturam excedentē dominicæ incarnationis recenses, recētiore ac peregrinū canticum canis. Sive totius mundi præ peccato in uetera regenerationē ac renouationem enarraueris, et resurrectionis mysteria annunciaueris: etiam sic nouum ac recens canticū canis. Bene psallite ipsi in uociferatione. Audite præceptum, bene psallite. mente nō ad alias res suspensa, affectu sincero, in iubilo psallite. Velut boni milites post partam de hostibus uictoriā, referte hymnos uictoriæ autori. Confidite inquit, ego uici mundum. Quis hominū sufficiens est ad reluctandū diabolo, nisi ad protectionem potentie imperatoris confugientes, illinc à fide in ipso feriamus, ac spiculis impetamus inimicū nostrum: Bene igitur psallite in uociferatione. Est autem uociferatio uox quædam inarticulata, ubi constipatū in bello agmen consonanter inter se uocem edit. In cōsonantia igitur ac cōspiratione, & dilectionis unione psallite. Quid igitur psallentes dicere oportet: Quia rectum est uerbū domini. Propterea prius rectos ad laudationem uocat, nam rectum est etiam quod glorificandū est uerbum domini, in principio existens, & apud deum ac deus existens. Rectus igitur est pater, rectus filius, rectus spiritus sanctus. Et omnia opera ipsius in fide. Quid est quod dicit: opus est cœlum, opus terra, opus mare, aer, inanima omnia, animata, rationalia, bruta. Quomodo igitur omnia in fide: quæ fides est in animis: qualis fides brutorū: qualis fides in lapide: qualis fides in caner. Neq; inanime, neq; brutū in fide est, sentētia tamen nihil exceptit, sed omnia cōprehendit quum dixit, omnia opera ipsius in fide. Quid igitur est quod dicit: Sive cœlum inquit inspexeris, ordinemq; in ipso, fidei dux est. Ostendit enim opificem per seipsum. Sive constructiones circa terrā, rursus etiam per has augetur fides in deum. Non enim carnis oculis de deo docti credimus in ipsum: sed per mentis potentiam, per uisibilia inuisibilem conspiciamus. Omnia igitur opera ipsius in fide. Sive lapidem consideraueris, habet etiam ipse aliquam potentie conditoris demonstrationē, siue formicam, siue culicem, siue apem. Sape etiam in minutissimis opera dei elucet. Qui enim cœlū extendit, & immensas pelagorū magnitudines diffudit, hic est qui etiam tenuissimū apic aculeum, uelustibiam cauauit, ut per ipsum uirus effundatur. Omnia igitur opera ipsius in fide. Nulla tibi incredulitatis sit occasio. Ne dixeris, hoc prout cōtigit fortuito factū est, hoc sua sponte prouenit. Nihil inordinatū est, nihil indefinitum, nihil frustra factū, neq; quicq; rerum fortuito fertur. Aut malus casus, aut praua hora: uoces sunt ineruditorū. Nōne duo paferes asse ueneunt, & unus ex ipsis nō cadet citra dei uoluntatem: Quot sunt capilli capitis, & unus ex ipsis non est obliuioni traditus: Vides diuinum oculum, quod nihil minutissimarum rerum inspectionem ipsius effugit. Diligit misericordiā & iudicium, misericordiā domina plena est terra. Si per se existeret iudiciū dei, ita ut nobis præcise pro dignitate nostra retribuere ad ea quæ fecimus, qualis erat spes: quis ex omnibus saluus fieret: Nunc uero diligit misericordiam & iudiciū, & misericordiā uelut in assessoris locum sibi ipsi constituta, regioq; iudicij throno præposita, sic singulos ad iudiciū adducit. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit. Neq; misericordiā citra iudiciū, neq; iudiciū citra misericordiam est. Ante iudiciū igitur diligit misericordiam, & post misericordiā uenit ad iudiciū. Hæc autem inter se coniugata sunt, misericordiā cum iudicio: quo neq; misericordiā sola securitatē inducat, neq; iudiciū solū desperationem operetur. Vult tui misereri iudex, & suam misericordiam impartiri, uerum si reperit te post peccatū humilem, contritum, multum deplorantem praua opera, quæ latenter facta sunt citra pudorē publicantem, ita ut roges fratrem quo collaboret tecū ad accipiendam sanationem: in totum miserabile te factum si uiderit, largam suam misericordiā tibi suppeditat. Si uero cor impœnitens inuenit, spiritūq; superbum, & incredulitatē de futura uita, & nullū iudicij timorem: tunc iudiciū super te diligit. Quemadmodū enim bonus medicus ac humanus, fomentis prius ac linimentis mollibus tumorē sedare conat: postq; uero uiderit molem nihil remittere, atq; induratā reniti, abiecta misericordiā ac mollī cura, de caetero ferri usum eligit. Diligit igitur misericordiā in pœnitentibus, & diligit iudiciū in obstinatis. Tale quid etiā Esaias deo dicit: Misericordiā tua in librā: nam etiam ille misericordiā cum iudicio producit, eius quilibet & numero ac pondere iuxta uniuscuiusq; dignitatē rependit. Misericordiā dñi plena est terra. Hic disiecta est à iudicio misericordiā. Sola enim misericordiā dñi plena est terra, iudicio in definitū tempus reposito

sito. Hic igitur misericordia est sine iudicio. Non enim uenit ut iudicet mundū, sed ut saluet mundū. Illic uero non est iudiciū sine misericordia, propterea quod impossibile sit hominem purū à fordibus reperiri, etiā si una tantū dies natiuitatis ipsius fuerit. Quare si quis uideat maliciā quotidie ulterius depascentē, & fragile hominū genus in finitibus mortibus ob peccata dignū esse, admirabitur diuitias bonitatis dei, patientiāq; ipsius ac longanimitatis. In terra tamen exsistentes, misericordia opus habemus. Nam qui in cœlo sunt, digni sunt ut beati prædicentur, non misericordia. Aut fortassis propter condemnationē ex peccato nobis inducā, terra nos dicimur, qui illud à deo audiuimus, Terra es, & in terrā reuerteris: qui pleni sumus miserationū dei, cum enim mortui essemus peccatis ac deliciis, misertus nostri deus uiuificauit nos cū Christo. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis uirtus eorū. Vbi sunt qui spiritū contemnunt; ubi sunt qui ipsum ab opifica potentia separāt; ubi qui ipsum à coniunctione ad patrem ac filium dirimunt? Audiant psalmū dicentem, Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis uirtus eorū. Neq; enim uerbum, cōmunis hic sermo censebitur, ex nominibus ac uerbis cōstitutus. Neq; spiritus uapor est qui in aerem diffunditur. Sed & uerbū quod in principio erat apud deū, & spiritus sanctus qui priuatim hanc appellationē obtinet. Quem admodum igitur uerbū opifex firmauit cœlū, sic spiritus ex deo qui ex patre procedit, hoc est ex ore ipsius: ut ne externū quid & creaturā ipsum iudices, sed uelut ex deo substantiam habentē glorifices: uniuersas potentias in ipso cōtulit. Spiritus igitur omnis uirtus super cœlestis firmata est, hoc est, firmitatē & stabilitatem ac constantiā, in sanctificatione & omni sanctis uirtutibus cōueniente potentia, ex spiritus auxilio habent. Hic igitur spiritus oris scriptus est, inueniemus aut etiam alibi uerbū oris ipsius dictū, quo intelligatur seruator ipse, & sanctus ipsius spiritus ex patre. Quādoquidē igitur uerbum quidē domini est seruator, & spiritus oris ipsius spiritus sanctus, uterq; aut cooperatus est in creatione cœlorum ac uirtutū in ipsis, propterea dictum est, uerbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis uirtus ipsorū. Nihil enim sanctificatur nisi per præsentia spiritus. Angelorum itaq; ad essentiā processum, opifex uniuersorū creator uerbum produxit. Sanctificationem aut ipsi spiritus sanctus contulit. Non enim infantes creati sunt angeli, deinde paulatim exercitio perfecti, sic ad spiritum suscipiendū digni facti sunt. Sed in prima compage ac uelut massa substantiā ipsorum, sanctitatis primordia simul facta habuerūt. Quapropter etiam ægre ad maliciā trāsire possunt, statim sanctificatione uelut tinctura quadam corroborati, & stabilitatem ad uirtutem ex dono sancti spiritus habentes. Congregans sicut utrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Non dixit, congregans aquas maris sicut in utre, sed sicut utrem congregans aquas maris. Considera porro mihi utris naturam, quæ nunc quidem inflatur, ubi per conclusum intus spiritum eorum fuerit distentum, nunc uero rursus contrahitur, ubi secesserit is qui extendit. Sic itaq; etiam mare aliquando intumescit ac effruescit, uentis efferatū ac tumens, aliquando uero rursus præ tranquillitate ad humilitatem contrahitur. Igitur uelut utrem, sic contrahit ac humiliat dominus aquam maris. Inuenimus autem in quibusdam exemplaribus, Congregans uelut in utre aquas maris, ad ueterem historiam hoc sermone nos remittente, quando rubrum mare nemine ipsum diuidente, neque continente, ipsum ad seipsum contrahendum est, uelut utri cuidam illigatum, diuino mandato ipsum profundū non sinente. Ponens, inquit, in thesauris abyssos. Ad communem intelligentiam magis congruum erat dicere, ponens in abyssis thesauros, hoc est, in arcano continens suas diuitias. Nunc uero uelut opes quasdam diuinis thesauris dignas, abyssos ipsas esse dicit. Nunquid igitur rationes de iudicio dei, inenarrabiles, & humanæ menti incomprehensibiles, abyssi dicuntur: quum in sola dei cognitione repositæ sint rationes, iuxta quas singula gubernantur. Nam quod iudicia de singulis abyssus appellata sunt, in alio psalmo edocui sumus dicente, Iudicia tua abyssus multa. Si igitur inquisieris cur peccatoris nita prolongatur, iusti autem dies cohabitationis contrahuntur. Cur iniustus opulentus est, iustus autem tribulatur. Cur naufragia, terræ motus, siccitates, pluuia. Cur quæ lethalia hominibus sunt, creata sunt, quorū alius est seruus, alius liber, alius diues, alius pauper. Sed & multa est in peccatis, perperamq; ac recte factis differentia. Hæc enim lenoni uendita, ad necessitatē est in peccato. Illa uero statim dominā bonam nacta in uirginitate educata est.

Cur hæc

Cur hæc quidem condemnata est, illa uero beneficio affecta. Et quæ sit in singulis his à iudice retributio. Hæc omnia ubi animo tuo uoluntaris, cogita quod abyssi sunt iudicia dei, & propterea quod in diuinis thesauris cōclusa sunt, non à quibuslibet facile comprehendi possunt. Sed & credenti promissio data est à deo, nimirum dabo tibi thesauros occultos inuisibiles. Sed spiritum igitur cognitione à facie ad faciem digni facti fuerimus, uidebimus etiam in thesauris dei abyssos. At uero si collegeris ea quæ in scriptura de utribus dicta sunt, magis peruenies ad prophetica sententiæ cognitionem. Qui igitur de die in diem renouantur, & uinum nouum à uera uite capiunt, utres noui esse in euangelio dicitur. Qui uero nondum ueterem hominem deposuerunt, utres ueteres sunt, quibus noui uini susceptio cōcredi nō potest. Nemo enim mittit nouum uinum in utres ueteres, ut ne & uinum effundatur, & illi utres penitus pereant, nulla amplius uenia digni iudicati, si bonū & nouum uinum effundant. Vinum enim nouū in novos utres mittendū est. Nouum & spirituale uinum & spiritus sancto feruens, ipsum uidelicet nondū ueterascentem ueritatis intellectum, in nouum hominē mittere cōuenit, qui propterea quod semper mortificationē se sui in corpore circūfert, merito sane uter esse dicit. Timeat dominū omnis terra, ab ipso autem cōmoueantur omnes inhabitantes orbem. Quandoquidē timor domini initium est sapientiæ, qui terrenis rebus dediti sunt, per timorē erudiantur. Necessario enim uelut introductorius ad pietatē timor assumit. Dilectio uero deinceps succedens, à timore scienifico adaptatos perficit. Omni igitur terræ timorē præcipit hic sermo. Cōmoueantur autem, inquit, omnes inhabitantes orbem, hoc est, omnis motus, tum qui in corporeali actione perficitur, secundū dei uoluntatē ipsis perficiatur. Sic enim intelligo quod dixit, cōmoueantur ab ipso. Verbi gratia, neq; oculus moueatur sine deo, neq; manus agitur sine deo, nec cor cogitet quæ deo nō placēt. Et in summa, à nullo alio cōmoueantur, neq; ipsos quod moueat, nisi dei timor. Quoniam ipse dixit, et facta sunt, ipse mādauit et creata sunt. Ad duo præcedentia, duo induxit. Timeat omnis terra, & cōmoueantur omnes inhabitantes orbem. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt. Quandoquidem cōpositus est homo ex terreno corpore, & ex inhabitante corpori anima, terra quidē dicitur quod ex terra efficitur est, inhabitans aut orbem, anima conuersionē in corpore adeptā. Terra itaque conuenienter expressum est, ipse dixit, & facta sunt. Ita ut de figmento quidē nostro ex terra dixerit, facta sunt. De ea uero quæ secundū imaginem dei creata est, creata sunt. Quoniam uero creatio sæpe de transmutatione in melius accipit, uelut in hoc, si quæ in Christo noua creatura, Et hoc, ut duos crearet in unum nouū hominem: fortassis facta sunt, de prima hominis ad essentiā productione dicitur: uerum creata sunt, de secunda per gratiā Christi regeneratione. Quantum aut à simplici uerbo differt mandatum dei, tanta est creationis ad generationē differentia. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat aut cogitationes populorū. Expositio est præcedentis, quomodo creauit deus eos qui in ipsum crediderūt, ex eo quod dispersit stolta consilia gentiū, quæ habuerūt circa idololatriā & circa omnem uanitatem. Et reprobat consilia principū. Possunt hæc & ad passionis tempus referri, quando hi quidem putabant se crucifigere regem gloria. Ille uero per crucis dispensationem renouabat humanū genus. Nam in resurrectione dissipabatur consilium gentium, Pilati ac militum, & qui crucifixionem peregerant. Reprobabantur autem consilia principū, pontificum & scribarū ac regum populū. Resurrectio enim omne ipsorum consiliū dissoluit. At uero si relegeris per singulas historias, quæ circa incredulas gentes operatus est deus, comperies etiam iuxta corporale intelligentiam, hoc psalmi dictū multam uim habere. Quādo enim Iorā filius Achaab regnauit in Israel, tunc rex Syriæ filius Ader, multa potentia ac ualida manu, exercitū collecto Samariam obsederat, ut necessaria ipsis deficerent, & caput asini quinquaginta siclis argenti emeretur, & quarta pars mensuræ cabi appellata, stercoreis colūbini, quinque siclis argenti. Tunc itaq; ut promissio Elissæi impleretur, dissipata sunt consilia Syriæ, et relictis tentorijs suis, omniq; supellectile fugerunt, tanta opulentia in Samaria relicta, ut mensura simlaginis siclo, & duæ mensuræ hordei uno siclo uenū proponerentur. Sic igitur dominus nouit dissipare consilia gentium. Quō uero reprobet cogitationes principū, in Achitophel didicimus, quādo uotū optauit Dauid dicens, Dissipa modo consiliū Achitophel. Quū igitur audieris aliquē magnas minas intentantē, et omigenas afflictiones tibi se immisurū factantē,

damna

damna item ac plagas, aut mortes: respice ad eum qui dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorum. Consiliū autem domini in æternum manet. Cogitationes cordis ipsius in generationem & generationē.) Non uides gētium dogmata, & inanem hanc philosophiam, quomodo subtiles & eximij circa dogmatū inuentiones sunt, tum in rationalibus speculationibus, tum in moralibus constitutionibus, itemq; in rationibus naturalibus alijsq; dogmatibus speculatiuis appellatis? Quomodo omnia dissipata sunt & inutilia facta, sola autem euāgelij ueritas nunc in omni repub. uersatur? Multa enim sunt in cordibus hominum consilia. Sed consiliū domini prædominatur. Et sanè necessarium est, si modo stabile & firmum dei consiliū in animis nostris manere debet, ut humana cogitationes prius in nobis dissipentur. Quemadmodū enim is qui scribere uult in cera, prioribus deletis figuras quas uoluerit immitit: Sic oportet cor quod diuina oracula clare suscepturū est; purum prius ab omnibus contrarijs cogitationibus reddi. Cogitationes cordis ipsius in generationem & generationem.) Quoniam duo sunt populi electi, & duo testamēta sunt ipsis donata: possunt iuxta hoc quod dicit, cogitationes cordis ipsius in generationem & generationem; generationis uoce bis nominata, duæ etiam intelligi. Una secundū quam prius testamētum suscepimus. Altera quæ nouam & saluarem Christi doctrinā nobis largita est. Beata gens, cuius est dominus deus eius, populus quæ elegit in hereditatem sibi.) Nemo beatū prædicat populum Iudæorū, sed populum ab omnibus populis optimis quibusq; selectis electum. Nos enim sumus gens illa, quorum est dominus deus noster. Nos sumus etiam populus, quæ elegit in hereditatē sibi ipsi. Gens quidem propterea quod ex multis gentibus sumus collecti, populus autem propterea quod pro abiecto populo aduocati sumus. Et quoniam multi sunt uocati, pauci uero electi, beatum prædicat non uocatum, sed electum. Beatus quem elegit, inquit. Quæ est autem causa beatitudinis? hereditas æternorū bonorū quæ expectatur. Aut nūquid quia iuxta Apostolum, postq; supplementū gentium ingressum fuerit, tunc omnis Israel saluabitur: primum beatum prædicat supplementū gentium, deinde Israel, qui postea saluatur? Saluatur autem non quilibet, sed reliquæ tantum secundum electionem gratiæ. quapropter dicit, populus quem elegit in hereditatē sibi. De cælo respexit dominus, uidit omnes filios hominū, de præparato habitaculo suo.) Eos qui manēt in propria dignitate, & humanæ naturæ cōuenientia faciunt, ex supernis inspicit dominus. Eos uero qui ad extremam maliciam delati sunt, aliter uisitat, per hoc quod ipse descendit. Clamor enim, inquit, Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est, & peccata ipsorum magna ualde, descendam igitur & uidebo, an iuxta clamorem ipsorum qui ad me uenit, res perficiuntur. Et rursum, descendit ad uidendum ciuitatem ac turrim quam ædificauerūt filij hominum. Hoc loco autem de cælo respexit dominus, uidit omnes filios hominum. Considera altum spectatorem, considera ex supernis humanas res inspicientem, quocumq; tandem ueris, quicquid tandem egeris, siue in tenebris, siue in die, inspectantem habes dei oculum, ex parato habitaculo suo, non apertuntur portæ, non contrahuntur uela, paratum est ad speculationem habitaculum dei, omnes filios hominum inspicit, ne unus quidem cōspectū ipsius effugit, non tenebræ, non parietes contegentes, nullum impedimentum oculis dei obstat. Qui tantum abest ut ne singula inspiciat, ut etiam corda introspiciat, quæ ipse finxit citra deterioris amixtionem. Simplex enim ipsum finxit, secundum seipsum imaginem seruans cor, opifex hominum deus. Postea uero ipsum per implicationē ad affectus carnis, uarium & omnigenum nos ipsi effecimus, diuina ipsius specie simplicitateq; ac uniformitate corrupta. Quandoquidem igitur cordium opifex est, propterea etiam intelligit omnia opera nostra. Opera autem dicimus etiam sermones ac cogitationes, & omnē in uersum hominis motū. Nam quasi affectione & quo proposito, utrum ad hominū cōplacitiam, an ad ministeriū datorum nobis à deo præceptorū, solus nouit qui omnia opera nostra intelligit. Et ob id etiam de omni uerbo ocioso reddimus rationē, & usq; ad poculum frigidæ aquæ, mercedem non perdimus, propterea quod omnia nostra opera intelligit dominus. Non saluatur rex per multā uirtutem.) Non militaris potentia munimentum, non muri urbium, non pedestris phalanx, non equestris potestas, nō nautici roboris apparatus regi salutē uendicat. Dominus enim constituit reges ac deponit, & non est potestas quæ non sit à deo constituta. Saluatur igitur rex, nō per multam uirtutem, sed

per

per diuinam gratiam. Quare etiam per hæc uerba uerus est ille sermo, nempe, gratia saluati estis. Quemadmodū neq; agricola tantum per agriculturæ diligentiam assequitur fructum, quantum per culta augentem deum. Neq; enim qui plantat, aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incrementū præbet deus. Si uero cor regis in manu dei, nō seruatur per armorum potentiam, sed per manu ductionem diuinam. In manu autem dei est non quilibet, sed qui dignus est regis appellatione. Definiuerūt porro quidam regnum esse legitimam præfecturam, aut principatū super omnes non obnoxium peccato. Et Gigas non seruabitur in multitudine roboris sui.) Gigantem dicit qui naturali potentia ac corporali robore utitur. Neq; igitur rex auxiliū ex armis sufficiens habet ad salutem, neq; fortis si bipsi ad omnia auxiliari sufficiens est. Imbecillitas enim & impotentia sunt omnia simul humana, si ad ueram potentiam cōparentur. Propterea imbecillia mundi eligit deus, quo pudesciat fortia. Et ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, ut destruas inimicum & ultorem. Maxime enim effulget diuina gratia in infantibus ac rudibus operans. Fallax equus ad salutem, in multitudine autem potentie suæ nō seruabitur.) Reiectus est ab usu sanctorū equus. Et neq; in bellis prosperitate usus Israel, unq; equestri potentia usus fuisse uidetur. Neq; priuatim quisq; sanctus usum equorum uelut cōuententem suscepit. At uero Pharaon equitatu utitur, & Senacherib superbus opulentia equorum se iactat. Quapropter Pharaonis equum & insensorē proiecit in mare, omnes autem equites ipsius Senacherib dormitauerunt. Vnde etiam lex per Moysen lata de regibus legem ferens, non multiplicabit inquit, sibi ipsi equum. In multitudine autem potentie suæ nō seruabitur.) Quum enim infirmus sum, inquit, tunc potens sum. Multitudo autem potentie corporalis, impedimēto est ad salutem spiritus. Ecce oculi domini super metuentes eum.) Alii dicunt, Oculi domini super iustos, hic uero super timentes eum. Quum nos ad dominum respexerimus, fuerintq; oculi nostri ad ipsum, ut dicere possimus, ecce sicut oculi seruorum in manus dominorū suorum, sic oculi nostri ad dominū deum nostrum: Tunc uelut attrahimus oculum domini ad nostri inspectionem. Sperantes in misericordiam ipsius.) Humilitatem seruentiū domino ostendit. Quomodo in misericordia ipsius sperant: Qui non confidit in proprijs suis factis, neq; sperat iustificari ex operibus, solam salutis spem habet in miseratione dei. Vbi enim cogitauerit hoc, ecce dominus & merces ipsius, ut reddat unicuiq; iuxta opus suum: & reputauerit secū sua opera praua, timet qui dem suppliciu, & formidat minas. Vt autem ne absorbeatur præ mœrore, bona spe præditus est, ad miserationes & benignitatem dei respiciens. Sperat autem quod liberabitur anima ipsius ex morte, & enutrietur ab ipso in fame. Anima nostra sustinet domino, quia adiutor & protector noster est.) Exhortationem habet hic sermo ad patientiam, ut etiam si inuadamur ab aliquo tribulante nos, non tamen secedamus à dilectione dei quæ est in Christo Iesu, sed tota anima sustineamus aduersa, auxiliū à deo expectantes. Quia in ipso lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto ipsius sperauimus.) Hoc consonū est his quæ in principio psalmi dixit. Exultate iusti in domino. Et, in ipso lætabitur cor nostrum. Et mihi uidetur in hanc sententiā dixisse Apostolus, hoc. In his omnibus superamus ac uincimus nos per eum qui dilexit nos. Et hoc, non solum autem, sed etiam gloriātes in tribulationibus. Quum enim dixisset Psalmista, Anima nostra sustinet domino: ut demonstrat quod non uiolenter, neq; pressus ab angustijs, patientiam ostentet, sed cum omni gaudio afflictiones pro nomine ipsius suscipiat, nō solum, inquit, sustinemus, sed etiam in ipso lætabitur cor nostrū. Et in nomine sancto ipsius sperauimus. Sufficit nobis nominari Christianos, ad hoc ut omnes insultus ab aduersarijs imminētes effugiamus. Sanctum autem dicitur esse nomen dei, non omnino quod in syllabis uim aliquam sanctificatoriā habeat, sed quod omnis proprietates dei, & notio eorum quæ præcipue circa ipsum speculamur, sancta est & pura. Fiat domine misericordia tua super nos, quemadmodū sperauimus in te.) Vides quomodo perite ac prudenter orauit: Propriam affectionem, mensuram fecit suppeditationis miserationem dei. Tanta, inquit, fiat misericordia tua super nos, quam nos iam in te spem coniecimus. Omnis autem nostra spes est, de perueniendo ad requiem, quo transformato corpore humilitatis nostræ, cognoscamus ipsum hoc conforme factum corpori gloriæ, in Christo Iesu domino nostro. Cui gloria & imperium in secula. Amen.

i Diui

D Salmus Dauid, quando immutauit faciem suam coram Abimelech, qui dimisit ipsum & abiit. Ad duo argumenta trahit nos psalmi sententia. Nam & ea quae in Noba ciuitate sacerdotum facta sunt a Dauid, inscriptioni cognata esse uidentur. Et quae in Geth apud Anchus regem alienigenarum. Immutauit enim faciem suam, & quando cum Abimelech sacerdote loquutus est, occultans quidem fugam simulans autem praeccepto regio se inferuire, eiusque studiosum esse. Quando etiam panes propositionis accepit, & gladium Goliath. Immutauit item faciem suam quum in medio hostium conclusus, audiuit ipsos inter se loquentes, & praeparantes se ad uindictam percipit. Dixerunt enim, inquit, serui ac ministri Anchus inter se. Non hic est Dauid rex terrae? Non huic per choros caneabant, haec uerba. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia, & timuit, inquit, Dauid faciem Anchus, & immutauit faciem suam ac oculos suos. Quo modo igitur inscriptio Abimelech nominat, historia autem tradit Anchus regem Gethaorum? Talem quaedam rationem ex traditione ad nos delatam habemus. nimirum quod reges alienigenarum commune quidem habuerunt nomen Abimelech. Proprium uero unius quicque, quo appellabatur. Quemadmodum etiam in Romano regno uidere est, Caesares in communi appellari, itemque Augustos, alia uero propria nomina ipsos possidere. Talis est & apud Aegyptios Pharaonum appellatio. Nam & Pharaon appellatur is qui Ioseph tempore regnauit. Pharaon item qui post quatuor generationes tempore Moysis Aegypti rex fuit. Pharaon etiam is qui iuxta tempora Solomonis regnum tenuit. Accepit enim, inquit, filium Pharaon. Sed & qui temporibus prophetae Hieremiae uixit, Pharaon appellatur. Sic etiam Abimelech iuxta tempora Abraae erat, & aetate Isaac, & de quo nunc dicitur in temporibus Dauidis. Et de eo quidem qui tempore Abraae erat, dicitur est. Et dixit Abimelech, & Ochozath pronubus ipsius, & Philoch princeps exercitus eius ad Abraam, dicens. Et rursus de eo qui tempore Isaac uixit. Multo autem tempore moratus est illic, quum uero prope xisset Abimelech rex Philistinum per fenestram, uidit Isaac ludentem cum Rebecca. Sic etiam nunc iuxta tempora Dauidis Abimelech dicitur est in inscriptione communi regni nomine. Verum Anchus nomen traditum ab historia, quod proprium ex natiuitate possidebat. Coram hoc itaque immutauit faciem suam, mente motus inter manus famulorum, & stertens ad portas urbis, defluebantque, inquit, saluam in barbam ipsius, ut diceret Anchus ad famulos. Cur adduxistis ipsum ad me? nunc quid opus habeo ego lunaticis ac comitiali morbo correptis, ut introduceretis ipsum quo eo morbo corripere coram me? Et sic illinc dimissus, seruatus est, inquit, in spelunca Odolla. Igitur tanquam ex magno periculo elapsus, has gratiarum actiones liberatori deo transmittit. Benedicam, inquit, dominum in omni tempore. Elapsus ex mortis periculo, uelut terminos uitae sibi ipsi praescribit, animam suam ad pollicitam promptitudinem figurans, ut nullo tempore benedictionem relinquat, sed & magnarum & paruorum rerum principia ad deum referat. Non putabo, inquit, iuxta meam diligentiam aliquid fieri, neque ex fortuito ac spontaneo casu contingere. Sed in omni tempore benedicam dominum, non solum in uitae prosperitatibus, sed etiam in temporibus aduersis ac calamitosis. Hinc edocuit Apostolus, semper, inquit, gaude, indefinenter orate, in omnibus gratias agite. Vides quanta sit uiri dilectio? non despondebat animam propter malorum assiduitatem, quum non solum ex patria expulsus esset, & ab amicis ac domesticis possessionibus, sed etiam hostibus traditus esset per necessitatem, ut ferere ab ipsis dilantaretur: non dixit, usquequo assiduitas malorum, non desperauit ad tribulationum prolongationem, gnavus quod tribulatio patientiam operatur, patientiam probationem, probatio spem. Reuera enim his qui probe instructi sunt, tribulationes uelut alimenta quaedam athletica sunt exercitamentaque, quae decertantem ad paternam gloriam deducunt, quum conuictis impetiti benedixerimus, blasphemis lacessiti consolati fuerimus, oppressi gratias egerimus, tribulati in tribulatione gloriosi fuerimus. Turpe enim est nos benedicere in rebus secundis, sile re uero in tristibus ac aduersis. Imo tunc etiam amplius gratias agere oportet, quum gnavi simus quod quem diligit dominus, castigat, flagellat autem omnem filium quem suscipit. Semp laus eius in ore meo. Vide est impossibile quiddam promittere propheta. Quomodo enim semper laus dei in ore hominis esse potest? quando profert consuetos ac corporales ser-

les sermones, non habet laudem dei in ore, quando dormit omnino tacet. Edentis autem & bibentis os quomodo operari potest? Ad hoc sane respondemus, quod est quoddam intelligibile ac spirituale os interni hominis, per quod nutritur qui assumit sermonem uitae, qui est panis qui de caelo descendit. De illo ore etiam Propheta dicit. Os meum aperui & attraxi spiritum. Illud etiam dominus nos amplum habere prouocat, ad luculentiorum alimenterum ueritatis susceptionem. Dilata, inquit, os tuum, & implebo ipsum. Potest igitur notio dei semel impressa, & uelut sigillo obfirmata in principali animae parte, laus dei appellari, semper in anima existens. Potest etiam iuxta apostolicam admonitionem, uir bonus omnia facere ad gloriam dei, ut omne factum, & omne uerbum, et omnis actio intelligibilis, laudis uim obtineat. Siue enim edit iustus, siue bibit, omnia in gloriam dei facit. Tali dormiente cor ipsum uigilat, iuxta eum qui in cantico canticorum dicit. Ego dormio, & cor meum uigilat. Imaginationes enim in somno ferme extremam resonantiam sunt diurnarum cogitationum. In domino laudabitur anima mea. Nemo, inquit, meam industriam per quam ex periculis seruatus sum laudet. Non in potentia hominis aut in sapientia, sed in gratia dei est salus. Non gloriatur, inquit, diues in diuitiis suis, neque sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua. Sed in hoc gloriatur qui gloriatur, in eo quod intelligit ac cognoscit dominum deum suum. Vides quomodo Apostolus cooperatores in euangelio laudet? qui est cōseruus ac minister noster in domino. Si uero quis ob corporis pulchritudinem, aut parentum claritudinem laudatur, non in domino laudatur anima ipsius, sed in uanitate unius cuiusque talium existit. Neque enim artes quae in medio uersantur, quod uere laudabile est, habent, nauium gubernatores, medici, rhetores, architecti, urbium aedificatores, aut qui pyramides uel labyrinthos, uel alia quaedam sumptuosa & ingentia aedificia extruunt. Qui propter haec laudantur, non in Christo animam suam habent. Sufficit nobis ad omnem dignitatem, quod nos tanti domini serui appellamur. Nec uero qui regi famulatur, se iactabit, quod in tali uel tali ministerij ordine locatus est. Qui uero dei cultu dignus factus est, ab ille laudes sibi ipsi excogitabit, tanquam non sufficiat ipsi cognominatio domini ad omnem gloriae ac claritudinis excessum. In domino igitur laudabitur anima mea, audiant mansueti & laetentur. Quandoquidem citra bellum, inquit, acquisita est mihi salus, ex sola immutatione faciei, inimicis per dei auxiliu deceptis, audiant mansueti quod possibile est etiam quiescentes erigere trophaeum, & non pugnantem, uictorem pronunciarum. Et laetentur, meo exemplo ad mansuetudinem confirmati, quoniam mansuetudinem perpetrari. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Maxima enim uirtus est mansuetudo, quapropter etiam inter beatitudines connumeratur. Beati enim, inquit, mansueti ac mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Illa enim terra ipsa caelestis Hierusalem, non fit spoliu pugnantiu, sed longanimatorum ac mansuetorum uirorum hereditas proposita est. Idem autem est, audiant mansueti, & laetentur, ac audiant discipuli Christi. Fortassis autem prophetice uult miraculum beneficentiae dei in ipsum usque ad nos peruenire. Audiat enim qui multis postea generationibus Christi discipuli futuri sunt. Hos enim nominauit mansuetos, ad quos dominus dicit. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Qui sedatos mores habent, & ab omni affectione liberi sunt, ut nullam turbationem in ipsorum animis habitantem habeant, hi mites ac mansueti appellantur. Quapropter etiam Moyses mansuetudinis testimoniu supra omnes in terra homines tulit. Magnificate dominum mecum. Conuenientem sibi ipsi chorum ad glorificandum dominum assumit. Nemo turbatus, neque tumultus fruidiosus, neque caetero affectionum carnis animam stimulat, mihi ammiscetur. Sed uos mansueti qui securitatem & constantiam animae adepti estis, secordiam autem & somnolentiam ad ea quae officij uestri sunt peragenda excussistis: uos magnificate dominum mecum. Magnificat porro dominum, qui magna mente & superbo ac elato spiritu, tentationes pro pietate sustinet. Deinde etiam qui magna mente, & speculationibus profundissimis, magnitudines creationis contemplantur, quo ex magnitudine ac pulchritudine creaturarum, opificem ipsarum speculetur. Quanto enim quis se amplius immerferit rationibus, iuxta quas facta sunt uniuersa, & secundum quas gubernatur, tanto magis magnificentiam domini speculatur, & quantum in se est dominum magnificat. Quandoquidem igitur una mens, et unius uiri meditatio, ne modice quidem sufficit ad maiestatis dei comprehensionem, omnes simul mansuetos ad huius actionis societatem assumit. Oportet enim in totum otium agere ab externis tumultibus, &

bus, & omni quiete, in occulta cordis consiliorū curia facta, sic accedere ad ueritatis contemplationem. Audis confitentē peccatum, quid dicit: conturbatus est ab indignatione oculus meus. Non solum autē indignatio & ira, sed etiam concupiscentia & timiditas, ac inuidia oculū animæ conturbat. Et in summa, omnes affectiones uisui animæ partē confundunt ac perturbāt. Et quemadmodū impossibile est oculo turbato exactā uisibilibus cōprehensionem facere, sic neq; possibile est corde turbato ad ueritatis considerationem incubere. Secedere igitur oportet à mundi rebus, & neq; per oculos, neq; per aures, neq; per alium aliquē sensum, alienas cogitationes animæ superinducere. Nam bella ex elatione carnis exorientia, tumultibus implacabilibus, & seditionibus irrecōciliabilibus internas animæ partes implent. Exquisiui dominū, & exaudiuit me. Hæc, inquit, audiant mansueti, quod ego in tempore illo difficili, quando omnis indignatio inimicorū mouebatur cōtra me, & omnis manus aduersus me armabatur: ego uero nudus & inermis ad omne supplicium perferendū hostibus expositus eram: tunc nō sum confusus animo præ timore, nō excussus sum à dei cognitione, nō desperaui de mea salute, sed exquisiui dominum, nō quæsiui solum simpliciter quandam ac temporariā ad dominū spem, sed exquisiui. Amplius quid supra simpliciter querere, significat exquirere, uelut etiā supra scrutationē per scrutatio. Defecerunt enim persecutantes persecutationes. Multum igitur ocium ac animi tranquillitatē sermo nobis exhibet per uerbū exquirendi. Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Tota iusti uita in tribulationibus posita est, et arcta atq; angusta est uia, & multæ tribulationes iustorū, quapropter etiam Apostolus ait. In omnibus tribulatione sanctos suos deus, non citra probationem ipsos relinquens, sed patientiam ipsis largiens. Si enim tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, qui tribulationem detrectat, probatione seipsum priuat. Sicut igitur nemo coronatur citra aduersariū, sic neque probatus pronuntiari potest, nisi per tribulationes. Ex omnibus igitur tribulationibus eripuit me. Non sinens me tribulari, sed una cum tentatione etiam euentum sufferre posse largiens. Accedite ad ipsum & illuminamini, & facies uestræ non confundentur. Qui in tenebris & umbra mortis sedent, eos hortatur accedere ad dominū, & radijs dei tatis ipsius appropinquare, ut ex propinquitate per ueritatē illuminati, illuminationem ipsius per gratiam in seipsum recipiant. Quemadmodū enim sensibilis hæc lux, non omnibus similiter exoritur, sed his qui habent oculos, & uigilantibus, & nullo impedimēto obstante, solis accessu frui potentibus. Sic etiam iustitiæ sol, uera lux, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, non omnibus suum splendorem largitur, sed his qui dignam ipso uitam degunt. Lux enim, inquit, orta est, non peccatori, sed iusto. Quem admodum enim ortus est sol, sed non uespertilionibus, nec alijs animalibus noctu ad paubulum prodeuntibus. Sic etiam lux sua quidem natura splendida est & illuminatrix, uerum non omnes ipsius splendoris participes fiunt. Ita etiam omnis qui mala facit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut ne manifesta fiant ipsius opera. Accedite igitur ad ipsum & illuminamini, & facies uestræ non confundentur. Beatus qui in die iusti iudicij dei, quæ uenerit dominus ad illuminandum occulta tenebrarum, et manifestandum cōsilia cordium, ausus fuerit sub lucem illam declarationum accedere, & qui reuersus fuerit non pudescit, eo quod impollutam cōscientiam à malis operibus habet. Qui enim mala fecerunt, in opprobrium ac cōfusionem resurgent, inspicientes in seipsis turpitudinem, & formas impressas peccatorum. Et fortassis magis horrenda est ea cōfusio, quam tenebræ & ignis æternus, in quo in æternum māsuri sunt peccatores, semper ob oculos habentes uestigia peccati in carne, perpetuo in memoria animæ ipsorum, uelut ineluibilibus aliqua tinctura, permanentia. Paucorū autem est accedere ad lucem uerā ac reuelare, & post occultorum reuelationē, nō abire facie cōfusa. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit ipsum. Non semper laudabilis est paupertas, sed quæ ex proposito iuxta euāgelicum scopū peragitur. Multi enim sunt pauperes opulentia, uerum proposito auarissimi existunt, quos non indigentia saluat, sed propositū condemnat. Non igitur indigus omnino beatus est, sed qui mandatū Christi mundi thesauris præfert. Hos dominus beatos prædicat dicens. Beati pauperes spiritu, non pauperes secundū opulentiam, sed qui paupertatē ex anima præelegerūt. Nihil enim ex inuoluntarijs beatum est, quapropter omnis uirtus maxime omnium

omnium uoluntario uelut proprio caractere exprimitur ac cognoscitur. Iste igitur, inquit, pauper clamauit. Demonstratiua uoce ad pauperem secundū deum, & esurientem ac sitientem, et nudum, prouocat mentem tuam. Iste pauper, tantū non digito ostendens, hic Christi discipulus. Potest & ad Christum hic sermo referri, qui diues natura existens, quoniā omnia bona patris ipsius sunt; propter nos pauper factus est, ut nos per illius paupertatem disceremus. Ferē enim omne opus quod ad beatitudinē nos ducit, ipse dominus auspicatus est, exemplū discipulis seipsum proponēs. Progredere ad beatitudines, & singulis expensis inuenies, quod uerbi doctrinā operibus præuertit. Beati mites, quomodo igitur didicerimus mansuetudinē? Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Beati pacifici. Quis nos docebit pacis bonū? ipse ille pacificus, qui facit pacem, & reconciliat duos in unum nouū hominem, qui pacificauit per sanguinē crucis sue, quæ in cœlis sunt & quæ in terra. Beati pauperes. Ipse est qui pauper fuit, & seipsum euacuauit in forma serui, ut omnes nos ex supplemento ac plenitudine ipsius accipiamus, et gratiam pro gratia. Si quis igitur à sancto & benigno spiritu ductus, nō elatus in seipso, sed humilians seipsum, ut alios exaltet, spiritu clamat magna rogans, & nihil minurū, nihilq; humile loquatur, ex eo quod terrena ac mundana quærat: talis uiri clamor à dño exauditur. Quis igitur est finis eius quod quis exauditur? Liberari ex omnibus tribulationibus, ita ut neq; fauceris, neq; in clineris, neq; seruus elationi carnis. Quis igitur est modus per quē liberatur pauper? Immittet se angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Interpretatus est quem dicat pauperem, timentem uidelicet dominū. Nam qui timet, ad huc in serui ordine est. Qui uero præ dilectione perfectus est, ad filij dignitatem de cetero peruenit. Quapropter seruus etiam pauper dicitur, eo quod nihil proprium habet. Filius uero etiam iam diues est, eo quod hæres est bonorum paternorum. Immittet igitur se angelus domini. Omni credenti in dominum, angelus affidet, si non ipsum nos per praua opera fugauerimus. Quemadmodū enim apes fugat fumus, & columbas graueolentia expellit, sic custodem uitæ nostræ angelum, lachrymosum & graueolens abigit peccatum. Si habueris in anima opera angelica custodia digna, et mens opulenta in speculationibus ueritatis in te habitauerit, propter diuitias pretiosorum uirtutis operum, deus necessariō constituit tibi custodes & protectores, & angelorum custodia te munit. Considera uero quanta est angelorum natura, nam toti exercitū & conferto multorum hominum ordini, unus angelus assimilatur. Propter magnitudinem igitur custodiētis te, dominus totum exercitum tibi largitur. Propter fortitudinem uero angeli, uelut muro te munit undiquaq; ipsius tutela. Hoc enim significat in circuitu. Quemadmodū enim urbium muri in circuitu omnibus circumstant, undiquaq; hostium insultus arcent: Sic etiam angelus & à fronte & à tergo custodit, & neq; utriusq; lateris partes incustoditas relinquit: propterea cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit, ne plaga quidem alicuius hostis, quoniā angelis suis mandauit de te. Gustate & uidete, quoniā bonus est dominus. In multis locis obseruauimus, quod animæ potentia ipsius nominibus quibus externa membra appellantur. Quando uero panis est uerus dominus noster, & caro ipsius uere cibus, necesse est uoluptatem laticia panis, per gustum intelligibilem ac spiritualem nobis accedere. Quemadmodum mellis natura non in tantum sermone declarari inexpertis potest, quantum in ipso gustus sensu. Sic neq; bonitas cœlestis uerbi clare doctrinā tradī potest, si non ueritatis dogmatibus diuinius examinatis, per propriam experientia bonitatem domini apprehendere poterimus. Gustate autem dixit, & nō implemini. Quia nunc ex parte cognoscimus, & per speculum ac ænigma uidemus ueritatem. Veniet autē tempus, quando præfens arrabo, & hic bonitatis gustus, ad perfectionē uoluptatis nobis deueniet. Quemadmodū enim stomachici cibi non cōtinentes, itemq; hi qui cibos auerfantur, à medicis curantur hac displicentia ac offensa sublata, dum appetentiam excitant per aliquem eduliorū apparatus ac structuram, ut per illam ipsam conditurā sensus irritetur, & appetitus semper ad plurimum accipiendum augeatur: Sic etiam in uerbo ueritatis, ipsa, inquit, experientia ad insatiabilem concupiscentiā uos semp prouocabit. Quapropter gustate, inquit, ut beati fiat, semper esurientes ac sitientes iustitiā. Beatus uir qui sperat in ipso. Qui semper in concupiscentia uerbi existit, in nihil aliud spem ponet, q̄ in dominū. Timete dominum omnes

sancti etus, quoniam non est inopia timentibus ipsum. Si non timor erudierit uitam nostram, impossibile est peragi sanctificationem in corpore. Confige enim inquit, ex timore tuo carnes meas. Sicut enim clavis transfixi membra corporis immobilia habent ad actionem: Sic quibus diuinus timor animam occupauit, omnem ex peccati affectionibus uexationem effugiunt. Timenti igitur non est inopia, hoc est ad nullam uirtutem defectuosus est, qui praeter timore ab omni absurda actione impeditur: sed perfectus est, in nullo bono humanae naturae congruenti defectum patiens. Ut enim non est perfectus in corpore, qui aliqua necessaria parte destituitur, sed imperfectus est iuxta eam partem quae deest: Ita etiam qui circa unum praecipuum contemptum se gerit, propterea quod eo caret, imperfectus est iuxta id quod deficit. Qui uero perfectum timorem assumpsit, et omnia propter metum formidat, nihil peccabit, propterea quod nihil contemnit. Non habebit autem inopiam, propterea quod in omnibus perpetuo ipsi adest timor. Diuites egerunt et esurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Aedificet nos hic sermo etiam ad contemptum corporaliu diuitiarum, inconstantiam opulentiae pecuniariae edocens. Facile enim dilabuntur diuitiae, et uelut unda praeter uentorum, alias ad alias partes diffluere solent. Aut fortassis etiam diuitem dicit Israeliticum populum, quorum adoptio est in filios ac dei cultus, quorum sunt promissiones, ex quibus sunt patres. Hi itaque propter peccatum in dominum, egerunt. Qui uero illorum loco exquisierunt dominum, non minuentur omni bono. Egerunt autem et esurierunt. Quandoquidem enim occiderunt panem uitae, uenit super ipsos fames panis: et quandoquidem insidias struxerunt fonti aquae uitae, uenit super ipsos sitis, incubuit ipsis supplicium ex siti. Fames autem, non panis sensibilis, neque sitis aquae, sed fames audiendi uerbum dei, egerunt itaque et esurierunt. At uero gentes edocentur inquirere dominum, non minuentur omni bono. Perfectum penitus bonum est deus, quo non minuentur omnes qui inquirent ipsum. Non enim mihi quisquam in eruditus, in dicitur de bono ac malo habens locum, bonum nominet eum qui temporaria et una cum corporis corruptione transeuntem habet uoluptatum fructum. Qui enim corporales diuitias, et corporales dignitates in boni locum collocat, is nomen reuerendum, et soli deo conueniens, rebus uilibus ac nullius momenti attribuit, et simul in grauissimam contrarietatem delabitur. Aut enim apostolus dicit, propterea quod non inquisierunt dominum, non assequutos esse corporalia bona. Aut si inquirentes non assequuti sunt talia bona, scriptura ipsam accusabit dicentem, quod nullo bono minuentur inquirentes dominum. At et inquisierunt sancti dominum, et comprehensione ipsius quem quaesierunt non sunt priuati, neque repositi in aeterna re quae bonis spoliati. De illis enim bonis, proprie dici poterit uox illa, omni bono. Nam corporales uoluptates, plus molestiae quam iucunditatis habent. Nuptiae sterilitates, uoluptates, supra, agriculturae infecunditatem, mercaturae naufragia, diuitiarum insidias, deliciae et saturitates ac assiduae uoluptates, uarios morbos, et multiformes affectiones. Paulus equidem et inquisiuit dominum, et nihil bonorum ipsi defuit, quanquam quis enumerauerit corporis molestias, in quibus per omnem uitam suam uixit. Ter uirgis caesus est, semel lapidatus, ter naufragus passus, noctem et diem in profundo maris degit, in itinerebus saepe, in fame et siti, in ieiunijs saepe, in labore et lassitudine, in necessitatibus saepe, usque ad extremam horam, et esuriens homo et sitiens et nudus existens, et colaphis impetitus. Quomodo igitur non minuebatur corporalibus bonis? Euehe mentem ad id quod reuera bonum est, qui et scripturae concordiam intelligas, et te ipsum non in ambigua sententia conicias. Venite filii audite me, timorem domini docebo uos. Benigni praecceptoris uox, per paternam dilectionem ad discendum inuitatis: nam filius spiritualis praecceptoris, est discipulus. Qui enim ab aliquo informatione pietatis suscipit, is uelut efformatur ab ipso, et ad substantiam uenit, quem admodum a praegnanate infantes, qui in ipsa efformantur. Unde etiam Paulus totam Galatarum ecclesiam, a prioribus disciplinis dilapsam, et uelut abortiuam passam, rursum suscipiens ac denuo in ipsis Christum formans, filios dixit. Et quoniam cum dolore et angustia correctione errore deceptorum faciebat, parturire se dixit anima, propter merorem ob lapsos. Filioli mei quos iterum parturio, donec formem in uobis Christus. Venite igitur filii audite me. Quid ergo tandem docere nos uult spiritualis noster pater? Timorem, inquit, domini docebo uos. Quandoquidem supra mandauit timere dominum, et lucrum ex timore ostendit: quoniam non est inopia timentibus ipsum; nunc etiam doctrinam quandam diuini timoris nobis

nobis tradit: Nam quod sanctum esse oportet, quilibet dicere potest, etiam idiota. Quomodo uero sanitatem acquirere oportet, hoc proprium iam est eius qui arte medicam nouit. Non omnis timor bonus est et salutaris. Sed est quidam etiam hostilis timor, quem deprecatur Propheta, ne animae ipsius accedat, dicens, A timore inimici eripe animam meam. Hostilis enim timor est qui mortis timiditatem nobis inducit, qui personarum emersionem formidare nobis suadet. Quomodo enim is qui haec timet, in tempore martyrii usque ad mortem peccato resistere potest, et domino debitum exoluere, qui pro nobis mortuus est et resurrexit. Sed et qui facile a daemonibus consternatur, hostilem timorem in seipso habet. Et totus talis timor affectuosus, incredulitatis soboles esse uidetur. Nemo enim qui credit robustum sibi auxilium adesse, timet aliquem eorum qui conantur ipsum conturbare. Timor autem salutaris, et timor sanctificationem faciens, timor qui de industria, et non secundum affectum animae accedit, qualis sit uis exponam: Quum ad peccatum aliquod progredi uoles, cogita mihi horrendum illud et non ferendum Christi iudicium. In quo praesidet quidem iudex in alto ac elato throno, adstat autem omnis creatura tremens ob gloriosum ipsius conspectum, adducemur autem singuli ad perscrutationem uitae nostrae singulatim faciendam. Deinde ei qui multa mala in uita perpetravit, horrendi quidam ac tristes adsunt angeli, igneam faciem praeseferentes, ignem spirantes, propter propositi amarulentiam, nocti uultu similes, propter merorem et hominum odium. Deinde barathrum est profundum, et tenebrae impenetrabiles, et ignis non splendens in tenebris, uistorum quidem uim habens, luce uero priuatus. Deinde uermium quoddam genus uenenum iaculans ac carniuorum, inexplebiliter edens, et nunquam saturitate in sentiens, intolerabiles dolores per corrosionem inducens. Postremum supplicium omnium grauissimum, opprobrium illud et confusio aeterna. Haec time, et hoc timore eruditus, animam a concupiscentia ad mala uelut freno quodam relide. Hunc timorem dominum doctrinam esse nos pater ille praemisit, non simpliciter doctrinam, sed eos qui ipsum audire uolunt, non procul collapsos, sed propter salutis cupiditatem accurrentes, non alienos a testamentis, sed ex baptismate adoptionis uerbi confortes ipsique coniunctos. Propterea uenite dicit, hoc est per bona opera accedite me filii, per regenerationem filii lucis fieri digni facti. Audite qui aures cordis habetis apertas, Timorem domini docebo uos, eum quem paulo ante uobis descripsimus. Quis est homo qui uult uitam, diligens dies uidere bonos? Si quis inquit, uult uitam, non communem hanc quam etiam bruta uiuunt, sed eam quae reuera uita est, et morte non dirimitur. Nunc enim, inquit, mortui estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Vbi uero Christus manifestatus fuerit uita uestra, tunc etiam uos cum ipso manifestabimini in gloria. Igitur uita reuera est Christus, et nostra in ipso uita, uera uita existit. Similiter etiam dies alij sunt boni, quos in promissione proponit Propheta. Quis est homo qui uult uitam, diligens dies uidere bonos? Dies enim huius seculi, mali. Nam et seculum hoc mundi mensura existens, de quo dictum est, quod mundus totus in malicia positus est: assimilatur naturae mundi quem dimittitur. Partes autem temporis huius, dies ipsi sunt. Quapropter dicit Apostolus, redimite tempus, quoniam dies mali sunt. Et Iacob, Dies, inquit, annorum meorum pauci et mali sunt. Igitur nunc quidem non sumus in uita, sed in morte. Quare etiam rogauit Apostolus, Quis me liberabit ex corpore mortis huius. Alia autem quaedam est uita, ad quam uocat nos psalmus, et nunc quidem dies nostri mali sunt, alij uero quidam sunt boni, quos nox non dirimit. Erit enim deus ipsorum lux aeterna, illustrans ipsos luce maiestatis suae. Ne itaque ubi audieris dies bonos, putes tibi hanc uitam in promissionibus propositam esse. Corruptibiles enim sunt hi dies, quos sensibilis sol operatur. Nullum autem corruptibile, decem donum esse poterit incorruptibili. Si enim incorruptibilis est anima, incorruptibilia sunt etiam ipsius dona. et praeterit figura mundi huius. Si uero lex umbram habet futurorum bonorum, intellige mihi sabbata quaedam delicata, sancta, ex diebus aeternis, no uolunt, festiuitates, et intellige mihi prout dignum est legi spirituali. Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Si uis in diebus esse bonis, si diligis uitam, serua praeccepta uitae. Qui enim diligit me, inquit, praeccepta mea seruabit. Primum autem praecceptum est, prohibere linguam a malo, et labia ne loquantur dolum. Ferre enim promptissimum est et multiforme peccatum quod per linguam perpetratur. Iras

tus es, & lingua præcurrit. In cupiditatibus es: etiam linguam habes præ omnibus, uelut
 lenonem quendam ac conciliatorem, coadiuuantem peccatum, per simulationem decipien-
 tem proximos. Et instrumentum tibi est ad iniustitiam lingua, non ex corde loquens, sed
 ad fraudem composita. Et quid opus est omnia uerbis exequi quæ per linguam peccan-
 tur. Plena est uita nostra linguæ delictis. Turpiloquium, facetiæ, stultiloquiæ, quæ Chri-
 stianos non decet. Detractiones, sermo futilis, periuria, falsa testimonia, omnia hæc ma-
 la, & adhuc plura his, linguæ sunt officia. Qui uero aperit os contra gloriam dei, &
 iniustitiam in altum effutit, per aliud quid & non per linguæ instrumentum, impieta-
 tem operatur. Quandoquidem igitur ex sermonibus tuis iustificaberis, & ex sermo-
 nibus tuis condemnaberis, Prohibe linguam tuam à malo, & ne efficias tibi thesauros
 lingua mendaci uanos. Prohibe item labia tua, ne loquantur dolum, hoc est, totum in-
 strumentum ad ministerium sermonis tibi datum, à praua operatione interquiescere fa-
 cito. Est autem dolus, maleficium occultum, ex simulatione meliorum proximo exhibi-
 tum. Declina à malo, & fac bonum, quare pacem & persequere ipsam. Elementa-
 res ac introductoriae sunt admonitiones ad pietatem, decernentes linguam contine-
 re, à dolosis insidijs abstinere, declinare à malo. Non enim perfecto conuenit abstinere
 à malo, sed ei qui recens elementis instituitur, diuertere conuenit à delatione ad ma-
 lum, & à mala consuetudine uitæ, uelut uia mala discedere, atque sic bonorum opera-
 tionem attingere. Impossibile est enim attingere bonum, eum qui non prius penitus de-
 stitit ac declinauit à malo. Velut impossibile est sanitatem recuperare, morbo non depul-
 so: aut in calore consistere, per refrigerationem non penitus sedata. Hæc enim simul inter se
 consistere non possunt. Sic qui in bona uita futurus est, eum conuenit ab omni coniun-
 ctione ad malum discedere. Quare pacem & persequere ipsam. De hac dixit dominus:
 pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Non sicut mundus dat pacem, ego do uo-
 bis. Quare ergo domini pacem, & persequere ipsam. Persequeris autem non aliter,
 quam secundum scopum currens ad brauium supernæ uocationis. Superne enim est
 uera pax. Nam quamdiu carni colligati sumus, multis & conturbantibus nos coniuga-
 ti sumus. Quare igitur pacem, solutionem à tumultibus mundi, compara tibi quietum
 animum, tranquillum quendam ac imperturbatum animam statum, qui neque ab affe-
 ctionibus agitur, neque à falsis dogmatibus, per uerisimilitudinem ad assensum imitan-
 tibus distrahatur, ut acquiras pacem dei excedentem omnem mentem, protegentem
 cor tuum, qui querit pacem, Christum inquit. Nam ipse est pax, qui creauit duos in
 unum nouum hominem, faciens pacem, & pacificans per sanguinem crucis suæ quæ
 in cælis sunt, & quæ in terra. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces iusto-
 rum. Quemadmodum sancti corpus sunt Christi, & membra ex parte, & posuit deus
 in Ecclesia, alios ut oculos, alios ut linguas, alios ut manuum, alios pedum rationem ha-
 bentes: Sic etiam sanctæ potentie spirituales & circa coelestem locum existentes, par-
 tim oculi dicuntur, propterea quod inspectionem nostri assumunt, aut sibi commissam
 habent. Partim aures, quod preces nostras suscipiant. Nunc igitur inspectionem nostri po-
 tentiam, & preces nostrarum susceptricem, oculos dixit & aures. Oculi igitur domini su-
 per iustos, & aures ipsius in preces eorum. Quandoquidem omnis actio iusti digna est
 conspectu dei, & omne uerbum propterea quod nihil ociose à iusto dicatur, actiuosum
 est & efficax: ob id semper inspici, & semper exaudiri iustum psalmus dicit. Vultus
 autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam ipsorum. Vultum
 arbitror audacem & horrendum domini ad iudicium aduentum dici. Quapropter etiam
 oculi domini, uelut adhuc eminus inspicientes nos, iustum intueri dicti sunt. Ipsum autem
 uultum appariturum esse, ut perdat de terra omnem prauitatis memoriam. Ne enim mi-
 hi corporaliter efformatum uultum dei mente concipias. Nam sic etiam absurdum esse
 uidebitur id quod à scriptura dictum est, priuatim oculos esse illucentes iusto, partim
 uultum qui feratur ad malos. Quanquam neque oculi citra uultum sint, neque uul-
 tus oculorum exors sit. Homo quidem igitur non uiderit uultum domini & uiuet,
 Angeli uero paruorum in Ecclesia, semper uident faciem patris ipsorum qui in cælis
 est. Quare nunc quidem capaces esse nos uisionis gloriosi conspectus, propter carnis
 debilitatem nobis circumscriptam impossibile est, Angeli uero propterea quod nullum
 tale

tale habeant cōperimentum nostræ carni consimile, à nulla re impediuntur, quo mi-
 nus assidue intueantur faciem gloriæ dei. Quare etiam nos postquam facti fuerimus fi-
 lij resurrectionis, tunc tidem cognitione faciei ad faciem digni iudicabimur. Tunc au-
 tem iusti quidem conspectu dei in exultatione digni censebuntur. Peccatores autem in
 iudicio, quum perdetur omne peccatum, à iusto iudicio dei. Clamauerunt iusti & do-
 minus exaudiuit ipsos, & ex omnibus tribulationibus ipsorum liberauit eos. Spiritua-
 lis est iustorum clamor, in occulto cordis magnam uocem edens, ad ipsas dei aures per-
 uenire potens. Qui enim magna petit, & coelestia precatur, hic clamat & preces quæ ex-
 audiuntur ad deum demittit. Clamauerunt igitur iusti, nihil exiguum neque terrenum,
 neque humile inquisierunt. Propterea dominus uocem ipsorum assumpsit, & ex omni-
 bus tribulationibus ipsorum liberauit ipsos, non intantum à molestijs ipsos liberans,
 quantum superiores omnibus accidentibus efficiens. Prope est dominus his qui con-
 trito sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Per bonitatem suam dominus omnibus ap-
 propinquat, Nos autem elongamus nos ipsos per peccatum. Ecce enim, inquit, elongan-
 tes se ipsos à te pereunt. Quapropter Moyses deo appropinquare dicitur, & si quis alius
 ei similis per fortia facta & actiones bonas, prope accedit deo. Palam autem prophetiam
 habent hæc uerba aduentus domini, concordantque cum prioribus. Illic enim dicebatur,
 uultus domini super facientes mala, hoc est, conspectus ipsius secundum iudicium ad di-
 sperdendam omnem iniquitatem fiet. Hic uero, Prope est dominus his qui contrito sunt
 corde: aduentum domini in carne prædenunciat, appropinquantem iam, & non procul
 distat. Atque huius fidem tibi Esaiæ prophetia faciat. Spiritus enim domini super me,
 quapropter unxit me, ad annuncian-dum Euangelium misit me, ut medear contritis cor-
 de, & prædicem captiuis dimissionem, & cæcis uisum. Quandoquidem enim medicus
 mittebatur contritis corde, prope, inquit, dominus est, Vobis dico humilibus & qui elati-
 onem suam contriuerunt, lætificans uos & ad longanimitatem inducens, per gaudium
 futurorum bonorum. Contritio autem cordis, est dissipatio humanarum cogitationum.
 Qui contemnit res præsentis, & se ipsum addicit uerbo dei, & principalem animæ suæ
 partem superhumanis ac diuinioribus cogitationibus immittit, hic sanè fuerit qui con-
 tritum cor habet, & qui fecit ipsum sacrificium, quod non contemnitur à domino. Cor
 enim, inquit, contritum & humiliatum deus non despiciet. Prope est igitur dominus con-
 tritis corde, & humiles spiritu saluabit. Qui nullam habet elationem, neque ob aliquid re-
 rum humanarum superbit, hic & contritus est corde, & humilis spiritu. Est quidè humili-
 lis & qui secundum peccatum ambulat. Peccatum enim maxime omnium humiliat.
 Qua ratione etiam corruptam eamque quæ uirginitatis sanctificationem amisit, humilia-
 tam esse dicimus, uelut Amnon, inquit, insurgens contra Thamar humiliavit ipsam.
 Quicunque igitur insolentiam ac elationem animæ amiserunt, præ peccato defecti in
 terram, & uelut ad humum depressi, similiter serpenti gradientes se inclinant, erigi peni-
 tus non potentes, hi humiliati quidem sunt, non tamen spiritu. Non enim laudabilis est
 ipsorum humilitas. Quicunque uero habent gratiam sancti spiritus, ultronei se ipsos hu-
 miliant, inferioribusque subiiciunt, iuxta Apostolum dicentes se esse seruos aliquorum
 in Christo, & omnium reiectamentum usque in hunc diem. Et rursus, uelut purgamen-
 ta facti sumus. Qui spiritaliter humilitate utuntur, omnium facientes se ipsos postre-
 mos, ut primi fiant in regno cælorum, hos etiam dominus beatos prædicat dicens, Bea-
 ti pauperes spiritu. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos do-
 minus. In omnibus, inquit, tribulationem patientes, sed non angustijs conclusi. Qua-
 propter etiam dominus discipulis suis dicit. In mundo tribulationem habetis, sed con-
 fidite ego uici mundum. Quare si uideris aliquando in morbis, aut mutilationibus cor-
 poris, in amissione familiarium, in plagis, in ignominijs, in omni inopia & necessa-
 riorum egestate, esse iustos, memor sis quod multæ sunt tribulationes iustorum, &
 ex omnibus his liberabit eos dominus. Qui uero dicit non conuenire iusto tribulatio-
 nem, nihil aliud dicit, quam non conuenire Athletæ aduersarium. Si uero non de-
 certat Athleta, quas habebit coronarum occasiones. Iam uero quarta uice dicitur in
 hoc psalmo, quomodo à tribulatione liberat dominus eos quos uult liberare. Primum
 enim dictum est. Exquisiui dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulatio-
 nibus

nibus eripuit me. Deinde rursus, iste pauper clamauit, & dominus exaudivit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit ipsum. Et tertio, Clamauerunt iusti, & dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit ipsos. Et postremo, Multae tribulationes iustorum, & ex omnibus his liberabit ipsos dominus. Custodit dominus omnia ossa ipsorum, unum ex ipsis non conteretur. Virum tandem oportet, Num circa dictionem manere, & sententia prompta auribus nostris allabente contentum esse, quod uidelicet ossa haec carnis fulcra, non conterentur ipsorum, propter datam ipsis à domino custodiam? Et num uiuentis solum, & in uita existentis iusti ossa incontrita custodiuntur? aut etiam ubi iam ex corporeo uinculo exolutus est, nullam causam contritionis iusto futuram esse? Atqui didicimus multa ossa iustorum in tormentis contrita esse, eorum qui pro testimonio de Christo, omnigenis afflictionum generibus seipsum tradiderunt. Iam enim aliquorum crura confregerunt persecutores, manusque ac capita clauis saepe transfixerunt, & tamen quis contradicet, non omnium esse iustissimos, qui usque ad martyrii perfectionem peruenerunt? Aut nunquid uelut homo dicitur anima & mens humana, sic etiam partes ipsius, iisdem nominibus cum corporis partibus appellentur? Sic saepe nominat scriptura interim hominis partes, uelut quum dicit, Sapientis oculi in capite ipsius, hoc est, prouida est & circumspecta, occulta & interna sapientis pars. Et rursus oculos dicit aequaliter corporis atque animae, non solum in dictione quam apposimus, sed etiam quum dicit, mandatum domini lucidum, & illuminans oculos. Quid uero oportet dicere de eo quod ait, Qui habet aures audiendi audiat? Manifestum est enim quod aliqui habent aures meliores, quae uerba dei audire possunt. Ad eos autem qui non habent illas aures, quid dicit? Surdi audite, & caeci oculos leuate. Et, os meum aperui, & attraxi spiritum. Et, dentes peccatorum contriuiisti. Haec enim omnia dicta sunt ad ministrantes potentias, ad spirituale alimentum, & spirituale sermonem. Tale est etiam, Ventrem meum doleo. Et, pes iusti non offendet. Omnia enim talia de interno homine relata sunt. Iuxta eandem itaque rationem etiam ossa quaedam fuerint interni hominis, in quibus ligamentum & harmonia animalium potentiarum continentur. Et quemadmodum ossa propria potentia carniū teneritudinem sustentant: Sic etiam in Ecclesia sunt quidam, qui ob propriam firmitatem, impotentium debilitates sustentare possunt. Et quemadmodum ossa connectuntur inter se iuxta articulos ac iuncturas, idque per neruos & ligamenta inserta ac adhaerentia: Sic sane fuerit etiam dilectionis & pacis ligamentum, concretionem quandam & unionem spiritualium ossium in Ecclesia dei efficiens. De his ossibus ab harmonia exolutis, & uelut luxatis, dicit Propheta, Dissipata sunt ossa nostra ad infernum. Et si aliquando turbatio ac tremor ipsa apprehenderit, orans dicit, Sana me domine, quia turbata sunt ossa mea. Vbi uero propriam harmoniam conseruauerunt custodita à domino, ne unum quidem ipsorum conteratur, sed digna sunt referre gloriam deo. Omnia enim, inquit, ossa mea dicent, Domine domine quis similis tibi? Vidisti rationalium ossium naturam? Fortassis autem hoc Ecclesia dicit, Omnia ossa mea dicent, iuxta resurrectionis mysterium. Haec enim, inquit, dicit dominus ossibus his. Ecce ego fero in uos spiritum uitae, & dabo super uos neruos, & reducam super uos carnes, & uiuetis & cognoscetis, quod ego sum dominus. Haec igitur ossa ubi acceperint uitam, gratiam agentia ei qui ipsa excitauit, dicent domine domine quis similis tibi? Mors peccatorum mala.] Exquisite adiectum est, Mors peccatorum, Nam est quaedam iustorum mors, non mala secundum naturam, sed bona. Qui enim mortui sunt cum Christo, in bona morte sunt. Et qui mortui sunt peccato, bonam & salutarem mortem mortui sunt. At uero peccatorum mors mala est. Excipit enim ipsos supplicium, uelut etiam diuitem indutum purpura & bysso, & epulantem quotidie splendide. Et qui oderunt iustum delinquent. Et propterea quod in delictis uiuunt, odio habent iustum, ut qui uelut regulae rectitudine, moribus iusti & melioris appositione redarguantur. Itaque & propterea quod in peccatis uiuant, odio habent iustum propter redargutionis timorem. & propterea quod odio habent, rursus peccatis seipsum immittunt. Multae enim sunt causae ob quas iustus odio habetur. Libertas dicendi in redarguendo. Odio enim habent redarguentem in portis, & sermonem sanctum abominantur. Ambitio item prioris loci ac principatus, multos ad odium meliorum commouit. Aliquando uero etiam

ro etiam ignorantia rationis de iusto, & quid sit iustus. Mors peccatorum mala.] Aut etiam uitam omnem, mortem nominat, propterea quod carnem hanc Apostolus mortem appellauit dicens, Quis me liberabit ex corpore mortis huius. Qui uero male utuntur corpore hoc, & omnis peccati ministerium ipsum faciunt, hi malam sibi ipsi mortem praeferunt. Redimet dominus animas seruatorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in ipsum.] Quandoquidem detinebantur sub captiuitate inimici, misericordiam adepti ob id quod seruiuerunt domino, horum animas precioso suo sanguine redimet. Qua propter nullus in delicto examinabitur ex his qui sperant in ipsum. Ipsi gloria in secula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN
PSALMVM XXXVII



SALMVS Dauid ad recordationem. Scripturae diuinitus inspiratae sermones sistentur coram tribunali Christi. Redarguam enim, inquit, & producam ac declarabo in faciem tuam peccata tua. Itaque attendamus sobrie his quae dicuntur à scriptura, & ad opus producere praecepta dominum studeamus, quia nescimus qua hora aut die dominus noster ueniet.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.] His uerbis ac syllabis etiam sextus Psalmus consimiliter ut hic initium habet. Sed & reliqua in sexto Psalmo, his quae in proposito habentur cognata sunt. Humiliata enim esse ossa ipsius, & animam laborasse in gemitu suo, in sexto dixit, addiditque dicens, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Et quae his coniuncta sunt. Consimilia autem illis etiam in praesenti Psalmo habentur quum dixit, Non est sanitas in carne mea, & non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & quae ad haec per totum Psalmum sequuntur, in quibus miseriam suam deplorat. Haec enim etiam ipse dictione usus est quum dixit, Miser factus sum, & curuatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Caeterum in sexto inscriptio habet. In finem, in hymnis, super octaua Psalmus Dauid. In praesenti uero nihil horum, sed solum Psalmus Dauid ad recordationem, dictum est. Ipsa tamen additio, ad recordationem nos remittit inscriptionis in sexto Psalmo. Ut sint etiam praesentia, in finem, & in hymnis, super octaua. Omnia enim haec proponit additio, ad recordationem. At uero quoniam in enarratione sexti Psalmi, ea quae ad inscriptionem pertinent diximus, ad illorum recordationem etiam nos in praesenti reuertamur. Videtur autem mihi Dauid, postquam in diuersis ac multis Psalmis perpetuati delicti confessionem fecit, priuatim praesentem Psalmum destinasse ad recordationem, ut semper & per omnia ipsum in ore ferret, utereturque ipso pro intentione ad animae suae medelam. Supplicationem itaque demittit ad Deum, per quam auertit quidem iram omnibus peccantibus impendentem, placat autem per excellentis confessionis uoces, dicens, Domine ne in furore tuo arguas me. Non deprecatur ut ne arguatur, sed ne cum furore, Et, neque in ira tua corripas me. Non fugit correptionem, uerum citra iram castigationem contingere precatur. Velut si quis medico per cautes & ferrum, & amaras antidotos auxilia molientis, ad propositi affectus curationem, dicat, Ne me cures per ignem, neque per ferrum & sectiones, uerum per lenia & mitiora medicamenta. Talis enim medelam non renuit, sed molestiam auxiliorum. Saepè uero dictum est, quod dum ira & furor siue indignatio in sacris scripturis dicuntur, non affectiones significant. Ab omni enim affectione alienus est deus. Verum talia per metaphoram translata scripturae sermo usurpare solet. Velut etiam oculos dei, & aures, & manus, & digitos, & pedes, ac reliquas partes, quas tanquam ad homines commode disponit, ad auditorum qualitate descendens seseque accommodans. Sic igitur etiam poenas quae peccantibus iuxta dei iudicium inducuntur, tristes & molestas tolerantibus existentes, uelut ex ira & indignatione inducantur exprimit. Hoc autem docet etiam beatus Apostolus dicens: Secundum duritiam tuam & cor impoenitens, coaceruas tibi ipsi iram in die irae & reuelationis & iusti iudicij dei, qui reddit unicuique iuxta opera ipsius. Velut si quis etiam poenas homicidae ex lege impendentes, iram & indignationem nominet

minet, quum non uere indignetur & irascatur lex, uerum qui puniunt, iram ac poenam esse suspicentur. Iam uero etiam prauis daemones, qui poenas contra impios administrant, & ministratoriae potentiae dei, ira & indignatio dictae sunt. Sic igitur dictum est in sermone psalmi de decalogo contra Aegyptios inducto. Immisit in eos iram & indignationem, immisionem per angelos malos. Sic dextra dei ea dicta sunt, quae per dexteram & bonas potentias dignis suppeditantur. Supplicat itaque Dauid, ut ne per malas potentias arguatur, neque per immisionem angelorum malorum corripiatur, sed per sermones salutes & doctrinas utiles, & alias rogat ne seruetur in diem irae reuelationis ac iusti iudicii dei, uerum ut iam hinc in praesenti uita ante mortem intercipientur peccata. Et sane contigit scopum, Nam poenas dedisse apparet, per ea quae passus est ante mortem. Et alias item, ipse seipsum puniebat, omnigenis supplicij se subiiciens in modis confessionis. Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea, a facie irae tuae, non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum. Magnus ille Athleta Iob, quum uarias tentationes sustinuisset, non ignorabat unde ipsi haec uenirent. Quapropter dicebat, Sagittae enim domini in corpore meo sunt, quarum indignatio exhaurit sanguinem meum. Dauid autem non similiter ut Iob corpore percussus, sed in ipsa anima lethale uulnus habens, non similiter ut Iob dicit, Sagittae domini in corpore meo sunt. Sed quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Iob uero meminit manus domini dicens. Manus domini est quae tetigit me. Et diabolus ad dominum dicens, Mitte manum tuam & tange omnia quae habet. Et rursum, Mitte manum tuam, & continge carnes eius & ossa eius. Verum alia quaedam erat manus, & aliae sagittae quae carnem ipsius contingebant, & carnales existebant. Hic uero quando quidem animam ipsam egrotabat Dauid, alias sagittas sibi infixas esse significat, & aliam manum se contigisse. Et mihi uidentur sagittae de quibus hic dicit, spirituales esse. Imò magis ipsos dei sermones sic appellare uidetur, pungentes & uulnerantes animam ipsius, cruciantesque ac castigantes ipsam conscientiam, quandoquidem tantus uir existens, & tanta bona a deo adeptus, ad turpe factum seipsum immiserat. Fortassis autem etiam ipsum diabolum, & maligni illius ignitas sagittas, affectus & amores inducentes, quae ad concupiscentiam uxoris Virae ipsum incenderunt, significat. De quibus etiam Apostolus docet dicens. Sumite armaturam dei, ut possitis omnia tela inimici ignita extinguere. Quandoquidem immunitus repertus, non resistit ad inimici tela ignita, merito fauciatus est animam concupiscentiae clauo. Quemadmodum autem Iob diaboli sagittas, ulcera corpori ipsius incussa, quoniam permissione dei facta erant, Domini sagittas nominauit quum ait, Sagittae domini in corpore meo sunt, quarum indignatio exhaurit sanguinem meum. Sic uerisimile est, etiam Dauidem hic sagittas domini dixisse, quoniam permissione dei aduersarius ipsum impugnabat, ut disceret non dicere, Non commouebor in aeternum. Quandoquidem enim per gratiam dei potens factus aliquando magnopere se ipsum iactauit, ut superbe gloriaretur & diceret, Ego autem dixi in abundantia mea, non commouebor in aeternum: ea gratia merito traditus est tentatori, qui animam ipsius attingens, maiore damno ipsum quam Iob affecit. Sermones uero qui de iusto iudicio ipsius commonesciunt, & doctrina irae peccatoribus impendentis, acutiores sunt sagittis, conscientiam pungentes, uulnerantes ac fauciantes ipsam. Et sic sane dixeris Dauidem sacris his ac diuinis sagittis compunctum, merito deprecatum esse redargutionem per suorum, & castigationem per iram dei. Ne enim, inquit, in furore ac indignatione tua arguas me domine, neque ira tua corripias me. Cur? quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi. Nam sagittae a te uenientes assumpta ira & indignatione tua satis me puniunt & sufficienter me castigant. Quapropter supplicat ne aliam iram ac indignationem experiatur, quia sagittae tuae infixae sunt mihi, aut iuxta Symmachi uersionem, attingerunt me. Et confirmasti super me manum tuam. Manum autem domini quae ipsum attingit intellige, & eam quae in Iob declarata est. Haec autem domini manus omnem domum Dauidis ex fundamentis concussit. Primogenitum ex liberis ipsius Amnonem amore sororis infanum faciens, & Absolonem inflammas per iram contra fratrem, ut occideret Amnonem, & postea contra ipsum parentem insurgeret. Sed & reliqua omnia per historiam nobis declarata, manus sunt quae hic indicatae est. Manus tua tetigit me per alternas calamitates

tes, supplico igitur, inquit, ut ne alia indignatione arguar, neque peiore ira castiger. Atque haec non solum per haec, sed etiam per ea quae insequuntur docet, consequenter dicens.

Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae, non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Ego inquit, anteuertens & non expectans, ut quis externus corpus meum puniat, ulcere malo me ipsum excruciaui, & carnem meam per quam commissum est a me peccatum, supplicij tradidi, affligens me ipsum & omnis generis cruciatibus puniens. Hoc enim declarauit etiam per alios locos, dicens. Humiliabam in ieiunio animam meam. Et, Caro mea immutata est propter oleum. Et, oblitus sum comedere panem meum. A uoce gemitus mei agglutinata sunt ossa mea carni meae. Et, Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meum rigabo. Sic etiam nunc inquit. Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae. Porro pro ira, Aquila & Symmachus consonanter, a facie fremitus tui interpretati sunt. Sufficiebat enim mihi inquit, fremitus a diuinis tuis scripturis, & minae per prophetam tuum Nathan intentatae. Quapropter a facie fremitus tui me ipsum sic affixi, ut castigauerim carnem meam, & ossa mea non habuerint pacem, a facie peccatorum meorum. Pro quo Symmachus habet, propter peccata mea.

Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, sicut onus graue grauatae sunt super me, Putruerunt & corruptae sunt cicatrices meae, a facie insipientiae meae. Miser factus sum, & curuatus sum usque in finem. Quoniam haec, inquit, a me perpetrata sunt, ob id miser factus sum, & curuatus sum usque in finem, & tota die contristatus ingrediebar. Per haec autem declarat quae passus sit, & quomodo seipsum castigauerit, non unum in seipso accusans peccatum, sed acruatim multa & tanta, ut neque intus occulta sint in anima sua, neque intra corpus lateant, sed ipsum supergressae sint, ut ab omnibus agnoscantur. Ipse igitur erat accusator suus ipsius primus, & ut apud omnes perfectus esset ac iustus suus ipsius accusator, omnem hominem accusatorem praeuertens, ipse quidem seipsum condemnauit, omne uero inimicorum os obturauit, quum non haberent aliud quid quod contra ipsum dicerent. Docet autem nos hic sermo, ut ne coelemus nostra ipsorum mala, neque contineamus peccata, uelut nigredinem ac putredinem in animae profundo, conscientiam ita per cauterium inurentes. Quemadmodum in febribus contingere solet. Intro enim & in profundum procedens febris, maiorem morbum efficit. Procedens autem in conspicuum, spem declinationis ostendit. Ita etiam in anima contingit. Quin & aliud quid circa seipsum factum docet Dauid dicens. Sicut onus graue grauatae sunt super me. Grauabant enim conscientiam ipsius ea quae ausus fuerat, adeo ut ob animae generositatem & candorem ferre non posset. Etenim crudus & induratus, iuxta duritiam suam & cor impoenitens, accumulabat sibi ipsi iram in die irae, attrahens peccatum super peccatum, augens sua ipsius mala. Quum enim peruenerit peccator ad profundum malorum, contemnit ipsa. Candidus autem etiam si semel aliquando lapsus fuerit, iuxta quandam diaboli depradationem, uehementer grauatur conscientia, ut tacere non possit, neque occulta re suum malum. Ex abundantia igitur cordis os loquitur. Unde non ferens silentium, manifestauit prementia ipsum dicens. Sicut onus graue grauatae sunt super me: manifestum est autem quod iniquitates meae. Et rursum: Putruerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. Insipientiam autem nominat, insipientem actionem ex insipientia peractam. Omne enim peccatum per insipientiam perpetratur. Virtus autem quum sit ipsa prudentia, omnia quae secundum ipsam fiunt, laude ac uirtute digna demonstrat. Sed & sanitatem animae faciunt ea quae secundum prudentiam fiunt. Insipientia autem uulnera ac cicatrices ac uibices efficit. Qui igitur in peccatis perseverat, gaudentque in ipsis ac delectantur, suis similes sunt qui in cenno uoluntantur. Qui uero semel lapsus est, postea ad seipsum reuersus, etiam sceleratam illam actionem ut foetidam ac impuram abominatur. Tale quid passus Dauid, praesana conscientia confitetur dicens. Putruerunt & corruptae sunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. Quandoquidem igitur supergressae sunt iniquitates multiplicatae, & capite superiores factae, grauatae sunt super me, ea gratia medes mihi ipsi, miser factus sum & curuatus sum usque in finem, & neque ad unum diem, neque ad breuem horam, sed tota die contristatus ingrediebar. Aut iuxta Symmachum, tristis obambulabam, non negligens existens ob ea quae a me perpetrata sunt, neque uelut rex elatus, propterea quod nulli iudici subiectus essem, sed propter timorem ac fremitum tuum, tota die contristatus

tristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.] Pro, lumbi mei impleti sunt illusionibus, Aquila uerit. Quoniam impleta sunt illa mea ignominia. Et per hæc ad recordationem turpis ac ignominiosi facti progressus, ob sanos animæ sensus hæc dixit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Cur autem putruerunt, inducit dicens: Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Aut illa mea ignominia, innuit autem per hæc, turpis facti speciem. Deinde seipsum refocillans dixit, Non est sanitas in carne mea. Quandoquidem enim lumbi mei impleti sunt illusionibus, propterea, inquit, ad poenitentiam peccatorum progressus, meam carnem castigo ac affligo. & propterea dico, non est sanitas in carne mea. Quo aliquando correptione peracta dicere possit: Etiam si externus homo noster corrumpitur, tamen internus renouatur. Sed & superius dixit, Non est sanitas in carne mea. Deinde addit, afflicti sum & humiliatus sum nimis. Hoc uero alio modo in superioribus declarauit. Miser factus sum, & curuatus sum usq; in finem. Proprium est uirorum prudentium non extolli ob peccata, iuxta præsumptam in animo cogitationem & diaboli deprædationem commissa, sed uerecundari ac erubescere, conscientiaq; pungi ac humiliari. Dauid enim ad hæc addit. Rugiebã à gemitu cordis mei.] Aut secundum Aquilam, fremebam à stridore cordis mei. Non ut multis conspicuus fiam, labijs confiteor. Verũ inuis in ipso corde oculos claudens, tibi soli uidenti ea quæ in occulto sunt, gemitus meos ostendo, in me ipso rugiens. Neq; enim longis sermonibus mihi opus erat ad confessionem, sufficiebat enim gemitus cordis mei ad cõfessionem, & luctus à profundo animi ad te deum emissi. Sed & concupiscentia bona existens in conspectu tuo erat domine, & hæc ipsa erat de mea salute. Etenim quando malorum cupidus eram, non coram te erat desiderium meum. Nunc autem quando omnia facio me ipsum humilians, & rugiens à gemitu cordis mei, & te deum saluatorem ac medicum assequi cupiens: coram te est desiderium meũ. & causam suspiriorum meorum non ignoras. Nosti enim quod suspiria benignitatem tuam de centia emitto. Quoniam non uis mortem peccatoris, sed poenitentiam ipsius. Quapropter dico, Et gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. & propinquissimi mei de longe steterunt. & uim faciebant qui quærebant animam meam, & qui quærebant mala mihi. Et loquuti sunt uanitates, & dolos tota die meditati sunt.] Quum in inscriptione psalmi huius indicauerit quod sit ipsi ad recordatione, merito reputat & ad memoriam reuocat ea quæ olim ipsi acciderunt. Docet autem in quibus fuerit malis, postquã in peccati lapsum corruit. Cuius gratia etiam totam confessione facit, Miser igitur factus sum, & curuatus sum, & contristatus ingrediebar, & humiliatus sum, & rugiebã à gemitu cordis mei, ad omnia hæc deueni. Quandoquidem tempore aliquo cor meũ conturbatum est, & dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Nam iuxta peccati tempus non paruam conturbationem sustinuit mens ipsius confusa & obtenebrata, per eum qui peccatum operatur, ut etiam ad insipientiam delaberetur. Quapropter etiam superius dixit. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Turbatum igitur est cor ipsius quando in insipientia fuit, & à uirtute prudentiæ excidit, opera uero insipientiæ fecit. Tunc autem dereliquit etiã ipsum uirtus ipsius. Non enim amplius dicere potens erat, Omnia possum in eo qui me potentem facit Christo, uictus ab affectu ac uiribus destitutus. Nam in uirtuose agentibus spiritus promptus est, caro autem infirma. In uictis uero caro attollitur corroboraturq; & praualet, infirma autem est & debilitatur anima. Tunc igitur, inquit, quando peccaui cor meũ conturbatum est, & dereliquit me uirtus mea, & aliud quiddam graue circa me accidit. Nam lumen oculorum meorum (hoc autem erat spiritus propheticus, illuminans animæ ipsius uisum) & ipsum non erat mecum, reliqueratq; me ac secesserat. Nam in maleficã animã non ingredietur sapientia, neq; habitabit in corpore peccato obarato. Sanctus enim spiritus fugiet dolũ, & discedet à cogitationibus imprudentiũ. Secedens itaq; ab ipso spiritus sanctus, desolatam ipsum reliquit, post cordis ipsius cõturbatione, & uirtutis ipsius debilitatem.

debilitationem. Tunc enim & lumen oculorum ipsius desolatam ipsum reliquit. Sed & qui prius ipsius amici ac proximi erant, qui omni tempore ipsi familiares fuerant, relicto ipso de longe steterunt, non amplius cum ipso uiuere uolentes, eminus deslentes uelut uerisimile est, amici calamitatem. Qui uero erant illi, præterquam qui ob priora ipsius bona gaudentes, Angeli uidelicet boni & ministri dei, ex hominum salute gaudium capere asueti, siquidem ob peccatorem poenitentem in coelis gaudium exoritur. Et immittet se angelus domini in circuitu timentium ipsum. Et hi igitur omnes Dauidis amici, iuxta peccati ipsius tempus recesserunt auersantes, non tamen penitus ipsum relinquebant. Verum eminus stantes lugebant, quod ipsum sanè etiam docet dicens: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, Et propinquissimi mei de longe steterunt. Qui quum eminus à me abessent, alij quidam peccatum operantes prope me accedentes uim faciebant, & animã meã illudebant. Quapropter addit. Uim faciebant quærentes mihi mala, loquuti sunt uanitates, & dolos tota die meditati sunt.] Olim enim hi sitientes sanguinem meum, & multis antea temporibus ruinam meam uidere optantes, uelut occasionem nacti, quum uiderent me dereliquisse uirtutem meam, & lumen oculorum meorum discessisse à me, amicosq; ac proximos eminus à me consistentes, euestigib; insultu facto uim faciebant animã meã. Et ut ultro mali loquuti sunt uanitates, intus suggerentes animã meã uanos sermones. Sed & cum dolo demulcentes ac decipientes, uelut bonis inescarunt detrahentes me ad peccatum. Quapropter etiam subdit. Et dolos tota die meditati sunt. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.] Quandoquidem hi qui quærebant animam meam, inueniebant ipsam, deinde inuentæ illudebant, & malis meis illudentes insultabant, deinde tota die loquebantur uanitates: Ad hæc ego amicis meis desolatus, nihil habebam quod dicerẽ pũdo re repletus. Quapropter tanquam surdus non audiebam. Imò qui olim eloquentissimus eram, & præsentia sapientia præditus, factus sum sicut surdus, & sicut mutus non aperiens os suum. Nullum enim sermonem habebam ad respondendũ, neq; habebam quæ ad inimicos dicerem, semel ab ipsis uictus. Sed eram uelut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. arguebar enim ipse, & non redargebam, & non habebam dicendi libertatem pudore cõsufus. Quoniam in te domine speraui, tu exaudies domine deus meus. Quia dixi, ne quãdo gaudeant super me inimici mei, & dum commouerentur pedes mei, super me magna loquuti sunt.] Hæc sane mihi acciderunt, quapropter factus sum uelut surdus non audiens, & uelut mutus non aperiens os suum, & sicut homo non habens redargutiones. Quare nihil ad inimicos dicebã, tanquã ab ipsis superatus. Non tamen ob id desperaui de me ipso, uerum recollegi rursus me ipsum, à peccato quidem uelut morte resiliens, & confessionis medicamentis ulcus meum sanans, & cicatrices meas putrefactas ab insipientia mea, medelam assequi cupio. Quapropter in te domine speraui. Non enim mihi ipsi confidens, neq; aliã aliquam spem ob oculos ponens q; te, medelas mihi ipsi præscripsi. Quandoquidem igitur speraui domine, spes autem non pudefacit, ob id exaudi, quia uolēs misericordiam tu es, & non uis mortem peccatoris, sicut poenitentiam ipsius. Quia speraui in te, supplico ut auxilium tuum assequar. Nequando gaudeant super me inimici mei. Nondum equidem penitus gauisi sunt, gaudebunt autẽ, nisi assequutus fuero misericordiam tuam. Verum ut ne gaudeant super me inimici mei, quã iam & prius dum cõmouerentur pedes mei magna loquuti sunt, ad te cõfugi et dico, non confundar in æternũ, neq; irrideant me inimici mei. Et rursus dico, Ad te domine clamabo, ne sileas à me, & similis fiam descendentibus in lacum. Et reliqua in alijs psalmis diuèrsumode à me dicta, in supplicatione ad te colligēs, præfens auxilium assequi cupio. Nam tamen pedes meos maxime commoueri contigit, eo tempore quo cor meum conturbatum est, & dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum non erat mecum: non tamen penitus euersus sum, neq; talem casum cecidi, qualẽ qui desertores ac transfugæ fiunt: quoniã in illo ipso tempore, dum cõmoti sunt pedes mei, & magna contra me locuti sunt inimici mei, ut ne maiorẽ in modũ cõplauderent cõtra me, confugi ad te tanq; ad portũ salutis, qui etiã incurabiles apud homines animæ affectiones sanare potes. Quoniam in flagella paratus sum, & dolor meus in cõspectu meo est semper. Quoniã iniquitatem

quitatem meā ego annūciabo, & cogitabo pro peccato meo. Quū ab initio dixerit, Ne in indignatione tua arguas me, In presentī ait, quonīa ego in flagella paratus sum. Itaq; iram quidē ac indignationē deprecatur, paratū autē se ad flagella dicit. Nouit enim quod quem diligit dominus castigat. Flagellat autē omnem filium quem suscipit. Quapropter generose pertulit flagella, quā post alternas calamitates post peccatū ipsi acciderūt, quā Regum hīstoria complectitur. Et dolor meus in conspectu meo est semper. Multi equidem priorum peccatorum obliuionem faciunt, negligentes ipsa ac contemntes, tanq; nulla ultio sit futura. Qui uero iudicium dei semper ob oculos habet, & credit quod omnes sistemur ad tribunal Christi, ut unusquisq; proferat quę per corpus fecit, siue bonum siue malum, is in anxietate semper consistit, & dolori animę suę mederi studens, ipse se ipsum accusat per confessiones ad deū. Quapropter ait, Dolor meus in cōspectu meo est semper. Quonīa iniquitatē meam ego annūciabo, & cogitabo ac curiosus ero super peccato meo. Credulę autē animę, & de iudicio dei diligenter persuasę hęc uoces existunt.

Inimici autē mei uiuunt & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderūt me inique. Qui retribuunt mihi mala pro bonis, detrahebāt mihi, quonīa persequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum domine deus salutis meę. Omnium inimicorū suorū meminit qui ad peccatum ipsum pertraxerūt, supplicatq; ac inuocat dominū, ut ne ab ipso discedat. Videbat enim inimicos etiā nunc circa ipsum stantes sibiq; imminentes, & neq; priore contra ipsum audacia contentos, quapropter sollicitus ne iterū in eisdem incidat, ualde uigilanter dicit: Inimici autē mei uiuunt, non enim mortui sunt, neq; semel quod uoluerūt operati abierūt. Quare scriptum est, Ne beatum prędicaueris uirum ante finem suum. Viuūt, sed & confirmati sunt plures existentes super me. Multiplicati enim sunt qui oderunt me, & qui retribuerunt mihi malā pro bonis, qui sanē nondum etiā nunc quiescūt detrahere mihi, quonīa bonā & salutarem uitā persequor, inuidētes mihi salutē. Ea gratia supplico ac rogo, ne derelinquas me domine, solū enim me ad tot resistere nō fuerit possibile. Tu igitur deus meus, ne discesseris a me, uerum ad sis mihi adiutor & custos salutis meę, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN

PSALMVM XLIIII



N IN FINEM, pro his qui immutabuntur, filijs Core ad intellectū, Ode pro dilecto. Videtur equidem etiā hic psalmus humanę naturę perfectius esse, & his qui ad propositum finem secundum uirtutē uiuere uolunt, utilitatem exhibere. Nam proficientibus opus est doctrina ad perfectionem, quam hic psalmus exhibet, inscriptionē habens, In finē pro his qui immutabuntur. Tēte autē dixit, pro hominibus. Nos enim sumus qui maxime omnium rationaliū, alterationibus ac mutationibus, in singulos dies & ferē horas subiecti sumus. Neq; enim corpore neque mente, idem nobis ipsis sumus. Sed corpus quidem nostrū semper diffuens ac caducū, in motu ac transmutatione est, & aut a paruo ad maius augetur, aut a perfecto immittitur ac contrahitur. Non enim idē est puer qui iā ludū literariū petit, & ad artes ac disciplinas percipiendas aptus est, cū infante recens nato. Alius autē rursus ab illo in confesso est pubertatē ingressus, fortia iā opera contingere potens. Et ab hoc pubere alius quis est uir, & firmitate et magnitudine corporis, & rationis cōplemēto. Ad uigorē uero progressus & ætatis statū consecutus, rursus incipit paulatim imminui, corporis habitu latenter ipsi diffuente, & firmitate corporea deficiente, donec prę senectute incuruatus, extremam uirū detractionē sustinuerit. Nos itaq; sumus qui immutatur, & sapiēter sanē nos hoies per hanc uocē psalmus insinauit. Nō enim angeli mutationē suscipiūt. Nullus enim illorū puer est, nullus adolescēs, nullus senex, sed in quo ab initio creati sunt statu, in eo permanent, integra & immutata substantia cōseruata. Nos uero mutamur, corpore quidem uelut dicitū est, iuxta animā uero & internū hominē, unā cū accedētib; reb; semper mentes ac sententias transmutantes. Alij enim sumus dū latamur, & omnia nobis in uita secundo uento procedūt, Alij uero in tēporib; calamitosis, ubi quid pręter animi sententiā acciderit. Immutamur etiā circa iras, ferinū quendā statū assumentes. Immutamur & circa cupiditates, brutis similes euadētes per uoluptuariā uitā. Equi in fœcinas furētes fiunt, qui uxorū proximiā amore insanunt, Et dolosus quidē uulpeculę assimilatur, uelut

Herodes

Herodes. Impudens uerō canis appellatur, uelut Nabal Carmelīus. Vides uarietatē ac multiformitatē immutationis nostrę? Admirare igitur eum qui cōmode appellationem hanc nobis adaptauit. Quapropter uidetur mihi quidā interpres, probe & sagaciter eandem sententiā, per aliam appellationē expressisse, pro his qui immutabuntur, reddēs ipse, pro illijs: citō pereuntes flores humanę naturę fragilitati merito comparādos ducens. Quandoquidē uerō in futurū tempus hęc uox inclinatur: dicitū est enim pro his qui immutabuntur, tanquā in posterū aliquando immutatione hac nobis conspicua futura: consideremus nunquid resurrectionis rationē nobis innuat, in qua immutatio nobis dabitur. Verū immutatio in melius ac spirituale. Seminatur em in corruptione, resurgit in incorruptibilitate. Vides immutationē? Seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Quādo sanē etiā omnis corporea creatura nobiscū immutatur. Nam & celi uelut uestimentū uetrescent, & uelut amiculū immutabit ipsos deus, & mutabuntur. Tunc etiā sol septuplo maior seipso erit, iuxta Esaiā. Et luna iuxta magnitudinem solis quę nunc est. Quandoquidē uerō non omnibus scripta sunt oracula dei, sed his qui aures habēt secundū internū hominē, inscriptionē pro his qui immutabuntur fecit, uelut arbitror pro his qui sui ipsorū curam gerunt, & semper amplius per pietatis exercitia proficiunt. Hęc enim optima est immutatio, quā dextera altissimi largitur, quā etiā beatus David percepit, quū gustatis bonis uirtutis se ad ulteriora extendit. Quid enim ait? Et dixi, nunc incepi. Hęc est mutatio dextere altissimi. Quare qui proficit ad uirtutem, nunq; non immutatur. Quū enim essem paruulus, inquit, loquebar ut paruulus, sapiebā ut paruulus, cogitabā ut paruulus: quando uerō factus sum uir, aboleuī ea quę sunt puerorū. Et rursus, uir factus non quieuit ab actione, sed posteriorū obliuiscens, & ad ulteriora pergens, iuxta scopū persecutus est brauium supernę uocationis. Immutatio igitur est; dum internus homo de die in diem renouatur. Quandoquidē igitur annunciaturus est nobis propheta de dilecto, qui dispensationē incarnationis pro nobis suscepit, pro his qui digni sunt hoc beneficio, hanc oden se emisisse filijs Core dicit. Ode enim est siue carnē, & nō psalmus, quia nuda uoce, ipso organo nō simul sonitum edente, cum cōcinnā uocis modulatione edita est. Ode autē pro dilecto. Nū igitur exponam tibi dilectū quē his uerbis dicit, aut etiā ante meā expositionē nosti, memor Euangelicę uocis: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite? Dilectus enim patri quidē, uelut unigenitus, omni uerō, creaturę, uelut benignus pater & bonus pater. Idem autē est natura dilectū & bonū. Quapropter recte definiunt quidā, bonū esse quod omnes cupiunt. Non est autē cuiuslibet ad dilectionis perfectionē procedere, & reuera bonū cognoscere. Sed etus qui iam exiit ueterē hominē, qui corrūpitur cupiditatib; fraudis, & induit nouū qui renouatur ad cognitionē secundū imaginem cōditoris. Nam qui pecunias diligit, & circa corruptibilem corporū pulchritudinē consternatus est, & gloriolā hanc pręfert, dilecti potētia in ea quę nō oportebat insumpta, is ad uere dilecti spectaculū ex cæcatus est. Quapropter inquit, diliges dominū deum tuū, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. At uerō uox ex tota, partitionē ad alia non admittit. Quantū enim dilectionis insumperis in inferna, tantum tibi necessariō deficiet a toto. Ob id pauci ex omnibus amici dei appellati sunt: uelut de Moyse scriptū est, quod sit amicus, & de Ioāne: Amicus enim, inquit, sponsi stans gaudio gaudet, hoc est qui stabilem & immobilem habet in Christū dilectionē, hic amicitia ipsius dignus est. Quapropter etiam discipulis iam perfectis dominus dicit: Non amplius uos dico seruos, sed amicos. Nam seruus nō nouit quid facit dominus ipsius. Perfecti igit est reuera dilectū cognoscere, & reuera soli sunt amici dei & inter se ipsi sancti. Nullus autē malus aut indoctus amicus est: non enim cadit amicitia bonū in malam affectionē. Quare nihil turpe & inconcinnū, ad amicitia cōsonantiā procedere potest. Nam malū nō solum bono contrariū est, sed etiam ipsum sibi ipsi. Iam uerō ad ipsa psalmi uerba expēdenda progrediamur. Iam quidē aliqui putauerūt ex persona patris hęc dici, de uerbo in principio apud ipsum existente, quod uelut ex corde ac ipsis uisceribus, inquit, produxit, & a bono corde bonū uerū processit. Mihi uerō uidentur hęc ad prophetiā personā referri. Nam quę deinceps ab hoc dictio sequuntur, nō amplius similiter ex æquāt nobis de patre expositionē. Neq; enim de sua ipsius lingua pater dixit: Lingua mea calamus scribę scribētis uelociter, spiritus forma prę filijs homi-

k 3 num

num. Non enim ex comparatione ad homines, præminentiam pulchritudinis habet. Et progressus inquit, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Non enim dixit: unxit te ego deus. Sed unxit te, ut ex hoc declaratur, aliam esse loquentem personam. Quæ aut hæc sit alia quam propheta, qui spiritus sancti actione in ipsum facta suscepit. Eructauit, inquit, cor meum uerbum bonum. Quandoquidem enim ructus est status occultus, qui iuxta alimentum feruorẽ erumpentibus bullis sursum transpirat: qui nutritus est pane uiuentis, qui ex cœlo descendit, & uitam mundo dedit, & qui saturatus est omni uerbo prodeunte ex ore dei, iuxta consuetam scripturam tropologiam, anima sacris disciplinis nutrita, consimilem edulis ructum emittit. Quapropter quoniam spirituale & bonum erat alimentum, uerbum bonum eructat propheta. Bonus enim homo ex bono cordis sui thesauro bonum profert. Quæramus igitur etiam nos ex uerbo alimentum ad animarum nostrarum saturitatem: Iustus enim, inquit, edens implet animam suam, quo iuxta proportionem eorum ex quibus alimur, non uulgare uerbum, sed bonum emittamus. Malus enim homo à malis dogmatibus nutritus, eructat ex corde suo uerbum malum. Non uides qualia hæreticorum ora eructant, quam grauiam & foetida, magnam quendam morbum in profundo miserorum illorum declarantia: Malus enim homo ex malo thesauro cordis sui malum profert. Ne igitur prurientibus auribus doctores tibi ipsi accumules, morbum in uisceribus tuis operari potes, & maiorum tibi uerborum ructum propinare, ob quæ in die iudicij condemnationem subiturus es. Ex uerbis enim tuis, inquit, iustificaberis, et ex uerbis tuis condemnaberis. Dico ego opera mea regi. Valde adduxit nos ad prophetice personæ sententiam, etiam hoc uerbum. Dico ego opera mea regi, pro confitebor iudici, & præuerto accusatorem per priorum operum delationem. Præceptum enim accepimus quod iubet: Dic tu primus iniquitates tuas ut iustificeris. Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Quemadmodum calamus instrumentum est scriptorium manu perit mouente ipsum, ad eorum quæ scribuntur notas exprimendas, sic iusti lingua mouente ipsam sancto spiritu, inscribit uerba uitæ æternæ cordibus credentium, tincta non atramento, sed spiritu dei uiuentis. Scriba igitur est spiritus sanctus, quia sapiens est & doctor omnium. Velociter uero scribit, quia uelox est mentis motus. Sententias autem inscribit nobis spiritus, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis. Secundum proportionem uero latitudinis cordis, plura aut pauciora cordibus spiritus inscribit, aut manifesta omnibus, aut obscuriora, iuxta puritatis præparationem. Porro propter uelocitatem eorum que scribuntur, plena omnis de cætero terra Euangelio facta est. Caterum quod sequitur deinceps, à proprio principio sumere mihi uidetur, & non cum præcedentibus. conecere, sed ad sequentia adiungere. Nam speciosus forma, ad dominum dici putamus, iuxta personæ auersionem. Speciosus forma præter filios hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Inducit autem nos ad hanc sententiam, & Aquila, & Symmachus. Ille quidem quum reddiderit, pulchritudine exornatus es præter filios hominum. Symmachus uero, pulchritudine pulcher es præter filios hominum. Speciosum igitur forma appellat dominum, qui ipsius diuinitatem intente inspicit. Non enim carnis pulchritudine celebrat. Vidimus enim ipsum & non habebat speciem, neque formam, sed species ipsius ignominiosa, deficiens præter filios hominum. Manifestum est igitur quod inspecta ipsius claritudine, & splendoribus illius repletus, per hanc pulchritudinem percussus propheta, ad diuinum spiritualis pulchritudinis amoris commotus est, quæ ubi humanæ animæ illucescit, omnia turpia ac uilia quæ hactenus diligebantur apparere. Quapropter Paulus quum uidisset speciosam formam: omnia duxit esse sterquilina, quo Christum lucrifaceret. Equidem externam uerbo ueritatis, stultitiam nominat Euangelij prædicationem, simplicitatem dictionis scripturarum contemnentes. Nos autem qui gloriamur in cruce Christi, quibus manifesta sunt per spiritum ea quæ nobis sunt à deo donata, non in doctis humanæ sapientiæ sermonibus, nouimus quod diues est gratia diffusa à deo in doctrinis de Christo. Quapropter in breui tempore omnem ferme terram penetravit prædicationis. Nam diues & luculenta gratia effusa est in præcones Euangelij, quos etiam labia Christi scriptura nominauit. Quare in contemptibilibus dicitur uiculis multam uim persuadendi, & attractoriam ad salutem prædicationem Euangelij habet. Et omnis anima immobilibus dogmatibus apprehensa est, per gratiam ad inconcussam in Christum fidem confirmata. Unde inquit Apostolus, per quem accepimus gratiam & apostolatam ad obedientiam fidei. Et rursum: Abundantius omnibus his laboraui: non ego autem, sed gratia Dei quæ mecum est. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Scriptum est in Euangelio, quod admirabantur propter sermones gratiæ procedentes per os

ipsius. Quapropter psalmus significanter multitudinem gratiæ uerborum Domini nostri declarare uolens, diffusa est gratia in labijs tuis, inquit, propter gratiæ in ipso uerbo luculentiam. Benedixit te deus, inquit, in æternum. Manifestum est quod hæc ad humanitatem referre oportet, secundum quod proficit sapientia & ætate & gratia. Iuxta hæc nimirum, etiam uirilium factorum præmium ipsi datum esse gratiam ipsam intelligimus. Simile autem huic est, Dillexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Cui consimile est & illud Philippensibus à Paulo scriptum. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, quapropter etiam deus ipsum exaltauit. Quare manifestum est quod hæc de saluatore homine dicuntur. Aut quoniam ecclesia corpus est domini, & ipse caput ecclesiæ, quemadmodum diximus labia esse Christi eos qui cœlesti uerbo inseruiunt, uelut Paulus in seipso habens Christum loquentem, & si quis illi uirtute consimilis esset, sic etiam reliquæ corporis Christi partes, nos singuli credentes sumus. Qui igitur datam ecclesiæ benedictionem ad dominum refert, non peccabit. Benedixit igitur deus te, hoc est partes tuas & corpus tuum, impleuit bonis suis in æternum, hoc est in infinitum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, specie tua & pulchritudine tua. Putamus itaque figurate referri ad uinum dei uerbum, ut carni coniungatur, quod est efficax & magis penetrans quam omnis gladius anceps, & pertingens usque ad animam & spiritus dissectionem, iuncturatumque ac medullæ, & discernens cogitationes ac consilia. Nam femur signum est actionis circa generationem: hæc enim, inquit, animæ progressa ex femoribus Iacob. Quemadmodum igitur uita est & uia, & panis & uitis, & uera lux, & alij infinitis nominibus dominus noster Iesus Christus nominatur: sic etiam gladius disciscans affectuosam animæ partem, & mortificans concupiscentiæ motus. Deinde quia coniungi uult deus uerbum carnis imbecillitati, bene additum est, potentissime: propterea quod maximæ potentiæ demonstrationem habet, posse deum in humana natura esse. Non enim tanta est: cœli ac terræ constitutio, & maris, & aeris, & maximorum elementorum generatio, & si quid supermundanum intelligi potest, & si quid sub terra potentiam dei uerbi declarat: quanta est circa incarnationem dispensatio, & ad humilitatem ac infirmitatem humanæ naturæ demissio. Specie tua & pulchritudine tua. Species à pulchritudine differt. Nam speciosum dicitur quod est completum iusto tempore ad proprium uigorem, hoc est maturum, uelut speciosum dicitur frumentum, paratum iam ad messum. & speciosus fructus uitis, qui propriam concoctionem ad sui perfectionem per anni tempus adeptus est, & idoneus est ad esum. Pulchritudo uero est in membrorum compositione concinnitas, efflorescentem gratiam habens. Accingere igitur gladio tuo super femur tuum potentissime, specie tua, hoc est in temporis complemento: & pulchritudine tua, hoc est considerabili & intelligibili deitate. Illa enim reuera est pulchritudo, omnem humanam comprehensionem ac potentiam excedens, & sola mente uisibilis. Et cognouerunt ipsius pulchritudinem discipuli, quibus priuatim parabolas dissoluit. Vidit ipsius pulchritudinem Petrus, et filij tonitruum in monte, fulgore solis splendorem excedentem, & proceram gloriosi aduentus eius oculis haurire digni facti sunt. Et intende, inquit, & prospere procede, & regna. hoc est exorsus cum tam hominum per carnem, intentam ac durantem, & nunquam deficientem curam habeat: hoc enim uiam & cursum exhibebit prædicationi, & omnes regno tuo subijcet. Nec uero perturbet nos quod imperatiue dicitur, prospere procede, siue prosperare: quum ea scripturæ sit consuetudo, ut sic semper optatiua formet. Fiat enim uoluntas tua, pro utinam fieret: & aduentat regnum tuum, pro utinam adueniret, dicit. Propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Rursus sermo similiter formatus est, uelut dominus mercedem hæc accipiat, prosperari uidelicet & regnare, propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam. Oportet autem sic intelligere. Quoniam mendacio peruersæ sunt res humane, quo semines ueritatem, regna inter homines qui à peccato reguntur, tu enim es ueritas, & propter mansuetudinem, ut tuo exemplo omnes ad mansuetudinem æquitateque ac bonitate perducantur. Quamobrem etiam dominus dixit, discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sed & ipsam mansuetudinem factis ostendit, dum conuictis impetebat, tacebat, dum flagellabatur, sustinebat. Et deducet te mirabiliter dextera tua. Non columna nubis, non splendor ignis, sed ipsa dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ potentissime. Sagittæ potentissimi acutæ, sunt uerba sagaciter collimata, & corda auditorum pertingentia,

feruentia ac uulnerantia animas subtili sensu præditas. Verba enim inquit sapientium, uelut stimuli bouum. Quare etiam psalmista liberari aliquando à dolosis sui seculi optans, in remedium lingue dolosæ, sagittas potentis acutas quærit. Requirit etiam carbones desolatorios, ut quorum corda non contingant ob callositatem, sagittæ uerborum spirituales, his paratum sit supplicium, quod carbones desolatorios appellauit. Qui enim seipso desolatos à deo constituerunt, his necessario carbones desolatorij parantur. Nunc igitur sagittæ tuæ acutæ. Ex his sagittis fauciatur animæ quæ fidem susceperunt, & ad summam dei dilectionem exarserunt, & similiter uelut sponsa dicunt, uulnerata dilectione ego sum. In enarrabilis autem & inexplicabilis est uerbi pulchritudo, & sapientiæ speciositas, & dei in imagine ipsius forma. Beati igitur qui ueræ pulchritudinis spectaculum amant, nam uelut alligati ipsi per dilectionem, & cœlestem ac beatum amantes amorem, obliuiscuntur familiarium & amicorum, obliuiscuntur familiarium & totius opulentia, obliuiscuntur item corporales necessitates edendi ac bibendi, soli diuino ac puro amori additi ac intabescunt. Intelliges autem sagittas acutas, eos qui missi sunt ad diffeminandum euangelium per totum orbem: qui propterea quod acuti erant, iustitiæ operibus fulgebant, & tenuiter atque acute audientium animas penetrabant. Hæ enim sagittæ ubique præmissæ, præparabant populos ut submitterent se Christo. Videtur autem mihi meliori consequentia restitui ipsa dictio per hyperbaton, hoc est transgressionem uerborum, ut talis sit sententia. Intende prospere procede & regna, & deducet te dextera tua, & populi sub te cadent, propterea quod sagittæ tuæ acutæ sunt, in corde inimicorum regis. Nullus deo repugnans, temerariusque ac arrogans submittit se deo, sed qui ex fide subiectionem susceperunt. Sagittæ autem cordibus eorum qui aliquando inimici regis fuerunt illapsæ, trahunt ipsos ad ueritatis desiderium, trahunt ipsos ad dominum, ut inimici deo existentes, conciliantur ipsi per doctrinas. Sedes tua deus in seculum seculi. Virga rectitudinis, uirga regni tui. Dillexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus tuus oleo laticia, præ confortibus tuis. Quædoquidem multa ad humanitatem intentus dixit, reducit nunc sermonem ad altitudinem maiestatis unigeniti. Sedes tua, inquit, deus in seculum seculi, hoc est regnum tuum ultra secula, & omni intelligentia antiquius, Et recte post populorum subiectionem, magnificentiam dei celebrat, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Ideo ipsi propriam appellationem attribuit, manifeste ipsum appellans deum, sedes tua deus. Castigatrix & correctrix est uirga dei, castigas autem recta, & non peruersa iudicia inducit: quapropter uirga rectitudinis, uirga regni ipsius appellata est. Si enim dereliquerint filij ipsius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, uisitabo in uirga iniquitates ipsorum. Vides iustum iudicium dei: non in quoslibet utitur, sed in peccatores. Hæc autem & consolationis uirga dicitur. Virga enim tua, inquit, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hæc & contritionis uirga est. Reges enim, inquit, ipsos in uirga ferrea, uelut uasa figuli confringes ipsos. Confringentur autem terrea & lutea, in beneficentiam eorum qui reguntur, quomodo etiam traduntur in interitum carnis, ut spiritus seruetur. Propterea unxit te deus, deus tuus oleo laticia præter confortes tuos. Quandoquidem oportebat figurare typicam unctionem, & typicos pontifices ac reges, caro domini uero unguento uncta est, ipso sancti spiritus super ipsam aduentu, quod laticia oleum appellatum est. Unctus est autem præter confortes suos, propterea quod illis quidem particularis spiritus participatio dabatur, super filium uero dei descendens spiritus sanctus, uelut Ioannes dicit, mansit super ipsum. Bene autem laticia oleum spiritus appellatur, quia unus de fructibus qui à spiritu coluntur, est gaudium. Quandoquidem uero mixtus est de saluatore sermo, propter naturam deitatis & dispensationem incarnationis, rursus ad humanitatem dei respiciens dicit, Dillexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quasi diceret, reliqui homines labore & exercitio ac attentione sæpe acquirunt affectionem ad bonum, & auersionem à malis, tibi uero naturalis quædam est cõiunctio ad bonum, & abalienatio ab iniquitate. Sed & nobis non fuerit difficile, si uelimus dilectionem erga iustitiam suscipere, & odium aduersus iniquitatem. Omnem enim potentiam rationali animæ utiliter dedit deus, sicut dilectionis, ita etiam odij, ut per uerbum & rationem directi, diligamus uirtutem, & odio habeamus iniquitatem. Licet enim aliquando laudabiliter odio uti. Nonne odio habentes te dñe odio habui? Perfectio odio odi ipsos. Myrrha & stactæ & casia

& casia à uestimentis tuis, à domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filia regum in honore tuo. Subdescendens consequenter propheticus sermo, & oia iuxta incarnationis dispensationem præexponens, per intuitum spiritus reuelatis ipsi occulta, peruenit ad passionem. Myrrha enim, inquit, & stactæ & casia, à uestimentis tuis. Myrrha itaque quod sepultura sit lignum, etiam euangelista Ioannes nos docuit, ubi dicit ipsum à Ioseph ab Arimathea sepultum esse cum myrrha & aloë. Stactæ uero etiam ipsa myrrhæ species est tenuissima. Expresso enim aromate, quantum eius fluidum est in stactem separatur, quod uero crassum remanet, myrrha appellat. Itaque Christi fragrantia myrrhæ quidem spirat, propter passionem, stactem uero, propterea quod non immobilis, neque inefficax & ociosus permansit tribus diebus ac tribus noctibus, sed descendit ad infernum gratia dispensationis circa resurrectionem, ut uniuersa seipso impleat. Casiam uero spirat, quia casia cortex est tenuissimus & odoratus, qui circum lignosum sarmentum obtenditur. Nunquid igitur crucis passionem in beneficium omnis creaturæ assumptam, alte & sapienter per casia nomen psalmus nobis insinuauit? Habes igitur myrrham propter sepulturam, Stactem propter descensum ad inferos. Omnis enim stilla & gutta deorsum fertur. Casia propter carnis circa lignum, mysterium ac dispensationem. Ex hac autem causa exhilarauerunt te, inquit, filia regum in honore tuo, Filia uero regum quæ nam fuerint alia quam generosa ac magna & regis animæ, quæ propter descensum ad homines agnito Christo, exhilarauerunt ipsum in honore, in uera fide & perfecta dilectione, glorificantes ipsius deitatem. At uero aromata hæc non parce Christi uestibus adesse dicit (sunt autem hæc, parabola uerborum & dogmatum supellex) sed à totis adificijs ferri. Domus enim hic pro maximis adificijs dicitur, atque hæc ex ebore constructæ, uelut ego arbitror diuitem Christi erga mundum dilectionem propheta docete. Altit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, circumdata, uariiegata. De ecclesia iam loquitur, de qua in Cantico didicimus, quod una est perfecta Christi columba, quæ ad dextrum Christi locum suscepit eos qui propter bona opera noti redduntur, disparans ipsos à malis, quemadmodum pastor separat agnos ab hædis. Astat igitur regina, ipsa sponsali uerbo in cõnubium data anima, non peccati imperio subiecta, sed regni Christi particeps, à dextris saluatoris in uestitu deaurato, hoc est in dogmatibus spiritualibus subtectis & uariiegatis, uenuste & religiose seipsam exornans. Quoniam uero non unius speciei sunt dogmata, sed uaria & multiformia, morales & naturales & speculatiuos appellatos sermones complectentes, ideo uariiegatum esse uestitum sponse psalmus dicit. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt ipsum. Exhortatur ecclesiam ad audiendum & seruandum præcepta, & cõiungit sibi ipsam per appellationem, filiam appellans ipsam, uelut qui per dilectionem genuerit ipsam. Audi filia & uide. Docet exercitatum ipsam habere mentem ad speculationem, per hoc quod dicit uide. considera, inquit, creationem, & utilitatem ex ordine ipsius acceptam, ita ad creatoris speculationem ascende: deinde elatum arrogantia ipsius collum inflectens, inclina, inquit, aurem tuam. Ne decurras ad externas fabulas, sed humilitatem uocis in euangelico sermone suscipe, Inclina aurem tuam ad hanc doctrinam, ut obliuiscaris prauorum illorum morum & paternorum dogmatum, quapropter obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Omnis enim qui facit peccatum, ex diabolo natus est. eijce, inquit, mihi dæmonum doctrinas, obliuiscere sacrificiorum, chorearum nocturnarum, fabularum adscortationem & omnem petulantiam inflammantium. Propterea filiam te meam appellauit, ut odio habeas parentem qui te prius genuit ad interitum. Si enim per obliuionem maculas prauorum dogmatum obliueris, recepta propria pulchritudine tua, desiderabilis apparebis sponso & regi, quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt ipsum. Necessitatem subiectionis declarat per id quod ait, ipse est dominus tuus. Adorabunt autem ipsum omnes creaturæ, quia in nomine Iesu Christi omne genua flectet, cœlestium, terrestrium & infernorum. Et filia Tyri in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Summa idololatria in Chanaanide regione perpetrata esse uidetur. Metropolis autem Chanaan est Tyrus. Exhortans igitur ad obedientiam, ipsam ecclesiam psalmus, Et filia, inquit, Tyri ueniet aliquando cum muneribus. Sed & uultum tuum adorabunt diuites populi, adorabunt in muneribus. Non dixit te adorabunt in muneribus, sed uultum tuum. Non

Non enim ecclesia adoratur, sed ecclesiae caput Christus, quem uultu nominauit scriptura. Omnis gloria filiae regis & internis, in simbrijs aureis circumamicta, uariiegata. Adducuntur regi uirgines post eam. Postquam purgata est a ueteribus prauitatis doctrinis, obediens facta dogmati, & oblita populi sui & domus patris sui: enarrat spiritus sanctus res ipsius, & quandoquidem uidit puritatem in occulto, omnis, inquit gloria filiae regis, hoc est sponsae Christi, quae de caetero per adoptionem filia regis facta est, ex internis est. Hortatur hic sermo, ut ad intima ecclesiasticae gloriae mysteria procedamus, uelut intus existat pulchritudo sponsae. Qui enim praeparat seipsum patri uidenti in occulto, & adoratur, omniaque facit, non ut uideatur ab hominibus, sed soli manifestus sit deo, hic omnem gloriam intus habet, uelut etiam filia regis. Sed & simbriae aureae, quibus tota circumamicta est ac uariiegata, in internis sunt. Nihil quaeas in externo auro & corporali uarietate, sed amictum quendam intellige, qui dignus sit ornare eum qui secundum imaginem uentris est conditoris, uelut inquit Apostolus, exuto ueteri homine, & induto nouo, qui renouatur ad cognitionem secundum imaginem conditoris. Et qui induit uiscera misericordiae, bonitatem, humilitatem, longanimitatem, mansuetudinem, intus amictus est, & internum hominem ornatus est. Sed & Paulus admonet. Induite Iesum Christum. Non secundum externum hominem, sed ut mentem nostram dei memoria amictat. Arbitror autem spirituales uestes texi, quum uerbo doctrinae consequens actio implicatur. Quemadmodum enim stamini implicat subtegmen, dum corporalis uestis texitur: sic uerbo praesubstitite, si consequenter actiones inducantur, uentusissimus amictus animae cōfici potest, quae & uerbo & opere uirtuosam uitam completam habet. Simbriae porro dependent a uestitu, spirituales ipsae quoque, quapropter etiam aureae esse dicuntur. Quandoquidem uerbum maius est opere, uelut simbria quaedam est a textura ad actionem redundans. Sequitur autem sponsam domini animae quaedam, quae non assumpserunt semen dogmatum alienorum, quae adducuntur regi sequentes sponsam. Audiant quae uirginitatem domino uouerunt, quae uirgines adducuntur regi. Virgines autem propinquae existentes ecclesiae, post ipsam sequentes, & ab ecclesiastica disciplina non aberrantes. Adducunt autem uirgines in laetitia & exultatione, adducunt in templum regis. Non quae coactae subierunt uirginitatem, neque quae ex moerore aut necessitate susceperunt castam uitam, sed quae in laetitia & exultatione ob uirtuosum hoc factum gaudent, haec adducunt regi, & adducuntur non in uulgarem locum, sed in templum regis. Nam uasa sacrata quae non inquinantur humanis usus, ad sancta sanctorum adducuntur, & potestatem habebunt accessus ad aedem, ubi prophetae pedes non ambulabunt. Quanta autem res adduci in templum regis, propheta ostendit pro seipso orans ac dicens: unam peti a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitae meae, ut uideam uoluptatem domini, & uisitem templum eius. Pro patribus nati sunt tibi filij, constituet eos principes super omnem terram. Quandoquidem supra praecipit est ipsis, ut obliuisceretur populi, & domus patris, in obedientiae retributionem nunc pro patribus accipit filios tantis dignitatibus ornatos, ut constituat ipsos principes super omnem terram. Qui igitur sunt ecclesiae filij: nimirum filij euangelij, qui toti terrae imperarunt. In omnem enim, inquit, terram exiit sonus eorum, & sedebunt super duodecim thronos, & iudicabunt duodecim tribus Israel. Si uero quis patres sponsae accipiat patriarchas, etiam psalmi uerba ab apostolis non discedunt. Pro illis enim nati sunt ei filij per Christum, qui faciunt opera Abrahae, & propterea aequali honore cum ipsis digni iudicantur, ex eo quod eadem quae illi fecerunt, propter quae magnis honoribus patres digni facti sunt. Principes uero uniuersae terrae sunt sancti, propter consortium ad bonum, quum ipsa boni natura primatum ipsis addat. Sicut praebuit Iacob potestatem in ipsum Esau, esto enim, inquit, dominus fratris tui. Qui igitur aequales patribus sunt, & preminentiam supra omnes per uirtutis exercitationem assumpserunt, etiam filij sponsae Christi existunt, & a propria matre constituantur principes super omnem terram. Considera porro mihi reginae potestatem, quantam in se habeat, ut eligat principes super omnem terram. Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione, propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, & in seculum seculi. Post omnia uelut ex ecclesiae persona sermo hic dictus est. Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione. Quae uero est ecclesiae memoria, confessio populorum uidelicet.

Diui



In finem, pro filijs Core, pro arcanis psalmus. Prophetiam uidetur mihi continere psalmus, de rebus iuxta finem. Quem finem intuitus etiam Paulus, dicit: deinde finis, quum tradiderit regnum deo & patri. Aut quoniam actiones nostrae deducunt nos ad finem, una quaeque ad sibij ipsi proprium, bona ad beatitudinem, mala ad aeternam condemnationem: consilia uero quae in hoc psalmo a spiritu sancto tradunt, credentes ad bonum finem perducunt, ea gratia inscriptus est, in finem, tanquam relatio doctrinarum ad beatum humanae uitae finem existat. Pro filijs Core. Filijs Core etiam hic psalmus dicitur, quos non diuidit spiritus sanctus, propterea quod uelut una anima et una uoce, cum omni inter se consonantia propheticos sermones emisissent, ita ut nihil praeter alios prophetarum aliquis ex ipsis, sed propheta munere ex aequo ipsis dato, propter aequalem ipsorum inter se ad bona affectum. Pro arcanis autem dicitur psalmus, hoc est pro occultis & in mysterio coelatis. Ceterum ubi ad particularia psalmi dicta peruenis, sermonum ipsorum arcana addices, & quod non cuiusuis est, diuina mysteria inspicere, sed eius tantum qui concinnum annunciationis organum fieri potest, ut pro psalterio anima ipsius moueatur, ab operante in ipsa spiritu sancto. Deus nostrum refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus quae inueniunt nos ualde. Multo auxilio omnis homo opus habet, propter debilitatem quae ex natura ipsi adest, quum multa ipsi tristitia & molesta accedant, ex omnibus calamitatibus refugium quaerens: & uelut ad asylum & tutum locum confugiens, aut ad quendam uerticem acutum fortis muro circumdatum defugiens, propter hostium incursum, sic ad deum confugit, mansionem in ipso solam requiem esse ducens. Quod quidem igitur ad deum refugium, apud nos confessum est. Verum multum errorem ac confusionem inimicus inuenit circa seruantis electionem. Insidias enim uelut hostis, rursus hos quibus insidiatur, decipit, ut ad ipsum uelut custodem defugiant. Quare duplex ipsis imminet malum, ut uel per uim capiatur, aut ex fraude pereant. Quapropter ad daemones confugiunt increduli, ueri dei cognitione, praefusa confusione a diabolo ipsis facta, spoliati. Sed & qui cognoscunt deum circa rerum discretionem errant, inerudite petitiones utilium facientes, & petentes quaedam uelut bona, quae saepe numero ipsis non conducunt: & fugientes quaedam uelut mala, multam aliquando ipsis utilitatem afferentia. Velut uerbi causa, aegrotat quis, fugiens morbi molestias, optat sanitatem. Amisit pecunias, dolore afficitur ob damnum. Est autem saepe etiam morbus utilis, ubi eruditurus est peccatorem. Et sanitas nocua, ubi uaticum fit ad peccatum ei qui ipsam habet. Sic etiam pecuniae quibusdam iam ad proteruitatem inseruierunt. Et paupertas multos ad malum promptos, ad modestiam reuocauit. Neque igitur confugas ad quae non oportet, neque defugas ad quem non oportet. Sed unum tantum fugias peccatum, & unum ex omnibus malis refugium tibi sit deus. Ne confidite in principibus, ne elati sitis ob diuitiarum incertitudinem, ne gloriemini ob corporis potentiam, ne persequimini humanam gloriae claritudinem. Nihil horum saluat: omnia momentanea sunt, omnia fraudulenta, unicum refugium deus. Nam maledictus homo qui spem ponit in homine, aut aliquid rerum humanarum. Deus igitur nostrum refugium & uirtus. Qui enim dicere potest, omnia possum in eo qui me potentem facit Christo, ei deus uirtus est & potentia. Multorum igitur est dicere, deus nostrum refugium, & domine refugium factus es nobis. Verum eodem cum propheta affectu dicere, ualde paucorum. Pauci enim sunt qui non admirantes res humanas, sed toti ex deo pendentes, & ipsum spirantes, omnem spem ac confidentiam in ipso habeant. Et redarguunt sane nos res ipsae, quum in tribulationibus ad omnia magis quam ad deum curramus. Aegrotat tibi filius, tu incantatorem requiris, aut eum qui inanes characterum figuras collo innocentium puerorum alligat. Aut postremum ad medicum ac medicamenta deuenis, eum qui seruare potest negligens. Et si in somnium te perturbabit, ad coniectorem curris: & si timueris inimicum, unum aliquem hominem adiutorem inquiris. Et in summa, in singulis necessitatibus redargueris, quod deum quidem nominas refugium, uerum ipso facto ex inutilibus ac uanis auxiliis quaeris. Est autem iusto uerum auxilium deus, uelut exercitus imperator praeclearis armis instructus, promptus est semper ad auxiliandum oppressae parti. Sic noster deus adiutor est, & auxiliarius omni militanti aduersus insidias diaboli, demittens ministratorios spiritus ad in-

ad indigentium salutem. Inuenit autem tribulatio omnem iustum, propter uitam institutum. Qui enim declinat latam ac spaciosam uiam, ambulat autem arctam & angustam, is inuenitur a tribulationibus. Animate formauit sermonem Propheta, quum dixit, in tribulationibus quae inuenerunt nos ualde. Quemadmodum enim animalia animata deprehendunt nos, operantes patientiam, & per patientiam probationem, & per probationem spem. Vnde etiam Apostolus ait, per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum caelorum, & multas tribulationes iustorum. Sed generosus et qui imperturbate tentationem ex tribulatione sustinuit, dicet, quod in his omnibus uictores euadimus per eum qui dilexit nos: & tantum abest, ut desperet ac torpeat in tribulationibus, ut etiam gloriam diuinitatis malorum excessum faciat, dicens, non solum autem, uerum etiam gloriam in tribulationibus. Propterea non timebimus, dum turbabit terra, & transferentur montes in cor maris. Magnum firmamentum confidenter in Christum ostendit Propheta, ut mirum, etiam si omnia sursum ac deorsum ferantur, & si terra turbata eueratur, & si montes propria relicta sede, ad medium maris transferantur, non timebimus, propterea quod habemus deum refugium & uirtutem, & auxiliatorum in tribulationibus quae inuenerunt nos ualde. Cuius cor ita impavidum est, cuius cogitationes ita imperturbatae sunt, ut in tanta confusione, mentem ad deum extendat, & propter spem ad ipsum in nulla re perturbetur. Nos autem hominis iram non sustinemus, aut cane nos impetente, aut alio aliquo animali, non ad deum respicimus adiutorem nostrum in tribulationibus, sed pauescimus ac consternati ad nos ipsos conuertimur. Sonuerunt & turbatae sunt aquae ipsorum. Dixit terra turbationem, & montium translationem, nunc addit etiam maris commotionem ac subuersionem, montibus in medium pelagus illabentibus. Sonuerunt et turbatae sunt aquae ipsorum, marium uidelicet. Ampliorem autem fecerunt in aquas turbationem ipsi montes non collocati in mari, sed propria commotione multam agitationem aquis inducentes. Quando igitur terra quidem turbatur, aquae autem maris sonabunt, & ex profundo ebullient, montes uero transferuntur, & multam turbationem sustinent, propter excellentem domini potentiam, Tunc, inquit, inconsternatum est cor nostrum, propterea quod tutas & firmas in deum spes habeat. Conturbati sunt montes in fortitudine ipsius. Poteris etiam tropice accipere huius dicti sententiam, ita ut montes nominet eos qui ob suam magnitudinem superbiunt, uerum dei maiestatem ac fortitudinem ignorat, et contra notionem dei se effert, deinde uincuntur ab his qui cum potentia & sapientia uerbum sapientiae profitentur ac docent, & post perceptionem suae inopiae dominum timeant, & sub fortitudinem ipsius se demittunt. Aut fortassis etiam principes seculi huius & patres pereuntis sapientiae, montes ipsi quoque dicuntur, qui turbati sunt in Christi fortitudine, quam ipse in certamine crucis ad eum qui imperium mortis habet, ostendit. Exutus enim uelut generosus pugil, deuicit principatus ac potestates, & traduxit in fiduciam, triumphans de ipsis in ligno. Fluminis impetus laetificat ciuitatem dei. Saluae quidem aquae uehementer a uentis conturbatae sonuerunt & turbatae sunt. Verum fluminis impetus citra strepitum procedentes, & placide his qui digni sunt susceptione allabentes, laetificant ciuitatem dei. Et nunc iustus bibit aquam uiuentem, & postea copiosius bibet, ubi in ciuitatem ciuitatis dei numerum relatus fuerit. Verum nunc quidem per speculum & in aenigmate bibit, propter paulatim contingentem diuinarum speculationum comprehensionem. Tunc autem simul inundans flumen suscipiet, quod totam ciuitatem dei per laeticiam illuere potest. Quod uero fuerit aliud flumen dei quam spiritus sanctus, ex fide credentium in Christum dignis accedens: Qui enim credit in me, inquit, flumina ex uentre ipsius fluent. Et rursus, si quis biberit ex aqua quam ego do, fiet in ipso fons aquae salientis in uitam aeternam. Hoc itaque flumen laetificat omnem simul dei ciuitatem. Aut ecclesiam eorum qui diuersantur in caelis, aut omnem spiritualem creaturam a supermundanis potentibus usque ad humanas animas, ciuitatem intelligere oportet, quae laetificatur a spiritus sancti influxu. Diffiniunt enim quidam ciuitatem esse congregationem firmam, quae secundum leges gubernatur. Congruit autem etiam supernae Hierusalem caelestis ciuitati haec ciuitatis diffinitio. Congregatio enim etiam illic est primogenitorum descriptorum in caelis, atque ea firma, propter uitae sanctorum immutabilitatem, & quae secundum legem gubernatur. Illius itaque reipublicae constitutionem & omnem ordinationem perdiscere

discere, nullius humanae naturae est: illa enim sunt quae oculus non uidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis descenderunt, quae praeparauit deus his qui diligunt ipsum. Praeterquam quod aliquot milia angelorum sunt isthic, & conuentus sanctorum, & ecclesia primogenitorum descriptorum in caelis. De illa inquit Dauid, gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Illi ciuitati per Esaiam promittit deus, ponam te exultationem aeternam, laeticiam generationum generationibus, & non erit contritio, neque miseria in confinibus tuis, sed uocabuntur salutare muri tui. Eleuatis igitur animae oculis, uelut dignum est supernis rebus, ciuitatem dei quaere. Quid uero indignum illius beatitudine quis mente concipere ualeat, quam laetificat quidem flumen dei, artifex uero ipsius ac opifex est deus. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Fortassis carnem dei gestatricem dicit, sanctificata per coniunctionem ad deum. Quare intelliges tabernaculum altissimi, aduentum dei per carnem. Deus in medio eius, & non commouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo. Et quando quidem deus in medio ciuitatis est, largitur ipsi ut inconcussa sit, auxilium ipsi exhibens in primis lucis exortibus. Siue igitur supernae Hierusalem, siue infernae ecclesiae, ciuitatis nomen congruet, sanctificauit in ipsa tabernaculum suum altissimus, & per hoc tabernaculum in quo habitauit deus, in medio ipsius fuit, largiens ipsi ut non concutatur. In medio uero ciuitatis est deus, aequales undique ad circuli extremitates radios emittens. Sic enim iustitia dei conseruatur, qui eandem mensuram bonitatis omnibus distribuit. Adiuuabit eam deus mane diluculo. Matutinum apud nos tempus sensibilis sol facit, ubi nostrum horizonem transgressus supra nos steterit: uerum animae matutinum tempus iustitiae sol efficit, exortu lucis spiritualis faciens diem, in eo qui ipsum suscepit. In nocte enim sumus nos homines iuxta ignorantiae tempus. Postquam igitur ex parte principali animae parte, susceperimus splendorem gloriae, & illuminati fuerimus luce sempiterna, adiuuabit eam deus mane diluculo. Quum siemus filij lucis, & nox e nobis discesserit, dies uero appropinquauerit, tunc digni auxilio dei sumus. Adiuuat igitur ciuitatem deus, per proprium exortum & aduentum, matutinum tempus ipsi inducens. Ecce enim homo, inquit, exortus nomen ipsi. Quibus igitur exorta fuerit lux spiritualis, dissolutis ignorantiae ac malitiae tenebris, his matutinum tempus accedit. Quandoquidem igitur lux in mundum uenit, ut qui ambulet in ipsa, non offendat, auxilium ipsius matutinum tempus exhibet. Aut fortassis quia summo mane resurrectio erat, adiuuabit deus ciuitatem mane, qui per uictoriam contra mortem, matutinum tempus tertia die resurrectionis operatus est. Conturbatae sunt gentes, inclinata sunt regna, dedit uocem suam altissimus, commota est terra. Cogita ciuitatem aliquam esse cui insidiae struantur ab oppugnantibus ipsam hostibus, quam obsideat multae gentes ac reges, qui in singulas gentes imperij sceptrum gerant: deinde imperatorem aliquem robore inuictum, de repente apparere ad auxilium huic ciuitati ferendum, dissoluere quidem obsidionem, dissipare uero gentium collectionem, & ipsos reges in fugam uertere, ex solo eo quod uocem edidit in ipsos cum potentia, consternatque ipsorum corda uocis firmitate. Quantam igitur uerisimile est turbationem excitari, dum gentes fugantur, & reges in fugam uertuntur: quantum item clamorem indifcretum, & sonum indefinentem ex tumultuosa ipsorum fuga remitti: omnem uero locum plenum esse fugatis pro timore, ut commotio excitetur ubique in ciuitatibus aut uicis ipsos suscipientibus: Talem igitur defensionem ciuitati dei a saluatore proponit, in eo quod dicit, conturbatae sunt gentes, inclinata sunt regna, dedit uocem suam altissimus, commota est terra. Dominus uirtutum nobiscum, protector noster deus Iacob. Vidit incarnatum deum, uidit ex sancta uirgine genitum Emanuel, quod si interpreteris, significat, nobiscum deus. Et propterea prophetice exclamat, dominus uirtutum nobiscum, ostendens quod hic est, qui sanctis prophetis ac patriarchis manifestatus fuit. Protector noster, inquit, non alius deus, praeter eum qui a prophetis nobis traditur, sed deus Iacob, qui in oraculo ad seruum suum loquutus est, Ego sum deus Abraam, et deus Isaac, & deus Iacob. Venite & uidete opera dei, quae posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad terminos terrae. Eos qui longe absunt a uerbo ueritatis, ad agnitionis propinquitatem inuitat Psalmus dicens, uenite & uidete opera dei. Quemadmodum enim in corporalibus oculis, distantiae longae obscuram faciunt eorum quae uidentur commotionem, Appropinquationes uero uidentium, manifestam exhibent uisibilem agnitionem

agnitionem: Sic etiam in speculationibus mentis, qui non per opera familiaris factus est, & appropinquauit deo, opera ipsius puris mentis oculis uidere non potest. Ob id uenite, accedite primum, deinde uidete opera domini, monstrata existentia, & prater omnem opinionem admiranda, a quibus pauerfacta antea hostiles & seditiosa gentes, ad quietem conuersa sunt. Venite filij audite me. & Venite omnes qui fatigati ac onerati estis: pater na est uox, expassis uulnibus ad seipsum uocantis eos qui haecenus rebellauerunt. Qui igitur audiuit uocationem, & appropinquauit & agglutinatus est precipienti, uidebit eum qui pacificauit omnia per crucem, quae in terra, & quae in caelis. Arcu conteret & confringet arma, & scuta comburet igni. Vides pacificationem domini uirtutum, quod habens secum inuisibiles potentias angelicorum delectuum? Vides fortitudinem simul & benignitatem summi imperatoris uirtutum? qui sane dominus existens potentiarum, & omnes habens turmas angelicorum militum, nusquam aliquem hostem fauciat, nullum pro sternit, nullum attingit, sed arcus conterit, & arma ac scuta comburit in igne. Et arcus quidem conterit, ut non amplius ignita tela per ipsos emittantur. Arma uero confringit, quibus cominus pugnamus, ut non amplius uulnera suscipere possint propinqui, dum insidiae ipsis struuntur. Et scuta comburet igni, denudans aduersarios munimentis, omnia in beneficentiam inimicorum faciens. Vacate & uidete, quonia ego sum deus. Quatum quidem rebus externis a deo operam damus, cognitione dei capere non possumus. Quis enim curans res mundanas, & immergens se distractionibus carnis, dei sermonibus intentus esse potest? & tantarum speculationum acumini satisfacere? Non uidet quod in spinas illapsum uerbum a spinis suffocatur? Spinae autem sunt uoluptates carnis, & diuitiae & cura rerum in uita: extra uero omnia haec esse oportebit eum qui opus habet cognitione dei, & ubi uacat ab affectibus, ita demum suscipere cognitionem dei. Quomodo enim ingrediatur in animam repletam & praecipue occupatam rationationibus, cognitio dei? Vidit etiam Pharaon proprium esse uacantis inquirere deum, & propterea exprobat Israel, uacate, ociosi estis, & dicite, dominum deum nostrum adoremus. Hoc quidem igitur ocium bonum & utile est uacanti, quietem inducens ad salutarium dogmatum assumptionem. Malum uero est ocium Atheniensium, qui ad nihil aliud uacabant, quam ut nouum aliquid dicerent aut audirent. Quod ocium etiam nunc aliqui imitantur, uita ocio semper ad aliquid noui dogmatis inuentionem abutentes. Tale ocium gratum est immundis ac prauis spiritibus. Quum exierit, inquit, immundus spiritus ab homine, dicit, Redi bo in locum unde exiui, & reuersus reperit domum illam uacantem & purgatam. Absit igitur ut nos ocium faciamus aduersario ad accessum. Sed exerceamus nostram internam domum, in habitare facientes in nobis ipsis per spiritum, Christum ipsum. Itaque postquam largitus est pacem his qui haecenus turbabantur ab hostibus, nunc dicit, uacate a distrahentibus uos inimicis, ut in quiete sermones ueritatis contemplantur. Quapropter etiam dominus, Omnis quicumque non renunciat, inquit, omnibus rebus suis quae possidet, non potest meus esse discipulus. Vacare igitur oportet ab operibus nuptialibus, ut uacemus orationi: uacare a studiis diuitiarum, a gloriose cupiditate, a uoluptatum usu, ab inuidia, & omni in proximum nostrum prauitate, ut in tranquillitate degente anima nostra, & a nullo affectu conturbata, uelut in speculo quodam purus contingat, nullis tenebris accedentibus, fulgor ac splendor dei. Exaltabor inter gentes, exaltabor in terra. Manifeste haec dicit dominus de passione sua, quemadmodum in euangelio scriptum est. Et ego quum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. Et quemadmodum Moses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis in terra. Quandoquidem igitur pro hominibus exaltari uolebat ad crucem, & pro omni terra exaltationem suscipere, ob id dicit, exaltabor inter gentes, exaltabor in terra. Dominus uirtutum nobiscum, protector noster deus iacob. Exultans ob dei auxilium, bis eandem uocem exclamauit, dominus uirtutum nobiscum, uelut insultans ac insiliens hosti, propter perfectam animarum nostrarum in dominum & saluatorem confidentiam, tanquam nihil passurus ab ipso. Si enim deus pro nobis, quis contra nos? Qui iacob uictoriam largitus est, & post lucram ipsum Israel appellauit, hic est protector noster, ipse pugnat pro nobis. Nos quiescamus, quia ipse est pax nostra, qui fecit ambo unum, ut duos crearet in unum nouum hominem.

Diui



In finem filijs Core psalmus. Imaginati sunt etiam quidam externi de humano fine, & diuersas de fine sententias protulerunt. Alij enim finem pronunciauerunt esse scientiam, alij actionem efficacem, alij diuersimode huius uita & corpore, nonnulli bestiales, uoluptatem finem esse prodiderunt. Nobis autem finis, cuius gratia omnia facimus, & ad quem festinamus, est beata uita in futuro seculo. Haec autem completur in eo quod a deo gubernamur. Nam hoc fine ne excogitari quidem alius melior possit a rationali natura. Et ad hunc commouet nos Paulus dicens, Deinde finis, quum tradiderit regnum deo & patri. Hunc etiam Sophonias in prophetia producit ex persona dei dicens. Quia iudicium meum ad congregandas gentes, ut admittantur reges, & effundam super ipsos iram meam. Nam in igne zeli mei consumetur omnis terra, quia tunc conuertam ad populos multos linguam in generationem ipsius, ut inuocent omnes nomen domini, ut seruiant ipsi sub iugum unum. Ad hunc igitur finem puto psalmorum utilitates referri, eorum qui hanc inscriptionem habent. Et cum hac sententia conuenit etiam his qui inscripserunt, ad uictoriam, aut Epinicion, hoc est uictorialem celebratam, aut uictori. Quandoquidem enim deuorata est mors in uictoriam, & consumpta est ab eo qui dixit: Ego uici mundum: & quandoquidem omnia uicta sunt a Christo, & in nomine ipsius omne genua flectet, caelestium, terrestrium & infernorum: merito spiritus sanctus in odis uictorialibus, ea quae nobis reposita sunt praexclamat. Audite haec omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Et terrigenae, & filij hominum, simul in unum diues & pauper. Auditorium est maximum eius qui omnes gentes conuocat ad psalmi auscultationem, omnesque qui orbem habitationibus explent. Trahit autem opinor & terrigenas, & filios hominum, & diuites & pauperes: & alto praconio hoc, ad audiendum conuocat. Quae specula intantum super omnem terram eminet, ut ex sublimi omnes gentes uideat, & totum orbem oculis collustrer. Quis adeo uocalis est praeco, ut quod a tot auribus simul exaudiri possit, inclamet? Quis uero locus ad concionem uenientes excipere possit? Qualis uero doctor, & quali sapientia praeditus, ut digna tanta congregatione dogmata inuenire queat? paululum expecta & disces, quod digna sunt promissione ea quae sequuntur. Eius quidem concionator & qui omnes praconio conuocat, paracletus est ipse spiritus ueritatis, per prophetas & apostolos congregans eos qui saluatur: quorum quia in omnem terram exiuit sonus, & ad fines orbis uerba ipsorum, propterea dicit, Audite omnes gentes, & omnes qui habitatis orbem. Quapropter ecclesia etiam ex omnis generis studiis collecta est, ut nemo extra utilitatem relinquatur. Tres enim sunt coniugationes uocatorum, in quibus omne hominum genus comprehenditur. Gentes, & habitantes orbem, Terrigenae, & filij hominum. Diuites, & pauperes. Quem igitur extra auditorium reliquit? Alieni a fide, per gentes uocati sunt, qui in ecclesia sunt, sunt qui habitant orbem. Terrigenae sunt, qui terrena sapiunt, & uoluntates carnis amplectuntur. Filij hominum sunt, qui curam quandam & exercitationem sermonis habent, proprius enim est hominis sermo. Diuites & pauperes per se cognobilem habent proprietatem, illi quidem possessione rerum necessarium excedentes, hi uero in inopia harum consistentes. Quandoquidem uero medicus animarum non uenit ad uocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam, primum in uocatione posuit, in unaquaque coniugatione quod est condemnatum. Peiores enim sunt gentes, his qui habitant orbem, sed tamen praelatae sunt ad uocationem, ut qui male habent, prius fruantur ex medico utilitate. Rursus terrigenae ante filios hominum locati sunt, & diuites ante pauperes. Condemnatus ordo, & qui diffidit salutem assequitur, prior pauperibus uocatus est. Eiusmodi enim est medici benignitas, debilibus prius utilitatem impertit. Simul autem pacis quoque conciliatrix est haec uocationis societas, ut hi qui haecenus propter studia inter se contrarij fuerunt, per congregationem adfuescant ad mutuam charitatem. Cognoscat enim diues quod a quali praconio cum paupere uocatus est. Simul in unum enim, inquit, diues cum paupere. Extra relicta eminentia ad inferiores, & elatione ob diuitias, sic ingredi ad ecclesiam dei. Neque igitur diues pauperem contemnat, neque pauper potentiam opulentium formidet.

I 2 Neq

Neque filij hominum terrigenas uilipendant, neque terrigenæ rursus ab illis abalienentur. Et gentes aduefcant ad eos qui habitant orbem: & qui orbem habitant, peregrinos à testamentis per dilectionem fulcipiant. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Quandoquidem iuxta Apostolum, corde creditur ad iustitiam, ore uero confessio fit ad salutem, & utrorumque in his actio supponit perfectionem: propterea utrunque hic psalmus simul comprehendit, tum oris actionem, tum cordis meditationem. Siue enim non fuerit bonum in corde repositum, quomodo producet thesaurum per os, qui non possidet ipsum in occulto? Siue habens quis cordis bona non publicat sermone, dicitur ipsi, Sapientia occulta, & thesaurus absconditus, quæ utilitas in utrisque? Quapropter ad aliorum quidem utilitatem, os meum loquatur sapientiam, ad nostrum ipsorum uero profectum, cor meditetur prudentiam. Inclinao ad parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Suam personam propheta commendat, ut ne cõtemnantur sermones tanquam ex humana inuentione proferantur. Quæ disco, inquit, à spiritu, ea uobis annuncio, nihil meum nisi humanum dico, sed quia auditor factus sum propositionum spiritus, qui in mysterio tradidit nobis sapientiam dei, aperio uobis & manifestam facio propositionem. Aperio autem non aliter quam per psalterium. Est autem psalterium, instrumentum musicum sonos concinne reddens, ad uocis melodiam. Spirituale igitur psalterium tunc maxime aperitur, quum actiones concinne sermonibus fuerint expressæ. Et ille est spirituale psalterium, qui fecit & docuit. Hic in psalmis aperit propositionem, dogmatum possibilitatē suo ipsius exemplo proponens. Tanquam igitur nullius incõcinnitatis, nullius dissonantiæ sibi ipsi conscius in uita, sic in fiducia sermones consequentes facit. Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei non circumdabit me. Malam diem, iudicij dicit diem, de qua dictum est, Dies domini immedicabilis super omnes gentes. In qua, inquit propheta, circumdabunt unumquemque consilia sua. Tunc igitur quia nihil factum est à me iniqui in uita uita, non timebo diem malam. Non enim uestigia peccatorum circumstiterunt me, neque circumdabunt me in tacita accusatione, reprehensionē mihi inducentia. Nullus enim alius accusator tui sistetur, quam ipsa opera & actiones, unaquæque cum propria forma assistēs. Adulterium, furtum, scortatio, cum nocte, cum modo, cum proprietatibus ipsam uelut per notas delineantibus, & in summa, unum quodque peccatum cum proprio caractere, manifestam asserens recordationem producet. Me igitur non circumdabunt uestigia peccatorum, quia inclinaui aurem meam ad parabolam, & aperui in psalterio propositionem meam. Qui cõfidunt in potentia sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Ad duas personas prophetæ sermo tendit, ad terrigenas, & ad diuites: ad illos enim loquitur, euertens ipsorum ob potentiam existimationem: his uero, destruens ipsorum ob opulentiam possessionum elationem. Vos, inquit, qui cõfiditis in potentia uestra, (hi enim sunt terrigenæ, qui in corporis robore spem habent, & humanam naturam sufficientem esse putant, ad potenter perficienda ea quæ uult) & uos, inquit, qui cõfiditis in diuitiarum incertitudine, audite redemptionis pretio uobis opus est, ut in libertatem asseramini, qua spoliati estis uicini per uolentiam diaboli, qui subditos uos habens, non prius à tyrannide sua dimittet, quam condigno aliquo redemptionis pretio persuasus permutare uos uoluerit. Oportet igitur pretium redemptionis non eiusdem generis esse cum his qui captiui detinentur, sed mensura multo præstantius esse, si uolens captiuos è seruitute dimittere debet. Quapropter frater redimere uos non potest. Nullus homo potens est persuadere diabolum, ut eum qui semel ipsi subiectus est, à potestate eius eximat, qui sanè neque pro proprijs peccatis placationē deo dare potest. Quomodo igitur ualebit hoc efficere pro alio? Quid uero etiam tanti pretij in hoc seculo acquisierit, ut sufficientem habeat cum anima permutationem, quæ natura pretiosa est, propterea quod ad conditoris imaginem facta sit: Qualis autem labor præsentis seculi, sufficiens humanæ animæ uaticum fuerit ad futurum seculum? Hoc igitur modo quam simplicissime hæc intelligimus. Etiã si quis in hac uita magno opere potens sibi esse uideatur, etiam si diuitiarum copia stipatus sit, existimationem demittere psalmus ipsum docet, & humilitatum esse sub potentem manum dei, & neque in putata potentia confidere, neque ob diuitiarum multitudinē gloriari. Possumus tamen etiam paulo altius sententiã efferre, & confidentes in potentia sua, & gloriates ob diuitiarum suarum

suarum multitudinem, de animæ potentij intelligere, tanquam neque ipsæ per se sufficientes sint ad salutem. Etenim si quis perfectus fuerit inter filios hominum, si dei sapientia absit, nullius reputationis erit. Siue quis copiam speculationum ex mundana sapientia sibi comparauerit, & opes quasdam cognitionis collegerit, audiat omnem rei ueritatem, quod omnis humana anima succumbit malo seruitutis iugo cõmunis omnium inimici, & libertate quam à conditore accepit priuata, captiua ducitur per peccatum. Omni uero captiuo opus est pretio redemptionis ad libertatem. Neque igitur frater fratrem suum redimere potest, neque unusquisque seipsum, propterea quod multo meliorem esse oportet redemptorem captiuo ac iam seruiente. Sed & neque omnino facultatem habet homo ad deum, ut ipsum placare possit de peccato, quoniã etiam ipse peccato obnoxius est. omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificanturque gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu domino nostro. Non dabit igitur deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ. Neque igitur fratrem quare in redemptionem, sed eum qui excedit naturam tuam. Neque hominem nudum, sed hominem deum Iesum Christum, qui etiam solus placationem deo dare potest pro omnibus nobis, quia ipsum proposuit deus propitiationem per fidem, in ipsius sanguine. Frater erat Israel Moses, & tamen redimere ipsum non potuit, quomodo uulgaris redimet homo? Quare hoc quidem pronunciat, frater non redimit, quod uero sequitur, interrogatiue cum grauitate inferret, redimet homo? Non enim à peccato liberauit populum Moses, sed dei propter peccatum motum deprecatus est & auertit. Hic uero neque dare potuit placationem suam existens in peccato. Quia post tot ac tanta monstra ac signa quæ uiderat, uocem illam dubiam ac hæsitandã emisit, Audite me uos inobedientes. Num ex petra hac educemus uobis aquam? Quapropter etiam dominus ob hoc uerbum dixit ad Moysen & Aaron, quia nõ credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, propterea non introducetis congregationem hanc in terram quam dedi ipsis. Non dabit igitur deo placationem suam. Quid enim potest homo inuenire tantum, ut det pro redemptione animæ suæ? Sed inuentum est unum simul omnibus comparandum, quod datum est in pretium redemptionis animarum nostrarum, nimirum sanctus & pretiosus sanguis domini nostri Iesu Christi, quem pro nobis omnibus effudit. Quapropter etiam magno pretio empti sumus. Si igitur frater non redimit, redimet homo? Si uero homo nos redimere non potest, qui nos redimit non est homo. Ne igitur propterea quod in similitudine carnis peccati ad nos accessit, hominem solum putes dominum nostrum, deitatis potentia ignarus: qui non habuit opus ut daret deo placationem suam, neque ut redimeret propriam animam, quia peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore ipsius. Nemo igitur seipsum redimere potest, nisi ueniat qui captiuitatem populi conuertit, nõ cum pretijs redemptionis, neque cum muneribus, uelut in Esaiã scriptum est, sed in suo sanguine. Hic autem quum nos non simus ipsius fratres, sed inimici facti simus ob peccata, neque ipse homo nudus, sed deus: post libertatem quam largitur nobis, etiam nos fratres suos appellat. Annunciabo enim, inquit, nomen tuum fratribus meis. Qui igitur redimit nos, si quidem naturam ipsius cõsideres, neque frater neque homo est. Si uero ipsius ex gratia ad nos descensum, & fratres nos nominat, & ad humanitatem se demittit ac descendit: qui non dabit deo placationem suam, sed totius mundi. Non enim propitiatio ne opus habet, sed ipse est propitiatio. Talis enim nobis conueniebat pontifex, sanctus, innocens, immaculatus, separatus à peccatoribus, & cõlis altior existens, qui nõ habet necessitatem, ut quotidie quemadmodum illi pontifices, prius pro proprijs peccatis uicimas offerat, deinde pro delictis populi. Deinde sequitur. Et fatigatus est in seculo, & uiuet in finem. Ipsa per se uita, ipsa potentia, & indefessa natura, fatigata est in hoc seculo, quãdo ex itinere delassatus, sedebat ad fontem. Qui non uidebit interitum, quum uiderit sapientes morientes. Non dabit enim pater ut sanctus ipsius uideat interitum, quum hi qui abolitam sapientiam iactant, moriantur. Si uero uoles etiam de hominibus iustis hæc dicta accipere, memor sis Iob dicentis, Homo nascitur ad laborem. Et rursus apostoli, abundantius omnibus his laboraui. Et rursus, in laboribus abundantius. Qui igitur laboribus fatigatus est in hoc seculo, hic uiuet in finem. Qui uero in delicijs & om-

nilauidia degit, propter molliciem purpuram & byssum induens, & epulans quotidie splendide, & labores pro uirtute fugit; neque fatigatus est in hoc seculo, neque uiuet in futuro. Sed eminus uidebit uitam, dum torquetur in flamma camini. Qui uero innumeris certaminibus pro uirtute insudarit, &prehendendae ipsius gratia in laboribus abundantius examinatus fuerit, hic est qui uicturus est in finem; uelut qui multum fatigatus est in tribulationibus Lazarus: uelut delassatus in certaminibus contra aduersarium Iob, illic enim, inquit, fatigati requieuerunt. Quapropter etiam dominus inuitat ad requiem fatigatos & oneratos. Quomodo igitur fatigati in operibus bonis onerati dicuntur? Quia euntes ibant & flebant facientes semina sua. Venientes autem uenient in exultatione eleuantes manipulos suos fructibus repletos, qui iuxta proportionem seminorum ipsis redditi sunt. Onerati igitur dicuntur, qui propterea quod seminauerunt in benedictionibus, & metunt, & cum laetitia aeterna, spiritualium fructuum manipulos sibi ipsis reponunt. Qui itaque redemptus est per deum, qui dedit se pro ipso placationem, hic fatigatus quidem est in hoc seculo, postea uero uiuet in finem: hic etiam non uidebit interitum, quum uiderit sapientes morientes. Qui angustam & laboriosam uiam pro leui & spaciofa eligit, in tempore uisitacionis dei, dum abducuntur ad aeternam poenam, hi qui uerbis dei non crediderunt, sed iuxta cordis sui uanas uoluntates ambulauerunt, hic perpetuum interitum, in aeternam afflictionem non uidebit. Sapientes autem dicit, uel astutia excellentes, de quibus dicit Hieremias, Quod sapientes sunt ad male faciendum, benefacere uero non sciunt. Aut sapientes dicit etiam principum huius seculi abolitorum discipulos, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quia sapientia huius mundi, stulticia est apud deum. Et quia stultifica est haec sapientia, perditurum esse deum dicit sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobaturum. Per suasionem igitur falsi nominis scientiae, mortis causam his qui eas susceperunt exhibent, quam sane mortem non uidebit qui redemptus est ab eo cui placuit in stulticia praedicationis seruire credentes. Simul insipientes & stultus peribunt, & relinquunt alienis diuitias suas, & sepulchra ipsorum domus ipsorum in aeternum. Tabernacula ipsorum in generationem & generationem, uocauerunt nomina sua in terris. Supra uno generali nomine appellauit sapientes, quos nunc subdiuidens insipientes & stultos uocat. Palam est autem quod sapientes quidem ipsos dixit, ab opinione illorum appellatione usus: quemadmodum enim deos nominat qui non sunt natura dei, consuetudine deceptorum sequens: sic etiam sapientes dixit, insipientes & stultos. Possibile est igitur, ut insipientem a stulto significatione distinguamus. Insipiens enim est qui sapientia priuatus est, & qui ad communia & humana perspicax non est. Sic etiam consuetudo sapientes uocat eos qui in rebus uitae nocuum & utile discernunt, iuxta quod dictum est & in Euangelio, quod filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Non enim simpliciter prudentiores sunt, sed ad degendam hanc in carne uitam. Hi uero etiam uillic iniquitatis dicuntur, propter prudentiam uillicationis circa suam uitam. Iuxta hoc significationem prudentes sunt etiam serpentes, lustra sibi ipsis parantes, & in periculis, capitis plagas omni modo euitantes. Stultus autem siue amens dicitur, qui non habet quae sunt hominis praecipua. Haec autem sunt, dei patris cognitio, & uerbi quod in principio erat apud deum assumptio, & ex sancto spiritu accedens illuminatio. Hanc sane mentem habent qui cum Paulo dicere possunt, nos autem Christi mentem habemus. Consuetudo tamen scripturae usum harum uocum promiscuum obtinuit, impium quidem insipientem dicens in hoc quod ait, Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Et rursus id quod circa uitam nocuum est, stultum nominans: uelut Paulus de his qui in concupiscentias stultas & nocuas incidunt dicit. Hic uero insipiens & stultus ad unum comunem finem, ipsum interitum deferuntur. Potest & quis dicere, insipientem nominari gentiliter uiuentem. Stultum autem eum qui iudaice secundum nudam legis obseruationem uitam degit. Huic enim insipienti dixit deus propter impietatem in ipso habitantem, stulte & insipiens in hac nocte animam tuam auferent. Stultus autem secundum carnem Israel appellatus est, iuxta prophetam qui ait. Et erat Ephraim uelut columba stultus, in Aegyptum uocabatur, & ad Assyrios proficiscebatur. His igitur in commune praeproptia ignorantia pessundatis

pessundatis, nos alieni diuitiarum ipsorum haeredes euadimus. Nostra enim sunt praeproptia, nostri prophetae, nostri patriarchae, & qui ab aeterno fuerunt iusti, nobis reliquerunt. diuitias suas qui in insipientia sua perierunt. horum uero domus, insipientis ac stulti, sepulchra sunt in aeternum. Quorum enim uita mortuis operibus ab omni peccato repleta est, horum domus sepulchra sunt in aeternum. Qui enim moritur per peccata, non domum habitat, sed suae mortificatae animae sepulchrum. Domum etenim habitat moribus minime dolosis praeditus ac simplex Iacob. De quo scriptum est, quod erat homo sincerus ac bonus habitans domum. Sepulchrum uero habitat penitus malus, qui neque fundamentum poenitentiae iecit a mortuis operibus, sed similis est sepulchro dealbato, quod foris quidem conspicuum est, intus uero plenum est ossibus mortuorum & omni immunditia. Quapropter talis dum loquitur, non os aperit uerbo dei, sed sepulchrum habet apertum guttur suum. Si quis igitur in Christum credens, non consequenter actiones ad fidem exprimit, hic propterea quod prauidis dogmatibus intentus est, & scripturae sententiam obiter suscipit, sepulchrum in petra sibi ipsi incidit. Tabernacula ipsorum in generationem & generationem, hoc est, sepulchra sunt domus ipsorum in aeternum. Deinde interpretas quae sepulchra esse dicat, quo ostendat quod de corporibus dicat, quibus animae per malitiam mortificatae inhabitant, apposuit ipsis, tabernacula ipsorum in generationem & generationem: quum iuxta scripturae consuetudinem, humana corpora semper tabernacula appellantur. Hi uero etiam nomina sua uocant in terris. Non enim inscribitur impij nomen in libro uiuentium, neque numeratur cum ecclesia primogenitorum qui numerantur in caelis, sed in terra permanent ipsorum nomina, propterea quod transitoriam hanc & breuem uitam, aeternis tabernaculis praetulerunt. Non uides eos qui aedificant in urbibus fora & gymnasia, qui moenia extruunt, aquae ductus construunt: quomodo nomina ipsorum his aedificijs indita sunt? Iam uero aliqui etiam equorum gregibus sua nomina inrentes, excogitauerunt quomodo in longum uitae tempus memoria ipsorum extendereur. Sed & in sepulchris magnificentia sua ostensa, nomina sua ipsis monumentis insculperunt. Hi sunt qui terrena curantes, & gloriam in hac uita, & ut apud homines ipsorum memoriam, satis magnam sibi ipsis felicitatem reputant. Sed & si uideris aliquem ob falsi nominis scientiam magnopere se iactantem, & ex eorum numero qui seipso prauidis quibusdam dogmatibus addicunt, & pro nomine Christianorum, ab aliquo haereticarum sibi nomina indunt, nimirum Marcione aut Valentino, aut aliquo eorum qui nunc dominantur, nosce quod etiam hi nomina sua in terris uocauerunt, mortalibus hominibus & in totum terrenis seipso addicentes. Et homo quum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est ipsis. Haec uia ipsorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacent. Magna res est homo, & preciosa uir misericors, dignitatem in naturali constructione habens. Quid enim in terra aliud iuxta imaginem conditoris factum est? Cui principatus in omnes, & potestas terrestrium & aquaticorum & aereorum animalium donata est? Paululum infra angelorum dignitatem descendit, propter terreni corporis coniunctionem. Hominem quidem igitur fecit de terra, & operatores ipsius flammam ignis, attamen uis intelligendi ac cognoscendi conditorem ac opificem suum hominibus insita est. Insufflauit enim, inquit, in faciem, hoc est, propriae gratiae partem aliquam homini immisit, ut per simile simile cognoscat. Et tamen quum in tanto honore esset homo, ex eo quod creatus esset ad imaginem conditoris, super coelum, super solem, super stellarum choreas honoratus. Quod enim ex caelestibus imago Dei altissimi dictum est? Qualem uero imaginem conditoris seruat sol? Quid luna? quid reliqua stellae? inanimata quidem ac materialia & solum pellucida corpora possidentes & adeptae, in quibus nusquam mens est: non uoluntarij motus, non liberum arbitrium, sed serua sunt incubentis necessitatis, per quam immutabiliter circa eadem uersantur. Super hac igitur honore praeratus homo non intellexit, sed relicto eo quem sequi oportebat deo, & cui assimilari oportebat conditori, seruus factus affectuum carnis, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est ipsis. Nunc quidem uelut equus foeminae amore succensus, proximi uxori adhaerens, nunc uelut lupus rapax alienis insidias struens. Aliquando propter dolum in fratrem, uulpis uerutiae similis fiens. Excessus uero amentiae est, ut reuera

brutæ absurditatis, neq; constructionē ab initio percipere, eum qui creatus est secundum imaginem conditoris, neq; tot ac tanta pro ipso facta mysteria intelligere uelle, & ex illis saltem suam dignitatem cognoscere: sed immemorem esse, quod abiecta imagine cœlestis, assumpsit imaginem terrestris. Et ut ne permaneret in peccato, propter ipsum uerbū caro factum est, & habitauit in nobis, & usq; ad eō seipsum humiliavit, ut factus sit obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Si non primæ tuæ generationis memor es, ex soluto saltem pro te precio, aliquam dignitatis notionem cape: respice ad precium quo commutatus es, & tuam nosce dignitatem, precioso Christi sanguine emptus es. Ne fias seruus peccati, intellige tuam dignitatem, ut ne brutis pecoribusq; assimileris. Hæc uita ipsorum scandalum ipsis. Qui nostras res gubernat Deus, impedimento nobis est per malitiam euntibus, offendicula nobis ac impedimenta ponens, ut à bruta uita discedentes, postea in ore nostro compleceamus: quum corde quidem crediderimus ad iustitiam, ore uero confelsi fuerimus ad salutem. Persequebatur Paulus, depopulabatur ecclesiam Christi. Perfecit cursum suum ad malitiam, postea in ore suo complacuit, prædicans in synagogis, quod hic est Christus. At uerò brutos & comparatos stolidis pecoribus, uelut oues neq; intellectum habentes, neque facultatem ad repugnandum, raptores ipse hostis iam existens, in proprium carcerem coniecit, & morti pascendos tradidit. Paut enim mors ab Adam usq; ad Moysis politiam, donec uenit uerus pastor, qui posuit animam suam pro ouibus, atq; sic ipsas secum excitatas, & ex custodia inferni, ad resurrectionis matutinum educitas, rectis tradidit, hoc est, sanctis suis angelis, ut ipsas pascere. Et dominabuntur ipsis recti matutino. Vnicuiq; enim credenti coniugatus est angelus, dignus qui uideat patrem qui in cœlis est. Hi igitur recti dominabuntur ipsis ex avarissima seruitute liberatis, & dominabuntur ipsis constitutis in matutino, hoc est, exortum lucis subtergressis. Contemplare omnem uerborum scripturæ feriem. Homo quum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Qui propter constructionem habet dignitatem, uerum propter inhabitans in ipso peccatum non cognoscit seipsum, hic comparatus est iumentis. Deinde quod se abalienauit à uerbo dei, factum brutum, uelut ouem pastore carentem, hostis corripuit, & in inferno posuit, & morti pascendum tradidit. Quapropter illinc liberatus, & à malo pastore redemptus, dicit: Dominus pascit me, & non amplius mors, sed uita: non amplius casus, sed resurrectio: non amplius nugæ, sed ueritas. Et auxilium ipsorum ueterascet in inferno. Aut de morte dicit, que cum omni sua ope eos quos pascit, defendere non potest, propter eum qui ipsam destruxit & imperium mortis habet, quorum omne auxilium uetus & infirmum est. Et tunc declarabitur auxilium hominum, qui decepta mente, ob diuitias & gloriam ac potentiam, seipso multum efferunt. In inferno ueterascet, nimirum dum imbecillitas ipsorum declaratur. Aut nunquid auxilium iustorum à domino liberatorū ad infernū usq; extenderetur? Nondum enim acceperant promissiones, quum deus de nobis melius quid prospexisset, ut ne citra nos hi qui prægressi essent perficerentur ac consecrarentur. Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferni quum acceperit me. Manifeste uaticinatur domini ad inferos descensum, qui cum alijs etiam ipsius animam redimet, ne illic maneat. Ne timeas quum diues factus fuerit homo, aut quum multiplicata fuerit gloria domus ipsius. Necessaria est & hæc prædicatio his qui orbem habitant, terrigenisq; ac filijs hominum, diuitibusq; simul ac pauperibus. Ne timeas quū diues factus fuerit homo. Quum uideris, inquit, iniustum ditescentem, iustum uerò egen-tem, ne timeas apud teipsum, ne consterneris animo, tanquam sanè nusquam sit prouidentia dei, quæ res nostras inspiciat. Aut est quidem fortassis inspectio diuina, non tamē ea ad terrestrem locum peruenit, ut res nostras intueatur. Si enim esset prouidentia, unicuiq; distribueret propria, ut diuites quidem essent iusti, qui diuitijs uti sciunt: pauperes uerò essent mali, qui propriæ prauitatis instrumentū diuitias habent. Quandoquidē igitur multi sunt inter gentes ac terrigenas qui eiusmodi sentiunt, & propter apparentem inæqualitatem diuisionis rerum ac facultatum uitæ, mundū citra prouidentiam regi suspicantur, ad hos loquitur psalmus hic, ineruditum ipsorum motum sedans, quos etiam in principio ad audienda dogmata uocauit. Aut fortassis etiam priuatim ad solam pauperis personam se conuertit, dicens: Ne timeas quum ditatus fuerit homo.

Hi enim

Hi enim uel maxime consolatione opus habent, ut ne reformident præminentes. Nulla enim, inquit, est utilitas diuiti morienti, quum non possit diuitias secum auferre, qui tantum ex fruitione lucratus est solū, ut anima ipsius in hac uita ab adulatoribus beata prædicata sit. Vbi uerò moritur non accipiet, inquit, omnia hæc bona, uix indumentū capiet, quod ipsius uelut pudenda: atque hoc tandem si uisum fuerit famulis ipsum amicientibus. Boni consulat modicam terrā nancisci, atq; eam datam ipsi propter misericordiam à funeris curatoribus, qui ipsi talia exhibent, ob communis humanæ naturæ reuerentiam, non ipsi hæc tribuentes, sed uenerantes humanitatem. Ne sis pusillanimis circa præsentia, sed expecta beatam illam & perpetuam uitam. Videbis enim tunc quod in commo- dum iusto datur paupertas, & ignominia, et priuatio deliciarum, & ne conturberis nunc propter ea quæ putantur bona, tanquam iniuste sint diuisa. Audies enim quomodo diuiti quidem dicitur: Accepisti bona tua in uita tua: pauperi uerò, quod acceperit mala in uita sua. Quapropter consequenter hic quidem consolationem reperit, illē uerò dolore excruciat. Confitebitur tibi quum benefeceris ipsi. De terreno homine, & qui solam huius uitæ dignitates, diuitias, sanitatem, & potentiam, bona esse putat, dicit, quod confitetur deo quum beneficijs affectus fuerit: uerum in calamitatibus omnem blasphemiam emittit. Nam relicto paupere, ad deum iam uerba facit, accusatōne diuitiarum afferens, & diuitem in sola opulentia deo gratias agere. Verum ubi tristiora aliqua acciderint, non amplius eundem permanere. Tale enim est etiam illud diaboli in accusationem Iob prolatum. Quod non gratis colit Iob dominum, sed diuitias pietatis mercedem habet. Et reliqua. Quapropter etiam ad ostendendam uiri uirtutem, spolauit ipsum deus his quæ habuit, ut per omnia appareret gratitudo hominis erga deum. Introitis usq; ad generationem patrum ipsius. Opinor eum dicere de peccatore, quod tantū cognoscit eum deus quantum patrum ipsius consuetudini traditus est: propria uerò sapiendi potentia, nihil amplius acquirit, neq; addit sibi ipsi ad ueritatis cognitionem. Tantum igitur, inquit, accedis tu deus, & tanta est in ipso de te notio, quanta in generatione patrum ipsius extitit. Et hic mentis ingentem seigniciem, & totos terrenos affectus ac carnis amorem, in eo qui in diuitijs ac luxu uoluitur producit, & in eo qui mentem rerum temporalium curis suffocata habet: quapropter usq; in æternum nō uidebit lumen. Qui enim cæcis doctoribus se ducendos commiserint, priuauerunt seipso lucis fruitione. Habet autem etiam talem quandam sententiam illud: Introitis usq; ad generationē patrum ipsius. hoc est, eos qui mala uita & dogmatib. paternis quidem, uerum à pietate alienis comprehensi sunt, non solum ipso punis, sed etiam principes prauorum dogmatū inquiris. Atq; hoc est quod dicitur: Introitis usq; ad generationē patrum ipsius. Non enim solum qui prauas habet de deo opiniones reus est, sed etiam qui horum præceptor ad hunc interitum fuit. Tales autem sunt etiam qui progenitorum maliciam susceperunt & ineluibilem habent, propterea quod diuturna consuetudine est cōfirmata. Usq; in æternū non uidebit lumen. Mittuntur enim in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. Et hoc iuxta iustitiam dei iudicium patiuntur, quoniam in uita hac per hoc quod mala fecerunt, oderunt lucem. Homo quū in honore esset non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est ipsis. Miserabilis uox, homo paululum quid ab angelis imminutus, de quo etiam Solomon dicit: Magna est res homo, & preciosa uir misericors: hic propterea quod non intellexit propriam dignitatem, sed affectibus carnis succubuit, comparatus est iumentis, & similis factus est ipsis.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN
PSALMVM LIX



IN FINEM his qui immutabuntur, ut scribatur in columna, David in doctrinam, quando incidit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Soba, & excitauit Iobab, & percussit Edom in ualle Salinarum, duodecim milia. Qui ad promptitudinem uestram ad audiendum respicio, & ad uisum mearum debilitatem, subit animum meum similitudo quædam pueri de cætero iam alio quanto robustioris, nondū tamē ab lactati, qui maternā mammā diuexat præ infirmitate reliccatā: cui mater etiā si siccos lacis fontes se habere sentiat, dū trahitur ac uellit ab ipso, mammam

mammam porrigit, non ut infantem nutriat, sed ut eiulatum eius sedet. Itaque etiam si stulticia nostra, longa hac & uaria corporis ægritudine sint reficcata, tamen proposita sunt uobis, non ut memorabilem utilitatem ac iucunditatem, sed aliquam satis factionem impleant; nam dilectionis uestre excessus contentus est, ut etiam sola uoce uestrum nostri desiderium mitigetur. Erudiatur itaque ecclesia Dei, ac discat quod paulo ante in psalmo hoc legebatur dicere: Da nobis auxilium ex tribulatione, & uana salus hominis. Quare fortassis ne causari quidem infirmitatem psalmi sententia nobis permittit, siquidem tribulatio auxilij causa est, & non debilitatis prætextus. Qui igitur repulsi sunt propter peccatum, deinde rursus assumpti, his tempestiuum est dicere: Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & miserus es nostri. Imò potius quandoquidem sermo nobis incidit in sententiæ psalmi consequentiam, age expositionem ipsius moderate attingamus. Historia præsentis psalmi, ipsi in titulo præscriptis uerbis, nusquam hoc tempore in diuinitus inspiratis historijs legitur. In secundo tamen libro Regum æquiualentia inueniuntur ipsi, si quis diligenter inquirat. Sic enim scriptum est: Et percussit Dauid Adrazar filium Rhaab, regis Soba, quum proficisceretur ipse ut manum suam immitteret super fluuium Euphraten: & occupauit Dauid mille ipsius currus, & septem milia equitum, & uiginti milia peditum, & dissoluit Dauid omnes currus, & reliquit ex ipsis centum. Et paulo post dixit: Et regnauit Dauid super omnem Israel, & faciebat Dauid iudicium & iustitiam. Et Ioab filius Saruiæ erat super exercitum. Et paulo post: Et miserunt filij Amnon, & mercede conduxerunt Syriam Rhaab, & Syriam Soba, uiginti milia uirosum. Et uidit Ioab quod instructum esset aduersa acie contra se prælium: & elegit ex omnibus filijs Israel, & instruxit aciem aduersus Syriam. Et uiderunt serui Adrazar, quod cecidissent à facie Israel, & ultrò transfuga progressi sunt ad Israel, & serui erunt ipsis. Huic historiæ processit inscriptionem psalmi conuenire reperimus, præterquam quod tempus inscriptionis huius tituli est, in quo splendidissimus ac clarissimus ob fortia in bello facta ac gesta Dauid erat. Quare quæstione dignum est, quomodo à luctu ac lamentationibus orditur, quum præ gaudio exultare ac lætum esse oportebat propter præclara uirtutis facta. Alia enim sunt festiuitates celebrantium uoces, & alia tristium. Carmina autem uictorialia argumentum sunt festiuitatis popularis, non solum militibus, sed etiam agricolis & mercatoribus ac opificibus, & omnibus qui bonorum pacis participes sunt. Quomodo igitur, inquit, Deus repulisti nos, & destruxisti nos? Atqui assumpsit & fecit uictorios. Quomodo uero destruxit, quos adeò locupletauit, tradens ipsis arma, & currus, & equos, & subditos, et totam Arabiam tributariam, & Phoenicem ac Mesopotamiam? Id profecto operæ præcium est ut sciamus, num aliquam ingratitude habent hæc uerba? Qui enim prius Adrazar regem Soba euerit, & ab ipso mille currus accepit, & septem milia equitum, & uiginti milia peditum: & rursus Syriæ regem lapso auxilia ferentem in seruitutem redegit, & tributarium fecit, & uno temporis momento uiginti milia ipsius occidit: & tertia uictoria deuicit filios Amnon qui aciem instruxerant iuxta portas urbis per Ioab principem exercitus, qui diuisis uiribus eos partim à fronte, partim à tergo aggressus subegit: quomodo post talia fortia ac uirtutis facta, adeò tristia ac mœsta loquitur, dicens: Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es & miserus es nostri? Caterum tempus quidem inscriptionis erat, quo egregia hæc facta perpetravit. Verum uis scriptorum ad finem habet relationem. Finem autem dicit eum qui in consumatione seculorum euenturus est. Quapropter etiam his qui immutabuntur psalmum scriptum esse dixit. Potest autem in summa de toto humano genere intelligi, uelut ad omnes psalmi ipsius utilitas perueniat. Qui immutantur enim & qui immutabuntur, sunt qui neque corporis habitum eundem conseruant, neque in eadem sententia semper persistunt. Sed corpore quidem iuxta ætatem alterationes immutantur: sententia uero iuxta accidentium uarietates alterantur. Alij enim sumus pueri, alij puberes, & alij uiri iam facti, & rursus conualescentes penitus immutamur. Et alij in hilariori sumus rerum statu, & alij ex alijs reddimur, a superiore temporum casu instante, alij ægrotantes, alij in delicijs degentes, alij in nuptijs, alij in luctu. Aut quia non dictum est, his qui immutatur, sed his qui immutabuntur, accipi potest uocem hanc indicationem habere prophetiæ, propterea quod quum in futurum tempus inclinata sit, magis consequens est ut intel-

ut intelligamus eos qui immutabuntur, qui relicta uana hominum consuetudine, iuxta Euangelij sinceritatem, uitam sunt instituturi. Non itaque Iudæis qui tunc temporis fuerunt psalmum scriptus est, sed nobis immutandis, qui multitudinem deorum in pietatem permutauimus, & errorem circa idolorum cultus, ad conditoris nostri cognitionem: qui pro uoluptate à lege interdicta, modestiam legalem elegimus, pro tibijs, & choris, & ebrietas, psalmum, ieiunium & orationem assumpsimus. Nobis igitur scriptum esse psalmum, si quis dixerit, à ueritate non aberrabit. Quapropter etiam nostra sunt diuina oracula, & ab Ecclesia dei, uelut munera diuinitus data, in singulis conuentibus releguntur, uelut alimentum quoddam animarum quod à spiritu suppeditatur. Sed & ut scribatur in columna scriptus est psalmus, hoc est, non ociose & tanquam aliud agens ipsum audias, neque quemadmodum ea quæ in corruptibili materia scribuntur breui dissipantur, sic in mente tua ad breue tempus ipsum inculcprum memoriæ habeas, deinde confundi ac dissipari permittas. Sed habeto ipsum animæ uelut statuae incisum, hoc est, immobilem & fixum per omne tempus memoriæ inhaerentem. Si uero nos repellit Iudæus uelut à scriptis alienos, ex his quæ scripta sunt ipsum pudefaciamus, mixtam uocationem declarantes, quo distantia congreget, & eos qui procul absunt conuocet, & unum faciat per fidem in Christum. Meus, inquit, est Galaad, & meus est Manasses. Et Ephraim dixit, & Iudam suscepit, & Moab connumerauit, & in Idumæam se ascensurum minatur, & omnium simul subiectionem annunciat. Mihi alienigenæ, inquit, subditi sunt. Deus igitur repulisti nos, congregaciones prauitatis nostræ destruxisti, bene faciens nobis per debilitatem. Iratus es, quando ex natura eramus filij iræ, spem non habentes, & impij in mundo. Miserus es nostri, quando unigenitum tuum propiciationem proposuisti pro peccatis nostris, ut in sanguine ipsius, redemptionem inueniamus. quæ sanè non agnouissemus nobis beneficio tuo contigisse, si non potasses nos uino compunctionis. Vinum appellat uerbum, quod induratum cor ad perceptionis sensum ducit. Dedisti timentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. Moses quidem postes Israelitarum sanguine ouisulo signauit, Tu uero dedisti nobis significationem, ipsum immaculati agni sanguinem, qui maciatum est pro peccato mundi. Et Iezeciel in frontes facierum signum datum esse dicit. Ite, inquit, à tergo ipsius, & percute, ne parcite, neque miseremini, seniores & iuuenem, infantem & uirginem, & sceminas occidite ad interneccionem. Ad omnes uero in quibus est signum ne accedatis. Deus loquutus est in sanctis suis, latorum, & diuidam Sircima. Præcipuus locus Ioseph à Iacob datus, typus & figura est testamenti quod solum Israel datum esse uidetur. Præcipuum itaque testamentum ac populi hereditatem, in diuisionem ducam, & commune faciam ad alios. Diuiso igitur testamento in omnes, & utilitate ab ipso communi omnibus qui beneficio afficiuntur à deo facta, tunc etiam conualis tabernaculorum in diuisionem ac dimensionem ueniet, hoc est, totus orbis, uelut fortibus quibusdam singulorum locorum habitaculis diuidetur. Tunc etiam distantia conuinet pacificator, & quæ in terra sunt, & quæ in caelis: & intermedio pariete dissoluto, ambo unum faciet. Meus est Galaad, & meus est Manasses. Filius est Manassæ Galaad, ut ostendat patriarcharum consequentiam à deo descendentem, ex quibus est Christus secundum carnem. Et Ephraim defensio capitis mei, Iudas rex meus. Diffra cias partes cõiungit per concordiam. Moab spei lebes. Aut lebes lauacri, inquit alius quidam interpres, aut lebes securitatis, hoc est, uilis & abiectus homo, cui minis interdictum est, ut ingrediatur in Ecclesiam domini: Non enim intrabit Moabites & Ammonites usque ad tertiam, & usque ad decimam generationem, & usque ad æternum tempus: tamen quia baptisimus remissionem habet peccatorum, & securitatem largitur obærat, redemptionem per baptisimum & confortium ad deum ostendens, Moab, inquit, lebes est lauacri, aut lebes securitatis. Omnes igitur alienigenæ subditi sunt iugo Christi. Quapropter in Idumæam extendet calciamentum suum. Calciamentum autem deitatis, est caro dei gestatrix, per quam ad homines descendit. Ob hanc igitur spem beatum prædicans tempus aduentus domini Propheta dicit: Quis abducat me in ciuitatem munitionis? Fortassis Ecclesiam dicit, ciuitatem quidem, propterea quod congregatio est quæ legibus gubernatur: munitionis uero, propter fidei amiculum ac munimentum. Vnde quidam interpres signi

significantiſſime expreſſit ac reddidit, in ciuitatem communitam. Quis igitur dabit mihi, ut magnum illud ſpectaculum uideam, deum ad homines accedentē. Atq; hoc eſt quod à domino dictum eſt, quod multi prophetæ ac iuſti cupierunt uidere ea quæ uos uidetis, & non uiderunt. Da nobis auxiliū ex tribulatione. ¶ Ne queramus auxiliū à fortitudi- ne, ne à carnis bona diſpoſitione, à nulla earum rerum quæ apud homines præclaræ cen- ſentur auxiliū aſſequi conemur, non in poſſeſſione pecuniarum, non in potentiæ mole, non in gloriæ altitudine, contingit nobis uictoria, ſed ex tribulationis exceſſu largitur do- minus auxiliū his qui inquirunt ipſum. Talis erat etiam Paulus, tribulationes ſuas in gloriations conuertens. Quare poterat dicere, Quum debilis ſum tunc potens ſum. Da igitur nobis domine auxiliū ex tribulatione. Nam tribulatio patientiam operatur, pa- tientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit. Vides quo te ducat tri- bulatio ad ſpem non pudeſcentem. Aegrotas gaude, quia quem dominus diligit caſti- gat. Pauper es latere, quia Lazari bona te excipient. Ignominia pateris propter nomen Chriſti; beatus es, quia ignominia in angeli gloriā tibi tranſmutabitur. Perſuadeamus nobiſiſtis fratres in tempore tentationis, ut ne ad humanas ſpes decurramus, nec inde nobis auxiliā uenemur. Sed in lachrymis ac ſuſpirijs, & ſedula oratione, & intentis uigi- lijs preces faciamus. Hic enim auxiliū ex tribulatione ſumit, qui humanum auxiliū ut uanum cōtemnit, & ſpe in eum qui ſaluare nos poteſt fulcitur. In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN
PSALMVM LXI



IN FINEM pro Idithum psalmus Dauid. Duos psalmos nouimus, pro Idi- thum inscriptionem habentes, trigelimum octauum, & hunc quem in mani- bus habemus. & arbitramur Dauidis quidem compositionē operis esse. Ipſi uero Idithum datam esse in utilitatem ipsius, ad animæ affectus corrigēdos, & ad melodiam coram populo, per quam etiam deus glorificabatur, & au- dientium harmoniam mores corripiebantur. Erat enim & Idithum sacrorum carminum cantor, uelut testatur nobis historia Paralipomenon dicens, Et cum ipsis Haman & Idi- thum, tubæq; & cymbala sonantia, & organa carminum dei. Et paulo post ait; Et consti- tuit Dauid rex, & principes exercitus ad opera, filios Asaph & Haman & Idithum, so- nos edentes in cithara, & in nablis siue psalterijs, & in tympanis. De patientia igitur uter que psalmus multam tractationem habet. Per quam sedatur quidem animæ indignatio, omni uero superbia exterminata, humilitas acquiritur. Impossibile est enim eī qui se non omnium infimum ac postremum fecit, aliquando posse aut dum conuictijs impetitur iræ dominari, aut dum tribulatur, per longanimitatem tentationes superare. Qui enim extre- mam humilitatem exquisiuit, in conuictijs suæ utilitatis antea gnarus, præ uerbis ignomi- niosis animo non commouebitur, sed si appellabitur pauper, nouit seipsum pauperē esse & omnium indigum, & quotidiana domini suppeditatione opus habere. Si uero uocabi- tur ignobilis & obscurus, iam præsumptum in suo corde habet, quod ex luto generatus est. Quapropter illic quidem dicit, dixi custodiam uias meas, & peccatoris instantiam re- censet & propriam longanimitatem. Dum consisteret enim, inquit, peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Deinde progressus dicit. Veruntamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Deinde, Thesaurizat & ignorat cui ea congrega- bit. Verum in præsentī psalmo hæsitante orditur, uelut ad animam suam loquens, tan- quam ex prædictorum consequentia. Ut ne enim anima superbiæ carnis subdita, ad iras & tristitias irritetur. Cur, inquit, malorum affectuum seruam facio animam, quæ princi- patum corporis & affectionū ipsius, à conditore ipsius deo sibi conceditū habet? Opor- tet itaq; imperare affectibus, & seruire deo. Impossibile est enim ipsam & à peccato, & à deo regi. Sed oportet maliciæ quidem dominari ipsam, domino uero uniuersorum sub- iectam esse. Quare Propheta inuehens in eum qui tentationes inducit, & multam ma- lorum urbam ipsi excitat, studiumq; suum hic confert, ut spiritus dignitatem in serenita- tem redigat, ipsumq; carni subiiciat, uelut redarguens uanam ipsius contra ipsum uer- sutiā, hæc dicit. Quid me cogis seruire his quibus minime fas est? habeo dominum, cognosco uerum regem. Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum

meum. Causam dixit studij sui circa subiectionem, quia salutare à deo. Proprium enim opificis est, ut securitatis opificiorum suorum curam gerat. Aut quia futurum incarnatio- nis domini beneficium prophetice præuidit, hæc dicit. Quod seruire oportet deo & dili- gere ipsū, qui tantam beneficentiam in humanum genus contulit, ut neq; proprio filio pepercerit, sed pro omnibus nobis tradiderit. Habet enim hūc morem scriptura, ut Chri- ſtum dei, salutare appellet. Quemadmodum sanè etiam Symeon dicit. Nunc dimittis ser- uum tuum domine, quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Subijciamur igitur deo, quia ab ipso est salutare. Quid uero est salutare interpretatur, non actio quædam nuda, benefi- cium quoddam nobis exhibens ad liberationem ab infirmitate, & bonam corporis habi- tudinē. Sed quid est salutare? Nam ipse deus meus, & saluator meus, defensor meus, non commouebor amplius. Deus noster est, ex eo quod dei filius est. Idem etiam saluator ge- neris humani, debilitatem nostram fulciens, & commotionem quæ ex tentationibus an- ſis nostris accessit corrigens. Non commouebor amplius. ¶ Humano more confite- tur commotionem. Impossibile est enim non fieri aliquam commotionem in hominis a- nima à tentationibus. Quousq; igitur parua & pauca peccata committimus, leniter quo- dammodo commouemur, uelut plantæ quæ à leni aura agitantur. Vbi uero plura & ma- iora fuerint mala, iuxta proportionem augmenti peccatorum, etiam commotio augetur solet. Et alij quidem amplius commouentur, alij uero usq; quo radicitus euerſi prosternan- tur, quum spirituales maliciæ, omni turbine uiolentius, radices animæ quibus per fidem in deum fulcita est, abruperint. Ego itaq; commotus sum inquit uelut homo, amplius au- tem non commouebor, propterea quod suffulcior dextera manu saluatoris. Quousq; irruitis in hominem, occiditis omnes uos, tanquam parieti inclinato, & sepi diruptæ. ¶ Rursus aduersus prauos diaboli ministros pugnat hic sermo, immodicas insidias quæ ab ipsis tenduntur accusans. Nimirum homines animal debile sunt, Vos autem irruitis, non contenti primo insultu, sed & secundum & tertium inducitis, usq; quo animam sic collapsi eueratis, ut similis fiat parieti inclinato, & sepi diruptæ ac euerſæ. Partes porrò usquequo quidem rectum statum conseruat, firmus manet, ubi uero inclinatus fuerit, ne- cesse est omnino ipsū dissolutum cadere. Siquidem unita pondera post inclinationem eriguntur. Verum ex pluribus composita, ubi inclinationem ad unam partem perpeſſa fuerint non amplius suscipiunt correctionem. Ostendit igitur sermo, quod natura homi- nis composita existens, inclinata quidem est à peccato, solui autem penitus ipsam oportet, ut ab artifice qui ipsam ab initio edificauit rursus reparata, securitatem accipiat, & ad secundum casum nullis insidijs structis dissolui possit. Dei agricultura estis, inquit, dei ædificatio. Hoc ædificium concussit inimicus, rupturas in ipso factas reparauit opifex. Sic necessarius quidem est casus, propter peccatum. Magna autem resurrectio, propter immortalitatem. Veruntamen pretium meū cogitauerunt repellere, currebant in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. ¶ Pretium hominis est sanguis Chriſti; pretio enim, inquit, empti estis, ne fiat serui hominum. Hoc igitur pretium inutile no- bis reddere cogitauerunt milites diaboli, semel liberatos rursus in seruitutem inducētes. Currebant in siti. ¶ Concitationē ac pertinaciā insidiarum diabolorum ostendit, quia currunt contra nos, interitum nostrū sitientes. Ore suo benedicebant, & corde suo ma- ledicebant. ¶ Multi sunt qui malas actiones amplectuntur, & dicacem quidem urbanum dicunt, turpiloquum uero ciuilem; & amarulentum ac iracundum, minime contemnen- dum nominant. Parcū & illiberalem uelut œconomicum laudant, prodigū uelut libe- ralem. Scortatorem & petulantem, ut uoluptatum quædam ac animi remissi. Et in sum- mam, omni uitio per appositam uirtutem blandiuntur. Tales ore quidem benedicunt, corde uero execrantur. Nam in uerborum benedictione omnem execrationem uitæ ip- ſorum inducunt, per ea quæ amplectuntur, æterni iudicij reos ipsos constituentes. Rur- sus ad animam suam loquitur, subiectionem ipsius ad deum augens. Veruntamen deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. ¶ Indicat magnitudinem tenta- tionum, & illud Apostoli dicit, quod non permittet nos tentari supra id quod sufferre possumus, ab ipso enim patientia mea. In deo salutare meum, & gloria mea, deus auxi- lij mei, & spes mea in deo. ¶ Beatus qui ob nullam quantumuis altam rem in uita exultat, sed deum habet suam gloriā, & qui in Chriſto gloriatur ac illud Pauli dicere potest. Mihi

autem ablit gloriari nisi in cruce Christi. Nunc uero multi gloriantur ob corpus, qui circa gymnica certamina sunt occupati, aut omnino qui in ætatis ac staturæ uigore consistunt. Multi etiam fortitudinem bellicam & eadem eiusdem generis hominū, uirtutem ducunt. Nam præmia in bellis & trophæa quæ ab imperatore & ciuitatibus eriguntur, iuxta cædis magnitudinem fiunt. Alij gloriantur ob ductos circum ciuitates muros. Alij propter aquæ ductuum structuras, & magnorum gymnasiolorum ædificia. Ille uero diuitias suas in eos qui cum feris decertant infumens, & uanis populorum acclamationibus gaudens, laudibus inflatur & se iactat, gloriam in turpitudine sua habens. Qui sane etiam in illustrioribus urbis locis peccatum suum in tabulis descriptum ostentat. Alius rursus ob diuitias gloratur, & alius quod orator est uehemens ac incomparabilis, aut sapientia mundanæ expertus. Quorum omnium gloria misereri conuenit, & illos beatos prædicare qui deum suam ipsorum gloriam faciunt. Si enim ille multū se iactat quod seruus est regis, & ab ipso multum honoratur: quantum conuenit tibi, ut ob te ipsum te magnifices, quod seruus es illius magni regis, uocatus ab ipso ad summum consortium, donatus spiritu promissionis, ut illo insignitus filius dei fias. Cæterum utilitatis genuinæ in deum spei in seipso gnarus, ad æqualem æmulationem inuitat etiam populum dicens.

Sperate in ipsum omnis cōgregatio populorū, effundite corā ipso corda uestra. Fieri nō potest ut diuinæ gratiæ capaces reddamur, nisi maliciæ affectus animas nostras præoccupantes expulerimus. Noui ego medicos, qui non prius salutaria medicamenta exhibuerunt, quam morbificam materiam per uomitum euacuassent, quam ex malo uictu sibi ipsi intemperantes illi immerferant. Sed & uas ab aliquo graueolenti humore præoccupatum ac imbutum, non elotum non exceperit unguenti influxum. Oportet igitur effundere ea quæ prius infunt, ut capi possint ea quæ inducuntur. Veruntamen uani filij hominum. Vidit non omnes sequi præceptum ipsius, neque suscipere spem in deum, sed habere spem in uanitates uitæ. Quapropter dicit, Veruntamen uani filij hominū, mendaces filij hominum. Cur uanitate quia mēdaces. Vbi maxime mendacium ipsorum deprehenditur. In stateris, inquit, iniquitatis. Qualibus dicit stateris: nō enim omnes homines libripendæ sunt, non omnes lanarum aut carniū uenditores, non omnes aurum aut argentum tractant, aut omnino circa has materias studium habent, quas stateris ac libris mercatores diuendere solent. Sed multum est mechanicorū genus, quod libris ad opificium suum nihil opus habet. Multi uero sunt artem nauticam exercētes, & multi circa forum iudiciale ac magistratus diuersantes, apud quos quidem est mendacium, uerum dolus per stateras non exercetur. Quid igitur est quod dicit: Quod unicuique nostrum in occulto statera quædam à conditore nostro constructa est, in qua rerum naturā discernere ac diiudicare potest. Posui ante faciem tuam uitam & mortem, bonum & malum, duas naturas inter se oppositas, expende ipsas in proprio iudicio tuo. Pondera diligēter quid sit tibi conueniētilius, num temporariam eligere uoluptatē, & per ipsam accipere æternam mortem, aut electa in uirtutis exercitio afflictione, per huius beneficium consequi æternam uitam. Mendaces igitur sunt homines, corrupta habentes animæ iudicia, quorum etiam miseretur Propheta dicens: Væ uobis qui dicitis tenebras lucem, & lucē tenebras, qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum. Mihi, inquit, præsentia, quis uero nouit futura. Male ponderas praua bonis præferens, uana ueris potiora ducens, temporaria æternis præponens, prætereuntem uoluptatem pro indefinente ac perpetua latititia eligens. Mendaces igitur filij hominum in stateris iniquitatis. Iniquitatem autem exercent principaliter quidem in seipsos, deinde uero etiam in proximos, qui et sibi ipsi mali sunt in rebus agendis consultores, & alijs prauum exemplum præbent. Non licebit tibi dicere in die iudicij, non noueram bonum. Proferuntur tibi propria tua stateræ, sufficientem boni & mali discretionem exhibentes. Nam corporis pondera libræ momentis examinamus, Quæ uero in uita eligēda sunt, libero animæ arbitrio discernimus, quod etiam stateram nominauit, propterea quod æquale momentum ad utramque partem capere potest.

Nolite sperare in iniquitatem, & rapinas nolite concupiscere. Supra dixit, Sperate in ipsum omnis congregatio populorum. Vidit segniciem ad obediendum, & pronunciauit, Veruntamen uani filij hominum. Rursus uetat ne speremus in iniquitatem. Qui collectas ex iniquitate diuitias, sufficientem sibi causam ad robur & potentiam esse iudicat,

similis

similis est agrote qui in redundantia morbi bonam habitudinem ponit. Nolite sperare in iniquitatem. Hac impedimento tibi est ad omnem actionem. Et rapinas nolite concupiscere. Ab alienis concupiscenciam remouendam esse monet. Diuitia si fluant, nolite cor apponere. Si uideris aliquem prædiuitem, ne prædicaueris uitam ipsius, si ex multis locis & luculentis fontibus affluant pecuniæ, ne amplectaris ipsorum abundantiam. Diuitia si fluant. Admirare uocem, fluxa est diuitiarum natura torrente citius præterlabitur habentes, aliàs alium solet permutare. Quemadmodum fluuius qui ab alto fertur appropinquat quidem adstantibus ripas, simul uero ut contigit statim secedit. Sic etiam diuitiarum promptitudo, celerimum ac lubricum habet accessum, alios ex alijs permutare solens. Hodie huius est ager, cras alterius, & paulo post alius. Intuere domos in urbe, quot iam nomina ex quo extructa sunt transfugerunt, aliàs ab alio possessore nomen ferentes. Et aurum semper è manibus habentis distillans, ad alterum transit, & ab illo ad alium. Magis possibile est ut aquam manu comprehensam cōtineas, quæ ut diuitias durabiliter cōserues. Quare recte dictum est, Diuitia si fluant nolite cor apponere. Ne animi tui affectus adponas, sed utilitatem ab ipsis excipe, non ut unum aliquod bonorum ipsas diligens ac admirans, sed instrumentarium ipsorum ministerium eligens ac amplectens. Deinde post omnia hæc relata sententiam inducit, non amplius propriorum uerborum, sed quam ab ipso deo audiuit. Semel, inquit, locutus est deus, duo hæc audiui. Et neminem perturbet hoc uelut præter omnem opinionem dictum, nimirum quomodo deus semel loquutus est, propheta uero duo audiuit. Possibile est enim semel aliquem loquutum esse, & in illa unica loquutione, multa esse quæ dicta sunt. Nam homo quispiam semel cum aliquo congressus de multis loquutus est, & qui audiuit uerba ipsius potest dicere: Semel quidem me allocutus est, uerum de multis dixit. Hoc ipsum est quod nunc dictum est. Dei quidem apparitio semel mihi contigit, duæ uero res sunt, quas mihi dixit. Nō dicit, Vnum loquutus est deus, duo hæc audiui. Sic enim uideri posset cōtrarietatem habere ad seipsum sermo. Quæ igitur erāt duo hæc quæ audiuit. Quod potestas dei est, & tua dñe misericordia. Quod potens, inquit, est deus in iudicio, & idem misericors. Neque igitur sperate in iniquitatem, neque diuitijs addicere estote, neque eligite uanitatem, neque animæ iudicium corruptum circumferete. Sed gnari quod potens est noster dominus, timete ipsius fortitudinem, & ne desperetis de ipsius benignitate. Ad hoc itaque ut ne iniqui simus, bonus est timor: ad hoc uero ut qui semel in peccatum delapsus est, seipsum per desperationem nō perdat, bona est spes misericordiæ. Nam dei est potestas, & ab ipso misericordia est. Quia tu reddis unicuique iuxta opera sua. Qua enim mensura mensi fueritis, eadem remittetur uobis. Tribulasti fratrem: expecta æquilibrium. Rapuisti bona inferiorum, pugnis ac talitris impetuisti pauperes, pudescisti conuictijs, calumniatus es, mentitus es contra ipsos, alienis nutrijns infidiatus es, peierasti, terminos patrum transposuisti, opes ac possessiones orphanorum inuastisti, uiduas tribulasti, præsentem uoluptatem bonis in promissionibus repositis prætulisti, expecta horum retributionem. Qualia enim unusquisque seminat, talia etiam metet. Cæterum si quid boni etiam à te perpetratum est, illorum quoque multiplices expecta retributiones. Quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. Huius sententiæ si per omnem uitam memoreris, multa peccata effugere poteris, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN
PSALMVN CXIII

I AM DV DV M præoccupato hoc sacro martyri templo, à mediâ nocte deum martyrum per hymnos placantes, persististis usque ad præsentem meridiem, aduentum nostrum expectantes. Vobis quidem igitur honorem martyrum & dei cultum, somno ac quieti præferentibus, parata est merces. Si uero oportet etiam nos pro nobis ipsis rationem reddere moræ ac longioris nostræ absentia, causam afferimus, quod altera huic æqualem dei Ecclesiam, non modico interuallo à uobis distantem, ministerio nostro curantes, tempus hoc diei consumpsimus. Postquam igitur dedit dominus, ut & apud illos ministerium impleuerim, & uestræ dilectioni non desim, gratias nobiscum reddite benefactori, qui hanc quam uidetis corporis nostri debilitatem, inuisibili sua potentia manuduxit. Ut uero ne diutius uos detinentes tristitiam uobis infer-

m 2 ramus

ramus, ubi pauca ex psalmo quem uos cantantes deprehendimus, differuerimus, & uerbo consolationis pro uiribus nostris animas uestras nutriuerimus, singulos uos ad corporis curam dimittemus. Quid igitur erat quod à uobis caneatur? Dilixi, quoniam exaudiet dominus uocem orationis meae. Non cuiusuis est dicere, Dilixi, sed perfecti iam, & seruitutis timorem transgressentis, & in spiritu adoptionis existentis. Non igitur appositum est, quem: subintelligitur autem à nobis, deum uniuersorum. Nam proprie dilectum, est deus. Quandoquidem dilectum definiunt esse, quod omnia cupiunt. Bonum autem est deus, & primum & perfectissimum bonorum. Ipsum igitur dilexi deum, appetibilium summum existentem, & afflictiones pro ipso cum gaudio suscepi. Quales uero sint haec paulo post recenset. Dolores mortis, pericula inferni, tribulationem & dolorem, quae omnia ipsi dilecta, propter dilectionem erga deum, & spem repositam his qui pro pietate afflictiones sustinent, apparebant. Non enim praeter uoluntatem, neque uolenter & coacte sustinui, inquit, certamina, sed amore quodam & affectu suscepi molestias, ut dicere possim. Propter te mortificamur tota die. Et uidentur haec aequivalentia esse his quae Apostolus dicit, & eodem affectu dici cum illo, Quis nos separabit à dilectione Christi, tribulatio aut angustiae, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius? Dilixi igitur haec omnia, gnarus quod sub spectatore & praemiorum datore domino uniuersorum, pericula pro pietate perfero, quoniam exaudiet dominus uocem orationis meae. Sic enim etiam unusquisque nostrum molestias ac difficultates praceptorum potentia perfert, quae uelut spectatori, deo uniuersorum suam uitam ostenderit. Quia inclinauit aurem suam mihi. Inclinauit dixit, non ut corporalem quandam notionem de deo accipias, aures habentes, easque ad lenem uocem inclinante, quod nos facimus, ad eos qui submissa uoce loquuntur autem admouentes, quo ex uicinitate id quod dicitur sensu suscipiamus. Sed inclinauit dixit, ut suam debilitatem ostendat, quod ad ipsum humiliatentem, propter benignitatem erga homines descendit. Velut quum aegrotum quodam ex multa debilitate clare loqui nequeunte, benignus medicus auribus suis admotis, ex uicino ea quae ipsi necessaria sunt addiscit. Inclinauit igitur aurem suam mihi. Diuinae enim aures non opus habent uoce ad percipiendum. Nouit enim etiam in motu cordis cognoscere ea quae quarimus. Aut non audis quod Moses nihil loquens, sed tacitis suis suspirijs dominum interpellans, audiuit à domino dicente. Quid clamas ad me? Nouit dominus etiam sanguinem audire iustorum, cui lingua non est, neque uox aera penetrans. Operum autem iustorum presentia, magna uox est apud deum. Et in diebus meis inuocabo. Nos equidem una die adorantes, aut una hora breui aliqua tristitia ob peccata affecti, securi sumus, tanquam qui aliquid compar maliciae nostrae fecerimus. At uero sanctus ad totum uitae suae tempus extantam confessionem se facturum esse dicit. In diebus enim, inquit, meis omnibus inuocabo. Deinde ut ne putes quod in prosperitate huius uitae degens, & omnibus ipsi rebus secundo uentis procedentibus, inuocauerit deum, magnitudinem calamitatum exponit, in quibus existens non oblitus est nominis dei. Circumdederunt, inquit, me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me. Proprie quidem dolorum uox hoc loco, de doloribus in partu usurpatur, quum uenter in molem eleuatus foetum foras expellit. Deinde dum genitales partes uexantur, conuulsionibusque ac contractionibus fibrarum circum foetum distenduntur, acerbissimos acutissimosque dolores parientibus inducunt. Transtulit autem dolores partus ad eos qui circa mortem animali imminet, in animam ac corporis diuisione. Nihil igitur mediocre se passum esse dicit, sed ad ipsos usque mortis dolores tentatum esse, & ad periculum descensus inferni peruenisse. Num igitur haec sola passus est de quibus gloriatur, aut saepe haec & inuitus? Nihil autem coactum laudabile est. At uide mihi Athletam huius magnanimitatem. Postquam enim circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me, tantum abfui ut praetentationibus his succubuerim, ut etiam multo pluribus ultrò tentationibus me ipsum addiderim, Tribulationem & dolorem uolens mihi ipsi excogitari, non inuitus ab ipsis apprehensus sum. In superioribus enim pericula inferni inuenerunt me, hic uero tribulationem & dolorem meum. Quum enim illic obstinatum animam habere inuentus essem, ad ea quae à tentatore inducta sunt, quo opulentiam dilectionis erga deum demonstrarem, apposui tribulationem ad tribulationem, & dolorem ad dolorem: non per meam potentiam contra dolores insurgens, sed quod nomen domini inuocaui

uocaui. Tale est & illud Apostoli dicentis, In his omnibus plus quam uictores euadimus per eum qui dilexit nos. Vincit enim qui non his quae per necessitatem inducuntur emoluitur. Plus quam uictor euadit & superat, qui etiam ultro dolores ad patientiam demonstrandam adtrahit. Qui in peccato aliquo mortali haeret dicat, circumdederunt me dolores mortis. Omnis enim, inquit, qui facit peccatum ex diabolo natus est. Quum igitur essem, inquit, operator peccati, in utero gestabar à morte, tunc etiam inuentus ab inferni periculis. Quomodo igitur medicator sum mihi? Postquam tribulationem et dolorem inueni per poenitentiam. Correspondentem enim magnitudini peccati afflictionem ex poenitentia mihi ipsi excogitavi, & sic ausus sum inuocare nomen domini. Quae uero erant ea quae dixi? O domine libera animam meam. Detineor in hac captiuitate, tu des pro me redemptionis precium, & libera animam meam. Misericors dominus & iustus. Scriptura ubique coniungit misericordiam dei iustitiam, docens nos, quod neque misericordia dei iudicio caret, neque iudicium immisericors est, sed & dum misereatur, cum iudicio misericordias dignis dimittitur, & dum iudicat, sagaciter pro debilitate nostra iudicium inducit, benignitate magis quam aequali retributione nos retilians. Et deus noster misereatur. Misericordia est affectus erga eos qui praeter dignitatem humiliati sunt, ab his qui condolenter afficiuntur siens. Misereatur eius qui ex magnis diuitijs, ad extremam paupertatem delapsus est. Item eius qui ex summa corporis bona habitudine, ad extremam debilitatem defectus est. Item eius qui ob pulchritudinem & formam corporis gaudens, à turpissimis ac foedissimis affectionibus corruptus est. Quandoquidem igitur etiam nos eramus aliquando in gloria, & nobiles in paradisi uita: facti sumus autem in gloria & humiles propter electionem: Deus nostri misereatur, dum uidet nos quales ex qualibus facti sumus. Quapropter etiam Adam uocauit per misericordiam uocem dicens, Adam ubi es? Non enim doceri quarebat omnium gnarus, sed intelligere ipsum uolebat qualis ex quali factus esset. Vbi es? quasi diceret, ad quale casum ex tanta altitudine deuenisti. Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum & seruauit me. Siue iuxta naturalem rationem non constitisset humana natura, si non pueruli & adhuc infantes à domino custodirentur. Quomodo enim qui in utero gestantur nutririi aut moueri poterant, in angustiis ad locis & nullum diuersorium habentibus, Sed & in tenebrosis ac humectis locis uitam habentes, & neque respirare potentes, neque hominum uitam uiuere, sed instar piscium humoribus innatantes, nisi per dei custodiam conseruarentur? Quomodo uero ad inconsuetum hunc locum elapsi, & à calore uteri aere perfrigerati, uel ad breuissimum tempus durarent, nisi à deo seruari? Custodiens igitur paruulos dominus, humiliatus sum & seruauit. Aut etiam sic haec uerba intelligere poteris. Quandoquidem conuersus sum, & factus sum uelut infans, & suscepi regnum caelorum uelut puer, & per innocentiam me ipsum ad puerorum humilitatem demissi, custodiens paruulos dominus, quoniam humiliatus sum, seruauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Sibi ipsi sermones consolatorios proponit bonus Athleta, similiter uelut Paulus dicens: Certamen bonum decertaui, cursum consummaui, fidem seruauit, de cetero reposita est mihi iusticiae corona. Haec dicit ad seipsum etiam Propheta: Quandoquidem sufficienter longum uitae cursum expleuisti, conuertere de cetero in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Proposita est enim aeterna requies, his qui legitime in hac uita decertarunt, quae non secundum operum debitum ac meritum retribuitur, sed iuxta magnificentissimi dei gratiam his qui in ipsum sperauerunt exhibetur. Deinde priusquam bona illic exponat, molestiarum mundi fugam & euasionem recensens, pro his gratias agit animarum liberatori, qui ex uaria & inuitabili afflictione seruauit ipsum exemit. Quae uero sunt haec? Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Comparatione rerum in hac uita futuram requiem describit. Hic enim, inquit, circumdederunt me dolores mortis. Illic uero eripuit animam meam de morte. Hic oculi mei lachrymas ex tribulatione profundunt, Illic non amplius lachrymae pupillis tenebras offundunt eorum qui inspectione pulchritudinis maiestatis dei laetantur. Abstulit enim deus omnes lachrymas ab omni facie. Hic magnus est lapsus periculum, quapropter etiam Paulus dixit, Qui sibi uidetur stare uideat ne cadat. Illic firmi sunt gressus, uita impermutabilis, non amplius periculum ad peccatum delabendi: neque enim carnis est insolentia, neque foeminae cooperatio ad peccatum. Quia non est masculus &

foemina in resurrectione, sed una quaedam est uita ac uniformis, complacentibus suo domino his qui in regione uiuorū habitant. Mundus hic & ipse mortalis est, & morientium locus. Quandoquidē enim cōposita est rerū uisibiliū substantia, Omne uero cōpositum dissolui solet: Qui in mundo sumus partes mundi existentes, necessariō naturā uniuersū participes sumus. Quapropter etiā priuſq; anima à corpore per mortē separatur, nos homines saepe morimur. Et ne praeter omnē opinionē tibi esse uideatur id quod dico, rei ipsius ueritatē cōsidera. In tribus enim annorū septenarijs, tres alterationes ac mutationes aetatis ac uitarū homo sustinet, & iuxta singulos septenarios proprius est terminus praeterita circūscribēs, & manifestā transmutationē exhibens. Pueri aetas dentitū tactu circa primum septenariū terminatur. Deinde pueri qui de caetero ad disciplinas aptus est, praefinitum tempus usq; ad pubertatē est. Puber uero & Ephebus usq; ad primū & uicēsimū annum cōpletus, quū prima lanugine genas uestire & obumbrare inceperit, latenter dissipatur, adolēcente iā in uirū transeunte. Quū igitur uideris uirū qui deposuit incrementum auēscendi iuxta aetates, & iam mente ac ratiocinatione firma utitur, nullumq; iuuetutis uestigiū amplius habet, nō mortua esse in ipso praeterita reputabis: Rursus senex ad aliam formā & dispositionē animae transpositus, manifeste alius est à superioribus. Quare uita hominū per multas mortes, non solū circa aetātū trāsmutationes, sed etiā circa animarum in peccatū ruinas, cōpletur. Vbi uero non est alteratio, neq; corporis neq; animae (Neq; enim est cogitationis peruersio, neq; sententiā mutatio, quū nulla calamitas cōstantiam & quietē mentis auferat) Illic est regio reuera uiuorū, qui ipsi sibi ipsi semper similes existunt. In qua maxime uniuersorū deo se complacitū esse Propheta iactat, ut qui à nemine interpellationē passurus sit, quo minus scopū uerā & aequalis cum angelis seruitutis contingat. Conemur, inquit, siue in corpore praesentes, siue à corpore decedentes, ut ipsi complacentes simus. Viuorū illa est regio, in qua non est nox, non somnus mortis imitatio, in qua non inest potus, nō inest cibus, debilitatis nostrae fulcimēta. nō inest morbus, non dolores, non medicina, non fora, non mercatura, nō artes, nō pecunia, malorū principū, bellorū causa, inimicitiae radix. Sed regio uiuorū, nō morientū per peccatū, sed ueram uitam uiuentium in Christo Iesu, cui gloria & imperiū in secula seculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN

PSALMVM CXV



CREDIDI, propter quod loquutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego uero dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Fides praecat ac ducit sermones de deo, fides & non demonstratio. Fides supra rationales methodos animam ad assensum trahens. Fides non per geometricas necessitates, sed per spiritus actiones accedens. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Hanc uocem conſequebatur opus per spiritū. Ex miraculo, necessaria susceptio deitatis unigeniti uidentibus contingeat. Quid magis ad assensum cogit dic mihi, propositionum plicae conclusionem consequentem sibi ipsi trahentes, aut miraculum tantum euidenter conspectum, omnem humanam potentiam excedens. At non etiā nūc eadem clarent, neq; spiritus opera sermonē de deo confirmant, Sed artificiosa demonstrationes, in uerisimilitudine sapientiae mundanae spem habentes, non in fortitudine & euidentia reuelationis spiritus, quam per eos qui in simplicitate cordis citra curiositatem confidunt deo, multorū salutis gratia ostendit. Sed utinā etiā mihi cōtingat ut digne credatis, ubi nunc Ecclesiae dei magnae huic omnes rationes in mēte mea sitas dicam. Et nemo subsannet sermonē, tanq; citra examinationē ad eorū quae dicimus assensum, audicores inducamus. Neesse est enim omnis disciplinae principia discipulis citra cōtentionem in expensa ac concessa esse. Nam impossibile est citra prima reluctantes, uia & ordine ad finem progredi posse. At hoc ipsum ab ipsis externis discere potes. Si enim non concesseris prima principia Geometriae, impossibile est ipsum id quod consequens est concludere. Et qui principijs ac elementis Arithmetices se opponit, uiam ad ulteriores intercipit. Similiter etiam Medicinae principia demonstrari non possunt. Et in summa, in quacūq; professione, uia & ordine ad finem procedente, impossibile est primorum propositorum demonstrationes inquirere. Sed neesse est rationalium artium principijs citra cōtentionem assumptis, id quod ex propositis consequens est, in his quae deinde sequuntur inspicere

cere. Sic sanē etiam theologiae mysteriū, assensum ex fide citra examinationem requirit. Crede enim oportet, inquit, quod est deus, non quaerere, neq; contendere quid est. Et summam, si fides rerum quae sperantur substantia est, & argumentorum earū quae non uidentur. Ne contende iam uidere ea quae procul reposita sunt, neq; ea quae sperantur ambigua statuas, propterea quod nondum eorum cognitionem attingere potuisti. Haec quidem igitur in summa de fide dicta sunt, propter contentiosos, & in uerbis inanibus spem habentes. Caeterum uidetur mihi praesens psalmus, ad praecedentis psalmi sententiā consequentiam habere. Dixit enim isthic, Placebo domino in regione uiuorum. Quadoquidem igitur de regione loquitur quae non uidetur, tanquam clare sciens, causam reddit decreti sui de obscuris, dicens, Credidi quod est regio quaedam uiuorū, quapropter loquutus sum, quod placebo in ipsa domino. Profecto anima citra fidem ad dicendum ueniēs, inaniter nugabitur, ad nullum propositum, sermonem producens. Principium igitur sermonis prudentis fides fortiter in corde loquentis insidens. Deinde unde possibile sit nobis perfectionem circa fidem acquirere, consequenter subdit dicens, Ego autē humiliatus sum ualde. Qui enim mentem suam non humiliat, neq; ad imitationē Apostoli dicit, Fratres ego me ipsum nondum arbitror assequutum esse. Sed de substantia dei cōprehensione cogitat, & propria ratiocinatione incomprehensibilia metitur, & tantum reputat esse deum, quantum ipse ratione assequitur. Et omnino qui propriam mētē uniuersorum mensuram facit, non reputans quod facilius est parua hemina totum mare dimetiri, quam humana mente maiestatem dei inenarrabilem cōplecti. Frustra inflatus & ob uanitatem mentis suae elatus, nō potest dicere, Credidi, quapropter loquutus sum: quadoquidem neq; quod sequitur, inferre ipsi possibile est, nempe ego autē humiliatus sum ualde. In fastu enim & arrogantia uiuit, & inanibus uerbis gaudet, fortitudinem ex fide non possidens. Deinde non se ipsum solum humiliat Propheta, sed etiam omnem simul sibi ipsi cognatam & naturae sociam humanitatem. Ego enim dixi, inquit, in excessu meo, Omnis homo mendax. Quare qui non ex fide auxiliū capit, sed ex seipso ad sermonem uenit, humano apparatu ad ueritatis comprehensionem confidens, mendax est, multum à ueritate excidens. At uero hunc sermonem in excessu se dixisse ait: Quis uero est hic excessus? Aut quum humanam naturam considerassem, & an alicubi inter homines esset ueritas perscrutatus essem, nusquam hanc inuenire potens citra dei auxiliū, ob inopinatam rem stupore affectus, exclamauit, Omnis homo mendax. Aut in excessu illo quem coram Anchus cōsaxi, morbum comitalem siue lunaticum & mentis percussione simulans, ubi uidebā me ad eam necessitatem deuenisse, ut contra me ipsum mentiri cogerer, & quae non essent fingere, quo periculum ex hostibus effugerem: Tunc dixi, Omnis homo mendax: etiam si non ex proposito, neq; in detrimentum proximorum, sed omnino propter quasdam calamitosas causas ad mendaciū confugerim. Nec uero sibi ipsi contraria dicit in sermone Propheta, quē admodū aliqui sophistae ipsum redarguere conantur, in circuitionis elenchū ac redargutionē prophetā incidisse dicētes. Si enim omnis homo mendax est, Homo uero est etiā Dauid. Mendax erat etiam ipse nimirū. Si uero mendax, non credendum est ipsi de his de quibus pronunciat. Si uero hic sermo uerus nō est, neq; est omnis homo mendax, etiam Dauidem à mendacij culpa liberum dimittimus. Si uero non mentitur, credemus ipsi quae dicit. Credentes autē, rursus ad incredulitatis necessitatem circumagemur. Quare siquidē uerū dicit Dauid, suū ipsius sermonē dissoluit, & homo existens & mentiēns. Si uero mentitur, per se habet ut ipsi non credatur. Quis enim attendet mentientis? Quare quū semel pronunciarit, omnē hominē esse mendacem, mentiatu Dauid, ut sermonē confirmet, Aut si uerū ipse dicit, prenūciatā à se sententiā dissoluit. At haec quidem ludentium sunt, & eorū qui uerborū strophis ac uersutis gaudent, & apud imperitos exultant. Veritas autē ipsa nō se hoc modo habet. Homines enim dicuntur, qui humanis affectibus adhuc detinentur. Qui uero altior iam carnalibus affectionibus factus est, & propter mentis perfectionē ad angelorū statū progressus, hic ubi de humanis loquitur, se ipsum à reliquis eximit scilicet. Minime enim mendax est qui dixit, Ego dixi dii estis, & filij altissimi omnes, Vos autem sicut homines morimini. Porro dii estis, si omnino alicui alteri, etiam ipsi Dauidi talis appellatio conuenit. Nam & filius altissimi est, qui per uirtutem deo assimilatus est, & non moritur uelut homo.

sed uiuentem in seipso deum habet. Ego igitur dixi, inquit, in excessu meo, omnis homo mendax. Audiant qui carni quidem per affectus sunt permixti, mentem uero suam ultra transmunda extollunt, quorum cogitatus & altitudinem cordis ipsorum elatam contra deum demoliri ac subuertere, communis scopus sit omnibus pietatem amplectentibus.

Quid retribuā domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicē salutaris accipiam. Reuocatis in memoriam innumeris dei donis, quod ex non existente ad esse productus est, quod ex terra formatus ratione excultus est, in qua etiam imaginem coelestis ferre potest. Deinde respectu etiam habito ad dispensationem ac mysterium pro genere humano, quod seipsum dominus dedit precium redemptionis pro omnibus nobis: super omnibus his dubitat, & in omnibus suis bonis quaerit, quod dignum domino donum inueniat. Quid igitur inquit, retribuam domino, non sacrificia, neque holocaustorum exultationes, neque ex legali cultu reuerentiam, sed totam meam uitam. Et propterea inquit, calicem salutaris accipiam, afflictionem in certaminibus pro pietate, & resistere aduersus peccatum usque ad mortem, calicem appellans. Hoc autem utique fuerit id quod ipse saluator in Euangelij docuit, Pater si possibile est transeat calix iste. Et rursus ad discipulos, potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Indicauit autem mortem, quam pro mundi salute suscepit. Quapropter dicit, Calicem salutaris accipiam. Hoc est scilicet ad perfectionem per martyrium uenio, supplicia quae in certaminibus pro pietate obueniunt, requiem & resurrectionem animae ac corporis, non dolores ducens. Me ipsum igitur inquit, sacrificium offeram ac oblationem domino, quonia omnia minora duco quam pro dignitate ipsius benefactoris. Atque has meas promissiones paratus sum teste omni populo facere ac persolvere. Vota enim mea reddam coram omni populo ipsius. Deinde exhortatio sequitur ad auditores, ut ne formident mortem. Preciosa, inquit, in conspectu domini mors sanctorum eius. Ne cunctemini, inquit, ad certamen pulchrum uos homines. Ne formidetis mortem. Non enim corruptio est, sed uitae causa: non est interitus penitus, sed transitus ad honorem. Equidem apud homines opulentos, lapilli quidam floridis fulgentes coloribus preciosi appellari solent, reuera autem preciosa res est mors sanctorum eius. Quae anima purgata per uitam, ab inquinamentis carnis libera, non habens maculam aut rugam, ex certaminibus pro pietate glorificata, & iustitiae corona redimata, ex omnibus his uirtutis pulchritudine effulgens, adstiterit domino & iudici uniuersorum, speciositatem ex gratia, omni lapide precioso magis coruscantem, adeptam: quomodo non preciosa eiusmodi hominis coram domino mors? Ne igitur lugeamus ob exitus sanctorum uirorum ex hac uita, sed magis ob natiuitates, & ad hanc uitam accessus. Nam ingressus in hunc mundum, per ignominiam est sordis ac grauelentiae, & eorum quorum ne conspectum quidem facile ferat aliquis qui nos in uita praecessit. Per talia enim carnalis natiuitatis accessus per naturae necessitatem constitutus est. Verum exitus & hinc decessus preciosus est & illustris: non omnium hominum, sed eorum qui sancte & iuste uitam hanc transegerunt. Preciosa igitur est mors, non preciosa hominum natiuitas. Seminatur enim, inquit, in ignominia, surgit in gloria, seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate. Copara itaque mortem natiuitati, & desine lugere ob eum qui ex ignominia liberatus est. Quae Iudaice moriebar, abominabilia erant morticina. Quum pro Christo contingit mors, preciosae sunt reliquiae sanctorum eius. Antea dicebatur sacerdotibus, & deo dicatis, Non contaminabitur ex aliquo mortuo. Et, si quis contigerit mortuum, immundus erit. Et hoc, laua eius uestimenta. Nunc autem qui contigit ossa martyris, quandam sanctificationis societatem assumit, ex gratia corpori in fide. Preciosa igitur est coram domino mors sanctorum eius. Ne praeferte preciosis uilissimas, neque mali permutatores fiat, fragilem hanc uitam incorruptibili ac beato statui praeferrentes. Nam praeter affectus ignominiae quibus plurimi uoluptuarij succumbunt, adhuc etiam uitae necessitates, animae magnificentiam inflectentes, uelut in seruitute redigunt ipsam, ad obsequium carnis detrahentes. Vbi autem seruitus est, illic uidelicet & ignominia est. Fugienda igitur est uita, cui ignominia coniuncta est. Nihil igitur, inquit, magni facio, me ipsum tibi domino retribuens. Seruus enim tuus existens, tibi adduco tuam possessionem. Omnino enim creatoris mancipium ac seruus est id quod creatus est. Quare non solum uoluntate seruus sum, sed etiam natura. Filius enim sum ancillae tuae, quam infantem adhuc ac ualde puerilem inimicis abductam, & ex seruitute tua remotam, peccati seruam fecit. Verum reuertor ac recurro ad do-

ad dominum quem habui ab initio, & agnosco ueterem seruitutem. Dirupisti uincula mea. Quandoquidem me a uinculis peccati liberaisti, dum descendisti ad infernum, & exoluisti humanitatem uinculam mortis existentem, & in carceribus inferni inuitabilibus detentam. Propterea sacrificabo tibi, non qua drupeda fissungula ac ruminantia, neque uolantia munda, aut similitudinem oleo subactam, aut thus lucidum, aut compositum illud thymiana ac suffumigium. Haec enim tibi domino a terra offeruntur, sed quae est mea propria possessio, & cordis mei soboles ac fructus, glorificationem tuam ex ipso offeram, uelut ex ara aliqua de mente mea. & sacrificabo tibi sacrificium laudis innumeris holocaustis praefertendum, tibi minime indigo ac perfectio deo, qui non expetis corporalia sacrificia, quibus ditiores abundant, sed ex affectu ac corde uero confessionem, cuius omnes qui uolunt particeps ex aequo fiunt. Sacrificans autem tibi laudem, non uelut erubescens clanculum alticubi & in abscondito loco, impiorum reprehensiones fugiens, sed publicum quoddam sacrificium faciam, uniuerso populo ad communem cultum assumpto. Locus autem sacrificij nobis demonstrabitur medius & illustrissimus ipsius Hierusalem. Audite uos Ecclesiam relinquentes, & in domibus communibus diuersantes, miserabilia preciosi corporis fragmenta, quod preces ac uota in medio Hierusalem reddere oportet, hoc est, Ecclesiae dei. Neque enim iuxta ueterem cultum, unicuique propriam aram erigere licet, sed una demonstrata est his qui sacrificare uolunt. Tu uero contra patrum altare extruis aram, & ignem alienum in ipsa accendis, ne ueterum quidem exemplo resipiscens, homines corrupta mentis attrahens, & te ipsum una cum ipsis coinquinans. Horum fugite uos populus domini imitationem, & ne separemini a portione eorum qui saluantur, permanentes in fide, perfectionem acquirentes in praecipis domini, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

FINIS

DIVI BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CAESAREAE CAPADOCIAE, Concionum uariorum argumentorum xviii numero Index.

De Ieiunio.	Concio	I & II
De dicto, Attende tibi ipsi.	Concio	III
De gratiarum actione.	Concio	III
In Martyrem Iulittam.	Concio	V
De Auaritia.	Concio	VI
Ad diuites.	Concio	VII
Quod deus non est autor malorum.	Concio	VIII
Contra irascentes.	Concio	IX
De Inuidia.	Concio	X
De fame & siccitate.	Concio	XI
In initium Prouerbiorum.	Concio	XII
Exhortatio ad sanctum baptismum.	Concio	XIII
Contra Ebriosos.	Concio	XIII
De Fide.	Concio	XV
In Euangelij Ioannis initium.	Concio	XVI
In sanctum baptismum.	Concio	XVII
In Barlaam martyrem.	Concio	XVIII
In martyrem Gordium.	Concio	XIX
In quadraginta martyres.	Concio	XX
Dicta in Lacizis.	Concio	XXI
De Humilitate.	Concio	XXII
Ne rebus spiritualibus affixi simus.	Concio	XXIII
In sanctam Christi natiuitatem.	Concio	XXIII
Ad adulescentes, quomodo ex Graecis autoribus utilitas capienda sit.	Concio	XXV
In sanctum martyrem Mamantem.	Concio	XXVI
De Spiritu sancto.	Concio	XXVII
De Poenitentia.	Concio	XXVIII

SANCTI PATRIS NO STRI BASILII MAGNI CAESAREAE

CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI, DE IEIUNIO
Concio prima, Iano Cornario Medico Phy-
sico Interprete.



B VCCINATE, inquit, in nouilunij tuba, in insigni festiuitatis uestrae die. Hoc praeceptum est propheticum. Nobis autem omni tuba uocalius, & omni instrumēto Musico clarius, praeminentem dierum festiuitatem indicant lectiones. Didicimus enim ieiuniorum gratiam ex Esaia, qui Iudaicum quidem ieiunij modum reiecit, ueri autē ieiunij nobis specimen exhibuit. Ne ad forenses lites & contentiones ieiunetis, sed solue inuititiae ligamētum. Et ipse dominus, Ne sitis tristi ad spectu, sed laeta faciem tuā. Itaq; sic affecti sumus, uelut edocti sumus, non tristitiam uultu praeferentes in accedentibus diebus, sed splendide ad ipsas dispositi, uelut sanctos decet. Nullus abiecti animi coronatur, nullus tristis trophaeum erigit. Ne sis tristis dum curaris. Absurdum est non gaudere ob animae sanitatem, sed tristari ob ciborum alterationem: & maiorem gratiam uideri praebere uoluptati uentris, quam animae curationi. Etenim satietas in uentre gratiam collocat, Ieiunium uero ad animam lucrum traducit. Laetare quod datum est tibi a medico pharmacum tollens peccatum. Quemadmodum enim uermes qui in puerorū intestinis generantur, medicamentis quibusdam acerrimis extirpantur, Sic peccatum intus in profundo habitans, ieiunium ad animam progressum occidit, quod sanē uere hac appellatione dignum est. Vnge caput tuum, & laua faciem. Ad mysteria te uocat hic sermo. Qui unxit oblitus est, qui lauit lotus est. ad internas partes transfer praeceptum. Ablue animam a peccatis, Vnge caput oleo sancto, ut particeps fias Christi, id est uncti, & sic ad ieiunium accede. Ne obscures faciem tuam uelut Hypocritae. Obscuratur facies, quum interna affectio ficto externo habitu obducitur, uelut per uelamentum mendacio contecta. Hypocrita est qui in Theatro alienam personam assumit, seruis saepe domini, & priuatus regis. Sic in hac uita uelut in orchestra ac officina spectaculorum uitae suae, pleriq; theatrum exhibēt, alia in corde ferentes, alia in superficie hominibus ostentantes. Ne igitur obscures facie, qualis es talis appare, non transformans te ipsum ad tristitiam, ex eo quod abstinentis esse uidearis, gloriam captans, Neq; enim beneficentiae quae per tubam celebris redditur utilitas ulla est, neq; ieiunij quod publicatur ullum aliquod lucrum. Quae enim ad ostentationem fiunt, non ad futurum seculum fructum extendunt, sed ad hominū laudem uergunt ac finiunt. Accurre itaq; splendide ad ieiunij donum. Antiquum donum est ieiunium, non inueterascens, non senescens, sed reiuuenescens semper, & in aetatis uigorem efflorescens. putas me antiquitatem ipsius a lege producere? etiam lege antiquius est ieiunium. Si paululum expectaueris, reperies dicti ueritatem. Ne putes diem propiciationis praeceptam Israel septima mense, decima mensis die, esse ieiunij principium. Age itaq; per historiam uadens, antiquitatem ipsius perscrutare. Non enim recentius est inuentum, patrum est thesaurus. Quicquid antiquitate excellit, uenerabile est. Reuerere ieiunij canitatem, coetaneum est humanitati ieiunium, in paradiso sancitum est. Primum mandatum accepit Adam, de ligno cognitionis boni & mali ne edatis. Hac uox, Ne edatis, ieiunij & abstinentiae est praeceptum. Si Eua ieiunasset a ligno, non hoc nūc ieiunio opus haberemus. Non enim opus est ualentibus medico, sed male habentibus. Male affecti sumus per peccatum, sanemur per poenitentiam. Poenitentia autem citra ieiunij irrita est. Maledicta terra, spinas & tribolos producet tibi. Tristitiam ferre tibi praeceptum est, non de licitari. Per ieiunium purga te deo. Sed & uita in paradiso, ieiunij est imago, nō solū quod angelis contubernalis existens homo, per id quod paucis contentus erat, similitudinem ad ipsos acquirerebat: sed quod etiam quaecunq; postea hominum solertia adinuenit, nondum

dum a uiuentibus in paradiso excogitata erant, nondum uim potus, nondum animantium macerationes, non quae mentem hominis turbant. Quandoquidē non ieiunauimus, excidimus e paradiso, ieiunemus itaq; quo rursus ad ipsum reuertamur. Nō uides Lazarum quomodo per ieiunium ingressus est in paradysum? Ne imiteris Euae inobedientiam, ne rursus consiliarium serpentem suscipias, in indulgentiam carnis, cibum suggerentem. Ne praetere infirmitatem ac debilitatem corporis, nō enim mihi praetextus & excusationes dicis, sed ei qui nouit, ieiunare non potes, dic mihi, saturari autem uictu, & corpus onere comestorum conterere potes? Atqui noui medicos non edulorum uarietatem, sed inedia & famem, aegrotis imperare. Quomodo igitur is qui haec potest, illa nō posse se excusare? Quid facilius uentri, tenuitate uictus sufferre nocem, an redundantia ciborū grauatam faceret? Immo neq; iacere, sed frequenter conuerti, disrumpiq; ac suspirare. Nisi fortassis dices etiam gubernatores oneribus grauatam nauem facilius seruare, quam leuem ac uacuum. Nam eam quae copia pressa est, modica undae insolentia demergit. Quae uero moderate oneribus onusta est, facile fluctus superat, nulla re impediēte ipsam altior fieri. Itaq; etiam hominum corpora assidua satietate degrauiata, facile per infirmitates submergantur. Quae uero frugali ac leui alimento utuntur, etiam id quod ex morbo expectatur malum, uelut exurgentem tempestatem effugiunt, & id quod iam adest molestum, uelut petrae cuiusdam marinae occursum propulsant. Aut etiam quiescere iuxta tuam sententiam, laboriosius est quam currere, & ociosum esse quam lucrari, si quidem sanē deliciarum conuenientius aegrotis esse dixeris, quam frugaliter uiuere? Nam facultas animal gubernans sufficientiam quidem & frugalitatem facile conficit ac concoquit, & ei quod nutritur appropriat ac assimilat. Vbi uero sumptuositatem & uarietatem edulorum assumpsit, deinde reniti ad partem non sufficit, uaria morborum genera inducit. Caeterum ad historiam progrediatur sermo, antiquitatem ieiunij persequens, & quomodo omnes sancti, uelut paternam quandam hereditatem susceptum sic conseruauerunt, patre filio uelut per manus tradentes. Vnde & ad nos per successionis consequentiam haec possessio conseruata est. Non erat in paradiso uinum, nondum animalium macerationes, nondum carnis esus. Post diluuium uinum, post diluuium editis omnia uelut olera herbarum, quum desperata est perfectio, tunc concessa est fruitio. Exemplum inexperientiae uini est Noe, ignorans uini usum. Nondū enim ad uitae usum peruenerat, neq; in hominum consuetudine tritum erat. Quum igitur neq; alium bibentē uidisset, neq; ipse expertus esset, incaute ab ipso laesus est. Plantauit enim uitem Noe, & bibit de fructu, & inebriatus est, non quod uinolentus esset, sed quod inexpertus mensurae assumentae. Ita recentius est uini potus inuentum quam paradysus. Et sic antiqua est ieiunij autoritas. Sed & Mosen per ieiunium ad montem accessisse cognouimus. Non enim ausus fuisset uertice fumante, neq; confusus fuisset ingredi in caliginem, si non ieiunio fuisset armatus. Per ieiunium mandatum suscepit, digito dei in lamina scriptum. & superne quidem ieiunium legislationis causa erat: inferne uero gulositas ad idolorum cultum insaniebat. Se debat enim populus ad edendum ac bibendum, & surgebat ad ludendum. Quadraginta dierum perseverantiam ieiunantis ac orantis serui, unica ebrietas inutilem declarauit. Nam tabulas digito dei scriptas, quas ieiunium accepit, eas ebrietas contriuit, quum indignum iudicaret Propheta, ebrioso populo leges a deo ferri. In uno temporis momento per gulositatem populus ille, de deo per maxima miracula edoctus, in insanam Aegyptiorum idolorum culturam deuolutus est. Compara inter se utraque, quomodo ieiunium ad deum adducit, & quomodo deliciae salutem amittunt. Descende uiam ingressus ad posteriora, Quid ipsum Esau inquinauit & seruum fratris fecit? nonne unicus esus ob quem primogeniti praerogatiuam amisit? Samuelem autem nonne oratio cum ieiunio matri donauit? Quid magnum uictorem Sampsonem inuictum reddidit? nonne ieiunium cum quo in utero matris conceptus est? Ieiunium ipsum instar nutricis enutriuit, ieiunium uirum effecit, quod uidelicet angelus matri praecipit. Quaecunq; procedunt ex uite non edat, & uinum ac siceram, hoc est omnem potum inebriantem non bibat. Ieiunium prophetas generat, potentes roborat, Ieiunium legislatores sapientiam docet, animae bonum propugnaculum, corpori securus cohabitator, scutum fortiter agentibus, exercitium athleticis. Hoc tentationes remouet, hoc ungit ad pietatem, sobrietatis

sobrietatis comes, temperantiae opifex, in bellis uiriliter agit, in pace quietem docet, deo dicatum sanctificat, sacerdotem perficit, Non enim possibile est citra ieiunium sacra celebrare audere, non solum in mystica nunc & uera dei cultura, sed etiam in figurata secundum legem inducia. Hoc Heliam magni miraculi spectatorem fecit, Quadraginta enim diebus quum per ieiunium animam depurgasset, sic in spelunca in Choreb uide te dignus factus est dominum, quantum sane possibile est homini uidere. Ieiunans reddidit uiduae filium, fortis apparens contra mortem per ieiunium. A ieiunantis ore uox egredisa, populo contra leges agenti caelum conclusit, per annos tres ac menses sex. Quo enim indomitum cor durae ceruicis hominum molliret, uoluit etiam seipsum in afflictione condemnare. Propter hoc uiuit dominus, inquit, si erit aqua in terra nisi per os meum. & induxit omnipopulo ieiunium per famem, ut malitiam ex delicijs ac dissoluta uita corrigeret. Elissaeo autem qualis erat uita? quomodo apud Sunamitidem hospitio usus est? quomodo uero ipse prophetas excepit? nonne olera syluestria, & modica farina hospitalitatem explebant? quando & colocynthide syluestri accepta, periclitantur erant qui contingerant, nisi precibus ipsius ieiunatoris uenenum dissipatum fuisset. Et in summa, reperire est ieiunium omnes sanctos ad diuinam politiam manu duxisse. Est quaedam corporis natura, quam Amianton uocant, in consumptilibus igne, quae quidem in flamma posita in prunas redigi uidetur, expta aut ab igne, uelut aqua illustrata purior euadit. Talia erant trium puerorum illorum in Babylonia corpora, ex ieiunio naturam amianti in consumptilem habentia. In magna enim fornacis flamma, uelut aurei natura existentes, sic omnem ignis noxam superabant. Imo multo magis auro potentiores declarabantur. Non enim consumit ipsos ignis, sed integros seruauit, & quidem quum nihil sane illam ipsam flammam sustinisset, quam Naphtha bituminis calamentum, & pix, & sarmenta nutrebant, ut ad qua draginta nouem cubitos ipsa diffunderetur, & circumcirca depascens multos Chaldaeorum consumeret. Illum itaque regum pueri cum ieiunio ingressi conculearunt, tenuem instar roris aere in tam uehementi igne inspirantes, & ne pilos quidem contingere ignis ausus fuit, propterea quod ipsi a ieiunio enutriti essent. Daniel porro uir desideriorum, qui tribus septimanis panem non comedit, & aquam non bibit, etiam leones ieiunare docuit in puteum demissus. Nam uelut ex lapide aut aere, aut alia aliqua solidiore materia copatus esset, leones ipsi dentes infligere non poterant. Ita ieiunium uiri, uelut tinctura ferri, corpus firmat, & leonibus inuictum effecerat. Non enim contra sanctum os aperiebatur. Ieiunium extinxit uim ignis, obturauit ora leonum, ieiunium oratione ad caelum transmittit, instar alae ipsi existens ad perfectionem sursum uersus. Ieiunium domus incrementum est, sanitatis mater, iuuentutis paedagogus, ornatus senibus, bonus comes uiatoribus, securus contubernalis cohabitantibus, non habet uir suspectas nuptiarum insidias, ubi uidet uxorem per ieiunium coniuuentem, non consumitur zelotypia uxor, uidens uirum ieiunium suscipientem. Quis domum suam imminuit in ieiunio? numera hodie quae intus sunt, & numerata postea, nihil deficiet ex his quae in domo sunt per ieiunium, nullum animal lamentatur mortem, nusquam sanguis, nusquam sententia iudicialia aduersus animantia ab implacabili uentre producta, quietus est cocorum gladius, mensa sponte sua ex terra prouenientibus contenta est. Sabbatum datum est Iudaeis, ut quiescat iumentum tuum inquit, & seruus tuus. Fiat ieiunium quies ab assiduis laboribus famulis per totum annum ministrantibus, quietum redde cocum tuum, da libertatem mensae structori, siste manum pocillatoris ac pincernae, quiescat aliquando & qui uarias placetas ac bellaria parat, quiescat aliquando & domus ab innumeris tumultibus, & fumo ac nidore, & his qui sursum ac deorsum cursitant, & uentri uelut implacabili domino ministrant. Exactores etiam tributorum omnino aliquando subditis libertatem paululum permittunt. Det & uenter inducias, qui semper expetit, & nunquam desinit, qui hodie accipit, & cras obliuiscitur. Quum repletus est, de abstinentia disputat, quum alimentum ex ipso transpirauit, obliuiscitur dogmatum. Ieiunium debiti naturam non nouit, non olet uisus mensa ieiunantis, non strangulant pupillum ieiunatoris filium usurae paterna, uelut serpentes se circumplacantes, & alioqui ieiunare processus est ad latitiam. Quemadmodum enim sitis potum dulcem facit, & fames praegressa iucundam instruit mensam, sic ciborum uoluptatem ieiunium exhilarat. Medium enim seipsum interponens, & continuitatem

catem deliciarum dirimes, iucundam tibi uideri faciet participationem, uelut ab exteris peregre redeuntem. Quare si uis tibi ipsi iucundam instruere mensam, suscipe ex ieiunio mutationem: tu uero ex eo quod uehementer a delicijs detineris, ignoras te tibi ipsi delicias obsecrare, & pra amore uoluptatis uoluptatem destruere. Nihil enim tam iucundum est, ut non per fructuosis assiduitate despiciabile fiat. Quorum uero rara est adeptio, eorum grata est fructio. Hoc modo etiam qui nos condidit, per uicissitudinem rerum in uita, gratiam nobis eorum quae largitus est, permanere excogitauit. Non uides quod sol post noctem speciosior est? & uigiliae iucundiores post somnum? & sanitas desiderabilius post experientiam aduersitatum? Itaque etiam mensa gratior est post ieiunium, aequaliter diuitibus & bene instructam mensam habentibus, itemque tenuibus ac uicium extemporalem & spontaneum habentibus. Timeto exemplum diuitis, illum deliciae uita igni tradiderunt non enim ob iniustitiam, sed propter mollem ac delicatam uitam accusatus, in flamma fornacis torrebatur. Quo itaque ignem illum extinguamus, aqua opus est. Et non solum ad futurum utile est ieiunium, sed etiam ipsi carni conducibilius. Nam bonae habitudines ad summum progressae, subuersiones & transmutationes habent, natura labante, & bonae habitudinis onus sufferre nequeunt. Vide ne nunc conspuens aquam, postea guttam concupiscas, uelut etiam diues. Nullus ab aqua grauatus est crapula, nullius caput unquam doluit aqua degraauatum, nullus alienis pedibus opus habuit, in aquae potu uitam degens, nullius pedes ligati sunt, nullius manus inuiles factae sunt aqua irrigata. Delicium enim circa concoctionem, quod delicate uiuentibus necessario accedit, uehementes morbos corporibus inducit. Ieiunantis color reuerendus est, non ad impudentem ruborem efflorescens, sed temperato pallore ornatus, oculus mansuetus, gressus submissus, facies meditata, quae proteruo risu non dedecoratur, moderatus sermo, puritas cordis. Reuoca in memoriam sanctos ab aeterno, quibus mundus non erat dignus, qui obambularunt in pellibus ouillis, & caprinis, relicti, angusti pressi, male afflicti, illorum uitam imitare, siquidem illorum portionem quaeris. Quid Lazarum in sinu Abrae requiescere fecit, nonne ieiunium? Ioannis autem uita unicum ieiunium erat, qui non lectum habebat, non mensam, non terram arandam, non bouem aratorem, non frumentum, non pistorem, non aliud quicquam rerum temporalium, quapropter inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Paulum una cum alijs etiam ieiunium, quod inter glorias super tribulationibus recensuit, ad caelum euexit. Caput autem omnium relatorum dominus noster, quum per ieiunium carnem quam pro nobis assumpsit, munuisset, sic in ipso diaboli insultus sustinuit, quo & nos erudiret, ut per ieiunia ungamus ac exerceamus nos ipsos ad certamina in temptationibus, & aduersario per famem ac inopiam, accedendi uelut ansam praerberet. Inaccessibilis enim ipsi erat, propter deitatis altitudinem, si non per famem ad humanam debilitatem se submisisset. Reuersus tamen ad superos, cibum attigit, naturam corporis quod resurrexit per hoc ipsum confirmans. Tu autem teipsum pinguefacere ac incarnare non cessas, animum uero fame ac inedia consumens, salutarium ac uiuificantium dogmatum nullam rationem habes. An ignoras quod quemadmodum in acie bellica, alterius auxilium alterius imminutionem facit ut uincatur, sic qui carni opitulatur, spiritum debellat? & qui uice uersa spiritui opem fert, carnem in seruitutem redigit. Haec enim inter se opposita existunt. Quare si mentem fortem facere uoles, carnem per ieiunium doma. Hoc enim est quod Apostolus ait, quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renouatur, & illud. Quum debilis sum, tunc potens sum. Non contemnes corruptibiles cibos, non desiderium capies mensae in regno, quam omnino ieiunium in hoc mundo procurat. Ignoras te per immodicam saturitatem, crassum tibi ipsi uermem tortorem preparare? Quis enim in largo cibo, & assiduis delicijs, communicationem gratiarum spiritus suscepit? Moses secundam accipiens legislationem, secundo ieiunio opus habuit. Si non bruta animantia simul cum Neuitis ieiunassent, minas euerisionis non effugissent. Quorum artus deciderunt in deserto, non eorum qui carnis esum quaerebant? Illi quam diu contenti erant manna & aqua ex petra, Aegyptios uidebant, per mare uiam faciebant, non erat in tribubus infirmus. Postquam uero mentionem fecerunt carnium lebetum, et conuersi sunt cupiditatibus in Aegyptum, non uiderunt terram promissionis. Non times exemplum? non horres edacitatem, ne te a speratis bonis excludat? Sed neque Daniel uisiones uidisset, si non per ieiunium

nium perspicaciorē animam fecisset. Ex crasso enim alimento euaporationes uelut fuliginosae remittuntur, & instar densae nubis, illuminationes quae à spiritu sancto in mentem accedunt, dirimunt ac intercipiunt. Si uero & angelorum aliquis est cibus, panis utiq; est uelut ait propheta. Panem angelorum manducauit homo: non carnes, non uinum, non quae à seruis uentris exquiruntur. Ieiunium scutum est ad militiam cōtra dāmones. Hoc enim genus non exit, nisi in oratione & ieiunio. Et bona quidem ex ieiunio proueniētia tot sunt. At uero satietas, iniuriarum principium est. Statim enim cum delicijs & ebrietas ac omnigenis cōdimentis, coincidit omne genus brutae proteruitatis. Hinc equi in foeminas rabiosi homines fiunt, propter castrum ex delicijs animae ingeneratum. Ab ebriosis naturae immutationes fiunt, in masculo foeminam, in foemina masculum quarentibus. Ieiunium uero etiam nuptialium operum mensuras cognitas facit, & eorū quae lege concessa sunt immodestiam castigans, concors ocium inducit, ut in oratione perseverent. Ne tamen in sola ciborum abstinentia, ieiunij bonitatem termines. Verum enim ieiunium est abalienatio à malis. Solue omne iniustitiae ligamentum, remitte proximo afflictionem, dimitte ipsi debita: ne ad lites forenses & contentiones ieiuetis. Carnibus non uesceris, sed comedis fratrem: à uino abstines, sed iniurijs non dominaris. uesperam expectas ad assumendum cibum, sed diem in foro iudiciali consumis. Vae qui ebrijs estis non à uino. Ira ebrietas est animae, desipientem ipsam faciens uelut uinum. Tristitia ebrietas est & ipsa, mentem demergens. Timor alia ebrietas est, quum fiat ubi non oportet. A timore enim, inquit, inimici eripe animam meam. Et in summa, singulae affectiones mentem emouentes, merito ebrietatis nomine appellantur. Considera mihi hominē iratū, quomodo affectione ebrius est, & nō est ipse sui ipsius dominus, ignorat seipsum, ignorat praesentes, uelut in nocturna pugna omnes attingit, omnes offendit, omnibus insultat, incōsiderata loquitur, aegre contineri potest, conuiciatur, uerberat, minatur, iurat, uociferatur, dirumpitur. Fuge hanc ebrietatē, & neq; eam quae ex uino accedit assumes, ne anticipes per multum uini potum, aquae potum: ne ducat te ad ieiunij sacra, ipsa ebrietas. Non est introitus ad ieiunium per ebrietatem. Neque enim est per auaritiam ad iustitiam, neque per proteruitatem ad temperantiam, neque ut in summa dicam, per uitium ad uirtutem. Alia est ieiunia ad ieiunium. Ebrietas ad proteruitatem introducit, sufficientia ad ieiunium. Qui de certat, praexercitur: qui ieiunat, abstinentia praexercetur ac praeparatur, non ut ulciscens dies, non ut decipiens legislatorem, ante quinque dies crapulam prius deponet. Nam stulte laboras, corpus quidem conterens, inopiam uero & famem non mitigans, infidum est promptuariū, in pertusum hauris dolium. Vinum enim perfluit, propria uia decurrens. Peccatum autem intus manet. Famulus fugit dominum percutientem. Tu autem manes apud uinum, quod singulis diebus caput tuum uerberat. Mensura optima usus uini est necessitas ac indigentia corporis. Si uero terminos excedas, cras uenies capitis grauitatem conquerens, oscitans, uertiginosus, putrefactum uinum olens, omnia tibi circumferri, omnia moueri uidebuntur: ebrietas enim somnum quidem inducit mortis fratrem, uigilias autem somnijs assimilēs. Num uides quis est quem suscepturus es: qui promisit nobis, quia ego & pater uenimus, & mansionem apud ipsum faciemus. Cur igitur anticipas per ebrietatem, & domino introitum cōcludis? Cur allicis hostem ut tuas munitiones praoccupet? Ebrietas dominum nō suscipit, ebrietas spiritū sanctum fugat: fumus enim fugat apes, crapula autem fugat gratias spirituales. Ieiunium ciuitatis est ornamentum, fori stabilimentum, dāmonum pax, rerum ac bonorū salus. Via ipsius uidere uenustatem? Compara mihi hodiernam uesperam crastinae, & uidebis ciuitatem ex turbatione & tempestatis procella in altam tranquillitatem transmutatam esse. Opto autem ut & hodierna crastinae similis sit sanctitate ac uenustate, & crastina ab hodierna nihil deficiat in alacritate ac hilaritate. Dominus porrò qui nos ad temporis circuitum deduxit, exhibeat nobis uelut certatoribus, ut ad haec praedecertamenta firmitatem & robur constantiae ostentemus, & ad constitutum coronarum diem perueniamus, nunc quidem recordationis salutaris passionis, in futuro autē seculo, retributionis iuxta uitam nostram, in iusto iudicio Christi ipsius. Ipsi gloria in secula. Amen.

Diui



Dhortamini sacerdotes, inquit, populum, loquimini in aures Hierusalem. Orationis natura potens est bonorū quidem impetus augere, seignium uero ac secordium alacritatem excitare. Vnde sanē imperatores constituto in aciem exercitu, adhortatorijs orationibus ante certamina utantur, & tantam sanē uim habet exhortatio, ut multis etiam mortis saepe contemptum persuadeat. Exercitiorū autem magistri & pædotribae, certaturos ad certamina in stadijs producentes, multa super eo quod strenuē pro coronis laborare oportet, inhortātes proferunt, ut iam multi persuasi sint, ut corpora sua contempserint, ob uictoriae cōsequendae studium ac ambitionem. Itaq; etiam mihi Christi milites ad bellum contra inuisibiles hostes instruenti, & Athletas pietatis ad iustitiae coronas per abstinentiam praeparanti, necessaria est exhortatoria oratio. Quid igitur dico fratres: quod eos quidem qui militiam exercent, itemq; qui palæstrae laboribus destinati sunt, necesse est largo cibo seipso incarnare, quo ualidius labores capeant. Quibus autem nō est lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus imperatores mundi & harum tenebrarū, aduersus spiritalem malitiam, his per abstinentiam & ieiunium, necessarium est ad certamen exerceri. Oleum equidē pinguefacit Athletam, ieiunium autem exercitatorē pietatis corroborat. Quare quantum carni detrahes, tantum facies animam spiritali bona habitudine relucere. Non enim corporalibus uiribus, sed animae cōstantia & in tribulationibus tolerantia, robur aduersus inuisibiles hostes uincit. Est quidem igitur omnino tempore ieiunij utile, uolentibus ipsum: neq; enim dāmonū insulsum ieiunantem in petere audet, & custodes uitae nostrae angeli libentius perseverant apud eos qui animam habent per ieiunium purgatam: nunc uero multo amplius, quum in omnem terrarum orbem preconium ipsius annuncietur, & neq; insula aliqua, neq; terra firma, nō ciuitas, non gens, nō extremitas est, ad quam praedicatio ipsius nō perueniat, sed & exercitus, & uiatores, & nauigatores, & mercatores, omnes aequaliter & praecipuum audiunt, & cum gaudio suscipiunt. Quare nemo seipsum ex ieiunantium catalogo eximat, in quo omnia genera, & omnis aetas, & omnes dignitatum differentiae recēsentur. Angeli sunt qui per singulas ecclesias ieiunantes describunt. Vide ne propter paruam eduliorū uoluptatem damnū incurras, ut ne ab angelo in numerū adscribaris, & te ipsum criminis defertoris reū apud exercitus lustratore status: minus periculū esse, si abiecto scuto in acie fugitiuus deprehenderis, q̄ si magno scuto ieiunio abiecto appareas. Diues es: ne afficias contumelia ieiunium, dedignatus ipsum cōmensalem suscipere, neq; à domo tua uelut ignominiosum ab leges, à uoluptate superatū, ne aliquando te apud ieiuniorum legislatore accuset, & multiplicem tibi à cōdemnatione indigentiam ac famem inducat, aut ex corporis infirmitate, aut ex alia aliqua tristi calamitate. Pauper cauillis nō impetat ieiunium, iam olim ipsum cohabitans ac contubernale habens. Mulieribus autē uelut respirare, ita etiam ieiunare proprium est & secundum naturam. Pueri uelut plantae uirides, ieiunij aqua irrigentur. Senibus assuetudo ac familiaritas ab antiquo ad ipsum, leuem facit laborē. Labores enim ex longa cōsuetudine tractati, minore molestia exercitatos afficiunt. Viatoribus succinctus & expeditus comes est ieiunium. Quemadmodum enim deliciae ad onus ferendum ipsos cogunt, nimirū fruitiones uoluptatum circūferentes, sic leues & expeditos ieiunium ipsos facit. Deinde militia extra terminos praescripta, milites necessario uictu, nō uoluptuario aluntur. Nobis autē ad bellum cōtra inuisibiles hostes proficiscentibus, & post uictoriam de his ad supernā patriam festinantibus, non multo magis conueniet uelut in castris uiuere, & ex ipsis necessarijs contentos esse. Perfer mala uelut bonus miles, & legitime certas, ut coroneris, illius gnarus, quod omnis qui certat, omnino abstinentia exercetur. At uero quod mihi haec dicenti in mentem uenit, dignū est ut ne contemnatur. Quod uidelicet mundi militibus iuxta laborū proportionem frumenti ac cibi copia augetur. Verum spiritalibus militibus nō sic res succedunt, sed qui minus habet alimenti, maiorem habet dignitatem. Quemadmodum enim galea nostra à corruptili illa diuersa est natura. Illius enim materia est es, nostra autē ex spe salutis conflata est. Et scutum quidē illis ex ligno & corio factū est, nobis autē fidei operimentū adest, Et thorace quidē nos iustitiae septi ac muniti

n i sumus

sumus, illi uero tunicam quandā ex catenulis connexam ac compactam circumferunt. Et gladius nobis est ipsius spiritus ad pugnam, illi uero ferreum præterdunt. Atque sic manifestum est, quod non eadem alimenta utriusque robur inducunt. Sed nos dogmata pietatis corroborant, illis autem satietas uentris necessaria est. Quandoquidē igitur reuolutio temporis desiderabiles illos dies nobis reduxit, uelut ueteres nutrices ipsos benigne omnes excipiamus, per quos ecclesia nos nutricis more ad pietatem enutritiuit. Itaque qui ieiunatus es, ne tristem uultum iudaico more præ te feras, sed euangelice te ipsum exhilara, non lugens uentris indigentiam, sed congaudens animæ in spiritalibus uoluptatibus. Nosti quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Quis igitur hæc inter se opposita sint, subtrahamus carnis delicias, & augeamus animarum robur, quo per ieiunium uictoriam contra affectiones adepti, abstinentiæ coronis coronemur. Iam igitur te ipsum præpara dignum uenerandissimo ieiunio, ne hodierna ebrietate craftinam abstinentiam corrumpas. Improba est ratiocinatio, maligna cogitatio, quoniam quinque dierum ieiunium nobis denunciatum est, hodie nos ipsos ebrietate demergamus. Nemo uxorem castam legibus nuptialibus ducturus, pellices & meretrices præsumit, ac secum habitare facit. Neque enim tolerat legitima corruptarum cohabitationem. Ne igitur & tu dum ieiunium expectas, ebrietatē prius introducas populare illud scortum, impudentiæ matrem, risus captriciæ, furiosam illam Mænadem, ad omnem turpitudinis speciem promptam. Non enim ingredi potest ieiunium & oratio in animam ab ebrietatis sordibus inquinatam. Ieiunantē inter sacra septa dominus suscipit, crapulæ indulgentē uelut prophanum & impurum non admittit. Si enim cras ueneris uinum olens idque putrefactum, quomodo tibi crapulā ad ieiunium computabo? Non enim quod recens non infudisti merum, sed quod non purus es à uino, id reputa. Vbi te locabo? inter ebrios aut ieiunatores? præterita ebrietas ad seipsam te trahit, præsens fames ieiunio testimonium præbet. Contendit de te ebrietas uelut mancipio, & non dimittet te merito, adeo evidentes seruitutis demonstrationes exhibentem, odorem uidelicet uini, uelut in uase permanentem. Statim primum ieiunium tibi reprobum fiet, propterea quod ebrietatis reliquiae in te sitæ sunt. Quorum autem primitiæ reprobantur, eorum nimirum etiam totum reiectum est. Ebrij regnum dei non hærentur. Si ebrius uenis ad ieiunium, quæ tibi inde ueniet utilitas? Si enim excludit te à regno ebrietas, ubi tibi de cætero ieiunare utile erit? Non uides quod expertissimi equorum domitores, equos ad certamina destinatos, ubi certamen expectatur per famem præparant? Tu autem de industria te ipsum deprimis saturitate, in tantum gulositatem etiam bruta animantia antecellis. Grauius uenter non solum non ad cursum, sed neque ad somnum idoneus est. Quapropter tibi copia ac onere compressus, neque quietere permittit, sed multas circumuersiones in utraque partem facere cogit. Ieiunium custodit infantes, temperatos reddidit adolescentes, reuerendum facit senem, uenerabilior enim est canities ieiunio ornata, mulieribus mundus est conuenientissimus, in uigore ætatis consistentium frenum, coniugij propugnaculum, uirginitatis nutrix. Et tales quidem sunt ipsius gubernationes in singulis domibus, uerum publice quodam modo in uita nostra rempublicam administrat, omnem aceruatim ciuitatem, omnemque populum ad bonam disciplinam adaptat, sopit clamores, exæquat contentiones, compescit conuiuia. Cuius præceptoris præsentia, puerorum tumultum adeo aceruatim sedat, uelut ieiunium apparens, ciuitatis turbas deprimat, & ad modestiam reuocat. Quis in ieiunio procus processit? quod tripudium lasciuum à ieiunio constat est: risus molles, & cantilenæ meretriciæ, & saltationes furiosæ repente ex urbe discedunt, per ieiunium uelut anserum aliquem indicem fugatæ. Quod si omnes ipsum in rebus agendis in consilium adherent, nihil uetaret quo minus altissimam pacem per omnem terrarum orbem haberent, ut neque gentes contra se mutuo insurgerent, neque exercitus colligerent ac inter se committerentur. Non sanè fabricaretur arma ieiunio prædominante, non plausu perstreperet forum iudiciale, non habitarent aliqui in carceribus. Neque in summa haberent solitudines maleficos, aut ciuitates calumniatores, aut mare piratas. Si omnes essent discipuli ieiunij, non omnino audiretur iuxta Iob sermonem, uox exactoris tributorum, neque esset uita nostra adeo suspirijs referta, & tristitia plena, si ieiunium uitam nostram gubernaret. Manifestum enim est quod non solum ciborum abstinentiam omnes edoceret, sed etiam argenti, & avaritiæ, & omnis uitij in totum fugam & abalienationem

abalienationem, quibus sublati, nihil prohiberet in altissima pace ac animorum tranquillitate, nos uitam transmittere. Nunc autem hi qui ieiunium repudiant, delicias autem uelut uitæ felicitatem persequuntur, tum magnam illam malorum multitudinem inuenerunt, tum sua ipsorum corpora corrumpunt. Obserua mihi facierum differentiam, & quæ hodie tibi circa uesperam apparebunt, & quæ cras. Hodie tumentes, subrubentes, sudore tenui humectæ, oculi lubrici ac flexibiles, petulantes, & sensus sinceritate ex interna caligine inducra priuati. Cras contra, submissæ, uenustæ, colore naturali recuperato, meditatione plenæ, & omni sensu sincero, nulla interna causa naturalibus actionibus tenebras inducete. Ieiunium angelorum similitudo, iustorum contubernalis, uitæ castigatio, hoc Moyses legem latorem fecit. Ieiunij fructus est Samuel, Anna ieiunans deum adorauit, Adonai domine, Eloi fabaoth, si respiciens aspexeris seruum tuum, & dederis mihi semen uiri, deditum tibi in conspectu tuo dicabo, uinum & siceram non bibet usque ad dies mortis suæ. Hoc magnum Sampsonem instar nutricis enutriti, & donec uiro ipsum aderat, per miliaria hostes cadebant, & portæ inimicorum diuellebantur, & leones manuum robur non sustinebant. Vbi uero ebrietas & scortatio ipsum apprehendissent, iam hostibus capti facilis erat, & oculis priuatus ludibrii pueri alienigenis expositus erat. Helias ieiunans conclusit cælum per annos tres, ac menses sex. Quum enim multam iniuriam ex satietate nasci nosset, necessario ipsis inuitum ex fame ieiunium induxit, per quod peccatum ipsorum iam ad immodestiam diffusum compescuit ac finiuit, per ieiunium uelut cauterij unctionem aut sectionem, mali progressu ampliore intercepto. Suscipite ipsum pauperes, cohabitatores uestrum ac comensales. Serui, requiem aliduum ministerij laborum. Diuites, medicum noxæ ex satietate uobis inducra, & facientem per transmutationem iucundiora ea quæ præ familiaritate contemnuntur: egroti, sanitatis matrem. Bona corporis habitudine præditi, bonæ habitudinis uestræ propugnaculum. Interroga medicos, & annuntiabit tibi, rem omnium periculosissimam esse, bonam habitudinem ad summum progressam. Quapropter expertissimi ex ipsis id quod redudat per ieiunium subtrahunt, ut ne carnositate onere uitæ cōstringantur. Nam per indigentiam ac famem, de industria immodestiam detrahentes, spatio sitatem quandam ac renutritionem, & principium secundi augmenti facultati nutritiæ præparant. Ita omni studiorum professioni, & omni corporis habitudini, utilitas ex ipso occurrit, & omnes similiter decet, domi foris, noctu, interdum, & ciuitates, & solitudines. Id igitur quod per tot modos nobis sua bona largitur, hilariter suscipiamus, iuxta domini adeo sermonem, non tristem uultum præferentes uelut hypocritæ, sed animæ hilaritatem citra industriam conficiam ostendentes. Et profectio non tanto certamine ac studio mihi opus esse puto in exhortatione ad ieiunium, quanto ad id ne hodie quisquam in ebrietatis mala delabatur. Ieiunium etiam propter consuetudinem, & ob mutuam reuerentiam plerique suscipiunt. Timeo autem ebrietatem, quam uelut paternam hereditatem, uini amatores conseruant. Nam uelut qui ad longas peregrinationes proficiscuntur, ita quidam stolidi hodie ad quinque ieiuniorum dies se uino exfatiant. Quis adeo demens est ut prius quam bibere incipiat, ebriosorum more deliret? Non nosti, quod uenter depositum non conseruat uenter in commercijs ac contractibus infidelissimus est, promptuarium incustoditum ex multis depositis detrimentum retinens, deposita tamen non conseruans. Vide ne & tibi cras ab ebrietate digressio, & quæ nunc lecta sunt dicantur. Non hoc ieiunium elegi, dicit dominus. Quid misces ea quæ misceri nolunt? quæ participatio est ieiunij ad ebrietatem? quæ societas uinositati ad abstinentiam? quæ assensio templo dei cum idolis? Templum enim dei sunt, in quibus spiritus dei inhabitat. Templum autem idolorum & imaginum, qui per ebrietatem proteruitatis paleas assumunt. Hodierna dies uestibulum est ieiuniorum. Qui uero in uestibulis inquinatus est, minime dignus est ingredi ad sanctuarium. Nullus dominus famulum suum placare uolens, inimico ipsius adiutore ac reconciliatore usus est. Ebrietas inimicitia est aduersus deum. Ieiunium autem poenitentię principium. Si igitur uis per confessionem redire ad deum, fuge ebrietatem, ne tibi grauiorem faciat abalienationem. Non tamen sufficiens est per seipsam abstinentia ciborum, ad laudatum illud ieiunium, sed ieiunemus ieiunium acceptabile, complacens deo. Verum ieiunium est, abalienatio à malo, continentia linguæ, iræ inhibitiō, cupiditatum separatio, itemque detractionis, mendacij, periurij. Abstinentia ab his uerum est ieiunium.

In his igitur bonum & laudabile est ieiunium. Delectemur autem in domino, in meditatione & exercitatione oraculorum spiritus, & in assumptione salutarium legitimum, & in omnibus dogmatibus corrigentibus animas nostras. A ieiunio tamen in occulto caueamus, quod etiam Propheta deprecatur dicens, Non necabit fame dominus animas iustorum. Et hoc, non uidi iustum derelictum, neque semen ipsius quaerens panes. Non enim de sensibilibus panibus dixit, qui nouit filios patriarchae Iacob propter panes descendisse in Aegyptum. Sed de spirituali alimento dicit, iuxta quod internus noster homo perficitur. Ne ueniat super nos ieiunium quod Iudaeis minas intentauit. Ecce enim dies ueniunt, dicit dominus, & inducam super terram hanc famem, non famem panis, neque sitim aquae, sed famem audiendi uerbum domini: quam propterea induxit iustus iudex, quoniam uidebat mentem quidem ipsorum fame strangulari, ob negligentiam alimentum dogmatum ueritatis, externum uero hominem ipsorum nimis iusto pinguescere ac incarnari. Per omnes itaque deinceps consequentes dies pascet nos spiritus sanctus, tum matutinis, tum uespertinis exhilarationibus. Nemo ultro relinquat spiritale conuiuium. Omnes participes fiamus sobrii crateris, quem sapientia temperauit & proposuit nobis ex aequo, & unusquisque quantum capax est, hauriat. Misceat enim suum ipsius craterem, & macerat suas ipsius uictimas, hoc est perfectorum alimentum, eorum qui propter habitum sensus exercitatos habent, ad boni ac mali discretionem, quibus large exsatiati, in ueniamur digni etiam laetitia in sponso, in Christo Iesu domino nostro. Cui gloria & imperium in secula. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO, DE
dicto hoc, Attende tibi ipsi.

Sermonis usum dedit nobis conditor noster deus, ut consilia cordium mutuo inter nos reuelaremus, & propter naturae societatem, unusquisque proximo impertiremus, uelut ex promptuarijs quibusdam, ex abditis cordis consilia proferentes. Si enim nuda anima uiueremus, statim sane a cogitationibus inter nos conuersaremur. Quando uero uelamento carnis anima nostra contexta, notiones ac cogitationes facit, uerbis ac nominibus opus est ad publicanda ea quae in profundo sita sunt. Quum igitur uocem significantiuam mens ac cogitatio nostra apprehenderit, uelut cymba quadam, sermone uehitur, & aere penetrans ex loquente ad audientem transit. Et si quidem altam tranquillitatem ac quietem repererit, uelut in pratis amoenis ac tranquillis, in auribus discentium, sermo ipse ad portum se recipit. Si uero uelut tempestas quaedam aspera, tumultus ab audientibus contra spirat, in medio aere dissolutus, naufragium facit. Facite itaque tranquillitatem sermoni per silentium. Fortassis aliquid apparuerit utile & apprehensione atque auertione dignum. Difficilis captus est ueritatis sermo, facile effugere potens non animaduertentes, sic spiritu disponente, ut contraetus sit & breuis, quare & multa in paucis complectitur ac manifestat, & propter compendium facile est ipsum memoria continere. Nam & naturalis sermonis uirtus est, neque obscuritate ea quae significantur occultare, neque superfluum esse & uanum, ac temere rebus circumfluum. Qualis sane est & his qui recens nobis ex Mosis libris lectus est, cuius omnino memores estis uos qui industrii estis, praeterquam si fortassis propter breuitatem aures uestras praeteriit. Verba autem ipsa hoc modo habent. Attende tibi ipsi, ne quando fiat uerbum occultum in corde tuo delictum. Procliuus sumus nos homines ad peccata secundum cogitationem. Quapropter qui corda nostra singulatim finxit, gnarus quod maxima peccati pars in impetu propositi completur ac perficitur, puritatem quae est in principali animae parte, primam ac principem nobis constituit. Quo enim maxime prompte delinquimus, hoc ipsum maiore custodia ac cura dignatus est. Quemadmodum enim medici prouidentiores imbecilliora corpora, praeseruatius consilijs eminus praemuniunt, sic communis curator & uerus animarum medicus, quod lubricum in nobis ad peccatum maxime nouit, id ipsum fortioribus munitioibus praegoccupauit. Etenim actiones quae per corpus fiunt, & tempore indigent, & opportunitate, et laboribus, & auxiliarijs, & reliqua expensa. Verum animi motus citra temporis moram fiunt, citra lassitudinem perficiuntur, citra negotium consistunt, omnem temporis occasionem idoneam habent. Et sane quisquam ex austeris illis

illis superciliosisque ac ob autoritatem arrogantibus, figmentum temperantiae forinsecus circumsumum habens, plerumque inter illos medius desiciens, qui ipsum propter uirtutem beatum praedicant, mente decurrit ad peccati locum, per obscurum cordis motum, & per imaginationem uidet ea quorum studio ac desiderio tenetur, & conuersationem quandam non decoram exprimit, & in summa, in occulta cordis officina, euidentem in seipso uoluntatem depingens, citra testem intra se peccatum operatur, ignotum omnibus, donec ueniat qui reuelat occulta tenebrarum, & consilia cordium manifestat. Obserua igitur ne quando fiat uerbum occultum in corde tuo delictum. Qui enim aspexerit mulierem ad concupiscentiam, iam adulterium in corde suo commisit. Quapropter corporis quidem actiones, a multis interceptantur: qui uero ex proposito peccat, una cum mentis cogitationum uelocitate absolutum peccatum habet. Vbi igitur repentinum est delictum, repentina data est nobis custodia. Contestatur enim: ne quando uerbum fiat occultum in corde tuo delictum. Imò potius ad ipsum sermonis principium recurramus. Attende, inquit, tibi ipsi. Vnum quodque animal a conditore omnium deo intra se habet impetus ad propriae constitutionis custodiam, & reperias sane, si diligenter perscrutatus fueris, plerumque bruta citra doctrinam id habere, ut quod nocuum est auerterentur ac uitent, & rursus naturali quadam tractu, ad utilium fruitionem festinent. Quapropter etiam nobis praecceptor noster deus magnam hoc praecceptum dedit, ut quod illis ex natura, id ipsum nobis ex rationis ope accedat, & quod citra praecceptorē recte fiat a brutis, hoc a nobis perficiatur per animaduersionem et assidua mentis intentionem. Et ut custodes simus diligentes impetum nobis a deo datorum, fugientes quidem peccatum, uelut bruta, edulia uenenata fugiunt: persequentes autem iustitiam, uelut illa persequuntur herbas alimentum praebentes. Attende igitur tibi ipsi, quo potens sis discernere nocuum a seruante. Quandoquidem uero duplex est attendere: alterum corporalibus oculis rebus uisibilibus intendere: alterum intellectuali animae potentia rerum incorporearum speculationi incumbere: siquidem in oculorum actione situm esse dixerimus praecceptum, statim ipsius impossibilitate deprehendemus, quomodo enim quis seipsum rotum oculo deprehendere possit? Neque enim ipse in seipsum uisu utitur oculus, neque ad uerticem peruenit, non dorsum uidet, non faciem, non uiscerum in profundo dispositionem. Impium igitur est dicere impossibilia esse spiritus praeccepta. Reliquum igitur est, ut de mentis actione ipsum praecceptum accipiamus. Attende igitur tibi ipsi, hoc est, undiquaque te ipsum circumspice, uigilantem habe ad tuum ipsum custodiam animae oculum, in medio laqueorum transis, occulta uincula ab hoste undiquaque defixa sunt. Omnia igitur tunc circumspice, quo serueris uelut Dorcas ex laqueis, & uelut auicula ex funiculis. Etenim Dorcas laqueis capi non potest, propter uisus acumen, unde etiam a proprio uisus acumine nomen habet. Auicula uero leui penna altior reddita, insidias aucupum euadit, quam animaduertit. Vide igitur ne brutis deterior appareas ad te ipsum custodiendum, ne quando laqueis captus praeda fias diaboli, captus ab ipso ad illius uoluntatem. Attende igitur tibi ipsi, hoc est neque tuis, neque his quae circum te sunt, sed tibi ipsi soli attende. Aliud enim sumus nos ipsi, & aliud nostra, & aliud quae circum nos sunt. Nos quidem igitur anima sumus & mens, in quantum secundum imaginem conditoris facti sumus. Nosstrum uero est corpus & sensus per ipsum. Circum nos autem sunt pecuniae, artes, & reliqua uita suppellex. Quid igitur dicit sermo? Ne attende carni, neque huius bona omnimodo persequere, sanitatem, pulchritudinem, uoluptatum fruitiones, & longae uitam. Neque pecunias & gloriam & potentatus admirare, neque ea quae temporalis uitae ministerium complent magna ducens, praeter ipsorum studio primariam uitam tuam negligere. Sed attende tibi ipsi, hoc est, animae tuae: hanc exorna, & huius curam gere, ut omnis sordes quae ex malitia ipsi accedit, per animaduersionem remoueatur, & omnis turpitudine ex uicio depurgetur: & ut omni uirtutis pulchritudine ipsam exornes & illustras. Expende te ipsum quis es, nosce tuam ipsius naturam, quod mortale quidem est corpus tuum: immortalis autem anima. Et quod duplex est nostra uita: altera propria carni, cito praeteriens: altera cognata animae, non suscipiens circumscriptionem. Attende igitur tibi ipsi, neque in mortalibus uelut perpetuis permanes, neque perpetua uelut praeteruentia negligas. Contemne carnem, haec enim praeterit: curam geras animae, rei immortalis. Intertus sis tibi ipsi cum omni diligentia, ut scias distribuere utrique quod commodum est:

carni quidem nutrimenta & operimenta: animæ uerò pietatis dogmata, uitæ ductum bonum, uirtutis exercitationem, affectuum correctionem, ut neq; nimis pinguefacias corpus, neq; circa turbas carniū studiosus sis. Quandoquidem enim concupiscit caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc autem inter se opposita sunt, uide ne quando addictus carni, multam præbeas potentiam deteriori. Quemadmodum enim in librarum momentis, si unam degraues lancem, oppositam omnino leuiorem facies: Sic etiam in corpore ac anima, alterius redundantia, necessariam facit alterius imminutionē. Nam corpore bona habitudine delicijsq; carnositate grauato, necesse est animum imbecillem ac infirmū esse ad proprias actiones. Anima uerò bona habitione prædita, & per bonorum meditationem ad propriam magnitudinē eleuata, consequens est corporis habitum contrahere. Hoc ipsum porrò præceptum etiam infirmis utile est, & ualentibus conuenientissimum. Et in morbis quidem medicum admomentum agrotos, ut ipsi sibi ipsi attendant, & nihil eorum quæ ad curationē pertinent negligant: Similiter & medicus animarum nostrarū sermo, afflictam à peccato animam per paruum hoc auxilium per sanat. Attende igitur tibi ipsi, ut iuxta proportionē delicti, etiam curationis auxilium assumes. Magnum est & graue peccatum, multa tibi opus est confessione, lachrymis amaris, iugis uigilia, indefinente ieiunio. Leue est & tolerabile delictum, exaquetur etiam poenitentia, tantum attende tibi ipsi, ut cognoscas animæ sanitatem & morbum. Multi enim præ nimia inanimaduertentia, magnopere & incurabiliter agrotantes, neq; hoc ipsum sciunt quod agrotant. Magna quoq; utilitas ex præcepto hoc emergit his qui sani sunt circa actiones. Quare idem hoc & agrotantes sanat, & sanos perficit. Vnusquisq; enim nostrū, more discipulorum, unius alicuius actionis minister est, ex his quæ nobis iuxta Euangelium præcepta sunt. In magna enim domo ecclesia hac, non solum uasa sunt omnigena, aurea & argentea, & lignea ac testacea, sed etiam artes omnigena. Habet enim domus dei quæ est ecclesia uiuentis, uenatores, uiatores, architectos, ædificatores, agricolas, pastores, athletas, milites. Omnibus his conueniet breue hoc uerbum, singulis & diligentiam operis, & studium propositæ uoluntatis inducēs. Venator es missus à domino dicente: Ecce ego mitto multos uenatores, & uenabuntur ipsos supra omnes montes: Attende igitur diligēter, ne te effugiat præda, quo eos qui præ uitijs efferati sunt, sermone ueritatis comprehensos seruatori adducas. Viator es similis illi qui orauit dirige gressus meos: attende tibi ipsi, ne digrediaris à uia, ne declines ad dextrā aut sinistrā, uia regia proficiscere. Architectus firmum fidei fundamentū iaciat, quod est Iesus Christus. Aedificator uideat quomodo ædificat, ne ligna, ne foenū, ne stipulam, sed aurum, argentū, lapides pretiosos. Pastor attende ne quid prætereas eorum quæ ad pastorem artem pertinent. Hæc autem quæ sunt: Errabundum pecus dirige, contritū oblige, agrotans sana. Agricola circumfodificum instructuosam, & ea quæ ad fecunditatē faciunt in auxiliū ingere. Miles affligere malis cum Euangelio, depugna honestam pugnam contra spiritus prauitatis, contra affectus carnis, assume omnem armaturā dei, ne impliceris negotijs uitæ, ut exercitus imperatori complaceas. Athleta attende tibi ipsi, ne quam legem athleticam transgrediaris. Nemo enim coronatur, qui non legitime certauerit. Imitare Paulum & currentem, & luctantem, & pugnantem, & ipse uelut bonus pugil, animi oculum intentū habe, protege principales partes manuum obiectu. Intētus sit uisus in aduersarium. In cursibus eos qui præcedunt assequere, & sic curre ut anticipes. In lucta inuisibilibus repugna. Talem te esse uult sermo per uitam, nō supinum, neq; dormientem, sed sobrie & uigilanter tibi ipsi præfectum. Deficiet me dies si enumerare pergam, tum studia eorum qui cooperantur in Euangelium, tum uim præcepti, quomodo se ad omnes congruenter habeat. Attende tibi ipsi, sis sobrius, consultus, præsentium custos, futuri prouisor: ne quod iam præsens est propter segnitiam dimitte, non præsentium autem, neque fortassis futurorum, uelut in manibus existentium fruitionem tibi promitte. An non est hic naturalis adolescentium morbus, ob mentis leuitatem se habere iam putare sperata. Quum enim aliquando otium nacti fuerint, aut quietem nocturnam, fingunt sibi ipsi imaginationes non subsistentes in rerum natura, & per mentis facilitatem in omnia feruntur, suggerentes sibi splendorem uitæ, nuptias illustres, iucundam liberorū procreationem, profundam senectutem, honores ab omnibus. Deinde nusquā in spe consistere potentes, ad maxima

in rebus

in rebus humanis conficienda superinflantur. Domos extruunt splendidas & amplas, easq; omnigena supellectile replent, terram circum circa adijciunt, tantam quantam ipsis cogitationum uanitas à toto terrarum orbe rescindit. Rursus opulentiam illinc resultantem uanitatis horreis includunt. His addunt pecora, seruorum multitudinem, numerum excedentem, magistratus ciuiles, principatus gentium, imperia militaria, bella, trophæa, ipsum etiam regnū. Hæc ubi omnia uanis mentis figmentis recensuerunt, præ nimia demencia, frui sibi uidentur speratis, uelut iam præsentibus, & ipsis ante pedes iacentibus. Proprius hic est morbus ociosæ ac seordis animæ, in somnia uidere uigilante corpore. Hanc itaq; mentis laxitatem, & cogitationum tumorem, deprimit hic sermo, & uelut freno quodam mentis instabilitatem repellens, magnum hoc ac sapiens præceptum annunciat. Tibi ipsi, inquit, attende, non promittens tibi ea quæ non existunt, sed præsentia ad id quod conducibile est disponens. Opinor porrò etiam illius affectionis ex consuetudine adimendæ gratia, legislatorem hac admonitione uti. Quandoquidem facilius unicuique nostrum est curiosum esse de alienis, quam sua ipsius ac propria considerare, ut ne hoc faciamus, cessa inquit, illius mala curiose inuestigare, ne des otium cogitationibus ut alienum morbum exquirant & expendant, sed tibi ipsi attende, hoc est, ad propriam tu ipsius scrutationem oculos animæ tuæ conuerte. Multi enim iuxta domini sermonē, festucam quidem in oculo fratris considerant, trabem uerò in proprio oculo non inspicunt. Non desines itaq; perscrutari te ipsum, an tibi secundum præceptum uita procedat, sed ne circumspice ea quæ extrinsecus sunt, sicuti alicuius reprehendendū occasionē inuenire possis, iuxta pharisæum grauem illum & proteruum, qui stabat se ipsum iustificans, & publicanum uilipendens. Sed te ipsum interrogare ne cesses, num quid per cogitationes deliqueris, nunquid lingua labarit mentem præuertens, nunquid in manuum operibus factum sit aliquid temerarium. Et si repereris in uita tua multa peccata: inuenies autem omnino quum homo existas, dic publicani uerba: Deus propitius esto mihi peccatori. Attende igitur tibi ipsi: hoc uerbum tibi etiam splendide felici aliquando, & tota uita secundum flumen procedente, utiliter exhibebit uelut bonus quispiam consiliarius, commonefactionem rerum humanarū, Sed & à calamitatibus presso, opportune cordi tuo accini potest, ut neq; fastu tumidus ad proteruitatem eleueris, neq; desperatione ad degenerem tristitiam delabaris. Exultas ob diuitias, & ob prædecessorum nobilitatem te iactas, & propter patriam ac pulchritudinem corporis, & honores ab omnibus tibi places: Attende tibi ipsi, quod mortalis es, quod terra es, & in terram reuerteris. Circumspice eos qui ante te in similibus splendorib. magne existimationis fuerunt. Vbi sunt qui ciuiles potentias assumpserunt: ubi inexpugnabiles illi rhetores: ubi qui cōuentus publicos constituerunt, illustres equites, exercituum duces, satrapæ, tyranni: nō omnia sunt puluis: non omnia fabula: non in paucis ossibus memoria uitæ ipsorum conseruatur: Inclina te in sepulchra an discernere possis quis famulus, & quis dominus, quis pauper, & quis diues. Discerne si qua tibi suppetit facultas, uinctum à rege, fortem à debili, formosum à deformi. Si igitur memor fueris naturæ, nunquam extolles te, memor autē eris tu ipsius, si tibi ipsi attenderis. Rursus ignobilis & inglorius, pauper & mendicus existens, carens domo, extorris, debilis, quotidiani uictus inops, timens eos, qui in potestate constituti sunt, omnes formidans ob uitæ humilitatem. Pauper enim & mendicus, inquit, non sustinet minas. Ne itaq; desperes de te ipso, nec propterea quod nihil amabile in præsens tibi adest, omnem bonā spem abijcias, sed reduc animā tuam, tum ad ea bona quæ iam tibi à deo concessa sunt, tum ad ea quæ per promissionē in futuro reposita sunt. Primum quidem homo es, solus ex omnibus animantibus, à deo formatus. Nonne sufficit hoc sobrie consideranti ad summam iucunditatē, nimirū ab ipsis dei manibus qui omnia creauit formatum esse? Deinde quod etiam ad imaginē factus conditoris tui, poteris per bonam politiam, ad æqualem cum angelis dignitatem recurrere. Animam accepisti intellectualem, per quam deum consideras, rerum naturam ratiocinatione intueris, sapientia fructum iucundissimum decerpis, omnia terrestria animalia mansueta ac syluestria, omnia item in aquis degentia, & quæ aerem hunc peruolant, tibi seruiunt & potestati tuæ subiecta sunt. Non tu artes inuenisti, & urbes constituisti, & quæ uitæ necessaria, & quæ ad uoluptatē pertinet excogitasti: nō per uia sunt maria per rationē, non terra & pelagus

uitæ

uita tua inferunt? Non aer & cœlum & stellatum chori, ordinis sui rationem tibi ostendunt? Quid igitur pusillanimes, quod equus tibi non est argenteum habens frenum? At solem habes uelocissimo cursu per totam diem faculam tibi præferentem. non habes argenti & auri splendor? At lunam habes ingenti luce sua te illustrantem. Non conscendis currus inauratos? at pedes habes proprium uehiculum & tibi ipsi ingentiu. Quid igitur beatos prædicas eos qui plenum marsupium possident, & alienis pedibus ad iter faciendum opus habent? Non dormis in lectica Elephantina ex ebore constructa? At habes terram multis eboreis præstantiorem, & dulcem in ipsa requiem, celerem somnum & à cura liberum. Non decumbis sub fornice ac culmine aureo? At cœlum habes inenarrabili stellarum pulchritudine relucens. Atque hæc quidem humana sunt. Illa uero ad huc maiora, quod propter te deus inter homines, spiritus sancti distributio, mortis dissolutionis, resurrectionis spes, diuina præcepta uitam tuam perficientia, profectio ad deum per mandata, regnum cœlorum paratum, coronæ iustitiæ promptæ labores pro uirtute non fugienti. Si attenderis tibi ipsi, hæc & adhuc ampliora circa te ipsum reperies, & præsentibus quidem frueris, ad inopiam uero non pusillanimes eris. Vbiq; tibi assistens præceptum, magnam opem feret, uelut uerbi causa, Ira animum tuum obtinet, & præ iracundia, tum ad uerba indecora, tum ad actiones crudeles ac ferinas effereis? Si tibi ipsi attenderis, submittes iram uelut pullum aliquem inobedientem ac effrenem, plaga rationis uelut flagro ipsam compescens. Dominaberis item linguæ, & manus non iniicies ei qui te irritauit. Rursus concupiscentiæ prauæ animam tuam exstimulantes, ad impetum impotentis ac proteruos te iniiciunt? Si attenderis tibi ipsi, & memor fueris, quod præsentia hæc iucunditas tibi ad amarum finem deueniet, & titillatio quæ nunc ex uoluptate corpori nostro ingeneratur, uermem illum generabit uenenum ei aculantem, immortalem, punientem nos in geenna, & feruor carnis mater fiet æterni ignis, statim fugatæ uoluptates abibunt, & mirabilis quedam tranquillitas & quies intus circa animam fiet, uelut ancillarum proteruarum tumultus sedari solet, hera quapiam temperata apparente ac superueniente. Attende itaque tibi ipsi & nosce, quod altera pars animæ rationalis est & intellectualis, altera affectionibus obnoxia est & irrationalis. Et illi quidem à natura datum est dominari, huic uero obedire ac obtemperare rationi. Ne igitur tunc permiseris mentem in seruitutē redactam, affectuum mancipium fieri: neq; rursus indulgeas affectibus, ut contra rationem insurgant, & animæ dominium in suam potestatem redigant. Porro in summa, exacta tui ipsius consideratio sufficientem exhibebit tibi manu ductionem, etiam ad notionem dei. Si enim attenderis tibi ipsi, nihil opus habebis ex uniuersorum structura ipsum opificem inuestigare, sed in te ipso uelut in paruo quodam mundo, magnam conditoris sapientiam uidebis. In corpore cogita esse deum, ex anima incorporea in te existente, & qui non circumscriptus in loco, quando quidem neq; mens tua primariam habet in loco moram ac conuersationem, sed per coniunctionem ad corpus, in loco est. Inuisibilem esse deum crede, tuæ ipsius animæ consideratione facta, quando quidem etiam ipsa corporalibus oculis incomprehensibilis est: neq; enim colorata est, neq; figura prædita, neq; aliquo corporali caractere comprehensa, sed ex actionibus solum cognoscitur. Quare neq; in deo quaeris cognitionem per oculos, sed menti fidem committe, & intellectualem de ipso comprehensionem habe. Admirare artificem, quomodo animæ tuæ uim ad corpus colligauit, ut usq; ad terminos ipsius progrediendo, membra plurimum distantia ad unam conspirationem ac societatem ducat. Considera quæ uis ab anima carni inferatur, quis consensus à carne ad animam redeat. Quomodo suscipit quidem corpus uitam ex anima: anima uero dolores à corpore. Quales habet disciplinarum cellas. Cur non cognitioni eorum quæ antici parunt, succedentium additio tenebras inducit, uerum memoriam in confusa & probe distincta, uelut æreæ cuiusdam statuae, principali animæ parti inscriptæ, conseruatur. Quomodo ad carnis affectiones delabens, propriam pulchritudinem amittit. Et quomodo rursus turpitudinem uitæ per uirtutem depurgans, ad conditoris similitudinem recurrit. Attende si ita tibi uidetur post animæ speculationem, etiam corporis structure, & admirare quomodo ipsum decorum habitaculum animæ rationali optimus artifex construxit. Ereclum te finxit solū ex omnibus animalibus, quo ex ipsa figura scias, quod uita tua ex supra cognitione existit. Nam quadrupeda omnia ad terram uident, & ad uentrem prona sunt: homini uero ad cœli aspectus expeditus

expeditus est, ut ne uentri deditus sit, neq; his quæ sub ventre sunt affectionibus, sed totum impetum ac motum ad profectioem sursum uersus habeat. Deinde quum caput altissimo loco posuit, in ipso sensus maximi pretij collocauit. Isthic uisus & auditus, & gustus & olfactus, omnes in uicinia inter se habitantes. Et quum sint in breuem adeo locum coarctati, nullus uicini actionem impedit. Oculi quidem altissimam speculam occuparunt, ut nulla corporis pars ipsis tenebras obducat, sed sub modico quodam superciliorum pretextu ac tegumento locati, ex superna eminentia in directum extenduntur. Rursus, auditus non in directum apertus est, sed uertiginoso meatu sonos in aere apprehendit ac suscipit, quod ipsum etiam summæ sapientiæ opus existit, ut uox quidem nullo impedimento obstante penetret, aut potius insonet, per tortuositates contracta: nihil autem eorum quæ forinsecus interlabi solent, sensui impedimento esse possit. Perdiscere linguæ naturam, quomodo tenera est & facile conuerti potest, & ad omnem sermonis usum, ob motus uarietatem sufficiens existit. Dentes simul uocis sunt organa, robustum fulcrum linguæ exhibentes, simulq; alimenti ministri, partim ipsum secantes, partim conterentes. Et sic omnia conuenienti ratiocinatione percurrens, & addiscens aeris attractionem per pulmonem, caloris custodiam in corde, instrumenta concoctionis, canales sanguinis, ex omnibus his imperuestigabilem opificis tui sapientiam uidebis, ut & tu cum propheta dicere possis. Mirabilis facta est scientia tua ex me, Attende tibi ipsi, ut attendas deo, cui gloria in secula seculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO DE
GRATIARVM ACTIONE.



V D I U I S T I S uerba Apostoli, per ea quæ ad Thessalonicenses differit, omni uitæ legem facientis. Etenim doctrina ipsi ad singulatum occurrentes erat: uerum utilitas ex ipsa, se in omnem hominum uitam extendit. Semper gaudete, inquit, indefinenter orate, in omnibus gratias agite. Quid igitur sit ipsum gaudere, & quæ ex ipso utilitas, & quomodo possibile sit indefinentem orationem recte peragere, & in omnibus gratiarum actionem deo reddere, quantum uires nostræ sinunt paulo post exponemus. Porro quæ nobis ab aduersariis obijciuntur, criminantibus legislationis impossibilitatem, ea prius discutere necessarium puto. Quæ inquit, est uirtus nocte ac die in animi laxatione hilarem ac letum degeret? Quomodo uero etiam possibile est id ipsum recte peragi, in finitibus malis temere & ex improuiso nos circumstantibus, & necessariam tristitiam animæ inducentibus? Ex quibus gaudere ac lætari magis impossibile est, quam eum qui in sartagine torretur non dolere, & eum qui compungitur dolore non affligi. Aut fortassis etiam quis circumstantium nos hic ex imbecillitate rationis agrotans, prætextit prætextus in peccatis, qui propter pigritiam ad seruanda mandata, legislatori accusationes intentare conatur, uelut impossibilia præscribenti, & inquit: Quomodo possibile est mihi gaudere semper, quum gaudij causæ non in me sitæ sint? Forinsecus enim sunt quæ gaudium efficiunt, & non in nobis reposita: amici aduentus, parentum diuturna conuersatio, pecuniarum inuentiones, honores ab hominibus, restitutio ad sanitatem ex graui morbo, reliqua uitæ felicitas, domus per omnia abundans, mensa referta, socij lætitiæ commodi, lectiones ac spectacula uoluptatē afferentia, sanctas familiarissimum, & reliqua uitæ ipsorum affluentia. Molesta enim sunt non solū ea quæ nobis dolorosa accidunt, sed etiam quæ amicos ac cognatos tristitia afficiunt. Quare ex omnibus his necessarium est coaceruari animæ gaudij ac hilaritatē. Et ad hæc, quum uidere contigerit inimicorum ruinas, insidiatorum plagas, benefactorum retributiones. Et in summa: si neq; præsens fuerit quid molesti, neq; omnino expectetur aliquid aut timeatur quod uitam nostram conturbet, tunc possibile est animæ gaudium accedere. Quomodo igitur præceptum nobis datum est, quod non ex uoluntate recte peragitur, sed ad alia præcedentia consequens est? Quomodo uero etiam indefinenter orabo, corporis necessitatibus, animæ cogitationes necessario ad se ipsas conuertentibus, quum impossibile sit eodem tempore ad duas cogitationes mentem distrahac quasi discindi? Sed & in omnibus gratias agere mihi præceptum est, gratias agam tortus? uerberatus? in rota distentus? ob excisos oculos? ob plagam ignominiosam ab aduersario infligam? congelatus præ frigore? fame strangulatus? liberis acerratim orbat? aut etiam ipsa uxore? ex naufragio derepente opibus elapsis? in piratas

in piratas maris aut prædones in terra illapsus & uulnera habens & calumnijs impetitus uagabundus: carcerem habitans: Hæc & his adhuc plura legislatore accusantes colligunt, excusationem peccatorum sibi ipsis procurare putantes, ipsam uidelicet criminatio nem eorū quæ nobis præcepta sunt uelut impossibilia. Quid igitur dicimus? Quod ad alia respiciente apostolo, & animas nostras à terrenis in altum leuare tentante, & ad cœlestem rem pub. transferre conante, hi qui magnā legislatoris sapientiam nō assequuntur, utpote circa terrā ac carnes, uelut uermes in cœno, ita in corporis affectionib. uoluntati, apostolicorum præceptorū possibilitatem requirūt ac exigunt. Ipse uerò ad semper gau dendum inhortatur, non quēlibet, sed talem qualis ipse erat, nō amplius uiuens in carne, sed uiuentē habens in seipso Christum, tanq̄ coniunctione ad summū bonum, nequaquā consensum à carnis molestijs suscipiente. Sed etiam si dissecetur caro, continuitatis dis solutio in affecta corporis parte permaneat, distributione doloris ad intellectualem animæ partem penetrare non potente. Si enim mortificauimus membra terrena iuxta Apostoli documentum, & mortificationem Iesu in corpore circumferimus, necessario ipsa mortifi cati corporis plaga, ad animam à coniunctione ipsius dissolutam non procedet. Ignomi niæ autem & poenæ ac detrimenta, itemq̄ familiarium mortes, ad mentem non conscen dent, neq̄ animæ altitudinem ad sui consensum detrahent ac cōuertent. Siquidem enim eadem cum integro & uirtuoso sentiunt hi qui rerum difficultates illapsi sunt, non exhibe bunt molestias ac tristitias alteri, qui sanè neq̄ ipsi moleste ferunt accidentia. Si uerò secundū carnem uiuunt, neq̄ sic molestia ac tristitia afficient, sed miserabiles iudicabun tur, non magis ob calamitates, quàm quod nō ea quæ oportet elegerunt. In summa uero, Anima quæ semel desiderio conditoris illigata est, & pulchritudine ea quæ illic est exhibe sarari adueta, gaudium ac lætitiā suam, præ uarietate casuum ac mutationū carnalium affectionū, non transmutabit. Sed quæ alijs tristitia sunt, additamentū lætitiæ faciet. Quæ sanè erat Apostolus ipse, glorians in infirmitatibus, in tribulationibus, in persecutioni bus, in necessitatibus, indigentias in gloriam conuertens, in fame & siti, in frigore & nuditate, in persecutionibus & angustijs, in quibus alijs agereferunt seipso, ac uitam despon dent, in his ipse lætitiā exultans. Qui itaq̄ apostolicæ sententiæ ineruditi sunt, & non in telligunt quod ad Euangelicam uitam nos adhortatur, Paulum accusare non uerentur, uelut impossibilia nobis præscribentem. Atqui discant, quod rationabiliter gaudendi causæ, per donorum Dei magnificentiam nobis propositæ sunt. Producti sumus ad esse ac uitam quum non essemus. Secundum imaginem conditoris facti sumus. Rationem & mentem complementem naturam nostram habemus, per quam Deum cognouimus, & pulchritudines creationis artificiose condicentes, per ipsas uelut per literas quādam, magnam dei circa omnia prouidentiam ac sapientiam legimus, Vim discernendi boni ac deterioris habemus, electionem conducibilis, & auersionem nociui ex ipsa natura edocti sumus. Ab alienati à deo per peccatum, rursus in consortium reuocati sumus, per sanguinem unigeniti ex ignominiosa seruitute exempti. Resurrectionis spes, angelicorū honorū fructiones, Ipsum in cœlis regnū, bona in promissionibus sita, & intelligentiæ & rationis uim transgredientur, quomodo nō has causas ad indesinens gaudium ac perpetuā lætitiā sufficientes esse putare cōuenit? Sed potius opinari eum cuius uentri inseruitur, & qui tibiariū modulis delectat, & in molli cubili educatus est ac stertit, merito in gaudio degere. Ego uerò iuxta mente prædicatorū sententiā, dixerim his quidem cōuenire ut la mententur: beati autē prædicentur, qui in spe futuri seculi præsentem uitā transmittunt, & qui præsentia æternis cōmutant. Et siue in flamma degant deo coniuncti, uelut tres pueri in Babylonia, siue cum leonibus fuerint cōclusi, siue à ceto deuorati, à nobis beatos prædi cari oportere, ipsosq̄ in gaudio degere, non ob præsentia dolentes, sed ob spem eorum, quæ in posterum nobis reposita sunt lætantes. Opinor enim probum certatorem semel ad pietatis stadium exutum, generoso animo ferre oportere aduersariorum plagas, spe gloriæ ex coronis consequendæ. Nam & in gymnicijs certaminibus, hi qui in palæstris laboribus præaduefacti sunt, non ad plagæ dolorem animo contrahuntur, sed contra aduersarios insurgentes, ob præconij desiderium, præsentis labores contemnunt. Sic uirtuoso etiam si adsit quid rerum asperiorum, gaudio tenebras non obducat. Quia tri bulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem: spes uerò non per deficit

deficit. Quapropter etiam alibi in tribulatione patientiam habere, & in spe gaudium, ab eodem iussi sumus. Spes igitur est quæ gaudium cohabitatore animæ uirtuosi efficit. At idem Apostolus plorare ac lugere nos oportere præcipit cum lugentibus. Et Galatis scribens, lugebat de inimicis crucis Christi. Et quid opus est dicere Hieremiam lugentem? Et Iezechiel lamentationes principum ex præcepto Dei scribentem? Et multos sanctos plorantes. Hei mihi mater ad quæ me peperisti? Et, Hei mihi quia perijt pius de terra, & qui recte faciat inter homines non est. Et: hei mihi, quia factus sum uelut colligans stipulam in messe. Et in summa, perscrutare uoces iustorum, & sicubi aliquem inueneris tristitorem uocem emittentem, credas quod omnes huius mundi & infelicis in ipso uitæ gratia ingemiscunt: Hei mihi, quia cohabitatio mea elongata est, Desiderium enim dis soluendi habet, & esse cum Christo. Itaq̄ uelut gaudij impedimentum, huius cohabita tionis prolongationem ægre fert. Dauid porro etiam in carminibus lamentationē amici Ionathan nobis reliquit, quæ etiam inimicum suum simul luxit: Doleo propter te mi fra ter Ionathan, & filia Hierusalem luge te propter Saul. Hunc quidem luge te, ut peccato ini mortuum, Ionathan uerò ut perpetuum uitæ suæ sodalem. Et quid alia referre opus est? Verum lachrymas fudit etiam dominus propter Lazarū, & lachrymas fudit super Hie rusalem: & beatos prædicat lugentes, & rursus plorantes. Et quomodo inquit, con sona sunt hæc, apostoli uerbis, Semper gaudete? Neq̄ enim ex iisdem principijs lachry mæ & gaudium generationem habent. Illa enim ex improuiso incursum, uelut plaga qua dam animam uerberante ac contrahente, dum spiritus circa cor comprimitur, generari solent. Gaudium uerò uelut exultatio quædam est animæ, gaudens his quæ ex sententiâ processerunt. Unde etiam accidentia circa corpus diuersa sunt. His enim qui tristantur, sub pallida & liuida ac perfrigerata est corporis moles. Exhilaratis uerò efflorescens & sububer est corporis habitus, tantū non saliente ac foras protrusa anima præ uoluptate. Ad hæc sanè dicemus: quod etiam lamentationes ac lachrymæ sanctorum propter dile ctionem erga deum factæ sunt. Semper igitur respicientes ad dilectū, & inde sibi ipsis læti tiam augentes, res conseruorum suorum gubernarunt, lugentes ipsos peccantes, corri gentes eosdem per lachrymas. Quemadmodum autem in litoribus stantes, his qui in mari demerguntur condolentes, non amittunt propriam securitatem in ea cura quam de periclitantibus habent. Sic neq̄ hi qui propter peccata proximorum contristantur, pro priam lætitiā disperdunt. Imò etiam maiorem ipsam faciunt, pro lachrymis in fratrem, gaudio domini digni fientes. Quapropter beati plorantes, et beati lugentes, quia ipsi con solationem accipiunt, & ipsi ridebunt. Risum autem dicit, non per genas delabentem in sanguinis ebullitione strepitum, sed hilaritatem puram & omnis tristitiæ exortem. Plo rare igitur cum plorantibus permittit Apostolus, quoniam hæc lachrymæ uelut sementiæ & usura æterni gaudij sunt. Ascende mihi per mentis intelligentiam, & angelicum sta tum inspicere, an alius ipsis conueniat status, quàm ut gaudeant & lætentur: quia digni facti sunt altare deo, & frui inenarrabili pulchritudine gloriæ conditoris nostri. Ad hanc igitur excitans nos Apostolus, semper gaudere nobis præcepit. At uerò ad hoc quod dominus propter Lazarum lachrymas fudit, itemq̄ super ciuitatem, illud dicere habemus, quod etiam comedit ac bibit, non ipse horum indigus, sed tibi mensuras ac termi nos necessariorum animæ affectionum relinquens. Sic itaq̄ etiam lachrymas fudit, luctuosum ac lamentantium nimiam condolentiam ac humiliationē corrigens. Si quid enim aliud, etiam lachrymari symmetria ac congruente modo ex ratione opus habet, in quibus fieri, & in quantum, & quando, & quomodo conuenit. Quod enim non affeque factæ fue rint domini lachrymæ, sed docendi nos gratia emittebantur, hinc manifestum est. Laza rus amicus noster dormit, sed uado ut expergeficiam ipsum. Quis nostrum luge dormi entem amicum, de quo paulò post sperat fore ut expergeficiat? Lazare huc ades foras: & ipse mortuus uiuificabatur, & ligatus obambulabat. Miraculum in miraculo, fascijs uin ctos esse pedes, & non impediri ad motum: maior enim potentia erat quàm impedimen tum. Quomodo igitur qui talia facturus erat, id quod euenit lachrymis dignum iudica uit? Aut manifestum est, quod undiquaq̄ imbecillitatem nostram fulciens, mensuris quibusdam ac terminis necessarios affectus, constringit: incondolentiam quidem uelut ferinam declinans: tristitiæ uerò studium & lamentationum multitudinem, uelut inge nerosum

nerosam deuitans. Quapropter illachrymans amico, tum societatem humanæ naturæ ipse demonstrauit, tum nos ab excessu in utraq; partem liberauit, neque emolliri ad affectus, neq; stupido animo ad tristitia præditos esse permittens. Quemadmodum igitur famem suscepit dominus, ubi solidus cibus ipsi digestus fuit, & sitim percepit, humiditate in corpore consumpta, & lassatus fuit, musculis ac nervis ex profectioe in itinere super distentis, non deitate per laborem domita, sed corpore accidentia ex natura consequentia suscipiente: Sic etiam lachrymas pertulit, naturale accidens carni accedere concedens, quod ipsum contingit, quando cerebri cauitates exhalationibus ex tristitia repletæ, per oculorum meatus uelut canales quosdam, humoris ontis reijciunt. Vnde fontus quidam & uertigines ac obtenebrationes ex improuiso tristitium auditu accedunt, dum caput præ uaporibus circumuertitur, quos caloris in profundum contractio remittit. Deinde mea quidem sententia, quemadmodum nebula in aquarum guttas: sic uaporum crassitudo in lachrymas dissoluitur. Vnde etiam uoluptas quædam tristitia afflicta circa lachrymarum effusionem contingit, quum id quod grauatur ipsos latenter per ploratum euacuetur. Confirmat autem huius rationis ueritatem experientia ipsa eorum quæ fiunt. Multos enim nouimus in calamitatibus incurabilibus sibi per uim temperasse, ne lachrymas emitterent. Deinde partim in affectiones incurabiles incidisse, stuporis attoniti siderationisq; ac resolutionis partium corporis, partim penitus mortuos esse, uiribus ipsorum uelut debili fulcro, tristitiæ onere contractis. Quod enim in flamma uidere contingit, ut à proprio fumo suffocetur, non subexeuente, sed circa ipsam se uoluitante. Hoc ipsum aiunt etiam in facultate animal gubernante fieri: contabescere enim & extinguari à doloribus, quum nulla foras contingat perspiratio. Ne itaq; in propria affectionis patrocinitum, domini lachrymas producant hi qui tristitiam amant. Quemadmodum enim cibus quem dominus comedit, non est nobis occasio uoluptatis: imò uice uersa abstinentiæ ac sufficientiæ terminus supremus, Sic etiam lachrymæ non sunt legislatio ad fletum edendum, sed mensura decentissima exposita, ac regula exacta, iuxta quæ conuenit grauiter ac decenter intra naturæ terminos permanere, & tristitia perferre. Neq; igitur scemini neque uiris permittitur luctus studium & lachrymarum multitudo, sed tantum ut in tristibus rebus contristentur, & modicas quasdam lachrymas emittant, atq; hoc quiete, ita ut nec dentibus infrendant, neque ululent, neque uestes dilanient, aut puluerem inspergant, neq; alio quopiam tali modo se indecore gerant, more eorum qui rerum humanarum inexperti sunt. Oportet enim eum qui diuina doctrina purgatus est, recta ratione uelut munito quodam muro obseptum esse, & talium affectionum appulsus uiriliter ac fortiter propulsare, & non uelut in locum decliuem, in humilem ac cedentem animam, affectionum turbas influentes suscipere. Minime uirilis enim animæ est, & nullam firmitatem ex spe in deum habentis, ob res tristes uehementer dirumpi ac concidere. Quemadmodum enim uermes in tenerioribus lignis maxime nascuntur, Sic tristitiæ in mollioribus hominum moribus proueniunt. Non enim adamantino corde præditus erat Iob, non enim ex lapide uiscera ipsi facta erant. Ceciderunt ipsi decem liberi in breui temporis momento, una plaga contriti, in domo iucunditatis, in tempore uoluptatis, incutiente ipsis diabolo domum. Vidit mensam sanguine imbutam, uidit liberos diuerso quidem tempore generatos, uerum communem uitæ finem sortitos, non plorauit, non comam euulsi, non emisit uocem aliquam ingerosam, sed decantatam illam & omnibus notam gratiarum actionem proloquutus est: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino uisum est, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Non incondolens est hic homo, & quomodo esset: qui sane de seipso dicit: Ego ploraui super omni tribulato. Num ergo mentitus est hæc dicens: Atqui testimonium ipsi præbet ueritas, quod ad reliquas uirtutes etiam uerax fuerit. Homo enim, inquit, irreprehensibilis, iustus, pius, uerax. At uerò tu cantilenis quibusdam ad tristitiam compositis ad lamentationem abuteris, & carminibus lugubribus tuam ipsius animam liquefacere ac consumere studio habes. Et quemadmodum Tragædorum proprium est figmentum ipsum & scena cum qua theatra occupant: Sic putas conuenire, etiam lugenti conuenientem esse habitum, pallium nigrum, & squallidam comam, & tenebras in domo, & fordes ac puluerem, & cantilenam tristem, semper recens meroris uulnus animæ conseruans.

Relinque

Relinque hæc facienda his qui spem non habent: tu autem edoctus es de his qui in Christo obdormiuerunt, quod seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate, seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Quid igitur ploras egressum uitæ uestem ac habitum transmutare? Neq; te ipsum deplores, uelut auxiliario quopiam ad uitam sis priuatus. Præstat enim sperare in dominum, quam sperare in hominem. Neq; ob illud luge, uelut grauiam perpeffum. Paulo enim post tuba ex cælo ipsum expergefacerit, & uidebis ipsum adstantem ad tribunal Christi. Dimitte igitur humiles has & ineruditas uoces. Heu inexpectata mala. & hanc: quis nam hæc futura putasset? & hanc: quando id timui ut charissimum mihi caput terra obruerem? Hæc enim etiam alio dicente si audiamus, erubescere nos conuenit, qui tum ex memoria præteritorum, tum ex præsentium experimento, necessarias naturæ affectiones edocti sumus. Neq; igitur intempertuæ mortes, neq; alia difficultates ac infortunia ex improuiso incidentia, consternabunt nos doctrina pietatis eruditos. Velut uerbi gratia. Filius mihi erat adolescens, solus uitæ successor, solatium senectæ, gloria generis, flos æqualium, fulcrum domus, ætatem gratiosissimam agebat, hic raptus perit, & terra ac puluis factus est, qui paulo ante iucundam uocem edebat, & iucundissimum spectaculum parentis oculis erat. Quid igitur faciam? dilaniabo uestem, & uolubor humi, & testabor deos, & ægreferam, & ostendam me præsentibus uelut puerum aliquem præ plagis uociferantem ac trementem? Aut rerum necessitatem considerans, quod mortis lex inuitabilis est, & per omnem ætatem æqualiter procedens, & omnia consequenter compolita dissoluens, non consternabor ex eo quod accidit: neq; mente emouebor, uelut à plaga improuisa prostratus, tam olim præeruditus quod mortalis existens, mortalem filium habebam: & quod nihil humanarum rerum stabile, neq; perfecte apud posidentes permanere solet. Sed & urbes magnæ ac claræ, tum ædificiorum splendore, tum inhabitatorum potentia, itemq; reliqua & regionis & fori opulentia ac fertilitate ornata, in ruinis nunc solis, ueteris uenustatis signa præ se ferunt. Nauigium quoq; sæpenumero ex mari seruatum, & quod sexcentis celerem nauigationem perfecit, & infinita onera mercatoribus transuexit, unico uenti insultu dissipatum est. Exercitus item qui in pugnis sæpe aduersarios deuicerunt, permutata ipsis prosperitate, miserabile spectaculum ac tristis historia facti sunt. Gentes porro totæ itemq; insulæ ad magnam potentiam progressæ, & quæ multa in terra, multa in mari trophæa erexerunt, & multas diuitias ex spolijs cumularunt, aut tempore consumptæ sunt, aut capitiuæ factæ seruitutem libertate commutauerunt. Et in summa quodcumq; dicere possis ex maximis ac intolerabilibus malis, eius sapienter præteritum tempus exempla habet. Quemadmodum igitur grauitates librae momentis discernimus: & auri præstantiam ex affectu ad lapidem experimus: Sic ad expositas nobis à domino mensuras memoria procedentes, nusquam à temperantiæ terminis excidere poterimus. Quum igitur aliquando acciderit tibi aliquid ex improuisis, maxime quidem mente probe instructa turbationem non admittes. Deinde uerò spe futurorum, præsentia leuiora facies. Quemadmodum enim qui debiles oculos habent, ipsos à rebus splendidis ualde amouentes, floribus ac herbis refocillant: Sic oportet etiam animam non assidue intueri quod triste est, neque præsentibus molestijs deditam esse, sed uisum ipsius ad uerorum bonorum speculationem circumagere. Hoc modo recte peragetur tibi ut semper gaudeas, si uita quidem tibi ad Deum respiciat: spes uerò retributionis, uitæ tristitias leues faciat. Ignominia affectus es? At tu ad gloriam in cælis per patientiam repositam respice. Damnum perpeffus es? At cælestibus diuitijs oculos & animum intende, & thesauro quem tibi ipsi per bona opera reposuisti. A patria exulas? At patriam habes cælestem Hierusalem. Filium amisisti? At angelos habes, cū quibus tripudies circum thronum Dei, & æternam hilaritate lætaberis. Si itaq; hoc modo præsentibus tristitijs futura bona opposueris, custodies tibi ipsi animæ iucunditatem ac tranquillitatem. Ad quam adhortatur nos Apostoli legislatio. Neq; humanarum rerum luculentia ac prosperitas, immodicum gaudium animæ tuæ inducat, neque res tristes elationem ac altitudinem ipsius, molestia ac submissione humilient. Vbi enim non sic præeruditus fueris de rebus humanis, nunquam tranquillam & imperturbatam uitam uiues. Hoc ipsum uerò tibi facile recte per-

o 2 petrabitur

petrabitur, si præceptum hoc familiare ac cohabitans habueris, quod te semper gaudere adhortatur. Ita ut repudies quidem molestias carnis, colligas uerò lætitiâ animæ, & præsentium quidem sensum transgrediaris, ad spem uerò æternorum mentem intendas. Quorum etiam imaginatio sola sufficit ad animam lætitiâ explendam, & faciendum ut angelica illa exultatio in cordibus nostris inhabitet, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & dominium in secula, Amen.

§ DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN

MARTYREM IULITTAM, ET IN EA QUAE DE

ficiunt à præcedenti concione de Gratiarum actione,
Iano Cornario medico physico interprete.



ARGUMENTVM quidem ecclesiæ est, nimirum quod super beata martyre sit præconium. Denunciamus enim uobis hanc diem, uelut quæ magni certaminis monumentum habet, quod in muliebri corpore uirilissimum, & omnem admirationis stuporem inducens his qui tunc ad spectaculum præsentis fuerunt, & qui postea ex narratione expertorum de ipso audiunt, beatissima mulier Iulitta decertauit. Si sanè mulierem appellare decet eam quæ animi magnitudine foemineæ naturæ debilitatem occultauit. A qua opinor communem aduersarium nostrum maxime percussum esse, non ferentem ut à foeminis superetur, qui magna illa iactans, totum terrarum orbem se concussurum esse, & uelut nidum occupaturum, & uelut derelicta oua direpturum, & urbes desolaturum, is apparuit à foemineâ uirtute superatus, quam aggressus in tempore tentationis redarguere ac conuincere, uelut non potentem præ naturæ imbecillitate per totum ac semper pietatem in Deum conseruare, inuenit per experientiam naturam uiriliorum, & in tantum ipsius terriculamenta deridentem, quantum ipse sperabat se ipsam perterrefacturum esse. Etenim quum ipsa litem ad quendam in ciuitate uirum potentem haberet, auarumque ac uiolentum, qui ex rapinis ac præda diuitias sibi ipsi cumulauerat, quicquid terram multam abscissam, & agros & uillas, & pecora & famulos, & omnem reliquam uitæ suppellectilem, à muliere ad seipsum transtulerat, & forum iudicarium occupauerat, calumniatoribus & falsis testibus & largitionibus ad corruppendos iudices suffultus, Quum iam adesset dies à lege constitutus, & præco uocaret, & aduocati parati essent. Incipientem docere hominis tyrannidem, & exponere parantem modum acquisitionis ac possessionis à principio, & temporis longitudinem quod dominium ipsius stabilierit. Deinde uiolentiam ac auaritiam uiri deploraturam, prætergressus ille dixit litem lege non permissam esse. Neque enim fas esse communibus participare eos qui deos regios non colerent, & fidem in Christum non iureiurando abnegassent. Videbatur itaque principi iusta dicere, & necessaria proferre ac præterdere. Et statim thus & focus & propositio litigantibus præsentata. Negantem quidem Christum, legibus fructuram esse, & utilitate ex ipsis: amplectentem uerò fidem, neque foro iudicario, neque legibus, neque reliquæ reipublicæ participem fore, uelut ignominia affectam secundum leges eorum qui tunc imperium obtinebant. Quid igitur postea? Num inescata est diuitijs? aut ob contentionem aduersus iniuriantem, id quod conducibile est neglexit? aut periculo ex iudicibus impendente perterrefacta est? Minime gentium. Sed ualeat, inquit, uita, pereant pecuniae: & neque corpus mihi reliquum fiat, antequam uocem aliquam emittam impiam contra Deum conditorem meum. Et quanto magis uidebat principem his sermonibus exasperari, & ad extremam contra ipsam iram incendi, tanto plus gratias agebat Deo: quia pro pecunijs corruptibilibus litigans, celestium bonorum possessorem sibi ipsi confirmare uisa est: & terra quidem spoliari, ut paradisum adipisceretur: ignominia uerò condemnari, ut corona gloriæ digna fieret. Corpore autem torreri & temporali uita priuari, ut beatas spes consequeretur, cum omnibus sanctis in gaudio regni inuenta. Vbi uerò sæpius interrogata, sæpius eandem uocem emisisset, famularum

Christi

Christi seipsum dicens, & eos qui ad abnegationem adhortabantur, execraretur. Tunc sanè iudex iniquitatis, non solum opibus ac possessionibus, quibus iniuste & præter leges spoliata erat, ipsam priuauit, sed etiam ad mortem ipsam condemnauit, uelut ipse peribat, igni ipsam adiudicans. Ipsa uerò ad nihil eorum quæ in uita iucunda sunt, adeò festinanter currebat, uelut ad flammam illam properabat, facie, habitu, & uerbis quæ loquebatur, & efflorescente hilaritate, gaudium animæ ostendens, adhortans etiam adstantes mulieres, ne ad labores pro pietate emollescerent, neque naturæ debilitatem prætererent: ex eadem inquiring massa cum uiris sumus, ad imaginem dei factæ sumus, uelut etiam hæc foemina æqualiter cum uiro ad suscipiendam uirtutem apta à conditore facta est. Et cur non per omnia uiris cognata sumus? Non enim caro solum accepta est ad mulieris structuram, sed etiam os ex ossibus. Quare soliditas & firmitas, constantiaque ac patientia, æqualiter cum uiris etiam à nobis domino debetur. Hæc ubi dixisset ad rogum insiluit. Hic uerò sanctæ corpus, uelut lucidus quispiam thalamus complectens, animam quidem in celestem regionem & decentem quietem remisit. Verum uenerabile corpus integrum amicis ac cognatis conseruauit, quod in pulcherrimo delubro in suburbio positum, sanctificat quidem locum, sanctificat autem & eos qui in ipsum conueniunt. Terra uerò accessu beatæ benedictæ, ex proprijs lateribus aquæ naturam gratiosissimam remisit: ut martyr ipsa pro matre facta sit, & uelut cõmuni lacte aliquo urbis incolæ nutriantur. Hæc à qua & sanis tutela est, & temperate deliciantibus uoluptatis suppedamentum, & infirmis consolatio. Ita ut Elissæi beneficentiam in Hierichuntinos, ipsa martyr nobis exhibuerit, ut quæ falsuginem communis naturæ aquarum huius loci, in dulcem & teneram ac omnibus lenem saporem, per benedictionem commutauit. Vos uiri ne patiamini, ut mulieribus inferiores ad pietatem uideamini. Vos mulieres ne supereminat ab hoc exemplo, sed citra excusationem & prætextum, pietatem amplectimini, opere experimentum capientes, quod ad nullum bonum perpetrandum, naturæ defectus uobis impedimento est. Multa adhuc de martyre dicere paratum, sermo heri nobis inceptus & imperfectus relictus, diutiorum in his moram non permittit. Ego uerò omne imperfectum, à natura moleste fero. Nam & inuicendum spectaculum est imago ex dimidio expressa. Inutilis uerò est profectio labor, uiatore ad propositum finem, & præfinitam stationem non conseruato. Et uenatio breuis compar est ei quæ nihil cepit. Et qui in stadjs currunt, uno solo sæpe passu relicti, à brauiis exciderunt. Itaque etiam nos qui heri Apostoli uerborum mentionem fecimus, & paucis ipsorum sententiam nos perstricturos sperabamus, inueni sumus multiplicia ex dictis prætergressi: quapropter necessarium ducimus, ut relicta rependamus ac exoluamus. Dicebatur itaque ab Apostolo: Semper gaudete, indefinenter orate, in omnibus gratias agite. Et de eo quidem quod semper gaudere oporteat, etiam si non sufficienter pro argumento, tamē nobis satis heri dictum est. An uerò etiam indefinenter orare oporteat, & possibile sit præceptum, & qui exigitis id à nobis uos parati estis, & ego pro uiribus patrocinium sermonis eius prestabo. Oratio est petitio boni à prijs ad deum fiens. Petitionem autē non omnino in uerbis circumscribimus, neque enim putamus deum commonefactione per uerba opus habere, sed scire etiam nobis non perentibus, quæ utilia sunt. Quid igitur est quod dicimus? Quod non in syllabis orationē nos perficere oportet, sed magis animi proposito, & actionibus secundum uirtutem in omnem uitam extentis, orationis uitam explere. Siue enim editis, inquit, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite: desidens in mensa, ora: assumens panem, ei qui præbuit gratiam persolue. Vino debilitatem corporis fulciens, memineris eius qui donum tibi dedit ad lætitiâ cordis, & consolationem infirmitatum. Præter istum necessarium ciborum usum, memoria tamen benefactoris ne prætereat. Vbi tunicam induis, gratias age largitori. Vbi pallium circumdas, auge dilectionem in deum, qui & hyemi & æstati conuentientia tegumenta nobis largitus est, quæque tum uitam nostram conseruant, tum turpitudinem uelant. Completa est dies, age gratias ei qui solem in ministerium operum diurnorum nobis donauit: ignem uerò ad illuminandam noctem, & inseruiendum reliquis uitæ necessitatibus, nobis exhibuit. Nox uerò alia nobis orationis argumenta propinet. Quum respexeris ad cœlum, et ad siderum pulchritudines intentos oculos habueris, ora ad dominum uisibilem, & adora deum optimum uniuersorum opificem, qui omnia in

o 3 sapien

Quid sit oratio

sapientia fecit. Quum uideris omnem animantium naturam somno detentam, rursus adora eum qui etiam inuicem nos per somnum, à laborum assiduitate soluit, & ex parua requie, rursus ad uitrium uigorem reducit. Nox igitur non sit, uelut propria quaedam & tota ac præcipua somni fors. Neq; per insensibilitatem in somno, dimidiã uitæ partem inutilem tibi esse patiaris. Sed diuidatur tibi noctis tempus, in somnum & orationem. Sed & somni ipsi, meditationes sunt pietatis. Solent enim fere imaginationes in somno, diurnarum curarum resonantia esse. Qualia enim sunt uitæ nostræ studia, talia necesse est esse etiam in somnia. Sic indefinenter orabis, non in uerbis orationem explens, sed per totam uitæ conuersationem te ipsum deo coniungens, ut assidua & indefinens oratio sit uita tua. Sed & in omnibus gratias agite, inquit, & quomodo hoc possibile est aiunt, animam calamitatibus dolorosam, & dolorum perceptione uelut compunctam, non ad lamentationes effundere lachrymas, sed gratias agere uelut pro bonis, pro his quæ reuera precibus sunt remouenda ac abominanda. Quæ enim imprecatus est mihi inimicus, hæc perpessus quomodo in ipsis gratias agere poterò? Ereptus est filius immaturus, & dolores circa primos partus grauios, matrem ob dilectum ac unigenitum dolentem conuolant, quomodo relictiis lamentationibus gratiarum actionis uoces assumpserit quomodo? si reputet quod filio ex ipsa genito pater magis proprius deus est, & uitæ præfectus ac uillicus prudentior. Cur igitur non permittimus prudenti domino, ut suas opes prout ipsi uisum est dispenset? Sed uelut proprijs priuati indignamur, & morientibus uelut iniuria affectis condolemus. Tu uero illud reputa, quod non mortuus est puer, sed redditus: neq; mortuus est amicus, sed peregrinatus, & paululum præoccupauit uitam, quam etiam nos necessario oportebit ire. Sit tibi mandatum Dei comes, uelut lucem quamdam ac perspicuitatem ad rerum discretionem indefinenter exhibens, quod sanè eminus animæ tuæ intentionem præcohibens, & ueras de singulis opiniones procurans, à nullo eorum quæ accidunt te permutari sinet, sed bene præparata ac instructa mente, securè & inconcusse uiolentorum uentorum & undarum impetus, uelut quandam uicinum maris scopulum sustinere. Cur enim nõ de mortali mortaliter sentire præadueuisti? Sed improuissam filij mortem suscepisti? Quum primum tibi filij natiuitas annunciata est, si quis interrogasset te, quale est quod natum est, quid nam respondiisses, num aliud quid dixiesses, quam quod homo est quod natum est. Si autem homo, etiam mortalis nimirum. Quid igitur præter opinionem accidit, si mortuus est mortalis? Non uides solem orientem ac occidentem? Non uides lunam augetentem deinde deficientem? Non terram florentem, deinde marcescentem? Quid circa nos stabile est? Quid immobile & immutabile habet naturam? Respice ad cælum & inspicere terram, neq; hæc perpetuò durant. Cælum enim & terra præteribunt, inquit, stellæ ex cælo cadent, sol obtenebrabitur, luna non dabit lumen suum. Quid igitur mirum si & nos pars mundi existentes, eorum quæ ex mundo sunt participes sumus? Ad hæc respiciens, quum etiam ad te uenerit communium rerum portio, fer tacitus ac conuiuens, non indolenter neq; insensibiliter: quæ est enim indolentia merces? sed grauius quidem ac cum immensis doloribus, Veruntamen suffer, uelut generosus quispiam Athleta, robur & uirilitem non solum ex uerberando aduersarios, sed etiam ex fortiter ferendo plagas ab ipsis acceptas ostendens. Et uelut quispiam sapiens ac imperturbatus gubernator, præ magna circa artem nauticam experientia, rectam & indemerisam omnium tempestate altior rem animam conseruans. Filij dilecti, aut uxoris ex animi sententia ductæ, aut alterius cuiusdam ex amicissimis & omni bene uolentia coniunctis priuatio, nihil graue est prouido, & rectam rationem uitæ ducem habenti, imò non secundum consuetudinem quandam progredienti. Consuetudinis enim separatio, etiam brutis animantibus toleratu difficillima est. Et ego aliquando uidi bouem in præsepi lachrymantem, contubernali ac coniuge ipsi defuncto. Sed & reliqua bruta uidere est consuetudinem uehementer amplexi. Tu uero non sic didicisti, neq; institutus es. At principium quidem amicitia ex longa conuersatione & diuturna consuetudine fumere, nihil indecori habet. Verum lamentari ob separationem, & diutinam conuersationem, penitus absurdum est. uerbi gratia, Vxor contigit tibi iuxta uitæ societatem, omnem uitæ uoluptatem tibi exhibens, lætitiæ opifex, iucunditatis causa, bona et opes augens, in mœrore maximam tristitiam partem auferes. Hæc de repente rapta perijt, ne exaspereris affectione,

ctione, neq; spontaneè quendam esse dixeris eorum quæ sunt casum, uelut nullo præfecto mundum gubernantem: neq; malum quendam opificem constitue, ex immodica tristitia praua dogmata tibi ipsi suggerens, neq; terminos pietatis excedas: quandoquid enim omnino duo in una carne fuistis, multa utiq; uenia est ei qui dissectione & coniunctionis diuisionem cum doloribus suscipit: nõ tamen propterea cogitare aliquid inconueniens, aut loqui tibi utile est. Cogita enim quod deus qui nos formauit et animam indidit, propria unicuique animæ uitæ conuersationem contribuit, & alijs alios exitus terminos præfixit. Alii enim diutius in carne permanere disposuit: alium citius uinculis corporis exolui ordinauit, iuxta inenarrabiles sapientia ac iustitia sua rationes. Quemadmodum igitur hi qui in carcere conijciuntur, partim diutius uinculorum afflictione includuntur, partim celere reperit afflictionis liberatione: Sic etiam animæ, partim diutius in hac uita detinentur, partim breuiore tempore, iuxta proportionem dignitatis uniuscuiusq; sapienter et profunde, & quantum humanus animus assequi non potest, conditore nostro rebus singulorum prospiciente. Non audis Dauidem dicentem: Educ ex carcere animam meam, ex molestijs uidelicet, inquit. Non audiuit de sancto, quod anima ipsius exoluta est? Quid uero Symeon quum in ulnas accepisset dominum nostrum, qualem uocem emisit? non Nunc dimittis ac exoluis seruum tuum domine? Ei enim qui ad supernam conuersationem festinat, omni pena, omniq; carcere grauior est hæc cum corpore uita. Ne igitur requiras, ut constitutiones de animabus, ad tuam uoluntatem consequatur. Sed reputa de conuictis in uita, & qui deinde morte disparantur, quod cõsimiles sint utatoribus unam uiam euntibus, & propter assiduum inter se conuersationem præ consuetudine unitis. Qui postquam communem uiam pergressi, de cætero apprehenderint eam quæ ipsam secat, necessitate iam utrinque diuidente, non consuetudini assidentes proposita negligunt, sed causam quæ ipsos ab initio comouit, in memoriam reuocantes, unusquisq; ad proprium finem decurrunt. Quemadmodum igitur illis alius erat uitæ scopus, contigit aut ipsi inter eundem ex consuetudine familiaritas: sic etiam his qui nuptijs, aut alia quapiam uitæ societate coniuncti sunt, proprius nimirum uitæ finis propositus est, coniunctos autem inter se, præconstitutus uita terminus necessario separauit ac dissoluit. Grati igitur animi est, non ob separationem discruciarum, sed propter coniunctionem ab initio, gratiam habere ei qui hoc consortium concessit. Tu uero etiam quum superesset tibi uxor, aut amicus, aut filius, aut quicquid est tandem de quo nunc doles, gratiam non habebas presentium largitori, sed super deficientibus coquereris, si quidem uxori soli cohabitabas, quod non filij essent quales uelles. Si uero etiam filij aderant, quod nõ diuitijs abundares, aut etiam quod inimicos quosdam prospere degentes uideres. Vide igitur ne quando ipsi nobis ipsis amicissimorum priuationes necessario paremus, presentes quidem nõ sentientes, ablatos autem amplectentes. Quomodo quidem enim presentibus ex deo bonis gratias non agimus, necessaria nobis ablatio propter sensum contingit. Quemadmodum enim oculi quod nimis appositum est non uident, sed moderata quadam distantia opus habent: Sic etiam ingrata animæ, in bonorum abalienatione, præterita gratiam percipere uidentur. Quum enim acciperet bona, nullam gratiam largitori cõfidentes, post ablationem, quod præterijt beatum prædicant. At uero nullus nostrum à gratiarum actione excluditur præ ulla aliqua uitæ calamitate, si singulos beneuole cõsiderare uelis. Multas enim cõtemplationes, easq; nõ inuicundas, singulorum nostrum uita possidet: si itaq; ad id quod inferius est respiciamus, atq; sic ex cõparatione ad deterius, bonum quod nobis adest expendamus, quantum pretij id ipsum esse putas? Seruus es? habes aliquem teipso humiliorè, gratias age quod unum superexcellis, quod non in pistrinum condemnatus es, quod non plagas accipis. Sed neq; huic gratias agendi causæ deerunt. Non enim habet pedicas, non ligatus est in ligno. Vincit ipse sufficientem habet causam ipsum uiuere, ad gratiarum actionem. Solem uidet, aerem inspirat, propterea gratias agit. Iniuste supplicio afficeris? futurorum spe gaude, iuste cõdemnatus es? etiã sic gratias age, quod hic supplicium pro ausis dependis, & nõ impunitis peccatis aeterno supplicio reseruaris. Iuxta eandem rationem per omnem uitam ac omnia studia, is qui gratus est magnas pro presentibus gratias benefactori reddere potest. Nunc uero pleriq; morosorum hominum more afficiunt, præsens quidem negligentes, absentia uero concupiscentes. Non em̄ indigentiores se ipsis enumerantes, gratiam pro his quæ habet benefactori reddunt: sed cõparatione ad super-

excellēs facta, quātū superant reputātes, uelut proprijs priuati his quę alijs adfunt, sic trīstant ac cōquerunt. Seruus āgre fert q̄ nō est liber. In libertate educatus, q̄ nō est generosus, & ex nobilitate spectabilibus procreatus, & quod non septem auos retro numerare potest, qui alendis equis, & in gladiatores sumptus profuderunt. Qui genere illustri est, moleste fert quod nō ob diuitias superbire datum est. Diues tristatur ac luget, quod non ciuitatibus ac gētibus imperat, exercitus dux quod nō regnat. Rex quod non toti simul sub sole terrę dominatur: sed sunt gentes ipsius sceptris nō succumbentes. Ex omnibus autem his colligitur, quod pro nulla re benefactori gratiā agantur. Verū nos relicta propter absentia tristitia, discamus propter presentia gratiarū actionem reddere. Dicamus in tristioribus rerum circumstantijs sapienti medico. In tribulatione parua, disciplina ac castigatio tua nobis dicamus, bonum est mihi quod humiliasti me. Dicamus, quod non dignę sint afflictiones huius temporis ad gloriā quę reuelabitur in nos. Dicamus, quod ob pauca ex his quę peccauimus, flagellati sumus. Inuocemus dominum, castiga nos domine, ueruntamen in iudicio, & non in irę impetu: dum enim redarguimur, a domino corripimur, ut ne cum mundo condemnemur. At uero in splendidiore uitę cultu, illam Davidis uocem dicamus. Quid retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi: ex non existente ad uitam produxit, ratione honorauit, artes uitę coadiutrices nobis largitus est: alimenta ex terra remittit: pecorum nobis ministeriū dedit: propter nos pluuię, propter nos sol, montana & campestris regio nostri causa exornata est, refugia nobis ad montium summitates proturans, propter nos flumina fluunt, propter nos fontes scaturiunt. Mare nobis concessum est ad exercendam mercaturam. Diuitiæ ex metallis, uoluptates undiquaq; omni creatura nos stipante, propter opulentam & luculentam beneficioris in nos gratiā. Et quid oportet parua dicere? propter nos deus inter homines, propter hanc corruptam carnem, uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Cum ingratis est benefactor, ad captiuos uenit liberator, ad sedentes in tenebris, sol iustitię, ad crucem qui omnis afflictionis expertus est: ad mortem uita: ad orcum tenebrosū lux. Resurrectio propter lapsos, spiritus adoptionis, gratiarum distributiones, coronarum promissiones, & reliqua quę neque enumerare facile est. in quibus cōueniens est uox prophete. Quid retribuemus domino, pro omnibus quę retribuit nobis? Etenim rursus etiam hoc non dedisse, sed retribuisse dictus est magnificus ille, uelut non auspicans gratiam, sed reualians laceffentes. Nam accipientium gratiarum actio pro beneficio reputatur: qui etiam ubi pecunias dedit, postulat a te misericordiam per manum pauperum. & si accipiat sua ipse, integram tibi gratiā uelut pro proprijs refert. Quid igitur retribuemus domino, pro omnibus quę retribuit nobis? non enim dimittere possum uocē prophete, probe dubitantis, & suam paupertatem circumspicientis, quod nihil habet retributione dignum, qui in tam magnis ac splendidis beneficijs, non tamen excessum habentibus, multiplicia nobis in posterum promittit: paradisi delicias, & gloriā in regno, & æquales angelis honores, & dei cognitionem, quod ipsum his qui digni facti sunt, summum bonum est, quod omnis rationalis natura cupit, quod utinam & nos adipisci possimus, ubi ex carnis afflictionibus nos ipsos expurgauerimus. Quomodo igitur, inquit, societatem & amorem, quod primum & perfectissimū est bonum, quia complementum legis est dilectio, erga proximos ostēdemus, quum ad aliquos præ magnis calamitatibus pressos ingressi, non complaceamus ipsis, neque lachrymemur, sed pro his quę fiunt gratias agamus. Propriam etenim afflictionem cum gratiarum actione sufferre, patientiæ ac constantiē demonstrationem habet. Verum pro alienis calamitatibus deo gratias agere, gaudens est malis, & exasperans afflictos, præsertim Apostolo præcipiente nobis, plorare cum plorantibus. Quid igitur ad hæc dicemus? aut rursus necessario nos ipsos uerbum domini commonefaciemus, in quibus nam gaudere nobis præceptum est, & in quibus lugere? Gaudete, inquit, & lætamini, quia merces uestra multa est in cœlis. Et rursus. Filię Hierusalem, ne ploretis super me, sed plorate super filios uestros. Igitur cum iustis quidem exultare ac lætari, diuinus sermo nobis præcipit. Cum his uero qui ex penitentia lachrymas emittunt, lugere ac lamentari. Aut eos qui indolenter dispositi sunt deplorare, quod neq; sciūt quomodo pereunt. Minime uero cōuenit putare mandati implerem esse eum qui hominū mortem deplorat, & cum lugentibus in eiulatum prorumpit. Neq;

Neque enim medicum laudo, qui pro auxilio agris ferendo, seipsum morbis replet, neq; gubernatorem, qui pro eo quod dominari nauigantibus debet, & cum uentis pugnare, & undas effugere, & timidiore consolari, ipse nauiseat, & una cum inexpertis maris contristatur. Talis enim est qui ad lugentes ingreditur, & non ex propria ratione utilitatem impartit, sed ex alienis afflictionibus indecorum habitum transsumit. Contristari quidem igitur in calamitatibus lugentium, consequens est. Sic enim teipsum confortem facies afflictis, non hilaris in calamitatibus, neq; indifferens existens in alienis doloribus: non tamen ulterius cofferri cum afflictis conuenit, ita ut coexclames aut lamenteris cum afflictis, aut in alijs imiteris & æmuleris eum cui afflictio tenebras induxit: uelut est, seipsum includere, & nigrum uestitum gestare, & humi delidere, & tonsuram negligere. Ex his enim calamitas magis augetur quā mitigatur. Non uides quod inguinum abcessus & splenia, dum hæc quidem uulneribus imponuntur, illi uero febribus accedunt, dolores augent. Verum manus ipsæ leui tuo contactu dolentem partem supprimunt ac mitigant. Itaq; neque ipse afflictionem presentia tua exasperes, neque lapsus collabaris. Nam qui iacentem erigere uult, alior omnino lapsus esse debet. Qui uero æque lapsus est, altero qui erigat etiam ipse opus habet. At torqueri quidem ab his quę acciderunt, & quiete contristari ob afflictiones conuenit, ita ut in faciei meditatione, & austeritate grauitatem habente, animi affectionem declares. Verum ubi ad colloquium uentum est, non statim conuenit ad obiurgationes prosilire, uelut iacentibus insultantem. Onerosæ enim sunt præ in ore animo afflictis obiurgationes, & simul intolerabiles sunt sermones eorum qui penitus indolenter se gerunt, & ad persuadendum inefficaces apud afflictos. At ubi permiseris inaniter & inefficaciter uociferari ac lamentari, malo iam remisso ac se laxante, tunc concinne ac leniter adhortationem attingere. Quando quidem etiam equorum domitores, effrenes pullos non statim frenis strangulant, neque relidunt: sic enim retrocedere, & incensores excutere discunt: sed remittentes primum ac indulgentes ipsis, ubi uiderint ex proprio impetu ac uolentia animi concitationem consumpsisse, tunc iam domitos ipsos assumunt, & per artem obedientiores reddunt. Sic erit iuxta Solomonis sententiam, Melius ingredi in domum lactus, quā in domum potus ac conuiuij, si quis perite aut leniter sermone utens, propriam sanitatem agrotis impartiturus sit, & non alienæ tristitię, uelut lippitudinis, particeps futurus. Plorare igitur cum plorantibus sic iubemur. Quum uideris ob delictorum penitentiam fratrem lugere, simul plora cum ipso ac condole. Sic enim cōtinget tibi, ut in alienis afflictionibus propriam corrigas. Qui enim pro peccato proximi calidam lachrymarum guttam effundit, sibi ipsi medetur per hoc quod fratrem deplorat. Talis erat qui dicit. Tristitia occupauit me, ex peccatoribus relinquentibus legem tuam. Pro peccato plora, hoc animæ ægritudo est, hoc immortalis animæ mors est, hoc luctu & implacabili ploratu dignū est. Ob hoc lachrymę fluant, & ne cesset gemitus ex profundo corde procedens. Paulus lugebat inimicos crucis Christi. Hieremias lugebat ob pereuntem populum, cui quoniam naturales lachrymę non sufficiebant, fontem lachrymarum, & extremum limen ac mansionem inquirebat, & sedebo, inquit, & plorabo super populum hunc pereuntem dies multos. Tales lachrymas ac talem luctum, Apostoli sermo comprobatur, & dominus beatum prædicat, non facilitatem ad omnem tristitiam, neque promptitudinem prorumpendi in lachrymas ex omni occasione. Porro noui ego quosdam uoluptuarios, qui propter immodicam uoluptatem, per tristitię prætextum, ad crapulam & ebrietatem se conuertunt, & intemperantiam suam ex Solomonis uerbis mitigare conantur, qui dicit. Date uinum in tristitia. Est autem sermo prouerbialis, non ebrietatis licentiam exhibens, sed humanam uitam conseruans. Ut enim ænigmaticam ipsius sententiam relinquam, uinum dicentis spiritualem læticiam, ne uulgaris quidem sensus exiguam curam habet, ut ne uehementi luctu absorpti, cibos negligant qui grauius lugent, & āgre consolationem admittunt. Verum pane quidem cor luctu afflictis hominis firmatur, uino uero collapsæ uires suffulciuntur. At uero uinosi & ebrii, non tristitiam mitigantes, sed mala malis permutantes, & prauos contractus facientes, morbos animæ, morbis permutant, & eos qui momenta in trutina adæquant imitantes, tantum tristitię subtrahunt, quantum uoluptatem augent. Verum ego opinor uinum naturæ auxilium exhibere oportere, & non tantum meri in-

fundi permittit, ut ratiocinationi tenebrae inducatur. Neque enim simul cum uino effluet tristitia, & amplius ebrietatis uitium animae accedet. Si uero tristitiae medicus est ratio, extremum sane malum fuerit ebrietas, medelam animae impediens. Caterum singula à nobis dicta repete ac expende, & reperies tum possibilitatem, tum utilitatem apostolici praeccepti, quomodo semper gaudeas, rectam rationem sequens, & quomodo indefinenter ores, & quomodo in omnibus gratias agas, & quo modo afflictos consolaberis, ut ex omnibus integer ac perfectus sis spiritu sancto opitulante, & gratia domini nostri Iesu Christi cohabitante. Cui gloria & imperium in secula, Amen.

● DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN

DICTIONVM ILLVD IN EVANGELIO LVCAE, DESTRVAM
horrea mea, & maiora aedificabo, & de auaritia. Iano Corna-
rio medico physico interprete.



DIVPLEX tentationum species est. Aut enim tribulationes corda explorant, uelut aurum in fornace, per patientiam integritatem ipsorum deprehendentes. Aut plerumque etiam ipsae res secundae tentationis loco apud multos sunt. Aequae enim difficile est, & in rerum difficultatibus animam indepressam conseruare, & rebus prosperis ad iniurias ac contumelias inferendas non extolli. Et prioris quidem tentationum speciei exemplum est Iob, magnus ille & insuperabilis Athleta, qui omnem diaboli uim, uelut torrentis impetum, incöcussio corde & immutabili ratione ac proposito suscipiens, tanto maior tentationibus apparuit, quanto maiora & aegre dissolubilia certamina ipsi ab hoste uidentur obiecta esse. At uero tentationum in rebus secundis exempla, tum alia multa sunt, tum hic nunc nobis lectus diues, qui altas quidem diuitias habebat, alias uero sperabat, hominum amantissimo deo propter morum ingratitude, ipsum ab initio non cödemnante, sed semper ad priores diuitias, alias adijciente, si quo modo satietatem ipsi inducere posset, et animam ipsius ad liberalitatem ac mansuetudinem prouocare. Hominis enim diuitis, inquit, ager fertilis erat, & supputabat secum, quid faciam? destrua horrea mea, & maiora extruam. Cur igitur fertilis fuit ager hominis nihil boni ex abundantia facturum? Ut magis dei longanimitas appareret, quum bonitas ipsius se etiam usque ad tales extendat. Pluit enim super iustos & iniustos, & solem suum oriri facit super malos & bonos. Verum talis bonitas maius supplicium mala perpetrantibus immittit. Intulit pluuias in terram ab auaris manibus cultam. Dedit solem ad fouenda semina, & multiplicandos fructus per fertilitatem. Et à deo quidem talia terrae apertudo, aeris temperati status, seminum ubertas, bouum auxilia, & reliqua quibus agricultura abundare solet. Ab homine uero qualia? Morum amarulentia, odium hominum, illiberalitas. Haec benefactori rependebat. Non memor fuit cömunis naturae, non putauit oportere superfluum in egenos distribuere, nullam praeccepti habuit rationem. Ne abstineas benefacere inopi, & elemosynae ac fides ne deserant te. Et, frange esurienti panem tuum. Et omnes prophetae omnesque doctores uociferantes non exaudiebantur. Sed horrea quidem propter repositorum multitudinem angusta dirumpebantur, paruum uero cor non implebatur. Semper enim noua ueteribus apponens, & annuis ad ditamentis opulentiam adaugens, ad inextricabilem consilij inopiam deuenit, ut ueteribus quidem cedere ob auaritiam non permitteret, noua autem ob copiam suscipere non posset. Ob id inefficacia ipsius consilia, ancipites curae, quid faciam? Quis non misereatur hominis ita obfessi? Miser est ob fertilitatem, miserabilis ob praesentia bona, miserabilior ob futura quae expectat. Non enim redditus fert ipsi terra, gemitus ipsi producit. Non enim fructuum fertilitatem colligit, sed curas, moerores, & grauem desperationem. Similiter uelut pauperes lamentantur. An non & talem uocem audit cui propter paupertatem angustiae res sunt? quid faciam? unde alimēta? unde indumēta? Hec etiam diues loquitur, affligitur dolore in corde, & praecura corrodit. Nam quod alios laetitia afficit, id ipsum auarum cösumit; non enim gaudet omnibus, intus ipsi repletis, sed circūflua opulenta, & proptuaria supercedens, animam

animam ipsius affligit, ne forte ad externos respiciens, boni alicuius occasio egenis fiat. Et mihi sane uidetur affectio animae ipsius, gulosorum affectio similis esse, qui dirumpepi potius praegringluuie uelint, quam ex reliquijs egentibus impertiri. Considera o homo eum qui dedit, memor sis tu ipsius quis es, quid dispensas, à quo accepisti, cur multis praeparatus es. Boni dei es minister, uillicus conseruorum, ne putes omnia uentri tuo praeparata esse, uelut de alienis statue de his quae in manibus habes, paruo tempore te laetitia afficiet, deinde fluxa peribunt. Verum ratio de his reddenda, exacte à te exigetur. Tu uero omnia simul foribus ac uectibus conclusa tenes, & sigillis obstructa habens, curis inuigilas, & consilium contra te ipsum inis, stolido consiliario teipso utens. Quid faciam? Promptum erat dicere, implebo animas esurientium, aperiam horrea, & omnes inopes uocabo. Imitabor Ioseph in humanitatis praeconio, magnanimam uocem emittam. Qui cunque egetis panibus, uenite ad me, singuli dati à deo beneficij, quantum satis erit, uelut ex communibus fontibus participes futuri. Caterum tu talis non es, Unde? qui sane inuides hominibus fruitionem, prauum autem consilium in anima tua congregans, sollicitus es non quomodo distribuas unicuique ad necessitatem, sed quomodo omnibus susceptis, omnes ipsorum utilitate priues. Astiterunt animam repetentes, & ille de edulij cum anima sua disputat: hac nocte assumebatur, & in multos annos fruitionem imaginabatur. Permissum est ut de omnibus consultaret, & sententiam suam manifestam faceret; quo dignam pro uoluntate sententiam iudicis accipiat. Id quod opto ne tibi accidat, propterea enim scriptum est, ut similitudinem fugiamus. Imitare terram o homo, fructum profer uelut illa, ne appareas deterior inanitata. Illa quidem igitur fructus non ad suum fruitionem, sed in tuum usum enutrit. Tu uero quem ostendere debebas beneficentiae fructum, tibi ipsi hunc colligis. Nam bonorum operum gratia ad eos qui illa fecerunt, reuertuntur: dediti esurienti, & tuum fit quod datum est cum additamento reuertens. Quemadmodum enim frumentum in terra delapsum, lucrum fiti qui proiecit. Sic panis esurienti obiectus, multiplicem utilitatem in posterum reddit. Sit igitur tibi agriculturae finis, principium caelestis sationis. Seminate, inquit, uobis ipsis in iustitiam. Quid igitur anxius es? quid caedis teipsum? Luto & lateribus diuitias concludere contendens? Melius est nomen bonum, quam diuitiae multae. Si autem diuitias admiraris propter honorem ex ipsis, considera quanto conducibilis est ad gloriam, innumerorum filiorum patrem appellari, quam innumeros habere in marsupio stateres. Et pecunias quidem hic relinques, etiam non uolens, uerum gloriam bonorum operum ad dominum deportabis, quando omnis populus coram communi iudice te circumstans, nutritorem & benefactorem te appellabunt, & omnia humanitatis nomina in te conferent. Non uides eos qui in theatris, in pancratiastis & mimos & decertantes cum feris homines, quos etiam aspiciere quis abominetur, pro modico temporis honore, & tumultu ac populi plausu, pecunias profundunt? Et tu illiberalis es circa sumptus faciendos, unde ad tantam gloriam peruenturus es? Deus est qui recipit, angelis collaudantes, omnes à creatione homines beatum praedicantes, gloria aeterna, corona iustitiae, regnum caelorum, praemia tibi erunt uillicationis rerum harum corruptibilium, quorum nihil tibi cura est, ob praesentium studium, ea quae in spe reposita sunt contemnenti. Age igitur, diuitias uarie dispensa, ambitiosus & splendidus circa sumptus in egenos euadens. Dicatur etiam de te, dispersit dedit pauperibus, iustitia ipsius manet in aeternum. Ne graui animo praeditus sis, necessitatibus imminens easque expectans. Ne expectes rei frumentariae penuriam, ut tum horrea aperias. Qui enim ad annonae caritatem frumentum recondit, apud populum execrabilis est. Ne speres famem propter aurum, ne comunem inopiam propter priuatam opulentiam. Ne fias caupo humanarum calamitatum. Ne iram dei occasionem feceris acquirendae pecuniae. Ne dilanies uulnera flagris caelorum. Tu uero ad aurum quidem respicis, fratrem uero non aspicias: & numismatis quidem sculpturam cognoscis, & à sincero adulterinum discernis, fratris autem indigentiam omnino ignoras. Et te quidem auri color ualde delectat, uerum quatenus egeni gemitus te sequatur, non reputas. Quomodo tibi pauperis afflictiones ob oculos ponant? Ille collustrans res domesticas, uidet quod aurum ipsi non est, neque unquam erit. Supellex autem & uestitus talis, quales sane sunt pauperum possessiones, omnia paucis obolis aestimanda. Quid igitur?

Ad filios

Ad filios deinde oculos conuertit, ut ipsos ad forum uenales exponat, indeq; mortis consolationem reperiat. Considera mihi hic pugnam, necessitatis famis & paternae affectionis. Illa quidem miserrimam mortem minatur, natura autem retrahit unam cum liberis commori suadens: & saepe cocitatus, saepe retrahitur, tandem a necessitate ac implacabili egestate coactus superatur. Et quae nam consilia secum animo uoluit patere? quem primum diuendam: quem uero frumentum uenditor placide aspiciet? ad seniores ueniam? at aetatis ipsius prerogatiuam reuereor, ad iuniores? at miseret me aetatis calamitates nondum percipientis. Hic euidentes parentum characteres habet, ille ad disciplinas aptus est. Fleu consilij inopiam. Quis fiam? quem ex his offendam? qualem bestiae animum assumam? quomodo naturae obliuiscar? Si omnes amplexus fuero, omnes fame consumi uidebo. Si unum uidero, qualibus oculis reliquos aspiciam, suspectus ipsis iam de fide mea factus? Quomodo domum inhabitabo, quum mihi ipsi liberorum orbitatem induxerim? quomodo ad mensam accedam ex tali occasione instructam? Et hic quidem immensis profusis lachrymis abit, & ad te uenit charissimum filium diuenditurus. Te uero afflictio non fleuit, naturae considerationem non facis, sed famis miserum illum premit, tu autem differs & dissimulas, longiorem ipsi faciens calamitatem. Et ipse quidem uiscera sua pretium alimenterum porrigit. Tua uero non solum non stupet manus, ex talibus calamitatibus precium suscipiens, sed etiam de ampliori dando contendis, & quomodo multum accipiens parum des decertas undiquaque aggrauans misero calamitatem. Non lachrymae apud te miserabiles sunt, non gemitus cor molliunt: sed inflexibilis es & immisericors, oia aurum uides, aurum imaginariis, hoc tibi dormienti in somniis est, & uigilatis animum possidet. Quemadmodum enim qui praesentia mente moti sunt, res non uident, sed ex affectione imaginantur. Sic anima tibi pecuniae amore occupata, omnia aurum, omnia argentum uidet. Lucundius aspicias aurum quam solem. Optas omnia ad auri naturam transmutari, & huic rei pro uiribus intentus es. Quid enim non propter aurum machinariis? Frumentum tibi aurum sit, uinum in aurum cogelatur, lanae tibi in aurum mutantur: omnis mercatura, omnis uersutia aurum tibi affert. Ipsum seipsum aurum generat, dum in uisuris multiplicatur. Et fatietas non est, & finis cupiditatis non reperitur. Equidem pueris gulosis saepe concedimus, ut his quae cupiunt, se expleant, quo per nimiam saturitatem fastidium ipsis inducimus. At uero auarus non sic, sed quanto pluribus impletur, tanto plura cupit. Diuitiae si affluunt, ne apponite cor. Tu autem detines circumfluentes, & exitum circum circa obturas, deinde dum sic detinentur & restagnant, qualia tibi faciunt: diripiunt impedimenta. Profecto etiam nunc uiolenter conclusae ac redundantes, diuitis horrea demoliuntur, ad solum prosternunt promptuaria ipsius, uelut hostis quidam irruentes, At maiora aedificabo. Incertum an ne destructas successorum traditurus sit. Citius enim utique ipse raptus perierit, quam illa iuxta auaram industriam extrui possint. Verum hic quidem diues malorum consiliorum finem comparere adeptus sit. Vos autem si mihi credere uelit, omnibus promptuariorum foribus apertis, largum diuitijs transitum ac exitum exhibebitis, quemadmodum magno flumini fructuosam terram per infinitos riuos accedat: sic ipsi diuitijs permittentes, ut per uarias uias ad pauperum domos dilabantur. Putei dum exhauriuntur, speciosiores fiunt: dimissi uero ac quieti putent. Sic diuitiae quiescentes & repositae, inutiles sunt. Quae uero mouent ac transeunt, utiles in commune sunt & fructuosae. O quanta tibi apud eos quibus benefeceris laus parata est, quam neutiquam contemnendam censeo. quanta uero apud iustum iudicem merces, cuius fides tibi minime suspecta esse debet. Vbiq; tibi diuitis accusati exemplum occurrat, qui iam presentia custodiens, & de futuris sollicitus, & incertum habens an cras uicturus sit, crastinum peccatum hodie deliquit. Nondum uenit supplex, & anticipans feritatem ostendit: nondum collegit fructus, & iam auaricie iudicium incurrit. Terra equidem sua fertilitate ipsum excipiebat, profundam in aruis segetem praemonstrans, multos botros in sarmentis ac palmitibus ostentans, turgentem fructibus, oleam exhibens, omnesq; ex arborum fructibus delicias promittens. Ipse uero inutilis & infructuosus erat, nondum habens, & iam egentibus inuidens. Quanquam quot pericula imminent ante fructuum collectionem. Nam & grando saepe confringit, & aestus ex medijs manibus rapit, & pluuia intempesiue e nubibus erumpens, fructus inutiles facit. Non igitur oras ad dominum ut beneficium gratiae ipsius perficiatur, sed anteuertens te ipsum indignum

gnum facis ad suscipienda ea quae tibi sunt demonstrata? Et tu quidem in occulto tecum loqueris, uerum uerba tua in caelo examinatur. Quapropter inde tibi responsa ueniunt. Quae autem sunt quae dicit. Animula mea, habes multa bona reposita, ede, bibe, letare. O absurditatem, si suillam haberes animam, quid aliud quam hoc ipsi annunciare potuisses? Adeo bestialis es, adeo honorum animae non gnarus, ut carnalibus eduljijs ipsam excipias, & quae secessus locus suscipit, ea ad animam demittas. Siquidem uirtute praedita est, aut bonis operibus plena, aut deo assimilata, multa bona habet, & honesta animae laetitia laetetur. Quum uero terrestria sapias, & deum habeas uentrem, & torus carneus sis, & affectibus in feruias, audi conuenientem tibi appellationem, quam nullus hominum, sed ipse dominus tibi dedit. Stulte, hac nocte animam tuam a te exigent, quae uero parata habes, cuius erunt? Maior est risus temeritatis quam aeterni supplicij. Qui enim paulo post raptus, abducendus est qualia consulat? Destruam horrea mea, & maiora aedificabo. Recte sane facis, dixerim ego ad ipsum. Digna enim sunt destructione promptuaria iniustitia, dirue tuis manibus quae male aedificasti, dissolue frumentarios penus, unde nunquam ullus exhilaratus abiit. Destruere omnem domum auariciae custodem, subuerte fornices, demolire muros, ostendere soli frumentum cariosum, educ ex carcere uinctam opulentiam. Duc in triumphum tenebrosum aedificacula. Destruam horrea mea, & maiora aedificabo. Si uero etiam haec impleueris, quid tunc excogitabis? Num rursus destrues, & rursus aedificabis? & quid his studiis fieri possit? laborare sine fine, aedificare summo studio, & de industria destruere. Habes horrea si uoles domos pauperum, recede tibi ipsi thesaurum in caelo. Quae illic reponuntur, non depascuntur tineae, non corrodit caries, non praedantur fures. Atqui tunc pauperibus impertiar, ubi secunda horrea expleueris. Longa tibi ipsi uite tempora praefixisti, unde ne te id anteuerat, quod praefixit ex statuto tibi imminet. Nam haec promissio, non bonitatis, sed malignitatis significatione de se praebet. Promittis enim, non ut des postea, sed ut in praesens propulses. Quandoquidem quid est quod impedit largitionem? Non adest indigus? non sunt plena horrea? non parata merces? non praecipuum clarum? esturiens consumitur, nudus riget, exigens strangulat, & tu elemosinam in crastinum differis. Audi Solomonem. Ne dixeris, reuersus redi, & cras dabo. Non enim nosti, quid pariet dies succedens. Qualia praecpta contemnis, auaritia aures praeburatas habens, quam te benefactori gratiam habere oportebat, & hilarem esse ac laetitia praeditum ob eum honorem, quod non ipse aliorum fores turbas, sed alij tuas occupant? Nunc uero tristis es, & egre conueniri potes, occursus hominum declinas, ne forte exiguum quid e manibus eicere cogaris. Vnam enim uocem, non habeo, neq; dabo, sum enim pauper. Reuera pauper es, & omnis boni inops, pauper dilectione, pauper humanitate, pauper fide in deum, pauper aeterna spe. Participes frumenti facias fratres, quod cras putrescet, hodie trade genti. Auariciae species pessima est, neq; ea quae corrumpuntur, egentis impertiri. Cui, inquit, iniuriam facio, si mea retineo ac conseruo? Qualia dic mihi tua? unde accepta in uitam intulisti? Quemadmodum si quis in teatro spectandi loco occupato, deinde ingrediens prohibeat, proprium suum iudicet id quod communiter omnibus iuxta usum propositum est. Tales sunt diuites. Communia enim praecoccupantes, & ipsa propter anticipationem propria faciunt. Quandoquidem si unusquisque ad suae necessitatis consolationem capies, id quod redundat egentis dimitteret, nemo esset diues, nemo inops. Nonne nudus ex utero excidisti? non nudus rursus in terram reuerteris? Presentia uero unde tibi sunt? Si a casu spontaneo dicis, impius es, non cognoscens conditor, neq; gratiam habens largitori. Si uero confiteris esse a deo, dic rationem nobis ob quam accepisti. Num iniustus est deus, qui inaequaliter nobis ad uitam necessaria distribuit? Cur tu quidem diues es, ille uero egenus? Profecto omnino quo & tu bonitatis ac fidelis dispensationis mercedem accipias, & ille ob magna patientiae certamina praemia ferat. Tu uero omnia inexplebilibus auariciae sinibus complexus, neminem iniuria afficere te putas, quum tot priues. Quis est auarus? qui eo quod satis est, contentus non est. Quis autem est priuator ac praedator? qui quae singulorum sunt, aufert. Tu autem non es auarus? non es praedator? qui ea quae dispensanda suscepisti, tibi ipsi propria facis? Aut qui ueste quidem indutum denudat, fur nominabitur ac praedator? Qui uero nudum non induit, quum hoc facere possit, alia quam appellacione dignus est? Esuriens est panis quem tu detines, nudus est pallium, quod

tu in uestuario cōseruas, discalcia est calceus qui apud te computrescit, indigentis est argentum quod defossum habes. Quare tot hominibus iniuriā facis, quot dare potes. Pulchri quidem ait, sunt sermones, sed pulchrius est aurum. Idem itaque accidit nobis, quod his qui apud proteruos de temperantia differunt. Nam illi quum uituperari audiunt amicam, a mentione ipsa ad concupiscentias inflammantur. Quomodo tibi pauperis afflictiones ob oculos producam, quo scias è qualibus gemitibus tibi ipsi thesaurum colligis? O quanti precij tibi uidebitur in die illa iudicij uerbum illud: Venite benedicti patris mei, possidete regnum à iactis mundi fundamentis uobis paratū: esuriui enim, & dedistis mihi edere: sitiui, & potastis me: nudus eram, & induistis me. Quantus rursus horror ac sudor & tenebræ tibi oborientur, ubi audieris condemnationem. Abite à me maledicti in tenebras exteriores, paratas diabolo & angelis ipsius. Esuriui enim, & non dedistis mihi quod ederem: sitiui, & non potastis me: nudus eram, & non induistis me. Non enim illic raptor accusatur, sed qui bona non communicauit, condemnatur. Ego quidem quæ conduceret putauit, dixi tibi uero credenti quidem ac obsequenti præmanifesta sunt bona in promissionibus reposita: inobedienti uero minæ ac poenæ iam præscriptæ sunt, quarum experimentum opto ut effugias, meliori mente assumpta, quo redemptionis præmium tibi fiant propriæ diuitiæ. & ad cœlestia bona tibi parata peruenias, per gratiā eius qui nos omnes ad regnum suum uocauit. Cui gloria & dominium in secula seculorum. Amen.

SO DIUI BASILII MAGNI CONCIO

AD DIVITES, IANO CORNARIO MEDICO
PHYSICO INTERPRETE.



ICTVM etiam hodie mane est de hoc adolescente, & meminisse omnino diligens auditor eorum quæ tunc sunt expensa. primum quidem, quod non idem est cum legisperito qui est apud Lucam. Ille enim tentator erat, simulatas interrogaciones faciēs. Hic uero salubriter quidem interrogabat, uerum non obediēter suscipiebat. Non enim abiisset ob tales domini respōsiones tristitia affectus, si cōtempitum ipsi quæstiones proposuisset. Quapropter mores ipsius uelut mixti nobis declarati sunt, partim laudabilē ostendētis sermonem, partim miserimū & penitus desperatum. Etenim cognoscere uerum doctorem, et præterita phariseorum superbia, & legisperitorū opinionibus, ac scribarum turba, appellatōnem hanc soli uero & bono doctiori deferre, hoc ipsum erat quod laudabatur. Et sane quod uidebatur sollicitus esse, quomodo æternam uitam adipisceretur, neque hoc reprobandum. Verum illud deinceps totum ipsius propositū redarguit, quod non ad uerum bonum respiciat, sed ut multis placeat, intentus sit: postquam uidelcet dogmata salutis à uero doctore didicit, quod illa cordi suo non inscripsit, neque doctrinas ad opus perduxit: sed mœstus abiit, cupiditate diuitiarū tenebras ipsi offundēte. Hoc sane morum inæqualitatem, & quod à seipso dissentiat, redarguit. Doctorem dicit, & ea quæ discipulorum sunt, non facis: bonum cōfiteris, & ea quæ dat repudias, & quidem quum bonus bonorum nimirū sit largitor. Et interrogas quidē de uita æterna, uerum redargueris, quod totus sis præsentis uitæ uoluptati adalligatus. Quod uero molestū aut graue aut durum adeo uerbū doctor ipse prædedit: Vende res tuas, & da pauperibus. Si tibi agriculturæ labores proposuisset, aut pericula ex mercatura, aut alias difficultates quæ lucrum sectantibus impendent, tristitia affici te oportebat ægreferentem præceptū. Quum uero perfacilem adeo uiam, nullum laborem, nullū sudorem habentem, promittat hæredem te uitæ æternæ se facturum, non gaudes ob facilitatē salutis, sed dolore afflictus abis, animoque cōtristaris, et omnia tibi ipsi inutilia facis, quæ tibi proelaborata sunt. Si enim nō homicida fuisti, uelut tu dicit, neque adulterium cōmisisti, neque furatus es, neque contra aliquē falsum testimoniū tulisti, inutile tibi facis omne circa hæc studium, quum non apponas quod reliquum est, per quod solum poteris ingredi in regnum dei. Iam si medicus promississet tibi se correcturū membra, ex natura aut ægritudine mutilata, nō utique tristis hoc audiisses. Postquam uero magnus

animatorum

animatorum medicus perfectum te facere uult, cui maxime necessaria ac principalissima partes desunt, non suscipis beneficium, sed luges ac tristem uultum præ te fers. Ab illo uero quidem præcepto longe abesse palam uideris, & falso tibi ipsi testimonium de ipso prædatur, quod dilexisti proximum tuum uelut teipsum. Ecce enim id quod à domino mandatum est, redarguit te, & declarat quod quam longissime à uera dilectione abes. Si enim id quod affirmasti, uerum esset, quod à teneris annis præceptum dilectionis seruasti, & tantum dedisti unicuique quantum tibi ipsi, unde tibi hæc ipsa pecuniarum opulentia? Nam egenorum cura diuitias consumit, quum singuli quidem pauca accipiant ad necessariam curam, omnes uero simul res inter se distribuunt, ac in seipos expendunt. Quare qui diligit proximum uelut seipsum, nihil amplius possidet quam proximus. At qui uideris multas opes habere, unde hæc aut manifestum est quod propriam fructuonem multorum com modis prætulisti? quanto igitur magis redundas diuitijs, tanto amplius destitutus es dilectione. Nam iam diu de abalienandis pecunijs cogitasses, si proximum uelut teipsum dilexisses. Nunc autem opes tibi magis quam corporis membra accreuerunt, & mœrore afficit te ipsorum separatio, uelut corporis partium detruncatio. Si enim induisses nudum, si dedisses esurienti panem tuum, si fores tuæ apertæ fuissent omni peregrino, si fuisses pater pupillorum, si omni debili ac impotenti condoluisses, pro quibus nunc pecunijs tristitiam concepisses? Quomodo uero ægre tulisses deponere restantes, si ipsas olim indigentibus distribuere studio habuisses? Deinde in nudinis quidē nemo tristatur, quod profundit præsentia, & uticissim accipit quibus opus habet. Sed quāto uiliori precio res preciosissimas emerit, tanto magis gaudet, uelut qui egregiam permutationem fecerit. Tu uero tristaris, quod aurum & argentum & opes distribuas, hoc est, lapides in terram profundis, quo beatam uitam acquiras. At uero ad quid uteris auro? uestitu precioso cooperies teipsum? At qui tunica duarum ulnarum tibi suffecerit, & unius pallij amicus omnem indumentorum necessitatem explebit. Verum ad lautiores uitæ diuitijs abuteris? At unus panis ad explendum uenterem sufficit. Quid igitur tristaris, uelut aliqua re priueris? Num gloria ex diuitijs? At si non in terris gloriam quaesueris, inuenies ueram illam & splendidam, præcedentem te in regnum cœlorū. At qui ipsum hoc diuitias habere amabile est, etiam si nulla utilitas ab ipso accedat. Quod quidem igitur inutile est diuitiarum studium, omnibus notum est. Verū tamen præter opinionem fortassis uidebitur id quod diciturus sum, sed tamen quauis re magis uerum est. Disperse diuitias eo quo dominus admonet modo, permanere solent; retentæ autem, abalienari. Si custodieris, non habebis: si disperseris, non perdes. Disperit enim, dedit pauperibus, iustitia ipsius manet in æternum. At uero non uestimentorum gratia, neque alimendorum plerique diuitiarum amore tenentur: sed quædam à diabolo insidiæ excogitatæ sunt, quæ infinitas sumptus faciendi occasiones diuitibus suggerunt, ut superflua & inutilia uelut necessaria habeantur. Diuidunt enim opes, tum in præsentem usum, tum in futurum: & alias sibi ipsis, alias liberis reponunt. Deinde easdem in uarias sumptus occasiones partiuntur. Quales enim sunt ipsorum ordinationes? Hæc pecunia, inquit, in usu sit, illa reposita: & hæc uilibus inseruiens, necessariorum terminum transscendat: illa ad sumptuositatem domesticam adsit: hæc ad externas imaginationes inseruiat: illa iter facienti sumptus suppeditet: & rursus illa domi manenti splendidum ac luculentum uitæ instruat: ut mihi admirabilis uideatur mentis circa superflua uersutia. Vehicula adsunt innumera, alia ad suspellectilis uesturam parata, alia ipsis uehendis destinata, auro & argento intecta. Equi quamplurimi, & hi à patrum generositate uelut homines nobilitatem suam trahentes: & alij quidem delicias ipsos per urbem circumuectant, alij uenationem simul faciunt, alij ad professionem præparati sunt: freni & cingula & collaria omnia argentea, omnia inaurata. Tapetes purpurei ornates equos uelut sponfos. Mulorum colore distinctorum multitudo: aurigæ horum uicissim succedentes, alij præcurrentes, alij consequentes. Reuatores, promi, agricolæ omnis artis experti, tum necessaria, tum eius quæ ad uoluptatem ac delicias inuenta est, coci, piscatores, pincernæ, uenatores, plastæ, pictores, omnigenæ uoluptatis opifices: greges camelorum partim ad onera ferenda, partim ad pascua de-

p. 2. stiuati

stinati: greges equorum, bouum, ouium, suum. Horum pastores. Terra his omnibus ad alimentum sufficiens, & adhuc in super prouentibus opes augens: balnea in urbe, balnea in agris. Domus omnis generis marmoribus fulgentes, alia phrygio lapide, alia laconica aut thessalica crusta. Et ex his alia in hyeme calfacientes, alia aestate refrigerantes: pauimentum calculis uariiegatum: aurum fornices ac laquearia sublinens. Quae uero murorum pars crustam non habet, ea picturae flosculis exornatur. Vbi uero ad infinita distractae diuitiae adhuc redundant, infra terram detruduntur, & in arcanis asseruantur. Incertum est enim quod futurum est, ne forte inexpectatae necessitates nos corripiant. Imò incertum magis an ad defossi auri usum peruenturus sis. Non incerta autem inhumanitatis morum poena: quum enim infinitis excogitatis artibus aurum consumere non posses, tunc ipsum sub terra occultasti. Ingens insania, quum quidem in metallis est aurum, terram perscrutari, quum autem in conspicuo est, rursus ipsum in terram occultare. Deinde contingit, ut defodiens diuitias, simul defodias etiam cor ipsum. Vbi enim thesaurus tuus, inquit, ibi etiam cor tuum. Quapropter praecpta ipsos dolore afficiunt. Nam uitam minime sibi ipsi uiuendam ducunt, si non inutilibus sumptibus sint occupati. Et mihi sane uidetur affectio huius adolescentis, aut eorum qui eius similes sunt, consimilis esse uiatori, qui desiderio alicuius urbis, uitam usque ad ipsam pertinaciter perficit, deinde alicubi in hospitia ante muros diuertat, propter segnitiam ad exiguum adhuc faciendum motum, tum in sumptuosam laborem inutilem faciens, tum a conspectu eorum quae in urbe egregia sunt, seipsum excludens. Tales sunt qui alia quidem facere sustinent, uerum ad bonorum depositionem reluctantur. Noui quosdam qui ieiunauerunt, qui orauerunt, qui ingemuerunt, omnem denique sine sumptu pietatem exercuerunt, uerum ne unum quidem obolum in egenos expenderunt. Quae utilitas his est reliquae uirtutis? Non enim excipit ipsos regnum caelorum, quia facilius est, inquit, camelum per foramen acus penetrare, quam diuitem in regnum caelorum. Et sententia quidem lata manifesta est, & qui dixit uerax, uerum qui credunt, pauci sunt. Et quomodo uitam, ubi omnia abiecero inquit? Qualis uero uitae figura erit, si omnes omnia uendant, & omnia abiciant? Ne percuncteris ex me dominicorum praecptorum sententiam. Is qui legem tulit, nouit etiam possibilitatem legi adaptare. Verum cor tuum uelut in trutina examinatur, utrum an uitam ueram, aut ad praesentem fruitionem declinet: dispensatorium enim diuitiarum usum, & non uoluptuarium, eos qui sobrie reputare uelint, putare conuenit, & ubi deponimus gaudere uelut alienis priuatos, & non aegre ferre, uelut proprijs excidissimus. Quid igitur tristaris? cur lucrum animo concipis, quum audis, uende quae habes? Si enim sequerentur te ad uitam futuram, neque sic sanè essent amplectenda, ut quibus a premijs quae isthic sunt, tenebrae obfundantur. Si uero necesse est ipsa hic manere, cur non diuenditis ipsis lucrum inde auferimus. Tu uero aurum exponens, & equum acquirens, non tristaris. peritura uero proijciens, & regnum caelorum pro ipsis accipiens, lacrymaris. Auersaris petentem, & donum negas, infinitas sumptuum praetextus excogitans. Quid respondebis iudici tu qui parietes uestis, hominem nudum linis? Qui equos ornas, fratrem in turpi amicu contemnis? qui frumentum putrescere linis, esurientes non nutrit: qui aurum defodis, eum qui fame strangulatur, negligis? Porro si etiam uxor diuitiarum amans cohabitauerit, duplicatus morbus erit. Delicias enim accendit, & uoluptates auget, & curiosis cupiditatibus stimulos immittit: lapides quosdam excogitans, uniones, & smaragdos & hyacinthos, & aurum partim fabricans, partim texens, & per omnes ineptias morbum augens. Non enim obiter huc incumbunt, sed & noctes & dies curas de his habent. Et innumerati adulatorum cupiditatibus ipsorum succurrentes, congregant floridorum colorum tinctores, atrii fulores, unguentarios, textores, uariegatores: nullo tempore respirare uitrum permittit, assiduus imperijs ipsum diuexans. Nullae opes sufficiunt ad inferuendum muliebribus cupiditatibus, etiam si ex fluminibus affluant, & barbarici unguenti studio tenentur, uelut olei ex foro: flores uero ex mari, conchylum, pinna, laminae ex ouibus excedunt. Aurum autem precij ingentis lapides complexum, partim in frontis ornatum ipsis cedit, partim in torques ac monilia: & aliud in cingulis habent, aliud manus uinciat ac pedes. Nam aurum amantes manicis uinciri gaudent, modo aurum sit quod

sit quod ipsas uinciat. Quando igitur animae curam habebit, qui muliebribus cupiditatibus inferuit? Quemadmodum enim procellae ac turbines debilia nauigia, ita prauae uxorum affectiones animas coniugum demergunt. Quum igitur ad tot abusus distrahan- tur diuitiae a uiro & uxore, uanarum rerum excogitatione se mutuo superantibus, merito nullam occasionem habent ad externos respiciendi. Sed si quidem audieris, uende quae habes, & da pauperibus, ut habeas uaticina ad fruitionem uitae aeternae, abis tristitia affectus. Si uero audieris, da pecunias muliebri luxui, da lapidicidis, fabris lignarijs, calculo- rum locatoribus, pictoribus, gaudes uelut aliquid pecunijs preciosius acquiras. Non uides muros hos qui temporis diuturnitate corruerunt, quorum reliquiae uelut scopuli qui- dam per totam urbem eminent? Quot erant in urbe pauperes, quum hi extruerentur, qui propter studium in hos collocatum, a diuitibus eius temporis negligebantur? Vbi itaque splendida operum structura? Vbi is qui propter horum magnificentiam beatus praedica- batur? Nonne haec quidem dispersa sunt & abolita, uelut ea quae a pueris per lusum in arenis extruuntur? Ille uero in orco iacet, ob rerum uanarum studium neglectus. Ma- gno praeditus sis animo, muri autem parui, tum magni, eundem usum praebent. Quum obiter in domum uiri inepti ac ualde opulenti ingressus fuero, & uidero ipsam omni- genis floribus illustratam, noui quod hic nihil preciosius possidet his quae uidentur, sed in- animata quidem magno studio ornat, animati uero incultam habet. Dic mihi quem tan- dem exitum usum exhibent argentei lecti, & mensae argenteae, & thori eburnei, & sellae eburnae? ut propter haec diuitiae ad pauperes non transeant, etiam si innumeri stent praeforibus, omnes miserabilem uocem edentes. Tu enim negas te daturum, impossibile esse affirmans sufficere ac suppeditare tot petentibus, & lingua quidem te excusas, a manu autem redargueris. nam manus tua tacens, ueritate declarat, dum gemmae ac anuli ful- gore coruscant: quot potest unius tuus anulus ab aere alieno exoluere? quot domos cor- ruentes erigere? Vnica tua uestiaria arca, totum populum frigore rigentem amicare po- test, & tamen pauperem uacuis manibus ablegas, non timens iustitiam retributionis iu- dicis: non misertus es, non reperies misericordiam. Non aperuisti domum, repudiaberis a regno. Non dedisti panem, non accipies uitam aeternam. At pauperem dicis te ipsum? & ego assentior. Pauper enim est qui multis indiget: multorum autem indigos uos facit insatiabilis cupiditas. Decem talentis alia decem addere studes: ubi uiginti facta fuerint, alia uiginti quaeris. Et semper id quod additur, non sinit appetentiam, sed accendit con- cupiscentiam. Quemadmodum enim ebriosus occasionem bibendi praebet uini copia- sior accessio, sic recens ditati ubi multa acquisierunt, plura cupiunt; eo quod semper ac- cedit morbum alentes: & conuertitur ipsis studium ad contrarium. Non enim iustificat ipsos praesentia quae tanta sunt, quantum contristat quae defunt, & quae sibi deficere pu- tant, ut animi ipsorum semper curis consumantur, dum ad ditiores certamen instituunt. Quum enim oporteret ipsos gaudere, & gratias habere, pro eo quod tot hominibus sint opulentiores, aegererunt ac dolent, quod unus aut alter est a quibus opulentia superan- tur. Vbi uero hunc diuitem assequuti fuerint, statim ditiori adhuc aequales fieri contem- dunt: & ubi etiam ad illum peruenerint, ad alium studium suum transferunt. Quemad- modum hi qui scalas ascendunt, semper ad superiorem gradum uestigium attollentes, non prius quiescunt quam ad summum perueniant: Sic etiam hi non cessant ab appetenda po- tentia, donec in altum sublatis, sublimi casu seipos praecipitent. Seleucidem auiculam in hominum beneficentiam, uniuersorum conditor insatiabilem esse subornauit: tu ue- ro in multorum detrimentum, animam tuam inexplibilem fecisti. Quaecumque uidet oculus, ea cupit auarus: non exartatur oculus uidendo, & non expletur auarus accipiendo. Orcus non dixit, sufficit, neque auarus unquam dixit, satis est. Quando uteris praesenti- bus? quando frueris ipsis, quum semper laboribus acquirere detinearis? Vae uobis qui coniungitis domum ad domum, & agrum ad agrum connectitis, ut de uicino aliquid auferatis. Quid uero tu facis? nonne praetexis infinita, ut quae uicini sunt, accipias? Vm- bram offundit mihi, inquit, uicini domus, tumultus immittit, aut si quid aberrarit, susci- pit, aut quodcumque tandem caussificatus, compellens & extrudens, & trahens semper ac laceraans, non desinit prius quam necessitate ipsis induxerit transmigrandi. Quid Na-

buthe Israelitam occidit? Nōtne cupiditas unice ipsius Achaab? Malus in urbe cohabitator, malus in agris auarus. Mare nouit terminos suos, nox nō transgreditur antiquam termini præscriptionem. At uero auarus nō ueretur tempus, non statuit terminum, non concedit consequentias successione, sed ignis uiolentiam imitatur, omnia corripit, omnia depascitur: & quemadmodum flumina ex paruo primo principio progredientia, de inde incrementis paulatim contingentibus intolerabile accipientia augmentum, per uiolentiam impetuosa lationis quicquid obstitit, secum trahunt. Sic etiam hi ad magnam potentiam progressi, ex his quos iam potentia sua oppræsserunt, ampliore iniurias inferendi facultatem adepti, ad eos quos iam ante iniuria affecerunt, etiam eos qui restant, in seruitutem redigunt. Et fit ipsis hoc modo potentia incrementum, ipsa prauitatis redundantia. Nam qui prius ab ipsis male affecti sunt, coactum ipsis auxilium ferentes, detrimta & iniurias contra alios simul procurant. Quis uicinus, quis cōtubernalis, quis ex his cum quibus commercia habet, non attrahitur? Nihil diuitiarum uiolentiam sustinet. Omnia tyrannidi succumbunt, omnia ipsius potentiam formidant, quum singuli iniuria affecti, maiorem considerationem habeant, ne amplius quid mali perpetiatur, quam ut litem intendant super his quæ iam sunt perpeffi: attrahit iuga bouum, arat, seminatur, metit ad se non pertinentia. Si contradixeris, plagæ: si lamentaris, iniuriarum actiones, duceris captiuus, habitabis carcerem, calumniatores parati periculum uitæ intentantes. Cupies etiam aliud quid insuper contribuere, ut te ex his molestiis eximas ac libereris. Cupio te paululum ab iniustitiæ laboribus ac operibus respirare, & cogitationibus tuis ocium dare, ut consideres ad qualem finem, studium eorum quæ facis, tibi tendat. Habes terræ arabilis iugera tot, terræ arboribus consistæ tot alia, montes, campos, saltus, fluuios, riuos & uenas aquarum. Quid igitur postea? nōtne tres in uniuersum cubiti te expectant? nōtne paucorum lapidum onus ad infelicis corporis custodiam sufficit? cuius gratia laboras? cuius gratia inique agis? Quid inanes stipulas manibus colligis? atque utinam inanes, & non æterno igni materiam. Non fies aliquando sobrius ab hac ebrietate? non sanabis cogitationes? non tui ipsius eris? nō ob oculos pones Christi iudicium? quid respondabis, quum iniuria affecti, te circumstantes apud iustum iudicem accusabunt? quid facies? quales patronos conduces? quales testes produces? quomodo corumpes iudicem, qui nullis fraudibus decipi potest? Non est rhetor isthic, non est uerisimilitudo uerborum persuasiva, quæ ueritatem iudici occultare possit, nō sequuntur adulescentes, non pecuniæ, non eminentia dignitatis: desertus ab amicis, destitutus auxiliarijs, sine patrocinio, citra defensionem: pudescas relinqueris, tristis, mœstus, solitarius, loquendi fiducia priuatus. Quocumque enim conuerteris oculos, euidenter malorum imagines uidebis: hinc pupilli lachrymas, illinc uiduæ gemitum, aliunde pauperes à te talitris impetitos, seruos quos cecidisti, uicinos quos iritasti: omnia contra te insurgent: prauus malarum actionum tuarum chorus stipabit te. Quemadmodum enim umbra corpus, sic peccata animas comitantur, actiones euidenter representantes. Quapropter non est isthic negatio, sed obturatur os etiam impudentissimum. Ipsa enim uniuscuiusque facta testimonia ferunt, non uocem emittentia, sed talia apparentia, qualiter à nobis perpetrata sunt. Quomodo tibi ob oculos ponere possum horrenda illa? Si itaque audieris, si emollitus aures præbueris, memor sis illius diei, in qua ira de celo reuelabitur: memor sis aduentus Christi in maiestate, quando suscitabuntur qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui uero mala, in resurrectionem iudicij. Tunc æterna confusio peccatoribus imminet, & ignis feruor aduersarios deuoraturus. Illa te tristitia afficiant, & non mœstum faciat te præceptum ipsum: quomodo te perterrefaciam? quid dicam? regnum non cupis, gehennam non times, unde reperietur anima tua medela? Si enim horrenda te non terrent, & speciosa achilaria te non inuitant, ad lapideum profectio cor uerba facio. Intuere o homo, naturam diuitiarum. Quis tantum attonitus ac consternatus es circa aurum? Lapis est aurum, lapis est argentum, lapis est margarita, lapis est uniusquisque lapillus siue gemma, chrysolithus, beryllus, achates, hiacynthus, amethystus, & iaspis. Atque hi sane sunt diuitiarum flores, quos tu partim occultas & reponis

reponis, & pellucidos quidem lapillos tenebris tegis, preciosos uero circumfers, & ipsum splendore desectaris, ac te ipsum tactas. Dic quæ utilitas tibi inde emergit, quod manum lapillis fulgentem circumuertis? Non erubescis lapillos appetere, uelut pica morbo infestata prægnantes mulieres. Nam & illæ lapillos arrodunt, & tu audis es florum gemmarum, & Sardonychas ac Iaspidas et Amethystos conquiris. Quis ex istis ornatu lasciuientibus unam horam uitæ apponere potest? Cui pepercit mors ob diuitias: a quo abstinuit morbus propter pecuniæ? Vsq; quod aurum, animarum laqueus, mortis hamus, peccati inescatio? Vsq; quod diuitiæ, belli causa, ob quas constantur arma, ob quas acuntur enses. Propter has cognati ignorant naturam, fratres se mutuo torquentur ac caedes spirant, propter opes solitudines alunt homicidas, mare piratas, ciuitates sycophantas & calumniatores. Quis est mendacij pater? quis confictæ accusationis opifex? quis periurij parens? nōtne diuitiæ? non ne opum studium? Quid facitis o homines? Quis uobis uestra in insidias contra uos conuertit? In adiumentum uitæ, non uiaticum malorum pecuniæ data sunt: ad redimendam animam, non ad perdendi occasionem. At qui necessariæ sunt opes propter liberos? Bona specie præditus auaritiæ prætextus hic est, liberos enim præterditis: cor uero auaritia plenum habetis. Ne causare insontem. Proprium habet dominum, proprium uillicum, ab alio uitam accepit, ab ipso uitæ sumptus expectat. Num his qui in matrimonio sunt Euangelia scripta non sunt? Si uis perfectus esse, uende quæ habes, & da pauperibus. Quum peteres à domino bonorum liberorum procreationem, quum filiorum pater fieri cupidisti, num & hoc addidisti? Da mihi filios ut mandata tua negligam? da mihi liberos ut ne in regnum cælorum intrem? Quis uero etiam sponsonem faciet de uoluntate ac proposito filij, quod rebus datis ac relictis recte utetur? Multis enim diuitiæ proteruitatis ministræ factæ sunt. An non audis Ecclesiasten dicentem? Vidi morbum magnum ac grauem, diuitias conseruatas filio ipsius in perniciem ipsi. Et rursus: Ego dimitto homini post me successorem, & quis nouit an sapiens erit aut stultus. Vide igitur ne diuitias immensis laboribus conseruatas, alijs materiam peccatorum facias. Deinde reperiaris duplicem pœnam pendens, tum eorum nomine quæ ipse iniuste fecisti, tum eorum ad quæ perpetranda alteri uiaticum suppeditasti. Nōtne anima tibi magis quam omnes filij addita est? Non magis quam omnia alia familiaritate coniuncta? Præbeas itaq; ipsi primæ, hæreditatis prærogatiuam, opulentos ipsi uitæ sumptus exhibe, & tunc liberis distribue uitæ, & opes ad uitam necessarias. Et tamen filij sæpe quum nihil à parentibus acceperunt, sibi ipsis domos parauerunt. Verum anima à te derelicta, apud quem misericordiam inueniet? Quæ hæcenus dicta sunt, ad patres dicta sunt. Quam uero nobis bona specie præditam parsimoniam causam hi qui filios non habent præterdunt? Non uendo quæ habeo, neque do pauperibus, propter necessarios uitæ usus. Igitur dominus non est tuus præceptor, neq; Euangelium uitam tuam dirigit: sed tu ipse tibi ipsi legislator es. Vide uero in quod periculum illaberis dum sic ratiocinaris. Si enim dominus ut necessaria nobis præcepit, tu uero ut impossibilia abrogas, nihil aliud quam prudentiorem te ipsum legistatorem esse dicis. At ubi per omnem uitam meam ipsis usus fuero, post uitam filios successores faciam ex cognatis & affinibus meis pauperes, tabulis publicis ac testamentis dominos bonorum meorum declaratos. Quum non amplius eris inter homines, tunc humanus ac liberalis fies: quum te mortuum uidero, tunc fratris amantem appellabo? Magna tibi gratia liberalitatis emerget, quod in sepulchro iacens, & in terram resolutus, largus & magnanimus ad faciendas expensas factus es. Qualium dicam mihi temporum mercedem exiges, eorum ne quibus uixisti, an eorum quæ post mortem sequuta sunt? At qui quo uiuebas tempore uoluptatibus uitæ deditus, & delicijs diffuens, ne aspicere quidem pauperes dignatus es. Demortuus autem qualis est operatio? Qualis uero merces pro operibus debetur? Ostende opera, & exige retributiones. Nemo post solutas nundinas negociatur, neq; qui post certamina accedit corona: neq; qui post bellum uenit, laudem assequitur. Neq; igitur post uitam quis pius est uidelicet. Atramæto & literis beneficentiam denuncias. Quis igitur annūciabit tibi exitus tempus?

Quis uas erit modi finiendae uitae? Quot uolentis periculorum incuribus rapti sunt, quibus ne uocem quidem aedere ab afflictione permissum est. Quot febris deliros facit? Quid igitur expectas tempus, in quo saepenumero neque cogitationum tuarum dominus eris? Nox profunda, & morbus grauis, & auxiliarius nusquam, & haereditati insidians promptus, omnia ad suuipsum utilitatem dispensans, & consilia tua inualida reddens. Deinde ubi huc & illuc circumspexeris, & circumstantem te solitudinem uideris, tunc dementiam tuam percipies, tunc stultitiam lugebis, in quale tempus mandatum distulisti, quando lingua quidem resoluta est, manus uero tremula, contractionibus iam quassata, ut neque lingua, neque literis, mentem tuam significare possis. Quamquam etiam omnia clare scripta essent, & omnis uox expresse pronunciata esset, una litera interposita ad omnem sententiam transmutandam sufficiens esset: unicum sigillum adulteratum, duo aut tres testes iniusti, totam haereditatem ad alios transtulerint. Quid igitur te ipsum decipis? Nunc quidem ad uoluptatem carnis diuitias male dispensans, promittens autem in futurum ea, quorum non amplius dominus eris. Nam uelut sermo tuus ostendit, prauum consilium decreuisti, uiuens quidem fruar uoluptatibus, mortuus autem faciam quae sunt praecipua. Dicit etiam tibi Abraam: Accepisti bona tua in uita tua. Non suscipit te angusta & arcta uita, si diuitiarum molem non deposueris. Portans ipsas egressus es: non enim eas abiiecisti, uelut tibi praecipuum est. Quum enim uiueres, te ipsum mandato praeposueris, post mortem et dissolutionem mandatum hostibus & inimicis praetulisti. Ut ne enim, inquit, accipiat ille, accipiat dominus. Et hoc ipsum quid dixerimus: inimicorum ne ultionem, an proximi dilectionem? Lege tuum testamentum, Volebam uiuere & frui bonis meis. Gratia morti, non tibi. Si enim fuisses immortalis, praecipuorum non meminisses. Ne erretis. Deus non subsannatur, quod mortuum est ad altare non adducitur, uictimam uiuentem affer. Qui ex redundantia offert, non admittitur. Tu uero ea quae post omnem uitam superfuerunt, offers benefactoris: Si non audes praecipuos homines reliquias mensae excipere, quomodo igitur audes Deum reliquias tuis placare? Videte finem amoris pecuniarum uos diuites, & desinite affectibus pecuniarum inherere. Quanto magis diuitias amas, tanto magis nihil ex his quae tibi adfuerunt relinquas, omnia tuuipsum facias, omnia exportes, ne alienis diuitias relinquas. Fortassis neque famuli te extremo ornatu cooperient, sed abominabuntur sepulturam, haereditibus de caetero beneuolentia addicti. Aut fortassis etiam philosophia tunc contra te uentur. Stoliditas inepta, inquit, est mortuum ornare, & sumptuose efferre, eum qui non amplius sentit. Nonne melius est, superstitibus sumptuose & illustri amictu ornari, quam uestes preciosas cum mortuo putrefieri sinere? Quae uero est monumenti insignis, & sumptuosae sepulturae, & inanis sumptus utilitas? quum deceat his quae super sunt, ad uitae necessitatem uti. Talia dicent & tibi pro seueritate talionem referentes, & successoribus tuis gratificantes. Anteuertas itaque, & te ipsum sepelito: pulchra sepultura est pietas. Omnia indue & abi, diuitias priuatum tibi ornatum facito. Habe te ipsum tecum. Crede bono consiliario qui te diligit Christo, qui pro nobis pauper factus est, ut nos per illius paupertatem ditesceremus, qui seipsum redemptionis pretium pro nobis dedit. Aut igitur ut sapienti nobis quod commodum est prouidentiam credamus, aut ut diligenter nos toleremus, aut ut benefactorem nostrum retaliemus. Omnino autem faciamus quae nobis sunt praecipua, ut aeternae uitae haeredes fiamus in ipso Christo, cui gloria & dominium in secula seculorum, Amen.

• DIVI BASILII MAGNI CONCIO

QVOD DEVS NON EST AVTOR MALORVM,

Iano Cornario medico physico interprete.



VLTI sunt docendi modi, qui per sacrum psaltem Dauid ab operante in ipso spiritu nobis demonstrati sunt. Nam aliquando proprias afflictiones nobis recensens propheta, & quomodo quae acciderunt generoso animo protulerit, per suuipsum exemplum, doctrinam nobis euidentem, patienter relinquit, uelut qui dicit: Domine

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me. Aliquando uero bonitatem Dei confirmat, & adiutorij ipsius celebritatem, quod exhibet his uere ipsum requirunt, dicens: Quum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiae meae. Eandem enim hic sententiam profert, quam propheta quum ait: Adhuc loquente dicit, ecce adsum: hoc est, nondum inuocationem absolueram, & finem inuocationis anteuertit auditus dei. Rursus supplicationes ac preces afferens deo, edocet nos quomodo conueniat eos qui in peccatis sunt deum placare. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Verum in psalmo duodecimo, postquam prolongationem quandam tentationis ostendit, in eo quod dicit: Usque quo domine obliuisceris mei in finem? & ubi per totum psalmum docuit nos non deficere in tribulationibus, sed expectare bonitatem Dei, & nosse quod per quandam gubernandi scientiam tradit nos tribulationibus, iuxta fidei quae in singulis est proportionem, tentationum mensuram inducens. Postquam igitur dixit: Usque quo domine obliuisceris mei in finem. & usque quo auertes faciem tuam a me: statim transit ad impiorum uitium, qui quum exiguam aliquam in uita aduersitatem acceperint, non ferentes rerum difficultatem ac calamitatem, statim animis suis ambigunt, an sit Deus qui rerum humanarum curam gerat, an singula aspiciat, an unicuique pro dignitate distribuat. Deinde ubi uiderint sibi ipsis mala praeter animi sententiam diutius prolongari, uitiosum ac malignum dogma in seipsis confirmant, & in cordibus suis pronunciant, quod non est deus: Dixit insipiens in corde suo non est deus. Et ubi hoc in animum induxit, de caetero certatim per omne peccatum procedit. Si enim non est qui intuetur, si non est qui retribuit unicuique pro uita merito, quid uetat opprimere pauperem, pupillos occidere, uiduam & peregrinum obtruncare, omnia scelesti facinora audere, impuris & abominandis affectionibus ac omnibus bestialibus cupiditatibus inquinari? Quapropter uelut consequens ad id quod deus non est, addidit: Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis. Impossibile est enim a uia iusta auerti eos qui non obliuione dei agrotantes animas habent. Unde gentes traditae sunt in reprobam sensum, & faciunt quae non decet: non ne quia dixerunt: non est deus? Unde ad ignominiam affectiones exciderunt, & foeminae quidem apud ipsos naturalem usum transmutarunt in praeternaturalem, masculi uero in masculos turpitudinem operantur: Nonne quia mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudine pecorum & quadrupedum ac reptilium? Insipiens igitur reuera mentem & prudentia priuatus est qui dicit, quod non est deus. Consimilis uero huic est, & nihilo inferior dementia, qui dicit, Deum malorum esse autorem. Aequale enim ipsorum peccatum esse iudico, propterea quod utriusque similiter bonum esse negant, alter quidem omnino non esse dicens, alter uero non bonum esse decernens. Si enim malorum autor est, nimirum non bonus est: quare utriusque est negatio dei. Unde igitur, inquit, sunt morbi? unde mortes intempestuae? Unde urbium deuastationes, naufragia, bella, fames? Nam mala, inquit, haec sunt, & omnia Dei opera. Quare quem habemus alium praeter deum, quem causam eorum quae fiunt faciamus? Age igitur quandoquidem in uulgatissimam incidimus quaestionem, sermone ad confessum quoddam principium reducto, & problemate hoc diligentius distincto, claram & inconfusam de ipso expositionem facere conemur. Verum unam hanc praenotionem in mentibus nostris nos habere oportet: Quod quum creatura simus boni Dei, & ab ipso congregamur ac conuocamur, tum parua, tum magna circa nos gubernante, neque perpeti quid possimus non uolente Deo, neque uero ex his quae patimur quicquam nocuum est: aut tale, ut melius quid inesse, intelligentia assequi possimus. Ex deo etenim sunt mortes: non tamen omnino mala res est mors, praeterquam si quis peccatoris dicat, propterea quod poenarum in inferno principium, existit liberatio ab his quae hic sunt. Rursus mala in inferno deum autorem non habent, sed nos ipsos. Principium enim & radix peccati, est quae in nobis est potestas ac libertas. Nam quum in nostra potestate fuerit abstinere a malo, & nihil graue perpeti, quum per uoluptatem ad peccatum inescati simus, quam nam decoram excusationem proferre possimus, quod non ipsi nobis ipsis poenarum autores simus. Malum itaque aliud est quantum ad nostrum sensum, aliud quantum ad suuipsum naturam. Quod igitur natura malum est, ex nobis pendet, iniustitia, petulantia, desipientia, timiditas, inuidia, caedes, ueneni exhibitiones, astutiae, & quaecumque his cognatae sunt affectiones, animam ad imaginem

imaginem conditoris factam contaminantes, pulchritudinem ipsius obscurare solent. Rursus malum dicimus id quod nobis molestum est, & ad sensum dolorem inducens, morbum corporis, & plagas corporis, & rerum necessariorum inopiam, ignominias, pecuniarum detrimenta, familiarium amissiones. Quae singula nobis a prudente & bono domino ad utilitatem inducuntur. Diuitias enim auferit a male uentibus, instrumentum ipsorum ad iniustitiam corrumpens. Morbos uero inducit his, quibus utilius est ut membra impedita habeant, quam ut impetus ad peccandum non impeditos habeant. Mortes autem inducuntur, terminis uitae expletis, quos ab initio circa singulos iustum Dei iudicium constituit, qui a longe quod unicuique nostrum conducibile est prospicit. Porro fames & siccitates ac humiditates, communes sunt urbium ac gentium plagae, mali immodestiam punientes. Quemadmodum igitur beneficis est medicus, siue labores siue dolores corpori inducat, cum morbo enim pugnat, non cum aegroto: sic bonus est deus, salutem omnibus per particulares castigationes distribuens. Tu uero medico quidem nihil uitio uertis partim secanti, partim urenti, & quaedam omnino a corpore auferenti, sed & pecunias ipsi fortassis largiris, & seruatorem appellas, quod in modica parte morbum sistit priusquam malum in totum corpus diffundatur. Vbi uero uideris ciuitatem terrae motu concussam, corruisse super inhabitantes: aut nauem unam cum ipsis uiris in mari perisse, contra uerum medicum & seruatorem, linguam blasphemam mouere non cunctaris. & quidem cum intelligere oporteat, quod ubi moderata sunt aegrotorum, & curabilia hominum mala, utilitates ex cura accedunt. Quum uero morbus ualidior fuerit quam medicina, necessaria fit partis inutilis redditae ab alienatio, ut ne morbus per continuitatem progrediens ad principalia perueniat. Quemadmodum igitur sectionis aut uisionis, non medicus causa est, sed morbus: sic urbium deuastationes ex peccatorum excessu immodico initium habentes, deum ab omni culpa liberant. At uero si non est autor malorum deus, quomodo dictum est: Ego qui parauit lucem & qui feci tenebras, faciens pacem & condens mala. Et rursus: Descenderunt, inquit, mala a domino super portas Hierusalem: & non est malitia in ciuitate, quam dominus non fecit. Et in magno Moysis cantico: Videte uidete quia ego sum, & non est deus praeter me: ego occidam & uiuere faciam, percutiam & ego sanabo. Atqui nihil horum scripturae sententiam intelligenti, accusatione dei habet, uelut malorum auctoris ac creatoris. Qui enim dixit: Ego qui parauit lumen & qui feci tenebras, creaturae opificem seipsum per haec declarat, non mali alicuius creatorem. Vt ne itaque putes alium esse lucis autorem, alium tenebrarum, seipsum dixit eorumque contraria uidentur in conditione creatorem & opificem, ut ne alium queras ignis, alium aquae artificem, neque alium aeris, & alium terrae: quandoquidem uidentur aliquomodo inter se opposita esse, iuxta qualitatum contrarietatem. quod ipsum quum aliqui iam fecerint, ad multos deos confingendos conuersi sunt. Facit autem pacem, & condit mala. Maxime quidem pacem in te facit, quum per bonam doctrinam mentem tuam pacarit, & affectus aduersus animam seditiosos conciliarit. Condit autem mala, hoc est, transmutat ipsa & ad bonitatem ducit, ut id quod mala sunt deponant, & boni naturam assumant. Cor mundum conde siue crea in me Deus. Non nunc conde siue crea dicit, sed ex malicia in ueteratum renoua. Et: Vt duos conderet in unum nouum hominem. Conderet ait, non ut non existentes produceret, sed ut existentes transmutaret. Et si quis in Christo noua creatura. Et rursus Moyses: Non ipse hic tuus pater possedit te, & fecit te, & condidit te. Manifeste enim hic post creationem ipsa conditio locata, docet nos, quod nomen conditionis plerumque pro transmutatione in melius sumitur. Quare faciens pacem, sic pacem facit, ex eo quod mala condit, hoc est transmutat & ad bonitatem ducit. Deinde uero si & pacem intellexeris, ex bello securitatem, & malum dixeris eas quae sequuntur belligerantes molestias, ex militia externa, labores, uigilias, certamina, sudores, uulnera, caedes, urbium captiuitates, seruitutes, abductiones, miseranda captiuorum spectacula, & in summa quae molesta bellum comitantur: dicimus iusto dei iudicio fieri, ut castigatione digni, per bella plagas accipiant. Aut uelles tu non exusta esse Sodoma post scelestam illam flagitiam? Aut non euerlam esse urbem Hierusalem, neque desolatum templum, post horrendam illam Iudeorum contra dominum crudelitatem? Fieri autem haec quomodo aliam iustitiam erat, quam per Romanorum manus, quibus tradiderunt dominum nostrum inimici suae ipsorum uitae Iudaei? Quare

Quare aliquando etiam iuste belli mala dignis inferuntur. Et illud: Ego occidam & uiuere faciam: accipe si uis iuxta promptam sententiam. Aedificat enim timor simpliciores, percutiam & ego sanabo. Et hoc utile est si per se intelligatur, plaga quidem inducente timore: sanationem uero ad dilectionem exhortante. Licet tamen etiam altius de dictis ratiocinari. Ego occidam peccato, & uiuere faciam iustitia. Quantum enim externus noster homo corrumpitur, tantum internus renouatur. Non igitur alium occidit, alium uiuificat: sed eundem per id quod occidit uiuificat, & percutiendo sanat. Iuxta prouerbum quod ait: Quia tu quidem percuties ipsum uirga, anima uero ipsius ex morte liberabis. Caro itaque percutitur, ut anima sanetur. Mortificatur autem peccatum, ut uiuat iustitia. Illud uero: Descenderunt mala a domino super portas Hierusalem: per se expositionem habet. Quae mala? strepitus curruum & equitum. Quum uero audieris: Non est malitia in ciuitate quam dominus non fecit: considera malitiam uocem, nam afflictionem quae peccantibus immittitur ad delictorum correctionem, sermo ille insinuat. Affixi enim, inquit, te, & fame strangulaui, ut benefaciam tibi priusquam in immensum effundatur, iniustitiam compefcens, uelut fluxus uallo ualido ac septo sistitur. Propterea morbi urbium ac gentium sunt, aerisque siccitates ac terrae sterilitates, & asperiores calamitates unicuique in uita accidentes, maliciae incrementum praedicentes. Quare talia mala a deo fiunt, uirorum malorum generationem eximentia. Nam corporis afflictiones & externae calamitates, ad compefcenda peccata excogitatae sunt. Tollit itaque malum deus: non autem ex deo malum est. Quandoquidem & medicus tollit morbum, & non morbum corpori immittit. Urbium porro deuastationes, terrae motus & inundationes, & exercituum interuentiones, & naufragia, & omnes multorum hominum caedes, siue ex terra, siue ex mari, siue ex aere & igne, aut ex quacunque causa accedentes, ad delinquentes castigandos fiunt, publicam malitiam publicis flagris deo castigante. Quod igitur proprie malum est peccatum ipsum, quod maxime malum appellatione dignum est, ex nostra uoluntate pendet, quum in nobis situm sit, aut abstinere a malo, aut mala perpetrare. Reliqua partim uelut certamina ad demonstrandam fortitudinem immittuntur, uelut Iobo liberorum priuatio, omnium opum in uno temporis momento dissipatio, plaga ulceris, partim uelut medicina peccatorum, uelut Dauidi turpitudinis domus, iniquae concupiscentiae poenas danti. Et rursus cognouimus aliam quandam malorum horribilitatis speciem, a iusto iudicio induci, quo moderatores faciat eos qui lubrici ac procliuus sunt ad peccatum. Velut Dathan & Abiron deuorati sunt a terra, barathris ac terrae habitibus ipsos excipientibus. Hic enim non ipsi quicquam hoc castigationis modo meliores facti sunt. Quomodo enim qui descenderunt ad infernum? sed reliquos suo exemplo temperatores reddiderunt. Sic Pharaon cum toto exercitu in mari submersus est. Sic contriti sunt qui prius Palaestina inhabitauerunt. Quare etiam Apostolus dicat aliquando uasa irae perfecta ad perniciem: non supellecile aliquam malam putemus Pharaonem esse. Sic enim ad opificem iustius culpa transferatur. Verum quando audis uasa, considera quod unusquisque nostrum ad aliquid utile factus est. Et quemadmodum in magna domo, aliud uas est aureum, aliud argenteum, aliud testaceum, aliud ligneum: sic unicuique propositum ac uoluntas similitudinem ad materias exhibet. Et aureum quidem est uas, is qui puris & minime fraudulentis moribus praeditus est. Argenteum uero, qui inferior est illo merito ac dignitate. Testaceum autem, qui terrena sapit & aptus est ut conteratur. Ligneum denique qui facile per peccatum contaminatur, & materia fit aeterno igni. Sic etiam irae uas, qui omnem diaboli efficaciam uelut uas capit, & propter imbutum ipsi ex corruptione foetorem, non amplius ad usum assumi potest, sed dissipatione tantum ac pernicitiae dignus est. Quapropter quia conterit ipsum oportebat, prudens & sapiens animarum iustitiae disposuit, ut illustris fieret & omnibus conspicuus, quo alijs uidelicet utilis per afflictionem fieret. Nam ipse praenimia malitia incurabilis erat. Indurauit autem longanimitate & poenae dilatione, protendens ipsius malitiam, quo ad extremum terminum aucta ipsius prauitate, diuini iudicij iustitia in ipso conspicua fieret. Et ob id a minoribus plagis initio facta, flagella semper addens ac augens, inobedientiam ipsius non emolliuit, sed comperit ipsum etiam patientiam dei contemnere, & immisisis ipsi malis praeconsuetudine exerceri. Et neque sic ipsum morti addixit, donec ipse seipsum submersit, in superbia mentis suae uiam iustorum ingredia uisus, & uelut populo dei, sic etiam sibi ipsi perijum fore

fore mare rubrum confusus. Hæc itaque à Deo esse gnarus, & distinctas apud te ipsum malis species habens, et gnarus quod reuera sit malum, nempe peccatum, cuius finis pernitias, deinde quod malum esse uideatur sensui dolorem inducens, uim uero boni habens, uelut sunt afflictiones, quæ ad compescenda peccata immittuntur, quarum fructus salus animarum æterna: desine morosus esse aduersus diuinas gubernationes. In summa uero neque deum substantiæ mali autorem esse putes, neque propriam substantiam mali esse imaginare. Non enim subsistit uelut animal prauitas, neque essentiam ipsius substantiæ producere possumus. Priuatio enim boni est malum. Oculus creatus est: cæcitas uero ad perniciem oculorum successit. Quare si non corruptibilis naturæ oculus fuisset, cæcitas accessum non habuisset: Sic etiam malum non in propria substantia est, sed ad animæ cæcitatē succedit. Neque enim ingenitum est, uelut impij dicunt, qui malam naturam bonæ æqualem faciunt, siquidem ambæ principio carent, & generatione priores sunt, neque tamen genitum. Si enim omnia ex deo sunt, quomodo malum ex bono est? Neque enim turpe ex honesto est, neque uitium ex uirtute. Lege mundi creationem, & reperies quod illic omnia bona, & ualde bona. Non igitur malum unum cum bonis creatum est. Sed neque intellectiua ac spiritalis creatura ab opifice facta, ammixta prauitate ad esse producta est. Si enim corporea non habebant in seipsis malum unum creatum, quomodo spiritalia instanti puritate ac sanctitate præstantia, comunem ad malum substantiam habuissent? Atqui est malum, & actio ipsa multum per omnem uitam diffusum esse demonstrat. Vnde igitur ipsi esse contigit, si neque sine principio est, inquit, neque factum est? Vicissim interrogentur qui talia quæruunt. Vnde morbus: unde corporis mutilationes? Neque enim ingenitum est morbus, neque tamen opificium dei. Sed creata quidem sunt animalia, cum conueniente ipsis structura secundum naturam, & ad uitam producta sunt membris absoluta. Aegrotauerunt autem ex naturali statu emota. Discedunt enim à sanitate, aut propter prauam dietam, aut ob quascumque morbificas causas. Igitur corpus quidem creauit deus, non morbum. Et animam itidem fecit deus, non autem peccatum: uitata est autem anima ex naturali statu emota. Quod uero erat ipsi præcipuum bonum? Assensio Dei & coniunctio per dilectionem, à qua ubi excidit, uarijs & omnibus generis morbis uitata est. Cur autem ad malum suscipiendum apta fuit? propter liberum arbitrium, quod maxime rationalem naturam decet. Soluta enim ab omni necessitate, & uoluntariam ac in sua potestate sitam uitam à conditore adeptam, per hoc quod ad imaginem dei creata est, intelligit quidem bonum, & nouit ipsius fructum, & permanens in boni speculatione ac intelligibili fructu, libertatem ac potestatem habet conseruandi suam secundum naturam uitam. Habet autem etiam potestatem declinandi aliquando à bono. Id ipsum uero contingit ei, quum fatietate beatæ delectationis accepta, & uelut dormitione quadam grauata, & à supernis dilabens, propter turpes uoluptatum illecebras, carni fuerit ammixta. Erat aliquando Adam in supernis, non loco, sed uoluntate, quum nuper accepta anima ad cælum respiceret, & ex his quæ uidebat letitiam conciperet, benefactoremque ualde diligeret, qui uitæ quidem æternæ fructum largitus esset, in delicijs uero paradisi in quiete locasset, & principatum similiter ut angelis dedisset, ipsumque cõtubernalem archangelorum fecisset, & diuinæ uocis auditorem. Super hæc omnia protegebatur à deo, & uoluptatum omnium breui factur erat, & ex saturitate uelut ad iniurias procedebat, & quod carnis oculis iucundum uidebatur, intelligibili pulchritudini prætulit, & uentris fatietate spiritalibus uoluptatibus potorem duxit. Ex quo statim extra paradysum erat, & extra beatam illam uitam pulsus est: non ex necessitate malus, sed ex temeritate factus. Quapropter peccauit quidem ob prauam uoluntatem. Mortuus est autem ob peccatum: stipendium enim peccati mors est. Quantum enim decebat à uita, tantum appropinquabat ad mortem. Vita enim est deus: priuatio uero uitæ mors. Quare sibi ipsi mortem per secessum à deo Adam parauit, iuxta id quod scriptum est: Ecce qui elongant seipso à te pereunt. Sic non deus creauit mortem, sed nos nobis ipsi ex praua mente adtraximus. Nec uero prohibuit dissolutionem per mortem propter prædictas causas, ut ne immortalem in nobis ægritudinem conseruaret. Quemadmodum si quis uas fictile perstillans non admoueat igni, donec uitium in ipso existens per reformationem pertranet. At cur, inquit, in structura non habemus, ut ne peccemus & ut neque uolentibus nobis peccare detur? Quia etiam tu famulos, non quum uinctos habes

bes, bene uolos putas, sed quum uoluntarie ea quæ officij ipsorum sunt explere uideris. Itaque etiam deo non gratum est quod coactum est, sed quod ex uirtute recte geritur. Virtus autem ex uoluntate & non ex necessitate fit. Voluntas uero ex his quæ in nobis sunt dependet. In nobis autem est liberum arbitrium. Qui igitur opificem reprehendit, quod non naturaliter construxit nos ut ne peccaremus, is nihil aliud facit, quam quod irrationalem naturam rationali præfert, & immobilem & concitationis expertem, actiuam & electionis uoluntatem habenti. Hæc etiam si per digressionem, necessario tamen dicta sunt, ut ne ad ratiocinationum profunditatem dilapsus, ad priuationem eorum quorum studio teneris, amplius etiam dei priuationem perpetiaris. Desinamus igitur corrigere sapientem. Desinamus in his quæ ab ipso facta sunt, melius aliquid requirere. Nam etiam si eorum que particulatim ab ipso gubernantur rationes nos latent, attamen unum illud dogma in animis nostris hæreat, nullum malum à bono fieri. Porro ad hanc questionem, iuxta cogitationis consequentiam, accedit etiam illa de diabolo. Vnde est diabolus, si non à deo sunt mala? Quid igitur dicimus: quod eadem nobis ratio sufficiet de hac questione, quæ etiam de prauitate in hominibus reddita est. Vnde enim malus est homo: ex propria ipsius uoluntate. Vnde malus diabolus: ex eadem causa, nam & ipse per se liberam habet uitam, & liberum arbitrium in se situm, aut manendi apud deum, aut abalienandi à bono. Gabriel angelus est, & deo iugiter adstitit. Satan angelus, & ex proprio ordine penitus excidit. Et illum uoluntas in supernis seruauit, & hunc mentis libertas detegit. Poterat enim etiam ille delectare, & hic non delabi. Sed hunc quidem conseruauit dilectionis Dei insatiabilitas. Illum uero reiectaneum fecit à deo secessus. Hoc est ipsum malum, ab alienatio à deo. Modica oculi conuersio, aut cum sole nos esse facit, aut cum corporis nostri umbra, & illuc quidem respicienti, promptum est ut illuminetur: declinanti uero ad umbram, necessaria est tenebrositas. Sic malus est diabolus, ex uoluntate malitiam habens, non natura bono opposita. Vnde igitur ipsi bellum aduersus nos est? Quia receptaculum est omnis malicie: suscepit etiam inuidiam morbum, & inuidit nobis honorem. Non enim ferre potuit uitam nostram omnis molestiæ expertem in paradiso. Dolis enim & uersutis hominem fallere aggressus, quum cupiditatem ipsius nosset, quam ad hoc ut deo similis fieret habebat, hac ad fraudem usus, lignum monstrauit, & promisit per esum ipsius similem deo fore. Si enim ederitis, inquit, eritis uelut dei, noscentes bonum & malum. Non igitur inimicus nobis creatus est, sed ex inuidia inimicitiam contra nos suscepit. Quum enim uideret se ex angelorum cœtu proiectum, non potuit ferre ut uideret terreum ad angelorum dignitatem per profectum in uirtute exaltari. Quandoquidem igitur factus est inimicus, conseruauit nobis Deus contrarietatem aduersus ipsum, in eo quod ad serpentem qui ipsi inseruierat dixit, minas uidelicet ad ipsum referens: Quia inimicitiam ponam inter te & inter semen ipsius. Reuera enim nociuæ sunt amicitia cum malitia contracta. Quoniam hæc amicitia consuetudo per similitudinem coniunctis ingenerari solet. Vnde recte dicitur est: Corruptunt bonos mores conuersationes prauæ. Quemadmodum enim in morbificis regionibus, aer qui particulatim inspiratur, latentem morbum his qui in illis degunt immittit: sic consuetudo ad mala, magna mala animis immittit, etiam si in præsens damnus non percipiamus. Quapropter irrecociabilis est aduersus serpentem inimicitia. Si uero instrumentum tanto odio dignum est, quantam inimicitiam aduersus operatorem gerere conuenit: Sed & cur inquit, erat lignum in paradiso, per quod processura erat diabolus contra nos aggressor? Si enim non habuisset fraudis escam, quomodo nos per inobedientiam ad mortem perduxisset? Quia oportebat esse præceptum quod obedientiam nostram probaret. Propterea planta erat speciosorum fructuum ferax, quo in abstinentia uoluptatis, temperantia uirtutem ostendentes, patientiæ coronis merito digni fieremus. Consequuta est autem ad esum, non solum inobedientia mandati, sed etiam cognitio nuditatis. Comederunt enim ait, & aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt quod nudati essent. Oportebat autem non cognoscere nuditatem, ut ne mens hominis distraheretur ad id quod deest explendum, & tegumeta sibi ipsi et nuditatis solatia excogitaret, & omnino per carnis curam, ab intentione ad deum abstraheret. Cur autem non statim cum ipso etiam constructa sunt indumenta? Quia neque naturalia hæc esse conueniebat, neque ex arte: naturalia enim propria brutorum sunt, uelut pennæ, & pilæ, & pellium crassities, hyemem arcere & æstum ferre ualentes. In quibus nullum ab altero differt,

natura omnibus æquali existente. Homini uero iuxta proportionē dilectionis ad deum, uarias bonorum retributiones esse conueniebat. At uero artium studia negocij occasio- nem dedissent, quod maxime fugiendum erat uelut homini nociuū. Quapropter etiam dominus nos ad uitam in paradiso reuocans, animarū curam reiecit dicens: Ne sitis soliti citi anime uestræ quid edatis, neq; corpori uestro quid induamini. Neq; igitur ex natura, neq; ex arte, cōueniebat ipsum tegumenta habere: sed alia præparata erant, ex dei gratia hominem illustratura ac circa ipsum fulsura, lucidi nimirum amictus, quales sunt angelo- rum super florum uarietate, super stellarum splendorem ac claritatem. Propterea igitur non statim erant indumenta, quandoquidem præmia erant uirtutis homini reposita, ad quæ præ diaboli insultu peruenire non potuit. Aduersarius igitur noster est diabolus, ob antiquū nostrum ex eis insidijs casum, domino disponēte nobis aduersus ipsum luctam. Quare per obedientiam nos reluctamur, & coronā de aduersario consequimur. Vtinam diabolus nunq̄ factus fuisset, sed in ordine permansisset, in quo primum ab Imperatore locatus fuit. Quando uero defector factus est, hostisq; dei & hostis hominū secundū ima- ginem dei factorum euasit. Propterea enim hominē odit, qui etiam contra deum pugnat, & odit quidē nos ut creaturā domini: odit autē & ut simulachra dei. Vfus igitur est ipsius malignitate ille sapienter ac prouide res hominum gubernans, ad animarū nostrarū exer- citium. Velut medicus uiperæ ueneno ad salutaria paranda pharmaca abutens. Quis igitur est diabolus: & quis ipsius odor: & quæ dignitas: & unde omnino Satanas appella- tur: Satanas quidem igitur uocatur, quia oppositus est bono. Sic enim significat uox He- bræorum, uelut in libris Regum didicimus: Excitauit enim, inquit, dominus Solomoni Satana, Ader regem Syrorū. Diabolus autē appellatur hoc est calūniator, quia idem & co- operator, & accusator peccatorū nostrorum existit: gaudens quidem nostro interitu, tra- ducens uero nos ob ea quæ fecimus. Natura uero ipsius incorporea est, secundum Apo- stolū, ubi ait: Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus spiritua- les nequitias. Dignitas ipsius est principalis. Contra principatus enim ait, & potestates, & tenebrarum huius mundi dominos. Locus autem principatus in aere est, uelut idem ait, iuxta principē potestatis aeris, spiritus nunc operātis in filijs inobedientia. Quapro- pter etiam mundi princeps dicitur: quoniam circum terrā est ipsius principatus. Et sic ait dominus: Nunc est iudicium mundi huius, nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et rursus: Venit princeps mundi huius, & in me inueniet nihil. Quandoquidem uero dī- cūm est de militia diaboli, q̄ spirituales sint nequitia in cœlestibus: nosse oportet quod cœlum scriptura consueto more aerem uocat. Velut quum dicit: uolatilia cœli. Et, ascen- dunt usq; ad cœlos: hoc est, longissime in aerem exaltātur. Ob id etiam dominus uidit Sa- tanam uelut fulgur ex cœlo prolapsū, hoc est, ex proprio principatu elapsū, & infra constitutum, ut conculcetur ab his qui sperant in Christum. Dedit enim discipulis suis uirtutem calcandi super serpentes & scorpios, & super omnē potestatem inimici. Quan- doquidem igitur electa est praua ipsius tyrannis, & purificatus est locus circum terram per salutarem passionē eius qui pacificauit quæ in terra sunt & in cœlis. De cætero præ- dicatur nobis regnum cœlorum, Ioanne quidem dicente: Appropinquauit regnum cœ- lorum, Domino uero ubiq; Euangelium regni prædicante. Et adhuc prius angelis cla- mantibus: Gloria in excelsis deo, & in terra pax. Sed & his qui in ingressu domini no- stri in Hierusalem exultabant uociferantibus: Pax in cœlis, & gloria in altissimis. Et in summa, infinitæ sunt uictoriam testantes uoces, quæ inimici extremam subuersionem restantur ac declarant. Quod nulla nobis lucta, neque certamen in supernis nobis restet, neq; quisquam sit qui resistat nobis, & qui nos à beata uita auertat. Sed quò d iucundam deinceps successionem habeamus, & ligno uitæ indefinenter frui possimus, à cuius par- ticipatione ab initio per serpentis insidias prohibiti fuimus. Ordinauit enim Deus gla- dium flammeum ad custodiendam uitam ligni uitæ, quem nemine impediēte præter- gressi, intrò perueniamus ad honorum fruitionem, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula, Amen.

D I V I

D I V I B A S I L I I M A G N I C O N C I O C O N /
T R A I R A S C E N T E S .

VE M A D M O D V M in medicis præceptionibus, ubi apposite et iuxta artis rationem fiunt, post experientiam maxime utilitas ipsarum ostenditur: Sic in spiritualibus exhortationibus, ubi euentus præceptis testis accesserit, tunc maxime sapientia & utilitas ipsarum, ad uitæ correctio- nem & credentium perfectionem apparet. Audientes enim prouerbia palam pronuntiantia: Quod ira perdit prudentes. Audientes item apo- stolicas commonitiones: Omnis ira et indignatio ac clamor auferatur à uobis cum omni malicia. Et dominum dicentem: Eum qui irascitur temere fratri suo, reum esse iudicij. Nunc quū ad affectionis experientiam deuenimus, quæ nō in nobis gignitur, sed forinse- cus, uelut improuisa quædam procella, irruit: tunc maxime diuinarum præceptionum miracula cognouimus, & quum ipsi quidem iræ locum dederimus, uelut impetuoso flu- xui transitum. Rursus autem in quiete didicerimus indecoram perturbationem eorum qui ab affectione detinentur, re ipsa uerbi illius certitudinem cognouimus, quòd uir ira percussus minime honesto ornatu præditus est. Quū enim semel depulsa ratione, affectus ipse animæ dominium susceperit, hominem penitus efferat, & neque hominem esse per- mittit, auxilio rationis priuatum. Quod enim uenenum iaculantibus bestijs est uenenu, hoc exacerbatis fit ira, concitantur, exiliunt, rabiunt uelut canes, impetūt ac pungunt ue- lut scorpj, mordent uelut serpentes. Nouit etiam scriptura eos qui hac affectione tenen- tur, bestiarū appellationibus nominare, quibus seipos per prauitatem assimularunt. Ca- nes enim mutos, & serpentes, & sobolem uiperarum, & similibus appellationibus ipos nominat. Qui enim ad mutuam perniciem parati sunt, & ad eorum qui eiusdem generis sunt detrimentū, merito bestijs & uirus iaculantibus annumerari possunt, quibus ex na- tura irreconciliabile odium aduersus homines inest. Propter iram fiunt effrenes lingua, os portam non habens, manus incontinentes, contumelia, obprobria, maledicta, plagæ, reliquæq; innumera ex ira & indignatione nascuntur mala. Ob iram ensis acuitur, mors hominis ex manu humana intentatur. Propter hanc fratres mutui amoris obliuiscuntur. Parentes autē & liberi naturam suam ignorāt: primum enim seipos non noscunt irascen- tes, deinde etiam omnes familiares. Quemadmodū enim torrentes ad loca caua conflu- entes quicquid obuiam uenit secum trahunt: sic irascentium impetus uiolenti & effrenes per omnes procedunt. Non canicies apud iratos uenerabilis est, nō uirtus uitæ, non pro- pinquitas generis, nō pragressa beneficia, non alia aliqua dignitas. Insania quædam bre- uis est ira. Nam irati in conspicuū frequenter malum seipos conijciunt, propter uindictæ studium suis ipsorum negligentes. Velut cestro enim, memoria eorū qui ipsis molesti fue- runt punguntur, & ira in ipsis exiliante ac non quiescente, nō cessant prius quàm malum aliquod rependerint ei qui iritauit, aut fortassis etiam acceperint, si ita cōtingat. Quem- admodum sanè sæpe contingit, ut ea quæ uiolenter diffringuntur, magis patiantur aliquid mali quàm inferant, dum ad renitentia conquassantur. Quis nam malum hoc pro digni- tate explicare possit: Quomodo procliuēs ad iram ex leui occasione accendantur, uocife- rentur, efferentur, & qua non uenenum elaculante bestia sauius impetant: & non prius desistant, quàm per magnum et immedicabile malum, ira ipsis uelut bulla erumpente, in- flammatio discutatur. Neq; enim ensis acies, neq; ignis, neq; aliud quicq; horrendū, ani- mam præ ira furiosam cohibere potest, non magis utiq; quàm eos qui à demonijs detenti sunt, à quibus nihil, neq; habitu, neq; animæ affectione, irati differunt. Appetitibus enim ultionem sanguis quidem circum cor efferuescit, uelut per ignis uim turbatus & exæstu- ans. Ad superficiem uero efflorescens, in alia forma irascentem cōmonstrat, consuetam & notam omnibus, uelut personam in scena mutans. Oculi enim illis proprii ac consueti non cognoscuntur, perculsus est aspectus, & ignem iam præ se fert, & acuit dentes more suum aduersarios palam impetentium. Facies est liuida et sanguine suffusa. Moles corpo- ris tumida. Venæ dirum punctur, spiritus ab interna tempestate cōmoto. Vox aspera est et superintenta. Sermo inarticulatus & temere prolapsus, non particulatim, neq; ordinate, neq; clarè procedens. Postquā uero immedicabiliter per iritantes, uelut flamma per ma- teria ubertate accensus fuerit: tunc sanè tunc neq; uerbis explicabilia, neq; re ipsa tolera-

q 2 bilia

bilis uidere est spectacula. Manus quidem contra cognatos eleuari, & omnibus corporis partibus inferri. Pedes uero familiaribus ac utilissimis rebus insilire, nullo habito respectu. Omne autem quod apparet & occurrit, telum insanie fieri. Si uero ex aduerso aequale malum rebellans reperiat, aliam uidelicet iram & parem insaniam, tum sane inter se commisi mutuo insilunt ac perpetiuntur mala, qualia uerisimile est perpeti eos qui sub tali demone militant. Mutilationes enim membrorum, aut saepe etiam mortes, ira praemia pugnantibus auferunt. Hic iniustas manus inferre incepit, ille repulit. Hic rursus intulit, ille non cedit. Et corpus quidem plagis pertuditur, uerum ira doloris sensum adimit. Non enim ad doloris sensum coquiescunt, sed tota anima ad ultionem eius qui molestiam intulit, ipsis commota est. Ne itaque malum malo curetis, neque contendatis uos mutuo calamitatibus superare. In malis enim certaminibus inferior est qui uicit, quia ab ipso plus peccati habet. Ne itaque fias mali symboli ac collationis collector, neque mali debiti peior retributor. Contumelia te affecit iratus, siste silentio malum. Tu uero ira illius uelut fluxione, in cor tuum suscepta, uentos imitatoris, qui per reflatum quod allatum est repellunt. Ne utaris inimico tuo praecceptore, neque id quod odio habes aemuleris. Neque uelut speculum irati fias, illius formam in teipso demonstras. Rubens est ille, tu uero non rubefactus es. Oculi sanguine suffusi sunt illi, tui uero die mihi tranquillitate praeseferunt. Vox illius aspera est, tua uero mitis. Neque in solitudine Echo sic integra ad eum qui uocem emisit refracta est, uelut contumelia ad conuiciatorem reuertitur. Immo sonus quidem idem redditur: conuictum autem cum additameto reuertitur. Qualia enim sunt quae contumeliatore mutuo obijciunt: Ille quidem obscurum, & ex obscuris dixit. Hic uero seruatorum seruum appellauit: ille pauperem, hic erronem: ille indocum, hic mente percussum, donec ipsos contumelias uelut spicula deficiant. Deinde postquam omnia conuicta per linguam uelut fundam excusserint: ita deinceps ad uindictam per facta procedunt. Ira enim excitat contentionem, contentio generat conuicta, conuicta plagas, plagas uulnera, ex uulneribus autem saepe mortes sequuntur. Itaque a primo initio malum ipsum cohibeamus, omni studio iram animis eximentes. Sic enim plurima mala poterimus una cum hoc malo uelut radice ac principio quopiam excindere. Conuictus est: at tu benedicas. Verberauit: tu uero sustine. Perspuit: & nihil te esse putat: tu uero cogita tecum ipse quod ex terra constitutus es, & in terram rursus resolveris. Qui enim talibus rationibus seipsum praecoccupat, omnem ignominiam minoris ueritate comperiet. Sic enim & impossibilem efficiens inimico uindictam, insautabilem teipsum conuictis demonstrans: & magna tibi ipsi patientiae coronam parabis, alterius insaniam propria philosophiae occasionem faciens. Quare si mihi credere uoles, contumelias magno etiam animo contemnes, & te adhuc uiliorem esse concedes. Obscurum te dixit & inglorium, & nihil penitus ulla in re: at tu terram teipsum dicas ac cinerem. Non es praestantior patre nostro Abraam, qui seipsum sic appellauit. Indocum & pauperem & nullius pretij te dixit: at tu uerem te dicas, & ex sterquilino originem habere, Dauidis uerbis utens. Hic adde etiam Moyse bonitatem. Hic enim ab Aaron et Maria conuictis impetitus, non eos apud deum accusauit, sed pro ipsis orauit. Quorum potius discipulus esse uis, beatorumne & deum diligentium uirorum, aut spiritum prauitatis expletorum. Quum tibi conuictorum tentatio commota fuerit, puta teipsum probari, utrum per longanimitatem accedas ad Deum, aut per iram decurras ad aduersarium. Da tempus cogitationibus tuis ad bonam partem eligendam. Aut enim profueris etiam illi per mansuetudinis exemplum. Aut grauius de ipso uindicaueris per contemptum. Quid enim tristius inimico accidere possit, quam quod uideat inimicum suum contumeliosum superiorem? Ne dericias animam tuam, nec te contumeliosioribusprehendendum praebas. Sinas ipsum inefficaciter contra te latrare, in seipso dirumpatur. Quemadmodum enim qui uerberat non sentientem, seipsum excruciat: nam & de hoste uindictam non sumit, & iram non sedat: Sic qui obprobria contemnentem conuictatur, affectionis suae solatium inuenire non potest. Vice uersa igitur uelut dixi rumpitur. Statim enim quale nomen uterque uestrum ex praesentibus consequitur: Ille quidem conuiciator appellatur, tu autem magnanimus. Ille iracundus & morosus, tu uero longanimus & benignus. Illi poenitebit dictorum, te uero nunquam poenitebit uirtutis. Et quid multis opus est? Illi conuictum regnum caelorum concludit: Conuictatores enim regnum dei non consequentur. Tibi uero silentium regnum praeparauit. Qui enim perseverauerit usque in finem, hic saluus

saluus erit. Si uero repugnes, & ex aequo contra conuiciatorem insurgas, quam tandem excusationem praetendes? Quia iratauit te a conuictis auspicatus? Et quia nam uenia hoc ipsum dignum fuerit? Neque enim scortator in meretricem culpam transferens, uelut quae ad peccandum prouocauit, minus iudicio condemnatur. Neque coronae contingunt citra aduersarios, neque ruinae citra hostes. Audis Dauidem dicentem? Dum consisteret peccator aduersus me, non iratus sum, neque uindicauit, sed surdus factus sum, & humiliatus sum, & consului ex bonis. Tu uero exacerbaris quidem ob conuictum, uelut malum: imitatoris autem rursus, uelut bonum. Ecce enim facis quae ipse reprehendis. Aut alienum quidem malum diligenter intueris, tuam ipsius uero turpitudinem negligis? Malum est contumelia, fuge imitationem. Neque enim alterum auspicatum esse, ad excusationem sufficiens est: imo iustus, si quid ego recte hac parte iudico, etiam auxerit reprehensionem, propterea quod ille quidem non habuit exemplum quod ipsum modestiae commonefaceret. Tu uero uidens iratum turpiter se gerentem, non uitasti eius similitudinem, sed indignaris, & agrefers, & uicissim irasceris. Et fit hoc modo affectio tua, excusatio eius qui auspicatus est. Nam per ea quae ipse facis, & illum culpa liberas, & teipsum condemnas. Si enim malum est ira, cur non quod prauum est declinasti? Si uero uenia dignum, cur irascenti succenses? Quare si secundus uenisti ad retaliationem, nihil tibi hoc proderit. Neque enim in certaminibus pro coronis, is qui certamen auspicatus est, sed qui superat, coronatur. Condemnatur itaque non solum qui mali autor fuit, sed etiam qui malum ducem ad peccatum insequutus est. Si pauperem te dixerit, & uerum loquitur, sustine ueritatem. Sin mentitur, quid ad te quod dixit? Neque ad laudes ueritatem excedentes criticas erigas, neque ad contumelias exaspereris, quae te non attingunt. Non uides facula quomodo ad firma solidaque ac renitentia emissa penetrare solent: uerum in mollibus & cedentibus impetum exoluere? Tale etiam conuictum esse putes. Qui enim ad ipsum renititur, in seipsum suscipit. Qui uero concedit & cedit, per morum mansuetudinem, prauitatem quae in ipsum ferebatur exoluit. Quid uero te pauperis appellatio perturbat? Memor sis naturae tuae, quod nudus ad mundum uenisti, & nudus itidem discedes. Quid autem nudo pauperis est? Nihil graue audiuisti, si non tibi ipsi ea quae dicta sunt propria putare uoles. Quis unquam ob paupertatem abductus est in carcerem? Pauperem esse non probrosum est, sed paupertatem non generose ferre. Memor sis domini, quod diues existens, propter nos pauper factus est. Si stultum & indoctum te appellarit, memor sis Iudaicarum contumeliarum, quibus in ueram sapientiam conuicta iactauerunt. Samaritanus es, & diabolus habes. Nam si contra irasceris, obprobria iam confirmasti: quid enim stultius est ira? Si uero iram suppresseris, pudefacis contumeliatorem, re ipsa temperantiam ostendens. Alapis caesus es? Nam etiam dominus. Conspuit quis faciem tuam? Sed & herus noster idem passus est. Non enim auertit faciem a turpitudine putatorum. Calumniam perpeffus es? Nam etiam ipse iudex. Dilaniarunt tibi tunicam? Exuerunt etiam meum dominum, & diuiserunt uestes ipsius inter se. Nondum condemnatus es, nondum crucifixus es. Multa tibi desunt, ut ad ipsius imitationem peruenias. Singula ex his animum tuum subeant, & inflammationem deprimant. Tales enim praeparationes ac dispositiones, cordis uelut saltus ac pulsus detrahentes, ad constantiam ac tranquillitatem, animi nostri cogitationes reducunt. Et hoc sane est id quod a Dauid dictum est: Paratus sum, & non conturbatus sum. Oportet igitur stolidum & furiosum animi motum sanctorum exemplorum memoria comprimere. Quomodo magnus ille Dauid uinolentiam Semei mansuetem pertulit? non enim dabat iram tempus ut commoueretur, sed ad Deum cogitationem transferebat. Quia dominus, dixit, iussit Semei, ut exaceraretur Dauidem. Quapropter quum uocaretur uir sanguinum, & uir iniquus, non indignatus est illi, sed seipsum humiliabat, uelut merito ipsi contumelia contingeret. Itaque duo haec ex animo tuo exime, & neque teipsum magnis rebus dignum iudica, neque alium quem hominem multum dignitate infra te esse puta. Sic enim nunquam ignominia affecti ad iram concitabimur. Graue quidem est eum qui beneficiis affectus est, & maximis beneficiis obligatus, supra hoc quod ingratus est, etiam amplius contumeliosus ac ignominiosus prouocare. Graue quidem est, sed maius malum id est facienti, quam patienti. Ille uir

superet, tu uero ne uicissim uituperes. Exercitium ad philosophiam sint tibi illius uerba. Si enim morsum inde non perceperis, insatiabilis es. Si uero etiam quid animo perpetaris, molestiam eam intra te ipsum contine. In me enim, inquit, conturbatum est cor meum, hoc est, affectus non est foras distributus, sed uelut fluctus quidam intra littora confRACTUS, sedatus est. Quietum redde mihi cor latrans & exacerbatum. Reueantur affectus rationis tuae aduentum, uelut puerorum immodestia uiri uenerabilis conspectum. Quomodo igitur effugere poterimus iracundiae damnum? Si persuaserimus irae, ut ne rationem praeuertat, & ipsius primum curam geramus, ut nunquam mentem praeueniat. Habeamus autem ipsam uelut equum subiugatum, & rationi uelut freno obedientem, nusquam ex ordine proprio excedentem, ita ut a ratione ducatur quocumque tandem praeuerit. Est enim ipsa irascibilis animae pars ad multa uirtutis opera nobis comoda: quum uelut miles aliquis depositis apud ducem armis, prompte ubi praecipit fuerit auxilia exhibuerit, & rationi contra peccatum opem tulerit. Est enim neruus animae concitatio ad iram, firmitatem ipsi ad resistendum malis ac constantiam in honestis inducens. Si enim aliquando animam prae uoluptate exolutam apprehenderit, ipsam uelut ferrum tinctura corroboratum, austeram & uirilem ex molli ac ualde remissa facit. Si enim non ira concitatus fueris aduersus prauitatem, non possibile est tibi ut ipsam odio pro dignitate persequaris. Oportet enim, opinor, aequale studium habere circa amorem uirtutis, & circa odium peccati, ad quod maxime utilis est irae concitatio, quum uelut canis pastorem, ita ira rationem sequens, mitis ac mansueta permanferit erga commodantia, & facile per rationem reuocari poterit: ita ut ad alienam quidem uocem & ad speciem exasperetur, etiam si obsequium habere uideatur: in clamante uero familiari ac amico, formidet. Hoc optimum est & ualde concinnum sapienti animae parti ab irascibili auxilium. Qui enim talis est, implacabilis & irreconciliabilis erit insidiantibus, nunquam amicitiam ad detrimentum suscipiens, sed insidiantem uoluptatem, uelut lupum quendam semper allatrās ac dilanians. Talis quidem igitur utilitas ex ira emergit his qui ea uti possunt. Nam et reliquae potentiae singulae iuxta utendi modum, aut malum aut bonum possidentis ipsas fiunt. Verbi causa. Qui concupiscibili animae parte ad uoluptatem carnis & immundarum actionum abutitur, proteruius est & abominabilis. Qui uero ad eam dilectionem dei conuertit, & ad aeternorum bonorum appetentiam, admirandus est & beatus. Rursus qui rationalem animae partem probe tractat, sapiens est ac prudens. Qui uero in detrimendum proximorum mentem acutam habet, improbus est & maleficus. Ne igitur ea quae nobis data sunt ad salutem a creatore, occasionem nobis ipsis peccati faciamus. Hoc sane modo etiam ira quando oportet, & ut oportet mota, fortitudinem facit & tolerantiam ac abstinentiam. Vbi uero praeter rectam rationem egerit, insaniam euadit. Quapropter nos etiam Psalmus admonet: Irascimini, & ne peccetis. Et dominus, frustra quidem irascenti, iudicium intentat. Verum ira uti ad ea quae oportet, uelut medicamentum loco non improbat. Nam illud: Ponam inimicitiam inter te & serpentem. Et hoc: Inimicitias assumente aduersus Madianitas: docentis sunt uti ira uelut armis. Quare Moyses omnium hominum mansuetissimus, idololatriam damnans ac puniens, Leuitarum manus ad fratrum caedem armauit. Ponat, inquit, unusquisque gladium suum super femur suum, & penetrat ad porta ad portam, & reflectite per castra: & occidite unusquisque fratrem suum, & unusquisque proximum suum. Et paulo post: Et dixit, inquit, Moyses, Consecratis manus uestras hodie domino, unusquisque in filio suo, & in fratre suo, ut detur super uos benedictio. Quid uero Phinees iustum fecit? nonne iusta ira contra scortatores: qui alioqui mitis ac mansuetus existens, ubi uidit scortationem Zambri & Madianitidis palam & citra ruborem perpetrari, quum neque turpitudinem obtegeret, turpe spectaculum non ferens, opportuna ira usus est hasta per utrumque transacta. Samuel autem Agag regem Amalec, a Saule praeter mandatum Dei seruatum, nonne iusta ira in medium productum occidit? Sic est plerumque ira bonarum actionum ministra. Helias autem aemulator ille, quadringentos quinquaginta uiros sacerdotes turpitudinis, & quadringentos uiros sacerdotes nemorum, comedentes mensam Iezabel, rationali ac sapientii concitatus ira, in totius Israel utilitatem interfecit. Tu uero fratri tuo irasceris frustra

frustra, ac sine causa. Quomodo enim non sine causa, quum alio operante, alij tu indigneris ac succenses, & quod canes facere solent, admittas, qui lapides mordet, eum uero qui eos proiecit, non attingunt. Is per quem operatio fit, miserabilis est: ille uero qui operatur, odio dignus est. Illuc animi impetum transfer, ad illum homicidam, mendacij patrem, operatorem peccati: fratri uero etiam condole, propterea quod si in peccato permaserit, unacum diabolo tradetur igni aeterno. Porro quemadmodum nomina diuersa sunt indignationis ac irae, sic etiam ea quae significantur ab ipsis, plurimum inter se differunt. Est enim indignatio uelut incensio quaedam, & repentina affectionis exhalatio. Ira uero molestia est, perseverans, & impetus durans ad eorum qui iniuriam fecerunt retaliationem, uelut glisciente anima, & ad uindictam concitata. Nosse igitur oportet, quod circa utrasque affectiones delinquit homines. Aut uiriose & temere aduersus eos qui ipsos iritarunt, commoti, aut dolose & per insidias eos a quibus molestia affecti sunt, aggredientes: quae ambo a nobis uitanda sunt. Quomodo igitur moueri non poterit hic affectus ad ea quae non oportet? Quomodo, si didiceris humilitate, quam dominus & uerbis praecipit, et re ipsa demonstrauit. Nunc quidem dicens: Qui uoluerit inter uos esse primus, sit omnium postremus: nunc uero mansuete, & immoto animo percutietem sustinens. Nam coeli ac terrae conditor ac dominus, qui ab omni intelligibili ac sensibili creatura adoratur, qui uni uersa fert uerbo potentiae suae, nonne uiuum mittere ipsum potuisset ad orcum, ita ut terra sub ipso impio dirupta esset. Verum comonefacit potius ac docet, si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si uero bene, cur me caedis? Si enim aduersus fueris omnium postremus esse, iuxta domini praecipitum, quando indignaberis, uelut qui sis praeter dignitatem contumeliosi affectus: Quum puer paruulus te conuictis impetatur, risu occasione conuicia facis. Et quum aliquis praephrenitide mente motus, uerba ignominiae plena loquatur, miserabilem magis ducis quam odio dignum. Non igitur uerba molestias mouere solent, sed eius qui nobis conuiciatus est superbia, & uniuersumque de seipso imaginatio. Quare si utrumque horum ex animo exemeris, strepitus inanem sonitum edens, sunt ea quae proferuntur. Cessa igitur ab ira, & relinque indignationem, quo irae quae de coelo reuelatur, periculum effugias, imminet enim super omnem impietatem & hominum iniustitiam. Si enim prudenti ratiocinatione amarā irae radicem excindere poteris, multas affectiones unacum hoc principio tolles. Nam & dolus & suspicio, & infidelitas & malignitas, & insidiae & audacia, et omne talium malorum examen, huius uitij germina existunt. Ne igitur nobis ipsis tantum malum inducamus, animae aggritudinem, rationis tenebras, a deo abalienationem, consortij ignorantiam, belli principium, calamitatum aceruum, daemonem malum, qui in ipsis animis nostris generatur, & uelut in quilibet impudens interna nostra occupat, & sancto spiritui accessum occludit. Vbi enim inimicitiae, litet, irae, rixae, contentiones, tumultus non sedandos inducentes, ibi spiritus mansuetudinis non requiescit. Verum admonitioni beati Pauli obedientes, omnem iram ac indignationem & clamorem tollamus a nobis cum omni malicia, & fiamus inter nos boni ac misericordes expectantes beatam spem mansuetis promissam. Beati enim mites, quia ipsi possident terram, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria et imperium, cum patre principium non habente, & sancto bonoque ac uiuifico ipsorum spiritu, nunc & in secula. Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA DE INUIDIA,
Iano Cornatio medico physico interprete.



BONVS est deus, & bonorum his qui digni sunt largitor: malus est diabolus, & omnis prauitatis opifex. Et quemadmodum boni est nemini inuidere, sic diaboli propria est inuidia. Vitemus igitur fratres inuidiae affectionem, ne socij operum aduersarij nostri fiamus, & eodem iudicio condemnemur. Si enim fastuosus in iudicij diaboli incidit, quomodo inuidus paratam diabolo poenam effugiet? Nulla enim perniciosior affectio animis hominum inuadit quam inuidia, quae extraneos minime laedens, primum & domesticum malum est possidendi. Quemadmodum enim rubigo ferrum, sic inuidia animam in qua est, consumit. Imo potius, quemadmodum uiperas tradit, ex eo materno utero generari, ita & inuidia animam ipsam parientem consumere solet. Est enim inuidia, tristitia ex alieno successu

oriens, quapropter anxietates & molestia nunquam deferunt inuidum. Fertilis fuit uicini agellus, abundat omnibus ad uitam degendam comodis domus, non deficiunt homini animi uoluptates: haec omnia alimentum morbi sunt, & inuido doloris incrementum. Quare nihil differt ab homine nudo, qui ab omnibus uulneratur: fortis est qui ipsam, bona habitudine praeditus est, haec ferunt inuidum. Alius forma praestantior est, alia haec est inuidi plaga. Ille animae praestantia multos excellit, in sapientia ac dicendi facultate conspicuus est, & ad imitandum proponitur. Ille diues est, & splendide munificus in largitionibus & societate ad egenos, multaque laus ipsius est apud eos quibus benefecit. Omnia haec plagae sunt & uulnera, mediū cor ipsius percellentia: & quod in hoc morbo grauissimum est, neque detegere ipsum potest, sed pronus ac subtristis terram intuens, & conturbatus est, & aegre fert, atque a malo perit. Interrogatus autem de affectione, erubescit publicare calamitatem, nimirum inuidus sum & amarulentus, & affligit me amici bona, & lugeo ob fratris laeticiam, & non fero aspectum alienorum bonorum, sed calamitatem facio uicinorum prosperitatem: haec enim utique dixerit, si uera loqui uelit. Verum nihil horum eloqui uolens, morbum in profundo detinet, tabefacientem uiscera ipsius & corrodentem. Itaque neque medicum morbi assumit, neque medicamentū inuenire potest ad affectionem auxiliare, quamquam scripturae talibus medicamentis lint referat, sed unicam expectat a malo refocillationem, sic ubi uideat aliquem ex his quibus inuidet ruentem. Hic est odij terminus, miserū uidere ex felici inuidiosum, miserabilem factum esse eum qui beatus praedicabatur. Tunc socius & amicus est, quum lachrymantem uiderit, quum lugentem conspexerit, & cum hilari quidem non letatur, cum lugente uero collachrymatur, & uitae transmutationem ex qualibus ad qualia redactus sit, commiseretur, non praehumilitate, & quod cōdolebat, priora uerbis efferens, sed ut grauiorē ipsi faciat calamitatem. Filium post obitum laudat, & innumeris praconijs celebrat, quam pulcher fuerit, quam docilis, quam aptus ad omnia, cui uiuenti ne lingua quidem fauente gratificatus fuit. Si tamen multos uiderit ad laudandum concurrentes, rursus transmutatus inuidet mortuo. Diuitias miratur, postquam dilapsae sunt, pulchritudinē corporis, aut robur, aut bonam habitudinē, post morbos laudat, & extollit. Et in summa, hostis quidem est praesentium, amicus autem perditorum. Quid igitur hoc morbo perniciosius esse possit: corruptela uitae, perniciēs naturae, inimicitia eorum quae nobis a deo data sunt, contrarietas aduersus deum. Quid autem mali daemone ad bellum contra homines excitauit? nonne inuidia? per quam etiam aduersus deum pugnare palam conuictus est: indignatus quidem deo, propter munificentiam erga hominem, ulciscens uero hominem, quando quidem deum non poterat: Eadem haec etiam Cain fecisse demonstratur, primus ille diaboli discipulus, & inuidia & caedem ab ipso edoctus fraternalis iniquitates, quas etiam Paulus conuinxit, quum inquit, plenos inuidiae, caedis. Quid igitur erat quod fecit? Vidit honorem a deo, & ad aemulationem exarsit, & occidit honoratum, ut laederet eum qui honorauit. Quum enim ad pugnam contra deum impotens esset, ad fratris caedem delapsus est. Fugimus fratres, morbum pugnae aduersus deum doctorē, homicidij matrem, naturae confusio nem, consortij ignorantiam, calamitatem absurdissimam. Quid tristis homo, nihil graue passus: quid bellum geris cum eo qui in bonis aliquibus est, quum nihil de tuis immi nuerit? Si uero etiam beneficijs affectus, indignaris, nonne palam tuae ipsius utilitati inuides? Qualis sane erat Saul, qui excessum beneficiorum, causam belli aduersus Dauid fecit: primum quidem concinnissima, illa ac diuina musica, ab infania liberatus, conabatur hasta transfigere benefactorem. Deinde unā cum ipso exercitu ex hostibus seruatus, & a turpitudine ex Goliath liberatus, tamen quia in carminibus uictorialibus saltatriculae tri pudiantes, decuplum laudis rerum gestarum Dauid ipsi deferebant, canentes uidelicet, percussit Dauid decem milia, & Saul mille, propter unam hanc uocem, & testimonium ex ipsa ueritate contingens, primum sua manu illum occidere, & ex insidijs tollere aggressus est: deinde quum profugum fecisset, neque sic inimicitiae finem imposuit, sed tandem expeditionem militarem ex tribus millibus electorum contra ipsum eduxit, & solitudines perscrutatus est. Si uero interrogatus fuisset belli causam, omnino utique uiri beneficentiam retulisset: qui sane in ipso persecutionis tempore dormiens deprehensus, paratus ad occisionem, expositus hosti, & rursus a iusto manus ipsi inferre nolenti ser-

uatus

uatus, neque per hanc beneficentiam flecti potuit, sed & rursus exercitum colligebat, & rursus persequebatur, donec iterū ab eodem in spelunca captus, illius quidem uirtutem illustriorem demonstraui, suam uero ipsius prauitatem manifestiorem fecit. Intractabilissima inimicitiae species inuidia est, etenim eos qui alios nobis inimici sunt, beneficentiae mansuetiores reddunt. In inuidum autem & malignum collata beneficia, ipsum amplius iritant, & quanto maiora acceperit, tanto magis indignatur, angiturque, ac moleste fert: plus enim tristatur ob potestiam benefactoris, quam gratiam habet pro his quae in ipsum conferuntur. Quam bestiam non superant morum improbitate: quas feras feritate non excellunt: canes alimento dato mansuescunt, leones curati tractabiles euadunt. Verum inuidi curationibus amplius efferantur. Quid generosum illum Ioseph seruum fecit? nonne inuidia fratrum? ubi etiam morbi absurditatem admirari operae pretium est. Timentes enim somniorum euentum, fratrem seruum faciebant, tanquam seruus nunquam adoratus esset. At qui si quidem uera sunt somnia, qua arte fieri possit, ut non omnino eueniant praedicta? Si uero falsa sunt somniorum uisiones, cur inuidetis errati ac deceptor? Nunc uero per diuinā dispensationem sapientia ipsorum circūuertitur, per quae enim putabant se impedituros esse praedictionem, per ea uiam euentui struxisse uidentur. Si enim uenditus non fuisset, in Aegyptum non uenisset, in insidias proteruae mulieris propter temperantiam non incidisset, in carcerem coactus non fuisset, ministris Pharaonis familiaris factus non esset, neque somnia coniecisset, unde principatum Aegypti suscepit, & propter frumenti inopiam a fratribus suis ad ipsum progressis adoratus est. Transfer cogitationem tuam ad maximam inuidiam, & ob maxima constatam, quae ex Iudaeorum contra saluatorem infania orta est. Cur inuidiosus erat? propter miracula. Quae uero erant ea miracula? factus egenorum: alebantur esurientes, & altor bello imperebatur: excitabantur mortui, & uiuificans inuidiosus erat: daemones fugabantur, & imperanti ipsis insidiae struebantur: leprosi mundabantur, & claudi obambulabant, surdi audiebant, & caeci uisum recipiebant, & benefactor fugabatur. Et postremum, morti tradiderunt eum qui uitam est largitus, & flagris cedebant hominum liberatorem, & condemnabant mundi iudicem. Sic ad omnia penetrauerunt inuidiae mala. Et unicus his armis, a factis mundi fundamentis exorsus, usque ad seculi consumationem, omnes sauciat, deijcit ac superat pestis uitae nostrae: diabolus, qui nostro interitu gaudet, qui per inuidiam delapsus est, & nos simul per eandem affectionem secum deiecit. Sapiens itaque erat uir, qui inuido uiro ne concenare quidem permittebat, per conuersationem in coena, de omni simul uite societate dicens. Quem admodum enim materiam quae facile ignem concipit, curae est nobis quam longissime ab igne seponere: Sic oportet quantum possibile est amicitias ab inuidorum conuersatione abducere, ut extra inuidiae tela consistamus. Neque enim aliam inuidiae implicari possumus, si non per familiaritatem ipsi appropinquemus. Quandoquidem iuxta Solomonis dictum, uiro aemulatio a sodali ipsius. Etenim sic se res habet. Aegyptio non inuidet Scythia, sed unusquisque suo gentili: & tamen in gentilitate non inuidet ignotis, sed familiarissimis: & ex familiaribus, his qui uicini sunt, & eiusdem artis, atque etiam aliis consortibus ac domesticis: & ex his rursus, coetaneis & cognatis ac fratribus. Et in summa, quem admodum rubigo proprius est morbus frumenti: sic inuidia amicitiae morbus est. Illud tamen laudauerit utique aliquis in hoc malo, quod quanto uehementius fuerit motus, tanto grauius est possidentis. Quemadmodum enim iacula uolenter emissa, ubi ad forte quiddam ac renitens allapsa fuerint, ad eum qui ipsa emisit, reuertuntur. Sic inuidiae motus nihil laedentes inuidiosum, ipsius inuidi plagae fiunt. Quis enim unquam ex inuidia tristatus uicini bona imminuit? seipsum tamen moerore corabescens consumpsit. Iam uero etiam uirus eiulantibus bestiis perniciosiores esse, ex inuidia aegrotantes suspecti sunt: siquidem illae per plagam uirus immittunt, & comorsa pars paulatim putredine exeditur. Inuidos uero putant quidam etiam per oculos solos noxam immittere, ut corpora bona habitudine praedita, & ex aetatis uigore ad summam pulchritudinem efflorescentia, colliquefiant ab ipsorum inuidia, & tota moles aceruatim contrahatur, uelut fluxione quadam perniciosa ex inuidiorum oculis diffulente, & laedente ac corrumpente. Ego uero hanc fabulam ut populari repudio, & ab aniculis in gynaeceum ac muliebri coclaue inducā.

autem

autem assero, quod ofores probitatis damones, ubi uoluntates reperiant suis cōsimiles, omnino ipsis ad suum propositum abutuntur, quare etiam oculis inuidorū ad suā uoluntatis ministerium utuntur. Deinde non horres seipsum ministerium perniciosi demōnis faceret, sed uitium suscipis, per quod hostis quidem hies eorū qui te nulla iniuria affecerunt, hostis itidem dei, qui bonus est, & nemini inuidet. Fugiamus uitium intransferibile, serpentis est documentum, damonum inuentū, seminatio inimici, arrabo supplicij, impedimentum pietatis, uia ad gehennam, priuatio regni. Manifesti uero quodam modo & ex ipsa facie sunt inuidi. Visus his est aridus & obscurus, gena demissa, supercilij contractum, animus affectione confusus, ueritatis iudicium in rebus non habens: non actio uirtutis laudata apud illos, non sermonis facultas autoritate ac gratia ornata, nō aliud quicquam imitabile ac spectabile. Verum quemadmodum uultures ad graueolentia feruntur, multa prata, multos iucundos & odoratos locos prateruolantes: & muscae sanas corporis partes prateruolant, ad ulcus uero festinant: Sic inuidi uitae splendores, & recte factorū magnitudines ne aspiciunt quidem, in marcida uero & putrida irruunt, & si in qua re offendere aliquem contingat, (quales plerūque hominum res existunt) hanc ipsam inuulgat, & ab his homines notos reddere uolunt, non aliter quam mali pictores à distorto naso, aut cicatrice aliqua, aut mutilatione naturali, siue ex affectione illata, formas à se pictorum demonstrantes. Potentes praeterea sunt, id quod laudabile est, ad peius peruertendo conspurcare, & uirtutem ex uicino uitio calumniari, audacem enim dicunt eum, qui fortis est: indolentem ac stultum, qui temperatus: crudelem qui iustus: maleficū qui prudens, eum uero qui magnificus est, uelut iactabundum calumniantur, liberalem autem uelut prodigum: rursus gubernandae familiae peritum, parcum. Et in summa, omnes uirtutis species apud ipsos nomine non carent, ex opposito uitio translati. Quid igitur in accusatione uitij huius sermonem finiemus? Imò haec uelut dimidia curationis pars est. Nam ostendere aegroti morbi magnitudinem, ut debitam mali curam ipsi inducat, non est inutile. Verum relinquere ipsum eò perductum, & non manuducere ad sanitatem, nihil aliud est, quam aegrotum morbo deditum dimittere. Quomodo igitur morbum hunc, aut ab inuitio non perpetiemur, aut ipsi subiecti effugerimus? Si primum quidem nihil magnum, nihil excellens rerum humanarum esse iudicauerimus, nō opulentiam, non gloriam marcescentem, non corporis bonam habitudinem. Non enim in rebus praetereuntibus felicitatem esse statuimus, sed ad aeternorum ac uerorum bonorum participationem uocati sumus. Quare diues nondum beatus est, propter diuitias, non potens propter autoritatis ac dignitatis amplitudinem, non fortis propter corporis robur, non sapiens propter eloquentiae facultatem. Instrumenta enim sunt haec uirtutis his qui recte ipsis utuntur: non ipsa in seipsis habent felicitatem. Qui igitur male ipsis utitur, miserabilis est, uelut is qui gladio, quem ad debellandos hostes accepit, seipsum ultro sauciat. Qui uero bene & iuxta rectam rationem praesentia tractat, & dispensator est bonorum à deo acceptorum, non autem ad propriam uoluptatem recondit, is & laude & amore dignus est, propter fratrum amorem, & morum sodalitatē. Rursus praestat quis prudētia, & uerbo dei clarus est, & enarrator est sacrorum oraculorum, ne inuideas tali, neque uelis ut unquam taceat sacrorum sermonum interpretis, si per spiritus gratiam commendatio aliqua & laus ex audientibus sequitur. Tuum enim est bonum, & tibi missum est per fratrem doctrinae donum, si suscipere uelis. Deinde fontem scaturientem nemo obturat, & sole splendente nemo oculos obuehat, neque inuidet illis, sed sibi ipsi comprecatur, ut frui contingat. Verum sermone spirituali in ecclesia scaturiente, & corde pio ex donis spiritus instar fontis emanante, non sustines audire cum laticia, nō grato animo suscipis utilitatē, sed puniunt te plausus audientium, & uelles neque esse qui utilitatem capiat, neque qui laudet. Quam excusationē haec apud cordium nostrorum iudicem habebunt. Itaque animi bona sola, ex natura bona esse putare oportet, eum uero qui diuitijs efflorescit, & ob potentiam ac bonam corporis habitudinem se iactat, si quidem probe utatur his quae habet, diligere & amplecti, uelut communia uitae instrumenta possidentem, si sanē ipsa secundū rectam rationem tractet, ut in suppediteis quidem pecunijs liberalis sit in egestes, corporis autē robur exhibeat in ministerium debilibus, omnem uero reliquā suppellectilem nō magis suam putet, quam

quam cuiuscumque tandem indigentis. Eum uero qui non sic se erga haec habeat, miserum potius ducere oportet quam inuidiosum, si maiores habet ad hoc, ut malus sit occasio, hoc enim est ex ampliore suppellectile ac negociatione perire. Etenim si diuitiae uaticum sunt ad inuultitiam, miserabilis profectio est diues: si uero ministerium ad uirtutem, nō habet locū inuidia, quum utilitas ab ipsis, omnibus in cōmune proposita sit, nisi quis adeo peruerse prauus sit, ut etiam sibi ipsi bona inuideat. Porro si res humanas cogitatione praeterieris, & ad id quod reuera bonum ac laudabile est respexeris, multum abfuerit ut aliquid corruptibilitū ac terrenarū rerum beatum & praedicandum iudices. Et uero qui sic habet, & nō mundanarū rerum uelut magnarum admiratione tenetur, impossibile est unquam inuidiam accedere. Si uero omnino gloriae cupidus es, & praeter uulgo uideri gestis, & propterea secundus esse non sustines: est enim & haec ad inuidendum occasio: tu sanē ad acquirendam uirtutem transfee, uelut fluxum quandam, ambitionem tuam, nec penitus desistere omni modo uelis, neque laudem ex mundanis rebus quaeris, nō enim in te haec sunt, sed iustus sis, & temperatus, & prudēs & fortis, & patiens in afflictionibus pro pietate. Sic enim & te ipsum seruabis, & in maioribus bonis maiorem claritudinē habebis. Nam uirtus in nobis est, & à laborioso ac industrio acquiri potest. At uero pecuniarum cultus, & corporis pulchritudo, & dignitatum amplitudo, non in nobis sunt. Si igitur & maius bonum est uirtus & durabilius, & confessum apud omnes principatū habet, haec sanē nobis persequenda est, quā ingenerari animo ab omnibus alijs affectionibus, & maxime omnium ab inuidia non purgato, impossibile est. Non uides quantum malum sit simulatio & hypocrisis: & haec inuidia fructus est. Morum enim duplicitas ex inuidia maxime hominibus ingeneratur, quum odium in profundo detinētes, superficiem dilectione coloratam ostendant, planē ad scopulorū sub mari latentium similitudinē, qui modica aqua tecti, impraeuisum malū incautus fiunt. Si itaque & mors nobis illinc uelut ex fonte emanat, & delapsus à bonis, alienatio à deo, legum confusio, & omnium simul uitae bonorum euersio, credamus Apostolo, & ne fiamus inanis gloriae appetentes, uicissim prouocantes, uicissim inuidētes, sed potius boni, misericordes, uicissim largiētes, uelut etiam deus largitus est nobis, in Christo Iesu domino nostro, cum quo sit gloria patri, cum sancto Spiritu in secula seculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA DICTA
in fame ac siccitate, Iano Cornario medico
physico interprete.



Neo rugiet, & quis non timebit? Dominus deus loquutus est, & quis non uaticinabitur? Propheticum faciemus sermonis exordium, & diuinitus afflatum. Amos auxiliarium in praesentem necessitatem assumemus, qui consimiles afflictiones his malis quae nos infestant curauit, consilium ac sententiam de his quae profutura putamus, exposituri. Nam & ipse Propheta in superiorum temporum calamitate, quum populus paternam reliquisset pietatem, & legum sinceritatem conculcasset, & ad idolorum culturam delapsus esset, praeco poenitentiae fuit, ad cōuersionem inhortans, & poenarum minas intentans. Ego autem in uotis habeo, ut aliquotenus mihi contingat feruore & zelo ueteris historiae uti, non tamen euentum eorum quae tunc facta sunt cōsequentem uidere. Inobediens enim populus & uelut pullus equinus durus & effrenis, & frenum mordens, ad id quod conducebat, tractus non est: uerum à recta uia digressus, intantum extra omnem ordinem euagatus est, donec barathris ac praecipitijs illapsus, dignam pro inobedientia interfectionem perpeffus est: id quod absit ut in nobis contingat filij mei, quos per euangelium genui, quos per manuum benedictionem falcis inuolu. Sed sit auditio benigna, anima obediens, libenter suscipiens admonitiones, cedens dicenti, uelut cera sigillum imprimenti, quo per hoc studium uestrum, & ego fructum laborum laetificantem accipiam, & uos in tempore decessus ex hac uita mercedem, si factam ad uos exhortationem laudaueritis. Quid igitur est quod ostendit quidem sermo hic, uerum suspensas adhuc detinet animas spe audiendi, tardans publicare quod expectatur. Coelum uidemus o fratres conclusum, nudum & sine nubibus, tristē hanc serenitatem inducens, & per puritatem affligens, quam

quam antea ualde cupiebamus, quum diu nubibus cōtectum, tenebrosos nos & sole ca-
rentes efficiebat. Terra autē extreme felicata, iniucunda est aspectu, sterilis & infœcun-
da ad agriculturam, in fissuras dirupta, & in profundū suscipiens radios illabentes. Fon-
tes uero nōs defecerunt diuites & perpetui, & magnorum fluuioꝝ fluxus consumpti
sunt, & pueri minutissimi ipsos pedibus transeunt, & mulieres cum oneribus penetrant.
Pleriq; uero nostrū etiā potus deficit, & in penuria uitæ constituti sumus, Israelitæ no-
ui, Mosen nouum quæretes, & uirgam mirabilium operatricem, ut rursum petra percuf-
sa, populi sitientis indigentiam curent, & nebula admirandæ alimentum in consuetum
ipsū manna hominibus instar roris guttarum demittant. Veremur ne fiamus posteris
nouum in fame & plaga exemplum. Vidi agros, & multas ob sterilitatē ipsorum lachry-
mas effudi, emisi fletum, quia pluuia ad nos non emittitur. Quædam semina ante germi-
nis emissionem exsiccata sunt, talia permanentia inter glebas, qualia aratrū occuluit. quæ
dam paululum prominentia germine emissō, miserabiliter ab estu tabefacta sunt, ut nunc
quis tempestiue euangelij uocem huc torquere possit quæ dicit, Operarij quidem multi,
messis autem ne minima quidem. Agricola porro in agris desidētes, & manibus ad ge-
nua complicatis, (qui sanē lugentium habitus est) inanes suos labores deplorant, ad pue-
ros infantes respicientes ac lamentantes, ad uxores oculos intendentes ac flentes, contin-
gentes ac contrectantes siccas frugum herbas, magna emissā uoce euidentes, uelut patres
qui filios in ætatis flore amiserūt. Dicatur itaq; etiā ad nōs ab ipso Propheta, cuius pau-
lo ante in exordio mentionem fecimus. Et ego, inquit, sustuli ex uobis pluuiam tribus an-
te uindictam mensibus, & mittam pluuiam super ciuitatem unam, super alteram autem
ciuitatem non mittam, & portio una rigabit, & portio super quam non misero pluuiam,
siccabitur. Et congregabuntur duæ aut tres ciuitates in unam ad bibendū aquam, & non
satiabuntur, propterea quod non conuersi estis ad me, dicit dominus. Discamus igitur q̄
propter auersionem à deo & negligentiam, has plagas nobis deus immittit, non extirpa-
re uolens, sed corrigere studens, ad similitudinem bonorū patrum & negligentium libe-
rorum, qui irascuntur adolecentibus, in ipsosq; insurgunt, nō malū quid ipsis inferre uo-
lentes, sed ex puerili negligentia & delictis iuuentutis, ad curam diligentiaq; ipsos ducen-
tes. Videte igitur quomodo multitudo peccatorū nostrorū, & tempora à proprijs na-
turis abduxit, & temporū species proprias in alienas temperaturas trāsmutauit. Hyems
non habuit consuetam humiditatē cum siccitate, sed omnem humiditatem glacie adstru-
xit & assiccavit, à niuib; autem & pluuijs penitus exors permansit. Rursum uer alterā
quidem proprietatū suarum partem ostendit, caliditatem dico: humiditatis autem parti-
cipationem nō habuit. Aestus uero & frigus, nouo modo creatiois terminos transgressi-
ta, & maligna in detrimentū nostrū conspiratione facta, ē uita homines exigunt. Quæ
est igitur huius perturbati ordinis ac confusiois causa? Quæ est ista temporum innoua-
tio? Perscrutabimur uelut mente præditi, & ut rationales rationabimur, num his qui uni-
uersa gubernat nō est? Num optimus artifex deus dispensationis oblitus est? Num facul-
tate & potentia priuatus est? Aut fortitudinem quidem ipsam habet, & robur ipsius exo-
litum nō est, sed in duriciam delatus est, & excellentem bonitatem, & de nobis curam, in
hominum odiū trāsmutauit? Non sanē hæc dixerit aliquis, qui modestus haberi uelit.
Sed manifestæ & conspicuæ sunt causæ, propter quas consuetō more non gubernamur.
Nos accipientes, alijs non exhibemus, beneficentiā laudamus, & hac priuamus indigen-
tes; serui existentes liberamur, & conseruorū non miseremur; esurientes nutrimur, & ege-
num præterimus. Liberalem suppeditatorem ac prouum deum habentes, parci facti su-
mus, & nihil cum pauperibus cōmunicamus; multo uellere plene sunt nobis ouicula, &
nudi plures q̄ oues; cellæ ob multitudinē repositorū coarctantur, & angustijs coarctati
non miseremur; propterea nobis minatur iustum iudiciū, propterea deus non aperit
manum, quia nos fraternam charitatem exclusimus, propterea sicca sunt arua, quia dile-
ctio frigefacta ac exsiccata est; uox supplicantium frustra clamat, & ad aerem dispergitur,
neq; em nos implorantes auxiliū nostrū audiuius. Qualis porro nostra est ad deū ora-
tio ac deprecatio? uos uiri exceptis paucis, negociationibus uacatis, uos mulieres his in-
seruitis ad māonæ quæstum. Pauci reliqui mecum sunt in oratione, & hijs plū uertigino-
si, hiantes, assidue se conuertentes, & obseruantes quando psalmodiū cantor uersus finiet,
quando

quando ab ecclesia uelut carcere, & ab orationis necessitate liberabuntur. At uero pueri
minutissimi illi, qui depositi in ludo literario tabulis ac libellis nobiscum uociferantur, ue-
lut remissionem potius & delectationem, hanc rem obeunt, nostram tristitiam festiuita-
tem facientes, quando quidem ab onere præceptoris & studiorum cura modico tempo-
re liberantur. Cæterum perfectiorū uirorum multitudo, & peccatis implicitus populus, re-
missus & liber ac lætus urbē percurrat, qui malorum causam in animis circūfert, qui hæc
calamitatem mouit & operatus est. Infantes autem sensu carentes, & irreprensibiles ad
confessionem festinant ac congregantur, neq; mœroris causam, neq; assidue orationis
cognitionem, aut facultatem habentes: tu mihi in mediū prodi, qui peccatis imbutus ac
subactus es, tu procide, & plora, ac suspira, infantulum dimitte operari ea quæ sunt eius
ætatis propria. Cur te occultas, qui accusaris, & innoxium ac defensionem accusationis
producis? Nō illudis iudici, quum supposititiā pro te personam introducis? Oportebat
autem adesse etiā illum tecum omnino, non solum. Vides quod etiā Nineuite pœni-
tentia deum placātes, & ob peccata lugentes, quæ post mare & cetum Ionās exclamauit,
non solum infantes ad pœnitentiā produxerunt, ipsi uero delictantes, ipsi cōiuiantes uī-
tam trāsigeant, sed primos ipsos parentes qui peccauerunt, ieiuniū domabat, & suppli-
cium patres affligebat, additamenti aut uice infantes coactim flebant, quo per omnē æta-
tem tristitia dominaretur, sentientem & non sentientē, illam quidem uoluntarie, hanc uē-
ro coactim. Et quū sic uidisset deus ipsos humiliatos, ut supra immissam, sibijpsis omnis ge-
neris ærumnas decernerent, & afflictionis miserus est, & supplicium remisit, & gaudium
largitus est his qui afflictum luxerāt. O pœnitentiā concinnam. O sapientē prudentemq;
ac frequentē tribulationem, ne bruta quidē animantia à supplicio immunita dimiserunt,
sed ut etiā ipsa ex necessitate clamarēt, excogitauerūt. Separatus est enim uitelus à uac-
ca, depulsus est à materno ubere agnus, puer lactens nō erat in maternis ulnis: in proprijs
stabilis degebāt matres, in proprijs partus, uoces prodibāt ab omnibus miserabiles, mu-
tuo reclamantes ac resonantes: partus famelici fontes lactis quærebant, matres naturali
affectione percussæ, cōdolentibus uocibus partus reuocabant: infantes eodem modo fa-
melici, uehementissimo eiulatu dirumpébantur ac tremebant, matrū uiscera naturalibus
doloribus compungebātur. Et propterea illorum pœnitentiā ad cōmune uitæ documen-
tum, diuinitus inspirata scriptura conscripta cōseruauit. Senex inter illos flebat, & canos
uellebat ac dilaniabat. Adolescens & in uigore ætatis constitutus, uehementius lamenta-
batur, pauper, suspirabat, diues delictarū oblitus, afflictionem uelut temperatū facientem
exercebat. Rex ipsorū splendorem & gloriam, in pudorem trāsmutabat: deponebat co-
ronam, & puluerem capiti inspergebat; purpura abiecta sacco induebat, throno alto ac
sublimi dimisso, miserabilis in terra reperiebatur, proprijs & regijs relictis delicijs cū po-
pulo collachrymabatur: unus ē multis fiebat ac plebeus, quum communem omnium
dominum iratum uideret. Hæc est seruorum sensu præditorū prudentia, talis implicito-
rum peccatis pœnitentiā. Nos autem peccatū quidem perficimus continenter, negligenter
uero et segniter suscipimus pœnitentiā. Quis effusus precibus lachrymas emittit: ut
pluuiam & stillicidium tempestiuū accipiat. Quis delens peccata, ad beati Dauidis imita-
tionem, lachrymis lectum rigauit? Quis pedes peregrinorū proluit, & puluerem ex itinere
re abluit: ut in temporibus opportunitate placet deum, siccitatis solutionē quæret. Quis
nutriuit patre desolatū puerum, ut nunc deus nutriat nobis frumentum, uelut pupillum
uentorum intemperie percussū? Quis curauit uiduam difficultatibus rerum ad uitam
degendam necessariarū afflictam, ut nunc rependatur ipsi alimentū necessariū? Confrin-
gito tabulas iniustas, quo sic peccatū soluitur: deletō grauissimarū usurarum pactum, ut
terra consueta pariat ac producat. Quum enim æs & aurū, & ea quæ sterilia sunt, præter
naturā gignant, terra quæ secundū naturam foecūda est, sterilis redditur, & ad inhabitari-
um supplicium infructuositatis cōdemnatur. Ostendant igitur lucri cultores, diuitiarum
magnos acruos cōgregantes, quæ sit potestas thesaurorū repositorum, aut quæ utilitas,
si iratus deus diuitius produxerit supplicium. Auro confestim pallidiores fient, qui ipsum
coaceruant, si non panem, quem usq; ad hesternū diem, & paulo ante propter expositam
fertilitatis ubertatē contempserunt, habuerint. Detur sanē nō esse uenditorem, non exister-
e in horreis frumentū, et quis erit usus, dic mihi, grauissimarū crumenarum, nō cum illa
obrueris?

obrueris: nō terra est aurum: nō coenum inutile, coeno corpori ipsi adiacebit: omnia ac-
 quisisti, & unum necessarium non habes, facultatem nimirum nutriendi te ipsum. Vniuer-
 sis diuitijs tuis unam nebulam effice, paucarum guttarum transitū excogita, urge terram
 ad ferendum fructum, superba illa & insolenti opulentia calamitatem solue. Fortassis alii
 quem piū uirū aduocabis, ut precibus, uelut propheta Thesbitas Heflas, remissionem
 tibi malorum impetret homo inops, pallidus, discalceatus, carens domo, carens lare, ege-
 nus, unica tunica teclus, uelut Heflas pelle ouilla, preces habens coaltas, continentia con-
 tubernalem, & si per talem auxiliū cōsequeris, nōne multum grumnoas possessiones
 deridebis: nōne aurum conspuēs? Nōne abijcies argentū uelut stercus, quod antea om-
 nia potens ac charissimū nominās, inefficacem auxiliarium in necessitate cognouisti? At
 uero propter te deus hanc calamitatem immisit: quoniam habens non dedisti, quoniam
 esurientes praeteristi, quoniam ad lugentes non es cōuersus, quoniam rogatus nō es mi-
 sertus. Veniunt etiam propter paucos in omnem populū mala, & flagitij cuiusdam totus
 populus particeps factus est. Achar sacrilegium cōmisit, & tota acies flagellabatur. Zam-
 bri in Madianitidas scortatus est, & Israel in pœnam incidit. Itaq; omnes & priuatim &
 in cōmuni, uitas nostras expendamus, uelut pædagogō attendamus siccitati, unūquenq;
 proprii peccati cōmonefacienti. Dicamus & nos generosi Iob uocē afflictiam, manus do-
 mini est quæ tetigit me, & maxime quidem ac principaliter ex peccatis calamitatem no-
 stram reputemus: Si uero & aliud addere oportet, aliquando certe etiam ad experiendas
 animas, tales uitæ difficultates hominibus inducuntur, quo in difficultatibus deprehē-
 dantur hi qui probi sunt, siue pauperes, siue diuites, utriq; enim exacte per patientiā pro-
 bantur. Et in hoc maxime tempore ostenditur, an hi sociales sint, & fraterno amore præ-
 diti, & an illi grati sint, & non uice uersa blasphemī, constantia simul cum uitæ reuolutio-
 ne repente transmutata. Noui ego multos, non de quibus per auditū cognoui, sed per ex-
 perientiam homines notos habens, donec quidem uita ipsis ad opulentia uergit, et secun-
 dis uentis, quod dici solet, res procedunt, medio utiq; modo etiam si nō perfecte, benefa-
 ciori gratia cōsistentes. Si uero propter contrariū statum res circūuertantur, & diues qui
 dem fiat pauper, robur autē corporis uertatur in morbum, gloria uero & claritudo in tur-
 pitudinem ac ignominia, ingratos, maledicos, pigros ad orationē ad deum fundendā, in-
 dignantes deo uelut debitori tardanti, nō ut erga dominū indignantem affectos. Verum
 aufer ab animo huiusmodi cogitationes. Quum autē uideris deum consueta non largien-
 tem, sic tecum reputa. Non impotens est deus ad suppeditandū alimentum, & quo nam
 modo esset, qui sanē dñs est cœli & totius structuræ, horarum & temporū sapiens dispen-
 sator, gubernator omnium, qui uelut chorū quendā probe ordinatum, horas & mutatio-
 nes digessit, ut inuicē succedant, quo sua ipsorū uarietate, diuersis nostris necessitatib; opi-
 culentur. Et nunc quidē tempestiue humiditas accedat, rursus autē occupet caliditas. & si
 gūditas anno immisceatur, & siccitatis usu necessario nō careamus. Igitur potēs est deus:
 potentia autē præsentē & confessā, non utiq; bonitas defecit, neq; hic proferendus est ser-
 mo. Quæ enim necessitas eum qui nō bonus esset persuasit, ut in principio hominē crea-
 ret? Quis est qui impulit conditorē etiam non uolentē glebam capere, & talem pulchritu-
 dinem ex luto efformare? Quis ad hanc necessitatē persuasit, ut secundum propriā imagi-
 nem homini rationē cōtribueret: ut inde progressu facto artium disciplinā faciat, & de su-
 premis rebus cōmentari discat, quas sensu nō contingit. Et si sic ratio cinatus fueris, repe-
 ries bonitatē deo adesse, & ne nunc quidē deficere. Alio qui quid ueraret, dic mihi, ut non
 siccitas esset id quod uidemus, sed perfecta incensio ac exarsio: ita ut sol paululū a cursu
 cōsuetō digressus, & ad circūterrena corpora diuersus, in temporis momēto omnia quæ
 uidemus, exureret: aut etiā ut ignem de cœlo plueret, eo modo quo iam ante peccatores
 sunt puniti. Intra te & tuos cogitatus o homo, cōsiste. Ne facias quæ stulti pueri facere so-
 lent, qui a præceptore obiurgati, tabulas ac libellos illius cōfringunt: & patre propter ipso-
 rum utilitatē cibum differente, uestem dilaniant: aut matris faciem unguibus cōuellunt. Et
 enim gubernatorē nauis tempestas, athletā stadium, militem acies, magnanimū calamita-
 tas, christianum autē tentatio probat & explorat, et afflictiones animā, uelut ignis aurum,
 declarant. Pauper es: ne abijcias animū. Nimita enim tristitia, peccati sit causa, quum affli-
 ctio quidē mentem mergat, & desperationis uertiginem inducat. Mentis uero ac cōsiliij
 inopia

inopia ingratiudinē gignat. Verum habes spem ad deum, non enim non uidet angustia,
 habet cibū in manibus, & exhibitionem remoratur, ut constantia tuam probet, ut mentē
 tuam cognoscat, ane similis sit menti proteruorū ac ingratorū. Nam illi donec in ore
 sunt cibi, benedicunt, adulantur, supra modū admirantur: paululū uero dilata mensa, blas-
 phemijs uelut lapidibus impetunt eos, quos paulo ante æqualiter deo propter uoluptatē
 adorabant. Percurre uetus instrumentū, percurre nouū, & multos in utroq; reperies di-
 uersimode nutritos. Heliām habebat Carmelus, mons altus et inhabitabilis, solitudo de-
 solatū. Anima autem erat iusto omnia, & uita uaticum spes ad deū. Sic uero uiuens, fa-
 me uitam non finiuit, sed uolucres maxime rapaces & gulosissime cibos transportabāt,
 & alimentū ministri iusto siebāt hæ, quæ alienos cibos ex cōsuetudine diripiunt, & ex do-
 minico præcepto naturā transmutauerunt, fidi custodes panis ac carniū effecti. Hæc autē
 uiro coruos attulisse, ex spiritali historia didicimus. Habebat porro & Babylonius la-
 cus Israelitā iuuenem, calamitate quidem captiū, anima uero ac cōstantia liberū. Et quæ
 nam erāt quæ illi aciderūt: Leones quidē præter naturā ieiunabant, uerum huius nutritor
 Abacuc per aerē ferebatur, angelo hominē unā cum obsonijs portante, & ut ne fame
 premeret iustus, super tantū terræ ac maris spatij in parua temporis particula Propheta
 delatus est, quantū a Iudæa ad Babylonē usq; extenditur. Quid uero populus in deserto,
 cuius procuratiōne Moles gessit, quomodo uita ipsius gubernata est per annos quadra-
 ginta: nō erat illic uir sementē faciens, non bos aratrū trahens, nō arca, non torcular, non
 promptuariū, & alimentū habebat citra sementē & citra arationem, & fontes suppedita-
 bat petra, nō prius existentes, sed in necessitate erupentes. Dimitto singulatim prouiden-
 tiam dei enumerare, quæ saepe erga homines paterne ostendit, tu modo paululū in calamita-
 te paties esto, uelut generosus Iob, & ne eueraris per tempestatē: neq; quicq; abijce ex
 his mercibus quas tecū fers ad uirtutē conducibiles, uelut magni precij supellecilem ac
 mercem in aia tua cōserua gratiarū actionem, & accipies etiam tu duplicē gratiarū actio-
 nis uoluptatē. Memor sis uocis apostolicæ: In omnib; gratias agite. Pauper es: alium hæ-
 bes omnino pauperiorē. Tibi decem dierū sunt alimenta, illi unius: uelut bonus ac beni-
 gnus id quod tibi redundat ad indigentē adæquato. Ne eucteris de modico dare: ne præ-
 feras tuam utilitatē, ex cōmuni periculo. Et si ad unum panē redactū sit alimentū, & præ-
 foribus instet petens, promito ex penu illum unū, et manibus impositū ad cœlum exten-
 ditō, dic sermonē miserabilem simul & benignū: Vnus panis quem uides dñe, & pericu-
 lum conspicuū. Sed ego tuum mandatū mihi præpono, & de modico do famelicō fratri,
 da uero etiā tu periclitatū seruo. Noui tuam bonitatē, confido etiā potentia, nō differēs ad
 cœpus gratia ac beneficiū, sed dona tua quæ uoles, dispergis. Et si sic dixeris ac feceris, pa-
 nis quē ex angustia dedisti, semen agriculturæ euadit, multiplicem fructum de se gignit,
 arrabo est alimentū, misericordiæ cōciliator. Dic & tu uiduæ Sidoniæ in similib; dictūm,
 opportuna historia mentionē facias. Viuit dñs, quia hūc habeo in domo solū ad nutri-
 mentum mihi & liberis. Et si dederis ex deficiente, habebis etiā tu uas olei per gratia sca-
 turiens, hydrā farinae in euacuabilē. Nam in fidelibus beneficentia dei puteos liberaliter
 imitatur, qui semp uacuatur, & non exhauriunt, duplum rursus introducens. Trade ad
 usurā tu inops opulento deo, crede ei qui semp in faciem propriā pro eo qui tribulat ac-
 cipit, & qui ex domesticis gratia retribuit, fidei uisus fide dignus, per omnē terram ac ma-
 re expassos habens thesauros. Et si nauigans usuram postulaueris, accipies in medio pe-
 lago unā cum usuris ipsam summam. Ambitiose enim munificus est in faciendis addita-
 mentis. Fames famelicī morbus, miserabilis affectio est: fames humanarū calamitatū ca-
 put existit. Miserrimū mortis genus est fame perire. Nā in alijs periculis, aut gladij acies
 finem cito accelerat, aut ignis impetus cōpendiō uitam extinguit, aut bestia principalib;
 membris per dentes dilaniatis, non linunt nos doloris dilatione puniri. Fames autē lentē
 habet malū, dolorem differentē ac prolongatē, morbū insidentem ac delitescētē, mor-
 tem semp præsentē, & semper tardantē. Humiditatem enim naturalē consumit, calidita-
 tem frige facit, molem cōtrahit, facultatē ac uires paulatim tabefacit. Caro ad tela araneæ
 similitudinē ossibus circūscita est. Corporis superficies florem nō habet, rubor em fugit san-
 guine cōsumpto. Albedo nō adest, superficie per maciem nigrescētē: liuidū est corpus pal-
 lore & nigredine miserabiliter ex affectione destructū: genua non amplius sustentant ac
 portant

portant, sed ad uim trahuntur. Vox renuis & imbecillis est; oculi in cavitatibus debiles, frastra in thecis ac ualuulis siti, uelut nucū & forinsecus lignosi fructus, intra putamina sua arefacti. Venter uacuus, et contractus, ac deformis, non molem, non naturalē uiscerum intentionem ac incrementū habens, uerum ossibus dorſi affixus. Qui igitur tale corpus preterit, quātis supplicij dignus est; quem crudelitatis excessum relinquet; quō uero non est dignus qui inter feras bestias cōnumeretur? & qui pro scelesto ac homicida habeatur? Qui enim habet in potestate malī medelā, ultroneus autē & ad auaritiā differt, merito sanē uelut homicida cōdemnari poterit. Famis affectio multos saepenumero coegit naturā terminos mouere, & corpora humana eiusdē generis attingere, & matrem puerū quem ex uentre produxit, rursus improbe uentre suscipere, atq; hunc tragicū ac sum Judaica historia representauit, quā nobis Iosephus doctus ille cōscripsit, quum horrendae afflictiones Hierosolymitas premerent, propter impietate in dominū iustas poenas pendentes. Vides & ipsum nostrū deum, alias affectiones saepe praeterire, uerū super esurientes cōdolenter misericordiā cōmoueri. Misereor enim, inquit, sup turbam. Quapropter etiā in extremo iudicio, ubi aduocat iustos dñs, primum locū obtinet is qui sua distribuit, & nutritor primus ac praesens est inter eos quibus praemia dantur, & qui panē suppeditaui, prae omnibus uocat, & benignus ac liberalis prae alijs iustus ad uitā demittitur. Verū qui sua non cōmunicauit, & parcus, praee omnibus peccatoribus igni traditur. Ad matrem mandatorū te nūc ipsa temporis opportunitas uocat, quare uehementer sollicitus sis, ne te praetereat mundinarum ac cōmerciorū occasio. Fluit enim tempus, & nō expectat morantē; festinat dies segenem praeteruente. Et quemadmodū fluminis fluxū sistere nō datur, nisi quis iuxta primum occursum ac impetū intercipiat, & aqua opportune utatur; sic neq; tempus necessarii circuitionibus, impulsū cohibere possis, neq; praeteritū retrō reuocare, nisi adueniens apprehendas. Et propterea mandatū uelut fugiens cōtine ac pſice, & undiquaq; arreptū ulnis amplectere. Dato pauca, & multa acquirito: exoluito primordiale peccatū per aliam mentis distributionē. Quemadmodū enim Adam improbo elū peccatū transmisiſit; sic nos insidiatorē cibum delemus, si fratris necessitate ac famē curauerimus: Populi audite, christiani auribus percipite, quia haec dicit dñs, non sua ipsius uoce cōcionans, uerū linguis seruorum uelut instrumentis resonās. Ne appareamus nos qui rationis cōpotes sumus brutis crudeliores, illa enim his quae ex terra nascunt, a natura in cōmune utunt, & ouis greges unū & eūdem montē depascunt, & equi & pluri in una & eadē planicie pabulum sumunt, et oīa singulim mutuō cedunt necessariā fructificationem eorū quibus ad uictum opus est. Nos autē in sinum abdimus ea quae sunt cōmunia; ea quae multorū sunt, soli habemus. Reuereamur Graecorū plenas amoris erga homines narrationes. Apud quosdā illorum lex humanitate praedita, unā mensam, cōmunes cibos, et ferme unū focum efficit ingentis multitudinis populū. Relinquamus externos, & ueniamus ad triū milium exemplum, et primā Christianorū ordinationē emulemur: quomodo ipsis oīa cōmunia erāt, uita, aīa, cōcordia, mensa cōmunis, fraternitas indiuisa, dilectio nō simulata, multa corpora unū efficiēs, diuersas animas ad unū consensum adaptās. Multa habes tum ex ueterum, tum ex nouo testamento, fraterni amoris exempla. Si senem famelcentē uideris, accersere ipsum, & ale uelut Ioseph Iacob. Si inimicū reperis in angustia positū, ne adisce ad iram quā iam habes, uindictā, sed ale uelut ille fratres quī ipsum uendiderūt. Si incideris in iniuriā rem oppressum, sic lachrymas effunde, uelut ille sup Benjamin senectutis filiū. Tētat fortassis etiā te auaritiā, uelut ipsum Ioseph regina, attrahit te pallio, ut mandatū cōtemnas, & amplectaris potius illā auro ac mundo gaudentē, praeter domini praceptū. Quum sane uenerit ratiocinatio aduersus mandatū illud pugnās, & mentem temperatā ad argenti auaritiā attrahens, fraterniq; amoris negligentē esse cogens, & detinens te apud illam, abijce & tu palliū, iratus secede, serua dño fidem, uelut ille ipsi pentephrae, in uno anno fami ac penuriae cōsule, uelut ille in septem. Non oīa uoluptatis, des aliquid etiā animae: & duas tibi filias esse puta, alteram, uoluptatē in hac uita, alteram, uitam in caelis. Si non uolueris omnia dare potiori, diuide saltem ex aequo in proteruā filiam & in temperatam; ne hanc uitam egregie opulentā, alteram uero nudam, & laceris pāniculis indutam demonstres, ubi oportuerit te Christo ipsam adducere ac sistere, & in conspectū iudicis uenire, nymphae habitum & nomen habentē. Ne igitur deformem ac inornatam adducas nympham

pham, ac sponsam sponso, ut ne ea cōspecta faciem auertat, & uisam odio habeat, & conrectionem abnuat. Verum instructā ipsam ornatu decenti, formosam adserua usq; ad praesentium nuptiarū tempus, quo etiā ipsa cum prudentibus uirginibus facem accendat, habens ignem cognitionis inextinguibilem, & non linquens oleum recte factorum, quo diuinitus prolata propheta confirmetur, & animae tuae conueniat id quod dictum est: Adstitit regina a dextris tuis, uestitu inaurato circumdata. Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & concupiscet rex pulchritudinem tuam. Haec enim in genere praexclamauit psalmorum cantor, generalis corporis pulchritudinem praedicans: conuenient autem proprie etiam uniuersuiusq; anime, siquidē ex singulis ecclesia habet constitutionem. Praemeditare mihi rationabiliter praesens & futurum, quod ne propter turpe lucrū amittas. Relinquet te corpus tuum uisendum uitae tuae insigne: in apparitionem autem & aduentum expectati iudicis, & haud dubie uenturi, excludes tibi ipsi praemiorum donum, & caelestem gloriam, aperies autem ignem inextinguibilem, & gehennam, & poenarum locos, & amarulenta in doloribus secula, pro longa & aeterna ac beata uita. Ne putes me uelut matrem quandam aut nutricem: falsa terriculamenta tibi incutere ac minari, quemadmodum ille circa infantes pueros facere solent, in compositae ac incessanter flentes & euasantes, per confictas narrationes, quietos ac tacitos reddere conantes. Haec uero nō sunt fabulamēta, sed sententia uoce mentiri nescia prolata; & scias sanē pro certo, iuxta euangelicam praedictionem, quod ne unum quidem iota, aut unicus apex peribit. Sed & corpus in loculis consumptum resurget, & anima per mortem exclusa, rursus in corpore habitabit, & uita nostrae declaratio exacta adducetur, non alijs testimonium ferentibus, sed ipsa conscientia atrestante. Vnicuiq; autem pro meriti dignitate a iusto iudice retributio contingeret. Ipsi conuenit gloria, imperium, & adoratio, in secula seculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA IN INITIUM PROVERBIORUM. Iano Cornario medico physico interprete.



ona est obedientiae merces, obediamus itaq; frugi patri, proponenti nobis certamina ac exercitia ex oraculis spiritus, qui ad expertorū uenatorum similitudinem, in aegre peruijs regionibus, uelut catuli alicuius, cursus periculum facere uult. Proposuit autem nobis ad exponendū, exordium Prouerbiorum. Quod autem huius dictionis sententiā assequi difficile sit, omnibus notū est, qui uel leuiter animū intenderunt. Verumtamen minime pigros esse conuenit ad rem agrediendam, spe in dominū collocata, qui per preces pastoris dabit nobis, sermonem in apertioe oris nostri. Tres in uniuersum tractatus sapientissimi Solomonis nouimus, Prouerbiorum horum, Ecclesiasticae, & Cantici cantorū, singulos ad proprium scopum destinatos: omnes tamen ad hominū utilitatem conscripti sunt. Etenim Prouerbum, eruditio est morum, & correctio affectuum, & in summa, doctrina uita, frequentes admonitiones cōplectens eorum quae sunt faciendae. Ecclesiastes autē, physiologias & naturae rationes attingit, & reuelat nobis eorum quae in hoc mundo sunt uanitatē, ut ne putemus studio digna esse ea quae praetereunt, neq; animi curas in res uanas infumamus. At uero Canticum canticorū, modum perfectionis animarū ostendit: continet enim cōcordiam sponsae ac sponsi, hoc est animae ad deum uerbum familiaritatē ac consuetudinem. Verum ad propositū reuertamur. Prouerbia Solomonis filij Dauid, qui regnauit in Israel. Prouerbiorum uox apud Graecos, paroemia, extra scripturae usum, de sermonibus uulgatoribus usurpatur; & de ijs quae in uis plerunq; dicuntur: oemos enim apud externos uia nominatur. Vnde etiā paroemiam diffiniuit, uerbum ad uiam uulgi usu tritū, & quod a paucis ad plura similia trāssumi potest. Apud nos autē, paroemia est sermo utilis, cum moderata obscuritate editus, multā quidem per se utilitatē complectens, multā uero etiam in profundo intelligentiā occultās. Vnde etiā dñs, Haec, inquit, in paroemijs uobis dixi, uenit tempus quādo non amplius in paroemijs, sed libere loquar uobis: tanq; paroemiacus sermo liberū & apertum dicēdi modum nō habeat, sed oblique sententiā suam acutioribus manifestet. Paroemia itaq; Solomonis, hoc est sermones exhortatorij, ad omnem uitae uiam cōmodantes. Apposuit autē nomen scriptoris, quo personae claritudine auditorē attrahat: fides enim docentis facit ut sermo eo propius suscipiatur, & ut discētes attentiores fiant.

Parœmia igitur Solomonis, Solomonis illius ad quem dñs dixit: Ecce dedi tibi cor prudens ac sapiens. Qualis tu es, nō natus est ante te quisq; & post te nō exurget similis tibi. Et rursus, Dedit dñs sapiētiam & prudentiā Solomoni multā ualde, et cordis effusionem uelut est arena iuxta mare. Et, Multiplicata est Solomoni sapientia sup omnē priscorum hominū prudentiam, & super oēs sapientes Aegypti. Sic necessaria fuit nominis appositio, Parœmia Solomonis filij Dauid. Additur & pater, quo cognoscas q sapiens erat Solomon, ex sapiente ac propheta patre à puero sacris literis eruditus, & nō forte principum adeptus, neq; regnū ad se nihil pertinens ut aggressus, sed qui iusto iudicio patris, & suffragio dei paterna scepra suscepit. Hic rex erat Hierusalē. Neq; hoc ociosum est, maxime quidē ad eorum qui eiusdē nominis sunt discretionē. Deinde, uero etiam propter celeberrimū templi structurā, quo ipsius opificē cognoscas, et totius in urbe gubernationis, legumq; ac disciplinā auctore. Magnopere autē confert ad exhortationes suscipiendas, regem esse sermonis scriptorē. Si enim regnū est legitima potestas, palam est quod præcepta uitæ à rege edita, qui sanè uere hac appellatione dignus est, multum momenti ac pensu habent, utpote q in cōmune omnibus utile est respicientia, & non ad propriā utilitatis scopum ordinata. In hoc enim differt tyrannus à rege, quōd ille quidem suam cōmoditatem undiquaq; considerat: hic uero quod subditis utile est, procurat. Enumerantur autem & libri utilitates, quæ & quot discipulis, inde accedat: & primum ex parœmijs cognoscere datur sapientiam & disciplinā. Est autem sapientia, scientia diuinarum ac humanarum rerum, & causarū earundem. Qui igitur recte ac feliciter theologiam tractat, nouit sapientiam, uelut etiā beatus Paulus dicit, Sapientiam autē loquimur inter perfectos, sapientiam autē non huius seculi, neq; principū huius seculi, qui abolerent, sed loquimur sapientiam dei in mysterio occultatā, quam prædestinauit deus ante secula. Sed et q ex mundi structura opificem mentē cōcipit, nouit etiā ipse per mundi sapientiam deū. Inuisibilia enim ipsius, à creatio ne mundi, ex creaturis intelliguntur ac conspiciuntur. Adducit autem nos ad notionem dei per hoc quod dicit, Deus per sapientiam fundauit terrā. Et per hoc, Quando parabat cœlum, aderā cum ipso. Et hoc, Eram apud ipsū gubernatrix, & ego eram qua delectabatur. Hæc enim omnia personam sapientiam nobis effingens, quo notionē ipsius euidenter nobis ab ipsa exhibeat, differt. Et omnino quod ait, Dominus creauit me principium uiarum suarum: de apparente mundo sapientia dicit, quæ tantū uocem emittit per ea quæ uidemus, quod à deo facta est: & non casu tanta sapientia in rebus perfectis relucet. Sicut enim cœli enarrat gloriā dei, & opera manuum ipsius annunciat firmamentum: enarrant autem absq; uoce, non enim sunt loquelæ, neq; sermones, quorum ipsorum uoces non audiri. Sic sunt etiam sermones sapientiam præscæ, eius quæ ante alia in officio cū creaturis producta est. Hæc tacens proclamat conditorem ac dominū suum, ut per ipsam ad notionē eius qui solus sapiens est, recurras. Est autem & humana aliqua sapientia, experientia ipsa rerū in uita, iuxta quam sapiētes dicimus eos, qui in singulis utilibus artibus sunt periti. Quapropter etiā maxima libri pars in exhortatione ad sapientiam scriptori huic cōsumpta est. Sapientia in exitibus uiarū hymnis celebratur, in plateis autē libertate dicendi utitur, in summis uero mœnibus prædicatur. Quum enim studiū & ambitionem hominū uideat, et quod omnes naturaliter claritudinē ipsius amplectimur, per sapientiam laudes animas excitat, ad hoc ut neq; segniter, neq; tanq; aliud agentes, ipsam sibi uendicent: ubiq; de ipsa multū sermonem haberi dicit, in uijs, in foro, in munimentis ciuitatis. Quapropter portas dicit, & plateas ac mœnia: per exitus quidem ac plateas claritudinem ipsius ostendens: per mœnia uero, utilitatē ex ipsa, & ad omnem uitæ securitatem sufficientiā. Et uolens nos ipsi cōsuetudine ac necessitudine adiungere, Dixi, inquit, sapientiam sororem tuā esse. Et rursus: Ama ipsam, & seruabit te. Deinde cōmunem ipsius utilitatem ostendens, & quod omnibus similiter utilitas ex ipsa concessa est: Mactauit, inquit, uictimas suas: hoc est, solidum alimentū præparauit, his qui animæ sensus per habitum exercitatos habent. Miscuit in craterē suum uinū lactificans cor hominis. Craterem autem dicit cōmunem, ac popularem bonorum participationem, unde æqualiter omnibus licet, unicuiq; quod possibile & cōpetens est, haurire. Et præparauit suam mensam. Omnia per emphasim dicit, per corporalia spiritualia nobis significans. Rationale enim alimentū animæ mensam nominat, ad quā cum alto præconio nos cōuocat, hoc est, cum dogma

dogmatibus, nihil humile neq; abiectum habentibus. Qui insipiens est, declinet ad me. Quemadmodum enim infirmi medicina opus habent: sic insipientes sapientia indigēt. Et hoc: Melius est enim ipsam mercari quam argenti & auri thesauros. Et hoc: Pretiosior est lapidibus magnæ æstimationis, & quicquid pretiosum est ipsi comparari non potest. Et hoc, Fili si sapiens fies, tibi ipsi & proximis tuis sapiens eris. Et hoc, Filio sapienti prosperæ erunt actiones. Et in summa: licet tibi sermonis ueritatem cognoscere, si per ocium ea quæ de sapientia Solomoni dicta sunt relegeris. Quandoquidem uero in malignā animā nō ingredietur sapientia, purgat prius per diuinū timorem animas eorum qui cum sapientia conuersationem habere uolent. Nam in uulgus projicere salutis mysteria, & omnes similiter suscipere ac admittere, qui neq; uita pura, neq; sermone expō ac sincero usi sunt, simile est uelut si quis in uasculum sordidū pretiosum unguentū immittat. Quapropter principium sapientiam est timor domini. Timor est purgatio animæ, iuxta præcautionem Prophetæ dicentis: Confige ex timore tuo carnes meas. Nā ubi timor inhabitat, illic uniuersa animæ puritas insidet, omni prauitate ac impia actione fugiente, corporis partibus ad absurdas actiones moueri non potentibus, propterea q timore domini sunt confixæ. Quemadmodū enim qui corporales clauos, in seipso infixos habet, nihil agere ac operari potest, doloribus impediētib; à quibus detinetur: Sic qui timore dei occupatus est, nō oculo uti ad ea quæ nō oportet potest, nō manus mouere ad prohibitas actiones, non paruū omnino aut magnū quid præter officium operari, uelut dolore quoquam minarū timore confixus. At uero prophanos, ac impuros paleis adhuc ammixtis, à diuinis dogmatibus ablegat, dicens: Qui uero sine timore sunt, in portis morabuntur. Et hoc: Quæretis apud malos sapientiam, & non inuenietis. Et rursus: Quærent me mali, & non inuenient, quia non purgati sunt diuino timore. Quare qui ad allumendam sapientiam, accessurus est, maliciæ turpitudine per salutarem timorē purgata, accedat. Emergit igitur nobis etiam aliud bonum ex Proverbiorum doctrina, ipsa timoris assumptio, per sapientiam nobis inducta. Porro secundum ex promissis erat, quod ex Prouerbij; detur cognoscere disciplinam. Est autem disciplina, cultus quidam utilis animæ, sapennumero laboriose à maliciæ maculis ipsam expurgans, qui in præsens quidem non uidetur gaudij esse, sed tristitiæ: postea uero fructum pacificum his qui per ipsum exercitati sunt reddit ad salutem. Hanc igitur disciplinam cognoscere non est cuiuscq; mentis. Propterea quod pleriq; molestiam eorum quæ fiunt detrectantes, utilitatem euentus præruditate non expectant: uerum ægreferentes curationis austeritatem, in ignorantia infirmitatibus permanent. Quapropter admiratione dignæ sunt uoces dicentium: Domine ne in furore tuo redarguas me, neq; in ira tua corripas me. Non enim disciplinam recusant, sed iram. Hanc cōsimile est & illud: Castiga nos domine, uerum in iudicio, & non in furore. Et illud, Disciplina siue castigatio domini aperit aures meas. Quemadmodū enim paruus pueruli ad discendum negligentes, post flagella quæ doctores aut pædagogi ipsis incutiunt, attentiores redditi, dogmata suscipiunt, & idem sermo ante plagas quidem non audiebatur, post dolores uero ex flagris, tanquam auribus iam apertis, & auribus excipitur, & memoria conseruatur: Sic etiam in his, qui diuinas negligunt doctrinas, & contemptim ad præcepta affecti sunt, contingit. Quum enim inducta fuerit ipsis à deo castigatio ac disciplina, tunc sanè maxime ea quæ semper dicta sunt, & semper neglecta diuina præcepta, uelut primum iam auribus ipsorum illabentia suscipiuntur. Quapropter disciplina domini, inquit, aperit aures meas. Quandoquidem igitur disciplina admonet inordinate segerentem: uelut Paulus faciebat Satanæ tradens, uelut licitori cuidam torquenti ac flagellanti, ut discant non blasphemari esse. Rebellantem uero reducit, uelut de quo dictum est, quod post captiuitatem suam poenitentiam egit. Necessarium est, scire disciplinam uim, ad quæ commoda existit. Gnarus igitur utilitatis ipsius Solomon, admonet: Ne abstineas castigare paruulum, quia si percusseris ipsum uirga, nō morietur. Tu enim uirga quidem ipsum cædes, uerum animā ipsius liberabis ex morte. Quis enim filius quem nō castigat pater? Hæc disciplina multis diuitijs præstantior apud recte iudicantes habet. Quapropter, inquit Solomon, accipite disciplinā, & non argentū, quo in tempore calamitatum, aut corpore agrotate, aut rebus domesticis afflictis, nunq; de deo malam cogitationem cōcipias, sed in multa tolerantiā plagas ipsius suscipias, dū castigaris ob peccata.

& dicas etiam tu propter disciplinæ cognitionem, illud: Iram domini sustinebo, quia ipsi peccavi. & illud: Bonū est mihi quia humiliasti me. Qualis erat Paulus dicens: Castigati & non mortificati, & hoc: Dum redarguimur, à domino castigamur, ut ne cum mundo condemnemur. Quandoquidem uerò etiam disciplinarum assumptio, disciplina dicitur, iuxta id quod scriptū est de Moyse, quòd in omni sapiētia ac disciplina Aegyptiorū eruditus fuit. Certe non uulgaribus disciplinis seipsum immittere, sed utilissimā disciplinam cognoscere, non parū confert ad salutem. Iam enim quidā aut Geometriæ dediti, quam inuenerūt Aegyptij; aut Astrologiæ, quæ apud Chaldæos in pretio fuit; aut omnino circa figuras, & umbras, et rerū sublimium tractationē occupati, disciplinam ex diuinis oculis neglexerunt. Sed & poetica ac rhetorica, & sophismatū inuentio, multos detinuit, quarū materia mendaciū est. Neq; enim poetica cōsistere potest absq; fabulis; neq; rhetorica citra artē in dicendo; neq; sophistica citra falsarū rationū fraudem. Quandoquidem igitur multi ob studiū harum disciplinarū, cognitionē dei neglexerūt, in rerum uanarum perscrutatione senescentes; necessaria est disciplinæ cognitio, tum ad utilem disciplinā eligendam, tum ad inutilem & nociuā fugiendā. At uerò & prudentiæ sermones intelligere datur ei qui parcemij intentus fuerit, & utilitatē ab ipsis nō legniter susceperit. Prudentiam itaq; unā ex generalibus uirtutibus esse scimus, iuxta quā honorū & malorū ac neutorum perit simus. Prudens uerò nimirū per denominationē ex prudentia appellatus est. Quomō igitur serpens prudentissimus omnium bestiarū fuisse testimoniū habet: Et rursum dominus dicit: Estote prudentes ut serpentes. Et prudens est uillicus iniustitiæ: Aut manifestū est, quòd triplex est prudentiæ nomen. Vna enim, est custodia quaedā propriæ utilitatis, cum insidijs proximi, qualis est serpentis caput suū custodientis. Altera uerò, improbitas morū esse uidetur, quæ repente propriam utilitatē excogitat, & simpliciores deprædat, qualis est uillicus iniustitiæ. Cæterum uera prudentia, dinotio est eorum quæ faciendā sunt & non faciendā: quam qui sequitur, nunquam à uirtutis operibus decedet, nunq; uisij speculo configetur. Qui igitur intelligit prudentiæ sermones, nouit qui dolosi sint ac fraudulentī, nouit item qui optima ex his quæ in uita agenda sunt nobis proferūt. Et quemadmodū sincerus nummularius, id quod sincerū est detinebit, ab omni uerò specie praua abstinebit, Hæc prudentia largitur ædificati domū suam, ut fundamentū ipsius ponat super perram; hoc est fide in Christum fulciat, quo incōcussa permaneat in pluujs ac uentis & fluminum incurribus. Nam constantiam incōcussam in tentationibus, tum humanis, tum his quæ superne nobis inducuntur, per talium uerborū parabolam dominus nobis indicauit. Docet autē etiam nō negligere necessaria, sed preparatis ante tempus uite uiticis, in promptitudine cordis expectare sponsi aduentū: Prudentes enim, inquit, uirgines, propterea q̄ oleum habebant in lampadibus, ingressæ sunt cum sponso; uerum stultæ quia imparatæ erant, à gaudio sponsi exclusæ sunt. Postea uerò uideamus quid est suscipere strophas ac fallacias sermonum. Verus quidem sermo, & à sana mente proficiscens, simplex est & uniformis; eadem dicēs de hisdem semper. Varius autē & artificiosus, multā perplexitatē ac apparatus habens, innumeras figuras assumit, & immensis fallacijs utitur, ad occurrentium placitū se transformans. Quo igitur fortiter resistere possimus ad artificiosorum sermonū incursum, magnā utilitatē parcemij nobis exhibent. Quia qui ipsis intentus est, & admonitiones ipsarū non negligenter assumit, uelut experientia munitus, strophas sermonū innoxie admittit, ita ut neq; ab ipsis perueratur, neq; alicubi à ueritate discedat. Quū enim aliter natura se res habent, & aliter de ipsis sermones persuadere conantur, strophæ quædam ac fallacia est, imò magis peruersio ueritatis per sermonem cōtingens. Et qui alius apparet, alius reuera est, strophis sermonū utitur, fallens conuersantes, uelut lepores & uulpes fallunt canes, aliam uiam monstrantes, & alia digressi. Aut strophæ quædam sermonū, sunt oppositiones ex falso nominata scientia. Quū enim spiritalis doctrinæ simplicitatē nō suscipiant hi, qui ex dialectica ad cōtradictiones acuti sunt, robur ueritatis sæpe sophismatū uerisimilitudine euertit. Suscipit igitur has sermonum strophas, is qui parcemij munitus est: & si aliquādo reperiat problemata, æquales aggressiones in utranq; partē habentia, in quibus uerisimilioris inuētio iudicatu difficilis est: tamen propterea quòd exercitatus est in prouerbij, animo nō confundetur, etiam si quam maxime sibi uideant hi qui contra disputāt, ex æquo argumentorū plagas inferre.

Largitur

Largitur parcemij etiam intelligere iustitiam uerā. Quandoquidem igitur iustitia est habitus distribuens secundū dignitatem. Difficile autē sit hoc assequi, quum alij quidem propter prudentiæ defectum, nō reperiant quomō unicuiq; id quod æquū est distribuāt. alij uerò propterea q̄ affectionibus humanis præoccupati sunt, iustitiā obfcurent; quum pauperes quidē contemnant, potentes autē iniustos nō coarguant; daturū se pollicetur suis, discipulis Prouerbiōrū liber, ueræ iustitiæ cognitionē. Et quoniā pleriq; apud uulgus laudē uenantes, re ipsa quidem iniustitiā & lucrū uelut utile præferunt; habitu uerò & sermone æqualitatē & iustitiam ualde admirantur, neq; hos ignorabit parcemij eruditus, uerum cognoscat quæ adulterina & spuria, & quæ uera ac sincera sit iustitia. Quādo uerò etiam externi sapientes multos de iustitia sermones proposuerunt, & probabilib. dictis fallunt eos qui nō possunt ueram rationē huius quæsitū assequi; promittit liber uerā iustitiam se indicaturū esse, ut sophismatū noxā euitemus. Iam uerò etiam legitima gentiū facta multam inter se diuersitatē habentia, confusionem inducunt animis eorū qui non exactam iustitiæ rationē apprehenderunt. Etenim aliquæ gentes parricidiū iustū ducunt. Aliæ omnē cædem ut scelestam auerfantur; aliæ temperantiā colunt; aliæ matribus & filiabus ac fororibus miscentur. Et in summa, multi ueteri cōsuetudine detenti, scelus factorū suorum nō agnoscunt. Verum hic liber de uera iustitia docens, homines à brutis illis et absurdis affectionibus liberat. Est autē iustitia quædam quæ inter nos uersatur, æquū uidelicet distributio, quam etiam si nō exacte assequamur, tamen animo iusto facientes, à scopo nō excidimus. Alia uerò est quæ cœlitus à iusto iudice inducitur, tum corrigens, tum retribuens. Cuius speculatione magna & difficilis est, propter dogmatū in ipsa repositorū sublimitatē. Hoc enim Psalmistā dicere opinor: Iustitia tua uelut montes dei. Promittit igitur hanc reuera uerā ac diuinā iustitiā, se manifestaturū esse his qui exercitati fuerint in prouerbiali doctrina. Rursum quū peccata partim inuoluntaria sint, partim à praua mente procedant, & iustitiæ finis nō idem in his sit, uelut uerbi causa; Sit scortatio quod iudicari debet, & sint scorta duo; uerum alterū quidē sit lenoni uenditū, & ad necessitatē peccet, quæstū ex corpore malo domino exhibens; alterū uerò propter uoluptatē uoluntarie peccato deditū. Itaq; aliter in uoluntaria ueniam cōsequuntur, & aliter ea quæ ex praua uoluntate sunt condemnantur. Rursum, alius qui ipsam peccauit, prauæ ab initio educatus; nam et à parentibus iniustus ad uitam productus est, & uerbis ac factis iniquis cōnutritus est; alius uerò multa habens prouocatiā ipsam ad uirtutē, educationem optimā, admonitionem parentū, præceptorum sinceritatē, auditiōnem diuinorum sermonū, dietam modestam, & alia quibus anima ad uirtutem instituitur, deinde etiam ipse in simile peccatum delapsus est. Quomō non merito talis grauiori supplicio puniatur? Ille enim ob solos in animis nostris dispersos salutares impetus accusabitur, tanq; ipsis non probe sit usus. Hic uerò ad hoc, etiā uelut qui omnem in se collatam opem perdidit, & propter inanimaduertentiā ad malam uitam detractus sit. Itaq; uerā intelligere iustitiam, magnæ reuera intelligentiæ, ac mentis perfectissimæ est. Fortassis autē & promissionē habet, eum qui in prouerbij eruditus est, de cætero posse exactius Theologiæ incumbere. nam uera iustitia Christus est, qui nobis genitus est sapientiā à deo, iustitiāq; ac sanctificatio & redemptio. Cōiunctum est autem cum eo quod det parcemij iustitiā uerā intelligere, etiam iudicium dirigere. Impossibile est enim, eum qui non præuoluit sit in iustitiæ cognitione, ambiguas res recte iudicare posse. Neq; enim ipse Solomon, si non iustitiæ rationes exactas in seipso habuisset, celebre illud iudiciū à deo recte & apposite efferre potuisset, quod meretricibus de puero iudicauit. Quum enim testimonio carerent ea quæ ab utraq; dicebantur, ad naturam processit, & per ipsam quæ ignorabantur inuenit, quum ea quæ aliena erat indolenter peruenirem admitteret, uera autem mater ne audire quidem sustineret eam crūdilitatem, propter naturalem amorem. Qui igitur nouit ueram iustitiam, & per ipsam doctus est, unicuiq; distribuere quod suum est, is potest dirigere iudicium. Quemadmodū enim sagittarius telum ad scopum dirigit, neq; excessu neq; defectu, neq; in utranq; partē præuaricatione, à iaculatione aberrans; Sic iudex iustitiam cōiectat, nec personas suscipiens, personam enim in iudicio cognoscere honestū nō est; neq; faciēs aliquid ad preces, sed recta & imperueria iudicia proferens. Et si duo iudicentur ab ipso, alter plus habens, alter minus, iudex consistit ad æquans ipsos inter se, & tantū auferens à præminente, quantum inferiori rem factum

rem factum reperit eum cui iniuria facta est. Qui uero ueram iustitiam non habet in anima sua prius iustitiam, sed aut pecunijs corruptus, aut amicitijs gratificatur, aut inimicitiam ulciscitur, aut potestate reueretur, iudicium dirigere non potest. Ad quem dicit psalmus: Si uere itaq; iustitiam loquimini, rectas iudicate filij hominum. Argumentum enim iuste affectionis, est circa iudicandam recitudo. Vnde etiam ipse in progressu interdicat dicens: Pondus magni & parui, & mensura duplices, abominabilia apud dominum; per ponderum appellationem, prouerbialiter circa iudicium inaequalitatem indicans. Non est autem iudicantibus solum utile hoc, sed etiam ad singulas res in uita eligendas. Quum enim habeamus in nobis iudicium naturale, per quod bona a malis discernimus, necessarium est nobis ut in rerum agenda recte electione rectas ipsarum discretionem faciamus, & uelut iudex quispiam, aequali ac iustissima mente contraria diiudicemus, uirtuti quidem faueamus, uicium uero condemnemus, uelut exempli loco, scortatio & temperantia apud te iudicanda sistuntur, & mens tua in alto praesidet iudicium sibi commissum habens. Et uoluptas quidem patrocina scortationi; timor autem dei adstat temperantiae. Si igitur condemnaueris peccatum, & uicioriam dederis temperantiae, rectum fecisti rei iudicium. Si uero ad uoluptatem inclinatus, pronunciaris pro peccato, obliquum fecisti iudicium; reus factus execrationis eius qui dicit: Vae uobis qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum: qui dicitis lucem tenebras, & tenebras lucem. Quandoquidem igitur iuxta Solomonem: Cogitationes iustorum iudicia sunt. Illud studio habere oportet, ut inuis in occulto cogitationum iudicario foro, iudicia rerum minime peruersa faciamus, & ut mentem trutinam similem habeamus, quae singula facienda contra inclinationem ponderet. Quum unumquodque praecipuum ad oppositum ipsi uitium, apud te diiudicatur, da legi dei uictoriam contra peccatum. Redundantia ac plus habendi appetentia, & aequalitas iudicatur: pronuncia contra alienorum cupiditatem, meliorem calculum uirtuti praebes. Conuictum & longanimitas inter se dissident: pudefacto conuictum, & praeser longanimitatem. Inimicitia & dilectio contendunt: illam ignominia afficit & longissime exterminato, dilectionem uero honorata tibi ipsi familiare facit. Simulatio & simplicitas, fortitudo & timiditas, prudentia & stultitia, iustitia & iniustitia, temperantia & proteruitas: & in summa, omnis uirtus ad omne uitium iudicatur. Tunc sane iudiciorum rectitudinem ostendit in occulto animae tuae iudicio. Et praecipuum uelut assessor tibi facit, odiumque mali declarato, ita ut peccata auerferis, & praeferas uirtutes. Si enim in singulis actionibus meliora apud te uincere feceris, beatus eris in illa die, quando iudicabit deus ocula hominum, iuxta Euangelium nostrum: & interim dum cogitationes se mutuo accusabunt, aut etiam defendent, non abibis condemnatus propter inclinationem ad mala, sed iustitiae coronis honoraberis, quibus per omnem uitam tuam uirtutem coronasti. Quam uero honorum largitor tibi fiet Proverbiorum liber, docens & ueram iustitiam, & dirigere iudicium. Quid igitur ad haec amplius? Ut det innocentibus astutiam: puero uero iuuenulo sensum & intelligentiam. Dupliciter intelligimus innocentiam, Aut enim a peccato alienationem ratione correctam, & per longam attentionem ac studium bonorum, uelut radice uitij excisa, iuxta perfectam ipsius priuationem, innocentiam appellationem accipimus. Aut innocentia est mali nondum experientia, quum propter iuuentutem saepe, aut uitae alicuius institutum, aliqui ad uitia quaedam nullo experimento praediti sunt, uelut, puer non nouit superbiam, non nouit dolum & fallaciam. Rursus, sunt quidam ruri habitantes, qui non sciunt mercatorias improbitates, neque forenses contentiones. Tales innocentes dicimus, non ut ex uoluntate a malitia separatos, sed uelut qui nondum ad malum habitum peruenerunt. Proprie uero innocens est, qualis erat Dauid dicens: Ego in innocentia mea ambulauit, qui uidelicet omnem prauitatem, per uirtutis exercitationem ab anima sua amouit, qui etiam haereditate bonorum dignus censet: quia dominus non priuabit bonis ambulantes in innocentia. Qui talis est, confidenter dicet: Iudica me domine, quia ego in innocentia mea ambulauit. Et rursus, Iudica me domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me. Innocentem autem uelut per characterem exprimentur ac ostendunt, simplicitas morum, generositas, & nullo artificio concinnata oratio. Quam uero erat Iacob, sincerus, inquit, & nulla conficta specie domum habitans, hoc est, naturali simplicitate utens, nullam ex arte confictam figuram, uelut personam sibi ipsi ad occurrentes decipiendos circumponens. Hic tamen innocentem dicere uidetur, mali inexpertum, quem etiam laudabili astutia opus habere dicit, quo ad naturalem simplicitatem, etiam prudentiam

dentiam ex experimento acquirat, & uelut scuto quodam bona astutia munitionis, insidijs inimicorum agere impetiri possit. Oportet enim opinor perfectum, prudentem quidem esse ad bonum, simplicem uero ad malum. Hinc igitur uelut ex fonte quodam hauriant innocentes salutare astutiam. Vir enim astutus, thronus est sensus. Et, Astutus malis accedentibus occultatur. Et, Qui obseruat redargutiones astutior est. Est igitur astutia actio omnium iuxta studium artificiosum. Quomodo dum maleficium solius mali est operatio. Quum igitur omnem operationem assumat astutus, in omnibus autem etiam mala sunt, duo significat astuti appellatio. Et qui quidem in detrimentum aliorum astutia operum utitur, malus est. Verum laudabilis est astutus, qui repente & prudenter proprium bonum inuenit, & dolose ac insidiosae struclias ab alijs fraudes euitat. Itaque diligenter attende ad astutiae uocem, & nosce quod medium quidam habitus est, iuxta quem alter ex sano proposito, in utilitatem suam & propinquorum, ipsa utens, laudatus est: Alter uero in detrimentum propinquorum ipsam tractans, reprehensibilis, ad occasionem perditionis hoc studio utens. Plena est autem historia usus huius studij in utraque partem. Honestas est astutia Hebraeorum, qui deceperunt Aegyptios, & tum mercedem operarum ab urbibus acceperunt, tum materias sibi ipsi ad parandum tabernaculum comparauerunt. Laudabiliter astutia usae sunt nutritrices masculos Hebraeorum sibi asserentes. Honestas est astutia Rebecca, quae magnam benedictionem filio procurauit. Honestas astuta fuit Raab, honeste Rachel, quarum altera exploratores seruaui, altera patrem decepit, & ab idololatria liberauit. Maligne uero astutia uisunt contra Israelitas Gabaonitas. Mala fuit astutia Absalonis, qui in specie aequitatis subditos pellexit, & magnam defectorum ac rebellium copiam ad insidias patris collegit. Rameh eduntur etiam aliqui, uelut qui contra populum dei astuta mente uis fuerint, Hic tamen astutiam quae in utilitatem assumitur sermo probat, ut quae uelut scutum est ad uitae negotia ac actiones, & animas suppliciorum per seipsam munit. Si enim hanc astutiam habuisset Eua, non facile correpta fuisset fraudibus serpentis. Itaque innocentem, qui propterea quod credit omni sermone, facile mente corrumpitur, proposita parcemiarum doctrina munit, uelut auxilium ad uitae negotia, utilitatem ex astutia ipsi exhibet. Consequens est ut consideremus quomodo puero iuuenulo det sensum & intelligentiam. Quandoquidem duplex est homo uelut Apostolus ait, alter externus, alter internus: necesse est nos tum iuxta eum quem uidemus, tum iuxta eum quem in occulto intelligimus, etiam etate in utrisque confirmatim accipere. Itaque dicere, recens genitum puerum sensum corporalem accipere, non procul a risu abest. Quem enim ex sensibus liber largiri potest: quum & uisus & auditus & olfactus ac gustus & tactus statim nobiscum generetur, & non ex doctrina accedant, sed natura per has animal ipsum absoluat. Neque igitur puerum corporaliter accipere oportet, neque sensum aliquem ex enumeratis: sed ad internum hominem aetates transferendae sunt. Didicimus enim in multis scripturae locis & puerilem animae statum, & alium uigoris, & alium senectutis. Velut quaedam Paulus docet: Corinthij pueri erant, quapropter etiam lacte ad huc opus habebant, introductoria et simpliciore Euangelij doctrina, nondum potentes solidum in dogmatibus alimentum superare. Adolescens autem secundum animam est, qui omnibus uirtutis partibus absolutus ad perfectum est, qui spiritu feruet, qui ad pietatis actiones uegetus est, & ad omnem bonorum operum contentione uigore praeditus: quem etiam uiolentum appellat Euangelium, potentem rapere regnum caelorum, quem etiam ad hymnos uelut idoneum sanctus spiritus assumit: Adolecentes enim, inquit, & uirgines laudent nomen domini. Et in Iohanne, promissiones habent adolecentes uidendi uisiones. Senior autem est secundum animam qui prudentia perfectus est, qualis erat Daniel, in iuuenili corpore, prudentiae autoritatem omni canicie uenerabilior ostendens. Quapropter autem ad ipsum illi pleni dierum malorum. Huc ades ac confide in medio nostrum, & doce nos, quia dedit tibi Deus sensum dignitatem ac prerogatiua. Igitur & hic puerum iuuenulum dicit, eum qui per lauacrum regenerationis renatus est, nutriturque ac efficitur uelut puer, & per talem statum idoneus ad regnum caelorum. Huic sane sic recens nato puero, rationale et non dolosum lac expetenti, dat liber proverbiorum per ipsum exercitato, sensum & intelligentiam: sensum quidem praesentium, intelligentiam uero futurorum. Erudit enim in rebus humanis, & negotiorum sensum ipsis largitur, ut neque absurdis uoluptatibus seruiant, neque ad inanes mundi huius glorias consternantur. Inducit autem & futuri seculi intelligentiam, & per ea quae dicit ad fidem promissorum

promissorum adducit. Quandoquidem uerò ætatum differentiam ad internum hominẽ transtulimus, consequens est etiam sensu nomina ad potentias animæ trãsserre. Quare quum dicat, meis uerbis aurem tuam adhibe, scire nos oportet, quòd obediẽtiã animæ requirit. Quemadmodum etiam dominus: Qui habet aures ad audiendum audiat. Et illud: Sermo sapiens in aurem obedientem. Per hæc itaq; & consimilia dat puero iuuenulo auditus sensum sanum. Quum autem dicit: Ne attende mulieri prauæ. Et rursus: Ne eleues oculum tuum ad ipsam. Et, Oculi tui recta uideant: manifestum se facit quòd uelut uisionem animæ puero largitur. Et quum admonet: Comede mel fili mi, ut dulcescat guttur tuum: mel figurate diuinam doctrinam nominãs: Quam dulcia enim, inquit, gutturi meo oracula tua, super mel ori meo. Per hanc admonitionem spiritualem animæ gustum proponit, de quo dictũ est, Gustate & uideate, quoniam bonus est dominus. Est autẽ & tactus quispiam animæ, per quem ipsa sapientiã attingit, uelut amplectens amatorẽ suum: Ama enim, inquit, ipsam, ut te amplectatur. Et rursus Ecclesiastes: Tempus est amplectendi, & rursus tempus longè discedendi ab amplexu. Corpora equidẽ amplexibus impuris contaminantur. Anima uerò sapientiæ amplexu tota per totam ad ipsam unita, sanctificatione completur ac puritate. Et sic quidem sensum puero iuuenulo prouerbia largiuntur. Intelligentiam uerò quomodo inducunt? Quum dicit: Non proderunt diuitiæ in die mala. Immittit enim cordi tuo cogitationem de die illa, in qua pecuniarum multitudo tibi non auxiliabitur, neq; eximet te ab æterna pœna. At quum dicit: Innocentes autem possidebunt terram, terram uidelicet illam; cuius etiam mites sunt hæredes, iuxta psalmistam dicentem: Mites uerò possidebunt terram. & iuxta domini beatificationem: Beati em, ait, mites, quia ipsi hæreditabunt terrã. Et rursus: Gloriam sapientes adipiscuntur, ad concupiscentiam bonorum promissorum animã erigit. Hanc intelligentiam dant puero iuuenulo, timorem quidem minarum peccatoribus, cupiditatem autẽ eorum quæ parata sunt iustis. Hæc autem ubi audierit sapiens, sapientior erit. Magnũ testimonium paræmĩs hic sermo præbet, quòd transcendunt sapientum sapientiã, & quòd quæ in hoc libro traduntur, maiora sunt doctrinis, quibus illi præditi sunt. Quare reliquorum magistrorum discipuli rudes sunt, uerum huius libri auditores sunt ipsi sapientes. Quandoquidem uerò æquiuocum est sapientum nomen: Sapientes enim & huius mundi dicuntur: sapientes item qui ueram sapientiã dominũ nostrum Iesum Christum ex fide in ipsum susceperunt: externos sapientes ubi ad sanam proœmiarum doctrinam accesserint, sapientiores fore sermo pollicetur, ita ut rerum uanarum cognitionem ignominiosam ducant, & admirationem ad ueritatem transferant. Aut quia multifariam dicitur sapiens. Nam & qui sapientiã concupiscit, & qui iam in profectu speculationum sapientiæ consistit, & qui habitu perfectus est, similiter appellantur. Hæc ubi audierit sapiens, siue sapientiæ amator, siue iam in ipsa progressus, sapientiores erũt: & multa diuina dogmata discant, multa item humana doceantur, quum uarie quidem liber hic malitiam ac uitium profliget, multis uerò rursus modis uirtutem introducat. Linguam iniustam frenat, oculum erudit praua inspicientem, manibus iniustis imperium non permittit, oculum infectatur, concupiscentias absurdas castigat, docet prudentiam, docet fortitudinẽ, temperantiam magnificat. Qui igitur hæc edoctus est, & apud se deteriora fortiter criminetur, et boni appetentiam maiori impetu, uelut per quandam acclamationem adeptus est, sapiens existens per propriam concitationem, sapientior fit per perfectionem ex doctrina accessoriam: & intelligens gubernationem adipiscetur. Qui ad artem aliquam assuendam accedere uolet, eum naturales aptitudines præparatas habere oportet. Luctatorem, corporis conformationem ac robur. Cursorem, membrorum concinnitatem ac leuitatem. Sic etiam gubernatorem, mentis acumen, & assequendi celeritatem. Quapropter non quemlibet ad gubernationem sermo uocat, sed intelligentem. Quid est autem gubernatio? An omnino scientia animæ circa instabilem rerum humanarum naturam, quomodo ipsam transire oportet. Nam in multis locis inuenimus uitam hanc, aquas & mare à scriptura appellatam. Velut in psalmo: Emisit ex alto, & cepit me, suscepit me ex aquis multis. Manifestum est enim quòd turbas uitæ, aquas dicit. Nam neq; res secũdas, & quarum studio pleriq; tenentur, stabilitatem & diurnitatem habent: neque calamitates ac res tristes firmam sedem habent, sed omnia fluctibus ac turbationibus & impro-

uuis

uuis mutationibus subiecta sunt. Quemadmodum igitur impossibile est mare diu in eodem statu permanere: quòd enim nunc leue ac tranquillum est, paulò post uidebis uiolentia uentorum exasperatum, & tamen etiam efferatum ac undis efferuescens, alta tranquillitas statim sedat. Sic etiam res humanæ uitæ faciem in utraq; partem cõuersionem accipiunt. quapropter gubernatore opus est, quo & in tranquillitate uitæ omnibus ipsi secundo flumine procedentibus, mutationes expectet, & non in præsentibus, uelut perpetuis conquiescat, & in tristiore statu de seipso non desperet, neq; per nimiam mœstiam deuoratus submergatur. Neq; enim corporis sanitas, neque iuuentutis flos, neq; domus splendor, neq; reliqua uitæ prosperitas diu perseverat. Sed ubi in hac uitæ serenitate consistis, rerum tempestatem aliquando expecta. Veniet enim morbus, et ueniet paupertas, uento non semper iuxta puppim consistente. Sed & circumspicuum in omnibus ac admirandum, sæpe improuisa ignominia apprehendunt, & omnem uitæ felicitatem uelut turbines quidam, calamitates præter animi sententiam accidentes conturbant. Et assiduitas malorum uelut undarum fluctus tibi sunt, dum alia super alia excitantur, quæ uitam tibi exasperant, & horrendam uitæ tempestatem tibi inducunt. Videbis autem aliquando etiam hæc præterlapsa, & uitam ad hilaritatem, & albam reuera tranquillitatem transmutatam. Hic igitur est intelligens gubernator, qui ea quæ accidunt appositè ad subiectam naturam tractat, & similis semper ipse sibi ipsi permanet, & neq; rebus lætis attollitur, neq; in calamitatibus concidit. Rursus etiam ad alia nobis utile est gubernationis bonum. Noui enim & alios fluctus, & tempestatem horrendam aduersus animam insurgentem ex affectibus carnis. Iræ enim & timores, uoluptates & tristitia, ex sapientia carnis, uelut ex uolenta aliqua tempestate allapsa, sæpenumero animam gubernatore carrentem demerferunt. Oportet igitur mentem uelut gubernatorem affectibus præsidere, & carnem uelut nauigium incendere, & cogitationes uelut clauos erudite circumuerrere, & undas generose conculcare, ita ut ipsa alta permaneat, & ab affectibus ægrè adiri possit, & nequaquam amaritudine ipsorum uelut sanguine quadam impleatur, sed semper orans dicat: Vtinam liberer ex his qui oderunt me, & ex profundo aquarum, ne me demergat procella aqua, neq; absorbeat me profunditas. Si uis adhuc aliam tibi nauigationem narrabo, ad quam necessarium est nobis gubernationis donum. Regnum cœlorum simile est uiro mercatori. Omnes igitur qui Euangelicam uiam ambulamus, mercatores sumus, per præceptorum quæstum, cœlestium possessionẽ nobis ipsis acquirentes. Oportet igitur nos multas & uarias cœlestes diuitias colligere, si non pudesceri uelimus in quæstus ostensione: uelut qui acceperunt talenta, neq; audire serue nequam & piger. Et impositis mercibus, securè uitam hanc transire conari: pleriq; enim multis collectis à iuuentute, circa mediũ uitæ existentis, insurgentibus ipsis tentationibus ex uentorum malignitate, tempestatis grauitatem non sustinuerunt, propterea quòd gubernatio ipsis non adesset, sed omnium illorum damnum perpessi sunt. Vnde alij quidem circa fidem naufragium fecerunt, alij temperantiam, quam à iuuentute collegerunt, uoluptate praua uelut procella quadam incurrente, perdiderunt: Miserabile spectaculum, post ieiunium, post durum uitæ ductum, post prolixas preces, post lachrymas largè profusas, post abstinentiam annorum uiginti aut fortassis triginta, propter inaniam aduertentiam animæ & negligentiam, nudum & spoliatum omnibus conspicitur, & eum qui præceptorum quæstus opulentus est, consimilem fieri mercatori cuidam opulento: qui ob copiam mercium lætus secundo uento procedente nauicula, horrenda maria transgressus, diffractio ad ipsos portus nauigio, omnibus simul destitutus conspicitur: Si & hic infinitis laboribus ac sudoribus acquisita, ad unicum dæmonis incursum perdat, per peccatum uelut feram ac immanem quandam procellam submersus. Quare conueniens uox est ei qui omnem simul uirtutem naufragio amisit, Veni ad profundum maris, & procella submersit me. Habe igitur in tuto uitæ gubernacula, gubernata oculum tuum, ne quando tibi impetuosis concupiscentiæ fluctus per oculos illabatur: gubernata aures, ne suscipiant quid nocuum: gubernata linguam, ne loquatur quid interdictum. Ne te euertat iræ turbo, ne te demergant formidinum terrores, ne te obruat tristitiæ onus. Vnde sunt ipsi affectus, quibus si te ipsum altiore eleuaueris, securus uitæ gubernator eris. Si uerò non prudenter & constanter singula hæc declinaueris, uelut nauigium quoddam non saburratum &

guber-

gubernatore carens, ab his quæ semper accidunt circumfereris, & in pelago peccati diffi paberis. Audi igitur quomodo tibi gubernationis contingere possit scientia. Mos est nauigantibus ad cœlum respicere, atque inde nauigandi ductum sumere, in die quidem à sole, noctu uerò ab urfa, aut alio quopiam semper apparente sidere, & ex his semper re- citudinem coniectare. Et tu igitur oculos ad cœlum attolle, iuxta eum qui dixit: Ad te leuauit oculos meos qui habitas in cœlis. Respice ad solem iustitiæ, & uelut astris quibus- dam illustribus, mandatis domini dirigendum te exhibe, & uigilantem oculum habe. Ne dederis somnum oculis tuis, neq; palpebris tuis dormitationem, ut perpetuum ha- beas ex mandatis ductū. Lucerna enim, inquit, pedibus meis lex tua, & lux semitis meis. Si enim nunquam ad clauos dormitaueris, donec in uita hac fueris, in instabili mundi re- rum natura, etiam auxilium cooperatis spiritus accipies, qui te semper ulterius deducet, & lenibus ac pacificis auris secure transuehet, donec conserueris ad tranquillum illum ac serenum portum, ipsius uoluntatis Dei, cui gloria & imperium in æterna secula secu- lorum, Amen.

● **DIVI BASILII MAGNI CONCIO**
EXHORTATORIA AD SANCTVM BAPTISMA,
Iano Cornario medico physico interprete.



SAPIENS ille Solomon tempora rerum gerendarum in uita di- stinguens, & singulis quæ sunt idoneum assignans, inquit: Omni- bus est tempus, & temporis in omni re occasio, tempus nascendi, & tempus moriendi. Ego uerò immutata paululum sapientis sen- tentia, dixerim uobis salutare præconium annuncians, quòd tem- pus est moriendi, & tempus nascendi. Quæ uerò est ratio immu- tationis? Quòd ille quidem de generatione ac correptione disse- rens, corpoream naturam sequens, generationem ac natiuitatem morti præposuit. Impossibile est enim mortis periculum subire eum, qui non prius natus est. Ego uerò de spirituali regeneratione uerba facturus, mortem uitæ præpono, per hoc enim quòd carne morimur, contingit nobis ut spiritu generemur. Iuxta quem modum di- cit etiam dominus: Ego occidam, & uiuere faciam. Moriamur igitur ut uiuamus, occi- damus sapientiam carnis quæ legi Dei subijci detrectat, ut sapientia spiritus fortis in no- bis generetur, per quam uita & pax contingere solet. Consepeliatur cum Christo, qui pro nobis mortuus est, ut resurgamus cum eo qui nobis resurrectionis auctor fuit. Tem- pus quidem igitur aliud alijs rebus idoneum est, proprium est somni, & proprium uigi- liarum, proprium belli, & proprium pacis. Verum tempus baptismatis est tota huma- na uita. Neq; enim corpori non respiranti uiuere possibile est: neq; animæ consistere non cognoscenti conditorem. Dei enim ignorantia mors est animæ. Qui uerò non baptiza- tus est, non illuminatus est. Absq; luce autem, neque oculus quæ sua sunt uidere potest, neq; anima speculationē assumere ualet. Omne itaq; tempus opportunitatem habet ad salutem per baptismum, siue diem dicas, siue noctem, siue horam, siue temporis punctum, siue quid minimum ac breuissimum. Verisimile est autem multò commodius esse pro- prium ac magis cognatum tempus. Quid uerò magis cognatum baptismati esse possit quàm dies paschalis? Dies enim ipsa memoriale est resurrectionis, Baptisma uerò po- tentia est ad resurrectionē. Itaq; in resurrectionis die, resurrectionis gratiam suscipiamus. Quapropter ecclesia alumnos suos alto præconio eminus conuocat, ut quos olim par- tūrit, tunc pariat: & à catechismi institutione prima, uelut lacte remotis, solidum dogma- tum alimentum gustandum præbeat. Ioannes prædicauit baptismum poenitentia, & egre- diebatur ad ipsum tota Iudæa. Dominus prædicat baptismum adoptionis in filios, & quis ex his qui in ipsum sperant non obediunt? Illud baptismum inductarum erat, hoc perse- cutiuum est: illud secessus à peccato, hoc confortium ad deum. Vnius uisus erat prædicatio Ioannis, & omnes ad poenitentiam traxit. Tu uerò & per Prophetas doceris lauare, mun- di este, & per psalmos admoneris: accedite ad ipsum & illuminamini, & per Apostolos Euangelium nunciari audis: poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque in nomine domini

domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorū, & accipietis promissionem sancti spiritus: & ab ipso domino assumeris, dicente: Venite ad me omnes qui fatigati estis & onere pressi, & ego reficiam uos. Hæc enim omnia hodie ad lectionem concurrerunt, & tamen cunctis & deliberas atque expectas. A paruulo catechismi doctrina instructus, nondum ueritati assentiris, semper discens nondum peruenisti ad cognitionem. Experi- mentator per uitam, explorator usq; ad senectam, quando fies Christianus: quādo agno- scemus te ut nostrum? superiore anno præsens tempus expectabas, nūc rursus expectas futurum. Vide ne reperiaris tibi longiores uitæ facere promissiones. Nō scis quid sequēs dies pariet, ne tibi promitte quæ tua non sunt. Ad uitam te uocamus o homo, quid fugis uocationem? Ad bonorum participationem, quid negligis donum? Regnum cœlo- rum apertum est, qui uocat, non mendax est, uia facilis est, non tempore, non sumptu, non negotio opus est: quid cunctaris? quid tergiversaris? quid iugum times, uelut iu- uencula aliqua iugum nondum experta? bonum est, leue est, non atterit ceruicem, sed glorificat. Non enim circum collum ligatur lignum à iugo pendens, spontaneum tra- ctorem requirit. Vides quod accusatur Ephraim, uelut iuuenca cestro percita, quod in- ordinate oberrat, legis iugum detrectans? Subde indomitam ceruicem tuam, fias iumen- tum Christi, ut ne dimisso iugo, & uitam liberam degens, feris corripiendus expositus sis. Gustate & uidete, quoniam bonus est dominus: dulcedinem mellis quomodo igno- rantibus declarare possim? gustate & uidete. Sensus omni ratione euidentior est ad ex- perimentum. Iudæus circumcissionem non differt propter minas: quia omnis anima quæ non circumcidetur octaua die, disperdetur ex populo ipsius. Tu autem circumcisio- nem manu non fientem, sed quæ exuta carne in baptisate perficitur, differis, quum ip- sum dominum audieris dicentem: Amen amen dico uobis, nisi quis renatus fuerit per aquam & spiritum, non ingredietur in regnum Dei? Et illic quidem est dolor & ulcus, hic autem ros animæ, & ulceris cordis medela. Adoras eum qui pro te mortuus est: ad- mitte igitur ut cum ipso per baptismum sepeliaris. Si non complantatus fueris per simili- tudinem mortis ipsius, quomodo socius resurrectionis eris? Israel ille in Moysem bap- tizatus est, in nebula & in mari, typos tibi quasi per manus tradens, & ueritatem in extre- mis temporibus ostendendam, quasi per characterem exprimens. Tu autem fugis ba- ptisma, quod non in mari figuratur, sed in ueritate perficitur: non in nebula, sed in spi- ritu: non in Moysem conseruum, sed in Christum creatorem, Israel si non transisset mare, non liberatus fuisset à Pharaone. Et tu nisi transieris per aquam, ab amara diaboli tyrannide non liberaberis. Non bibisset utiq; ille ex spirituali petra, si non figurate bap- tizatus fuisset. Neque tibi quis dabit uerum potum, nisi uere baptizatus fueris. Comedit panem angelorum ille post baptismum. Tu uerò quomodo comedes panem uiuentem, si non prius baptismum susceperis? Ingressus est ille ad terram promissionis propter ba- ptisma. Tu uerò quomodo redire possis ad paradysum, baptismate non insignitus? An ignoras quòd flammeus gladius positus est ad custodiendam uiam ligni, incredulis qui- dem horridus & inflammatus, credentibus uerò facilis accessu ac placide fulgens. Et fecit dominus ipsam ut conuertatur. Quum enim fidelem uiderit, terga dat: quum uerò aliquem non signatum, aciem obuertit. Helias currum ignis & equos igneos ad ipsum uenientes non expauit, sed ob cupiditatem profectiois ad superna, contra horrenda audax fuit, & cum gaudio flammeos currus incendit, atque hoc in carne adhuc uiuens. Tu autem non igneos currus incensurus, sed per aquam & spiritum ad cœlum ascen- surus, non accurris ad uocationem? Ostendit Helias uim baptismatis in ara holocausto- rum, non per ignem sed per aquam, uictimam totam exurens. Alias quidem igitur ignis natura cum qua pugnat. Postquam uerò tunc aqua tertio ad aram diffusa est, princi- pium igni dedit: & uelut oleum flammam accendit. Accipite mihi, inquit, hydrias, & in- fundite super holocaustum & super segmenta lignorum. Et dixit: Rursus idem facite: & iterum fecerunt. & tertio: facite, & tertio fecerunt. Ostendente nimirum sermone hoc, quòd qui adducitur per baptismum, Deo familiaris redditur: & quòd lux pura & cœlestis, in animis accedentium, per fidem in trinitatem refulget. Si aurum Ecclesiæ di- stribuerem, non sanè dicerem mihi, cras ueniam & cras dabis: sed exposceres utiq; iam,

distributionem iurgens, & dilationem agreferes. Quum uerò non materia illustrem colorem, sed animæ puritatem, magnorum ille donorum largitor offert, excusationes fingis, & causas enumeras, quum ad donum accedere oportebat. O rem admiratione dignam. Renouaris, & non conlaris; reformaris, & non contereris; curaris, & non dolore affligeris; & non consideras beneficium. Si seruus hominum esses, & proposita esset seruis libertas, nonne ad statam diem occurrisses, patronos conduxisses, & iudices inuocasses, ut omni molimine in libertatem asseraris? nimirum & alapam postremam seruorum plagam, pro liberatione in posterum à uerberibus pertulisses? Quum autem te seruuum non hominum, sed peccati, præco ad libertatem uocat, quo liberet te à captiuitate, & ciuem æqualiter cum angelis faciat, & filium te Dei declaret per gratiam adoptatum, & hæredem bonorum Christi, nondum tempus tibi esse dicis, ut quæ dantur suscipias? O praua impedimenta, ô turpem et prophanam occupationem. Usquequò uoluptates usquequò delicta? Multum tempus uiximus mundo, reliquum uiuamus & nobis ipsis. Quid cum anima conferendum est? quid regno cœlorum comparandum? Quis fide dignior consiliarius tibi quàm deus? quis prudentior sapienter aut quis utilior bonor? quis creatore coniunctior? Neque Euaë conducibile fuit serpentis consilio magis credere quàm dei. O uerborum absurditatem. Non habeo ocium ut sanus fiam, nondum ostendas mihi lucem, nondum coniungas me regi. Non hæc palam dicis? Imò etiam his absurdiora. Tu uerò si quidem mulctatus esses, & reipublicæ deberes, & æris alieni decisiones reia per nouas tabulas denunciata essent. Deinde esset quispiam qui per calumniam, exortem te huius concessionis ac indulti facere conaretur, indignareris utiq; ac uociferareris, tanquam qui pertinente ad te communis beneficii portione spoliaris. Quum uerò non solum remissio præteritorum, sed etiam munera futurorum annunciata sint, ipse te ipsum iniuria afficiens, quantum ne inimicus quidem aliquis tibi nocuisset, putas conuenienter consultatum esse, & commode de teipso cogitatum, qui sanè non suscipis remissionem, sed æri alieno immoreris? Atq; hoc quum scias, quòd debitor decem milium talentorū, consequutus utiq; fuisset remissionem, nisi ipse sibi ipsi exactionem, ex inhumanitate erga conseruū suum renouasset. Quod etiam nobis obseruandum est: ne accidat: ubi beneficium consequuti fuerimus, nec debitoribus nostris remiserimus: quò constans nobis perseueret donum. Ingredere in promptuarium animæ tuæ, reuolue factorum tuorū memoriam. Si multa sunt tua peccata, ne desperes ob multitudinem. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit gratia, si gratiam suscipias. Multum enim debent multū remittetur, ut ex redundanti diligit. Si uerò parua & uilia, & non ad mortem sunt tua peccata, quid sollicitus es de futuro, qui præterita non instrenue pertulisti, atq; hoc nondum lege eruditus? Nunc uelut in trutina animā tuam stare puta, ut hinc ab angelis, hinc à dæmonibus distrahatur. Quibus itaq; dabis inclinationem cordis? quid apud te uincet? uoluptas carnis, aut animæ sanctificatio, fructio præsentium, aut futurorum cōcupiscentia, angeli te affument, aut detinebunt qui detinent? Exercitium imperatores instructa acie tesseram ac signum bellicum subditis suis dant, quò & amici facile se mutuo reuocent ac implorent, & ad hostes, si in congressibus permixti fuerint, facilis cognitu discretio esse possit. Nemo cognoscet te an noster sis, aut hostium, si non mysticis signis coniunctionē ostenderit, si non signatum fuerit super te lumen uultus domini. Quomodo uendicabit te angelus? quomodo eripiet ex hostibus, si non agnouerit signaculum? Quomodo uerò tu dicis, Dei sum, si notas cognitionis non producas? An ignoras quòd signatas domos deuastator præterijt: in his uerò quæ nō signatæ sunt occidit primogenita? Thesaurus nō ob signatus expositus est furum prædæ, ouicula nō signatæ citra periculum insidias struntur. Iuuenis es? munito iuuentutem tuam baptismatis freno. Præterijt ætatis uigor? Vide ne damnum uiatici patiaris, ne propugnaculum amittas, ne de undecima uelut de prima hora cogita, quando sanè etiam auspiciantē uitam, finem præ oculis habere conuenit. Si quis medicus promitteret tibi, se artibus quibusdam ac industria, iuuenē te ex senefacturū esse, non desiderares illam uidere diem, in qua te ipsum ad ætatis uigorem reuertentem uisurus esses? At nunc quum baptisma promittat tibi, animæ tuæ uelut noui germinis renouationem, quam tu anilem fecisti, & ex iniquitatibus rugosam ac maculosam reddidisti

reddidisti: contemnis benefactorem, & non accurras ad promissionem? Non concupiscis uidere magnum promissionis miraculum. Quomodo sine matre regeneratur homo? quomodo inueteratus & fraudum cupiditatibus corruptus, iuuenescit rursus ac repubescit, & ad uerum iuuentutis florem redit? Baptisma captiuorum redemptionis, debitorum remissio, mors peccati, regeneratio animæ, indumentum lucidum, sigillum cui nullæ insidias strui possunt, uehiculum ad cœlum, regni largitor, adoptionis donum. Tot ac tantis bonis ô miser, potterem uoluptatem ducis? Intellego enim dilationem tuam, etiam si uerbis occultes: ipsa res clamat, etiam si uoce taceas. Sine, utar carne ad rerum turpium fruitionem, uoluer in cœno uoluptatum, cruentas reddam manus, auferam aliena, dolose ambulem, peierem, mentiar, & tunc baptisma, ubi cessauero aliquando à malis, suscipiam. Siquidem igitur bonum est peccatum, conserua hoc usque in finem: si uerò perpetranti nociuum est, quid rebus perniciosius insidias? Nemo bilem uomere uolens, ex prauo ac proteruo uicū, multiplicem ipsam sibi ipsi coaceruare studet. Purgare enim à molestijs corpus conuenit, non maiorem uiribus morbum efficere. Apparet nauis, usquequòd onus mercium quæ uehuntur ipsam sustentat ac conseruat: Si uerò supra iustum onus aliquid accesserit, ipsam demergit. Time etiam tu, ne consimilia perpetraris, & postquam peccata maiora remissione commiseris, ante speratos portus naufragium facias. Non uidet Deus quæ fiunt? aut non intelligit tuas cogitationes? aut adiuuat etiam tuas iniquitates? Putasti inique, ait, quòd tui similis ero? Atqui tu ubi mortalis uiri amicitiam ambis, per beneficia ipsum allicias, illa & dicens & faciens, quibus intellexeris ipsum gaudere: Verum Deo coniungi uolens, & in filij locum te suscipiendum sperans, ea quæ inimica sunt Deo perpetrans, & per legis transgressionem ipsum dehonestans, ex his quibus maxime ipsum offendis, coniunctionem ac consortium speras? Vide ne in redemptionis spe, malorum multitudinem tibi ipsi colligas, & peccatum quidem coacerues, ueniam autem non assequaris. Deus naso non suspenditur. Ne uelut mercem aliquam æstima gratiam. Ne dicas, bona quidem est lex, sed iucundius est peccatum. Voluptas hamus est diaboli, trahēs ad perniciem. Voluptas mater est peccati, peccatum autem stimulus est mortis. Voluptas nutrix est æterni uermis, quæ ad tempus delinit quidem ipsa fruente, uerum postea felle amariores retributiones facit. Nihil aliud clamat dilatio quàm hæc: Regnet in me primum peccatum, deinde regnet aliquando etiam dominus. Exhibebo membra mea instrumēta iniquitatis ipsi iniquitati, deinde exhibebo aliquando ipsa etiam instrumēta iustitiæ Deo. Sic etiam Cain offerebat sacrificia: prima ad uoluptatem sui ipsius, secunda conditori ac largitori Deo. Quum potens es in operibus, iuuentutem tuam in peccatis consumis. Vbi labore defatigata fuerint organa, tunc ipsa ad Deum adducis, quum ad nullam rem ipsis uti datur, sed necessarîo torpent, propter longi temporis tabem, firmitate ac robore exoluto. Temperantia in senecta non est temperantia, sed proteruitatis impotentia. Mortuus non coronatur. Nemo iustus est propter impotentiam mali. Donec uires ac potentiam habes, per rationem dominare peccato. Hoc enim uirtus est, declinatio à malo, & operatio boni. At uerò ocium agere à prauitate, neque laude, neque castigatione, per se ipsum dignum iudicatur. Si propter ætatem cessas à peccatis, imbecillitatis est beneficium. Nos uerò laudamus eos qui iuxta propositum boni sunt, non eos qui præ ali qua necessitate à malo prohibentur. Quis uerò tibi etiam terminum uitæ præfixit? Quis præfinitum senectutis tempus definiuit? Quis adeo fide dignus apud te futurorum uas ac sponfor est? Non uides pueros abripi? eos qui in uigore ætatis sunt abduci? Nullum præfinitum tempus uita habet. Quid expectas ut febris beneficio tibi baptisma contingat, quando neque loqui poteris salutaria uerba? Fortassis autem neque concedetur tibi ut pure audire possis, in ipso capite inhabitante morbo? non manus ad cœlum tollere, non in pedes erigi, non genua flectere ad adorationem, non comode doceri, non certò confiteri, non pacisci cum Deo, non renunciare inimico, & fortassis neque cum intelligentia assequi mysticum ductum, quum ambiguum sit apud præsentem, an perceperis beneficium, aut nullum eorum quæ fiunt sensum habeas.

Quum uerò etiam scienter gratiam susceperis, tunc talentum quidem habes, questum autem nō affers. Imitare Eunuchum, inuenit ille qui ipsum in sacris instrueret, & non contempsit disciplinam, sed in curram sustulit pauperem diues, priuatum & contemptibilem superbus & fastuosus, & doctus Euangelium regni, suscepit quidem corde fidem, non distulit autem spiritus sigillum. Quum enim peruenissent ad aquam: Ecce, inquit, aqua, ex redundanti lætitia processit hic sermo: ecce quod quærimus, quid prohibet me baptisari? Vbi uoluntas parata est, nihil est quod impediat. Qui enim uocat, humanus est, minister paratus est, gratia citra inuidiam luculenta est: promptitudo saltem in te sit, & impedimentum nullum erit. Vnus est qui prohibet, qui nobis uias ad salutem obstruit, quem prudentia uincamus. Ille cunctationem nobis inducit, nos ad operationem insurgamus. Ille in anibus promissionibus corda nostra decipit: nos ipsius consilia ne ignoremus. An non peccatum hodie facere suggerit, iustitiam uerò in crastinum differre, nobis suadet? Quapropter dominus dissipans praua ipsius consilia: Hodie, inquit, si uocem meam audieritis. Ille dicit, hodiernum mihi, & crastinum deo. Dominus contra uociferatur: Hodie uocem meam audite. Considera inimicum, non audeat consulere ut in totum à Deo discedas, nouit quòd graue est hoc auditu Christianis. Sed artibus fraudulentis aggressione astute facit. Sapiens est ad malefaciendum. Conspicit quòd secundum præsens nos homines uiuimus, & quòd omnis actio iuxta id quod instat, peragitur. Itaque hodiernum diem per fraudem nobis furans, spes nobis in crastinum dimittit. Deinde, ubi crastinus dies uenerit, rursus accedit iniquus ille portionum nobiscum diuisor, & hodiernum rursus sibi ipsi cedere expetit, crastinum uerò domino. Atque sic semper præsens quidem per uoluptatem subtrahens: futurum uerò spei nostræ dimittens, nos non sentientes ex uita expellit. Talem ego aliquando uidi uersutiam uolucris ualde astutæ. Quum enim pulli faciles captu ipsi essent ob teneritudinem, seipsum uelut prædam paratam obijciens, & in manibus uenantium diuersans, neque ex proclui capi poterat, neque prædæ desperationem uenatoribus inducebat, sed ipsos spe uarie detinens, per occupationem circa ipsam, pullis fugæ copiam ac securitatem procurauit. Deinde, postremum etiam ipsa simul auolauit. Tunc ne & tu consimilia perpetiaris, qui ob incertorum spem, ea quæ manifesta sunt dimittis. Hinc igitur ades mihi, & te ipsum totum ad Dominum transfer, da nomen tuum, conscribere cum Ecclesiæ. Miles in catalogo recensetur, Athleta inscriptus decertat, contribulis inter ciues adscriptus, tribubus annumeratur: omnibus his nominibus obnoxius es, uelut miles Christi, uelut athleta pietatis, uelut ciuis in cœlis. Conscribere in hoc libro, ut transcribaris in supernum, Disce, obserua Euangelicam rempublicam, oculorum sinceritatem, linguæ continentiam, corporis seruitutem, animum humilem, mentis puritatem, iræ dissipationem: dum cogere concedere, & te etiam amplius offer: dum re aliqua spoliaris, ne litiga: dum odio habere, dilige: dum persecutionem pateris, sustine: dum blasphemiam audis, consolare, morere peccato, crucifigere cum Christo. Totam dilectionem transfer ad Dominum. Atqui difficilia sunt hæc: Quid uerò rerum bonarum in mundo facile est? Quis dormiens trophæum erexit? quis delicatans ac cantilenarum modulis indulgens, fortitudinis coronis redimitus est? nullus non currens brauium tulit. Labores generant gloriam, labores propinant coronas, per multas tribulationes ad regnum cœlorum ingredi nos oportet, quod & ego sentio. Verum has quidem tribulationes, beatitudo in regno cœlorum excipit: peccati uerò labores, dolor & tristitia gehennæ expectat. At enim si quis diligenter consideret, neque diaboli opera operatoribus iniquitatis citra laborem constant ac perpetrantur. Quales sunt temperantiæ sudores? At scortator præ sudore diffluit, uoluptate ipsum colliquefaciente. Quid adeo magnum corpori abstrahit continentiarum quantum abominabilis ac rabiosa proteruitas corrumpit? Atqui noctes insomnes sunt eorum, qui in orationibus pernoctant: At multo grauiores sunt eorum qui iniustitijs inuigilant. Nam & timor, ne deprehendaris, & cœstrum, quo in uoluptatibus stimularis, omnem requiem penitus adimunt. Si uerò angustias fugiens, uia ad

uiae ad salutem ferentis, amplitudinem & spatiositatem peccati persequeris, ualde uereor, ne ubi usque ad finem lata uia perrexeris, consimile uiae hospitium reperias. At ægre custodiri potest thesaurus? Inuigila itaque frater, habes auxilios si uoles, orationem ad custodiam noctis, ieiunium custodiens domum, cantilenam psalmorum consolantem animam. Hos comites assume, hi simul tecum pernoctent, ad custodiendas res preciosas. Quid melius est, dic mihi, ditesceres nos pro rerum preciosarum custodia ac tutela decertare, aut ab initio nihil habere quod custodiamus? Nullus ob timorem priuationis, bona repudiat. Sic enim nihil rerum humanarum consisteret: si in singulis, quorum studio tenemur, sinistros successus reputemus. Nam ad agriculturam appolita est sterilitas, ad mercaturas naufragia, ad nuptias uiduitates, ad liberorum educationes, filiorum orbitates: attamen aggredimur opera ipsa, meliori spe fulciti, uerum eorum quæ speramus, euentus collocamus in deo, qui res nostras disponit ac gubernat. Tu uero uerbis quidem sanctificationem magnificas, re ipsa uero in rebus condemnatis uerfaris. Vide ne quando te poeniteat malorum consiliorum, quum nulla poenitentiae utilitas existit. Refrenet te uirginum exemplum, illæ oleum in uasis non habentes, cum ipsas coingredi cum sponso oportebat, tunc tandem senserunt rerum necessariorum indigentiam, quapropter etiam fatuas Euangelium ipsas appellauit, quòd tempus usus olei in circumeundo, ac apparatu consumentes, non animaduertunt, quòd seipsas à sponsi hilaritate excluderent. Itaque & tu uide, ne annum ex anno, & menses ex mensibus, & diem ex die differens, & non accipiens oleum, luminis alimentum, incidas aliquando in diem quam non expectas, quando deficiet te de cætero uiuendi processus, & consilij inopia undiquaque apparuerit, & tribulatio immitigabilis fuerit, desperantibus medicis, desperantibus domesticis, quando densa ac sicco anhelitu detentus, febre uehementi interna exurente ac corrumpente, ingemisces quidem ex medio corde, uerum qui simul tristeretur, non reperies, & loqueris quidem tenuè quid ac inualidum, uerum non est qui audiat, sed quicquid loqueris, uelut deliramentum contemnitur. Quis tunc baptisma dabit? quis admonebit ob affectionem mente captum, ac perturbatum, & attonitum? cognati & affines tristantur, alieni contemunt: amicus ad commonefaciendum tardus est, timens ne turbationem amplioem inducat. Si fortassis etiam medicus decipit, & tu de teipso non desperas, propterea quòd ex natura uiae cupidus existis, nox est & solitudo, auxiliorum non presentibus, qui baptiset, non adest, mors adstat, abductores urgent. Quis te eximet? Deus ille contemptus? At tunc te exaudiet, nam & tu nunc ipsum exaudis: inducias præfinito temporis dabit, nam & iam datis probe usus es. Nemo te inanis uerbis decipiat. Instabit enim tibi repentina pernicies, & mors ad procellas similitudinem aderit: ueniet angelus tristis, abducens uolenter, & trahens animam peccatorum uinculis illigatam, & frequenter se conuertentem ad ea quæ hic sunt, & lugentem sine uoce, instrumento lamentationum de cætero concluso. O quam teipsum dilaniabis: ò quantum ingemisces, frustra poenitentiam ob mala consilia agens: ubi uideris hilaritatem iustorum, ob splendidam donorum distributionem, & tristitiam peccatorum in tenebris profundissimis postorum. Quæ dices tunc in dolore cordis tui? Hei mihi, quod non abiici hoc graue peccati onus, quum facilis adeo deponendi occasio ac ratio fuisset, sed grandem hunc malorum acerrum adtraxi. Hei mihi, quòd maculas non abluerim, sed peccatis punctus ac insignitus sum. Nunc sanè essem cum angelis, nunc sanè in cœlestibus bonis delicias agerem. O mala consilia, propter breuem ac temporariam peccati uoluptatem, in æternum supplicij torquebor: propter carnis illecebras in ignem æternum trador. Iustum est iudicium dei, uocabar, & non obediui: docebar, & non animaduertebam: testimonia adducebant mihi, ego uero deridebam. Hæc & consimilia dices, deplorans teipsum, si ante baptisma abreptus fueris. O homo, aut gehennam time, aut regnum tibi uendica. Ne detrectes uocationē, ne dicas, habe me excusatum propter hoc & hoc. Nulla causa sufficiens est ad excusationē. Mihi quidem lachrymas profundere subit, ubi mecum reputo, quòd opera turpitudinis, magnæ gloriæ dei prefers: & quòd propter proteruitatis dulcedinē, peccato ita inhærens, ut difficulter abstrahi possis: teipsum à bonis promissis excludis, ut

uidere non cōtingat cœlestis illius Hierusalem bona. Illic angelorum multa milia, primo genitorum conuentus, apostolorū throni, prophetarum præsentia. scepra patriarcharum, martyrum coronæ, iustorum laudes. Illis te connumerari concupiscas, postquam ablutus fueris & sanctificatus, iuxta largitionem Christi. Ipsi gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

SO DIVI BASILII MAGNI HOMILIA

CONTRA EBRIOSOS, IANO CORNARIO
medico physico interprete.



SOMMOVENT me ad dicendum uespertina spectacula, uerum impetum meum rursus cohibet, & alacritate obtundit, superiorum laborum infructuositas, nam et agricultura ubi priora semina non fuerint enata, prior est ad hoc, ut rursus ipsidem aruis semina demandet. Si enim in tot exhortationibus, quibus & præterito tempore uos adhortari non cessauimus, & per has septem seuiuniorum hebdomadas nocte ac die euangelium gratiæ dei testatum uobis facere non quiescimus, nulla utilitas apparuit, qua spe hodie dicturos nos esse putabimus. Quot noctes frustra uigilatis, quot dies frustra conuulsistis, si sane frustra dicere est satis. Qui enim in honorum operum progressu feliciter promouet, & deinde ad ueterem consuetudinem recurrit, non solum insuper laboris mercede priuatur, sed etiam grauiori datione dignus iudicatur, propterea quod bono dei uerbo gustato, & mysteriorum cognitione dignus factus, omnia prodidit breui uoluptate inescatus. Etenim minimus quidem uenia ac misericordia dignus est, potentes autem, inquit, potenter examinabuntur. Vna uespere, & unus hostis occursum, omnem illum laborem dissoluit ac dissipauit. Qualis itaque alacritas nunc ad dicendum mihi esse potest: Quare si uissem sane, quod uos probe nosse uolo, nisi Hieremiæ exemplum timuissim, qui quum ad inobedientem populum uerba facere non uellet, passus est illa que ipse recenseret, quod ignis exortus est ipsi in uisceribus, & quod languebat, ac membris resoluebatur undique, & ferre non poterat. Mulieres proteruæ, timoris dei obtebat ipsas sedere in domibus, & de die illa meditari, in qua aperientur cœli, & apparebit nobis iudex e cœlis, & tube dei, & resurrectio mortuorum, & iudicium iustum, & retributio unicuique iuxta opus suum: pro eo quod de his inter se colloqui debebant, & corda sua a prauis cogitationibus purgare, & priora delicta lachrymis delere, & parari ad eundem obuiam Christo, in magna die apparitionis ipsius, excusso iugo seruitutis Christi, detractis de capitibus uelamentis honestatis, contemptis deo, contemptis angelis ipsius, nullo pudoris ad omnem conspectum uirilem respectu, insolentes capillorum ornatu, trahentes tunicas, & simul pedibus ludentes, oculo lasciuo, risu effuso, ad saltum effurientes, omnem iuuenum proteruitatem in seipsas prouocantes, in locis suburbanis, ubi martyres passi sunt, choreas constituentes, officinam proprię ipsarum impudentiæ sanctificatos locos fecerunt, & aerem quidem meretricijs cantilenis conspurcauerunt, terram autem immundis fecerunt pedibus, quam tripudij pulsarunt, spectaculum sibi ipsis iuuenum turbam statuētes, reuera meretrices, & penitus exuta omni ratione, nullum infantæ excessum relinquentes. Hæc quomodo silebo, quod pro dignitate lugere queam? Vinum nobis harum animarum damnum intulit. Vinum donum dei in consolatione debilitatis datum temperatis, instrumentum nunc factum est proteruitatis petulantibus. Ebrietas spontaneus daemon ex uoluptate in animas irruens. Ebrietas mater malitiæ, hostis uirtutis, fortem timidum reddit, temperatum petulantem, iustitiam non nouit, prudentiam tollit. Quemadmodum enim aqua contraria est igni, sic immodestia uini, rationem extinguit. Quapropter segnior eram ad dicendum aliquid contra ebrietatem, non quod modicum quoddam & despicabile malum sit, sed quod nulla habiti sermonis futura est utilitas. Si enim ebrius deliripit, & uertigine affectus est, frustra cætat, qui non audientem increpat. Ad quos igitur disferemus, siquidem indigus admonitione, ea que dicuntur, non audit: Modestus autem & sobrius sermonis auxilio noleget, purus ab affectione existens. Quomodo igitur presentibus, si & sermo inutilis est, & silentium graue ac difficile? Contemnemus curam, sed periculo

losa est negligentia. At loquar quid contra ebriosos: sed in emortuum auditum insonabimus. Num igitur uelut in pestilentibus morbis corporum curatores, sanos quidem præseruatiuis auxilijs muniant, uerum eis qui ab affectu detenti sunt, manus non adhibent: sic etiam nobis sermo ex dimidio utilitatem habeat, tutelam demonstrans non affectis, non liberationem & medelam ab affectione detentis? In qua re à brutis animantibus differens homo, non dono rationis, qua à conditore tuo accepta, princeps ac dominus omnis creaturæ factus es? Qui itaque sibi ipsi prudentiam detrahit per ebrietatem, collatus est pecoribus mentem non habentibus, ipsisque assimilatus est. Atque ego sane dixerim, ebriosos rationis magis expertes esse quam pecora, siquidem quadrupeda, & fera omnes, ordinatos habent ad coitum impetus: quibus uero ab ebrietate anima detinetur, & corpus præternaturali calore expletum est, omni tempore, & omni hora ad immundos ac turpes complexus concitantur, & non hoc solum irrationalitatem ipsis inducit, sed etiam sensum peruersum, ebriosum omni pecore peiorem designat. Quod enim pecus sic ut ebriosus & uisu & auditu delinquit: non ignorans quidem familiarissimos, uerum saepe ad alienos uelut familiares accurrunt: nonne umbras transiliunt saepe, uelut riuos ac conualles? Aures autem ipsorum sonitibus ac strepitibus, uelut astuantis maris repletae sunt. Terra uero in altum exurgere ipsis uidetur, & montes in orbem circūuertit. Alij aliquando quidem ridere indelinenter, aliquando uero dolore affligunt, & plorant inconsolabiliter, & nunc quidem audaces sunt & incōsternati, nunc uero trepidi ac timidi. Alijs somni quidem graues & suffocatorijs, & unde ægre expergeant, & reuera morti uicini, uigiliæ autem somnis stupidiores: Insomnium enim est ipsis uita, utpote qui ne pallium quidem habentes, neque quod in crastinum edant, regnant tamen, & exercitibus imperant per ebrietatem, et urbes extruunt, & pecunias elargiuntur. Talibus imaginationibus, & tantis fraudibus, feruens uinum corda ipsorum replet. Alij rursus ad contrarios affectus rapiuntur, animam despondent, tristes sunt, & dolore affliguntur, lachrymanturque, & formidolosi sunt, ac facile cōsternantur. Idem uinum in diuersis corporum habitibus diuersos animorum affectus operatur. Quibus enim sanguinis diffusionem induxerit, & ad superficiem efflauerit, eos hilares & iucundos ac lætos efficit. Quorum uero habitum præ grauitate obstruxerit, sanguinem nimirum contrahens ac constringens, eos ad contrariam affectionem circūagitat. Et quid opus est dicere, reliquarum affectionum turbam, morositatem, ex facili exacerbationem, reprehendendi libidinem, repentinam animi mutationem, clamorem, tumultum, ad omnes fraudes procliuatatem, ad iram promptitudinem? Ipsa ad uoluptates intemperantia ex uino palam uelut ex fonte emergit, & cum intemperantia petulantia morbus coincidit, qui omnem brutorum in foeminas insaniam, ebriorum proteruitate leuiorem demonstrat. Siquidem bruta nature terminos cognoscunt, uerum ebrii in masculo foeminam, in foemina masculum quarunt. Sed neque omnia ex ebrietate mala uerbis persequi ac commorare facile est. Itaque detrimenta quidem ex peste, hominibus per temporis spatium accedunt, aere ipso paulatim corruptione de seipso corporibus immittente. Detrimta uero ex uino statim coincidunt. Quum enim animam sic perdidissent, ut omni macula sit notata ac inquinata, amplius etiam ipsum corporis habitum corrumpunt: non solum ob uoluptatum instar cœstri ipsos exagitantium excessum, colliquescentes ac diffluentes in libidinosi actibus, sed etiam ob ipsam molem, humiditate nimia laxum ac foetidum, & uitali firmitate exolutum corpus ferentes. Horum oculi liuidi sunt, cutis superficies pallida, spiritus citus ac commotus, lingua resoluta, uociferatio non probe explicata, titubantes pedes uelut puerorum, excretiones autem superfluitatum spontaneæ, uelut ab inanimatis fluentes, miserabiles certe ob uoluptatem, miserabiliores profecto his qui in pelago tempestatem ferunt, quos alios post alios succedentes ac demergentes, fluctus preferentes, unda sursum ferri non permittunt: sic sane etiam horum animæ submersæ feruntur, uino obruta. Quapropter quemadmodum nauigia tempestate correpta, ubi superonusta fuerint, necessario onerum iacura leuia sunt. Sic etiam hi necessario ea que ipsos grauant, deponunt. Vomentes enim & eructantes, uix liberantur ab onere. Tanto miserabiliores his qui improspera nauigatione utuntur, quantum hi quidem uentos, ac mare, & externas necessitates accusant, illi uero uoluntariam attrahunt ex ebrietate tempestatem. Qui à damone obsidetur, miserabilis est. Ebrius autem eadem perpetuens, neque misericordia dignus est, ubi

est, ultra dæmoni colluctans. Quin & ebrietatis medicamenta componunt, non ut ne quid mali patiantur à uino, sed ut ne cessent inebriari excogitates. Modica est enim ipsis dies, breuis nox, etiam hyberna, ad potandi sanè tempus: finis autè mali non est: ipsum enim uinum seipsum amplius propellit: nò enim indigentiam mitigat, sed alterius potus implacabilem necessitatem inducit, exurens inebriatos, & semper amplioris desiderii pro-uocans. At uero quum inexplebilem sibi bibendi appetentiam excogitent, contrarium propositi ipsorum ipsis accidit. Nam per assiduam uoluptatis usum, sensus languidos ac marcidos efficiunt. Quemadmodum enim nimius splendor uisum oculorum hebetat. Et quemadmodum qui inter magnos strepitus, ac pulsationes uersantur, propter immodicos ictus eò deueniunt, ut omnino non audiant: sic etiam hi præ nimio uoluptatis studio, uoluptatem se amittere nesciunt. Nam qualitatis expers et aquosum ipsis est uinum, etiam si meracum sit: & recens etiam allatum, tepidum ab ipsis percipitur, etiam si sit sincerissimum. Imò ipsa etiam nix, ardètem in ipsis ex immodico uino flammam extinguere non potest. Cui uæ, cui tumultus, cui iudicia, cui tristitia ac nugæ, cui cõtritiones superuacue? Cuius liuidi oculi? non eorum qui immorantur in uino, et explorant ubi comotationes fiunt? Væ lamentabilis est acclamatio, lamentatione autem digni sunt ebriosi: quia ebris regnum dei non possidebunt. Tumultus autem in ipsis oboritur, propter rationis turbationem ex uino. Tristitiæ uerò & inuicundæ affectiones, propter amaras ex bibendi uoluptate, in corpus digestiones ac diffusiones: horum enim ligantur pedes, ligatur manus, ex fluxionibus quæ ipsis ab ebrietate immituntur. Quanquam etiam ante has affectiones, circa ipsum bibendi tempus, phreniticæ ipsis accidunt affectiones, ubi enim cerebri membrana repleta fuerint fuligine, quam uinum exhalans sursum mittit, caput quidem doloribus intolerabilibus feritur: manere autem erectum super humeros non potest, sed alias ad alias partes delabens, ad uertebra ipsas decedit. Nugas autem dicit, immodica in symposijs ac contentiosa colloquia. Contritiones uero inaniter fiunt ebris, non potentibus se erigere præ ebrietate. Subuertuntur enim in uarias casuum figuras, ut necesse sit ipsos inaniter contritum corpus habere. At quis dixerit hæc uino syderatis? caput enim ex crapula grauatum habent, dormitant, hiant, caliginem oculis obfusam habent, nau-seant. Quapropter non audiunt doctores undiquaque ipsis in clamantes: ne ebriemini uino, in quo est luxuria. Et rursus, Proterua res est uinum, & cõtumeliosa ebrietas: quibus inobedientes statim ebrietatis fructum auferunt. Intumescit enim ipsis corporis moles, oculi humecti sunt, os siccum & perustum. Quemadmodum enim ualles, donec quidem torrentes ipsis influxerint, plenæ esse uidentur, uerum ubi inundatio præterijt, sicca relinquuntur. Sic ebriosi os, restagnante uino, plenum quodammodo est & perhumectum: ubi uero paululum dilapsum est, siccum & humore uacuum deprehenditur: quum autem semper male tractatur, & immodico uino colluitur, etiam uitalem humiditatem insuper amittit. Quæ enim hominis cõstitutio adeò ualida est, ut malis ex ebrietate resistere possit? Quibus enim artibus fieri possit, ut corpus semper calefiens, & semper uino humectari non desinens, non elutur, & exile, ac fluxum, & diffuens euadat: hinc tremores & imbecillitates. Nam dũ ipsis spiritus præ immodico uino pulsatur ac interpellatur, & neruorum firmitas exoluitur, agitatio ac tremor uniuersæ corporis moliaccedit. Cur execrationem ipsius Cain tibi ipsi attrahis, tremens & uagabundus per totam uitam? Nam corpus ex natura sustentatione non habens, necessarid agitatur, ac contremiscit. Vsq̃ uero tandem uinum usquequo ebrietas? Deinceps consequens est, ut cœnum pro homine fias, adeò in totum ammixtus es uino, & cum ipso putrefactus es, ex quotidiana crapula uinum o-lens, atque hoc corruptum, uelut uasa quæ nullius amplius sunt usus. Hos ipsos luget Esaias, Væ uobis qui exurgitis mane, & persequimini siceram, & expectatis perseuerantes ad uesperam, uinum enim ipsos comburet, nam cum cithara ac tibijs uinum bibunt. Opera uero domini non inspiciunt, & opera manuum ipsius non considerant. Sicerca omnis potus ebrietatem inducere potens Hebræis appellatur. Qui igitur incipiente die, explorant ubi comotationes fiunt, & œnopolia ac cauponarias tabernas collustrant, & se mutuo ad compotandum assumunt, & omnem animi curam circa talia insumunt, hi sunt quos deplorat Propheta, ut nullum tempus sibi ipsas ad miraculorum dei considerationem reliquum facientes. Neque enim oculum habent oculi ipsorum, ut respiciant ad cœlum

ad cœlum, & pulchritudines in ipso condiscant, & omnè rerum mundi constructionem ac ornatum considerent, quo ex horum proba cõpositione opificem intelligant. Sed statim incipiente die, symposia sua uarijs tapetibus, ac floridis auleis ornant, studiumque suum ac diligentiam in poculorum apparatu ostentant, uasa ad perfrigerandum uinum, cratesque ac phialas, uelut in pompa aliqua ac conuentu publico disponentes, ut uasorum diuersitas satietatem ipsis suffiretur, & poculorum alteratio ac permutatio iogam ipsis ad potandum immorationem inducat. Accedunt ad hæc quidam symposiarchi, & uino fundendo præfecti, ac architriclini, & ordo in confusione, ac dispositio in re incomposita excogitatur: ut quemadmodum magistratibus externis, ex satellitibus autoritas augetur, sic etiam ebrietati uelut reginæ cuidam famulatum adiungentes, opprobrii ipsius excellenti studio ac ornatu contegant. Ad hæc coronæ, & flores, & unguenta, & suffitus, & innumera externæ animi uoluptates, maiorem occupatione fruentibus faciunt. Deinde procul progresso conuiuio, certamina de ampliore potu oriuntur, contentionesque ac lites, dum se mutuo in ebrietate superare conantur. Et horum certaminum præfectus est diabolus, & uictoriæ præmium peccatum. Qui enim plus meri infudit, is de alijs uictoriam aufert. Reuera gloria in ipsorum turpitudine est. Contendunt enim inter se, ulciscuntur autem se ipsos, quæ oratio turpitudinem eorum quæ fiunt, assequi possit: omnia absurditate re-ferta sunt, omnia confusione: superati ebris sunt, uictores ebris sunt, ministri derident. Manus officium negat, os non suscipit, uenter deijcit, & tamen malum nò remittit. Miserum corpus naturali robore exolutum, undiquaque diffluit, uolentiam immodici potus non sustinens. Miserabile profectò Christianorum oculis spectaculum, uir in ætatis uigore consistens, ualidus corpore, inter militares copias splendidus, domum deportatur, nò potens se erigere, neque proprijs pedibus abire. Vir qui horrendus esse debebat hostibus, pueris in foro ridendi occasione præbet, citra ferrum prostratus est, sine hostibus occisus est. Vir armiger ipsum etatis florem agens, accessoria uini impensa factus est, ut expositus sit ad patiendum ab hostibus quicquid uoluerint. Ebrietas rationis perniciosa, roboris corruptio, senectus immatura, breuis temporis mors, quid enim aliud sunt ebriosi, quàm idola gentium? Oculos habent, & nò uident: aures habent, & nò audiunt: manus resolutæ sunt, pedes mortificati sunt. Quis est, qui has insidias struxit? quis horum malorum autor? quis hoc insanie pharmacum nobis temperauit? O homo, tu symposiũ aciem fecisti bellicam. Eijcis adulescentes manu ductos, uelut uulneratos e prælio: mortificasti uigore iuuentutis à uino: & uocas quidem uelut amicum ad cœnam, eijcis autem mortuum. uita ipsius per uinum extincta. Porro ubi iam uino exsatiati esse putantur, tunc bibere incipiunt: & iumentorum more bibunt, uelut à fonte sponte manante, & æquales numero canales accumbentibus remittente. Nam progresso iam conuiuio, ingreditur ad ipsos adulescens quidam, generosos habens humeros, nondum ebrius, phialam ferens magnam uini perfrigerati, qui depulso ipsorum pocillatore, stans in medio, per obliquos canales æquale compororibus ebrietatem distribuit. Noua hæc est immodestæ mensura, ut æquis portionibus inter se bibendi petulantiam exerceat, nullus in bibendo alterum excedat. Diuidentes enim canales, & unusquisque eum qui ad se conuersus est, suscipientes, uelut e quadam cisterna citra respirationem bibunt, instar bouum, tantum gutture attrahere festinantes, quantum ipsis uas refrigeratorium per argenteos ductus, ac canales ex supernis demittit. Inclina te paululum ad miserum uentrem tuum, disce suscipientis uasis magnitudinem, quod unius heminae cavitatem habet, ne respice ad poculum quando euacuaturus sis ipsum, sed ad tuum ipsius uentrem, quod iam dudum expletus est. Quapropter uæ uobis qui exurgitis mane, & persequimini siceram, & expectatis ad uesperam, & diem in ebrietate consumitis, ut nullum tempus uobis exhibeatis ad opera domini inspicienda, ac opera manuum ipsius consideranda, uinum enim ipsos comburet: propterea quod calor ex uino carni accedens, igniculus sit ignitorum hostis spiculorum. Nam rationem & mentem uinum demergit, affectiones autem & uoluptates, uelut apum quoddam examen excitat. Quis enim à pullis equorum tractus currus, adeò incompositè fertur, auriga excussus? Quod nauigium gubernatore carens, & quod ab undis prout contigerit, fertur, non securius est quam ebriosus? Ab his malis uiri simul & fœminæ, cõmunibus choreis constitutis, uinolo dæmoni traditis animis, se mutuo affectionum spiculis cõsautiarunt.

rifus ab utrifque effusi sunt, cantilenæ turpes, habitus meretricij ad pētulantiam iritantes. Rides dic mihi. & proterua delectatione te oblectas: quum lachrymas fundere oportuerat, ac ingemiscere ob præterita. Cātilenas canis meretricias, eiectis psalmis ac hymnis quos didicisti: moues pedes, & furiose exillis, ac infeliciter tripudias: quū genua flectere oportuerat ad adorationem. Vtras propter lugebor: puellas ne nuptiarum inexpertas, aut nuptiarum iugo subditas. Illæ enim redierūt uirginitatem nō habentes, hæ uero pudicitiam uiris non reduxerunt. Si enim fortassis aliqua etiam corpore peccatū effugerunt, tamen omnino in animis corruptionem susceperunt. Eadem etiam de uiris à me dicta sunt. Insuper nequiter, nequiter inspectus est. Qui uidit mulierem ad concupiscentiam, iam mœchatus est. Si fortuiti casus curiose insipientibus, tantum periculum habent, ipsi de industria congressus, ut uideas mulieres præ ebrietate indecore se gerentes, & ad exolutionem se exornantes, & cantilenas molles canentes, quæ etiam audita tantum, omne uoluptatis cœstrum proteruis inducere possint, quid dicent: aut quid prætendent, qui ex talibus spectaculis ingens malorū examen collegerunt, quod non propterea inspexerunt, ut concupiscentias excitent? Rei igitur sunt iudicij a dulterij secundū inuitabilem domini sententiam. Quomodo uos pentecostes celebritas suscipiet, paschate sic uiolato: Pentecoste spiritus sancti aduentum manifestum, ac omnibus notum habuit. Tu uero præuenisti, & te ipsum oppositi spiritus habitaculū fecisti. Et factus es templum idolorum, pro hoc, ut fieres templum dei per spiritus sancti inhabitatiōem. Attraxisti execrationem prophetæ ex persona dei dicentis: Cœuertam festa ipsorū in luctum. Quomodo famulis imperabitis, quum ipsi uelut mancipia concupiscentijs stolidis ac detrimentosis inseruiatis: Quomodo filios admonebitis, quum ipsi in castigatā ac incompositā uitam uiuatis? Quid igitur, num in his uos relinquit? At uereor ne forte is qui iam nemini subditus est, contumacior fiat: qui uero compunctus est, ob ampliorem mœrorem absorbeat. Medela enim, inquit, sedabit peccata magna. Ieiunij itaque ebrietatem curet, psalmus turpem cantilenam, lachrymæ sint risus medela: pro saltatione, genua flectantur: pro manu plausu, pectus percutiatur: pro uestitus ornatu, humilitas succedat. Super omnia elemosyna redimat te à peccato. Nam precium redemptionis uiri, sunt propriæ ipsius diuitiæ. Multos tribulatos in pelle ad orationis societatem, quod ubi feceris, forte remittetur tibi prauitatis uersutia. Quando sedit populus ad edendū ac bibendum, & surrexerunt ad ludendū. (Ludus autem ipsorum idololatria erat) tunc leuita contra fratres seipsum armarunt, & ad sacerdotium manus suas perfererunt. Et uobis igitur qui dominum timetis, qui propter turpitudinem factorum condemnatorū contristati estis, illud precipimus. Si quidem uideritis poenitentes propter perpetratorū absurditatem, condolete uelut proprijs membris morbo affectis. Si uero peruicaces, & uestram pro ipsis tristitia cōtemnentes, exite è medio ipsorum & secedite, & immundum ne contingatis. Quo hoc modo pudefacti quidem, ad cognitionem perueniant propriæ prauitatis. Vos autem æmulationis Phinees mercedem accipiatis, per iustum iudiciū dei ac seruatoris nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA DE FIDE,
Iano Cornario medico physico interprete.

DEi equidem assidue meminisse, piū est, & apud dei amātem animam, satisfactionem non habet. Verum res diuinas sermone prosequi ac explicare, audax facinus existit: quum intelligentia quidem nostra, multa mensura à rerum dignitate decidat: rursus autem sermo, intellecta etiā obscure producat ac proponat. Si igitur intelligentia nostra rerum magnitudine multo inferior est: sermo uero etiam infra intelligentiam existit, quomodo non necessarium est silentium? ne quando in uerborum tenuitate, theologiæ miraculū periclitari uideatur. Equidem gloriificandi deum cupiditas, omnibus rationalibus à natura insita est. Verum omnes æqualiter inferiores sunt, quā ut pro dignitate dicere possint. At uero proptitudine circa pietatem alter alterum superamus. Nullus autem adeo superbit, ac seipsum decipit, ut se ad summum comprehensionis peruenisse putet. Sed quanto magis uidebitur sibi proficere, ad cognitionem, tãto amplius suam imbecillitatem sentiet. Talis erat Abraam, talis erat Moses

Moses, quando deum uidere potuerunt, quantum homini uidere possibile est, tunc maxime uterque seipsum extenuauit, Abraam quidem terram ac cinerem seipsum nominans, Moses uero lingua hæsitante, ac sermone tardum. Videbat enim linguæ suæ debilitatem magnitudinē rerum intellectarū inseruire non posse. Veritamen quoniam omnium aures nunc ad theologiæ auscultationē apertæ sunt, & nō est fatieras ecclesiæ talium auditionum, ut quæ illum Ecclesiastæ sermonem cōfirmet, quod non explebitur auris ab auscultatione: necessarium est dicere, quantum uires sinunt. Dicemus autem, nō quantus est deus, sed quantum nos assequi possumus. Neque enim quia medium inter cœlum ac terram locū oculis penetrare totum nō possumus, ob id etiam quantum possumus inspicere recusamus. Sic etiam nunc per exigua uerba pietatē exequemur, uerum maiestati naturæ de toto sermone uictoria concedemus. Neque enim angelorum linguæ, quæ cunctæ tandem sunt illæ, neque archangelorū, cum tota simul rationali natura congregatæ, minimam partem assequi poterunt, nedum seipsum ad totum adæquent. Tu uero si uoles de deo dicere quid, aut audire, dimitte corpus tuum, dimitte corporales sensus, relinque terrā, relinque mare, ærē infra te ipsum pone, præteri horas, temporū ordinationes, terræ ornatus, supra ætherem tollere, penetra stellas, & miracula ipsarū, ornatum ipsarum, magnitudines, utilitates quas uniuerso exhibent, ordinis cōpositionem, splendorem, situm, motum, quomodo inter se statum aut distantiam habent. Vbi omnia ratione penetraueris, & supra cœlum incubaueris, ac supra ipsum constitutus fueris, sola cogitatione pulchritudines quæ isthic sunt, circumspice ac cōtemplare, exercitus cœlestes, choros angelorū, archangelorū potestates, dominationū glorias, præeminentias thronorum, principatus, potestates. Vbi uniuersa percurreris, & supra omnem creaturam ratione processeris, & ultra hæc mentem eleuaueris, considera diuinā naturam, stabilem, immutabilem, inalterabilem, affectionum expertem, simplicem, incōpositam, indiuisibilem, lucem inaccessibilem, potentiam inenarrabilem, magnitudinem incircūscriptam, maiestatem superfulgentem, bonitatem desiderabilem, pulchritudinem inexplicabilem, quæ uehementer quidem fauciata animam accendit, sermone uero pro dignitate declarari nō potest. Illic pater & filius & spiritus sanctus, in creata natura, herilis dignitas, naturalis bonitas. Pater omnium principium, causa existens ut sint, radix uiuentium. Vnde processit fons uitæ, sapiētia, potestas, imago inuisibilis, ac per omnia similis inuisibilis dei, ipse ex patre genitus filius, uiuens uerbū, deus existens, & apud deū existens. Existens, nō accessorius, existens ante secula, nō postea acquisitus: filius, nō possessio: factor, non opificiū: creator, nō creatura: omnia existens quæ est pater: filius dixi, & pater. Obserua mihi has proprietates: ex multiloquio enim nō effugiet peccatū: manens igitur in eo quod filius est, omnia est quæ est pater, iuxta ipsam adeo domini uocem, ubi ait: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Reuera enim imaginis omnia sunt, quæ primariæ formæ adsunt. Vidimus enim, inquit Euangelista, gloriā ipsius, gloriā uelut unigeniti à patre, hoc est, nō ex dono & beneficio datis ipsi miraculis, sed ex societate secundū naturam, habente filio paternę deitatis dignitatē. Nam accipere cōmune est & ad creaturam, habere autem ex natura, propriū est geniti. Itaque uelut filius, naturaliter possidet quæ sunt patris. Velut unigenitus autem, omnia habet in seipso cōprehensa, nulla re ad alterum diuisa. Ex ipsa igitur filij appellatione discimus, quod est naturæ socius, non præcepto creatus, sed ex essentia relucens inseparabiliter, citra tempus patri coniunctus, æqualis in bonitate, æqualis in potestate, socius gloriæ, & quid enim præter quæ sigillum & imago, totum in seipso demonstrans patrem. Cæterū quæ postea à corporali cōstitutione ad te loquitur, hominū salutem disponens, quā per carnem apparens nobis ostendit, missum seipsum dicens, & nihil posse à seipso facere, & mandatū se accepisse, & quæcunque talia: ne exhibeāt tibi occasionem ad imminuendam unigeniti deitatem. Non enim descensus ad tuam debilitatē, imminutio dignitatis potentis fieri debet. Verum naturam deo cōuenienter mente concipere uerba aut humiliora iuxta dispensationē accipe. De quibus si uelimus in præsentī loco exacte tractare, nō sanè animaduertemus, nos multam & infinitā uerborum copiam ad susceptū argumentū superinducere. Verum ad propositum reuertamur. Quod mens quæ à materialibus affectionibus, pura esse potest, & omnem intelligibilem creaturam relinquare, & uelut piscis quidam ex profundo ad supernā superficiem enatare, ubi in puritate creaturæ cōstituta fuerit, illic uidebit spiritū sanctum, ubi filius est

lius est, & ubi pater, omnia habent etiam ipsum coniunctim secundum naturam, bonitatem, rectitudinem, sanctificationem, vitam. Spiritus enim tuus, inquit, ille bonus. Et rursus, spiritus rectus. Et rursus, spiritus ille sanctus. Et Paulus ait, lex spiritus vitæ. Nihil ex his acquisitum ipsi, neque postea accessorium adest. Sed quemadmodum inseparabile est, ab igne calefacere, & à luce splendere, sic à spiritu sanctificare, vivificare, bonitas, rectitudo. Illic itaque consistit spiritus, illic, in beata natura: non cum multitudine numeratur, sed in trinitate conspicitur: solitarie annunciatur, non in multitudine ac cōgregatione cōprehendit. Quem admodum enim pater unus, & filius unus, sic unus etiā spiritus sanctus. At vero ministra torij spiritus in singulis ordinibus multitudine difficulter numerabilem nobis ostendit. Ne igitur quæras in creatura, quod super creaturam est: ne permisceas sanctificans cum sanctificatis. Hic spiritus replet angelos, replet archangelos, sanctificat potestates, vivificat universa. Hic in omnem creaturam dividitur, & dum alij aliter ipsius participes sunt, à participantibus nihil imminuitur. Omnibus enim gratiam de seipso largitur, non autem in participantes infunditur, sed & qui acceperunt, repleti sunt, & ipse minime defectuosus est. Et quemadmodum sol corpora illustrat, ipsaque varie illius participia sunt, et tamen nihil à participantibus imminuitur: Sic etiam spiritus omnibus de seipso gratiam exhibens, integer manet, & indivisus: omnes illuminat ad dei intelligentiam, inspirat prophetas, legislatores sapientiam docet, sacerdotes perficit, reges fortes facit, iustos absoluit, temperatos ornat, operatur dona sanationum, vivificat mortuos, solvit ligatos, in filios adoptat ab alienatis. Hæc per generationem ex supernis operatur: si publicanum apprehenderit credentem, evangelium reddit: si in piscatore fuerit, theologum efficit: si persecutorem inuenit poenitentem, apostolum gentium facit, præconem fidei, vas electionis. Per ipsum debiles fiunt fortes, pauperes ditescunt, idiotæ eloquentia, sapientibus sapientiores euadunt. Paulus debilis, sed per spiritus presentiam, sudaria corporis ipsius medelam exhibebat suscipientibus. Petrus etiam ipse corporis debilitate præditus, sed propter inhabitatam spiritus gratiam, umbra de corpore ipsius decedens, fugavit morbos ægre affectorum. Pauper Petrus & Ioannes, non enim habebant argentum, neque aurum, verum largiebantur sanitatem multo omni auro præstantior. Quum enim à multis aurum accepisset claudus ille, adhuc mendicus erat: ubi vero accepisset à Petro beneficium, mendicare desijt, saliens uelut ceruus, ac laudans deum. Non norat Ioannes mundi sapientiam, verum per potentiam spiritus locutus est uerba, quæ nulla sapientia aspicere potest. Hic spiritus & in cœlo consistit, & terram replet, & ubique adest, & nusquam cōtinetur: totus in uno quoque inhabitat, & totus cum deo est: non ministrum modo dona ministrat, sed propria potestate beneficia distribuit: dividit enim, inquit, peculiariter unicuique prout uult. Mittitur quidem œconomus ac dispensatoris modo, operatur autem ex propria potestate ac autoritate. Hunc animis nostris adesse optemus, et nullo tempore nos relinquere, in gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & dominium in secula seculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA IN INITIVM
tium euangelij Ioannis.



Mnis quidem Euangeliorum uox, reliquis spiritus dogmatibus magnificentior ac præclarior est, propterea quod in illis per seruos, ipsos uidelet cet prophetas, nobis locutus est: Verum in Euangelij ex propria personam dominus nos alloquutus est. Inter ipsos tamen Euangelicos præcones uocalissimus, & omnem auditum superantia, omnique intelligentia altiora loquutus, Ioannes est filius tonitruum, cuius Euangelij scripti proœmium iam lectum audiuius. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hæc multos à ueritatis doctrina alienos, ob mundanā sapientiam se factantes, & admiratos esse noui, & in sua scripta transferre ausos esse. Fur est enim diabolus, & nostra ad suos interpretes effert. Si igitur carnea sapientia tantum uerborum uim admirata est, quid nos spiritus discipuli faciemus: obiter audiemus, et paruum quandam ipsi uim in esse existimabimus. Et quis adeo stupidus est, ut talem intelligentiam sententiarum pulchritudinem, & dogmatum profunditatem adeo incomprehensibilem non admiretur, & ipsorum ueram cōprehensionem concupiscat? At enim non est admirari pulchra difficile, sed ad sincerum & exactum intellectum eorum quæ admirari peruenire, hoc difficile est, & quæ ægre assequaris

assequaris. Nam & solem hunc sensibilem nemo non laudibus uehit, ob magnitudinem ipsius ac pulchritudinem, & radiorum congruentiam ac symmetriam, lucemque splendidam, ipsum amans. Si tamen uolentius cōtenderit oculorum suorum iactus aduersus circulum ipsius intendere, non solum non uidebit ea quorum studio tenetur, sed etiam uisus sinceritate corrupta abibit. Tale quid uideo mihi, perpeti mentem, quæ propositorum uerborum exactam expansionem facere cōtendit. In principio erat uerbum. Quis pro dignitate mente cōcipiet res de principio: qualis uerborum potentia inueniri possit, quæ æqualiter id quod intellectu est, proferre queat? Quum traditurus sit nobis de theologia filij dei, nullum aliud sermonis principium, quam uniuersorum principium fecit. Iam enim spiritus sanctus præuiderat eos qui gloriam unigeniti adoritur, qui sophismata prolaturi erant, ad subuertendos auditores ab ipsis excogitata. Si natus est, non erat, & antequam nascere non erat, & ex non existentibus substantiam accepit. Talia enim loquuntur linguæ, uerisimilibus sermonibus instructæ, & super omnem ancipitem macherā acuta. Quo itaque nulli talia dicere liceat, spiritus sanctus per Euangelium anticipans, In principio, inquit, erat uerbum. Si hanc uocem tenueris, nihil graue à malignis illis artificibus pati poteris. Si dixerit ille, si natus est, non erat: tu dic, In principio erat. Sed si dicit, antequam generaretur, quomodo erat: tu ne dimittas, erat, ne relinquant, in principio: principij cacumen non apprehenditur, quod extra ac ultra principium sit, non reperitur. Ne decipiat te quis per uocem multa significantem. Multa enim sunt principia rerum in hac uita: sed unum est principium ultra omnia: principium enim uitæ bonæ dixit prouerbum. Verum uitæ quidem principium est primus motus, unde iter incipimus, & quod retro ipsum, ac prius ipso est, inueniri potest. Et principium sapientiae, timor domini. Erante hoc principium aliud quoddam positum est. Nam artium assumptionis principium est elementum. Elementum igitur sapientiae, est timor domini. Sed hoc principium est quid antiquius, animæ nimirum status, eius qui nondum sapientiam edocuit, neque timorem dei suscepit. Principia, siue principatus, dicuntur etiam ciuiles potestates, & dignitatum eminentiae. Sed hæc principia, aliorum sunt principia, & unum quodque ad aliquid est: principium enim lineæ est punctum, & principium superficiei lineæ, & principium corporis superficiei, & sermonis compositi principia sunt elementa: non tamen etiam illud principium tale est, nulli enim alligatum est, nulli seruit, cum nullo conspicitur, sed liberum est, dominum non habet, à cōiunctione ad alterum exolutum est, insuperabile est cogitationi, nullæ rationationes ipsum transcendere possunt, nec quæ ultra ipsum sint, inuenire datur. Si enim mentis imaginatione cōtenderis principium præterite, inuenies ipsum præcurrente, & cogitationibus obuam ueniens: permittite mentem tuam quantum uult currere, & retrorsum extēdi, deinde cōperies ipsam ubi infinte errauit, & plurimum inaniter processit, rursus ad seipsam reuerfam, propterea quod principium seipsa posterius facere non potest. Nam principium semper ulterius ac superius, eo quod mente cōcipitur, reperitur. In principio itaque erat uerbum. O rem admiratione dignam, quomodo omnes uoces inter se æqualiter cōiugatae sunt. Vox, erat, æquiuales est cum uoce, in principio. Vbi est blasphemus, ubi aduersus Christum pugnant lingua: quæ dicit, erat aliquando, quando non erat. Audi Euangelium. In principio erat: si uero in principio erat, quando non erat? Impietatem ne ipsorum deplorem, aut ignorantiam abominer? At antequam nasceretur non erat. Nouisti quando natus est, quo uocem, antequam, tempore inferre possis? Nam, antequam, temporalis uox est: alterum altero præponēs ad antiquitatem. Verum temporis factorum quomodo cōsentaneum est natiuitatem temporalibus appellationibus subiectam habere? In principio itaque erat. Si non discesseris à uoce, erat, nullum malignæ blasphemiae dabis irrepēdi locum. Quemadmodum enim qui in mari uersantur, quum in duabus anchoris fluctuant, tempestatem cōtemnuunt: Sic & tu prauam hanc turbationem, quæ ex spiritu malignitate uitæ accessit, & multorum fidem coagitauit, deridebis, si horum uerborum tutelam, uelut artificioso alicui portui, animam applicueris. Quærit mens nostra, quis erat in principio? Uerbum, inquit: quale uerbum, humanumne aut angelorum? Nam & Apostolus nobis innuit, quod etiam angeli propriam linguam habeant, quum ait: Si linguis hominum loquar & angelorum. Sed & ipsius uerbi duplex est significatio. Alterum enim per uocem profertur, & hoc postquam ad aerem prolatum est, perit. Alterum uero in cordibus nostris dispositum inest, et mentis cōceptus existit.

Est & aliud artificiosum uerbū, siue sermo artificiosus: Vide itaq; ne te æquiuocatio uo-
cis fallat. Quomodo enim in principio erat humanū uerbum siue sermo, quum homo po-
sterius generationis principū acceperit? Ante hominē bestia fera, ante hominē pecora,
reptilia oia terrestria ac aquatica, uolatilia coeli, stella, sol, luna, herba, semina, terra, ma-
re, coelum. Non igitur in principio erat humanū uerbum, sed neq; angelorū. Omnis enim
creatura posterior seculis est, principio ut sit à cōditore accepto. At uero uerbū in corde,
etiā ipsū posterius est singulis quæ intellecta sunt. Sed accipe uerbū uelut deo cōuenit,
nam de unigenito differēs, uerbū ipsum dixit. Quemadmodū igitur & lucem paulo pōst
dicit, & uitam & resurrectionē, & neq; ubi lucē audiuit, ad sensibilem hanc, & oculis uisi-
bilem lucem deferris, neq; ubi uitā audiuit, cōmunem hanc intelligis, quam etiā bruta ui-
uunt: Ita etiā ubi uerbum audis, caue ne quādo propter mentis imbecillitatē ad terrenas
ac humiles intelligentias deferaris, sed uocis significationē perscrutare. Cur uerbū? quo
ostendatur qd ex mente processit. Cur uerbū? quia citra affectionē natus est. Cur uerbum?
quia imago est genitoris, totum in seipso genitorē ostendēs, nulla illine parte deducta, &
perfectius secundū seipsum existens. Quemadmodū etiā nostrū uerbum siue sermo, to-
rum mentis cōceptum uelut imago repræsentat. Nam quæ in corde cōcepimus ac cogi-
tauimus, ea uerbo proferimus. Et est mentis in corde cōceptus, & cogitationis imago id
quod loquimur. Ex abundantia enim cordis, uerbū fertur. Et est cor quidē nostrum uelut
fons quidā. Uerbū uero uelut canalis quidā, ex hoc fonte fluēs. Tantū igitur est id quod
profluit, quantū id quod primariō fert: & quale est id quod occultū est, tale est etiā quod
apparet. Uerbū igitur dixit, quo affectionis expertē patris generationē tibi proponeret,
& perfectā substantiam filij te doceret, & cōiunctionem filij ad patrem in temporalē per
hæc demonstraret. Nam & nostrū uerbū, mentis fœtus est, qui citra affectionē generatur.
Neq; enim secatur, neq; diuidit, neq; fluit mens ipsa, sed in propria cōstitutione tota ma-
rens, totū uerbum & absolutū producit: & progressum uerbum omnē genitoris, ipsius
mentis potentia in seipso cōplectitur. Quantum igitur piū est, statū ad unigeniti theo-
logiam ex uoce uerbi accipere, quod uero dissidens & incōgruum apparens repereris, hoc
reproba, omniq; studio trāsgredere. In principio erat uerbū. Si dixisset, in principio erat
filius, unā cum filij appellatione simul subijisset animū tuū cogitatio de affectione. Quo-
niam quæ apud nos generāt, tempore generāt, & affectuose generāt: quapropter anteuer-
rens, uerbū dixit, in decoras suspiciones præcorrigens, quo animā tuam in lauciā cōler-
uaret. Et uerbū erat apud deū, rursum erat dicit, propter blasphemiam dicētes, quod nō erat.
Vbi erat uerbū? non in loco, nō enim cōtinentur in loco quæ circūscribi nō possunt. Ac
ubi erat apud deū. Neq; pater in loco, neq; filius in ambitu aliquo ac circūscriptione con-
fessa cōprehensus, sed infinitus pater, infinitus filius. Omne quod deūq; mente cōceperis,
& quocūq; spiritu tuo perrexeris, deo repletū inuenies, ubiq; simul cōextensam filij sub-
stantiam reperies. Et uerbū erat apud deū. Admirare exactam uniuersiusq; uocis certiu-
dinem. Nō dixit, in deo erat uerbū, sed apud deum, ut proprietatē substantiæ proponeret,
ac declararet. Non dixit in deo, ut ne cōfusioni substantiæ occasiō daret. Nam & illo-
rum maligna est blasphemia, qui miscere oia conantur, & unum subiectū dicunt, patrem
& filium & spiritum sanctū. Verum appellationes differētes de una re dici. Maligna impie-
tas, & fugienda nō minus qd eorum qui inæqualē secundū substantiā, filium dei deo pa-
tri, blasphemata lingua proferunt. Et uerbū erat apud deū. Deinde uero uerbi uoce, ad de-
clarandū quod nulla circa generationē affectio fuerit, simul usus, breui etiā detrimentum,
quod ex uerbo nobis accessit, mitigauit, & uelut abripiēs ipsum ex calumnia blasphemio-
rum, quid, inquit, est uerbū? Deus erat ipsum uerbum. Ne mihi differētias quas dā uerbo-
rum artificiose excogites, neq; ex tuo maligno artificio aliquam blasphemiam docting spi-
ritus affricēs. Habes sententiā, subijce te dño. Deus erat uerbū, hoc erat in principio apud
deū. Rursum paucis uerbis, omnē suam theologiā in summam redigat, quam nobis Euan-
gelista de unigenito tradidit. Hoc, quod hoc uerbū? Deus postq; enim tibi sententiā de
ipso expressit, uelut qui animæ tuæ per doctrinā ea quæ ignoratur, impressit, & uerbū in
corde tuo habitare fecit. Hoc, inquit, quale hoc? ne foras oculos uertas, per demonstrati-
uam uocē id quod ostensum tibi est, circūspectans, sed ad occulta animæ tuæ ingredi, &
quem edocuis es deum in principio existētē, uelut uerbū progressum, apud deū exi-
stentem

stentem, hunc ubi cognouisti, & admiratus es, & uelut dominū tuum adorasti, qui p̄ do-
ctrinam tibi inlitus est, cognosce quod hic erat in principio, hoc est semp apud deum pa-
trem suū. Has patetas uoces cōseruate mihi, uelut sigillū memoriæ uestræ insculptas. Hæc
firmissimi erunt murus, adderis insidiantū incursum. Hæc animarū salutare sunt mun-
dum, his qui ipsas præcedūt ac obijciunt. Si quis te aggressus dixerit, nō existēs na-
tus est, si enim erat, quomodo natus est: uelut dæmonū uocem auerfare contra gloriā unī-
geniti blasphemiam. Ipse uero reuersus ad euāgeliorū uoces progredere. In principio erat
uerbū, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbū, hoc erat in principio apud deū. Qua-
ter dic uocē erat, & irritū facies ipsorū nō erat. Hæc incōcussa manēant fidei fundamēta.
Sup hæc ædificabimus, deo dante etiā reliqua. Non enim possibile est de oibus semel uo-
bis differere, ne forte p̄ orationis immodestiam, in utilia faciāmus uobis ea quæ diligenter à
uobis sunt collecta. Nam mens quæ apprehendēs simul omnibus debilitat, simile per-
petitur uentri, qui propter supflam satietatem, ingesta ad concoctionē deducere non po-
test. Opto igitur ut gustus uester dulcificetur, & digestio cōmoda fiat, ipse uero consilio
uobis paratus ad eorum quæ restant ministerium. In Christo Iesu domino. Cui gloria &
dominium in secula seculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCĪO,
in sanctum baptisma.



Qui baptisatur, in trinitatē baptisatur, in patrē & filium & sanctū spiritum:
nō in principatus, neq; in potestates, neq; in reliquas creaturas. Itaq; manife-
stum sit ipsi, qd trinitas super creaturam est, & nihil ex trinitate ad creaturas
deducere aggrediat. Memor sit etiā domini qui spiritū sanctū in suffla-
uit, & per insufflationē demonstrauit, quod spiritus substantiæ diuinæ est, &
nō creatæ naturæ. Reputet etiā apostolicā expositionem de trinitate, in qua unā opera-
tionem uidemus, patris et filij & spūs sancti: tanq; nō creato, nec factio existente secundū
naturā, neq; filio, neq; spiritu: nisi sua ipsius creatura deus opus habet, ad propriā opera-
tionem absoluentā. Dicit autē Apostolus: Diuisiones donorū sunt, & idem spiritus, & di-
uisiones ministeriorū sunt, & idem dñs. Et diuisiones operationum sunt, idem uero deus
operās omnia in oibus. Igitur quæ operatur deus, ea operatur spūs, Omnia operatur, in-
quit, unus & idem spūs, diuidens unicuiq; sicut uult. Neq; in seruitutē deducat spiritū, au-
diens qd sicut uult, omnia operatur quæ dei sunt. Et rursum, dñs autem spiritus est. Vbi au-
tem spiritus domini, isti hic libertas, nam si nō deitatem dicit habitare in nobis per inhabi-
tantem spiritū: dicente Ioanne, In hoc cognoscimus quod in nobis est, ex spiritu quē de-
dit nobis: omnē spem perfundat. Si enim nō in nobis est deus, neq; uitam, neq; bona eter-
na assequemur. Dicit etiā rursum Paulus: Nō scitis, templum dei estis, & spūs dei habitat in
uobis: Et rursum, Corpora uestra templū sunt habitātis in uobis spūs sancti, quem habe-
tis à deo. Et creatura quidē reuelatione opus habet, ad sciendū quæ dei sunt: hic uero reue-
lat nobis, ait em̄, Deus reuelauit p̄ spiritum suū. Et in nobis quidē scrutatur, quia in ipso
perscrutationē facimus. Spūs, inquit, p̄scrutatur etiā profunda dei: per seipsum uero co-
gnoscit, quemadmodū noster spūs. Quis em̄ hominū, inquit, nouit ea quæ sunt hominū,
nisi spūs hominis, qui est in ipso. Sic etiā ea quæ dei sunt, nemo nouit, nisi spūs dei. Et uiuifi-
cat quidē deus, dicit em̄ Paulus, præcipio tibi corā deo qui uiuificat oia. Vitam autē dat
Christus, dicens, Oues meæ uocē meā audiunt, & ego uitā æternā do ipsis. Viuificamur
autē per spiritū, uelut Paulus ait: Qui suscitauit Christū ex mortuis, uiuificauit etiā morta-
lia corpora uestra, per ipsius spiritū inhabitātem in uobis. Viuificaris itaq; à deo p̄ Chris-
tum in spiritu. Et propterea quoniā omnis operatio filij p̄ spiritū manifestat, dñs nomī-
natur spūs, domini nomine, & Christus Christi: uelut paulo ante dicebamus, dñs autē spi-
ritus est. Dicitū est autē & hoc, Vos nō estis in carne, sed in spiritu, siquidē spūs dei in uobis
est. Si uero quis spiritum Christi nō habet, hic nō est ipsius. Deinde inducit, si uero Chri-
stus in uobis est: pro eo quod dicere debebat, & quod cōsequens erat, Si uero spūs in uo-
bis. Neq; est uox diuina, factum spiritū esse docens. Illud enim, Omnia p̄ ipsum facta sunt
de multitudine creaturarū dictum est. Spiritus autē, nō in multitudine est, sed cum dualita-
te trinitatē cōplet, & à creatura abalienatus est, ac plurimū supereminet: nēpe sanctificās
creaturā ac uiuificās, & ungenitū in nobis existens, imō etiā in ipsa domini carne. Nec ue-

ro dñs noster Iesus Christus per creaturā sanctificatur, quemadmodū dicit Petrus: Vt Iesum Nazarenū unxerit deus spiritu sancto & potentia. Neq; a creaturā potens est: dicit autē, in spiritu dei eijcio dāmonia. Neq; a creatura ducitur: scriptū est enim, q; ductus est in spiritu in desertū. Dignitatē quidem dei prophetae ueteres proclamauerunt, Hęc dicit dñs. Verum recētiore prophetā, Hęc dicit spūs sanctus. Et apostoli, Visum est spiritui sancto & nobis. Quapropter etiā Apostolus ostendēs quod diuina uerba loquitur, aliquādo dicit, an experimentū quaritis loquentis in me Christi. Aliquando uero, uideo spiritum dei habere: plena est autē & uetus scriptura glorificationis spūs. Verbo domini, inq; Psalmista, firmati sunt cœli, & spiritu oris ipsius oīs uirtus ipsorū. Et in libro ipsius Iob scriptū est, Spiritus autē diuinus qui fecit me. Quemadmodū autē uerbum aliud, præter filium proferre nō datur, quo facti sunt cœli, nam profectio per dominū Iesum facti nō essent, siquidē per aliud uerbū facti essent, Sic neq; spiritū aliter accipere licet, qui cū uerbo uirtutes cœlorū firmauit. Quum autē spiritū oris audimus, nō humano more accipimus, sed uelut in deo decorū est, quemadmodū etiā uerbū. Neq; enim uerbū, uerbū est quod dissoluitur, sed ut Psalmista ait, In æternū dñe uerbum tuū permanet in cœlo: neq; spūs, flatus qui spū est qui diffunditur, sed cōsistens & manens. Quo em̄ uero a spiritu tuo, inquit Dauid, existente uidelicet & qui uniuersa impleuit, & in dignitate diuina consistit. Quod em̄ de spiritu dixit, hoc etiā de facie dei dicit, & de dextera ipsius, consequenter inquit: & a facie tua quo fugiā, Si ascendero in cœlū, tu illic es, si descendero in infernum ades. Si assumpsero alas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & cōtinebit me dextera tua. Sed & uox dei de seipso & spiritu hoc dicit: Ego sum in uobis, inquit dñs, & spūs meus consistit in medio uestrū. Neq; igitur alius est a gloria dei spūs ipse, ex arcano ore arcano modo relucens, neq; ipse deus: sed dei spūs, & apud deū. Mittitur autē a deo, & per filiū suppeditatur. Sic quidē dicitur ex patre na persona: spūs meus qui est in te. Dicitur autē a dño, paraclētum mittā uobis, quem sane etiā uocat spiritū ueritatis. Vnum quidē igitur patrem, unū filium, unū etiam spiritū sanctū esse, secundū diuinam traditionē, cōstitendū est: & neq; duos patres, neq; duos filios, quoniam spiritus filius nō est, neq; nominatur. Nō enim a spiritu aliquem accipimus, quemadmodū a filio spiritum. Sed quod nobis accedit, & quod sanctificat, suscipimus, deitatis societatem, & filiatiōis participationem, & æternæ hereditatis arrabonem, & futurorum bonorum primitias. Neq; quis extra relata sacra nomina curiose inuestiget: ne que filij appellationem in spiritu ponere nitatur, neq; generationem. Sed cōtentus sit appellatione secundum spiritum & similitudine.

D. BASILII MAGNI HOMILIA IN BARLAAM MARTYREM.



Nea quidem sanctorū mortes planctibus ac lachrymis ornabantur. Iacob uehementer deplorauit mortuum Ioseph: planxerunt etiam mortem Moy sis non parū Iudæi ipsi: multis etiā lachrymis Samuelem honorarunt. Nūc uero ob sanctorū obitus exultamus: tristitū enim natura post crucē transmūtata est. Nō amplius lachrymis sanctorū mortes prosequimur, sed tripudijs diuinitus inspiratis, sup sepulchra choreas ducimus. Somnus autē est iustis mors ipsa, imō potius ad meliorē uitam profectio. Hinc exultāt martyres dum maciātur. Nam beatoris uitæ desiderū, cēdis dolorem mortuū facit. Non uidet pericula, sed coronas martyr: non horret ob plagas, sed numerat braua: nō uidet inferne flagris cædentes lictores, sed angelos superne benedicentes imaginatur: non cōsiderat periculorū breuitatē, sed præmiorū æternitatem. Splendido etiā apud nos iam arrabone fruitur, dum ipsi ab omnibus, diuinis laudibus applausus cōtingit, et infinitos uinctos ex sepulchro cōgregat. Hoc ipsum sane est quod a generoso Barlaā hodie factum est. Resonuit enim bellica martyris tuba, & pietatis armigeros uelut uidetis, cōgregauit: Christi athleta facens pronunciat, est, & ecclesie theatrū in spem erexit. Et quemadmodū fidelium dñs dicebat, Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet: Generosus Barlaā mortuus est, & conuentus publicos congregat, consumptus est sepulchro, & conuocat ad epulationem. Nunc tempus exclamādi occasionem nobis præbet. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi inquisitor huius seculi? Indocia nobis hodie est inuidia pietatis doctrina. Hunc corripuit quidē tyrānus, ut prædā capti facilis, uerum cognouit post prædā armigerū intractabilē. Ridebat quidē ut cōfule ac impeditē loquen-

loquentem, horrebat autē quum angelico more iuueniliter ac fortiter ageret. Non enim simul barbari erant mores cum linguæ instrumento, neq; unā cum syllabis ratio ipsa claudicare uidebatur. Sed erat secundus Paulus cum Paulo loquens, etiam si idiota sermone, nō tamen scientia. Obtorpuerunt flagellantes lictores, sed uigorosior martyr ipse inueniebatur: manus cædentium eneruabantur, sed eius qui cædebatur cogitatio nō fledebatur. Flagra neruorū compositionē exoluerūt, sed fidei firmitas exactius adstringebatur, per fossā latera consumpta erant, sed animi philosophia effloreat. Maior carnis ipsius pars mortificata erat, sed uelut nondū certamina auspiciatus uigebat. Quū enim pietatis amor animā præoccuparit, omne bellorū genus ipsi ridiculum existit, & oēs qui cędunt ipsam propter id quod desiderat, delectant magis q; uerberant. Suffragatur mihi apostolorum desiderū, quod iucundas ipsis flagellationes a ludæis factas effecit. Abibat enim, inquit, gaudentes a facie concilij, quod ppter nomen ipsius digni facti essent ut ignominia afficerentur. Talis etiam armiger hodie nobis celebratur, qui supplicia lætitiā putabat, & flagris uelut rosis quibusdā impeti sibi uidebatur, impietatis umbras fugiens uelut sagittas, tumi umbram iram iudicis reputans, ordines satellitū efferatos ridens, propter picula uelut coronas tripudians, plagis uelut honoribus gaudens, uehementiorib; supplicijs uelut brauijs splendidioribus exultans, enses denudatos conspuens, manus licitorū uelut cera molliores sustinens, supplicij lignū uelut salutare amplectens, uinculis carcerū uelut prætis se oblectans, tormentorū machinis uelut florum uarietatib; gaudens, dexteram robustiorē igne nactus, quod sane postremū machinamentū ipsi ab aduersarijs admotū fuit. Ara enim ad libandū dæmonibus accensa, martyrē adductū ad ipsam sistunt, & dexterā supinam super aram extendere iussi, manu uelut æreo ad suffitū parato instrumēto, abulsi sunt, thure ardente maleficē ipsi imposito. Sperabāt em̄ manū ignis uiolentia deuictā, necessariū ipsum thus cito aræ immissuram esse. Heu multiplices impiorū præstigijs. Quandoquidem infinitis inquit, uulnerib; mentē non fleximus, flectamus per flammam cōtentioris uel saltē manum, quādoquidē uarijs machinis animā non cōcussimus, dexterā saltem igni admotam quatiamus. Verum neq; huius spei miseri illi fructū perciperūt, nam flamma quidem manū perrosit, mansit autē manus, uelut cinerē flammam gestans, nō dedit tergum debellanti igni fugitiuorū modo, sed incōmota consistebat contra flammā uictrix euadens, & illas prophete uoces martyri dicere exhibēs: Benedictus dñs deus meus, q; docet manus meas ad præliū, digitos meos ad bellū. Ignis cū manu cōmittatur, & ignis uictus cōperiebatur. Flammæ & dextere martyris lucta, pclamabatur, sed dextera noua quædam erat lucta uictoria, flamma quidē per mediam manū excidente, manu uerō adhuc ad luctam extenta. O manum igne cōtentiosiore, o manum quæ ab igne flecti nō didicit, o ignem uinci a manu doctum, ferrū ignis tyrannidi cedit dum molliuitur. Aes ignis potentia cedit. Nouit etiam lapidū duritia ab igne superari. Sed ignis rotatur omnia domans, martyr is dextrā nunc extentā exurens non flexit. Merito sane ob id ad dñm martyr ipse exclamarit: Dominatus es manui dextere mee, & in consilio tuo deduxisti me, & cū gloria assumpisti me. Quomō te o generose Christi miles alloquar? stat tuam uocabor: plurimū constantiam tuā imminui. Nam ignis susceptā emollit, tuam uero dextram ut moueretur solum, nō persuasit. Ferreū nominabo: & hanc imaginē ac similitudinē fortitudinis tua reperio inferiorē. Tu em̄ solus persuasisti flammā, ut manū nō domaret. Tu solus nactus es dexteram, quæ sit instrumentū ad suffitum paratū: tu solus ardente dextera dæmoniorum facies a lapis percussisti. Et tunc quidem in prunas cōmutata manu illorū capita colliquefecisti. Nunc autē ea in cineres redacta ipsorum exercitus concilians excæcas. Verum quid puerili balbutie magnum uictorē imminuo: præclarioribus linguis hymnos in ipsum cōcedamus, uocaliores doctorū tubas propter ipsum aduocemus. Exurgite nunc mihi o splendidū egregiorū factorū athleticorū pictores, imperatoris mutilatā imaginē uestris artibus magnificate. Coronatū athletā obscurius a me depictum, uestræ sapientiæ coloribus illustrate. A beo fortitū martyris factorū pictura a uobis superatus. Gaudeo talis uestræ fortitudinis uictoria hodie uictus. Video manus ad ignem luctā exactius a uobis descriptā, uideo luctatorē in uestra imagine illustrius depictū. Plorarent dæmones etiā nunc, dum per fortia martyris in nobis facta uerberant. Ardens rursus ipsi manus & uictrix ostendat. Inscrubatur tabulæ etiam certaminū præfectus Christus, cui gloria in secula seculorum, Amen.

D. BASILII MAGNI CONCIO IN GORDIVM MARTYREM.



EX naturæ apibus est, non discedere ab alvearibus, priusquam rex ipsorum uolatum aspiciatur, agmen educens præcedat. Quando quidem igitur etiam populum domini uidi nunc primum ad celestes flores ipsos martyres egressum, quero duces, quis magni hoc examen commouit? quis hybernæ tristitiam in uernam hilaritatem transmutauit? Nunc enim primum populus ex urbe uelut aluearibus quibusdam effusus, suburbanum ornatum, uenerandum hoc & præclarum martyrum stadium, passim occupauerunt. Quandoquidem igitur etiam nos excitatos & debilitatis oblitos, miraculum martyris eduxit. Age sane etiam ipsi, uoce pro uiribus ædita, circum uiri opera, uelut apes circum flores, resonemus: primum in hoc opus simulque presentibus gratum perpetrantes. Dum enim laudibus celebratur iustus, lætabitur populi, sapiens Solomon nobis paulo ante dicebat. Quamquam ego apud me dubitabam, quid nam sibi Parcmiafles per hoc ænigma uelit. Num quid rhetore alio quo aut scriptore in arte dicendi præstante, orationem ad stupefaciendos auditores compositam recitante, dum sonus offentatorius aures ferit ac pulsas, lætantur populi, tum sententiarum inuentionem ac dispositionem, tum dictionis pompam ac ductum & ad harmoniam plausibilitatem amplectentes? Aut hoc quidem non uicique dixerit, qui nusquam tali orationis specie usus est: neque sane nos inhortatus sit, ut beatorum encomia panegyrica ac plausoria pompa ostentemus, qui pedestre dictionem & uocem ornatu carentem ubique prætulit? Quid igitur est quod dicit? Quod lætantur populi lætitia spiritali, ob solam commemorationem egregiorum factorum à iustis perpetratorum, dum ad æmulationem ac imitationem bonorum per ea quæ audiuntur inducuntur. Nam uirorum qui bene in re publica uersati sunt historia, uelut lux quedam his qui seruantur ad uitæ uiam præfulget. Quapropter simul ut audiuius enarrantem spiritu Moysis uitam, statim nobis æmulationis uirtutis uiri accessit, & morum illa mansuetudo admirabilis ac prædicanda unicuique uisa est. Reliquis enim hominibus ex uerbis in crementum encomia constantur. Iustus uero sufficit rerum ab ipsis perpetratarum ueritas, ad excellentem ipsorum uirtutem demonstrandam. Quare quæ uitas eorum qui in pietate honeste perseuerarunt recensemus, glorificamus primum dominum per seruos: laudamus autem iustos per testimonium eorum quæ nouimus, populum uero per honestorum factorum narrationem exhilaramus. Nam exhortatio ad temperantiam est uita ipsius Ioseph, & inuitatio ad fortitudinem est historia Sampsonis. Non igitur encomiorum legem diuina doctrina nouit, sed testimonium factorum pro encomiis reputat, uelut & sanctis ad laudem sufficiens, & contendentibus ad uirtutem satis utilitatis præbens. Encomiorum enim lex est, patriam perscrutari, & genus inquirere, & educationem recensere. Verum nostra lex uicinorum mentione præterita, à proprijs unicuique testimonium præbet. Quid enim ego ex hoc præclarior sum, si urbs aliquando graui & magna certamina sustinuit, & splendida de hostibus trophæa erexit? Quid uero si situm opportunum habet, ut & ad hyemem & ad æstatem comoda sit? Si uero eadem etiam uirorum ferax sit, & ad pecora alenda sufficiens, quæ mihi ex his utilitas? Sed & equorum gregibus omnes sub sole terras superat. Quid igitur hæc in humana uirtute meliores nos facere possunt? Aut fortassis etiam uicini montis apices exponentes, quod nubes transcendunt, & quæ longissime in aerem porrigunt, nos ipsos fallimus, tanquam uiris per hæc laudem tribuamus? Maxime omnium ridiculum est, quod totus mundus à iustis contemptus sit, nos ex paucis eorum quæ ab ipsis contempta sunt, encomia ipsis perficere. Sufficit igitur memoria ad utilitatem perpetuam. Non enim illis opus est additameto ad gloriam, sed nobis uiuentibus necessaria est memoria propter imitationem. Quemadmodum enim ignem sua sponte sequitur fulgor, et unguentum gratum odor: sic bona opera necessariò sequitur utilitas. Quamquam neque hoc paruū sit, ueritatem eorum quæ tunc facta sunt exacte assequi. Obscura enim fama ad nos peruenit, fortia uiri facta in certaminibus conseruans. Et sane res nostra quodammodo ad pictores similitudinem habere uidetur. Nam illi ubi ex imaginibus imagines transpingunt, plurimum ab archetypis ac exemplaribus, uelut uerisimile est deficiunt. Et nos qui ab ipso rerum spectaculo absumimus, periculum non paruū est, ne ueritatem imminuamus. At quia instat nobis dies memoriam ipsius martyris afferens, qui splendide in testimonijs pro Christo decertauit, dicamus quæ nouimus. Hic natus quidem est ex urbe

hac, unde

hac, unde etiam magis ipsum diligimus, propterea quod proprius hic est noster ornatu. Quemadmodum enim fructuosæ plantæ fructus quos produxerunt propriae terræ proponunt: Sic etiam hic ex nostræ terræ utero progressus, & ad summam gloriæ altitudinem euectus, patriæ quæ ipsum produxit ac educauit, priorum pietatis fructuum fructum largitus est. Pulchri equidem sunt etiam fructus externi, ubi suaues fuerint ac boni alimentum. Multo tamen iucundiores sunt externis nostrates ac uernaculi, supra fructum, amplius etiam ornatum quoddam per propinquitatem nobis largientes. Electus autem fuit ac conscriptus in illustribus militum numerum, ita ut centum militum magistratus ipsi conceditus fuerit, & corporis robore ac animi fortitudine inter militum delectum splendidus extiterit. Quando sane eius temporis tyrannus, amaritudinem ac crudelitatem animi usque ad Ecclesiæ bellum extendit, & manum inimicam deo contra pietatem sustulit. Mandata autem ubique ac edicta proposita erant per totum forum omnesque insignes locos, ut ne adoret Christus, aut poena sit statuta mors adorantibus. Et præceptum erat ut omnes idola adorarent, & lapides ac ligna sculptura artis efformata deos putaret, aut si quis non id crederet, intolerabilia pateretur. Confusio autem & turbatio erat per totam urbem, & excursions militares contra pios, pecunia diripiebantur, plagis corpora Christianorum cædebantur, mulieres trahebantur per omnem ciuitatem, non iuuentus misericordiam reperit, non senectus uenerabilis erat, sed qui nihil mali fecerant maleficorum supplicia subibant, carceres captiuis replebantur, defertæ erant domus opulentorum, solitudines refertæ erant profugis. Crimen autem eorum qui hæc patiebantur, erat pietas ipsa. Et pater prodebat filium, & patrem filius indicabat, frater contra fratrem insaniebat, & serui aduersus dominos suos insurgent. Nox uero quedam atra uitam occupauerat, omnibus semetipsum ignorantibus ac non cognoscentibus, ex insania mentibus ex diabolo immissa. Diruebantur ædes orationis à manibus impiorum, eueriebantur altaria, & non erat oblatio neque suffitus, non locus sacrificandi. Sed tristitia horrenda, uelut nebula omnia occupabat: expellebantur dei ministri, confternatus erat totus pietatis chorus. Dæmones autem choreas ducebant, nidoribus ac sanguine omnia contaminantes. Tunc sane generosus hic, anteuerens iudiciorum necessitatem, abfecta zona, extorris erat, contempta potestate, contempta gloria, diuitijs omnigenis, cognatis, amicis, famulis, uoluptate uitæ, omnibus quorum studio homines tenentur, ad profundissimas ac hominibus imperuias solitudines profugit, uitam cum feris mansuetiore societate cum idolorum cultoribus ducens. Iuxta æmulatorem Heliã, qui ubi uidit inualecentem Sidoniæ idololatriam, ad montem Choreb profugit, et in spelunca degebat quærens deum, donec uidit desideratum, quantum homini uidere possibile est. Talis erat etiam Gordius, ubi fugisset tumultus ciuiles, turbam forenses, magistratum superbiam, forum iudiciale, calumniatores, uidentes, ementes, iurantes, mentientes, turpiloquium, facetas, & reliqua quæ uelut paruas nauiculas populosæ urbes post se instar magnarum nauium trahunt: purgatis auribus, purgatis oculis, & præ omnibus corde purgatus, quod deum uidere possit, & beatus fuerit, uidit per reuelationes, didicit mysteria non ab hominibus, neque per homines, sed magnum habens doctorem spiritum ueritatis. Unde quum peruenisset ad considerationem uitæ, quam inutilis sit, quam uana, quam omni somnio ac umbra uilior & imperfectior, iritatus est uehementius ad supernæ uocationis cupiditatem. Et uelut athleta sentiens seipsum sufficienter exercitatum & unctum ad certamen, ieiunijs, uigilijs, orationibus, assidua & indefinente meditatione oraculorum spiritus, obseruata hac die, in qua tota ciuitas publicam dæmoni bella amanti, ipsi uidelicet Marti festiuitatem celebrans, spectacula occupauerat, certamen equestre spectans. Postquam igitur totus populus in theatro collectus erat, non Iudæus aberat, non Græcus, sed & Christianorum multitudo non pauca ipsis ammixta erat, qui incaute uiuentes, & cum consilio uanitatis desidentes, & coitiones malignantium non declinantes, etiam tunc aderant spectatores celeritatis equorum & experientia aurigarum, quin & seruos dimiserant domini, & pueri ex ludis literarijs ad spectaculum concurrebant. Aderant etiam foeminae plebeæ ac ignobiles. Refertum autem erat stadium, & omnes iam ad spectaculum certaminis equorum intenti erant. Tunc sane generosus ille, et magno animo ac ingenti spiritu præditus, ex montibus in theatrum descendens, propter populum non expauit, non reputauit quos aduersariorum manibus seipsum immitteret, sed intrepido corde & elato spiritu, præteritis

his quæ

his qui stadiū obfidebant, uelut petrae frequentes aut multae arbores essent, in medio constitit: confirmans Paræmiastæ dictum, quod iustus uelut leo confusus est, & adeo inconsternato erat animo, ut in illustri theatri loco constitutus, immobili dicendi libertate exclamarit illam uocem, quam usque in hunc diem aliqui sunt qui audierunt: Inuentus sum me non quaerentibus, conspicuus factus sum me non interrogantibus. Ostendens per haec uerba, quod non per necessitatem ad pericula perductus fuerit, sed uoluntarie seipsum ad certamen obtulerit, imitatus dominum, qui quum in tenebris noctis à Iudæis non cognosceretur, seipsum indicauit. Statim quidem igitur theatrum inopinato spectaculo in se conuertit: uir horrido instar ferarum aspectu, propter diurnam in montibus uitam, squallidum habens caput, profundam barbam, uestitum sordidum, totum corpus induratum, baculum gestans, & peram alligatam habens, quae omnia decorabat gratia quaedam clandestine ipsum illustrans. Ut igitur cognitum est quis esset, statim clamor permixtus ab omnibus exortus est, consortibus quidem fidei praegaudia plaudentibus: hostibus uero ueritatis, iudicem ad eandem ipsius concitantibus, & procondemnantibus ad mortem. Omnia igitur clamore ac tumultu plena erant, neglecti sunt equi, neglecti aurigae, curruum ostentatio inanis strepitus erat, nullius oculus ad aliud intentus erat quam uidere Gordium, neque ulla auris aliud audire sustinebat quam illius uerba, & clamor confusus uelut aura per totum theatrum penetrans, equestrem circum sonitu transgrediebatur. Postquam uero silentium per praecones imperatum est, consopitae sunt tibiae, consiluerunt uarij concentus instrumenta, audiebatur Gordius, spectabatur Gordius. Et statim rapiēbatur ad principem isthici alicubi sedentē, & certamen disponentē. Et tunc quidam miti ac mansueta uoce, quis & unde esset ipsum percūctabat. Vbi uero dixit patriam, genus, speciem dignitatis in qua erat, causam fugae, reditum: nimirum adsum, inquit, opere ipso & uestrorum praecceptorum contemptum, & fidem in Deum in quem speraui ostensurus. Nam audiui, inquit, te multos crudelitate superare. Itaque hanc temporis occasionem uelut commodam ad concupiscentiam meam explendam elegeri. His sane uerbis principis animū ad iram, uelut rogam incendit, & totam insaniam uiri in seipsum excita uit. Et uoca, inquit, lictores, ubi sunt laminae plumbeae, ubi flagra in rota extendatur, in ligno torqueatur, afferantur suppliciorum instrumenta, fera bestia, ignis, gladius, crux, paretur fossa. At enim quantum lucrum aufert, inquit, scelestus ille semel tantū moriens. Quale igitur damnum patior, inquit Gordius, praecoccupans ferme illius sermonem, non potens saepe pro Christo mori. Ille uero ad naturalem saeuitiam adhuc crudelior euadebat, ad dignitatem uiri respiciens, propriam ignominiam ducens ingentem mentis insolentiam: & quanto magis cor inconsternatū uidebat, tanto magis efferabatur, & contentiosior erat ad uiri constantiam per poenarum excogitatos cruciatus superandam. Et ille quidem haec faciebat. Hic uero ad deum respiciens, ex sacris psalmis animae suae incinnuit, dicens: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciet mihi homo. Et hoc: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et quaecumque his cognata inuitantia ad fortitudinem, ex laecris oraculis edoctus erat: tantumque abfuit ut minis cederet ac consterneretur, ut etiam prouocaret in seipsum supplicia. Quid cunctamini, inquit, quid statis? lanietur corpus, torqueantur membra, puniantur prout uolueritis. Ne mihi inuideatis beatam spem. Quanto magis augebitis supplicia, tanto maiorem mihi retributionem parabit. Contra hunc non his sunt haec ad dominum, pro uerbis in corpore eminentibus, lucidum indumentum nobis in resurrectione efflorescet: pro ignominia, corona: pro carcere, paradisi: pro condemnatione cum maleficis, conuersatio cum angelis. Seminate multa in me, ut multiplicem fructum metam. Ut autem horrendis supplicijs ipsum abstrahere non poterat, & res impolubilis erat, mutata sententia blandicij aggressus est. Tales enim sunt insidiae diaboli, timidum perterrefacit, forte emollit: quales sane erant etiam tunc uersutiae malefici illius. Quis enim uideret ipsum nihil concedere mentis, fraudibus & inescationibus ipsum circumuentrentabat, & munera promittebat, partimque dabat, ac partim a rege uentura pollicebatur, claritudinem in militia, pecuniarum census, oia quae uellet. Vbi uero non succederet experimentum: nam quum audiisset, promissa beatus ipse, demeritiam ipsius derisit, si quid putaret regno caelorum comparandum se daturum esse. Tunc uero intolerabili ira incandescebat, et gladium deuodabat, et lictores producebat, et manu ac lingua, cede se cotaminans, beatum morti ad iudicium

Porro

Porro totum theatrum ad hunc locum transiuit, & qui reliqui erant in domibus extra muros effusi, magnum illud & contentiosum spectaculum uidebant, quod & angelis & omni creaturae admirandum erat, diabolo lucuosum, & omnibus demonibus horrendum. Urbs incolis euacuata est, multitudinem acruatum, uelut fluxione aliqua, in locum hunc transfluente. Non femina sustinuit à spectaculo abesse, non uir obsecurus aut illustris: Custodes domorum custodias deserebant, inconcluse erant mercatorum officinae, res uenales per forum dispersae erant: una omnium custodia ac securitas erat, omnes aequaliter urbem exiisse, & neque maleficum aliquem intra muros permansisse. Relinquebant serui domorum ministeria, & quantum externi ac uernaculi populi erat, hoc loco apud uirum illum aderat. Tunc etiam uirgo maculorum oculis se exponere ausa, & senex, & infirmus debilitatem domantes, extra muros erant. Iam uero per mortem ad uitam contententem beatum illum, circumstantes amici consolabantur ac amplectebantur, & postremum consalutabant, & calidis propter ipsum lachrymis effulis precabantur, ne seipsum igni traderet, ne iuuentutem suam consumeret, ne iucundum hunc solem relinqueret. Alij uero consilijs probabilibus decipere ipsum conabantur. Verbo solo dicas abnegationem, in anima uero serua fidem prout uolueris. Omnino enim non lingua deus intendit, sed loquentis mentis. Hoc enim modo continget tibi, ut & iudicem mitiges, & Deum propitium habeas. Ipse uero inflexibilis ac indomitus erat, & nullo tentationum impetu uulnerari poterat. Comparare possis mentis ipsius immobilitatem domui prudentis, quam neque uentorum intolerabiles uolentiae, neque uehemens imber ex nubibus erumpens, neque torrentes circum circa impetentes, commouere possunt, propter petrae securitatem. Talis erat uir, inconcussus fidei in Christum firmamentum, conseruans, uidens spiritualibus oculis diabolum circumcurrentem, & alium quidem ad lachrymas incitantem, alij uero ad persuasiuam uerisimilitudinem cooperantem. Et plorantibus quidem, illud domini uerbum dixit: Ne ploretis propter me, sed flete super hostes dei, qui tanta contra pietatis cultores audent: & qui per hanc flammam qua nos exurunt, sibi ipsi gehennae ignem lucrificiunt. Desinere flere, ac cor meum emollire. Ego enim non solum semel mori paratus sum pro nomine domini Iesu, sed etiam sexcenties si id possibile esset. At uero his qui abnegationem per linguam consulebant, sic respondebat: Quod lingua creata à Christo non sustinet aliquid loqui contra conditorē. Corde enim credimus ad iustitiam, ore uero confitemur ad salutem. Num enim militaris ordo ad salutem reprobus est: num nullus centurio pius? Recordor primi Centurionis, qui adhaerens cruci Christi, ex miraculis potentiam agnoscens, dum adhuc calidum esset Iudaeorum facinus, non timuit iram ipsorum, neque uero subtraxit se à confessione ueritatis, sed confessus est & non negauit, quod uere dei filius erat. Noui etiam alium centurionem, qui dominum adhuc in carne cognouit, quod deus est & rex uirtutum, & solo praeccepto potens emittere auxilia indigentibus per ministratorios spiritus. Cuius etiam fidem dominus maiorem toti Israel pronunciauit. Cornelius uero non centurio existens uisione angeli dignus factus est, & postremum per Petrum salutem assequutus est: Eleemosynae enim ipsius ac preces exaudita sunt apud deum. Illorum discipulus esse uolo, quomodo igitur negabo deum meum, quem à puero adorauit? non autem horrescet coelum superne? non obtenebrabuntur propter me sidera? terra uero me omnino sustinebit: Ne erretis, deus naso non suspendit. Ex ore nostro nos iudicat, ex sermonibus iustificat, ex sermonibus condemnat. Non legistis horrendas domini minas? nimirum: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego ipsum coram patre meo qui in caelis est. Qua uero gratia me etiam haec simulare consulitis? quo mihi ipsi aliquid ex tali arte comparem? ut paucos dies lucrificam? At totius aui damnum patiar, quo effugiam carnis afflictiones. At non uidebo bona iustorum. Infamia manifesta est cum artificio perire, cum astutia & dolo aeternum supplicium sibi ipsi procurare. Sed & uobis consulo, si quidem male sentitis, mutata sententia pietatem discite. Si uero pro temporis occasione simulatis, deposito mendacio ueritatem loquimini. Dicite quia dominus Iesus Christus est in gloria dei patris. Haec enim uocem omnis lingua emittit, quum in nomine Iesu omne genua flectat, caelestium ac terrestrium et infernorum. Mortales sunt omnes homines, martyres uero pauci. Ne expectemus ut mortui simus, sed à uita ad uitam transeamus. Quid spontaneam mortem expectatis? infrugifera est, nullius questus, communis brutis et hominibus.

Nam

Nam qui per generationē ad uitam peruenit, eum aut tempus consumit, aut morbus dilfoluit, aut uiolentiores casuum necessitates corrumpit. Quum igitur omnino mori oporteat, uitam nobis ipsi per mortem procuremus, uoluntarium facite id quod est coactum. Ne parcite uitae, cuius necessaria est prigratio. At qui etiam si terrestria similem perpetuitatem haberent, oportebat tamē illud studio habere, ut ea cum caelestibus permutaremus. Nunc quum breui tempore durēt, & dignitate tantō sint inferiora, ingens infania est, ob horum studium à beatitudinibus in spe repositis excidere. Haec loquutus, ubi se crucis figura circumscripsisset, procedebat ad plagam, nihil immutato colore, neque quicquā alterata faciei alacritate. Erat enim affectus non ut qui in lictoris manus deuenturus esset, sed uelut angelorum manibus se ipsum commissurus, qui statim ipsum recens mactatum assumptum, ad beatam uitam uelut Lazarum translaturus esset. Quis illius populi clamorem enarret? Quod tonitru tantum sonitum ex nubibus in terram demisit, quātus tunc ex infernis ad caelum delatus est? Hoc est stadium coronati illius athletae. Haec dies admirandum illud spectaculum inspexit, quod non obscurauit tempus, non dissoluit consuetudo, non uicit succedentium excessus. Quēadmodum enim solem semper intuentes, semper admiramur: sic etiam uiri illius memoriam semper recentē habemus. In memoria enim aeterna erit iustus, et apud eos qui in terra sunt donec terra est, & in caelis, et apud iudicem iustum, cui gloria & imperium in secula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA IN SANCTOS
QUADRAGINTA MARTYRES.



MARTYRVM memoria quae facietas esse potest ei, qui martyres amore prosequitur: Propterea quod honor quem bonis conferuis exhibemus, beneuolentiae erga comunem dominū significationem de se praebet. Manifestum est enim, quod is qui generosos uiros amore complectitur, in similibus temporis imitatione inferior nō erit. Lauda ingenuē eum qui martyrium pertulit, quo has martyr uoluntate, & decedas citra persecutionē, citra ignem, citra flagella, eadem cū illo mercede dignus

factus. Nobis autem non unus, non duo, propositi sunt hodie in admirationem, neque ad denarium usque numerus beatorum procedit. Sed quadraginta uiri, uelut unam animam in diuersis corporibus habentes, in una conspiratione ac fidei concordia, unam etiam aduersus omnia horrenda constantiam, et pro ueritate contentione ac pugnam ostenderunt. Omnes inter se consimiles, aequales mente, aequales certamine: quapropter etiam aequalibus coronis gloriae digni facti sunt. Quis igitur horum dignitatem sermone assequi possit? ne quadraginta quidem linguae tantorum uirorum uirtuti celebrandae sufficiant. At qui etiam si unus esset quē admiraremur, nostrae eloquentiae uim superaret, nedum tanta multitudo, phalanx militaris, congregatio inexpugnabilis, aequae in bellis insuperabilis, & in laudibus inexplicabilis. Age igitur, per commemorationem ipsis in mediū productis, comunem ab ipsis utilitatem praesentibus exhibeamus, demonstrantes omnibus uelut in tabella picta uirorum fortia facta. Nam & res in bello fortiter gestas, tum eloquentes homines saepenumero, tum pictores exprimunt, illi sermone ornantes, hi tabulis delineantes, et utriusque multos ad fortitudinē excitant. Quae enim sermo historiae per auditū exhibet, ea pictura tacens per imitationē ostendit. Sic sanē & nos apud praesentes uirtutē uirorum commemorabimus, & factis ipsorum uelut ob oculos productis, generosiores & uoluntate ipsis conuinctiores ad imitationē commouebimus. Hoc enim est martyrum encomium, exhortatio nimirum congregatorum ad uirtutem. Neque enim sustinent orationes de sanctis encomiorum legibus feruire. Nam qui laudibus celebrant, ex mundi rebus laudum principia sumunt. Quibus uero mundus crucifixus est, quomodo poterit aliquid ex his quae in ipso sunt occasionem ad claritudinē exhibere? Non erat una sanctis patria, alius enim aliunde uenerat. Quid igitur, extorres ipsos aut orbis ciues dicemus? Quemadmodum enim in symbolorum collationibus ea quae collata sunt, comunia eorum qui attulerunt fiunt: sic etiam in beatis his, uniuscuiusque ipsorum patria comunis omnium est, et omnes sunt undiquaque patrias inter se comutantes. Imo quid opus est in terra positas inquirere, quā liceat eam quae nunc ipsorum ciuitas est considerare? Ciuitas itaque martyrum, ciuitas est dei, cuius opifex ac artifex est deus, superna Hierusalem, libera, mater ipsa Pauli, & eorum qui ipsi consimiles sunt.

Genus

Genus uero humanum quidem, aliud aliud est: spirituale uero unum omnium. Communis enim ipsorum pater deus, & fratres omnes, non ex uno & una generati, sed ex adoptione spiritus ad concordiam per dilectionē inter se coaptati. Chorus paratus, accessio magna eorum qui à seculo glorificauerunt dominum, non singulati congregati, sed acruatim transpositi. Quis uero est transpositionis modus? Hi magnitudine corporis, & aetatis uigore ac potentia, omnes sui temporis superabant, & ad militares copias regendas ordinati erant, & ob peritiam bellicam ac animi fortitudinem, iam primos honores apud reges habebant, celebres apud omnes propter uirtutē existentes. Postquam uero denunciatus est impium illud edictum, non confitendū esse Christum, aut pericula subeunda esse. Intentatum autem erat omne suppliciorum genus, et multa ac feralis excandescencia à iudicibus iniquitatis contra pios comota erat. Insidiae uero ac doli contra ipsos consuebantur, & uaria tormentorum species parabantur, tortores implacabiles erant, ignis promptus, gladius exacutus, crux infixa, fossa, rota, flagra, omnia in procinctu erant: alij quidem fugiebant, alij uero declinabant, alij fluctuabant. Quidam uero ante experimentum ad solas minas perterrefacti sunt, alij prope ad supplicia horrenda progressi uertigine affecti sunt: alij uero in ipsis certaminibus constituti, deinde ad finem laborum perseverare nequeutes, circa medium ferme certamen desperantes ac renunciantes: uelut hi qui in pelago tempestate perferunt, etiam eas quas iam habebant patientiae merces naufragio amiserunt: Tunc sanē inuicti hi ac generosi Christi milites, progressi in mediū, ostendente praefectio regis literas, & obedientiam exigente, libera uoce confidenter ac fortiter, nihil perterrefacti his quae uidebant, neque minis pauefacti, in mediū progressi, Christianos se ipsos pronunciarunt. O beatae linguae, quae sacra illam uocem emisit, à qua suscepta aer sanctificatus est, qua audita angeli plausum excitarunt: diabolus uero cum daemonibus fauciatus est. Dominus autem ipsam in caelis descripsit. Vnusquisque igitur ipsorum in mediū progressus, dixit: Christianus sum. Et quemadmodum in stadium qui ad certandum accedunt, & simul nomina sua addunt, & ad locum certaminis transeunt: sic sanē etiam hi tunc abiectione nominibus, quae à genere ac natiuitate ipsis indita erant, à communi saluatore unusquisque se ipsum appellabat. Atque hoc uniuersi faciebant, ita ut ad praegressum singuli deinceps se coniungerent. Quare omnium una appellatio facta est: non enim amplius ille aut ille, sed omnes Christiani pronunciantur. Quid igitur tunc praefectus? potens enim erat ac uariis, ut partim blanditijs tentaret, partim minis euerteret. Primum quidem ipsos blanditijs decipere aggressus est, firmitatem pietatis exoluere tentans. Ne prodatis iuuentutem uestram, neque mortem intempestiuā cum huius uitae iucunditate permutetis. Absurdum enim est, eos qui in bellis fortiter agere aduerti sunt, maleficorum morte perire. Ad haec pecunias pollicebatur, partimque dabat: honores item ex rege, et dignitatum distributiones, & innumeris ipsos uersutis debellare conabatur. Quum uero nihil ad hanc tentationē concessissent, ad aliam machinae speciem transibat, plagasque ipsis ac mortes & supplicia intolerabilia intentabat. Et hic quidem talia. Quae uero martyres fecerunt qualia? Quid, inquit, inescas nos o hostis dei, ut à deo uiuente discedamus, & perniciosi demonibus inferuiamus, bona tua nobis offeres? Quid tantū dederis, quantū auferre conaris? Odi dona, poenas largire, non suscipio honorem ignominiae matrem. Pecunias das remanentes, gloriam deflorentem, notum facis regi. Verum à uero rege abalienas. Quid parce pauca ex mundanis rebus offers? totus nobis mundus cōtempus est. Non sunt cū nostra spe comparanda omnia quae oculis uideri possunt. Vides caelum hoc, quod pulchrum aspectu est, quā magnū, & terra quanta, & quae sunt in ipsa admiranda? Nihil ex his adaequari potest beatitudinē iustorum. haec enim praetereunt, nostra autem manent. Vnum concupisco donum, iustitiae coronam, circa unius gloriae admirationem stupeo, eius uidelicet quae est in regno caelorum, ambitiosus sum ad supernum honorem, supplicia metuo in gehenna, ille ignis mihi horrendus est: quem uero uos intentatis, conseruus est, nouit reuereri idolorum contemptores. Spiculum puerorum reputo uestras plagas. Corpus enim uerberas, quod si quidem diutius resisterit ac durauerit, splendidius coronatur: si uero citius renunciarit, perit à tam uiolentis iudicibus liberatū. Qui quum corporum ministerium accipiatis, amplius etiam animis imperare cōtentiditis, qui sanē nisi etiam deo nostro preferamini, quasi extrema ignominia à nobis affecti fueritis, & horrenda haec supplicia intentatis, crimen

u nobis

nobis producentes pietatem. At enim non timidis, neque uitae amantibus, neque qui facile perterresiant pro dilectione ad Deum congregimini. Nos uero & rotari ac torqueri & comburi, & omne tormentorum genus perpeti parati sumus. Postquam autem haec arrogans ille ac barbarus audiisset, non ferens uirorum dicendi libertatem, in iram excanduit, expensabatque secum quamnam machinam excogitaret, ut longam simulque amarā ipsius mortē construeret. Inuenit itaque, & uidere quam grauem. Quū enim considerasset regionis naturam, quod frigore horrida esset, & anni tempus, quod hybernum: obseruata nocte in qua maxime malum ipsum auget, & aliam tunc Aquilo in ipsa spiraret: iussit omnes denudatos sub dio in media urbe congelatos mori. Nouistis autem omnes qui hyemem experiri estis, & intolerabilis ea tormenti species existit. Neque enim possibile est alijs ipsam demonstrari, quā his qui iam ex experimento exempla eius prius apud se reposita habent. Nam corpus frigori expositū primum quidem totū liquidum est sanguine congelato. Deinde agitatur ac effervescent, dentes colliduntur, fibrae conuelluntur, & tota moles inuoluntarie contrahitur. Dolor autem quidam acris, & afflictio inenarrabilis, usque ad medullas ipsas progrediens, intolerabilem facit his qui congelantur sensum. Deinde extremitates ipsius amputantur, quum extremitates partes uelut ab igne exurantur. Caliditas enim ab extremis corporis fugata, & ad profundū diffugiens, partes a quibus discedit, mortuas relinquit: eas uero ad quas detruditur, doloribus affligit, morte paulatim per congelationem procedente. Tunc itaque sub dio pernoctare cōdemnati sunt, quando stagnū circum quod urbs habitatur, in qua hoc certamine sancti decertarunt, uelut planicies aliqua ad agitados equos expositum erat, quū glacies ipsum transmutasset: & per frigus ad continentem ac firmam terram redactum, accolis securā super dorsum uitam exhibebat. Fluuij uero perpetuo fluentes glacie ligati, a fluxu cessarant, teneraque aquae natura ad lapidum duritiam transmutata erat. Acres autem Aquilonis flatus omne animatum ad mortē urgebant. Tunc itaque ubi mandatum audiissent, (& uide mihi uirorum hic in superabilem constantiam) cum gaudio abiecta etiam postrema tunica, unusquisque ad mortē per frigus procedebat, uelut ad spolia diripienda se mutuo inhortantes. Non enim uestem, inquit, exuimus, sed ueterem hominem deponimus, qui per fraudis concupiscentias corrumpitur. Gratias agimus tibi domine, unā cum ueste hac peccatum abijcietes. Quādoquidem propter serpentem induit sumus, propter Christum exuamur, ne amplectamur uestes, propter paradysum quē amimus. Quid retribuimus domino: exutus est et dominus noster: quid magnum seruo patitur, quae etiam dominus: Imò nos sumus qui ipsum dominum exuimus. Militum enim illud est facinus, illi exuerunt ac diuiderunt uestes: a accusationem igitur nostram in acta relata ac per scriptam, per nos ipsos deleamus. Acris est hyems, at dulcis paradysus: dolorosa est congelatio, at iucunda fructio: paululum expectemus, & sinus nos Abraham patriarchae confouebit, una nocte totum aeuum permutabimus. Exuratur pes, ut perpetuo cum angelis tripudiet: diffluat manus, ut habeat facultatem se attollendi ad dominum. Quot comilitones nostri in acie ceciderunt, regi mortali fide seruata? Nos autem pro fide in uerum regem, uitā hanc non proijciemus: Quot malefactores mortē pertulerunt in sceleribus deprehensi? Nos autem pro iustitia mortem non sufferemus? Ne declinemus o comilitones, nedemus locum diabolo. Carnes sunt, ne parcamus: quandoquidem omnino mori oportet, moriamur ut uiuamus: fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo domine, & suscipiamur uelut sacrificium uiuum complacens tibi, dum in frigore hoc totum instar holocausti exurimur, pulchrum sacrificium, nouum holocaustum, quod non per ignem, sed per frigus consumitur. Hos consolatorios sermones inter se conferentes, & se mutuo exhortantes, uelut custodiam aliquā ac uigilias in bello perficientes, noctem eam transmiserunt: ferentes praesentia generose, gaudentes in spe, deridentes hostem. Vnum autem erat omnium uotum. Quadraginta ingressi sumus in stadium, utinā quadraginta coronemur o domine, ne deficiat in numero ne unus quidem. Honorabilis est hic numerus, quem quadraginta dierum ieiunio honorasti, per quem legislatio ingressa est in mundum. Helias quum quadraginta diebus in ieiunio dominum inquisisset, conspectum ipsius consequutus est. Et uotum quidem illorum tale erat. Vnus autem ex numero supplicij grauitate labefactatus, ordine deserto abiit, lucum inenarrabili sanctis relicto. At enim dominus preces ipsorum iratas fieri non permisit. Nam is cui martyrum custodia credita erat, ex uicinia in quodam gymnasio se calfaciens,

euentum

euentum speculabatur, paratus assumere milites si qui ad ipsum confugissent. Nam rursum etiam hoc excogitatum erat, ut in uicinia balneum esset, quod repentinum auxilium his qui sententiam mutassent compromitteret, quod tamen ab aduersarijs maligne excogitatum erat, ut talem inuenissent certaminis locum, in quo paratum solatium, decertantium constantiam exoluturum esset. At uero hoc ipsum tolerantiam martyrum splendidiorē ac illustriorem reddidit. Non enim qui necessariorum indigus est, tolerans est, sed qui in fructu abundantia positus, in malis ferendis persistit. Vt autem hi quidem decertabant, ille uero euentum obseruabat, spectaculum peregrinum conspexit. Virtutes quasdam excelsis descendentes, & uelut de rege munera magna militibus distribuētes. Quae reliquis quidem omnibus dona distribuebant, unum uero solum innumeratum dimiserunt, indignum iudicantes caelestibus honoribus, qui statim doloribus renunciāns ad aduersarios transfugit. Miserabile spectaculum iustis, miles fugitiuus, fortis in praesens uictor captiuus, Christi uicula a feris correpta: & quod miserabilis erat, quod & a caelesti uita deuitauit, & neque huius particeps factus est, carne ipsi statim ad appulum caloris dissoluta. Et hic quidem uitae amans frustra iniquus factus cecidit. Lictor uero ut uidit ipsum declinauisse, & uiam ad balneum arripuisse, seipsum in desertoris locum pro illo substituit, & abiectis indumentis seipsum nudis immiscuit, eundem cum sanctis clamorem adens, Christianus sum: & subita transmutatione simul praesentes perterritos, tum numerum compleuit, tum moerorem illorum propter emollitum transugam, sua accessione mitigauit: imitatus eos qui in acie belli statim ubi is qui iuxta primum scutum stetit, cecidit, phalangem suppleuit, ut ne constipatum agmen ipsius propter deficientem dirimatur. Tale sane quippiam etiam ipse fecit. Vidit caelestia miracula, cognouit ueritatem, confugit ad dominum, connumeratus est inter martyres. Et illud discipulorum factum renouauit. Abijt Judas, & introductus est Matthias. Imitator factus est Pauli, heri persecutor, hodie Euangelista. Ex supernis habuit etiam ipse uocationem, non ab hominibus, neque per homines. Credidit in nomen domini nostri Iesu Christi, baptisatus est in ipsum, non ab alio, sed a propria fide, non in aqua, sed in proprio sanguine. Atque sic incipiente die, adhuc spirantes igni traditi sunt, & ignis reliquiae in fluuium abiectae sunt, ut per omnem creaturam beatorum certamen penetrarit: in terra decertarunt, in aere tolerantiam ostenderunt, igni traditi sunt, aqua ipsos suscepit. Illorum uox est: Transiuimus per ignem et aquam, & eduxisti nos ad refrigerium. Hi sunt qui nostram regionem administrant, & uelut turres quaedam cohaerentes, securitatem ab hostium incursum exhibent, non uno loco seipsos concludentes, sed multis iam locis hospites facti, & multas patrias exornantes: & quod mirum est, non singularem diuisum ad suscipientes accedunt, sed inter se permixti, unice tripudiant. O nouum miraculum, neque deficit numero, neque redundantiam suscipiunt. Si in singulos ipsos diuiseris, proprium numerum non excedunt. Si in unum congregaueris, quadraginta etiam sic manent, ad ignis adeo similitudinem. Nam & ille ad accendentem transit, & totus apud habentem est. Et ipsi quadraginta, & omnes simul sunt, & omnes apud singulos sunt: luculenta beneficentia, beneficium quod non consumitur, paratum auxilium Christianis, ecclesia martyrum, exercitus trophaea gestantium, chorus glorificantium dominum. Quanti laboris fuit ut unum aliquem reperires qui pro te dominum placaret: quadraginta iam sunt, concordem orationem sursum mittentes. Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine domini, illic est in medio ipsorum. Vbi autem quadraginta, quis de Dei praesentia dubitat? Qui tribulatur ad quadraginta confugit, qui laetatur ad ipsos decurrit. Ille ut molestiarum solutionem reperiat, hic ut res secundae ipsi conseruentur. Hic mulier pia pro liberis orans deprehenditur, itemque peregrinanti marito reditum, ac infirmo salutem petens. Cum martyribus fiant praesces uestrae, adolentes coetaneos imitentur, patres talium filiorum patres esse optent, matres bonae matris exemplum discant. Mater unius illorum beatorum, ubi uidisset alios iam frigore consumptos, suum uero filium adhuc spirantem, praerobore ac aduersitate tolerantiam, quum lictores relinquerent ipsum, uelut potentem consilium transmutare, ipsa proprijs manibus sublatum curru imponuit, in quo reliqui compositi ad rogam ducebantur, reuera martyris mater. Non enim lachrymam effudit ingenerosam, neque humile quicquam, aut indignum tempore loquuta est: sed abi, inquit, o fili bono itinere cum coetaneis, cum contubernaliibus, ne relinquareis a chorea, ne posterior alijs appareas domino. Reuera bonae

u 2 nae radi

nae radicis bonum germen. Ostendit generosa mater, quae magis ipsum pietatis dogmatibus enutritur quam lacte. Et hic quidem sic educatus, sic a pia matre deductus est. At uero diabolus abiit pudore confusus. Quum enim omnem contra ipsos commouisset creaturam, omnia reperit a uirtute uirorum superata, noctem uentis infestam, patriam hybernalem, tempus anni, corporum nuditatem. O chorus sanctus, o sacer ordo, o constipatum & infracum agmen, o communes generis humani custodes, boni curarum focij, orationis cooperatorum, legati potentissimi, stellae terrarum orbis, ecclesiarum flores. Vos non terra occultu, sed coelum suscepit, aperta sunt uobis paradisi porta. Dignum spectaculum exercitui angelorum, dignum patriarchis, prophetis, iustis. Viri in ipso iuuentutis flore, uitam contemntes, super parentes, super liberos, dominum diligentes, ipsam aetatis uitalitatem degentes, contempserunt temporariam uitam, ut susciperent Deum in membris suis ipsorum, spectaculum mundo, & angelis & hominibus facti, lapsos erexerunt, duobus confirmarunt, pijs concupiscentiam duplicauerunt. Vnum pro pietate omnes erigentes trophaeum, una etiam iustitiae corona redimiti sunt, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO HABITA IN
Lacizis, Iano Cornario medico physico interprete.



REPUGNAT hostis, per externi tumultus sonitum, nostrum sermonem susperare cōtendens. Verum nos ipsius consilia ac cogitationes non ignorantes, conuertamus aures ac mentes ad ea quae hic dicuntur, misericordia moti erga eos qui ab hoc auditorio absunt, non simul mente abeutes ad externos, sed ubi corporibus sumus, ibi etiam cordibus sumus. Reuocate mihi in memoriam oraculorum spiritualium hodie mane uobis uicissim lectorum, doctrinas animae utiles, animarum medelas. Recordamini dogmatum psalmicorum, congregate mihi prouerbiales admonitiones, perscrutamini historiae pulchritudinem, addite his apostolicas exhortationes. Ad haec omnia uelut coronidem imponite, Euangelicorum uerborum memoriam, quo ex omnibus accepto lucro reuertamini, ita ut unusquisque ad id, ad quod benignae affectus est, utilitatem ex spiritu sumat. Omnino autem sic in ecclesia, in qua multi homines conueniunt, se res habet, quot sunt personarum differentiae, tot etiam mentium, quot aetatum, tot etiam peccatorum. Multiformes autem sunt & multorum modorum, diaboli uersutiae, alium aliter subducit, ad quod procliuorem uiderit, ad illud proprijs inescationibus utitur. Consistit aliquis hic inuidia animam uexatam habens: demus equidem nullum esse, & hoc mihi competens uotum est. Sed quandoquidem difficile est in humana natura, non aliquem affectum esse paruum aut maiorem: unusquisque ex relatis utilitatem eligat. Inuidus es: accipe medelam. Iracundus es: proposita tibi est sanatio. De his enim omnibus disserit. Et si fieri poterit dicemus pauca, de singulis relatis uelut sterculos decerpentes. Auarus es: hic est medela. Superbus es: hic domabis fastum, hic castigabis animi elationem, si uolueris omnia sermonum spiritualium bona, uelut ex fonte scaturiente haurire. Et ubi sic tibi ipsi abundanter hauseris, domum reuertere. Dicitur est primus sermo in parte missae, iuxta speciem prouerbialem, obscuritate ad exercendam mentem nostram adiecta. Nempe, uidens laetitia misericordiam reperiet. Num igitur per se dicti huius sententiam apprehendit, aut inquiris qui diligens es auditor, quomodo uidens laetitia collaudabitur? Laudabilia enim ex proposito fiunt. Videmus autem nos homines non qualia uolumus, sed qualis est natura eorum quae uidentur. Quare si quid asperum fuerit in superficie, quale natura existit, tale uidere datur. Si uero laetibus rebus oculos admouerimus, unde laus continget ei qui laetitia uidet? Laetitia sunt quae superficiem explanatam habent. Asperum uero est quod inaequaliter compositum est ad primum aspectum. Quandoquidem igitur inaequalis est uisibilium natura, quomodo laudat scriptura uidentem laetitia praeter eo qui aspera uidet? & damnat uidentem montes ac scopulos & ualles, & materiae densitatem, & germinis coherentiam, asperam superficiem, aut etiam mare saepe a uentis exasperatum, aut etiam terram aratro proscissam, & pro laetitate in asperitatem dissectam: Num haec uidens condemnabitur? Et ubi est iustum dei iudicium, si ob ea quae inuiti patimur condemnamur? Si uidero naturam terrae inaequaliter habere, nam qualis creata est talis uidetur: propterea ego condemnor? At tu altius intellige mihi quod dictum est, uidens laetitia. Adducuntur tibi fratrum

fratrum differentia, alius pauper, alius diues, alius peregrinus, alius familiaris, aut ut te iudice iudicent, aut ut te distribuente egentes accipiant. Si federis iudex, ne uideas inaequalia, ne diuitem altum, pauperem uero humilem. Si assiterit foribus tuis qui necessitatem suam corrigi querit, neque sic inaequalia uideas. Ne dixeris, hic amicus est, hic cognatus, hic benefactor, ille peregrinus, alienus, ignotus. Inaequalia uidentem non reperies misericordiam, laetitia uide. Una est natura, homo & hic & ille: una necessitas. Indigentia in utrisque eadem. Da fratri & peregrino: neque fratrem auerferis, & peregrinum fratrem proprium facias. Laetitia igitur uidere oportet. Ne anteponas amicis alieno necessitatem suam corrigi petentem, uult te consolatorem esse egentium, non personarum acceptatorem, non cognato dantem, peregrinum uero repellentem. Omnes cognati sunt, omnes fratres, unius patris filij omnes. Si spiritualem quæris? pater caelestis, Si terrena quæris? mater terra: & ex eodem luto omnes absoluti sumus. Quare soror est natura secundum carnem: soror generatio secundum spiritum. Eundem tecum sanguinem gestat a primo homine: eandem tecum gratiam a domino accipit. Vide igitur laetitia, ut misericordiam reperias. Ne dixeris: hic diues est, & honore dignus: ille pauper, & pauperem uispendo. Neque praesentibus his inaequaliter honores distribue: est enim diues mendax, diues raptor, diues adulter, pauper iustus. Ne igitur, externae superficiae attende, sed ad occultum ingrediens, illic differentias distribue, honora est qui pretiosa possidet. Quid pretiosius, uirtus an diuitiae? Quid ex externis praefers, occultata non perscrutans? Vides quod Bel extrinsecus quidem habebat aures, intrinsecus uero lutum, sub fulgure aere occultum. Si uideris eos qui in mundo illustres sunt, nosce quod aures ipsos circumfulget, intus uero latum sunt, aere marcidum suffulciente. Multi quidem auribus intus habent, testam uero forinsecus circumstant. Hic est thesaurus in testaceo uase occultatus, hic modestus est, ille scortatur. Quis dicitur, qui temperantiam habet, aut qui pecunias ex iniquitate collectas? Illius memoria auferrí nequit, huius diuitiae temporariae sunt. Illius opes fur non perdit, huius hodie florent, cras marcescunt. Quare uide laetitia, aequaliter iuxta idem, discretionem tamen pretiosorum ne disperdas, quo misericordiam reperias. Et uiro iracundo ne cohabites. Dic quod est quis inter nos ambitiosus, et non iracundus. Ambitiosus es: non uides laetitia? Iracundus es: & uiro iracundo ne cohabites. Vidisti quomodo in sermone cōpendio, peccatorum correctio nobis data est: si modo non aures quidem nostrae per uocem pulsant, in cor uero intelligentiam eorum quae dicuntur non transmittamus. Verum expende tecum, ubi nam meum lectum est. Quae de iracundis lecta sunt, agnosce tu qui iracundus es. Dic hic meus affectus est, cognosco infirmitatem meam, accipe medelam. Si conuulteris apud medicum, & uideris pretiosa medicamenta in multiplicibus tabulis deposita, considera quod tuo affectui proprium depositum est. Non qui pedem offendit, oculum medelam quaerit. Sed qui oculum afflictum habet, proprium affectui auxilium quaerit. Unusquisque igitur ex scriptura proprio affectui cognata sumat. Iracundus es: reprime iracundiam. Iracundus, inquit, uir non est decorus. Disce a scriptura, speculum faciei tuae sit scriptura, illic disce, nam impia ratiocinatio tenebras inducens, non sinit te reputare quantum peccatum est ira. Scriptura dicit tibi, non decorus est uir iracundus. Quomodo non decorus est iracundus? Deponit figuram humanam, & ferae bestiae figuram assumit. Concipe in animo iracundum, efferbuit ipsi ira, & oculi alterati sunt, non sunt iidem oculi. Ignis faciem induit, sursum excurrit ipsi sanguis, circum cor ebullit, tunicas oculorum subit, factus est subcruentus affectui cedens, alterauit suos oculos. Vir iracundus non decorus est. Si uideris iracundum dentes acueri, cogita quod talis a pro similibus est, internam iracundiam per dentium affricum deregens. Si uideris iratum spumare, si uideris ignota loqui in corde, si uideris iracundum patris obliuisci, filij corpus non agnoscere, per omnia immodice procedere, quo impetum suum impleat, ac sibi satisfaciatur, uides rei turpitudinem ac indecorum habitum: in alieno malo tibi ipsi medere, ut ne illius indecorum habitum etiam ipse assumas. Vir iracundus non est decorus, & uiro iracundo ne cohabites. Mala res est cum cane colligari, & perpetuo latratu frui. Vir iracundus non est decorus, fuge conuersationes ipsius: necesse est enim te discere aliquid uitarum ipsius. Dixit quid contumeliosum, mouit etiam animam tuam. Quemadmodum canis latratu prouocat alterius canis tumultum: ita etiam tuum animam haecenus sopitum ac quiescentem, illius uox ad iram excitauit, & facti estis inter uos uicissim latrantes, et mutuo oppositi uerborum turpitudines, uelut fundas emittitis. Dixit ille aliquid

cōtumeliosum, retribuisti tu, maiore excessu eum, qui auspiciatus est et anteuerit imitans, ille accepta ex sermone cōtumelioso retributione, ab impetu non quieuit, sed conuersus est & peccatū suum ampliauit, maior fieri uoluit, ex eo quod molestus aliquid dixit. Tu uero rursus eo accepto amplius dilatasti, & facta est malorū contentio. Qui uero in malo rum certamine uincit, hic miserior erit. Vir iracundus nō est decorus, et uiro iracundo ne cohabitares, neq; cōnā cum uiro inuidō sume. Alius hic affectus in uita humana diuersans & semper animis nostris adhaerens, & cor magis consumens q̄ rubigo ferrum, ipsa inuidia est. In qua multa quidem sunt mala, unum uero utile est, quod malum est ipsam possident. Inuidus em̄ ipsum inuidiosum parū laedit, seipsum uero mōrore ac gemitu consumit ob proximi prosperū rerum successum. Et agrum quidē uicini nō imminuit, seipsum autē per inuidiam consumit. Ne transfer terminos eternos, in possessionē uero pupillorū ne ingrediaris. Ne ingrediaris in possessionē pupillorū, quo ingrediaris in possessionem tuam: tua uero possessio est, paratū regnum cœlorū. Terminos patrū ne moueris: ne concupiscas uicini agros, ne sulcum sulco apponas, ut tuus paulatim augetur. Quantum enim ex aliena accessioe terrā dilataueris, tanto prolixius tibi peccatū efficias. Et terra quidem hic permanet, quæ tibi paulatim per auaritiam accreuit, nō existens amplius tua, sed successorum: & dimittis iniustum successori uicium, terra uero persistit in eternum, peccatū autē te sequet, uelut umbra animā comitans. Quemadmodum em̄ umbra sequitur corpus sic peccatū animā coharet. Ne peris te tibi ipsi multiplicans peccatū. Nusquā enim quiescit auaritia moribus, sed similis est naturā ignis, nam ignis post q̄ incendium attingit, omnem materiam depascere festinat, et nemo ipsum sistere potest, priusquā materia deficiat. Auarū uero quid cohibere potest? grauior est igne omnia per cōtinuitatem depascens. Accepit bona proximi. Alius apparuit uicinus, etiam illius sibi propria facit. Non attendit his quæ prius habet, quōd multa sunt: sed his quæ desunt, q̄ uicinos habet: nō letatur his quæ possidet, sed contristat ipsum quæ desunt. Non fructuoni collectorū attendit, sed seipsum cupiditate amplioris possessionis consumit. Deinde hinc uigilia, curā, sollicitudines. Quantum augetur diuitiā, tantū auferit uitæ sollicitudo. Iudex expectatur, & auarus circūspectat ne ad iudiciū pertrahatur, ne pupillus lachrymas suas in foro iudicario publicet. Consultat secū in nocte, quos amarulētos patronos subornet, quōd falsa testimonia mercede cōducatur, quomodo illum desolatū deualtet, ipsumq; potentia opprimat, etiā in iudicio ueritatē occultado: utrosq; autē consumat, ita ut iudicē fallat, pupillum uero circumueniat. Hæ curæ auari animā consumunt. Canis latrat, et diues furem esse putat. Muris strepitus auditur, & diuitis cor salit: seruū suspectū habet, omnia suspecta habet: filios adolecētes uelut insidiatores aspicit, quia atas ipsorū successionē urget. Auarorū etiam alius morbus est. Uicinus sui rationē in digitis locat, & partim ipsum publice, partim deorsum habet, ad spes incertas reponens, spes quæ spes nō sunt: si em̄ ad spes esset depositio, ad aternā utiq; spem, supellectilis pparatio facta esset. Nunc autē sub lecto incertas diuitias occultat, uenturū damnū auertere se putans. Sed an quidē uentura sit aliquādo necessitas, incertū est. Veniet tamen tēpus, in quo poenitentia ducetur, q̄ diuitias nō dispensauit. Hoc certū est, & ego hic uas sum ac fide iubeo: necesse est enim me de omnib. affectibus differere, ita ut uos cōmonefaciā. Vos autē attendatis, et utilitatē ex sermonib. capiat, quo unusquisq; exuto peccato, uelut serpētis senectū, sic reuertatur denudatus, et habens iustitiā ex ipso efflorescentē, alius ex alio factus. hoc em̄ est cōciliū ac synodus. Propterea patres nostri cōuentus hos statuerūt, quo quæ singulis dieb. discere nō possumus, ob doctentiū ac cōmonefacientiū inopiā, ea per annū cōgressi in cōmuni conuētū suscipiamus: deinde uitaica ad insequēs tēpus custodiamus, singulaq; in memoriā quasi adhuc insonātia habētes, pctm fugiamus, iustitiā uero opus psequamur. Ne trāser terminos aternos, in possessionē uero pupillorū ne ingrediaris. Ne ptege filios o auare, Filij sunt: deponetipis thesaurū perpetuū: thesaurus autē est, pietas pecūiarū. Relinque filijs bonā memoriā potius q̄ diuitias multas. Fac oēs filij tui patres per beneuolentiā. Necesse est aliquādo te deedere de uita, deinde filiū tuū in imatura etate, pcuratoribus adhuc egentē relinques. Si quidē igit honestus ac bonus fuisti, unusq; filij tuū uelut propriū enutriet. Recordabitur. n. quōd etiā tu pupillorū pater fuisti: si uero in malicia uixisti, et multos mōrore affectisti, & omni fera bestia grauior cōuersantib. tecū fuisti, deinde e uita decesseris, relinques filij tuum cōmunē uiuentū hostem. Quemadmodū em̄ qui scorpionis sobolē cōspexit, timet,

ne quādo ad aternā progressa, patre imitetur. Sic etiā filijs tuis, tantū paternæ maliciæ hære quibus, prius q̄ ad aternā perueniret, ab oibus insidiis struetur. Quid igit multos insidiatores ac inimicos liberis tuis paras? Atqui etiā per omne tēpus tibi uiuentū esset, oportet te magis multorū beneuolentiā adiutricē habere. Nunc quum res tuæ incertæ sint, relinque per beneuolentiā multos qui ipsis præsent: ne quando ubi tu discesseris, & diuitiæ quas colligis, in utilitatē succedere nō possint, unusquisq; moueat caput, ac dicat, quōd malē parta ad filios ac liberos nō sunt trāsmissa. Hæc ego tibi ex humanis rationib. dico, quæ uero a dño Euangelitū dicit tibi, nostri qualia sint. Ne prætege filios: quid profers causam in specie honestā ad peccandū? Qui filij fecit, etiā te fecit. Qui tibi uitæ sumptus exhibet, etiā filio exhibebit quo uitā trāsigat. Vnusquisq; propriæ uitæ rationē dño reddet. Quid scis cui thesaurū colligis: thesaurū coaceruat, & nō nouit cui ipsum reponat. Plerumq; filius est causa colligendarū opū, facta sunt autē aut prædonis rapina, aut accessorius in calumniatores sumptus, aut ab hostib. præda captiua abducuntur, aut peste ingruente perundantur. Multa em̄ sunt interitus occasiones. Dic mihi, quū petebas a deo filios, quū uolebas fieri liberorū pater, quid ad preces addebas? Da mihi filios, ut auarus factus, liberorum prætextu gehēnæ tradar: Da mihi filios, ut ne faciā mandatar: Da mihi filios, ut euangelium cōtemnā: Non hæc erāt quæ tūc dicebas, sed filios petebas cooperatores uitæ: ac cepisti cooperatores, socios, instrue etiā sermonib. ac doctrinis bonis, erudi utilib. exemplis, qualē cōueniat esse erga deū, quales sape uidisti. Hæ em̄ sunt diuitiæ multas pecunijs preciosiores. Hæc autē hæreditas bona quæ a patre ad filios trāsmittitur. In possessionē pupillorum ne ingrediaris: & cum uiro inuido cōenam ne sumas. Dicitur est de inuidia: ad datur autē ad ampliorē a malo tutelā, quod proprius diabolus affectus est inuidia. Nō enim statim diabolus creatus est diabolus, sed angeli potestate accepta, cōuersus est in dæmonis naturā, & factus est prauus dæmon, hac prauitate uelut caractere notatus, & a cōsortio ad deū abalienatus. Postq; autē ad defecionis partē conuersus, uidisset hominē animal quidē paruū, uerū supra omnē creaturam honoratū, antiquior homine existēs uiderat quod natalia oia uerbo creata erāt: producat enim, inquit, aquæ reptilia animarū uiuentium: uerbo fecit cete quæ in atlantico pelago degunt: uerbo fecit terrestria: præcepto facta sunt elephantorū magnitudines, itemq; camelorum. Equi & boues & quæcūq; magnitudine ac robore præstāt, animalia armentaria uno præcepto creata sunt: & quod magis mirū est, præcepto cœlum, præcepto sol, præcepto herba, præcepto aquarum natura: tum quæ supra cœlos, tum quæ subter terrā dispersa est, & quæ in cavitates diffusa: omnia præcepto, uerū homo manibus efformatus est. Vidit honorē hominis, inuidit diabolus. Vidit ipsum solū prælatū: hic enim præcepto ad esse productus est: ille uero manibus dei efformatus est: & hic quidē creatus est propter hominē, homo autē propter deum: homo, ut deus glorificaretur: sol, ut hoibus inferuaret. Didicit honorē circa hominē. Vidit quod prima esset creatura ipsa, postremus autem homo: quod præparasset ipsi uelut patrifamilias plenā domū. Nō enim primū fecit hominē, quo pauper creatus esset: sed fecit cœlum regnē naturale ipsi cōdens: subtrahit terrā, robustū pauimentū pedibus hois præparat: florere ipsam fecit herbarū ac fructuū omigenis fertilitatibus: oia homini parata: iumentata parata fuerunt iuxta armentorū greges. Creata fuit ois creatura: & cōpascua quidem animata in promptu parata erāt, syluestria uero ad corporis exercitationē: hæc quidē labore acquirēda, quo gratiora fierēt, illa uero propte præsentia, quo p se spōte homini inferuarent. Vidit q̄ terra sua sponte fructū ipsis proferret, ois creatura uoluptate uiferos exciperet, & ad epulationē homo adductus esset. Vidit q̄ hominū amās deus, nō cōtentus fuit terra uoluptatē, sed in electū contuberniū, propriū suū ipsius ornamentū hominē esse uolēs, in paradiso collocauit: malignus factus est diabolus, multā uoluptatē homini affluentem uidens: angelos pædagogos ipsi assidētes: deū eiusdē lingue cum hominib. esse, propria uoce ipsos alloqui: undiq; filij paruulū erudiri, ut ad dei similitudinē pueniret: postq; cōsiderauit hoiem: postq; uidit q̄ paruū hoc aial ad angelorū aequalitatē dñs pro uocasset, per uirtutē & temperantiā a rebus mundanis, ad aia pfectionē ipsum euehens. Donec qdē solus erat homo, diabolus ansam nō habebat: postq; uero creata est mulier, aial tenerū, opifrice necessariō naturalē teneritudinē inducēte, quo præ humanitate pueri facile educarentur: si enim austera esset mulier, nō sanē plorantē infantē ulnis complexa

uberibus admoueret, non proprii alimenti negligens esset, & mamam puero fugati in uilitate exhiberet. Nunc uero matrum misericordiae somnum saepenumero a palpebris fugant, ubi paululum uexatus fuerit infans. Quo igitur infans educaretur, tenera natura muliebri producta est, tenera & humana ac misericors. Itaque teneritudini ac mollitiei intensus diabolus, facilitate ad uirtutem, facilitate ad uitium fecit. Hoc igitur proprium diaboli malum est, ipsa inuidia. Inuidia quam manifestare nemo potest, quae medela non suscipit. Qui caput doler, manifestat medico capitis dolor. Qui ex inuidia aegrotat, quid dixerit, moerore me affligit fratris bona? Veritas quidem haec est, uerba autem dicere, unusquisque erubescit. Quid te excruciat, proprium malum, aut alienum bonum? Canes equidem nutrietes mansueti mus. Inuidio autem si benefecerimus, malignior est ipsi efficitur. Non enim gaudet beneficis quibus afficitur, sed moerore affligitur ob tuam opulentiam, quae materia habes unde ipsius necessitati succurrere possis. Ne igitur collabaris in fraudes diaboli, inuidit tibi, inuidit, ex paradiso te eiecit: propter illius spinam, propter illius sudor, propter illius exilii locus, in quem elapsus, ne obliuiscaris patriae antiquae. Memineris nobilitatis tuae. Memineris patriae unde exul factus es. Memineris eius quae tibi salutem ac tatarum rerum damnum intulit. Ne paciscere cum ipso, neque unquam cum ipso conuersationem suscipere. Bis enim te iniuria affecit, & ab initio eiecit, & nunc reditum intercipit. Inuidit tibi prima bona per mulierem, & rursus per uersutias circa mulierem, ad restitutionem impedimento est. Scortationem excogitauit, ut ne ingrediaris in paradysum. Non contentus est prima clade, quae te subuertit, sed alteras insidias excogitat, cursum nostrum per mendacium intercipere studens. Nam murus est iter facientibus ad paradysum ipsum mendacium. Illius artes infinitae: illius germina sunt, crudelitas, asperitas, auaritia, contumacia: omnia quae odit sermo ueritatis, ea diaboli sunt. Os hominum est, nam et hostis dei: odio habuit prius deum, collum contra deum omnipotentem eleuauit, contempsit dominum, abalienatus est a deo. Postquam uero uidisset hominem ad imaginem ac similitudinem dei factum, quem non posset deum impetere, in imaginem dei prauitatem suam euacuauit. Velut si quis hominatus imaginem lapidibus petat: quam regem non possit, lignum uerberas eius imitationem habens. Vidi ego saepenumero in studiis infestissima homini animam: aut uidi, aut audiui, se curus enim nobis permittat sermo: ueritatem ipsa pardales naturalem quandam habent ad uersus hominem iram, & solent maxime oculis hominum insilire. Qui itaque infantia ipsius bestiae illudunt, ex charta imaginem uelut hominem ostentant. Illa uero praenimio impetu, nulla reputatione facta, chartam uelut hominem disamiat, atque illic odium erga hominem declarat. Sic etiam diabolus in imagine odium dei ostendit, quoniam deum attingere non potest. Sic bellum aduersus nos, declarationem habet dei hostem esse malignum illum, & primum contra dominum belligerere. Ille hominem a Hierusalē in Hierichum deduxit, ab altis ad caua. Hierusalē quidem in montana regione sita est. Hierichus uero inferne in falso mari. Si quis ueritatem uidit locum, nouit eorum quae dicunt ueritatem. Quod Hierichus quidem occupat Palaestinae cauitatem. Hierusalē autem in uertice incubit, apicem montis occupans, qui per totam illam regionem exurgit. Ab altis igitur ad inferna uenit homo, ut in praedones incideret, a securitate in Hierusalē egressus, ut facilis captus praedonibus, in solitudine fieret, qui plagas infligerent ac exuerunt: prior est plaga, & postea sequitur denudatio: plaga aiae est peccatum. Denudatio anime, est depositio indumentorum incorruptibilitatis: peccatum autem dissipat gratiam nobis datam per lauari regenerationis. Scortatio plaga, adulterium alia plaga, plaga est inuidia. Vnumquodque horum plaga est, plaga ipsa principalia membra feriens, plaga a praedonibus, infligia, a damonibus cooperantibus nobis ad peccatum. Post plagas exutus est uerberatus. Si corporale esset quod nobis narratur, prius exuissent, uestibusque percussissent, et tunc plagas incussissent: aut ubi exuissent, plagas inflixissent, quo & uestis conseruaretur, & percussus uerberaret. Nunc uero plagae exutionem praecedunt, quo discas quod peccatum praecedat gratiae depositionem, quae tibi per benignitatem domini data est. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO

de humilitate.



inam homo in gloria apud deum mansisset, & haberet altitudinem non cotam, sed uera: dum uirtute dei magnificaret, dum sapientia diuina illustraret, dum aeterna uita ac bonis laetaretur. Quamdoquidem uero diuinam gloriae cupiditatem transposuit, & maiorem sperans, dum quod non potuit, accipere gestisset, id quod

id quod habere potuit, amisit: Maxima salus ipsi, ac morbi medela, & ad id quod ab initio erat reditus, est humilitas, & non imaginari aliquem gloriae cultum per seipsum, sed quarere a deo. Sic enim corrigit errorem: sic medebitur morbo: sic recurret ad sacrum quod reliquit preceptum. At qui spe falsae gloriae homines deiecit diabolus, isdem irritamentis prouocare non cessat, & ad hoc infinita machinamenta excogitare. Magnam quidem esse indicans ipsi pecuniarum cultum ac possessionem, quo in hoc se magnificat, & circa hoc studium suum collocet: quod quidem nihil est ad gloriam, magnum uero ad periculum. Pecuniarum enim adeptio, auaritia quidem est causa, uerum possessio nihil faciens ad bonam gloriam, sed frustra caecos facit, inaniter eleuat, affectum quendam inflammationi similem circa animam facit. Non enim sanus, neque utilis est inflammatorum corporum tumor, sed morbosus ac nocuus, principium periculi, & interitus occasio. Talis est & circa animam superbia. Et non solum ob pecunias elatio fit, neque solum fastuoso uictu, amicitumque ac cultu homines supbiunt, sumptuosas supra necessitatem ac delicatas apponentes mensas, non necessarios circumponentes uestitus, domos magnas & pulchritudine uarieatas extruentes, famulorum insequentium copias, et adulatorum innumerum gregem ex se appensum habentes: sed etiam dignitatibus ex populi consensu oblati super naturam se extollunt, si plebs dignitatem dederit, si praesidentia aliqua dignata fuerit, & praeminentiae dignitatem suis suffragiis decreuerit. Atque hic sane uelut humanam naturam excedentes, tantum non in nubibus sedere se putant, subiectos homines puluerem qui pedibus conculcatur ducentes, et contra eos qui ipsi dignitatem dederunt se attollentes, & contra eos arrogantes, per quos contigit ipsis, ut aliquid esse uiderentur: rem plenam dementiae perpetientes, gloriam somnis marcidiores habentes, & splendore nocturnis spectris uaniorum circumdanti, ex populi nutu consolato ac consistente. Qualis erat delyrus ille Solomonis filius, aetate iuuenis, mentis prudentia adhuc iunior: qui populo mitius imperium quarenti, grauius minatus est, & per minas regnum amisit: per quas regalior se fore sperabat, per eas depositus de dignitate quam habebat. Audacem autem facit hominem etiam manuum uis, & celeritas pedum, & corporis pulchritudo, quae a morbis accessorijs consumuntur: & non sentiunt quod omnis caro foenum, & omnis gloria hominis uelut flos foeni: desiccatur & exarescit foenum, & flos excidit. Tales sunt gigantum ob potentiam uirium arrogantiae, & desipientis Goliath spiritus elatus contra deum. Et qui ob pulchritudinem magnopere se iactauit Adonias: & qui magnitudine comae superbiuit Absalon. At uero quod inter humana bona maximum ac constantissimum esse uidetur, ipsa sapientia ac prudentia, etiam haec uanam elationem habet, & altitudinem non ueram praeparat, quum nullius rei reputetur, si sapientia a deo absit. Intercidit equidem & euauit ipsi diabolo contra hominem commentum, neque intellexit quod contra seipsum strueret, quod contra hominem machinatus est, ut qui nullum tantum illi damnum intulit, quem a Deo ac uita aeterna, se abalienaturum esse sperauit, quantum seipsum perdidit, transfuga a Deo factus, & morte aeterna condemnatus: &posito contra dominum laqueo, per ipsum captus est: crucifixus in ea cruce, in qua illum crucifixurum esse sperauit, & mortuus morte, qua dominum occisurum esse sperauit. Si uero mundi princeps, primus ille & maximus ac inuisibilis mundanae sapientiae sophista, suis ipsius sophismatis ac commentis capitur, ad extremam insipientiam reductus: multo magis illius discipuli ac imitatores, etiam si in finitis commentis utantur, existimantes se esse sapientes, stulti facti sunt. Sophismatis utitur Pharaon in perniciem Israel, sed clandestine fraus ipsi dissoluta est, unde non expectauit. Et infans eius iussu ad mortem expositus, latenter in domo regia nutritur, qui illius ac totius gentis potentiam euerit, & Israel ad salutem educit. Homicida uero Abimelech Geleonis spuris filius, qui septuaginta filios legitimos occidit, & hoc sapienter se excogitasse ad regnum firmiter continendum ratus est, conterit quidem eos, qui ipsi auxiliarij caedis fuerant, coteritur uero ab ipsis, & tandem manu mulieris & lapidis ictu perit. Comenti sunt omnes Iudaei contra dominum, consilium sibi ipsis perniciosum dicentes. Si dimittimus hunc sic, omnes credent in ipsum, & uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Ex hoc consilio ad Christi eadem progressi, tantum gentem ac regionem ipsi conseruaturi, perdidit id quod consultauerunt, et ex regione pulli sunt, & a legibus ac cultu dei alieni facti sunt. Et in summa, ex innumeris exemplis condiscere licet, marcidam esse humanam sapientiam prae-

prerogatiuā, paruamq; ac humilē magis q̄ magnam ac altā. Quare nullus rite sapiens, neque propter sapientiā suam se efferet, neq; propter alia prædicta: sed optimā admonitio-
 ni beatæ Annæ, ac prophetæ Hieremiæ credet. Ne gloriatur sapiens in sapientiā sua, & ne gloriatur fortis in fortitudine sua, & ne gloriatur diues in diuitijs suis. Sed quæ est gloria ue-
 ra, & in qua magnus est homo: In hoc, inquit, gloriatur q̄ gloriatur, quod intelligit ac co-
 gnoscat q̄ ego sum dñs. Hæc est altitudo hominis, hæc gloria, ac maiestas, uere cognosce-
 re magnū, & huic adherere, & gloriā ex domini gloria quærere. Dicit autē Apostolus.
 Qui gloriatur, in dño gloriatur, dicens, q̄ Christus nobis natus est sapientiā à deo, iusti-
 ciaq; ac sanctificatio, & redēptio, ut quemadmodū scriptum est, qui gloriatur, in dño glo-
 riatur. Hæc enim est perfecta ac integra gloriatio in deo, quādo neq; ob iustitiā suam quis
 se iactat, sed nouit quidē se ipsum ueræ iustitiæ indignū esse, sola autem fide in Christū iusti-
 ficatum. Et gloriatur Paulus ob iustitiā suæ cōtemptum, & quod quærit per Christū iu-
 stitiā ex deo in fide, ut cognoscat ipsum, & uirtutē resurrectionis ipsius, & participatio-
 nem afflictionū ipsius, dum cōformatur morti ipsius, si quomodo obuiā ueniat in resurre-
 ctionem mortuorū. Hic cecidit omnis superbiæ altitudo. Nihil reliquit tibi d̄ homo ad ar-
 rogantiā, cui gloriatio & spes est in mortificando omnia sua, & quærendo in Christo
 uitam futurā, cuius primitias habentes, iam in his sumus, in totū in gratiā uiuentes ac dō-
 nō dei. Et deus quidē est, qui operatur in nobis, & uelle & perficere, pro bona uoluntate.
 Deus autē suam sapientiā prædestinatam in gloriā nostram, per propriū spiritū reuelat.
 Deus in laboribus dat potentiā. Amplius omnibus laboraui, inquit Paulus, nō autē ego,
 sed gratiā dei, quæ mecum est. Deus autē eximit à periculis, præter omnem humanā spem.
 Ipsi, inquit, in nobis ipsis sententiā mortis habuimus, ne cōfidentes essemus in nobis ipsis,
 sed in deo qui mortuos suscitatur, qui ex tāta morte eripuit nos, & eripit, in quē speramus,
 quod etiam adhuc amplius eripiet. Quid igitur extollis te, dic mihi, uelut propter bona
 propria, pro eo quod gratiā confiteri debebas pro munerib; largitori: Quid enim habes,
 quod nō accepisti? Si uero accepisti, quid gloriaris, quasi nō accepisti? Non tu deum co-
 gnouisti per iustitiā, sed deus te agnouit propter bonitatem. Quom cognoueritis, inquit,
 deum, imō potius cogniti sitis à deo. Non tu Christū apprehendisti per uirtutē, sed Chri-
 stus te per præsentia apprehendit. Sequor, inquit, si etiam apprehendā, in quo etiā apprehen-
 sū sum à Christo. Non uos me elegistis, inquit dñs, sed ego elegi uos. At uero quod
 honoratus es, te iactas, & misericordiā superbiæ prætextū sumis: Et tunc cognosce teip-
 sum, quis es: uelut Adam eiecus à paradiso: uelut Saul relictus à spiritu dei: uelut Israel
 à radice sancta excisus: fide, inquit, cōstitisti, ne efferas te in altū, sed time. Iudiciū sequitur
 gratiā, & quomodo donatus ulus es, iudex expendet. Si uero neq; hoc ipsum intelligis, q̄
 gratiā consequutus es, sed gratiā propriæ uirtutis opus propter stupiditatis excellentiā fa-
 cis: nō es honoratior beato apostolo Petro. Neq; enim dilectione erga dominū superare
 poteris eum q̄ adeo uehemēter dilexit, ut etiā pro ipso mori uoluerit. Sed q̄ elatiore aīo
 locutus est dicens, Et iā si oēs scandalizati fuerint in te, ego tamen nunq̄ scandalizabor: tra-
 ditus est in humanā timiditatē, et cecidit in abnegationē: hoc errore castigatus ad metum
 ac cautionē, et doctus parcere infirmis ac debilibus, ex hoc quod etiā suam ipsius cogno-
 uerit debilitatē, doctusq; amplius manifeste cognoscere, q̄ quemadmodū quum in pelā-
 go demergeret, per dexterā Christi leuatus est, sic in fluctu offensionis ac scādali, quū pe-
 riculum perditionis propter incredulitatem ipsi immineret, per potentiā Christi serua-
 tus est: qui etiam prædixit ipsi euenturum, inquit, Simon Simon, ecce Satana's expe-
 tiuit, ut cribraret uos uelut frumentum: & ego rogauī pro te, ne deficiat fides tua. Et ali-
 quando conuersus, cōfirma fratres tuos. Et Petrus quidem sic reprehensus, merito auxi-
 lium adeptus est, ad deponendā arrogantiam, & parcendum debilibus eruditus. At uero
 pharisæus ille grauis & immodice superbus, non solum in seipso confidens, sed etiam pu-
 blicano coram deo obtruncans, iustitiā gloriā propter superbiæ crimen perdidit, & de-
 scendit publicanus iustificatus præ illo: quia sanctum glorificabat deum, & neq; oculos
 eleuare audebat, sed misericordiā solū querebat, accusator existens suspensus, & habitu, &
 pectoris plaga, & q̄ nihil aliud quæreret q̄ propitiationē. Vide igit̄ & obserua exemplum
 grauis ob superbiā p̄cne; damnū iustitiæ pertulit arrogans, mercedē amisit confidens,
 imminutus est infra humilem & peccatorem, qui se magnificauit super illum, & nō expe-
 clauit

clauit iudiciū à deo, sed suū ipsum protulit. Tu uero contra neminem unq̄ te efferes, &
 ne cōtra eos quidem qui magni sunt peccatores. Liberat sapenū numero humilitas eum qui
 multa & magna peccata cōmisit. Ne igitur te ipsum supra alterum iustificaueris, ne quan-
 do tuo suffragio iustificatus, dei suffragio condēneris. Nō diiudico me ipsum, inquit Pau-
 lus, nullius enim rei mihi cōsciū sum, sed non per hoc iustificatus sum: qui uero me dii-
 dicat, dominus est. Putas te aliquid boni perpetraste: age gratias deo, ne extolle te contra
 proximum: opus suum, inquit, probet unusquisq; et tunc in seipsum tantū gloriationem
 habebit, & non in alium. Quid enim profuisti proximo, quod fidem confessus es, aut fu-
 gam sustinuisi, propter nomen, aut in ieiunij laboribus tolerans fuisi? Non est alterius lu-
 crum, sed tuum: time casus diaboli similitudinem: qui elatus cōtra hominem, cecidit infra
 hominem, & traditus est uelut puluis cōculandus pedibus à conculcato. Talis est & Is-
 raelitarum casus: quū enim efferrentur cōtra gentes uelut immundas, uere immundi fa-
 cti sunt, gentes uero mundatæ sunt. Et illorum quidem iustitiā facta est, uelut lintheum mu-
 lteris, menses demittentis. Gentis uero iniquitas & impietas, per fidem deleta est. In sum-
 ma, memineris ueri illius progerbiij: Superbis deus resistit, humilibus autē dat gratiā. Hæc
 be domini uerbū in promptu, Omnis qui seipsum humiliat, exaltabitur: et qui exaltat se,
 humiliabitur. Ne fias iudex iniquus tui ipsius, neq; ad gratiā expende, siquidē quid boni
 habere tibi uideris, id in suffragio locans, errorū autem ultrō obliuiscens: neq; propter ea
 quæ hodie recte perpetrasti te ipsum magnificans, eorum uero quæ antea & olim male-
 fecisti, ueniā tibi ipsi concedens. Verum quū te præsens elatū fecerit, antiquum facinus
 in memoriā reuoca, et à stolido tumore quiesces. Et si proximū peccatē uideris, ne hoc
 solū ipsius cōsideraueris, sed & quæ fecit, aut facit, probe animaduerte, & reperies ipsum
 sæpe teipso meliorē, per omnia expendens, & nō particularia cōtriciens. Neq; em̄ deus
 particulariter hominē expendit. Ego enim, inquit, opera & cogitationes ipsorū uenio ut
 cōgregem. Et quū increpasset aliquando Iosaphat, propter propinquū peccatū, meminist
 etiā eorū quæ recte perpetrata sunt ab ipso, dicens: Verūtamē boni sermones in te reper-
 ti sunt. Hæc & huiusmodi ad superbiā nobis ipsis semper incinamus, subuertentes nos
 ipsos ut exaltemur, imitantes eum qui ex cœlo descendit dominum, ad extremam humili-
 tatem, & qui uice uersa, ex humilitate ad iustam altitudinē intumuit. Omnia enim in do-
 mino reperimus ad humilitatē nos erudiētia. Infans existens, statim in spelunca est, & neq;
 in lecto, sed in præsepī, in domo fabri lignarij, & matris pauperis, subditus matri, et huius
 sponso docebatur, & audiebat ea quibus nō habebat opus, interrogabat tamen, & per in-
 terrogationē ob sapientiā admirationi erat. Subditus erat Ioāni, & baptisma à seruo dñs
 suscipiebat: nulli insurgentiū resistebat, neq; inenarrabilē potestatem, quā habebat, exer-
 cebat, sed uelut potentiorib; cōcedebat, & temporariæ potestati robur suū p̄ mittebat. Co-
 ram pontificibus in habitu cōdemnati consistebat. Ad præsidē ducebatur, & iudiciū sus-
 ferebat, et quū potuisset redarguere calumniatores, silentio calumnias ferebat. In spēbāt
 in ipsum serui & uilissima mācipia. Morti tradebat, & morti apud hoies turpissimæ. Sic
 cōtū hominem penetravit, à natiuitate usq; ad finē: & post tantam humilitatē, postea glo-
 riā manifestat, cōglorificans secū eos qui simul ignominia perpeffi sunt. Ex quorū nu-
 mero primi sunt beati discipuli, qui pauperes & nudi orbem terrarū percurrerunt, nō in
 sapientiā sermonis, nō cum sectatorū copia, soli & uagi ac desolati, terrā ac mare permu-
 tantes, flagellati, lapidib; petiti, p̄secutionem passi, fugatiq; ac demum occisi. Hæc sunt no-
 bis paternæ ac diuinæ institutiones. Ad harū imitationē accedamus, quo nobis ex humi-
 litate oriā gloria æterna, ipsum p̄fectum ac uerū Christi donū. Quomodo igitur ad salu-
 tarem humilitatē descendemus, p̄nicioso supbiæ tumore relicto? Si per oīa exercuerimus
 ipsam, & nihil neglexerimus, tanq̄ ab hoc uel alio damnū non p̄pessuri. Nā aīa studijs ac
 exercitijs similis euadit, & ad ea quæ facit, efformat, & figurat. Sint tibi & habitus, & ue-
 stitus, & incessus, et desessus, & alimēti status, et lecti structura, & domus, et tota in domo
 supellex, oīa ad frugalitatē instructa, & sermo, & cātus, & cū proximo cōgressus, itidem
 magis ad modestiam q̄ tumorem cōparata uideatur. Ne mihi elationes in sermone sophi-
 sticas, neq; in cātulentis excellētē uocis suauitatē, neq; disputatiōes supbas ac graues osten-
 tes. Sed in oībus magnitudinē detrahas: benignus erga amicū, mitis erga famulū, clemēs
 ac patiens erga audaces, humanus erga humiles, cōsolans afflictos, uilitas dolore affectos,
 nullum

nullum omnino cōtemnens, suavis in compellendo, hilaris in respondendo, dexter, facti aditu omnibus. Neq; tuas laudes recenſeto, neq; alios ad dicendū subornato, neq; ſermonem inuerecundū amplectere, & tuam garrulitatem quātum fieri poteſt, occulte. Ceterum in peccatis accuſa teipſum, & ne expectes aliorum reprehentionē, ut ad ſimilitudinem iuſti accuſatoris tui, primas dicendi partes occupes, & Iob ſimilis ſias, qui nō pudore perſuſus eſt, apud ingentē ciuitatis multitudinē, quo minus erratum propriū coram ipſis declararet: ne ſis grauis in obiturgando, neq; cito, neq; affectuoſe reprehende. Nam hoc ipſum contumaciſ eſt: neq; ob res paruas cōdemnes, uelut ipſe exacte iuſtus exiſtas. Eos qui in delicto hærēt, aſſume, ac ſpiritualiter ipſos compone, uelut Apoſtolus monet, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Tantum ſtudij in eo collocato, ut ne glorificeris apud homines, quātum ceteri ut glorificentur: ſi quidem meministi Chriſti, qui detrimentum eſſe dicit mercedis apud deum, uoluntariā apud homines oſtentationē, & facere bonum, ut ab hominibus conſpiciaris. Habent enim, inquit, mercedē ipſorum. Ne itaq; te ipſum damno affice, dum coram hominibus conſpiciſ. Nam deus magnus eſt ſpectator: ambitioſus ſis coram deo, ſplendidā enim retribuit mercedē. At præminentia aliqua dignus factus es, & amplectuntur te homines, ac glorificant: ſias ſubditis æqualis, nō ut ſortium ac electionis poteſtatē habens, inquit, neq; ad ſimilitudinem principum mundi. Nam eum qui uult primus eſſe, omniū hominū ſeruum eſſe dominus iuſſit. Et ut in ſuma dicam, ſic perſequere humilitatē, uelut amator ipſius, ama ipſam, et glorificabit te. Sic recte ad gloriam ueram iter facies, quæ eſt in angelis, & apud deum. Conſpirebitur autem te Chriſtus, uelut proprium diſcipulū coram angelis, & glorificabit te, ſi factus fueris humilitatis ipſius imitator. Dicit enim, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO, NE REBUS
temporalibus affixi ſimus, & de incendio facta
extra eccleſiam.

NGo quidem putabam dilecti, dum ſemper uehementius ſermonis ſtimulum uobis admoueo, moleſtum me uobis fore, tanquā qui nimia quadam dicendi libertate utar, quæ neq; hoſpitem deceat, neq; uirum conſimilibus criminibus obnoxii. Vos autem ex reprehentionibus ad beneuolentiam irritati eſtis, & plagas à lingua progreſſas, amplioris deſiderij fomitem feciſtis. Et nihil noui hoc eſt, eſtis enim ſapientes in rebus ſpiritus, Reprehende autem ſapientem, & diligit te, Solomon alicubi in ſcriptis ſuis dicit. Quapropter fratres, etiam nūc ad eandem uenio exhortationem, quatenus ſane id per me fieri poteſt, à diaboli retribus uos abducere uolens. Multū enim dilecti, ac uariū bellum, quotidie nobis ueritatis hoſtis immittit. Immittit autem uelut ſeitis, noſtras concupiſcentias contra nos tela faciens, & à nobis ad lædendum nos ſemper robur ſumens. Quando quidem enim nimiam ipſius potentiam dominus legibus indiſſolubilibus alligauit, & non permisit omnino ut impetu ſuo genus de terra extereret, furatur de nobis uictoriam de cætero, ex noſtra demencia inuidus ille. Et quemadmodū maligni ac auari homines, quorum opus quidem eſt ac propoſitum, ex alienis diſcere, potentia autem ipſis non adeſt, ut cum libertate cogant: in uis inſidiari ſolent, & ſi uiderint locū aliquem circa ipſas, aut uallibus profundis diſtractum, aut arborum denſitate umbroſum, in hunc ſubeuntes, & uiatorum à longinquo preuiſionem eiſmodi operimentis ſuccidentes, conſertim ex improuiſo in ipſos irruunt, ut non poſſit quis prius periculi laqueos uidere, quā ubi eſt in hos collapſus: Sic infeſtus ille nobis ab antiquo hoſtis, mundanarū uoluptatū umbras ſubiens, quæ circa uitam hanc exiſtūt, ad prædonem occultandum cōmodæ, ac idoneæ ut inſidiatorem latentem faciāt: hinc ex improuiſo interitus laqueos nobis ſubſeminat. Oportet igitur nos, ſi quidē uelimus ſubiectam uitæ uiam ſecure tranſire, & animam ſimul ac corpus ex uulnere turpituſ digne libera, Chriſto adducere, coronasq; ob uictoriam accipere: uigilantes ſemper undiquaque animæ oculos circumagere, & omnia quæ iucūda ſunt, ſuſpecta habere, ac ſtatim præterire, & nulli mentem applicare: neq; ſi aurum appareat ſuſum propoſitū, & in uolentium manus uenire paratum: Diuitia enim, inquit, ſi affluerint, ne accedite corde: neq; ſi terra omnes uoluptatū delicias producat, & ſumptuoſa tabernacula oſtendat: noſtra enim

reſpublica

reſpublica ac uita in cælo eſt, ex quo etiam ſaluatorem Chriſtum ſuſcepimus: neq; ſi choreæ & comellationes ac ebrietates, & menſæ tibiæ modulis inſtructæ, tibi appareāt: Vanitas enim, inquit, uanitatū, omnia uanitas: neq; ſi corpora formoſa quæ à prauis animis inhabitentur, offerantur: à facie enim mulieris, uelut à facie ſerpentis fuge, inquit Sapiens: neq; ſi potentatus ac tyrannides, & ſatellitum aut adulatorū copia: neq; ſi thronus altus ac ſplendidus, gentes ac ciuitates uoluntaria ſeruitute ſubiectas habens. Omnis em̄ caro fœnum, & omnis gloria hominis, uelut flos fœni: exaruit fœnū, & flos excidit. His enim omnibus adeo iucundis, communis ille hoſtis ſubditus deliteſcit, expectans quando ipſorum aſpectu inſcati, à recta uia digrediamur, & ad illius inſidioſum agmen deſectamus. Et proſectō res plena timoris eſt, ne aliquando incaute ad ipſa progreſſi, & fruitionis iucunditatem nihil noxiū habere rati, occultatum in primo guſtu doli hamū deuoremus: deinde ab hoc partim ultroneſ, partim inuiti ipſis alligemur, & ad horrendum latronis hoſpitiū, ipſam mortem, ſatenter à uoluptatibus pertrahamur. Quare neceſſarium & commodum omnibus eſt fratres, ut uelut uiatores aut curſores ſuccincti, & undiquaque animarū leuitate ad curſum hunc excogitata, irreuerſim ad uitæ finem ſeſtinemus. Et me nemo nouarum appellationū fictorem fieri opinetur: propterea quod humanam uitam nunc uiam uocauim: & Dauid propheta ſic uitam nominauit. Nunc quidem ſic alicubi dicens: Beati immaculati ac irreprehēſibiles in uia, qui ambulant in lege domini. Nunc uero ad dominū ſuum uociferans, Viam iniquitatis amoue à me, & per legē tuam miſerere mei. Aliquādo uero repentinū contra lædentes auxilium dei celebrans, & cum iucunditate ad lyram incinens, aut quis deus præter deum noſtrum dixit: Deus qui præcinxit me uirtute, & poſuit inculpabilem uiam meam: ubiq; cōuerſationem hominum in terra, ſiue mirandā, ſiue prauam, ſic appellare oportere ducens, atq; id merito. Quemadmodum enim qui uiam aliquam porrectam perſiciunt, pedum greſſus mutua contentione ſemper ulterius ad curſum permutant, & ſemper priorem in terra firmatum poſterio-rem reddunt, atq; ſic per uelocem alterius tranſpoſitionē, facile ad finem uitæ procedunt: Sic qui ad uitam à cōditore produci ſunt, ſtatim in principio temporis particulis procedentes, & priorem ſemper poſteriorē relinquentes, ad uitæ finem perueniunt. Aut non etiā uobis uideretur præſens uita, perpetua quædā uita expaſſa eſſe, & iter atatib; uelut ſtrationibus ac ſtabulis, interſtinctum, quod principium quidem proſectionis, unicuiq; exhibit maternos partus, finem uero curſus, ſepulchrorū tentoria, & ad illa uniuerſos ducit, alios citius, alios tardius, & alios quidem per omnia temporis interualla itinere cōſectō, alios uero neq; in primis uitæ ſtabulis mora facta. Alias quidem igitur uias, quæ ex urbe ad urbem ducunt, declinare licet, & per ipſas nō proſiciſci, ſi quis ita uelit. Hæc uero etiā ſi nos curſum diſſerre poſſimus, uiolenter correptos ad deſtinatū à domino finem trahit eos qui in ipſa cōſiſtunt: & non datur o dilecti, ut is qui ſemel extra portam ad hæc uitam tendentem egreſſus eſt, & hoc iter inuit, nō etiā ad huius terminum perueniat. Verum unusquiſq; noſtrum poſt fugā ex maternis ſinibus, ſtatim temporis fluxionibus illigatus rapitur, à tergo ſemp diem quam uixit relinquens, & ad heſternā reuerti nunq; etiā uelit, potens. Nos autem lætamur quidem ulterius procedentes, & ætates permutates, uelut aſſumentes aliquid gaudemus, & beatum iudicamus, quum ex puero uir, ex uiro aſſit ſenex aliquis fiat. Ignoramus autem proſectō, quod ſemper tantum de uita perdidimus, quātum uiximus, & uitam cōſumi nō ſentimus, quanq̄ ſemper ipſam ex præterita ac ea quæ præterfluxit, metiamur. Neq; cogitamus quod utiq; obſcurum eſt, quātum tempus nobis ad curſum indulgere uolet, is qui nos ad hanc proſectionem emiſit: & quando unicuique curſori introitus portas aperiet: & quod oportet nos quotidie præparatos eſſe ad proſectionē hinc faciendam, & domini nutum ſtantibus oculis expectare. Sint enim, inquit, lumbrici ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes, & uos ſimiles hominibus expectantibus domini ſuum, quādo ex nuptijs reuertetur, quo ubi uenerit, & pulſauerit, ſtatim aperiat ipſi. Neq; diligenter cōſiderare uolumus, quæ leuia onera ſint, & ad huiusmodi curſum nobiſcum tranſſerre poſſimus, ſi ipſa collegerimus, nimirum quæ iſthic gaudiū plenam uitam nobis faciūt, & poſſidentū propria exiſtunt: & quæ cōrra grauiā ſint, ac moleſta, & terræ affixa, & quæ hominibus omnino cōiungi à natura nō ſolent, neq; permittuntur ut per anguſtam illam portā habētes ipſa ſequantur: ſed quæ colligere oportebat, nos relinquimus:

x quæ

quæ uero cõtemnerè conueniebat, ea colligimus: & quæ nobis uniri, & ornatus reuera animæ ac corpori cognatus fieri possunt, his ne attēdimus quidem. Quæ uero perpetuò aliena manēt, solam nobis turpitudinē imprimētia, ea cõgregare nitimur: inaniter laborantes, & laborem facientes, qualem si quis seipsum fallens, in pertulsum dolum haurire uelit. Hoc enim sanè etiam pueris, omnibus notum esse opinor, quod nihil rerum in uita iucundarū, propter quas pleriq; insaniunt, nostrum reuera est, aut fieri solet, sed equaliter ab omnibus alienæ apparent, tum ab his qui ipsis frui uidentur, tum ab his qui neq; ipsas cõtinent. Neq; enim si aliqui aurum ingens in uita collegerint, propriū ipsorum perpetuò manet, sed aut à uiuis adhuc & undiquaq; ipsum cõparantibus aufugit, ad potentiores delapsum, aut iam prope mortem existentes relinquit, & non uult simul cum his qui ipsum acquisierunt peregre proficisci. Sed hi quidem dum ab eo qui uiolenter animas à misera carne hac separat, ad necessariam uiam trahunt, frequenter se ad pecunias conuertentes, sudores propter ipsas à iuuentute exhaustos desunt. Ipsæ uero pecuniæ ad aliorum manus respiciunt, tantū colligendi laborem, & auaritiæ crimen illis affricantes. Neque uel quis infinita terræ iugera possideat, & magnificè extructas ædes, & animantū omnium generis greges, & omnem inter homines potentatū adeptus esset, his perpetuò fruatur. Verum ab his breui temporis spatio nominatus, alijs rursus facultate ac opulentiā illa cedit, exigua ipse terram subiens. Sæpenumero uero etiam ante sepulturā, & ante hinc discessum, ad alios & fortassis hostes, felicitatē transire conspiciet. Aut non scimus quot agri, quot domus, quot gentes ac ciuitates, etiam uiuentibus adhuc qui ea acquisierat ac possederant, aliorum dominorū nomina prioribus exutis induerunt: & quod olim seruitute pressi ad principatus thronum cõscenderūt, domini uero & heri appellati, cum subditis stare boni cõsulerunt, & suis ipsorū seruis succubuerunt, uelut in tesseraū circumactu, rebus derепente ipsis trāsmutatis? At uero ea quæ nobis ad cibum ac potum excogitata sunt, & omnia quæ ultra necessitatē proteruæ diuitiæ ad obsequiū ingrati & nihil continentis uentris inuenerunt, quādò nam nostra fuerint, etiam si perpetuò ingerantur: quæ sanè paruam quandam gustui tantū, in transitu uoluptatem exhibentia, statim uelut molesta ac superflua ægre ferimus, & studiose aliquādò foras eijcimus, tanq; si diuitius uel sceribus immorentur, maxime de uita periclitaturi. Multis itaq; satietas mortem inuexit, & nulla re amplius frui causa fuit. Porro petulantes cõcubitus, et impuri complexus, & omnia rabiosa ac delirantis animæ opera, nōne omnibus manifestū naturæ damnū ac de criminum conspicuū existunt: et propriorum reuera uniuscuiusq; magis abalienatio ac imminutio: quum in cõmixtionibus corpus minuatur, & maxime genuino ac cõseruato rō membrorū alimēto spoliatur. Itaq; uniuscuiusq; petulantib. cubilibus uolutati mens, statim post actionem, ubi carnis cœstrum elanguerit, & ad detestandū finem eorum quæ perpetrauit, uelut ex ebrietate aut tempestate aliqua, progressa, cõsiderandi ubi nam est, ociū nacta fuerit, uehementi quadam intemperatiæ pœnitentiā ducitur: corpus em̄ imbecillius factum sentit, & ad necessariorū operationem pigrum ac penitus debilitatum. Hoc ipsum certè quum pædotribæ considerauerint, temperantiæ legem in palæstris promulgarunt, quæ adolescentiū corpora à uoluptatibus tuta cõseruat, & decertantibus ipsis ne aspiciere quidē splendidas formas permittit, si sanè capite coronari uelint: tanq; intemperantia risum auferat inter ludandū, non coronam. Hæc itaq; uelut aliena omnino & superuacua, & nullius propria fieri potentia, honestū est oculis cõmuentibus ac clausis præterire. Verum eorū quæ reuera nostra sunt, multam prouidentia facere cõuenit. Quid uero est reuera nostrū? Anima qua uiuimus, tenuis existens ac intellectualis, nihilq; grauanibus opus habens. Et corpus uehiculum ipsi ad uitam à conditore datum. Hoc enim est homo, mens commoda ac conuenienti carni illigata. Hoc à sapientissimo uniuersorum artifice, in maternis sinibus formatur. Hoc in lucem ex tenebrosis illis thalamis, partus tempus educit. Hoc ordinatū est, ut his quæ in terra sunt, imperet. Huic exercitiū uirtutis creatio ipsa expassa est, huic lex posita est, ut platem pro uiribus imitetur, & probe compositam in cœlis disciplinam, in terris adumbret. Hoc dum hinc uocatur, discedit. Hoc ad dei qui ipsum misit, tribunal sistitur. Hoc punitur. Hoc eorum quæ in hac re publica gessit, retributionem suscipit. Quin & uirtutes ipsas nostras fieri comperiet quis, ubi industriæ naturæ ipsi subtextæ fuerint: & neque in terra laborantes nos relinque-

re uo/

re uolunt, nisi uolentes per uim fugauerimus ipsas, per peiorum inductionem: & illuc festinantes nos præcurrunt, & ad angelos conditoris se collocant, & in æternū sub oculis creatoris fulgent. Diuitiæ autē & potentatus, & claritudo & delicia, & omnis huiusmodi turba, quotidie ex nostra dementia augetes, neq; simul processit nobiscū ad uitam, neq; cum aliquibus simul discessit. Sed id quod à iusto olim dictū est, in omnibus hominibus stabile est, ac dominatur. Nudus egressus sum ex utero matris meæ, nudus etiam discedam. Qui igitur optimum consiliū inuitis animæ quàm maxime curam geret: & hoc per omnia sincerum ac genuinū seruare conabitur. Si uero caro, aut fame cõsumatur & contabescat, aut cum frigore aut calore luctetur, aut à morbis dolore afficiatur, aut uiolentiū quid ab aliquibus perpetiatur, exigua ipsius rationē habebit, illud Pauli in singulis molestijs insonās ac loquens: Etia si externus noster homo corruptū, internus tamen de die in diem renouatur: & neq; pericula uitæ progredientia uidens, timidus apparebit, sed libijpsi cõfidens dicit: Nouimus q; si terrenū nostrum domiciliū huius tabernaculi destructū fuerit, ædificationem ex deo habemus, domiciliū non manu factum, æternū in cœlis. Si uero quis uelit etiā corpori parcere, uelut possessioni quæ sola animæ necessaria sit, ipsiq; ad uitam in terra auxiliū ferat: exigua ad huius necessitates curā adhibebit, quo & cõtineatur tantū, & ad animæ ministeriū, per moderatā curā sanū cõseruetur, nō tamen permittendum est ut præsaturnitate exultet ac lasciuat. Si uero uiderit ipsum aliquādò amplioribus & utilitatē excedētibus cupiditatib. ardere, clamabit ad ipsum, illam Pauli legem ipsi ponens. Nihil intulimus in mundū hūc, manifestū est quod neq; efferre quid possumus. Habentes autē alimēta & integumenta, his cõtenti erimus. Vbi em̄ hæc ipsi incinuerit, & assidue infonuerit, obediens ipsum, ac leue expeditūq; ad cœlestem profectiōē reddet, et ad proposita magis auxiliare acquirere. Si uero proteruū esse permiserit, & omnibus quotidie, uelut feram quandā bestiam impleri: postea uiolentiū ipsius retractionib. ad terram detractus, iacebit inutiliter ingemiscens: & ad dominū adductus, & ad itineris in terra concessi fructū exhibendū postulatus, & deinde quod det nō habens, longas lamentationes ædet, & tenebras perpetuas habitabit, multū delicijs ipsarumq; captiuis illecebris indignans, propter quas salutis occasiōe spoliatus est. Verū nihil amplius ex lachrymis lucrificiēs. In inferno enim quis cõstabitur tibi: inquit Dauid. Fugamus igitur quāta maxime celeritate id fieri potest, ne nos ipsos ultronei suffocemus. Si uero quis etiā olim inescatus, aut diuitiarū puluerē ex iniquitate apud se accumulauit, & mentē harum curis illigauit: aut petulantiæ scelus difficulter eluibile naturæ affixit: aut reliquis criminib. seipsum addixit: hic adhuc dum tēporis occasio est, prius q; ad perfectum interitū pueniat, grauiora onera deponat, & anteq; nauis submergatur, mercū iacturam faciat, quas nō uelut decebat, collegit: & operarios maris imitetur. Illi enim etiam si quid rerum necessariarū in nauē uehant, tempestas aut insurrexerit, ex pelago ipsis efferuescens, et nauem onere pressam obruere minetur, quāta maxime possunt celeritate nauem exonerāt, ac merces certatim in mare demergunt, quo nauis superior fluctib. fiat, & solis animabus ac corporibus, siquidem id fieri possit, ex periculo fuga cõtingat. Verum nobis profectio multo magis q; illis cõuenit hæc & cõsultare & facere. Illi em̄ quicquid tandē eiecerint, statim perdūt, & paupertatis uiolentia ipsis de cætero incūbit. Nos autē quanto magis praua onera exhauserimus, tãto ampliores ac meliores aiæ diuitias accumulabimus. Scortatio em̄, & quæcūq; talia, electa pereunt, & eo deueniūt, ut neq; sint amplius, per lachrymas deleta. Sanctitas autē & iustitia de cætero in illorū locum trāserunt, res leues & nullis undis obrui potentes: pecuniæ tamē probe eiectæ, nō pereunt his q; ipsas abiecerūt ac exhauserūt, sed uelut in alias onerarias naues, easq; securiores, ipsos uidelicet pauperū uentres trāspolitæ, cõseruantur, & ad portus pueniunt, ac eijcientib. custodiunt nō periculū, sed ornatus. Consullemus igitur dilectis ac statuamus de nobis ipsis aliquid benigni, & opulentiæ onus, si quidē omnino uelimus lucrum nostrū facere, multis distribuamus, q; portabunt ipsum cū magno gaudio, & in dñi sinibus, promptuarijs spoliatorē non admittentibus, concludent: ubi tinea nō disperdit, neq; prædones pfodiunt, neq; furant. Demus diuitijs libertatem quæ ad egenos effundi uolunt. Ne prætereamus adhuc etiā nunc ob oculos nostros positos Lazaros, neq; inuideamus ipsis micam mensæ nostræ, quæ ipsis ad saturitatē sufficiunt, neq; immittē illum diuitem imitantes, ad eandē cum illo gehennæ flāmam descenda-

x 2 mus

mus: nam multū quidem tunc Abraamū rogabimus, multū item singulos qui probe uti-
tam transegerint. Verum nullū lucrum uociferationis cōsequemur: frater enim nō libe-
ratur, liberabitur homo: Dicit autē unusquisq; illorū nobis: ne queras benignitatē, quam
ipse in alijs ignorasti: neq; uelis accipere adeo magna, quā tu in minoribus parcus fueris:
fructus hīs quā in uita collegisti. Lachrymare nunc, quandoquidē tunc lachrymantē fra-
trem cōuuitus, ipse non es miserus. Hæc dicent nobis, & merito sanē. Timeo autē ego,
ne etiā acerbioribus uerbis nos impetāt: nam uincimus etiā, uelut nostis, improbitate di-
uitem illum. Non enim semel diuitijs parcentes, humi prostratos fratres præterimus, ne
que filijs aut alijs cognatis opulentia seruantes, ad egenorū preces, aures cōcludimus, sed
expensas ad deteriora transferentes, & ambitionē prauitatis cotem facientes hīs qui hāc
exercent. Quot enim utriusq; sexus homines quorūdam mensam circūstant: partim tur-
pibus uerbis cōuuij struictorem delectatione afficiētēs, partim absurdis aspectibus ac ge-
stibus, intemperantiæ ignem accendentes. Alij mutuis dicerijs ac cauillis risum ei qui
uocauit excitare uolentes: Alij cōfictis laudibus ipsum effingentes: & non solū hoc lucrū
faciunt, ut splendido cōuuiuo excipiātur, sed manus etiā preciosis muneribus refertas ab-
ducunt, & discunt à nobis, quod magis cōducibile est talia exercere, ac facere ipsos, q̄ uir-
tutibus deditos esse. Si uero astiterit pauper nobis præ fame uix loqui potens, auersamur
eum qui eiusdem nobiscum naturæ est, abominamur, studiose ac festināter præterimus,
tanq̄ formidantes ne etiā infelicitatis ipsius ex tardiore gressu participes fiamus. Et si qui-
dem ad terrā pronum se inclinauerit, ob calamitatē pudefictēs, simulationis artificē ipsum
esse dicimus. Si uero cōfidenter, propter grauem famis stimulū, nos aspiciat, impudētē
rursus appellamus ac uiolentiū. Et si quidē integris uestibus cōtectus fuerit, quas forte ali-
quis ipsi dono dedit, uelut inexplebile repellimus, & paupertatē ipsam simulare iuramus.
Si uero putridis uelut pāniculis, rursus ut foetentē fugamus: & neq; conditoris nomen
supplicationibus ammiscēs, neq; assidue nos, ne in tales afflictiones collabamur, adiurās,
immisericors propositū nostrū ille flectere potest. Quapropter grauiorē gehēnā ignem
formido q̄ diuitis illius fuit. Si quidē igitur tempus indulgeret, facultasq; sufficiens esset,
omnē sanē uobis illius historiā, uelut ipse euangelij liber demonstrauit, explicassem, & lu-
crum sermonū reddidissē. Nūc uero tempus est, ut uos fatigatos dimittā. Ipsi autē etiā
si quid reliquimus, propter intelligentiā simulq; linguā debilitatē, uobis ipsis uelut medi-
camenta quæ dā effingentes, animarū uulneribus adhibere. Da enim sapiētī occasionem,
& sapientior erit, inquit scriptura. Potens autē est deus omnē gratiam abundanter in uos
effundere, ut in omnib. semper omnē sufficientiā habentes, abundetis ad omne opus bo-
num. At em̄ iam ad portus uelut uidetis, deductū sermonem, ad cōsilij cursum rursus fra-
tres quidā reuocant, nō præterite miracula heri à dño facta iubētes, neq; tacere trophēū,
quod cōtra diaboli rabiem saluator erexit, uerum dare uobis exultationū ad canēdos hy-
mnos occasionē. Rursus equidē uelut nostis peculiarē suam cōtra nos rabiem diabolus
ostendit, & flāmarum ignis armis indutus, ecclesiæ templa oppugnauit. Rursus autē com-
munis mater uicit, & hosti machinamentum subuertit, & nihil ipsi euenit, q̄ quod hosti-
lem inimicitia suam publicauit. Contra spirauit gratia aduersus hostis inclinacionē, tem-
plum illæsum pmanit. Non potuit admota ab hoste tempestas cōuellere petram, super
quā Christus suæ gregis ouile ædificauit. Etiā nūc nobiscū fuit, qui olim in Babylone for-
nacem ignis extinxit. Quomodo putatis ingemiscit hodie diabolus, conatus sui fructū in
quo uoluit nō affecutus? Vicinū enim ecclesiæ rogū hostis ille incendit, quo nostros suc-
cessus deuastaret: & flāma ipsa uiolentis illius flatibus uentilata sup subiecta sibi ædificia
diffundebatur, & uicinū depalcebatur aerem; templa ipsa cōtingere coacta, & nos ad ca-
lamitatis societate protrahebat. Verū saluator in eum qui incēdit ipsam diffundi fecit, &
ut infantiā suam rursus in seipsum cōtraheret, imperauit: & insidiarū quidem arcū diabo-
lus præparauit, uerū telum immittere prohibitus est: imo potius immisit quidē, uerum in
caput ipsius cōuersum est. Ipse amarus illas lachrymas profundit, quas uobis præparauit.
Cæterū faciamus o fratres uulnus hosti grauius, augeamus ipsi lucrū. Id quomodo fieri
possit, dicā quidem ego, uos autē faciatis. Sunt quidā ex prædominio ignis à cōditore ere-
pti, & nullū de cætero uitæ sumptū ipsis reliquū habentes, sed sola aīa ac corpore è pericu-
lo elapsi. Nos igitur q̄ periculo nō gustato illæsi pmanimus, nostras facultates cōmunes
illis

illis proponamus, uix seruatos fratres amplectamur, unusquisq; ad unū quēq; dicamus:
mortuus erat, & reuixit; perditus erat, & inuentus est: & cognatū nobis corpus contega-
mus: opponamus hostis insultationibus nostram consolationē, quo etiam læsit ille, nihil
magnilæ esse uideatur, & illato bello nullū uictum ostendisse: & quāuis fratrum faculta-
tes abstulit, à nostra liberalitate uictus appareat. Vos uero fratres qui incendij periculum
effugistis, ne uehementer doleatis ob ea quæ acciderūt mala, neq; mente cōmoueamini,
sed mœroris caliginē excutite, & ratiocinationibus uirtilioribus usi animas uestras corro-
borate: & id quod accidit, coronarū occasionē facite. Si enim incōmoti permaneritis, &
fide apparebitis integriores, uelut aurum generosum ex igne elucētēs, & hosti pudorem
magis augebitis, ut qui nec lachrymā quidē suis insidijs mouere potuerit. Cōmonefacite
uolipfos de Iobi patientia, dicite ad uolipfos quæ ille dixit: Dñs dedit, dñs abstulit, sicut
dño placuit, ita & factum est. Et nemo propter ea quæ passus est, sibi psuadeat, ut reputet
ac dicat, quod profecto nulla prouidentia res nostras gubernet, neq; dispensationē ac iu-
diciū domini accuset. Sed ad athletā illum respiciat, ipsumq; consiliariū melioris faciat:
reputet uniuersa ex ordine certamina, in quibus ille uictor euasit, & quod iaculis à diabo-
lo petitis, nullam lethalem plagā accepit. Abstulit quidem illius domesticam prosperita-
tem, & consiliū cœpit alternis malorum nuncijs ipsum obruēdi. Nam dum adhuc prior
calem quandā cladem annunciabat, alter nuncijs ueniebat, grauiorū rerum tristitiā affe-
rens, malaq; inter se cōnectebantur, & calamitates undarū incursum imitabant: & prius
q̄ priores lachrymæ sedarentur, aliarū causa afferebatur. Verum iustus uelut scopulus in
mari eminens stabat, tempestatis insultus suscipiens, & undarū uiolentiā in spumā com-
mutans, & gratam illam ad dominū uocem emittebat: Dominus dedit, dñs abstulit, sicut
dño placuit, ita & factum est: & nihil eorū quæ acciderunt, lachrymis dignū duxit: postq̄
uero uenisset nuncijs quidā, quod filijs et filiabus cōiuantibus, uentus quidā uiolentus
cōiuij ac hilaritatis domiciliū incussisset, tunc uestem solū dirupit, naturæ cōdolentiam
ostendens, & per factū hoc, quod pater liberorū amans esset, testatū faciens, Verū tamen
etiā tunc mœroribus terminū ac mensurā imponens, ac pijs illis uocibus factum ornās,
dicebat: Dominus dedit, dñs abstulit. Sicut domino placuit, ita & factū est: tantū non ta-
lia uociferans: pater uocatus sum, quanto tempore uoluit is qui me patrem fecit: auferre
mihī rursus sobolis coronā statuit, non pugno contra ipsum pro his quæ ipsius propria
sunt: præualeat id quod dño uisum est: ipse est plastis generis, ego uero organum. Quid
me seruum frustra agrefere oportet, & sententiæ indignari quā dissolueri non possum?
Talibus uerbis diabolū iustus ille pupugit: postq̄ autem rursus ipsum uictorem hostis ui-
deret, & nullo horū conuelli posse, ipsi carni tentationis machinamentū admouit, & cor-
pus innumeris plagis flagellatū, uermium fontes ex se producere fecit, & uirum ex regio
throno abductū in sterquilinio collocauit. Ille uero etiam dum his afflictionibus impete-
retur, immotus permāsit, & dum corpus lacerabatur, pietatis thesaurū in occulto animæ
tutum à prædone custodiebat. Quum igitur non haberet quod de cætero faceret hostis,
ad ueterum insidiarū memoriam deuenit, & uxoris ipsius mente ad impiam ac blasphemam
sententiā pertracta, per illam cōcutere athletam tentabat. Et hæc quidem longo do-
lori renunciāns iusto astabat, ad terram se inclinans, & manus ob ea quæ uidebat concu-
tiens, & pietatis fructus ipsi exprobrans, ac ueterem rerum domesticarū abundantiam re-
censens: præsentia uero mala ostendens, & qualē ex qualibus uitam adeptus esset, & qua-
lem pro multis sacrificijs ac uictimis mercedē à domino accepisset: proferebatq; semper
uerba pusillanimitate muliebris digna, & quæ omnem uirū perturbare possent, ac quan-
tumuis generosum animū subuere. Vaga enim & famula oberro, regina seruo, & ad
meorum famulorū manus respicere coacta sum: & quæ multos olim benigne nutriui, ex
alienis nunc nutriui. Et honestius esset, inquit, ac commodius, ut teipsum impijs uerbis
usus de terra excinderes, ita ut gladiū iræ conditoris acueres, q̄ quod patiens ac perseue-
rans in aduersis, laborem in certaminibus tibi ipsi ac cohabitanti uxori prolongas. Ille ue-
ro ob hæc uerba, tristitiā uelut ob nullū priorum malorū affectus, & uultum ira replente,
ad uxore uelut hostem cōuersus, quid, inquit, uelut desipiens aliqua mulier locuta es: de-
pone, inquit, o mulier consiliū, usq; quo cōmunem uitā per uerba tua cōtumelia afficis:
mentita es in effingenda uita mea, uelut nō optarim, minimeq; factum uelim, calumniata

es etiā uitam meam per ea quæ dixisti: ex dimidio nunc me impiū factum esse puto: quādo quidem unum quidem corpus utrosq; nos nuptiæ fecerunt: tu uero in blasphemā delapsus es. Si bona suscepimus de manu domini, mala nō sufferemus: Recordare bonorum quæ prius habuisti, cōfer meliora cum deteriorib; nullius hominis uita per totū beata est, semp̄ felicem esse, solius dei est: tu uero si propter præsentia dolore afficeris, ex præteritis te ipsam cōsolare. Nunc lachrymas fundis, at prius risisti: nunc in ops degis, at prius diues fuisti: clarū uitæ laticem bibisti, & turbidū nunc bibens tolera. Neq; fluminū fluxus perpetuū puri apparent: flumen est autē uita nostra perpetuū fluens, & undis alternatim succedentibus plent; partim enim iam præterfluxit, partem autē currit: & partim quidē iam de fontibus processit, partim uero processurum est: & uniuersi ad cōmune mortis mare festinamus. Si bona suscepimus de manu domini, mala nō sufferemus: Cogimus iudicē cōsiliis res suppeditare nobis per auiū: Docemus dominū quomodo uitam nostrā gubernare oportet: ipse suarum sententiarū potestatem habet, quō uult, res nostras disponit. Sapiens autē est, & quod utile est, famulis suis suppeditat. Ne curiosius perscruteris iudicium domini: boni consule tantum ea quæ ab ipsius sapientia disponuntur. Quicquid de derit tibi, id suscipe cum gaudio: ostende in rebus tristibus, quod etiam priore læticia digna affecta es. Hęc dicens Iob, etiam hunc diaboli insultum repulit, et perfectū pudorem ipsi de uictoria induxit. Quid igitur hinc cōsecutum est? Reliquit rursus morbus ipsum, uelut qui frustra accessisset, & nihil amplius perfecisset: effloruit ad secundā pubertatem caro, reuirit omnibus bonis uita, & duplicatā diuitiā undiquaq; in domum confluerunt: ut alteram partem uelut qui nihil amisisset, haberet, altera uero patientiæ merces iusto esset. Cur autem equos quidem & mulos, & camelos & oves, & agros ac omnem suppellectilis uoluptatem ex duplo recepit. Verum liberorū numerus æqualis his qui perierant ipsi productus est: Quia bruta pecora & omnes diuitiā corruptæ, ad perfectū perueniunt interitum. Liberi uero etiam mortui optima naturæ parte uiuebant. Ornatus igitur rursus alijs filijs ac filiabus à conditore, etiam hanc possessionem duplicatā habebat. Hi enim aderant læticiam in uita parentibus exhibentes. Illi uero prægressi parentem expectabant, tunc omnes circum Iob staturi, quum humanæ uitæ iudex uniuersalem ecclesiam congregauerit: quum tuba regis aduentum significans, uehementiore sonitu sepulchris immisso, corporum depositum reposcet. Tunc etiam qui nunc mortui esse uidentur, citius uiuentibus ad uniuersorum opificem adducētur ac sistentur. Quapropter optinor duplicatas ipsi reliquas diuitias datas esse à deo, qui iustum duxit, ut liberorum æquali numero contentus esset. Vides quot ac quanta iustus ille Iob ex patientia sibi collegit, ac coaceruauit: Et tu itaq; si quid tibi molestum ab hesterno incendio, ex dæmonum insidijs accenso, exortum accessit, hoc ipsum patienter tolera, & tristitiam ex afflictione melioribus cogitationibus sopito. Et iuxta id quod scriptum est, lacta curam tuam in dominum, & ipse te enutriet. Ipsi gloria in secula. Amen.

D. BASILII MAGNI HOMILIA SIVE CONCIO,
in sanctam Christi Natiuitatem.



Christi natiuitas genuina illa & prima, ac deitatis ipsius propria, silentio colatur. Imò magis cogitationibus nostris imperemus, ne illa inquirant, neq; curiose scrutentur. Vbi enim non tempus, non seculum intercessit, nō modus excogitatus est, nō spectator adfuit, non est qui enarret quomodo imaginetur mens ipsa. Quomodo uero lingua ipsa mentis intelligentiæ inseruiet? Sed & pater erat, & filius natus est. Ne dixeris quando, sed prætereas hanc quæstionem. Ne inquisieris quomodo, impossibilis enim est responsio. Nam quādo, temporale est. Quomodo autem, lapsum inducit ad corporales modos. Habeo quod dicam ex scriptura. Quod uelut splendor à maiestate, & uelut imago ab exemplari. Sed tamen quādo quidē ratiocinatio per huiusmodi responsiones ac sermones, tuam curiositatem nō sedat, ad arcanum maiestatis confugio, & cōfiteor nullis ratiocinationibus animo concipi posse, & humanis uerbis inexplicabilem esse, diuinæ natiuitatis modum. Ne dicas, Si natus est, non erat, neque uerborum maleficio, mentes inexpertas corripe, talibus exemplis ueritatem corrumpens, & theologiam foedans. Natus est dixi, quo principiu ipsius & autorem demonstrarem, non ut tempore posteriorem unigenitum redarguam. Animus porò tuus per inania ne eat, in secula transgrediens filio antiquiora, quæ neque sunt, neq; erunt.

Quomodo enim antiquiora esse possunt creata eo qui ipsa fecit? At enim imprudens ex spontaneo orationis ductu ac consequentia ad id quod fugiebam delatus sum. Relinquamus igitur sermones de sempiterna illa & arcana natiuitate, illud animo uersantes, quòd mens quidem nostra longe minor rebus est: sermo autē rursus multo defectuosior quàm ut mente conceptis explicandis sufficiat. Considerare igitur oportet, quantus nam sit delapsus à ueritate ad sermonem, si quidem mens ad naturam incomprehensibilem accedere non potest, sermonis autem naturam his quæ utcunq; mente concepta sunt respondentem inuenire impossibile est. Deus in terra, deus inter homines, non per ignem, & turbam, & montem fumigantem, aut caliginem & procellam animas audientium perterrefacientem, legem dans, sed per corpus manueat ac blande his qui eiusdem cum ipso generis sunt colloquens. Deus in carne. Non ex interualis operans uelut in Prophetis, sed insitam & unitam sibi ipsi humanitatem adeptus, & per cognatam nobis carnem suam, ad seipsum humanitatem reducēs. Quomodo igitur per unum, inquit ille, in omnes facta hæc peruenit? Quomodo deitas est in carne? Quemadmodum ignis in ferro, non transiit, sed distribuitur. Non enim excurrit ignis ad ferrū, uerum manens in loco, distribuit ipsi propriam facultatem, & neq; minor fit distributione, & participans totum de seipso replet. Eodem sanè modo etiam Deus uerbum, neq; motus est ex seipso, & habitauit in nobis, neq; mutationem sustinuit. Et uerbum caro factum est, neq; cœlum desertum erat continente, & terra in proprijs sinibus cœlestem suscepit. Ne cogites delapsum deitatis: non enim transit ex loco in locum uelut corpora, neq; imaginis alteratā esse deitatem transmutatam in carnem, immutabile enim id quod immortale est. Quomodo igitur inquit, Deus uerbum corporea debilitate non impletum est? Dicimus, uelut neq; ignis ferri proprietates transiimit. Nigrum est ferrum & frigidum, sed tamen ignitum, ignis formam induit, & ipsum illustratur ac candescit non nigrefaciens ignem, & ipsum inflammat non frigefaciens flammam: sic sanè etiam humana domini caro, ipsa participauit deitate, non propriam debilitatem deitati distribuit. Aut neq; concedis mortali huic igni æqualiter operari deitatem, sed affectionem circa eum qui omnis affectionis expertus est, ex humana imbecillitate imaginariis, & dubitas quomodo corruptibilis ex facili natura, ex societate ad deum incorruptibilitatem conseruare potuit: atq; hoc quum uideas ignē, (adhuc enim in similitudine hæreo) à rubigine ferri nō consumi? Disce itaq; mysterium. Propterea deus in carne est, ut in ipsa delitescerent mortem occidat. Quemadmodum enim medicamenta auxiliaria contra uenena, corpori familiaria facta, omnia uenena & corruptionem inducentia exuperat. Et quemadmodum tenebræ in domo existentes, inducta luce dissoluuntur: sic mors in humana natura dominium habens, deitatis præsentia dissipata est. Et sicut glacies in aqua, quādiu quidem nox est & umbra, humori dominatur: ubi uerò sol incaluit, radio ipsius colliquescit: Sic regnauit quidem mors usq; ad præsentiam Christi, postquam autem apparuit gratia dei salutaris, & exortus est sol iustitiæ, deuorata est mors in uictoriam, ueræ uitæ pestem non inferens. O profunditatem bonitatis & amoris dei erga homines. A seruitute liberati sumus, & cur deus inter homines sit, rationem homines requirunt: quum adorare oportuerat bonitatem. Quid tibi faciemus o homo: manentem in alto Deum non inquisiisti, descendentem ad te et per carnē conuersantem non suscipis. Cæterum quomodo deo assimilatus es causam quæris? Disce, propterea Deus est in carne, quoniam maledictam hanc carnem oportebat sanctificari, debilem potentē reddi, ab alienatam à deo, ipsi assimilari, elapsam ex paradiso, in cœlos reduci. Et quæ huius dispensationis officina est? Virginis corpus. Quæ autē generationis principia? Spiritus sanctus, & uirtus altissimi obumbrans. Imò potius ipsa Euāgelij uerba audi. Quæ enim desponsa esset, inquit, mater eius Maria Ioseph, priusquā congressi essent, inuēta est grauida ex spiritu sancto. Et uirgo erat, & uiro desponsa, & idonea ad huius œconomie ac dispensationis ministeriū iudicata est: quo et uirginitas coleret, et nuptiæ nō uilipederent. Et uirginitas quidē uelut idonea ad sanctificationē electa est, per desponsationē uerò nuptiarū principia ascripta sunt. Simul autē quo etiā domesticus esset puritas Mariæ testis Ioseph, & nō calūnijs exposita esset, uelut quæ uirginitatē cōtaminasset, sponsū habuit uitæ custodē. Habeo et aliā quandā rationē quæ afferre possū nihilo relatis uiliorē, quæ uidelicet idoneū ad incarnationē dñi tempus, olim præfinitū et à cōdito mūdo

prædestinatum, tunc instabat, in quo oportebat spiritum sanctum, & uirginitatem altissimi, carnem illam gestatricem dei constituere. Quandoquidem autem id seculum hominum, in quo Maria uiuebat, nihil cum puritate Mariæ comparandum habere, ut spiritus sancti operationem suscipere, per desponsationem autem præoccupata esset, electa est beata uirgo, nihil læsa uirginitate ex desponsatione. Relata est porro à quopiam ex ueteribus etiam alia ratio. Quod ad fallendum principem huius mundi, desponsatio Ioseph excogitata est. Nam uelut subleuatio ac uelamentum maligno illi, excogitata est desponsationis circa uirginem figura, ut quædam olim uirgines obseruabat, ex quo Prophetam dicentem audiuit: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. Deceptus igitur est per desponsationem, uirginitatis ille insidiator. Nouerat enim destructionem regni sui per carnis domini apparitionem futuram. Priusquam congressi essent, inuenta est grauida ex spiritu sancto. Ambo inuenit Ioseph, & impregnationem, & causam, quod ex spiritu sancto. Quapropter timens eius modi mulieris uir nominari, clanculum ipsam dimittere uoluit, non ausus publicare quo modo res ipsius haberent. Quum autem iustus esset, assequutus est mysteriorum reuelationem. Nam dum hæc ipse animo uersaret, angelus Domini apparuit ipsi per somnium, dicens: Ne timeas assumere Mariam uxorem tuam. Neque illud cogita, quod suspitionibus absurdis obumbrabis peccatum: iustus enim appellatus es. Non est autem uiri iusti iniquitates silentio conregere. Ne timeas assumere Mariam uxorem tuam. Ostendit quod non moleste tulit, neque fastidiuit, sed timuit ipsam, uelut spiritu sancto repletam. Quod enim in ipsa generatum est, ex spiritu sancto est. Et hinc manifestum est, quod non iuxta communem naturam carnis domini compages facta est: statim enim carne perfectus erat conceptus, & non per formationes paulatim efformatus, uelut ipsa uerba indicant. Non enim dixit: quod conceptum est, sed quod generatum est. Ex sanctitate igitur compacta caro, digna erat ut deitati unigeniti uniretur. Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Obseruauimus quod quibus de industria nomina imponuntur, his subiectæ naturæ indicationem habent, uelut Abraham, & Isaac, & Israel. Horum enim singulorum appellatio, non magis corporis figuram, quam perpetrata ab ipsis uirtutis proprietatem significabat. Quapropter etiam nunc Iesus appellatur, hoc est Salus populi. Iam uerò etiam mysterium ante secula constitutum, & olim per Prophetas prædicatum, euentum habuit: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabunt nomen ipsius Emanuel: quod si interpreteris, significat, nobiscum Deus. Olim illa appellatio totius mysterij declarationem habet, quod Deus inter homines. Nam aliter interpretari non est, inquit, Emanuel, quam nobiscum deus. Et nemo peruertatur Iudaicis calumnijs, qui aiunt non uirginem, sed puellam dictam esse à propheta. Ecce enim, inquit, puella concipiet. Primum equidem omnium absurdissimum est, id quod à domino pro signo datum est, id ipsum commune & ab omni natura confessum esse uideri. Quid enim ait Propheta: Et statuit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum in profundum aut in altum, & dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Deinde paulo post inquit: propterea dabit dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo in utero concipiet. Quandoquidem enim non petiuit Achaz, neque in profundum, neque in altum signum (quo disceres quod qui descendit in inferiores terræ partes, ipse est, & qui ascendit supra omnes coelos) ipse Dominus signum dedit, atque id ipsum signum mirabile quiddam ac monstruosum, & multum à communi natura euarias ac diuersum. Eadem mulier & uirgo & mater, & in sanctitate uirginitatis manens, & benedictionem generationis liberorum sortita. Si uerò aliqui qui Hebraicam uocem interpretati sunt, pro uirgine puellam reddiderunt, id ipsum nihil uiciat sermonem. Inuenimus enim in consuetudine scripturæ, puellam pro uirgine sepe numero accipi. Velut in Deuteronomio ait: Si quis inueniat puellam uirginem quæ non desponsa est, & ui illata dormierit cum ipsa, & inuentus fuerit, dabit homo qui dormiuit cum ipsa, patri puellæ quinquaginta didrachma. Et excitatus assumpsit uxorem suam. Et affectu & amore, & omni ad cohabitantes pertinente studio, uxorem suam esse putans, à nuptialibus operibus abstinuit. Non enim cognouit ipsam, inquit, donec peperisset filium suum primogenitum. Hoc porro iam suspicionem præbet, quasi postea quæ puræ generationi domini per spiritum sanctum perfectæ inseruerit, debita nuptijs opera Maria non abnegarit. Nos autem, etiam si hoc nihil pietatis rationem uitiet; nam usque ad dispensationis ministerium necessaria erat uirginitas: quod uerò deinceps

confer

consequutum est, nullam curiositatem rationi mysterij exhibet. Tamen ut ne eorum qui Christum amant aures suscipiant, quod de ipera aliquando uirgo esse desijt, illa testimonia sufficientia esse putamus. Ad hoc quidē quod non cognouit ipsam, donec peperisset filium suum: quod particula donec in multis quidem locis quandā temporis determinationem significare uidetur, reuera autem indefinitum indicat. Quale est id quod à Domino dictum est: Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem seculi. Non enim profectio post hoc seculum dominus cum sanctis futurus non est, sed promissio presentis, non est amputatio futuri. Eodem itaque modo etiam hoc loco, uocem donec acceptam esse dicimus. Quandoquidem autem dictum est primogenitum, non omnino primogenitus comparationem habet ad succedentes: sed qui primum aperit uterum, primogenitus nominatur. Declarat autem & Zachariæ historia, quod per omne tempus & in totum Maria uirgo permaneret. Sermo enim quidam fertur, atque hic ex traditione ad nos delatus: quod Zacharias, quum Mariam in uirginum locum post domini partum adscripsisset, à Iudæis occisus est, inter templum & altare, accusatus à populo, uelut per hoc confirmans admirabile illud & decantatum signum: Uirginem quæ genuit, & uirginitatem non corruptit. Quum autem natus esset Iesus in Bethlehē ciuitate Iudææ, temporibus Herodis regis; ecce Magi ab oriente accesserunt Hierosolyma, dicentes: Vbi est ille qui natus est rex Iudæorum? Magi gens Persica sunt, incantationibus ac uaticinationibus & naturalibus contrarietatis intenti, & circa sublimium rerum obseruationem occupati. Huius uaticinationis etiam Balaam particeps fuisse uidetur, qui accersitus est à Balac, ut per uerba quædam deuoueret & execraretur Israel. Qui sanè in quarta parabola sua talia de Domino dicit: Homo uidens, inquit, audiens oracula dei, sciens scientiam altissimi, & qui uisionem dei uidit, oculi ipsius in somno reuelati. Orietur sydus ex Jacob, & exurget homo ex Israel. Quapropter iuxta ueteris historie mentionem, locum Iudææ inquirentes, uenerunt ut discerent ubi est qui natus est rex Iudæorum. Fortassis autem & potentia apparitioni domini aduersante, de cetero debiliore facta, efficaciam ipsius solutam sentientes, magnam potentiam nati attestati sunt. Et propterea quum inuenissent puerum, adorauerunt ipsum in muneribus. Magi aliena à deo & peregrina à testamento ac fœdere gens, primi adoratione digni facti sunt, propterea quod testimonia ab hostibus magis fide digna sunt. Si enim Iudæi primi adorassent, cognitionem suam iactare ac ostentare putati fuissent. Nunc autem nulla cognatione ipsum attingentes uelut deum adorauerunt. Quandoquidem uerò celestium motibus intenti erant, non negligenter admirabile hoc & inopinatum cœli spectaculum contemplantur, stellam nouam et inconsuetam in natiuitate domini exortam. Et nemo Astrologiæ constitutionem ad stellæ exortum trahat. Qui enim natiuitates inducunt, ex iam existentibus stellis, talem uel talem habitum ac figurationem, unicuique eorum quæ in uita accidunt causam esse statuunt. Hic autem nulla existentium stellarum regiam natiuitatem significauit. Neque ipsa una ex consuetis erat. Quæ enim ab initio creata ac condita sunt, aut omnino immobiles sunt, aut motum indefinentem habent. Hæc autem utrumque habere uidetur, nam & mouetur & stat. Et inter eas quidem quæ iam sunt, fixæ nunquam mouentur, Planetæ uerò siue erroneæ nunquam consistunt. Hæc autem ambo in seipsa habens, & motum & stationem, palam declarat se ad neutras pertinere. Mota est enim ab orientibus usque ad Bethlehem: stetit autem supra locum ubi erat puer. Quapropter commoti Magi ab orientibus, ductum stellæ sequentes, quum peruenissent in Hierosolyma, omnem aduentu suo conturbauerunt ciuitatem, & timorem regi Iudæorum incusserunt. Quum igitur inuenissent quem quærebant, muneribus ipsum honorauerunt, auro & thure & myrrha. Fortassis etiam in hoc prophetiam Balaam sequentes, qui de Christo talia dixit: Reclinatus requieuit ut leo, & ut catulus leonis: quis excipit eum? Qui benedicunt te, benedicti sunt: & qui execrantur te, execrabiles. Quandoquidem igitur per Leonem regalitatem sermo indicat, per reclinationem autem affectionem: per potentiam uerò benedicendi, deitatem: magi prophetiam sequentes, uelut regiarum, ueluti morturo myrrham obtulerunt, uelut Deo thus. Nec uerò illud his qui curiose ea quæ ad locum pertinent excipiunt dicere licet, quod stella Cometis siue crinitis appellatis similis erat, qui sanè maxime uidentur Regum successiones significare, in cœlo

in caelo consistentes. Nam immobiles fere in totum sunt, in circumscripto loco exustione contingente. Cometa enim & trabes & foueae, diuersae figurae sunt, & appellationes figuris peculiare. Omnium autem generatio eadem est. Quum redundans circum terram aetherium locum diffusus fuerit, & uelut materiam igni exhibens, id quod crassum et conturbatum ex illa exhalatione est, euidentem stellae imaginationem exhibuerit. At uero stella quae ab oriente apparuit, & quae Magos ad nati inquisitionem excitauit, rursus in coelestia latebat, donec dubitantibus ipsis in Iudaea iterum apparuit, ut audiret cuius esset, & cui inseruiret, et propter quem nata esset. Progressa enim stetit supra locum ubi erat puer. Quae propter etiam quum uidissent stellam Magi, gauisi sunt gaudio magno. Suscipiamus itaque etiam nos hoc magnum gaudium in cordibus nostris. Hoc enim annunciant angeli pastoribus, cum Magis adoremus, cum pastoribus glorificemus, cum angelis tripudiemus, quia natus est nobis saluator, qui est Iesus Christus deus dominus. Et apparuit nobis non in forma Dei, ne id quod debile est consterneret, sed in forma serui, ut id quod in seruitutem redactum erat, liberaret. Quis adeo torpente praeditus est anima, quis adeo ingratus est, ut non gaudeat & exulet & praesentibus exultaretur. Comune festum omnis creaturae hoc est. In ipso supermundano angelos mittunt ad Zachariam, ad Mariam, & choros angelorum statuunt dicentes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, inter homines bona uoluntas. Stella discurrent ex caelo, Magi excitantur ex gentibus, terra excipit in spelunca. Nemo inuitis est, nemo ingratus. Eloquamur & nos uocem aliquam exultationis. Indamus nomen festo nostro, Theophania, hoc est apparitio dei: celebremus salutaria mundi, natalem incarnationis diem. Hodie soluta est condemnatio Adam. Non amplius terra es, & in terram reuerteris, sed coelesti coniunctus, ad caelum assumis. Non amplius in mœrore paries filios: beata enim est quae peperit ipsum Emanuel, & ubera quae nutruerunt. Propterea natus est nobis filius, & datus est nobis: cuius principium generatum est in humero ipsius. Efflorescit cor meum, & mens instat fontis scaturit, sed breuior est lingua, & hebetior sermo, quam ut tantam gaudij magnitudinem annuciare possim. Cogita mihi uelut deo conuenit domini incarnationem, immaculatam & impollutam deitatem, etiam si in materiali natura gignatur, affectuositas corrigitur, non ipsa affectione impletur. Non uides solem etiam in caeno esse, & sordidus affulgere, & graeolentia non frui nec participare? Imò utce uersa eorum quibus sufficienter conuersatus fuerit putrefactione resciscat. Quid igitur times de affectionis experte ac pura & incorruptibili natura, ne aliquam de nobis maculam assumat? Propterea natus est, ut tu per cognatum purgeris: propterea augefcit, ut per familiaritatem assimileris ac confors fias. O profunditatem bonitatis & amoris dei erga homines, propter excellentiam donorum, fidem non habemus beneficii. Propter magnam heri humanitatem, ad seruitutem rebellamus. O absurdam hanc & malignam ingratitude! Magi adorant; & Christiani inquirunt, quomodo Deus in carne, & quasi carne; & num perfectus homo aut imperfectus assumptus sit. Sileantur superflua in ecclesia Dei, glorificentur fide corroborata, ne curiosius inuestigentur silentio praeterita. Illis te ammisce qui cum gaudio dominum ex caelis susceperunt. Cogita quod docentur pastores, quod uaticinantur pontifices, quod latantur mulieres, quod Maria gaudere iubetur à Gabriele, quod Elisabeth in ipsis uisceribus exilientem Ioannem habebat. Anna constebatur & euangelisabat, Symeon in ulnas suscipiebat, in paruo infante magnum deum adorantes, non eum quem uident contententes, sed deitatis ipsius maiestatem glorificantes. Apparebat enim uelut lumen per uitreas membranas, per humanum corpus diuina uirtus, resplendens his qui habent oculos cordis depurgatos, cum quibus utinam & nos inueniamur, reuelata facie maiestatem Domini intuentes, & à gloria ad gloriam transformati. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

D. BASILII MAGNI CONCIO AD ADOLESCENTES,
quomodo ex Graecis autoribus utilitas capienda sit.



ULTA sunt quae me inuitant ad consulendum uobis filij, ea quae optima esse iudico, & quae profutura uobis arripientibus scio. Nam et quod ad hoc aetas puenerim, et quod per multa negotia iam exercitatus sim: imò et quod mutaribus in utraque parte oia docetis, ab uide particeps factus sim, expertum me esse rerum humanarum

humanarum fecit, ut his qui recens uitam constituunt, uelut uiam securissimam ostendere possim. Et sane familiaritate ac necessitudine à natura statim post parentes uobis conuersus sum, ut neque ipse minus quippiam beneuolentiae quam patres uestri in uos conferam. Vos autem puto, nisi me animus uester fallit, ne desiderare quidem parentes, dum ad me respicitis. Si quidem igitur prompte exceperitis ea quae dicuntur, secundi ordinis laudatorum ab Hesiodo eritis: sin minus, ego quidem nihil dixerim molestius. Ipsi uero meministis uersuum, nimirum in quibus ille dicit. Optimum quidem esse eum qui ex seipso ea quae decent perspicit: bonum autem etiam illum qui demonstrata ab alijs sequitur. Qui uero ad neutrum idoneus est, eum ad omnia inuicem esse. Neque uero admiratione duci debetis, si uobis quotidie ad praecipuos euntibus, & cum praestantissimis tum doctrina, tum eloquentia ueteribus uiris, per ea quae reliquerunt scripta conuersantibus, ipse quiddam conductibilis ex me ipso inuenisse dico. Hoc quidem igitur ipsum etiam consulturus uobis adsum: nimirum non oportere in totum uiris his, uelut nauigij, ita animi uestri gubernacula credere, & quacumque duxerint, haec sequi, sed quantum utile est ex ipsis assumere, et nosse quid oporteat contemneri. Quae nam igitur sint haec, & quomodo discernamus, hoc ipsum sane docebo inde exorsus. Nos o filij nullius omnino rei esse humanam hanc uitam sentimus, neque bonum quiddam penitus putamus, neque nominamus, quod utilitatem nobis hucusque exhibet, non progenitorum claritudinem, non corporis robur, non pulchritudinem, non magnitudinem, non ab hominibus omnibus honores, non regnum ipsum, non quicquam quippiam dicere magnum ex rebus humanis possit, sed neque optione dignum iudicamus, neque habentes respicimus: uerum longius spe procedimus, & ad alteram uitam parandam omnia facimus. Quae quidem igitur ad hanc nobis conducunt, ea amplecti & omnibus uiribus persequi oportere existimamus, quae uero ad hanc non attinent, uelut nullius rei digna continere. Quae uero haec sit uita, & quatenus ac quomodo ipsam uiuemus, longius quam pro praesenti instituto fuerit exequi, & maiores quam uos estis auditores ad audiendum requisierit, tantum tamen loquutus, sufficienter fortassis uobis ostenderim. Quod si quis omnem simul ex quo homines nati sunt sermone complexus, in unum coaceruet felicitatem, ne minima quidem parti bonorum illorum inueniet adaequandam: sed uniuersa in hac bona plus à minimo illorum dignitate distantia, quam quantum umbra & somnium à rebus ueris absunt. Imò ut magis proprio utar exemplo, quanto anima in omnibus praestantior est corpore, tanta est & utriusque uitae differentia. Et ad hanc sane ducunt sacri sermones per arcana nos erudientes. Quamdiu tamen praetate profunditatem intelligentiae ipsorum audire ac assequi possibile non est, in alijs non penitus distantibus, uelut in umbris quibusdam, & speculis, interim animae oculis praerexerceamur, eos qui in militaribus, praerexercitamenta faciunt imitantes, qui sane in manuum agitationibus ac saltationibus experientiam adepti, in certaminibus lucro ex ludo ac lusu fruuntur. Et nobis utique certamen omnium certaminum maximam propositum esse, putare oportet, pro quo omnia nobis pro utribus & facienda & toleranda sunt. Ad huius praeparationem, & cum poetis & historicis ac rhetoribus, et omnibus hominibus consuetudo habenda est, unde aliqua saltem utilitas ad animae curam accessura est. Quemadmodum igitur tinctorum, ubi praeparauerunt prius curationibus quibusdam quodcumque tandem fuerit quod tinctorum excipiet, ita tandem florem inducunt, siue purpura siue aliud quid sit. Eodem sane modo etiam nos, si ineluibilis nobis permanere debet honesti gloria, externis utique his praenitiati, deinde sacras & arcanas doctrinas audiemus ac assequemur. Et uelut in aqua solem uidere adfueti: sic ipsi luci oculos admouebimus. Si quidem igitur est quaedam familiaritas doctrinis inter se, ualde utilis fuerit nobis ipsarum cognitio: sin minus, tamen inter se comparare, & discere diuersitatem, non parum confert ad confirmationem potioris. Sed & si utramque doctrinam alicui rei assimilaueris, imaginem assequeris. Certè quemadmodum plantae uirtus propria est maturo fructu turgere, addunt autem aliquid ornatus etiam folia, dum circum ramos concutunt. Sic profecto etiam animae, praecipue quidem fructus est ueritas ipsa, non ingrati tamen etiam externa sapientia circumdata esse, uelut folia quaedam, & tegumentum fructui, & ad speciem non inuicundum exhibentia. Dicitur itaque etiam Moyses ille magnus, cuius maximam est in sapientia apud omnes homines nomen, in Aegyptiorum disciplinis mentem exercitasse, atque ita ad ueritatis speculationem accessisse. Consimiliter autem huic, etiam in postea

in posterioribus temporibus sapientem Danielem in Babylone Chaldaeorum sapientiam addidicisse, & tunc sacras doctrinas attigisse tradunt. Ceterum quod quidem non inuitiles sunt animis externae hae disciplinae, sufficienter dictum est. Quomodo uero ipsarum participes fieri uos oporteat, consequens fuerit dicere. Primum equidem his quae a Poetis dicuntur, ut hinc initium sumam, quando quidem uarij sunt, non omnibus consequenter animum aduertere oportet. Sed quum honorum uirorum actiones aut sermones nobis recensuerint, eos complecti ac imitari, & quam maxime conari ut tales simus. Quum uero ad flagitiosos homines peruenerint, tum fugere oportet ne imitemur, obturatis auribus, non minus quam Vlysses aiunt illi Syrenum cantus. Nam ad uitiosos sermones consuetudo, uia quaedam est ad res ipsas. Quapropter omni custodia anima adseruanda est, ne per sermonum uoluptatem aliquid deteriorum imprudentes suscipiamus, quemadmodum hi qui uenena cum melle admittunt. Non itaque laudabimus Poetas, neque conuittantes, neque cauillantes, non amantes aut ebrios imitantes, non quum plena mensa et cantilenis dissolutis felicitatem metiuntur. Minime uero omnium de dijs differentibus intenti simus, & maxime quum de ipsis ut multis & non consentientibus tractarint. Frater enim apud illos seditionem agit aduersus fratrem, & parens aduersus liberos: & his rursum aduersus parentes implacabile bellum est. Adulteria autem deorum & amores, commixtiones in propatulo, & has praesertim summi omnium & maximi Iouis, uelut ipsi dicunt, quas si quis etiam de brutis pecoribus recenscat erubesceret, his qui in scenis uersantur relinquamus. Eadem haec etiam de scriptoribus ac historicis dico, & maxime quum audientium animis delectandis historias scribunt. Sed & rhetorum circa mentendum artem non imitabimur. Neque enim in iudicijs, neque in alijs actionibus, comodum est nobis mendacium, qui rectam & ueram uitae uiam praelegimus, quibus non litigare lege praecipuum est. Sed illa ipsorum potius recipiemus, in quibus uirtutem laudauerunt, aut prauitatem uituperauerunt. Quemadmodum enim homines floribus usque ad odoris iucunditatem aut colorem fruuntur, apes uero etiam mel ab ipsis sumunt. Sic sane etiam hic, qui non solum iucunditatem & Venerem eiusmodi orationum persequuntur, his etiam utilitatem quaedam ab ipsis in animum reponere licet. Quapropter iuxta totam apium similitudinem, orationum participes nos fieri conuenit. Illae enim neque ad omnes flores consimiliter accedunt, neque etiam eos ad quos aduolant totos auferre tentant, sed quantum ipsis ad mellis officium comodum est accipientes, reliquum ualere sinunt. Et nos sane si sapiamus, quantum sincerum est & ueritati cognatum ab ipsis adepti, quod reliquum est transiliemus. Et quemadmodum ubi roseti florem decerpimus, spinas deuitamus: sic etiam in huiusmodi orationibus, quantum utile est adepti, noxiu uitabimus. Statim igitur ab initio singulas disciplinas considerare, & ad finem coaptare conuenit, iuxta Doricum prouerbium, lapidem ad funiculum ducentes. Et quandoquidem per uirtutem ad uitam nostram nos peruenire oportet, ad hanc autem multa poetis, multa scriptoribus, multo plura adhuc philosophis decantata sunt, talibus orationibus maxime animus aduertendus est. Non modica enim utilitas est, familiaritatem quandam ac consuetudinem uirtutis animis adolescentium ingenerari, quoniam quae a talibus discuntur inconcussa permanere solent, propter animarum teneritudinem in profundum insculpta ac impressa. Aut quid tandem aliud Hesiodum cogitasse putemus, ut faceret uersus illos quos omnes canunt, an non ut adhortaretur adolecentes ad uirtutem? Quod uidelicet aspera est primum & inuia, & multo sudore ac labore plena, accliuisq; ad uirtutem ducens uia. Quapropter non est cuiusuis accedere ad ipsam, propter rectitudinem, neque facile est etiam si quis accessit, ad summum peruenire. Si uero quis sursum perlatum in summo consistat, laeuis & pulchra facilisque ac expedita existit, & iucundior quam altera quae ad uitam ducit, quam aceruatim ex propinquo arripere posse, idem ille poeta dixit. Mihi equidem nihil aliud uidetur quam nos ad uirtutem cohortari, & haec recensere omnes ut boni simus prouocando, et ut ne emolliti ad labores ante finem desistamus. Quin et si quis alius consimiliter uirtutem celebrauit, etiam ad huius sermones progressi ipsos recipiamus. Quemadmodum porro ego e quodam uiro docto, & in assequenda poetae sententia ualde excellenti audiui, tota Homeri poesis laus est uirtutis, & omnia ipsi ad hoc tendunt, quae non iusti operis ornandi gratia sunt adiecta. Non minus autem etiam ea, in quibus exercitus Cephalenorum ducem nudum ex naufragio seruatum, sinit primum quidem reuer-

ritam

ritam esse reginam, quod solum apparuisset, tantum aberat ut turpitudinis damnaretur nudus conspectus solus, quandoquidem uirtus pro uestibus ipsum exornarat. Deinde uero etiam reliquis Phaeacibus quantum praecipuum dignum iudicatum esse, ut relictis delicijs in quibus uiuebant, ad illum respicerent, & omnes aemularentur, & nullum ex Phaeacibus tunc temporis fuisse, qui aliud quid magis in uotis haberet, quam ut Vlysses esset, & hoc ex naufragio seruatus. In his enim dicebat ille sententiae poetae enarrator, tantum non exclamantem dicere Homerum, quod uobis uirtutis cura habenda est o homines, quae una cum naufrago enatat, & in terra existentem nudum felicibus Phaeacibus honoratio, rem reddit. Etenim reuera sic habet. Reliquae quidem possessiones non magis habentium quam quorumcumque tandem uulgarium & eas assequentium existunt, ut quae uelut in ludocubus ac tessera, huc atque illuc transferuntur. Sola autem ex possessionibus uirtus aucterri non potest, & apud uiuentes & apud mortuos permanens. Unde sane etiam Solon ad diuites mihi dicere uidetur:

At nos uirtutem non ita diuitijs

Permutabimus, est etenim possessio firma

Virtutis, sed opes iam alter & alter habet.

Consimiles his sunt & Theognidis uersus, in quibus dicit deum, quemcumque tandem dicit, hominibus trutinam aliam aliter degravare:

Et iam diuitias, iam nihil esse homini.

Quin & Chius sophista alicubi in scriptis suis consimilia his in uirtute ac uitium scripsit. Cui ipsi quoque animu aduertere debemus: neque enim contemnendus uir est. Habent autem uerba ipsius hoc modo, quantum sane ego sententiam uiri memoria teneo, quandoquidem ipsa uerba non memini, praeterquam quod simpliciter sic dixit citra metrum. Quod quum ualde iuuenis esset Hercules, & ferme hanc artem ageret, quam nunc uos, deliberaretque utram uiam pergeret, hanc ne quae per labores ad uirtutem ducit, aut alteram illam facillimam: accessisse ad ipsum duas mulerculas, easque fuisse uirtutem ac uitium, & statim quidem ipsas etiam tacentes ab ipso habitu diuersitatem manifestasse: fuisse autem alteram nempe uitium, ab arte comptoria ad pulchritudinem exornatam, & praedelicij distulisse, & omnem uoluptatis gregem ex sese appensum duxisse. Haec ipsa igitur ostentasse, & adhuc plura his promississe, & Herculem ad seipsam trahere conatam esse: alteram uero macram ac squallidam fuisse, & intentos oculos habuisse, ac talia quaedam contra dixisse. Nihil enim remissum ac dissolutum promississe, neque quicquam iucundum, sed sudores infinitos, & labores ac pericula, per totam terram ac mare subeunda, premium autem horum esse, Deum fieri, uelut ille inquit, atque hanc ipsam etiam morientem Herculem insequutum esse. Et ferme omnes qui aliquid nominis in sapientia assequuti sunt, unusquisque pro uiribus, aut minus aut amplius, uirtutis laudem in scriptis suis recensuerunt, quibus credendum est, & conandum ut in uita sermones demonstremus. Nam qui uerbotenus apud alios existentem philosophiam, opere confirmat.

Solutus nempe sapit, reliqui uolitant uelut umbrae.

Et mihi uidetur tale consimile esse, uelut si pictor admirandum quippiam, utpote hominis pulchritudinem imitetur: ipse uero talis reuera sit, qualis in tabulis ille expressit. Alio qui splendide uirtutem in medium collaudare, & longas de ipsa orationes extendere, priuatim uero uoluptate temperantiae praeferre, & lucrum iustitiae praepone, simile esse dixerim ego his qui in agendis comedijs in scena personas representant, qui saepenumero uelut reges et optimates se inferunt, quum neque reges sint neque optimates, neque fortassis omnino liberi. Deinde Musicus quidem non uolens utique tolerarit ut dissona ipsi lyra sit, & chori praefectus, ut non quam maxime concinnum chorum habeat. Unusquisque autem seditionem aduersus seipsum aget, & non consentientem uerbis uitam exhibebit: sed lingua quidem iurauit, mens autem iniurata est, iuxta Euripidem dicitur. Et uideri quam esse bonum magis captabitur: Veru hic est extremus iniustitiae terminus, si quid Platoni credere oportet, nimirum uideri iustum esse eum qui non sit. Sermones quidem igitur qui rerum honestarum habent praecipua, hoc modo recipiamus. Quandoquidem uero etiam facta honesta ueterum uirorum, aut per memoriae consequentiam ad nos conseruantur, aut in poetarum uel scriptorum monumentis extant, neque utilitatis ex his ipsis imperiti simus, uelut

y uerbi

uerbi gratia, conuicia faciebat quidam plebeius ac circumforaneus homo in Periclem; hic autem non animaduvertebat, & per totā diem perseuerabant, ille quidem opprobrijs immodice diuexans ipsum, hic uerò non curans illum. Deinde uespere iam factio & tenebris obortis, quum uix discederet, cum lumine ipsum Pericles deduxit, ut ne ipsi corrumpere philosophiæ studiū. Rursus: quidam Euclidi Megarensi iratus mortē minatus est ac iurauit, Hic uero contra iurauit, et iureiurando affirmauit se placaturū ipsum ac sedaturū ut ne quicquid ipsi molestus esset. Quāti pretij esse putas talis explorū aliquid in memoriam uenire uiri qui iam ab ira detinet. Nam tragediæ credendū nō est simpliciter dicent.

In hostes ira coarctat manum.

Sed ne exurgere quidem omnino ad animū ira percitum oportet: si uerò hoc non est facile factu, tamē uelut frenum ipsi injicere rationē, & non finire ulterius efferrī. Verum reducamus orationem rursus ad honestarum actionū exempla. Percutiebatur quidam Sophronisci filium Socratem in ipsam faciem impetu factio, hic uerò nihil renisus est, sed exhibebat se ut ebriosus ille se ira exfatiaret, ut intumesceret iam et præ plagis saniosa facies esset. Vbi autem ille à uerberibus cessasset, Socrates quidem nihil aliud fecisse dicitur, sed frontē uelut statuæ inscripsisse opificem, Ille faciebat, & in tantū sanē se de illo uindicasse. Hæc itaq; in idem ferme cum nostris tendentia, operæ pretiū esse censeo nos qui tanti sumus imitari. Nam hoc quidem Socratis, consimile est illi præcepto, quod percipienti in maxillam, etiam alteram exhibere cōuenit, in tantum uidelicet oportet ultionem facere. Periclis autem & Euclidis factum simile est illi, quod persequentes sustinere, & ipsorum irā leniter tolerare oportet, & illi, quod inimicis bona optare, & nō mala imprecari oportet. Quare qui in his prærudius fuerit, is utiq; non amplius illis uelut impossibilibus si dem derogabit. Nec uerò præterierim Alexandri factum, qui ubi filias Darij captiuas haberet, quātū admirabilis planē pulchritudo fuisse prædicatur, ne aspiciere quidem dignatus est, Turpe esse iudicans eum qui utros uicisset, à mulieribus superari. Hoc em̄ in idem cum illo tendit, quod qui aspexerit mulierem ad uoluptatē, etiam si nō opere aduiterium perficiat, tamen quod concupiscentiam in animum assumpsit, culpa non uacat. At uerò Clinia unius ex familiaribus Pythagoræ factum, difficile creditu est nostris sponte accidisse ac casu, non tamen factū imitantibus. Quid uerò erat quod ille fecit? Quum liceret ipsi per iusiurandū trium talentorū multā effugere, exoluit potius quam iurauit, & hoc quum recte iureiurando usus esset, gnarus ut mihi uidetur præcepti, quod nobis iureiurando interdicit. Cæterum ut ad id quod ab initio dicebamus, rursus redeamus, non omnia consequenter ex ordine à nobis suscipienda sunt, sed quæ utilia sunt: nam turpe est cibos quidem noxios nos rejicere, disciplinarum autem quæ animam nostram nutriunt, nullam rationem habere. Sed uelut torrentem, omne quod occurrit attrahendo, irruere. Quamquā quam rationem habet, gubernatorem quidem nauis nō temerē se uentis permittere, sed scapham ad portum dirigere, & sagittarium scopum petere: quā & fabrum ferrarium ac lignarium finem artis appetere. Nos uerò etiam à talibus opificib; superari, in hoc sanē quod nostra perspicere possimus: Non, profectō manuariorū opificum opificij finis est, humane uerò uitæ scopus nullus est, ad quem respicientē omnia facere ac dicere oportet, eum qui non brutis animantib; similis futurus est. Aut sic sanē fuerimus palam uelut nauigia non saburrata, & nulla nobis mente ad animā gubernacula desidentes, temerē per uitam sursum ac deorsum feremur? Sed quæadmodum in gymnicijs certaminibus, adde etiam musicis, illorum certaminū exercitationes fiunt, quorum coronæ sunt, & nemo lucta aut pancratio decertare solēs, cithara aut tibia canere studio habet. Nequaquam certē Polydamas, sed ille ante certamen in Olympijs, currus statuit currētes, & per hos robur confirmauit. Et Milo ab assumpto illito scuto non depellebatur, sed resistebat dum impellebatur, non minus quam statuæ plumbo colligatæ ac cōglutinatae, & in summa, exercitationes, certaminum præparationes ipsi erant. Si uerò Marsyæ aut Olympi phrygum pulsationes curiose scrutati essent, relicto puluere ac gymnasijs, citius utiq; coronas aut gloriam assequuti essent, quæ euitassent ne ridiculi corporib; essent. Sed neq; Timotheus dimissis cantilenis, in palæstris degebat, neq; em̄ tantū in Musica præ omnibus excellisset, utpote cui tanta artis facultas aderat, ut etiā ad iram animū excitare posset, per concitatā & austerā harmoniā: sed & laxare ac mollire rursus per remissam, si quādo

uellet

uellet. Quapropter sanē quum Alexandro aliquādo Phrygiā harmoniam incintuisset, excitasse ipsum fertur ad arma inter cœnandum, & rursus reduxisse ad conuiuas, harmonia laxata. Tantam uim tum in Musica, tum in gymnicijs certaminibus exercitatio habet ad finis adeptionē. Quando quidem uerò coronari & athletarum memini, illi ipsi innuimera mala perpassi, & undiquaq; robore sibi ipsis aucto, ubi multum gymnasticis laboribus insudarunt, & multas plagas ex pædotribus pertulerunt, & uicium non iucundissimum, sed à magistris exercitiorū præscriptum sequuti sunt, & ut ne longū faciam, etiam in reliquis sic degentes, ut uita ipsorum ante certamen exercitatio sit certaminis, tunc exiunt ad stadium, et omnia laborant ac periclitantur, ut oleastri coronam accipiant, aut apij, aut alterius cuiusdam eiusmodi, & uictores à præcone prædicentur ac proclamant. Nobis autē quibus præmia uitæ proposita sunt ad eō admiranda, tum multitudine tum magnitudine, ut nullis uerbis explicari possint, in utranq; aurē dormientibus, & in multa licentia uiuentibus, altera manu arripere continget? Atqui hoc modo quantuis sanē pretij secordia in uita fuerit, & Sardanapalus ipse primas omnium felicitatis tulerit, aut etiā Margites ille, si ita uolueris, quem neq; aratorem, neq; fossorem, neq; aliud quicquā corū quæ uita commoda sunt, Homerus fuisse dixit, si modò Homeri hæc sunt. Sed nunquid potius uerus est Pittaci sermo, qui difficilem rem esse dixit, Bonum esse? Per multos em̄ reuera labores penetrantibus, uix tandem nobis facultas cōtinget bona illa assequendi, quorum in superioribus nullum exemplum in humanis esse dicebamus. Quare minime segnes esse nos oportet, neq; cum modica quiete magnas spes permutare, nisi opprobria perferre uelimus, & pœnas subire, nō utiq; hic apud homines, quam quæ & hoc non parū est, si quis mente præditus sit, sed in iudicijs siue sub terra, siue ubi cunq; in uniuerso ea existunt. Nam inuoluntariē quidem ab officio conueniente delinquenti, uenia fortassis aliqua à deo contigerit. De industria uerò deteriora eligenti, nulla excusatio contingere potest, ut nō multiplex supplicium subeat. Quid igitur faciemus dixerit aliquis? Quid aliud quam ut animæ curā habeamus, & ab omnibus alijs ocium agamus. Itaq; corpori inferuiendum non est, nisi omnis necessitas urgeat, sed animæ ea quæ optima sunt suppeditanda sunt: ita ut ipsam uelut ex carcere, ex societate quā cum corporis affectionibus habet, per philosophiam liberemus, simulq; corpus ipsum affectionibus superius ac potentius efficiamus; uentri quidem necessaria ministrātes, non iucundissima, uelut hi qui mensarum structores quosdam ac cocos excogitant, & totam terram ac mare perscrutantur, uelut moroso hero tributa exigentes, miserabiliter occupati, his qui in orco puniuntur nihil tolerabilius perpetientes, palam in ignem fodientes, & cribro aquam ferentes, & in pertusum haurientes dolium, nullum laborū finem habentes. Tonsuræ autē & uestitus extra necessitatem curiosum esse, aut aduersa fortuna utentium est, aut iniustorum, uelut Diogenes ait. Quare cincinnatum esse et appellari, similiter turpe putari oportere censeo, uelut meretricari ac scortari, aut alienis nuptijs insidiari. Quid em̄ retulerit, si quis modò mente præditus sit, ueste rafa ac subtili indutus esse, aut detritū pallium gestare, quādiu in hoc nullus defectus est, ut aduersus hyemē & æstum prosit: Sed & alia eodem modo, non magis superflue quæ necessitas exigit parare oportet, & corpus nō amplius curare quam quomodo animæ cōmodius est. Non enim minus opprobrium est uiro, qui hac appellatione uere dignus est, cincinnatum esse et corporis ornatorē, quam ad aliam quandam affectionem ingeneroso animo præditum esse. Nam omne studium huc cōferre ut corpus quādam optime habeat, non est eius qui seipsum cognoscit, neq; intelligentis sapientē illam admonitionem, Quod homo nō est id quod uidet: sed præstantiore aliqua sapientia opus est, per quam unusquisq; nostrum, quis nam tandem sit, seipsum cognoscet. Hoc ipsum uerò non expiatam ac purgatam mentem habētibus magis impossibile est, quam lippienti ad solem respicere. Purgatio autē siue expiatio animæ, ut semel & quantum uobis satis est dicam, est uoluptates per sensus irrepentes ignominiosas ducere, nō oculos absurdis eorū qui miracula adunt ostentationibus pascere, aut spectaculis corporum uoluptatis stimulum immittentium, non per aures corruptas cantilenas animæ infundere: ex huiusmodi enim Musicæ genere, affectiones ex illiberalitatis ac humilitatis progenie, animis inferi solent. Verum altera Musica nobis insequenda est, melior illa & ad melius ducens, quæ Dauid sacrarū cantilenarū poeta usus, furorē regis Saul, uelut tradunt, sedauit.

Y 2 etiam

etiam Pythagoras in procaces ac ebrios incidisse, ac iussisse tibi in eorum procacitatem lacessentem, ut mutata harmonia, Dorium ipsis incineret: eos autem sic respiciisse præ cantilena, ut abiectis corollis, uerecundia suffusi domum reuenterentur. Alij uero ad tibiam Corybantum more furijs agitantur, ac debacchantur: tantum refert sanis aut uitiosis cantilenis aures impleri. Quare eius quæ nunc primas obtinet Musica, minus uos participes fieri oportet, quam cuiuscunque tandem turpissimæ rei. Porro suffusus omnis generis olfactui uoluptatem afferentes aeri permiscere, aut unguentis sese inficere ac confricare, etiam interdum uobis erubescere. Quid uero quis dixerit de eo quod uoluptates tactus ac gustus persequi non oportet, quam quod hæc cogunt eos qui circa ipsarum capturam occupati sunt, uelut pecora, ad uentrem. & ea quæ sub uentre sunt pronos ac nutantes uiuere. In summa totum corpus contemnendum est, ei qui non in uoluptatibus ipsius uelut in sterquilinio defodi uelit. Aut tantum saltem ipsi inhaerendum est, quantum ut inquit Plato, ministerium philosophiæ possidet ac exhibet. Consimilia ferme dicens Paulo, qui admonet nullam oportere corporis prouidentiam habere, ad concupiscentiarum occasionem. Aut quid differunt hi qui corporis ut quam optime habeat curam gerunt, animam uero ipso usuram quasi nullius rei negligunt, ab his qui instrumentorum studio tenentur, artis uero per ipsa operantis negligentes sunt: Quapropter in totum uice uersa castigare ipsum ac continere uelut bestia impetus conuenit, et tumultus qui ab ipso in anima excitantur, ratione uelut flagro compescere ac sedare, & non toto laxato freno uoluptatis, mentem negligere, ut uelut auriga ab effrenibus equis uiolenter agitatæ distractus, ducatur. Et Pythagoræ meminisse, qui ubi didicisset aliquem ex familiaribus sese & exercitationibus et eduljijs ualde probe saginare ac carnosum reddere, itaque inquit, non desines grauiore tibi ipsi carcerem parare? Quare etiam Platonem aiunt corporis detrimentum prospexisse, & morbosum Atticæ locum, ipsam Academiam de industria occupasse, ut nimis bonæ corporis dispositionem, uelut uitæ superfluum fertilitatem excinderet. Ego uero etiam periculosam esse corporis bonam habitudinem ad summum progressam à medicis audiui: Itaque hæc ipsa nimia corporis cura, neque ipsi corpori commoda est, & animæ impedimentum est. Certè illi succumbere obsequijs ac inseruire, manifesta insania est. At uero si hoc negligere studio habuerimus, nullatenus aliud quicquam rerum humanarum admirabimur. Ad quid enim amplius utemur diuitijs, si uoluptates per corpus accedentes ignominiosas ducimus? Ego quidem non uideo, nisi iuxta draconum fabulam, uoluptatem aliquam afferat thesauris defossis incubare. Multum autem abfuerit, ut qui liberaliter erga talia se habere eruditus est, humile aut turpe quid, opere aut sermone designet. Quod enim supra necessitatem redundat, siue Lydium arenæ aureæ sit ramentum, siue formicarij auriferarum opus, tanto plus ignominiosum ducet, quanto minus indigerit. Ipsam autem necessitatem iuxta naturæ necessaria, & non uoluptatibus terminabit. Nam qui necessarios terminos exceperunt, consimiliter uelut hi qui in decliue feruntur, nihil stabile habentes ad quod se recipiant, nusquam ab ulteriore delatione interquiescunt: sed quanto plura acquisierint, tanto magis æquali indigent, aut etiam ampliore, ad concupiscentiæ expletionem, iuxta Excecidæ adeo filium Solonem, qui ait:

Diuitijs nullum statuunt mortalia finem Pectora.

Verum ad hæc Theognide utendum est præceptore dicente:

Non ego diuitias moror, aut peto, uiuere tantum

De paucis detur, nil sit ut inde mali.

Ego autem etiam in Diogene admiror omnium simul humanarum rerum contemptum, qui sanè etiam rege magno seipsum ditiores declarauit, ex eo quod paucioribus quam ille in uita opus haberet. Nobis autem nisi adsint Pythij Mysi talenta, & tot ac tot terræ iugera, & pecorum greges plures quam numerare possimus, nihil satis erit. Cæterum uelut ego arbitror, conuenit diuitias absentes non expetere, nec desiderare, & si adsint, non magis propter possessionem ipsarum se iactare, quam ob scientiam dispensandi ipsas. Nam Socratis illud recte habet, qui quæ diues quidam magnopere propter pecunias superbiret, non prius admiraturum dixit, quam experiretur etiam quod his uti nosset. Aut Phidias quidem & Polycletus, si ob aurum et ebur se magnopere iactassent, quorum alter Eleis Iouem, alter Argiuis Iunonem fecit, ridiculi essent alienis diuitijs gloriates, relicta arte præ qua etiam aurum

aurum ipsum iucundius ac pretiosius effectum est. Nos autem humanam uirtutem non sufficere per seipsam ad ornatum putantes, minore pudore digna nos facere arbitramur? At sanè diuitias quidem despiciemus, & uoluptates per sensus illabentes ignominiosas ducemus, assentationes uero et adulationes persequemur: & uispeculæ Archilochi astutiæ ac uarietate uersutiam æmulabimur. Verum non est quod magis fugere debeat uir temperatus, quam ad opinionem uiuere, & ea quæ uulgo ac multitudini probantur speciare, & non rectam rationem uitæ ducem facere. Quare etiam si omnibus hominibus contradicere, & ignominiam ac periculum subire pro honesto oporteat, nihil ex his quæ recta iudicata sunt tollendum, neque inuertendum est. Aut si quis non se sic habet, quid ab Aegyptio illo sophista abesse ipsum dicemus? qui planta fiebat, & bestia quæ uellet, & ignis & aqua, & in omnes res mutabatur: siquidem sanè etiam ipse nunc quidem iustitiam laudabit apud eos qui hanc colunt, nunc uero contrarios emittet sermones, ubi iniustitiā probari ac in honore esse senserit, quod ipsum adulatorem facere solent. Et quæ admodum aiunt polypodem coloræ ad subiectam terram: sic ipse mentem ac sententiam suam ad familiarium, & eorum cum quibus conuersatur sententiam transmuetabit. Cæterum hæc quidem alicubi etiam in nostris orationibus perfectius discemus. Quo uero uelut adumbratio quædam uirtutis in præsens contingat, externis doctrinis circumscribemur, nec ulterius pergemus. Qui enim diligenter ex unaquaque utilitatem colligunt, his uelut magnis fluxuibus, multa undequaque accessiones contingere solent. Nam quod dictum est, modicum ad modicum deponendum esse, non magis in argenti additione, quam cuiuscunque tandem scientiæ appositionem, rectè à poeta dictum esse, existimare conuenit. Bias itaque filio ad Aegyptios abeunt, et percunctanti quid nam faciendo rem ipsi gratissimam facere possit. Si uia tibi, inquit, ad senectutem tibi comparaueris, uirtutem nimirum uia tibi dicens, modicis terminis ipsam circumscribens, utpote qui humanæ uitæ spatio utilitate ab ipsa terminauit. Ego uero etiam amisi quis Tithoni senectam, siue Arganthonij dicat, aut etiam longissime apud nos uitæ Mathusalæ, qui mille annos minus triginta, uixisse dicitur. Imò etiam, si quis uniuersum ex quo facti sunt homines tempus dimetiatur, uelut puerilem intelligentiam ridebo, in longum illud respiciens et non senescens eum, cuius finem aliquem intellectu apprehendere non datur, non utique magis quam immortalis animæ finem ac interitum statuere, ad quod sanè ego uos admonuerim uia tibi comparare, omnem lapidem iuxta prouerbum mouentes, unde modò aliqua nobis utilitas ad ipsum accessura est. Neque uero quia difficilia sunt hæc & laborem requirunt, propterea pigriores simus, sed memores eius qui adhortatus est, quod oporteat unumquemque optimam uitam eligere, & sperare consuetudine ipsam iucundam fore, optima aggredi oportet. Turpe est enim præsentis temporis occasionem dimittere, & postea aliquando quod præteritum est reuocare, quæ nihil amplius nobis anxius continget. Ego quidem igitur quæ optima esse iudico partim nunc dixi, partim per omnem uitam uobis consulam. Porro quum tria sint ægritudinum genera, optarim uos incurabili illi minime similes uideri, neque consimilem animi morbum uos prodere, quali infelicium quorundam corpora sunt obnoxia. Etenim qui ex paruis morbis laborant, ipsi ad medicos accedunt. Qui uero à maioribus correpti sunt ægritudinibus, medicos ad se accersunt. Qui autem in immedicabilem penitus atræ bilis morbum delati sunt, neque accedentes admittunt. Hoc ipsum opto ne perpetuamini nunc uos recta consilia relinquentes.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN SANCTVM

martyrem Mamanrem, Iano Cornario medico phy-

sico interprete.




NON ignoro encomiorum coram tam frequenti conuentu magnitudinem: uerum sicut hoc scio, sic debilitatem meam ipse sentio. Argumentum equidem postulat ut dignum aliquid tanto confesso dicatur, cum pro spe quam in nobis habet, tum pro ipsius argumenti dignitate. Quando quidem enim in maxima festiuitate hodie martyrum memoriam celebramus, omnis mens erecta, omnis auris præparata, et dignum quid ipso martyre audire gestiens, etiam ipso circa martyrem desiderio Ecclesiam allicit. Nam benigni ac grati filij magna patrum encomia exigunt, et non patiuntur utique in dicentis tenuitate, magnitudo eorum quæ laudibus uehenda sunt periclitetur. Quare

quanto maior est uestra promptitudo, tanto maius periculum. Quid igitur faciemus? Quo modo uero & uestras cupiditates explebimus, & ipsi non inuiles a presentibus discedemus? Adhortabimur unamquamque animam, ut quae in memoria habuit dum huc accessit, ea secum in mente renouet, sicque ex domesticis se alat, & proprijs uaticis se exhiberet, atque sic abeat. Meministis martyris uos, quicumque per somnia fructum de ipso consequuti estis. Itemque qui in loco hoc constituti, ipsum auxiliariu in orationem habuerunt, quibus nomine uocatus, in operibus adfuit, quos ex peregrinatione reduxit, quos ex infirmitate erexit, quibus liberos iam uita sanctos restituit, quibus praefinitu uitae tempus prorogauit. Haec omnia ubi mihi collegistis, ex communi collatione encomiis facite, mutuo inter uos distribuite, quae quisque nouit ei qui non nouit, & quae ignorat a gnaro accipiet. Atque ubi sic ex communi symbolo nos mutuo pauertis, debilitati nostrae ueniam date. Haec enim martyris sunt encomia, diuitiae nimirum spiritualium gratiarum ac beneficiorum. Non enim iuxta externorum encomiorum legem ipsum magnificare possumus, patres & progenitores illustres profere nequimus. Turpe est enim alieno ornatu redimiri eum qui proprio uirtute illustris est: nam talia per consuetudinis leges in encomiis assumunt. Verum lex ueritatis propria uniuscuiusque encomia exigit. Neque enim equum celerem facit patris in cursu praesentia. Neque canis encomium est, ex uelocissimis natum esse. Sed quemadmodum reliquorum animalium uirtus, in ipsis singulis consideratur: sic etiam uiri propria laus, ex recte ab ipso factis testimoniis fert. Quid ad filium patris claritudo? Sic ipse martyr claritudinem non aliunde accepit: sed ipse posteris bonae famae faculam accendit. A Mamante sunt reliqui, non ab alijs Mamas. Pueri ab hoc pietate edocti, hoc gloriantur. Ipse enim domestica uirtute turgit. Non est uelut torrens alieno confluxu se iactans, sed fons est ex proprijs sinibus pulchritudinem profundens. Admiremur uirum non alieno ornatu redimiu, sed proprio se ostentantem. Vides claros equorum nutritores: uides alba ipsorum monumenta, quomodo lapides sunt qui praetereuntur? Memoria autem martyris est, & omnis regio comota est, omnis ciuitas ad festiuitatem transmutata est. Neque cognati diuitum ad parentum sepulchra decurrunt, sed omnes ad pietatis locum, patrem hunc ueritatis principem, at non patres corporum principes nominant. Vides quomodo uirtus honoratur & non diuitiae: Sic ecclesia per hoc quod eos qui praecesserunt honorat, praesentes impellit. Ne mihi inquit, studentibus sis diuitiarum, ne sapientiae mundi exolescentis, ne gloriae deflorentis. Haec una cum uita dissipantur: sed pietatis operator sis. Haec & ad coelum te euehet. Haec & immortalis tui memoriam, & perpetua apud homines gloriam praeparabit. Quare si quis meminit pastoris, ne admiretur diuitias. Conuenimus enim ut laudemus non qui diues sit. Non abibis diuitem admirans, sed paupertatem cum pietate. Pastor nihil magnu est, neque sapiens studiu, quod neque iratus probri uice obijceres, si quis te iritasset. Pastor nihil amplius quotidiano uictu possidens, peram appensam habens, & clauam gestans, ac uaticu diurnum, nullam curam de crastino habens, feris bestiis inimicus, mansuetorum animalium conubernalis. Fugiens forum, fugiens iudicia, non noscens calumniatores ac sycophantas, non noscens mercaturam, ignarus diuitiarum, non habens proprium tugurium, sub communi mundi tecto uitam degens, in nocte ad coelum respiciens, & per stellas miraculum conditoris cognoscens. Pastor. Ne pudeat nos ueritatis, ne externos fabulatores imitemur, ne contegamus ueritatem uerborum fuce ac decoro ornatu. Nuda est ueritas, patrono non indigens, ipsa seipsum defendens, ac splendido praeratio humilitatem euehens ac ostendens. Verum magis miraberis in encomio, quod pastor & pauper. Haec sunt Christiani iactantiae ac gloriationes. Si principes doctrinae pietatis quaeris, piscatores sunt ac publicani: si discipulos, coriarij pauperes. Nusquam claritudo, nusquam opulentia, omnia haec una cum mundo exolata sunt. Vide igitur cuius diem celebramus, cuius gratia omnes hilares sumus, ob quem uita transmutata est: Quandoquidem pastoris mentionem fecimus, ne appellatione audita contenas. Qui primus domino placuit Abel, pastor fuit. Quis illius imitator? Moyses magnus ille legislator, qui tentationem Pharaonis effugit, qui conubernalium insidias odio habuit: hic in monte Choreb pastor fuit, et dum pauit deo colloquutus est. Non litigas uidit angelum in rubo, sed pastor existens, colloquio illo caelesti dignus factus est. Quis post Moysen? Iacob patriarcha, in pascendo patiens, per ueritatem demonstrans, parua imagine tota sua uita, uelut per characterem exprimens, ac delinias. Cui tradidit imitationem? Dauid.

di. Dauid ab arte pastoralis uenit ad regnum: sorores enim sunt ars pascendi ac regnandi, in qua altera brutorum, altera ratione praedictorum praefectura sibi concedita habet. Sic haec maioris scientiae est fundamentum: quapropter utraque complectens dominus, & pastor est & rex, irrationalis pascens: maiore uero ratione praedictos sub praefectura regni ducens. Vis discere, quanta res est pastor? dominus pascit me. Quis est hic? rex gloriae, hic pastor, illic rex: & ne putes ab alijs quidem hoc ipsi testimonium praebere, ipsum uero hac appellatione pude fieri. Sed silentio spuris pastoribus, imposito, uerum artis pastoralis testimonium sibi tribuit. Ego sum pastor bonus. Ego sum, & non alteratus sum. Quomodo quum magna dicit, Ego manu mea firma uertam, ego produxi coelum solus, quod quum alia dicit quae digna sunt dici de deo: sicut dicit, ego sum pastor bonus. Fugit spurios, & ueritatem in seipsum transfert. Ego sum pastor bonus. Discite quis est pastor, & quis est bonus: ipse interpretatur. Verus pastor animam suam ponit pro ouibus. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, non curat, ubi uiderit lupum uenientem. Hic quaerit ecclesia, si pastor est dominus, quis sit mercenarius pastor. Num diabolus? Et si diabolus est mercenarius pastor, quis sit lupus. At lupus quidem est diabolus, bestia illa crudelis, ex raptu uiuens, insidiatrix, communis omnium hostis. Habeat itaque propria appellationem mercenarius pastor. Mercenarios pastores tunc, ad eos qui tunc erant conuersus, dominus dicebat: Sunt autem etiam nunc, quod minime uelim, quod mercenariorum appellationem sibi contrahunt. Tunc potestates iudicabantur ac pharisaei, & tota illa adulterina iudaica moneta. Illos mercenarios pastores dicebat, qui non propter ueritatem, sed propter ipsorum utilitatem pascendi potestate arripuerunt: qui inani praetextu adorant, ut deuorent panem uiduorum ac pupillorum: hi mercenarij sunt, qui necessitati inferuiunt. Qui praesens persequuntur, & ad futurum non intendunt, mercenarij & non pastores sunt. Et nunc mercenarij multi, qui pro misera gloria uita suam exponunt ac amittunt. Qui etiam nunc in sanis ac integris dominis uerbis filium faciunt. Quum enim dixisset haec dominus, dissensio inter ipsos facta est: & alij dicebant, demonium habet. Alij demon oculos caecos ut uideant facere non potest. Vides quod uetus est affectio dissensionis: Statim enim uentilabrum discernit ac separat paleas a frumeto: & leue quidem ac instabile findit ac segregat a nutriente. Quod uero ad alimentum spirituale, comodu est, manet apud agricolas. Quapropter dissensio facta est: & alij sic dissidebant, alij sic. Iudaeis conuenit ut findant ac dissentiant. Verum ecclesia dei, quae uernica incosuitile ex integro textu, & quae a militibus indiffusa conseruata est, suscepit, quaeque Christum induit, uestem non findat. Et cognosco oues meas & cognoscunt me meae. Rapit haereticus ad propria blasphemiam stridit. Ecce, inquit, dicitur est, cognoscunt me meae, & cognosco meas oues. Cognoscere igitur quid dicit, substantiam intelligere: magnitudinem metiri: Tu uero iactas quod illa deitatis cognoscatur quae tu tuo impudenti ore profers, aut ex praecedentibus, non intelligis mensuram cognitionis: Quid cognoscimus dei? Oues meae uocem meam audiunt. Vide quomodo cognoscit deus, ex eo quod nos audiimus mandata ipsius, ex eo quod audientes facimus. Hoc est cognitio dei, seruare mandata dei. Quomodo non impius curiositas de substantia dei: non inquisitio rerum supermundanarum, non consideratio inuisibilium: cognoscunt me meae, & cognosco meas oues. Sufficit tibi scire quod est pastor bonus: quod posuit animam suam pro ouibus. Hic est terminus cognitionis dei. Quomodo autem sit deus, & quae mensura ipsius, & qualis secundum essentiam: talia periculosa sunt interroganti, dubia uero apud interrogatum. Silentium autem talium medela est. Meae oues meam uocem audiunt, dixit, non inquirunt: hoc est, non negligenter transmittunt, non contentiosi sunt. Audiuit filium: ne mihi modos generationis proferas, neque ipse a me exigas, neque sub causarum rationem contrahere ea quae nulli causarum rationi subiacent, neque per filium diuide quod est conium. Et propterea anteuertens te Euangelista praemuniuit. Audiuit nuper, & sane audis. In principio erat uerbum: ut ne filium foetum humanum putes ex non existente productum esse: uerbum tibi dixit, propter affectionis absentiam. Vitam tibi dixit, propter temporis remotio. nem: principium tibi dixit, quo genitum patri conerteret. Vidisti quomodo ouicula obediens uocem domini audit? In principio, & erat, & uerbum. Neque dicit, quomodo erat: & si erat, generatus non est: & si natus est, non erat. Non est ouicula quae talia dicit: ouicula pellis est, intus autem lupus est qui loquitur: insidiator noscatur. Meae oues meam uocem audiunt. Audiuit filium: intellige similitudinem ad patrem. Similitudinem dico propter debilitatem potentiorum corporum. Na reuera (non enim timeo accedere ueritatem, non sum proptus calumniator) identitate in sermone custodia filij ac patris: proprietate in substantia filij, formam pa-

tertiam intellige: quo mihi exacta imaginis ratione cōserues, quo mihi pie intelligas: Ego in patre, & pater in me: non essentiarū confusio, sed characterū identitatem. At enim, maxime cōtraria res esse uidetur o dilecti, ubi sanē etiam nostrā debilitatem uestrarum aurium obedientia, aliquid dicere ac in mediū afferre coegit, quo potentia dei in organi debilitate maxime elucesceret: fortassis enim propterea debilitas nostra supabundauit, quo amplius glorificaretur is qui debilitatē robustam facit. Caterū qui nostrum hunc cōuentum circūegit, & prateriti anni precibus finem dedit, & succedenti tempori caput largitus est, (eadē enim dies prateritū circulum nobis terminat, & rursus insequētis caput fit) Qui itaq; nos cōgregauit, & largitus est futuri actionē, conseruet nos in ipso illaēos, inoffensos, à lupo securos. Custodiat ecclesiā hanc, quę magnis martyrum turribus munitur, incōcussam: oēs insidias ac insultū hæreticorū furorū in quiete auertat. Exhibeat autē nobis, ut diuina oracula edoceamur, & gratiā spūs quę nobis præbetur, doceamus. Ipsi gloria & imperium cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.


D. BASILII MAGNI HOMILIA DE SPIRITV SANCTO

 Oget omnis anima de diuinioribus quærens, si oculos tales habet, ut talia quærere, & sensu inuisibilia uidere possit. Et si sic quærens, apud ipsum qui quæritur, iuxta id quod scriptum est, habitare potest. Scriptum est enim: Si quæsieris quære, & apud me habita. Habitat autem tunc, quando cum fide quærit. Etiam si em contingat, ut non inueniat, nō secedit tamen ab habitatione in fide eius qui quæritur. Sed iuxta beatum Dauidem dicit: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Et iuxta patrem lunatici illius, credo domine, adiuua incredulitatem meam. Hunc igitur scopum habentes, quæramus cum fide de sancti spiritus natura, ab ipso qui quæritur cognitionem quærētes: ipse enim est qui quæritur, & ipse est qui exhibet supspius cognitionem. Quemadmodū autem etiam per diuinas scripturas didicimus ab ipso: ipse est qui sanctos sanctos fecit, & diuinam uitam exhibet petentibus ab ipso deum. Necessè est autem ipsum honoratiorem esse accipientibus, quā hi sancti fiant, ubi ipse accesserit, & perdantur ubi ipse reliquerit. Ipse autem est semper, fons existens uitæ æternæ. Quis uero sit modus cōtributionis, ut sit ipse & in omnibus & in singulis, consideret anima quæ hac consideratione digna sit, remota à fraude & secta ac reliquis fraudulentarū mulcularum illecebris. Accedat autem qui seto situ. Quietū uero sit non modo circūsitum ipsi corpus, & corporis tempestas, sed etiam totus ambiens aer, cœlū, terra, mare, & quæ sunt in his ratione prædita: & cōsideret omnia repleti, et undiquaq; in ipsa consistere spiritū, uelut influentē ac infusum, & undiquaq; in gredientem ac illucentē. Spiritus enim domini impleuit orbem terrarū, & quod cōtinet omnia scientiā habet dei. Illucet autē in omnibus dignis. Quemadmodū enim solis radiorum iacius faciunt, ut nubes illuminetur ac splendeat, auricolorē aspectum inducentes: Sic etiam spūs sanctus in hominis corpus ingressus, dat uitā, dat immortalitatē, dat sanctificationē, excitat iacens. Illud uero ppetuo motu à spiritu sancto cōmotum animal sit sanctum. Habet autē homo ubi spūs inhabitat, dignitatē prophetæ, apostoli, angeli dei, quum antea fuerit terra ac cinis. Manifestior porro ac euidentior reddetur spūs potentia ac natura quæ sit, si cogitauerimus quomodo cōtinet, & ducit sua ipsius sententia, sanctos ac omnē rationalem naturā. Vniuersæ enim multitudini cœlestiū uirtutum, & multitudinē iustorū, seipsum dedit. Et omnis substantia iustorū, tum magnorum, tum paruorū, & angelorum & archangelorū sanctificata est: & quum corpora aliō atq; aliō iaceant, hoc quidem huc, illud uero aliō: & quū reliquæ uirtutes ac potestates inter se medio quodam distent: Spiritus sanctus nō sic, neq; pars ipsius unicuiq; in frustra cōcisa, uiuere diuinitus facit: sed omnia tota ipsius potētia uiuūt, & adest ubiq; emittenti ipsum deo assimilatus, & secundū esse, et secundū ubiq; & in omnibus similiter esse. Et dum nunciū apud Mariam agebat Gabriel, & aliās alicubi apud aliquem sanctorum, & dum unusquisq; prophetarum uaticinabatur, & Paulus Romæ euāgelium prædicabat, & Iacobus in Hierusalem, & Marcus in Alexandria, & alius in alia ciuitate, replebantur spiritu, nullo interuallo impediēte, in eodem eandem gratiā operari: & propterea deus est unusquisq; sanctorum. Dicitū enim ad ipsos à deo: Ego dixi uobis, dei estis, & filij altissimi oēs: & deus deorum, uidelicet sanctorum, dominus loquutus est: & uidebitur deus deorū in Sion, uidebitur sanctorū. Necessè est autem causam deis ut deī sint, spiritū sanctum etiam deum esse.

Quem

Quemadmodū enim ustorij causam ut uistoria sint, necesse est uistoriā esse: & sanctis causam ut sancti sint, necesse est sanctā esse. Sic deis causam ut deī sint, necesse est deum esse. Sic sanē quum tale bonū & diuina possessio spiritus sit, ubi iam tali credis, Christū huius datorem inquirere ne formides. Nemo enim potest dicere dominū Iesum, nisi in spiritu sancto. Sed & quam spūs emittit ad alterius substantiā uitam, non segregatur ab ipso: sed quemadmodū ignis partim est caliditas quæ in ipso est, partim ea quæ exhibet aquæ, aut alteri cuidā conlimilit: Sic etiā ipse & in seipso habet uitam, & participes ipsius, uelut deo cōuenit, uiuunt, uitam diuinā ac cœlestē adepti. Omnia enim in seipso cōplectitur, mentem omnē, angelum omnē, animam omnē, & neq; quærit transmutationē recte habens, neq; transire quærit oia apud seipsum habēs, sed neq; argumentū quærit perspicuissimum existens: quapropter etiā omnia apud ipsum sunt pfecta, dilectio, gaudiū, pax, longanimitas, bonitas, prudentia, sapientia, consiliū, securitas, pietas, cognitio, sanctificatio, redemptio, fides, actiones potestati, dona sanationū, & quæcūq; his similia existunt. Nihil habens in seipso acquisitū, sed sempiternē oia habens, uelut spūs dei, & ex ipso lucēs, causam ipsum habens, uelut fontem suū, illincq; scaturiens, fons est autē etiam ipse prædictorum honorū. Sed quod quidē ex deo scaturit, substantiale est, quæ uero ex ipso scaturiūt, actiones ipsius sunt. Hunc spiritū sanctum effudit sup nos opulētē deus per Iesum Christum: effudit, nō creauit: dedit, non cōdidit. Ex cōparatione inter se mutua eadē dico, quādoquidem undiquaq; firmā te esse oportet. Qui ab hoc spiritu edoctus est, quid dixerit in percunctantiū ac explorantiū responsione ac defensione: Doctus à deo uocat, à propheta qui dixit: Et erunt oēs docti à deo. Multū igitur hoc numen in rationali aia existit, si nō per seigniciē supspius descendere ac descendere uelit. Vbi uero accesserit ad ipsum, & uelut unū facta fuerit, illud sibi dici audit: Qui dño cōglutināt, unus spūs est. Ipsi gloria. Amen.

D. BASILII MAGNI CONCIO DE POENITENTIA.

 Vum eorum qui poenitentia tollere audent, temeritatem nō patiatur uenerabilissimus frater, iterū iam nobis pro sua potestate imperauit, & superbiā hanc intuitus, & modestam dexterā fratribus ad poenitentia porrecturus. Vtilissimus autē est sermo hic hominibus: nullus enim homo sine peccato est. De uno enim testimoniū perhibetur, quod peccatum non fecit. Dicemus igitur de poenitentia ex ueteri ac nouo instrumento, hi enim sunt ecclesiæ thesauri. Confirmamus autē & cōmendatorem ad peccatū procedere uolumus) sed lapsum erigere studentes. Nam quæ ab aduersarijs inducitur spei amputatio, eum qui semel lapsus est, unā cum peccatis in angustias redigi ac cōcludi impellit. At spes poenitentia lapsum resurgere, & nō amplius peccare exhortatur. Quales autem sumus deo legem ferentes: uult deus dimittere, & quis est qui prohibet? Quia nos dicimus, non quod illi audent, sed quod deus imperat, num cadens non resurgit: contradicunt deo, cadens non resurgit: non persuasit te nudo uerbo, per sua debet per euidens exemplum. Quid enim ineluibile est uelut coccinum. Quid uero ita album apud nos uelut nix, aut uelut lana pura, inquit qui hæc fecit, si fuerint peccata uestra uelut colores ineluibiles, si loti fueritis, trālibunt ad puritatem niuis. At post baptismum non est hæc remissio, dixit enim, inquit, Lauamini, mundi estote. Hoc uero si à nobis pertisset, poteramus maxime ex scriptura demonstrare, quod post baptisma est remissio ac uenia. Non enim leuia oportet cōtradicientes eligere, sed ad ea quæ fortia uidentur, cōtrario sermone instare: quamdiu enim resistentia non tolluntur ab anima, incurabilis est æger. Verū quia impossibile est ut dulcescant saluginosa, dicimus autē nos ex ueteri testamento, referamus quid cōtradicunt ad ea quæ ex ueteri dicta sunt. Dicunt enim, q; si ante saluatoris passionē, prius q; facer sanguis p nobis effusus esset, ex ueteri nobis legatis de poenitentia, dicimus quod in ueteri cōcessa est. Verū in nouo, propter passionē nō erit uenia. Si uero ex nouo ostēderimus, quod etiā post baptismū & assumptionē spūs, ubi quis peccauit, gratiā per poenitentia reuocat, manifestū est q; est poenitentia lapsi etiā post baptismū, & ea quæ in ueteri pro poenitentia dicta sunt, rata erūt: uelut attēdentib; loquor, unde etiā grauiores attingo, quo bona spe accepta, nō semel lapsi in lapsu pmaneamus. Nō credidisti ipsi p exemplū pponenti, crede iuramento dei. Dicit deus: uiuio ego dicit dñs. Hoc uero iuramentū est deo decens, quandoquidē enim non habebat maiorē seipso, iurat autē propter

propter incredulitatē eorum qui poenitentia tollunt, Vno ego, dicit dominus, & nullus timeat, quia nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Qui uiuit, uiuere uelit. Neque quia iurat deus fide dignus est, neque uerbo, neque exemplo, neque iuramento crederet: crede factis. Non euerfa est Nineue, poenitentia enim egit. Indignatio propheta est, quod non euerfa fuit: producta est cucurbita: excusata se tibi, ut memor sis quod bonus est; timeo autē ne audias ab ipso, An oculus tuus malus est, quod ego bonus sum? Quis magis impius est Achab descriptus est: uelut legentibus talia dico. Rapuit supra reliquas praedas, uineam domino ipsius occiso, descendit ad capiendam hereditatē, descendit gaudens, obuiam uenit tristitia inferens. Propheta ipsum reprehendens, non inimicus, sed uelut ipsius miseratus, pronunciauit non suam sententiam, sed dei: post dictam sententiam induit sacrum, exiit dominum. Scriptum est enim, quod ipse Propheta ad sententiam dicendam missus audierit a deo, quoniam supplex factus est Achab, minas timens, non edringent in diebus, ipsius ea quae dixit. Cogor concupiscere bonum medicamentum. David ille sanctus, & post peccatum sanctus, ex decem praecipis tria in una causa transgressus est. Quandoquidem uobis loquor, clarius dicemus: Comissum est adulterium, & caedes, & concupiscentia alienae uxoris: peccauit iustus homo, & deus iudicē ipsum proprii peccati fecit. Quandoquidem enim non uidemus trabem in oculo nostro, festucam autē in alieno, inducit ipsi iudicē ipsius uelut alienum, & inquit: Duo uiri erant in una ciuitate, alter diues, alter pauper. Diues multa possidebat, pauperi uero unica agna in sinu ipsius dormiebat: hoc uero mulieris mysterium erat: cum ipso edebat, & ex poculo ipsius bibebat. Venit, inquit, hospes ad diuites: probe autē quod hospes & peregrinus, non enim in his consuetudinē habebat David: uenit igitur ad ipsum hospes, & parcens, inquit, hospiti mactare de his quae ipse possidebat, unicā illam agnam pauperis abrepta mactat: quantum sane ceciderit fortis, uelociter resurgit: indignatur David: erat enim David etiā qui lapsus erat: uiuit dominus, inquit, morte dignus est qui hoc fecit: pronunciauit ipse sententiam contra seipsum: ubi pronunciauit, manifeste. Propheta quis sit ille homo. Statim ad medicamentum deuenit, uidit uulnus, confugit ad medicum: peccauit, inquit, & statim adest medela: & dominus transtulit peccatum tuum. Quid enim uis, unum ne peccatum reputari sanctis, aut multam iustitiam: fecit peccatum: at fecit etiam multas iustitias. Quid iustum est apud iustum deum, paucorum meminisse, aut multorum obliuisci? Sit libra, & qua metimur, remetietur nobis: si plura sunt peccata, sit peccator: si plures iustificationes, sit iustus. Unus & unus. Apud nos enim omnia ex abundantiore dicuntur, & albo aliquid albus est, & dulci in comparatione aliud dulcius. Sic etiam iusti sumus ut homines, non ut peccatum ipsum iustitia sit. Unde filius dei iustitia uocatur, nos autem participatione iustitiae iusti. Et Moyses locutus est aliquid lingua, sed non receptus est ab historia. Et Abraam inuenit credulus, & alibi incredulus fuit: non accuso iustos, sed deum glorifico, non exhortor ut peccemus. Placuit Enoch deo, dicit scriptura, postquam genuisset filium: si postea placuit, potest placere non placens. Sed ueniamus ad nouum testamentum, quum adhuc plura habeamus ex ueteri: nam & Manasses, qui idola quaduplices facies habebantia, in templo dei posuit, ut undecumque quis ingrederetur, idola adoraret, quum poenitentiam egisset, reuocatus est ex captiuitate: transeamus ad nouum. Nam a quo poenitentiam excludere maxime uolunt, ab eo maxime poenitentia praedicatur. Interrogemus saluatorem, cur uenisti? & respondet, non ueni ut saluem iustos, sed peccatores ad poenitentiam: exquiramus ab ipso, Quid gestas super humeros? ouem quae periit. Super quo sit gaudium in caelis? super quodam peccatore poenitente. Angeli gaudent, & tu inuides? Gaudens suscipit, & tu impedis: uehementius confugiamus ad bonum deum. Duo, inquit, erant utriusque filij, (non poteris mihi dicere quod haec poenitentia a Graecis est) sed utriusque filij, ex equo haereditate diuisa, iunior quod habebat, consumit, iustus existens excidit, omnibus consumptis, ad poenitentiam uenit, & num ad patrem redeat meditatur, & patri occurrurus quid dicat: peccauit in te, & coram caelo. Haec deliberauit, nec bonum patrem latuit, uenit ad se excusandum, obuiam iuit ille uerecundans. Solum uelis, & ipse praecurrit. Incipit dicere, & pater assumit. Considera misericordiam, & ne amputes spem, suscepit. Mactate, inquit, taurum, & stolam afferte, eamque primariam, & anulum in manum ipsius. Haec omnia in aliam quidem sententiam exponuntur, uerum compendio significat exhortationem bonam eius qui suscepit, non ad quae ego uolo, sed ad quae ille dicit. Si autē indignaris quod suscipit postquam

pauit porcos, postquam consumpsit omnia, indignè tulit etiam frater, at certe suscepit ille uerecundans. Et ficus quae colebatur, ac in tribus annis fructum non dabat, dimissa est, & non excisa est, ob spem producendi. Dominus largitur, & tu contradicis? Num enim proprias res quis sibi ipsi rapit. Si uero largitur deus, quis est qui contradicit? Quandoquidem docti sumus orare, dimitte nobis debita nostra, quia dimissimus etiam nos. Tu dimittis, deus non dimittit: te tui ipsius medicum fecit. Qua mensura metieris, remetietur tibi: dimittis? dimittit tibi. At tu qui malus es, benigne facis, bonus uero non multo magis. Cum peccatoribus est Iesus, cum infirmis medicus. Indignantur pharisaei illi patres eorum qui nunc indignantur. Non auersatur misericors. Ingressus est in domum pharisaei uocatus, in super post ipsum ingressa est mulier peccatrix non uocata: uidit peccatum, accessit ad iustitiam: uidit morbum, abiit eo ubi erat medicus: accessit non ad faciem, neque enim audaciam habebat: non apprehendit manum ipsius, non enim tantum audebat, sed ad pedes, quos lachrymis lauabat: diffuderat capillos tunc solum honeste, saepe turpiter uisus, tunc honeste nudauerat: praescripta est tibi, quo ad pedes Iesu confugias. Rediit ad patrem, uerum dicit: Ego uobiscum sum: quando uoles, confuge confidens, riga pedes, propinquus est, & dum uenit praesens, & dum abiit praesens. Haec ex nouo testamento consimilia ac germana his quae in ueteri sunt relata, existunt. Quid uero praedicat Ioannes: baptisma poenitentiae, & docet in parabolis, non semel, non bis, quo dum saepe doceris, discas. Petrus ter abnegat, & in fundamento facit. Paulus ex persecutoribus praedicator. At hic est quaestio. Verum quid dicit ipse Iesus Christus uenit in mundum ut peccatores saluaret, quorum primus sum ego: propriam tenuitatem manifestat, quo gratiae magnitudinem ostendat. At Petrus quum dixisset, & benedictionem accepisset, dixisset, filius es dei altissimi, & audivisset, petra es: encomijs celebratus est. Nam etiam si petra est, non ut Christus petra est, sed ut Petrus petra: Christus enim reuera petra est incussa: Petrus uero propter petram. Largitur enim Iesus suas dignitates, & non euacuatur, sed habens dat. Lux est, & dicit: Vos estis lux mundi. Sacerdos est, facit sacerdotes: ouicula est, Ecce mitto uos ut ouiculas in medio luporum: petra est, petram facit: & propria seruis largitur. Hoc enim signum est diuitis, habere & largiri. At nostri diuites largientes, ea quae habent imminuunt. Non enim diuites sunt, aliena namque possidemus. Verum ille qui sic diuites est, quantumcumque largitus fuerit, tantum diuites manet, existens uelut fons perennis, quantumcumque acceperis, non imminuitur fluxus. Et non uelut fons, nullum enim ex nostris exemplis dignum est, ut illius naturae comparatur. Verum quum non habeamus dignum quicquam, minoribus utimur, quo utcumque noscimus ignota. Ter negat Petrus, ut Petrus non cadat, sed ut etiam tu habeas consolationem. Lachrymas fudit, flexerunt lachrymae eum qui nostri miseretur. Nam promptitudo bona erat, ubique solus consistetur. Spiritus quidem promptus est, caro uero infirma. Nouit plastes suum figmentum, & debilitates sustentat, delicta indulgens. Memor sis, inquit, domine quod gleba terrae sumus. Quid enim est nostra iustitia? Magnus reuera erat Abraam. Sic enim erat magnus, quia terra est & cinis. Qui enim cognoscit quantum interest inter deum & homines, nouit seipsum. Audi etiam alias beatificationes. Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum peccata occultata sunt. Deus beatificat, & tu prohibes? Vtrum igitur uelut nos uolumus, scripturae dicunt, aut uelut scriptum est, sequi debemus? atque hoc contra nos. Non bona est contentio spem amputas. Caeterum quoniam promittimus ueniam post baptismum, hoc enim est quod maxime conseruat ad mala perpetranda, scribit Apostolus in priore epistola ad Corinthios. Scortatio omnino inter uos nominatur, & talis scortatio quae nec inter gentes nominatur. Audi uultis magnitudinem mali, audite etiam magnitudinem latae sententiae. Congregatis, inquit, uobis & meo spiritu, in potentia Christi, tradatur qui hoc perpetravit satanae, ad interitum carnis, quo spiritus sit saluus: erudit, non ut inimicus abijcit. Et in priore quidem satanae tradidit. In posteriore uero nihil priori contrarium scribit, ut firmet in ipsum charitatem, ne ob nimiam tristitiam talis pereat. Soluti etiam indissolubilia Apostolus ipse: tunc dicit, ut tradat talis satanae: postea de eodem scribens ac ueniam concedens ait, ut ne a satana circūueniamur: si enim eum qui noster est, acceperit, etiam nostri potestate habet. Egredere ouicula ab ouili, luporum sit pabulum: introduce quo insidias effugiat. Quaedam modum boni pastores, etiam si rapta sit ouicula, pellē saltē recipe student: si pellē mortuae abstrahere bonum est, animam

animam ex ore lupi recipere nullum operæ precium putas? Et in bello uulneratur is qui uictor euadit, & nō propterea quod uulneratus est, non coronatur. Imō coronas accipit, ut qui multa aduersarijs uulnera infixit. Deus uero unum reputat malū, multa uero mala non considerat? Quot martyres primum abnegatione facta, postea uictos se esse reuocarunt? Sed abnegatione, non mente, sed lingua facta. Caro enim infirma est: abnegās ex cedit, rursus cōfiteus reuocat. Non enim mala obseruat deus, bona uero reprobat. Et dum quis torquetur, saepe emolitus terga dedit, non sufferens, nō promptitudinem, sed dolorem: sed dimissus, ac requiem nactus, reuocat. Exiguum uerbum ipsi conseruabitur, tormenta autē non enumerabuntur. At deus iudex est, non hominum audacia. Aude legem ponere deo? qui nouit infirmitatem, & suppeditat auxiliū, & dabit uictoriam. Quot à nō bona uita testimoniū præbuerunt? Num igitur ubi conuersa est cōcupiscentia, laboribus priuabuntur? Non angeli sumus, sed homines, & cadimus, & resurgimus, idē sapius eadem hora. Et stella à stella differt in gloria. Curr? Si enim mensura quædam est iustitiæ, omnes debent ipsam æqualem habere. Si uero alij fulgent uelut sol, alij splendent ut luna, alij iuxta differentiā astrorum lucent, nimirum alius alium excedit. Qui uero imminutus est, parua nimirum peccata habet. Si uero nullius qui peccauit, esset remissio, differentia ipsa esset in uarietate. Sed quia necessariū est demonstrare, quod lapsi post baptisimū seruentur, timens dico, ne præter meum propositū desciscatis: ualde enim uolo, ut qui baptisima accipiunt, non peccent: si uero aliquando lapsi fuerint aliqui non uolentes, nō uolunt hi qui pœnitentiā tollunt, non uolentes nos simul cum cruce mori: sed Apostolus etiam conspeliari cum ipsa, & non amplius uiuere peccato, hoc quidem uolo, non reprobo autē gratiam dei, ad Galatas scribēs Apostolus inquit: Quod accepi spiritū, Num hoc euidentius quid queris? Sed infert. A deo stulti estis, ut quum spiritu ceperitis, nunc carne consummamini. Igitur acceperunt spiritū. Et rursus. Hoc solum discere uolo à uobis, ex operibus legis spiritum accepistis, aut ex auditu fidei? currebatis bene. Videte quot prærogatiuæ. Audi peccata, nunc carne cōsummamini, excidistis à Christo. Vidisti ipsos habere spiritum? audi uisti, euacuati estis à Christo. Similiter, à gratia excidistis? Quid postea infert, locum dans renouationi? Filii mei quos iterū parturio. Semel genuerat, sed qui semel genuerat, non recusat etiam secundo generare ad salutem. Si quis aliā omnia male faciat, hoc ipsum impiū est. Homines autē accepto spiritu, bene currentes, tanta mala passi, periclitati, frustra expectatione assumpta, elapsi, & euacuati, iterum regenerantur, quo iterum formam dei suscipiant. Num rursus relinquitur tibi contradictio de pœnitentiā? Quis nos formauit? Deus fecit nobis corpus, fecit nobis animam. Contemnit? Quis dedit nobis medicamentū uitæ? cur lectiones? quo desistamus à peccatis. Cur irrigamur? ut fructum proferamus. Quid oramus? ut dimittant nobis peccata. Absoluamus sermonē quibus nō est pœnitentiā? Qui uero ob spem pœnitentiæ mala operatur, maleficos mores habet, & pœnitentiā priuatus est. Est spes etiam post peccatum: est sanatio etiam post ulcus, sed manet cicatrix. Beatitudo est, ne dubitatio nem quidem habere, secunda beatitudo est, sanatio post plagam. Deo autem plastæ ac conditori ab initio, & opitulanti infirmitatis, & cōseruatori propositi, & pœnitentiæ largitori, per eum qui nobis bona affert, Iesum Christum dominum nostrum, gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

FINIS PRIMI TOMI OPERVM DIVI BASILII MAGNI, IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE.

DIVI BASILII MAGNI CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIE

PISCOPI, OPERVM TOMVS SECVNDVS: CUIVS

contenta uersa pagina reperies. Iano Cornario
medico physico inter-

prete.

SECUNDVS TOMVS HAEC
CONTINET

De uirginitate	librum I
De paradiso	sermonem I
Contra Apologeticum Eunomij lib. euerforios	III
Contra Sabellianos & Arium, eosq; qui inaequalita- tem docent	sermonem I
De spiritu sancto	lib. I
De libero arbitrio	sermonem I
De baptifmate	lib. II

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII

ARCHIEPISCOPI CAESAREAE CAPPADOCIAE MAGNI,
De uera uirginitatis integritate, ad Letoium episcopum Melites,
liber, Iano Cornario medico physico
interprete.



PLERIQUE ex his qui sponsum nostrum Christum sectantur, quos
caelestis amor ad honestam ac uirtutis cognitionem sauciauit, quum
alias apud alios uirtutis species in ecclesia exerceri uideant, partim
uirginitatis laudum, partim encomiorum eorum qui ieiunijs ac le-
ctis humi stratis corpus castigant, partim magnanimitatis eorum
qui res suas propter dominum uendunt, admiratione capti, horum glo-
riam longis preconijs uehunt: non quod conueniat unum quencumque in
predicis exerceri, necesse esse ea docere existimantes, sed relatorum
laudes ad uirtutis profectum tantum modo prodesse ac sufficere arbitantes. Ego autem tibi
episcoporum amicissime ac mihi concunctissime Letoi, non uirginitatis laudem, neque eorum
qui bona sua uendunt encomium, aut eorum qui corpora ieiunijs attenuant laudationem,
uerum quid unumquodque horum sit, & quomodo perpetratum ad ueram uirtutem conducat,
uelut in serenitate demonstrare proposui: non ut te percepta horum doctrina, ad uirtutis
cognitionem, in speculatione differentiae naturarum constitua: sed ut simul tibi unumquodque
quale tandem natura est, per membra digerens, non his solum qui sub te sunt, de caetero
amore uirtutis genuino propter te in pectore concepto, sed etiam reliquis quae haec contingunt,
uelut in tabella coloribus expressam, uera uirginitatis pulchritudinem, quomodo, & un-
de, & qualibus uirtutis coloribus ea ornatur, exacte cognoscendam exhibeam, et ut quisque
securius uirtutem cuius studio tenetur exerceat, cum ea quam habet erga ipsam beneuo-
lentia, doceat. Magna enim reuera res est uirginitas incorruptibili deo, ut in summa com-
prehendam, hominem assimilans. Non autem a corporibus ad animas haec ipsa procedit, sed
animae incorporeae praecipue existens, per huius deo gratiam uirginitatem, corpora incor-
rupta conseruat. Anima enim uerae uirtutis imaginatione accepta, uelut ala quadam, incor-
ruptibilitate ad ipsam alata, & per simile similem, incorruptibilitate, inquam, quae in ipsa
est, incorruptibilem deum, solum digne colit uidens, corporis uirginitatem ancillam ad suam
pulchritudinis famulatum adducit, & assuetam ipsam semper citra turbationem, ad dei specu-
lationem habere uolens, infestantes ipsam corporis uoluptates quam longissime propellit: ita
ut abstinentiam a uoluptatibus corporalis uirginitatis ancillam, hanc ipsam uero suam ipsius
uirginitatis famulam faciat: quo alia quidem omnia, & ab alimentis abstinentia, & reliqua
durus uitae ductus, pugnas aduersus uoluptates per sensus contra corporis uirginitatem illa
benes, imo etiam ipsa corporis uirginitas, non ob aliud quiddam, quam propter seipsam sedulo
exerceatur: ut ubi suam ipsius uirginitatem ab omni praua cogitatione incorruptam custodi-
uit, assimilationem ad incorruptibilem deum, (dum ipse de caetero illi de seipso gratiarum splen-
dore uelut in purum speculum immittit) ad suam pulchritudinem ac laudem partem lucrifa-
ciat. Quandoquidem igitur uirginitas, uera inquam, uelut iam praemissa oratio modice ostendit,
& in progressu clarius demonstrabit, incorruptilis animae pulchritudinis, per quam
etiam corporis honestas elaborat, praecipue existit: plerique uero solum uirginitatis nomini in-
tendentes, nullam uerae uirginitatis curam habent: ob id necessario opinor, his qui coro-
nam pro uirginitate assequi desiderant, pro uiribus suggerere conabor, ut ne per ignorantiam
neglecto principali bono, omnem uitam in ancillae seruitute consumant, et propterea quod nun-
quam domine huius inseruierunt, etiam corporalis uirginitatis interna pulchritudine non
ornatae, post multos sudores damnum patiantur. Quo igitur manifeste singula ad uerae uir-
ginitatis pulchritudinem pertinentia conspiciantur, age ad quem scopum respiciens uirgo,
suam uirginitatem exercet, uidebimus. Sic enim in singulis ipsius moribus, siue ad proposi-
tum scopum iaculae, siue aliud propositum habens, aliud uero impetens, a scopo suo aberrat,
uelut in serenitate conspiciat, eam quae uere uirgo est cognouerimus. Porro quomodo se
habeat ab initio natura foeminae ad masculum, si ita uoles, considerabimus, quo etiam uirgi-
nitatis scopum distincte demonstratum conspiciamus. Ex paucis etenim primis animaribus,
uelut

uelut ex quibusdā primarijs seminibus, opifex rerū mundū implere uolens, uniuersūq; animantū speciei uelut unam quandā radicem, ipsam corporalis animātis formā ab initio uelut fundamētū loco praestruit. Hanc autē ubi in marem & foeminā, a rationali anima hūc; ad omnē brutorū speciem dissecuisset, & foeminā masculi segmentū ac particulam fecisset, oestrū unicuiq; particulae mutui cōplexus, naturē inenarrabile immisit, & inter se dissectas nō cōpescendis amoris p̄mixtionibus inter se cōplicans, ex cōplexu omnē animantū speciem ex praedeessorū stirpe germinantē per unū multiplicat, Crescite dicens & multiplicamini, & implete terrā. Quum autē hoc modo mundū ab uno Adam humani generis, innumeris per omnē terram gentiū differētis refertū ostendere proposuisset; et ab unaquaq; brutorū specie eodē modo, quadrupedūq; ac reptiliū, insup; uolucrum ac natatiliū, & in summa omnium animalium inexplicabilib; formis redundantē conspicī uoluisse, potestati quidē masculi subijcit foeminā, foeminā uero uoluptate māiuefacit masculum: eam quidē quae de latere masculi accepta erat, uelut partē totā a quo sumpta est, obedientē ad imperiū esse iustū existimās. Masculū uero desiderare eam quae ab ipso accepta erat, & cōplexum ipsius p̄sequendo, per cōmixtionē propriū membrū in seipsum suscipere, per naturā necessitates machinatus. Iuxta hunc uero modū ex uno duo, & ex duobus rursus unū, & masculū & foeminā palam ostendit, & nō solū mutuū cōplexum p̄ praedictos modos, corporibus ipsorū iucundū fecit, sed etiā ad genus quod ex cōplexu amoris facibus illuminat, multā amoris affectionē inieuit. Et actiū quidē masculū, uelut etiā creatione priorē, passiuā uero foeminā, tāq; a maris parte auulsam ex natura fecit. Et ut ne foemina uelut passiuā, amoris affectu ad similes generis successione ducta, auxilio destitueretur, totū uoluptatis medicamentū foeminā masculo parauit, & uiolentis tractibus etiā ad geniturā ac feminis immisionē, masculū ad ipsam rapit: nō ad masculū ducens foeminā, sed per foeminā uoluptatē masculū ad ipsam captiuū ducens. Quem admodum em̄ magnetes lapis arcanā quandā uim erga ferrum ex natura adeptus, nō ipse rapitur ad ferrū, sed eminus ferrū ad seipsum trahit: sic foeminā corpus, arcanā erga masculū uim hactū, etiā ignorante, ut ita dixerim, aīa in ipso, masculi corpus ad cōmixtionē ultro trahit: ita imbecilliori animali opifex opem ferre uolente, ut p̄ eam quae in ipso est, uoluptatē masculū uelut incāret, & nō ob sobolis solū procreationē, sed etiā propter ipsū mixturā oestrū, masculū pro ipso pugnantē haberet. Eius itaq; rei gratia relinquet homo patrē suū & matrē: nō foemina, sed masculus, dum ab insito oestro ad foeminā coitū impellitur ac coagitat. Et adhærebit uxori, inquit, uir: nō uxor uiro: & erunt duo in carnem unā. Hāc autē potentia contra praedominantē, foemineo generi opifex largitus, etiā ipsam corporis foeminā structurā ac formam, molliorē effinxit, ut & tactū, & aspectū, & motū, & membrorū omnino tēneritudine. & dum aspicit, & dum aspiciē, uoluptatis malagma sit masculo, ad omnē sensus occursum undiquaq; allabens. Quū porro hęc uis in corporibus nostris ob praedictā causam insit, uirgo æqualē & eandem essentia animā, tum uiro, tum foeminā inesse uidens, & per corporis affectionē erga foeminā ac masculū, alterā animam effoeminari, alterā masculā fieri cognoscens, & ex amatorio corporū quibus illigatæ sunt cōplexu, animas infinitas affectionū species suscipere cōsiderans, hāc quidē semper ab affectione erga corpus abducere cōstituit, foeminā uero erga masculū habitū per cōuersiones a corpore ad propriā uirtutē, interciperē promittit. Hāc autē uia uirtutis iter facere studens, nō ipsum corpus quē ad masculū habet habitū, de cætero mēte uoluit, sed animā in ipso incorporeā habens, quā habeat ea ad incorporeū deum societate, ac uō oculo circūspicit, et incorporei amoris multo splendidiorē faciem incendere, per sudores pro ipso susceptos, nudāq; ac exortē uoluptatū corporis in quo uiuit, seipsam ostendere studio habet. Quandoquidē igitur reuera diuina & impollutā aīa præcipua res est uirginitas: et talis est tum masculorū, tum foeminorū corporū inter se habitus: uirgo autē nulum inquinamentū uoluptatis foemine ex corpore inferēs, & omnib; carnis affectib; exuta, purā seipsam deo, quē amare promittit, exhibere conat: palam est quod regnū cœlorū esse præmiū uiolenter rapiendū cognoscens, ad propositū scopum naturā suā cogere debet: non solū uoluptatis in sic efficto corpore ad nuptias irritatis dominū habēs, sed aduersus omnē uoluptatis speciem fortiter stans. Nam quū una sit in genere uoluptas, uelut fons quidā e carnis, scaturit, & in quinq; sensus, uelut quinq; canales diuisa, p̄ hos ad sensibilia

sibilia ab internis manat: quorū uniusquisq; p̄ propriū sensuum foramē, fluentū suū sensibili suo uehementer mittens, quicquid sibi cognatū fuerit, eluit, & ad seipsum trahit: & ubi limo de carnis repleuit, instar torrētis uice uersa rursus ab externis p̄ eadē foramina ad carnis uortices celerius fluens, & in animā ipsius redundans, p̄ affectus ipsam submergit. Quapropter necessariō debet uirgo, ratione culte de sensuū foraminib; praefecta, horū ad externa lationem moderatā ac leuem exhibere, nō simpliciter remissis transitibus, ipsi p̄missis, ut ne citra impedimentū ad quae uolunt effusi, innatantē ipsi quandoq; animam ad propria inundantes detrahāt. Et rursus fluxū ipsorū qui extrinsecus ad ipsam defertur, cōpressis foraminib; p̄colare, et ab omnibus sordib; purum ad ipsam trāsmittere, ut ne limo de carnis uitio se detraho exundās, totam ipsam proprijs inquinamentis conturbet. Itaq; neq; oculos ad omnē simpliciter uisibilitū aspectum expandet, ut ne omnē indiscriminatim figurarū ac formarū speciem admittēs, p̄ ipsas ad imaginationes ex ipsi turbetur. Sed ad aliqua quidē, etiā apertis necessariō ad praesentis uitae ductū corporis oculis, aīa oculos claudet, uerū ad uerā lucis, & eius quae p̄ ipsam demonstratur pulchritudinis considerationē, etiā clausos prius diligētē aperiet. Neq; aures omni sermōni indiscriminatim adhibebit, sed ad prauos sermones, uelut ad graueolētis saporis allationē, ipsas obturabit: ad honestos uero puro uirtutis flumine manātes, studiose subdet. Et gustū quidem semper ad iucunda hiantē ratione frenabit: uerū ad necessariorū assumptionē temperate moderabit. Tactum autē ut qui omnū sensuū uisibilis sit, & alios oēs propria leuitate ad uoluptatē demulceat, q̄ maxime ex toto immaculatū ab affectibus custodiet. Hic enim p̄ totū corpus extensus, per totā quidem ipsius superficiē, nō solū forinsecus apparentem, sed etiā eam quae in profundo est, ad uitiosos tactus contra animā imperiū gerit: manū autē maxime principāissimā partem occupās, per has uelut per quosdā laqueos, oēs illapsos corrigit. Nec uero uisum praestigijs suis destitutum esse sinit: sed ad cōfusus quidē colores & asperas figuras, ipsum exasperās, simulq; cōfundens, ad leues uero ac indistricte tum colore tum figura formatos, eminus ipsum diffundens ac leuigās, etiam per hunc potentia suam sufficienter uoluptas ostēdit. Quin & auditū asperis quidē uocibus fugans, mollibus uero per inspirantē leniter aerē in profundo lætificās, suū opus uoluptas etiā per hunc perficit. Omitto dicere gustū uelut totū huius alumnū existentē. Nam ad sapores aliter se habentes cōstringitur, & iniucū de afficit. Ad leues uero, cisternas suas inexplēbiles aperit. Quid uero quis de genitalibus membris amplius dixerit: quō contrbutam ipsi ad eiusdē generis satiationē uim, suis in totū illaqueans medicamentis, per oblectationē lenitatis cōtactus ipsorū, hominē captiuū ducit. Itaq; ostensum est quod etiā uisus per tactū animā ad uoluptatē decipit: oculos enim ictibus uelut incorporeis manibus, quæcūq; uoluerit, eminus cōtingit, & quorū corporis manibus contrectandī facultas nō datur, ea oculorū contactū affectuose cōplectitur, & per figuras quas absterfit ac sibi impressit, totū corpus accedētibus imaginationib; redundare facit. Auditus item leues uoces per tactū cōtingens, per hunc animā incātat, & in summa, omnis sensus, uelut corpus in quo uiget cōmune, sic etiā tactum in hoc cōmunem adeptus, per hunc unūquēq; sensum ad propriā delectationē concitat, & totū nostrum corpus per totū in tactū situm, ad uniuersalē uoluptatē uarijs modis instigat. Quādoquidē igitur in omnibus quidē sensibus, maxime uero in gustu ac genitalib; membris, tactus dominū habet: & alius ex alio, uelut in catena dependēs ac dominās tactus, aut ministriū sibi praestari sinit, aut ipse ministrat: omēs autē ad reginā suam ipsam uoluptatē, sensuū per tactū operationē demittentes, adhuc amplius animā uitiorū affectibus corpus efficiūt: propositū est autē uirgini, ab omni corporali uoluptate purā mentem habere: ob id sensum tactus qui maxime corpus efficit, ab aīa refecare ipsam oportet, quo sublato tactū in alijs sensibus uehiculo, etiā simul tollat quantū eius fieri potest, materias illorū ad proprias oblectatiōes. Quid igitur maxime est quod animā ad tactum corpus facit, & uoluptates in alijs sensib; multiformiter producit? Tactus inquit, & q̄ in gustu est, & qui ad coitus affectuose corpus titillat. Inter hos ipsos autē praecedit tactus gustus, sequit uero coitus. Nam per tactū in gustu, q̄ semper gustū ad ingluuiem inuitat, & saginatur corpus, & ab humoribus leuib; in alto ebullientibus intolerabiliter titillat, atq; ita ad coitus tactū uelut oestro percitū fertur. Quapropter necessariō est, ut quae uoluptates ad coitū per uirginitatē superare uelit, longe prius uoluptatis in gustu, uelut materias illi suggerētis, se principē ostendat. Ex rationali entit

homo ex rationali & irrationali compositus uelut se
 in uisus motu suo

& irrationali, iuxta græcū ad naturæ rationem excogitatū figmentum, uelut centaurū
 quendā rerum conditor hominē composuit, & parti à capite usq; ad pectus superne, eam
 res bruta existit, & ad cōsum temere cōcitur, adaptauit, non ab irrationali parte ratio-
 nalem abripi uolens, sed ut rationalis, subiectā habens brutam partē. ipsam ad naturæ ne-
 cessitates moderaretur, sapientissime permittens. Ob hanc igitur datam ipsi potestatem,
 ubi non duxerit, sed ducitur à bruta parte rationalis, scriptura exprobrans aurigæ, uelut
 ad brutæ uoluptatē male ex supernis cōmoto, ait: Equi foeminarū amore insanientes fa-
 ci sunt, unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. Et alibi, ab umbilico et lumbis bru-
 tam partem contra animā imperium gerere insinuans, Ecce robur ipsius, inquit, in lum-
 bis, & uis ipsius in umbilico uentris. Dum enim hic à gustu pinguescit, necesse est & par-
 tes sub ipso, à redundante humore in profundo ebullientes, ad naturales operationes con-
 citari. Suppeditat enim uenter incūbens illis, quæ has ad cōstrum incendunt, gula uero ex
 supernis materias effundit: primū igitur gustui uirgo dominabitur, fontes uoluptatū uen-
 tris & impetū hinc ad intemperantiam fluentiū temperate gubernans, ut ne dum uirgi-
 nem agere instituit, ad gustum immodice descortando, nō animaduertat se iuxta alteram
 uoluptatis fructuonem, temere uirginitatē diuendere. Virginē enim etiā ipsum gustum
 uirginis esse oportet, à nullis gulam oblectantibus, blanditijs ad uoluptatem corrupta, sed
 integram etiā in hoc seipsam prudenter custodientē, & ad ministerium eorum quæ ad
 animā pertinent, corpus sapienter gubernantē. Neq; enim oportet se custodientē gustus
 uoluptati succūbere, & reprimētē ac attenuantē scaturientes ex uentre uoluptates, per
 continentiam erga cibos, rursus in cōtrariū, corporis usum cōuertere. Ne enim declines, in
 quit, ad dexterā aut ad sinistram. Quemadmodū enim remissum ac liberū simpliciter in
 omnia edulia dimittere gustū, ob prædicta reuera graue est: sic etiā concludere hūc ad cor-
 poris ex imbecillitate inutilitatē, penitus absurdū est. Extremitates enim uelut quidam sa-
 piens dixit, etiā in hoc inæqualitates sunt: nam uelut ob multitudinē pabuli equus sub no-
 bis exultans, quo uult aurigā male fert, sic ob nimiam inopiam ad propositā uirtutis uiam
 impedimento est: & quemadmodū non oportet hunc multo pabulo pinguefacere, ne in-
 cōpositis suis saltibus aurigā uexet, ac undiquaq; circūferat, ad feruentē ac inflexibilem
 uiam ipsius penitus resistere nequeunt: sic neq; eum qui uiam ad uirtutē cum hoc profici-
 sci uelit, nimia indigentia ac fame uires ipsius exoluere, ipsumq; inutile reddere oportere
 cenfeo: ut ne debilitato huic alligatus, inefficacē propter ipsum subeat laborē, neq; excita-
 re ipsum collapsū amplius ad cursum potens, neq; dimittere ipsum à naturali erga ipsum
 amore pmissus, sed semp ob hūc propter societate suspirare, & circa curā sanitatis ipsius
 sollicitus esse coactus, & quia nō habet uires is qui ad exercitiū eorum quæ ad cursum per-
 tinent inseruiebat, de cetero propter exercitationis neglectū, multa de peculiari scientia
 sua amittēs. Itaq; quoniā oportet cognatū nostrū uehiculū, neq; nimis remissum, neq; rur-
 sus uehemētē intentū, ad uirtutis cursum producere, ob id cōuenit et statū corporis pro-
 ut habet, & ciborū qualitates cōsiderare: & uigēs quidē corpus ac naturali calore redun-
 dans, amplius cohibere, & per alimenta calorē expellere, ut ne aut multi succi alimentis
 eam quæ ex natura adest pinguitudinē ex additamento augētes: aut uini infusione feruen-
 tem corporis uigorē adhuc amplius intendētes, ignē reuera ad ignē, uelut græcus sapiēs
 dixit, deriuemus. Imò uigenti quidē ac naturali calore abūdanti corpori, purū ex fontib.
 fluentū moderate inuehemus, feruentē in natura flammā contraria aquæ facultate extin-
 guentes, & per rationē quæ in nobis est, ad mansuetudinē temperātes. Decrescenti uero
 ac marcescēti, amicū ex alimentis ac potu auxiliū inducemus: nō quantitatē solū alimen-
 torum ubiq; ad uires prudenter mensurātes, sed etiā qualitātē maxime sapienter dijudi-
 cantes. Neq; enim externæ solū apparatus horum animū aduertemus, sed etiā uires ipso-
 rum in profundo sitas ualde prudētē cōsiderabimus. Nam nō semina solū & legumina,
 sed etiā olera nō pauca sunt, quæ nō iuxta externā opinionem, ad mansuetā gubernatio-
 nem pietatis exercitatori in alimoniam omnino conducunt: sed & carnes in profundo lan-
 cinantia, & pruriginosās titillationes inducentia, non minus quàm ea quæ per se fugien-
 da sunt, latenter corpora cōturbant. Quapropter neq; sale simpliciter ac in discriminatim
 utemur, uelut aliquos exercitationi deditos conspeximus, propter continentia excellen-
 tiam, omni alio obsonio excluso, huic solum cum pane pro omni cōdimento assumere.

Non

Non igitur intelligunt hi salem naturæ secundum esse, & pruritus corpori inducere, ma-
 gisq; q̄ alias res corpora ad cōsum iritare. Si uero in huius usu aurigā ad sapienter propo-
 sitam necessitatē uersari oportet, multo magis omnis nucū generis qualitātē cognationē
 ad ea quæ in cōfesso nociua sunt, diligenter discernere cōuenit, ita ut ubiq; necessitatē ali-
 menti ad solam uitā prudenter approbemus, obsoniorū uero excogitatas blandicias, ad
 uoluptatis inescamēta suspecta habeamus. Si enim panis cor hominis firmat, nihil opus
 est ultra alimenti necessitatē, obsonium temere ingerere. Nam neq; salem qui panis con-
 dimentum est, pari cum pane copia assumimus: si uero non condimentū pari copia, cum
 eo cuius gratia assumitur, quis ingererit, quomodo obsoniorū usum principali alimento
 copiosorem quis assumpserit? Non enim hæc amplius erunt uere panis obsonia, sed uice
 uersa panis horum. Et nō animaduertet auriga se rursus alia ratione à gustu per obsonio-
 rum uarietatē ad uoluptatē deceptū esse. Deinde hinc reperietur rursus persequi id quod
 per exercitationē pietatis fugit. Itaq; quemadmodū ex quatuor chordis, ut compendio-
 dicam, bona exilit harmonia: nam ex quatuor, terra & aqua, aereq; ac igne, constant cor-
 pora nostra, ei quod deficit semper per alimenta opem feret, Eius uero quod redundat,
 per detractionē et ductum ad exercitia uires emolliet, non solum quantitatē caliditatis ac
 frigiditatis in nobis, sed etiā qualitātē siccitatis ac humiditatis expēdens, ita ut alijs qui-
 dem ad quantitatem addat, ab alijs uero detrahat, & aliorū qualitates augeat, aliorum im-
 minuat per uitæ ductum, et alias permuet, alias secundum naturā conferuet. Hoc modo
 omni inconcinnitate sublata, reuera congruas ac consonas quatuor corporis nostri chor-
 das, ad uirtutis melodiam animæ parabit. Verum hæc à nobis de gustus ratione, propter
 cursus qui pro uirginitate, imò pro ipsa tota uirtute exercetur, dicta sint. Subindicant
 autem quod, quemadmodum corporis contra animam potestas impedimento est ad uir-
 tutis adeptionem: sic uice uersa imbecillitas, quum corporis organum animæ prompti-
 tudini inseruire non potest, cursum ad ueritatem impedit. Nihil enim magis carniū mo-
 les, animæ alas deorsum trahens, quàm corporis imbecillitas ipsū occupans ac premens,
 non sinit illam ad cœlestia prout uult subuolare: non solum bonorum assequendorum
 accessione ipsam priuans ob imbecillitatem, sed etiā iam partorum pulchritudine spo-
 lians, ob exercitiū ex infirmitate negligentiam. Quemadmodum enim pinguis uenter,
 non structura & natura pinguis, sed in quem pinguitudo alimentorū ob gulositatē largē
 confluit, cōturbans ac crassefaciens mentē, subtilē intellectū non parit: sic ualde tenuis
 uenter, ob imbecillitatē in corporis debilitate, mentem mortuā efficiens, etiā iam partū
 subtilē intellectū extinguit. Subindicant item quod nō penitus tales uel tales cibos oportet
 auersari, alijs uero simpliciter expleri. Sed quod conuenit etiā in his non solū quan-
 titatem, temperantiā metiri ualentem, copia parem his quæ eiecta sunt efficere, sed etiā
 qualitatem æquiualentē his quæ palam nociua sunt decernere, et in summa, rationem co-
 lere, rationeq; & non bruta temeritate exerceri. Si uero diliges proximū tuum sicut teip-
 sum, & propter hoc mandatum ei qui dixit, nudus eram & operuisti me, & esurientem
 nutruisti, & infirmum uisitasti, studiose opitulamur: certe simulat mandatū, qui alteri
 quidē opem ferre meditatur, seipsum uero ægrotantē miserabiliter perdit. Palam est enim
 quod falso diligit proximū, cui prouidere promptus est, qui seipsum diligere non nouit.
 Et quomō mandatū iuste implet, qui serui corporis causam non iuste iudicauit: sed præ
 textu quidē adigendi ipsum in seruitutē, castigare promisit, uerum indiscreto motu hoc
 ipsum male pdidit. Quomō enim hoc amplius dominātis seruū erit, quum ipsum dñm in
 ministeriū uolentia, quā ab ipso sustinuit accepit: quō uero seruiet domino ad benefaci-
 endū fratribus, quod oēs benefacere potētes, in suis ipsius obsequiū seruos assumpsit. Nō
 enī amplius ad uirtutis motus dño seruiet, uerū in debilitate positū, reliquis omnibus be-
 nefaciendi occasionē exhibebit, miserabilē apud oēs dominū habens, ppter susceptas hu-
 ius gratia erumnas, miserabilē item seruū, propter incurabilē huius ægritudinē. Neq; em̄
 dñs de cetero studio habet ut sua opera aggrediat, propter eam quā circa hoc habet occu-
 pationē, imò neq; liber dimitti studet, p colligationē ad ipsū coactus: neq; seruus amplius
 misericordiā assequi, & decentē erga dñm seruitutē recupare cupit, sed alter alteri incurabi-
 lis supplicij cā factus, absurditatē à rōe alienā habet eius q̄ utrosq; in hūc carcerē cōiecit:
 quæ et à certaminū pfecto, et à pfectatorib. notat, q̄ ille ad cursū cœlestē adscriptus, nō ani-
 maduertit ob brutā temeritatē nō solū nihil eorū q̄ ad statū p̄tinēt, prudētē exercuisse.

= 4 sed

sed etiam eū qui ad cursum ipsi inferuire debebat, iniuste profrauisse, in superq; seipsum unā cum hoc stolidē subuertisse. Quapropter necessariō his qui ob uirtutis adeptionem corpus castigant, rursus acclamamus. Ne declines ad dexterā aut ad sinistram. Quemadmodum enim ad gulositatē declinare graue est: sic per intentā afflictionē, corpus per imbecillitatem ad inutilitatē prosternere, reuera absurdissimū est. Non em̄ per seipsam bonum est abstinentia à uoluptatibus uentris, sed quod ad boni ac uirtutis adeptionem confert. Si uerō id propter quod eduliorū abstinentiam approbamus, per intentā abstinentiam negligemus, in contrarium nobis prae temeritate instituta uitae forma cōuertetur, quum nō amplius possimus, ob organi colliquationē ac euerisionē, per lectiones ac preces cum deo cōuersari, & ad fratribus benefaciendū uirtuti obedire. Oportet igitur etiā corporis curā gerere, non propter corpus, sed ut ministeriū philosophiā adipsamur. Impossibile est em̄ eos q; ministeriū corporis ad philosophiā obediens nō habēt, aut ad lectiones philosophicas sufficere, aut mentē in corpore infirmā ad orationē prout decet intendere, aut omnino quid eorū quae ad philosophiā pertinet, in suā et eorū cum quibus cōmune uitā degit, utilitatē operari. Quapropter castigo corpus, inquit, & in seruitutē adigo. Insurgere em̄ propter carniū uigorem contra dominū uolens, cōtinentiā flagris in seruitutē adigo, dominū agnoscere cogens. Non enim sic serio, inquit, ut immodicis plagis inutile ipsum ad seruitutē faciā, sed scopus est mihi castigandi, ut in seruitutē hoc adigam ad dominū ministeriū. Qui uerō adeo uerberat fame seruū, ut non solū inuictis ad ministeriū dñi reddatur, sed etiam sibi ipsi sufficere nō possit, quid aliud q̄ seruū seruī seipsum fecit? Necesse est enim quū non amplius seruire possit corpus, & prae debilitate resolutū est, dominum huius seruire, ita ut semp̄ circa ministeriū imbecillitatis ipsius anxius sit, & non amplius suorū operum memor esse permittatur, sed omnē uitā in hoc insumat. Carnis igitur prouidentia non facere, non simpliciter p̄nunciare, sed ad cōcupiscentias inquit. Quare cupiditatē quidem ac uoluptatē carniū, per exercitationē ad pietatem succidere oportet: utilitatē uerō ad uirtutis adeptionē prouidere ac conseruare. Cibus em̄ nos non commendat deo: non enim est regnū dei cibus & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto, propter quae etiam ciborū abstinentia cū ratione assumitur. Nam si ipsam per seipsam ciborū abstinentiā expendas inquit, neq; si non ederimus, inferiores sumus, neq; si ederimus, superamus. Neq; em̄ qui nō edunt plus aliquid habēt in uirtute edentibus, iuxta hoc ipsum solum quod edunt, si interna ipsorū uirtus exaeruetur. Itaq; ad uirtutē in anima respicere oportet, atq; sic omnia circa corpus obire. Quae em̄ non bona per seipsa sunt, per boni ministeriū bona exornatu euadūt. Quo igitur ministeriū ad bonum, per corporis debilitatem nō impediatur, uino inquit modico utere, propter stomachū tuum, & frequētes tuas infirmitates. Sicut em̄ feruenti per uigorē ac frementi corpori nō oportet, uelut iam praedictū est, ignem ad ignē inuehere: Sic neq; per debilitatē frige factio, id quod amplius frige facit magis noxie ingerere. Sed uelut illic naturalem calorē externas materias subtrahendo consumimus: sic eundem laboribus consumptū, aut deinceps per aetatē aut morbum extinctū, externis liquoribus opem ferentes refocillamus. Pacem enim etiam in debili corpore prouidere oportet quatuor partiū ex quib; cōstituti sumus, ita ut undiq; opitulemur, ut ne exuperās unq; in nobis caliditas aut frigiditas, aut omnino una aliqua ex quatuor partibus, bello ac discordia, ex debilitate & aestro, animā repleat. Ceterū hec quidē de uno sensu gustu solū pro corporis uirginitate moderate dicta sunt. Transeundū deinceps ad alios sensus his qui uerā uirginē uidere proposuit habēt. Sciatis igitur quod possibile est, eos qui uirginē uerā uirginitatis ancillā, per ciborū abstinentiam ac reliquum durū uitae ductū custodiunt, uirginē habere corpus, non aut uirginē habere animā. Sufficiens. n. est etiā uisus, ad formas turpes animae inducēdas, & sermo ad uoluptatē medicatus auribus allatus, ad mentē ad intemperatiam corrūpendam. Veretur itaq; pronubus ne aliquo corrūpat nō corpus, sed cogitatus eorū qui Christo sunt despoī. Quapropter oportet uirginem prae corpore, maxime animam custodire, nō ut aliqua quidem uigilia hanc custodiat, aliqua uerō simpliciter dimittat, sed ut omni uigilia ac custodia cor suum conseruet, quo neq; per uocem huius effluens sermo, auditorem sermonis ad uoluptatē inficiat, neq; rursus extrinsecus per auditum sermo ab aliquo illapsus, cor ipsius ad concupiscentiam exaestuare faciat. Sic enim & in uisu facere conuenit, ita ut neque molliter inspicat

Castigo corpus meū quo
castigomine

Virgo et oculis uirgo

inspicat, ut ne uoluptatis simulachra per hunc uidentibus contra seipsam immittat: neq; extrinsecus allabentem aspectum se cōtingere permittat, ut ne uelut ignito quopiam spiritulo per hunc in cor icta, ad uoluptatis figuras exardens incendatur. Eris enim inquit, uelut ceruus spiculo percussus in hepar. Sed forinsecus quidem allabentē aspectū, suo aspectu ab anima ipsam auertere oportet. Suum uerō aspectum temperantiae signum uidentibus exhibere. Sufficiens est enim etiā superfluous palpebrarū motus ad uoluptatē stimulare ac uelut aestro concitare, prae qua uoluptate haec animam cōmouent. Quum em̄ pulchro oculis ipsius conspectio uisum affectuose infixarit, & cōspectae formae figuras in se ipsa animae prae uoluptate emollitae, uelut in cera impresserit, discedit quidē etiam per se ipsum aliquando id quod figuras fecit, forma uerō eius quod conspectum est menti impressa, semper insidens animā ad suorū ipsius operū imaginationē stimulat. Quapropter maxime oportet uirginem penitus nulli rei intentū uisum immittere, aut si immiserit, contraria facultate figuras ad impressionē sui cogentes, à seipsa propellere, quo nullā corporalem speciem per diuturnos ex consuetudine occurfus imprimat. Si uerō forte contigerit figuras latetē corporali parti imprimi, eas per frequentē uirtutis ac bonarum rerum memoriam ex seipsa delere: ita ut eas quidem quae à corporali forma inscriptae sunt uelut in cera, per translationem mentis ad diuina oblietret, eas uerō quae à sanctis rebus accedunt, speculationibus circa ipsas elaboratis inscribat. Quod si accedentes ipsi figuras, in fractas in mente permanere uelut in sigillo sinet, necesse est mentē circa impressam formā occupatā, reliqua quidem oīa bona negligere, ad eius uerō quae inest ipsi formae imaginationem semp̄ stupentē ac consternatā, circa fruitionem ipsius affectuose cōuersari. Et tali nihil prodest corpus à uersutis incorruptū custodire, animā uerō ad immittas in ipsa per uisum, corporalis amoris uoluptates semp̄ corrumpi. Ob timorem enim aut pudorem praecoccupatā circa externā uirginitatē opinioni cum simulatione inherens, & hac denudati pudore dignum ducens, hanc quidem exercens cōseruat. Verum incorporalibus manibus, in mente eum quē amat ipsi impressum, amplectens secum semp̄ circumfert. Et quae per corpus facere, ut ne deprehendatur erubescit, ea cogitationibus mentis facere nō ueretur, quam nō amplius neq; corpore iuste uirginē appellaueris. Necesse est em̄, dū is quē amat inseparabiliter ipsi in mente miscet, etiā corpus ad animae affectus conformari, & dum ad mentis motus hoc coafficitur, unā cū domina corrupta corrūpi, & dum illa reuera ac in somnis amatoria somnia habet, etiam ipsum cū illa somniare. Quū autē hic affectus animā occupauit, superflua de caetero est à cibis cōtinentia, ac reliquus durus uite diuisus, quū non equus equitē ad suas exultationes ferat, sed ipse eques eo qui in ipso est affectu equū male stimulet. Quemadmodū enim in quibusdā prae senectā corpore resolutis, mens ex praecoccupante proteruitate agrotās, praeter uitres ad uoluptatis imaginationē corpus concitat: sic in his qui affectū erga amorem animā habent, etiam resolutum exercitio corpus, ad pprias concupiscentias anima iritat: non de corporis uigore ad animā affectu transeūte, sed de aīa ad ea quae corporis propria sunt male se cōmouente. Si igit uisus tantū ignis fomes est, audiamus eū qui acclamat: Oculi tui recta uideant, & palpebrae tuae iusta annuant, & ne corripiaris unā cū palpebris tuis, neq; capiaris oculis tuis. Si uerō iuxta superiorē naturae rationē, tactus q̄ spīa est uisus et oculorū appulsus: quēadmodū ubi lippientes diutius intuemur, morbi participes fimus: & ubi alijs rebus quae naturaliter oculis cōmodae sunt, oculos immittimus, latenter utilitatē percipimus. Sic sanē uoluptatis occur sui oculos adhibētes, uoluptatis morbo mentē implemus, sicut sanē ubi eisdem ueris bonis admonemus, p̄ oculos in animā utilitatē suscipimus. Et p̄fecto absurdū est, quū uirgo per oculos ad morbū lationē accipiat, eam audere per uisus tactū indifferēter ea cōtingere, quib; nunq; audeat manū admouere. Cōciliator. n. & ut ita dixerim, pronubus tactus manū, est tactus oculorū, eminus illū praecoccupās. Ille uero ipse manū in q̄ tactus, calidior est ancilla eius q̄ sit in cōplexu: et quae primū tactū oculorū nō euitauit, neq; manū sanē quātū in ipsa ē effugerit. Quae uerō rursus tali amatorio more implicata fuerit, nō utiq; ab inquinamētis pura inueniri potuerit. Quēadmodū em̄ ignem attingentes, ignis signacula p̄ eos qui nos cōtingerūt cautes suscipimus, & impossibile est ut qui ignē cōtingit, puram ab uistoria ipsius efficaciam manū ostendat: sed aut bullē ad tactū acruatim exorte, & cū dolore feruētes ac salientes, statim eruptionē minatur, aut iā oborta in manu amara ulcera

ulcera conspiciuntur: sic impossibile est ut qui amatorum ignem attigit, purum ab huius signaculis tactum ostendat. Sed aut simili modo uelut ad tactum manus, bullæ latent in corde obortæ, amari uidelicet amoris affectus, feruent ac pulsant, & intolerabilibus tremoribus occupatæ, peccati ulcera statim eruptione esse minantur, aut iam totum ulceratū in profundo cor ostendunt. Ignis enim est ardens: inquit, in omnibus membris, & quem inuaserit radicatus perdit. Quare quandoquidem in omnibus membris hic ignis ardens est, obseruandū est his qui purum à cauteribus corpus ostendere uolunt, ne aliquod membrum cōtingant, ut ne in membro sitam ignis efficaciam, per tactum non in parte solum quam contigerunt, sed in totum corpus & in ipsam animā suscipiant. Si enim quis caudā solum serpentis attigit, & quā tanto spacio intermedij corporis caput ab illa distet, tamē ad contactum in cauda sientem statim conuertitur: Et si ubi pedis nostri digitus offendit, capilli in capite statim recti erigunt: Nimirū etiam uitiosus totius tactus, etiam si in manu solum fiat, à capite tamen usq; ad extremos unguis, totum corpus ad uoluptatis consensum, statim ubi sit attingentis signum, contrahit. Et sicut lapidis tactus in aquā in cisterna sient, non adiacentem aquæ partem, in quam cecidit lapis, solum inundare facit, sed alijs super alios circulis excitatis, usq; ad extrema quandoq; inundans hos producit: Sic amatorius aspectus, aut sermo uoluptatis mulcimentis effœminatus, in uirginis animam uelut in puram aquam uehementer illapsus, alias super alias uelut in profundo excitans cogitationes, totam ipsam ad ferientis imaginationē percussam inundare facit. Quapropter maxime oportet uirginem, & oculorū & uocis blandicias, corruptoriae uoluptatis medicamentū existentes, à proprijs sensibus quā longissime abigere: ita ut aures quidem inuis temperatū ratiocinatione obturet, oculos uerò auertere secundū naturam sciat. Nam si semel per oculos & aures accessum ad animā arripuerint, de cætero etiam reliquas per manus accedentes blandicias mercenarias assumentes, progressu temporis penitus que sua sunt operabunt. Quemadmodum enim miles qui cum militari agmine in urbe adest, domū sibi ipsi ad inhabitandū circum circa quærit, aut per uim à foribus exclusus, uel alia quadam arte à domino domus expulsus, aliō se conuertit: aut ubi primum ad interna accessum facilem habuit, ut uel aliquid ex armis suis, hastam aut galeā aut scutū deponere licuerit, et si propter socios egressus foris esse uideat, intus tamē est potentia, per arma quæ deposuit, domo propria sibi ipsius accessum, quos non longe postea secū habitare fecit, de cætero effecta: Sic potens uoluptatis ac peccati miles domū sibi ipsi circum circa quærens, aut à primo ingressu excluditur, & aliō se cōuertit: aut ubi primum ad interna per sensus accessum facilem habuit, ut uel aliquid ex armis suis, aspectus hastā inquam, per oculos eminus fauciant, aut uoluptatis galeam illecebrem sermonē per auditū, aut tactum per manus, uelut scutū, totū corpus ad uoluptatē concitant, in anima deponere licuerit, etiam si foris esse uideatur, corpore nondū per operationē peccati corrupto, tamen intus est potentia, per deposita arma corrūpens mentē, anima quæ aliquid de his armis suscepit, propria domo priuata uoluptatis ac sociorum ipsius uitiorū, de cætero effecta. Concludendus est igitur primus per sensus accessus carnis militi, ita ut sensus undīquaq; uelut fores aut fenestras, cordis uectib; obstruat, ut neq; per unā saltē ex his callidiorē cōsensu factio, secū mortē socium suū habitare faciat. Mors em̄, inquit, ascendit per fenestras uestras. Fenestre enim reuera sunt animæ ipsi sensus, per quas aut uelut prudens ac temperans quædam mulier, anima ipsa externā sensibiliū lucē, ad operis ad se pertinetis considerationē, leuiter ipsas aperiens, aspicit: aut petulans ac proterua circa curiosā externarū rerū inspectionē, uelut lasciuia aliqua meretrix prospicit, ad ea quæ delectant collū male cōuertens, & ad iucūda per has illabens. Et fenestris em̄ domus sue prospectans, quæcunq; uiderit ex stultis filijs adolescentiē mentis inopē prætereuntē, ea dicit quib; iam seipsam totā ad proteruitatē, propter male institutos ac cōtumaces sensus, parauit. At uero casta intus in quā, uelut in foco in medio cordis, & cogitationū et sensuū thronum collocās, si quid utile est ab omni uitio purū fluēs, id admittit: si uerò quid inutile est, et à uirtute alienū, id ipsū extra fenestras, prudentiæ manibus ipsas obturās, sapienter excludit. Ne utiquā igitur oportet peccatū ex cōplexu fugere, & per hæc, & in his lapsibus periculose implicari. Nā tactus per uocem & oculos, ad manuū tactum latenter deducit. Hi uerò omnes uelut in catena inter se coherentes, tactus in complexu pronubi existunt. Non igitur unus solum circa

bona simili tactus

cōitum tactus, sed totum multiplicis tactus genus, ex quo omnis species per sensus nascitur, uirgini diligenter incorruptū custodiendum est, quo eas quæ ab oculis & uoce et reliquis ad uoluptatem motibus eminus emittuntur scintillæ, contrarijs temperantiæ flatibus extinguens, etiam simul rogum ex ipsis accensum prudenter extinguat. Imò potius quo ne admittis quidē omnino uoluptatis fomitus, neq; habeat penitus unq; uoluptatis rogum in carnibus incensum. Virgo igitur erit, & audita, & uisus uirginis, in superq; & tactus & totus motus. Verè aut uirginis totam pulchritudinē ornare oportet, ut neq; naturali pulchritudine pompam ducere studeat, neq; si hæc desit, externum fucum admittat. Indecorū enim reuera est uirgini, & ab integritate quam professa est alienum: aut gloriando in formæ figuris à conditore ad generositatem quam professa est alienum: aut dixi pulchritudine ducendo, plures corporis amatores ad communem ruinam commouere studere: aut non facta boni odoris coniectione, excogitatum fucum uidentibus in uoluptatis condimentum procurare. Neq; enim prior sapientem rationem ostendit, ob conditoris opus, uelut ob proprium recte factum delicias, & in quod certamen non induci, per orationem certaminis præfectum rogat, dum ne nos inducas in tentationē precatur: in id ipsum per hoc quod amatores allicit, seipsā palam detrudens. Neq; posterior, quas non accepit in corpore uoluptatis illecebras, eas spurij formis ac præstigijs contra seipsam inducens. Vtraq; uerò non animaduertit, se datum à Deo bonum citra propositum scopum corrumpere: dum & formosa animæ pulchritudinem per corporis speciem absurde uitiat, & quæ apparentem & putatam corporis deformitatem, uaticum ad custodiam uirginitatis acceperit, hanc ipsam ad sui ipsius insidias spurij formis nequiter transformat. Oportebat autem uice uersa, illam quidem temporariam pulchritudinem contemneret, ipsamq; non animę pulchritudinis impedimentum, sed auxiliarium, si forte ita contingat, facere, corporis amatores ad animam transferendo. Hanc uerò nihilominus in ueris bonis progredi, & quietem à tentationibus ob putatam deformitatem, ad tranquillitatem exercendi non senescentem pulchritudinem arripere, ut quæ immortalibus quidem bonis, uelut proprijs recte factis, iam hinc aduersus alteram certamen instigat, corporalibus uerò à tempore corrumpendis, nihil ab illa differat. Neq; enim facile intelligere est quis sit scopus propter quem se ornant ac tactant. Si enim ut uirginitatis scopum opem ferant, profectio contra quam profitentur faciunt, plures tentatores per ornatum contra seipsas absurde inuitantes. Si uerò ut pulchre uideantur, uideri absurdum est, nisi huius rei curam habentibus contingat ut à quibus opinionem auferre student, ab his putata sua pulchritudine exatiuntur. Si uerò ut etiam assequantur eos quibus placere student, in contrarium seipsas delatas nude ostendent, meretrices pro uirginibus conspiciæ, præterquam si ad duorum desiderium mediæ correpta distrahantur, & externis amatoribus exatiari uolentes: propter hoc uerò, eorum desiderij condimentū, aspectum fieri studio habentes: et ab interno amatore, aut ob uerecundiam aut timorē apprehensæ. Neq; enim fieri potest ut talium mens non sit putris ac fraudulenta, quæ & externos ad corpus per artem iritat, & interno ex dimidio placere cupit. Et non amplius sibi ipsi de cætero mens æqualiter consona erit, sed uelut in confinio, & ad internum amatorem, & ad externum nequiter distilla. Nemo autem potest duobus dominis seruire: aut enim unū odio habebit, & alterum diliget: aut unum amplectetur, externum uidelicet, ad ipsum se exornans, & internum contemnet. Quæ uerò nupta non est, curat quæ Domini sunt, quomodo domino placeat. Quemadmodum sanè ea quæ nupit, curat ea quæ mundi sunt, quomodo placeat uiro. Et diuisæ sunt uxor & uirgo. Nam impossibile est & quomodo interno placeat curare, & ad externos spectatores uelut in scena exornari. Sed si cur qui sub sole loquitur cum præceptore, consequentis umbræ & motus manuū ipsius, & totius formæ figuras per imitationem exprimentis nullam curam gerens, penitus ad præceptoris colloquium intentus est: Sic etiam uirgo corporis simulachrorum, an formosa aut deformis sint hæc, & eorundem irrisorum, nullam curam habens, tota ad præceptorem suum ac sponsum conuersa est: cum hoc per uitam in purissima luce contenta loquens. Curat enim quomodo placeat domino: placet autē talis, qualem ipse ipsam formari uoluit. Non solum igitur non amari uirginē oportet, neq; excogitatum formā, uoluptatis petulantis aspectus condimentū facere: sed etiam naturalē corporis pulchritudinē quantū

uirgi facies nō fucada

quantum eius fieri potest de industria obumbrare. Nam quum uelut superius diximus, foemina malagma sit uoluptatis ipsi masculo, & aspectu flexibiliore ad masculi uisum illiendum efficta, & uoce acuta ad demulcendas aures constructa, & apparente membro rum teneritudine, & in summa toto corporis habitu ac motu ad uoluptatis fraudem formata: & non solum loquens & aspiciens foemina, sed etiam sedens quodammodo & ince dens, per naturalem quam in se habet contra masculum potestiam, hunc ad seipsam, uelut magnetes eminus ferrum, incantet: ob id oportet uirginem nullo modo uoluptatis retibus implicari, ita ut uitet uirilem facere uisum, & ualidam adere uocem; et incessu ac om nino toto corporis motu, uoluptatis illecebras conseruare, ut ne capiat inquam, amplius seipsam per excogitatas uoluptates, et laqueum tum alijs, tum animae suae, proprium cor pus struat. Verum ad firmam uirtutis speciem prudētibus ac castis motibus seipsam uiri liter erigat. Sic autē foemina in seipsa tollens uoluptatem, & masculi ad hunc habitum re, secans, uirgineos etiam suos progressus faciet; non lasciuens assiduis progressibus, neq; praeter pertinentem ad uirgines necessitatem; domibus seipsam ingerens. Verum omnis progressus tempus; debita uirtutis mandatū faciens, & aurigā quidem progressus, man datum domini habens: tempora uerò horum, iuxta decentem diei partem deligens. Non enim simpliciter propter eum qui dixit: Infirmus eram, & non uisitasti me, & caetera; diuersionis ac uituperij materiam, mandatū domini faciet, omni tempore & praeter deco rum progredi audens. & importune per omnes angiportus uulgo apparens. Neq; boni dei mandatū, dextre ipso non utens ad sui ipsius calumniam male couertet, & aetatem suā simpliciter citra experimentū ad progressus dimittet. Verum nouellam adhuc agēs aetatem, ad domum dei solum, & non sola simpliciter procedet. Mandato autē domini aliō ci tra excusationem ducente, si de dignam suam profecionem faciet his cum quibus proba tionem facere uidetur. Non enim simpliciter gregariam oportet uirginem, nuptiarū uiti cula auerfantem, in omnibus locis cum autoritate diuersari, uelut ob hoc fugientem nu ptias, non ut meliori sponso semper assideat, sed ut potestatem habeat eundē quo uelit. Neq; enim ut ne testem aut iudicem uitae haberet, societatem ad uirum euitauit: neq; ut libera ab aemulatione & zelotypia existens, pro libito uolueretur inter quoscunq; uellet, nemi nem habens qui motus ipsius exploret. Sed ut uoluptatibus carnis, & partuū doloribus, & plena laborum rerum temporalium sollicitudine ac dolorosa cura, euitatis, sub teste ac aemulo uirtutis deo, suam uitam ad integritatē gubernaret. Deus enim sum, inquit, aemu lator, aemulans eum qui corripit gratia meam in uobis pulchritudine adulterat. Nam si abiecto uiri iugo, & ad uitam, ad quam conseruanda domus & procreandorum libero rum gratia facta est, inutilis, & professae uirginitati pudenda futura est: tota res damni ple na est, dum & ineruditis cogitationibus animam, & remissis exultationibus corpus cor rumpit, & longe sanē praestabilius esset ipsam uiro cōiunctam ad uitā gubernari, & quod ad opem domesticae rei ferendam cōducit, talionis uice pro praefectura ipsi rependere, & liberos senum nutritores ad generis successiōnem bonos producere, & una saltem parte uiri aemulationibus, quantū eius fieri potest deo uirginem agere. Nam ueritatis doctrina in angiportibus & domibus licēter oberrantes, neq; uirgines agnoscit. Ociosa enim ap pellantur circueuntes domos: & non solū ociosa, sed etiam nugaces & curiosa, loquen tes quae non oportet. Si uerò uiduam uirum iam expertam, & ob oculos uirorum uersari adueta, non oportet impudentem & linguā & pedes ad quoslibet mouere, ut ne in praedicta crimina incidat: quanto magis oportet uirginem, quae pudoris erga uirum tunicam nunquam exuit, castam & uirginem custodire linguā, & sincerū gradum ad usus necessi tatem proferre: illa enim solum uirgini dicenda sunt, quae & audita menti auditorū pro sunt, & quae per apposita ad ipsam responsionem, ad diuinari rerum intelligentiam ani mam ipsius adhuc magis exornant. Nam quod per linguā extra fertur sermonis fluentū, fonti unde manat testimonium praebet. Ex corde em̄ exeunt cogitationes prauae, caedes, adulteria, & quae sequuntur. Ex quibus fructibus arbor cognoscitur. Et quae uerē uirgo est, à morū puritate uelut à puro fonte, ab omnibus inquinamentis imperturbatū sermo nem suum placide effundere debet, ita ut non solum nullam nociuā ac perniciosam ad uoluptatem sententiā afferat, sed neq; ociosum unq; à rationali anima hunc ostēdat. Omnis enim qui de uirginis fonte, sermonem in corruptū haurit, eum uelut integritatis poculo mentem

mentem exfatigare oportet, & similiter cum reuerentia talionis uice benefactrici uicissim propinare. Talis quidem erit uirgo loquens, si quādo etiam loqui necessarium fuerit. Ex acte enim uidentem est, & cum quo, et quomodo, & quando, hanc loqui decorum uide tur. Non enim simpliciter ad quoslibet uirginis sermonem corrumpi oportet, neq; rursus ad reuerentia dignos audacter denudari, neq; utilitatem non habentem apud pertinentē ad personam uirginis profundū, & ne tunc quidem quum utilitatis necessitas hunc ex uir gineo ore necessariō uocat, per illapsam ad necessitatem occasionem, cōtentiosius redun dare. Sed ubiq; & personae, & utilitatis, & temporis coniectura faciēda est, ut ubi neces sarias loqui cogit, multo pauciora quā audīt loquatur. Nam & natura utilitatem sermo nis ad auditum per proportionem metiens, duas quidem aures, unam uerò linguam no bis largita est, tanquam oporteat dupla ad disciplinam ac eruditionē consequendam au dire, dimidiō uerò contractum sermonē, ad quaestiones si interrogemur proferre. Quare etiam secundum naturā, ad quoscunq; tandē tempestiue loquetur uirgo, multo plus au diet q̄ loquetur, & omnis sermo eius nihil aliud q̄ utilitatē audientibus afferens, de la bijs procedet, aut per interrogationem menti eruditionem procurans honeste ac ornatē de ore prodibit: aliās autem intra angulos quiescet, multo plus alijs semper orans: Pone domine custodiam ori meo, & ostium munitiōnis circa labia mea. Atq; sic quidem os suū per preces munit, non minus autem & aures, ut nihil forinsecus mali in ipsas confluat, auribus ac lingua ianitoris officii menti praestantibus, in quiete semper dominū roganis. Ne inclines cor meum ad sermones prauitatis, ut praetextā praetextus in peccatis. Porro multo magis quā praedicta uituperabile est, & à uirginis moribus alienū, uirginem nō modò in domibus oberrare, sed etiam nuptiarū pronubā fieri. Honorandae equidē sunt nuptiae inter omnia, uerum alijs et non uirgini conueniunt, & nō oportet hanc à propria semita digressam, in uitae triujs reliquae multitudini ammixtā reperiri. Alia em̄ est uita nu ptias tenentium, & alia semita uirginitatē colentium: & diuisae sunt uirgo, & quae nup sit. Seceadendum igitur est uirgini à nuptialib. tractationibus, imò ne accedendae quidem ipsi haec sunt ab initio. Verum reliquae quibus carnales sponso seclari placuit, pronubae sine prout uidetur harum nuptiarū, & studium suum circa ipsas, si ita ipsi iucūdum est osten dant. Virgo autē suum sponsum semper amplectens, si etiam ipsi omnino uidetur pronu bam agere, huic impollutas sponso ad integritatē despondeat. Et illa quidem circa mor talem occupatae sint thalamum. Ipsa uerò prudentibus cōiuncta, lampade circum domi num tripudiet, sequens sponsum cum proprio uirginitatis lumine, & alias ad uirginitatē desponsans. Reuera enim pudore & opprobrio plena res est uirgini, quum quae nuptijs praoccupatae sunt, uelut per inexpectantiam in quibus rebus uersaturae essent, implicatē doloribus nuptiarū, nondū nuptas à similibus doloribus experiendis beneuole auertentes, & integritatem tum sponso, tum illi desponsarū, & in praesenti & in futura uita, quam uerissime praedicantes, ad uirginitatem exhortentur: uirgo uerò pronuba fieri nuptiarū studeat, per ea quae facit cōtrarium uelut arbitror ostendens, nimirum quod uirginitatis promissione praoccupata, pra uerecundia de caetero ad hanc se componere cogitur. Af fectu uerò nuptias amplectens, & fortassis poenitens, quali uoluptate priuata est, per ea quae circa ipsas facit, affectum se in anima habere non modice detegit: uelut nuda nuptis ostendere uolens, quod unā cum ipsis delectetur in uoluptatibus quas percepturae sunt. Diuisa igitur est à nupta uirgo ipsa, & uita, & totis moribus: & quae ad uirginem pertinet opera in omnibus cognoscat, incorruptam in omni opere uirginitatis pulchritudinem conseruans, ut ne indifferenter ad ea quae nō decent effusa, per ea quae facit hoc corrupat quod exercere studet. Et sic quidem sincera & loquens & tacens & progrediens uerē uir go erit. Oportet autem uelut dixi, nō simpliciter, neq; prout contigit, neq; solam, sed iux ta praedictum scopum, cum honestis & uita & aetate mulieribus progredientem, nusquā in indecoris angiportibus aut foris, ubi in honestorum hominum conuersationes congre gari solent, hanc conspicit. coniectatione q; temporis progressus habita, talem & habitu et incessu, & uniuerso motu ab occurrentibus uideri: ut omnes obuiam uenientes, uelut sta tua dei conspecta, uisu quidem penitus ad reuerentiam percellantur, mente uerò ad mo destiam redigantur per uirtutis cōmonefactionem, colant autē spectaculum, & uelut dei quemadmodū dixi, imagini cedant, ac ipsam reuereatur. Quemadmodum em̄ satyrorū

imágenes conspectæ risum uidentibus mouet, et sicut aliæ imágenes tristitia refertæ, mentem uidentium & uisum ad tristitiam rerum imaginationem confundit. Et sicut nihil horum dum mouetur, spectatorum uisum ad seipsum afficit, uerum dum in immota figura conspiciuntur, in immota forma uiuentium affectus commouet, & ad proprias imaginationes adaptat: sic & uirgo castitatis imago, imò potius uirtutis per se statua existens, etiã conspecta solum, uidentium oculos ad diuinitatis cogitationem conuertere debet. Percellatur igitur animo petulans quispiam, de temperantiæ pulchritudine ex uirginis conspectu comone factus. Recordetur autem quis dei, ad emulationem mandatorum ipsius exercitata imagine conspecta. Et ut in summa dicam, adaptetur ab omnibus quæ sunt in uirgine, & uisui & motui ad uirtutis imaginationem: & omnes qui cum ipsa cõuersantur, mente adstringantur; nemoq; uelut Satyri aut uoluptatis molli penitus imagine conspecta, ad peccatum diffundatur, ita ut conspectum quidem, ei quã uidit, uituperij corruptæ uirginitatis occasio nem faciat, sibi uerò maioris peccati ansam uirginis occursum efficiat. Imaginis igitur Dei per omnia concinnitatẽ, et ut ita dixerim sculpturã, seipsam uirgo faciens, totã quidem se ipsam extra mundi curas constituit, à corporis uerò uoluptatibus animam remouebit, et tota mente ad cœlestem amorem intẽta, omnia in terra iucunda pedibus cõculcabit; non amplectens magis ut in his quæ splendida putantur delicietur, quã misera miseriarum quas in hac uita exhauriunt. Ex cõparatione enim multiformem eius quæ nupta est fortẽ, ut ita dicam, ad seipsam cõtemplans, ob ea quibus iam hinc fruitur, omnino seipsam propositi scopi gratia amplectetur. Illa enim mortalibus nuptijs copulata, ad curam propter seipsam, etiam aliam de uiro assumens, geminã quandam ex una anima, cõiuncti ipsi corporis curam sustinet, non amplius uno corpore laborans, sed in una anima, & ad uiri, & ad suum corpus in morbis semper dissecta. Deinde hinc liberorum propaginibus productis, ad unumquemq; partum aliquid de anima refecari patitur, eius qui insuper gignitur curam, prius existentium malorum accessionem assumens. Et siquidem bonum uirum ad eam pertinet, semper mortis metu uiduitatis grauitatẽ suffert, ingentem quandam tabem, & de præsente & de peregrinatẽ, propter inexpectatos casus, in anima suscipiens. Si uerò uice uersa amarulento fuerit coniuncta, totam uitam supplicium habet: neutrum uerò propter temperantiã, neq; mortẽ uiri, ob amaritudinẽ uiduitatis; neq; uitam, ob conuicius in sua uitatem eligere potẽs, in euitabili malo anxietatibus semper animo scinditur. Deinde ubi liberos peperit, aut bonos fientes uidet, & maiorem eo qui circa partum accidit, ex impro spero horum successu dolorẽ per uitam gestat: aut malos euasisse cõspicata, etiam grauius opprobrium ob liberorum generationem, quã ob sterilitatẽ tulisset, suffert. Aut priusquã ad relatorum malorum experientiam uenit, simul & sponsa & uidua facta est. Et quæ si libris carens ad uiduitatem deuenit, neq; mulier, neq; uirgo, neq; mater est, uerum ab omnibus iucundis putatis à nuptijs elapsa, propter breuem quidem uoluptatẽ, uirginitatis pulchritudinem damnũ tulit, in tantum uerò nuptias experta est, ut uiduitatis amaritudinẽ cognoscat. Aut in uiduitate pupillos educas liberos, hos ipsos doloris ex uiro monumentum uidet, semper in lachrymis, semper in suspirijs, semper in angustia horum educando tumi uersata, nõ solum nullum solatium æquiualens eius quod accidit mali habens, sed et cognatis, & famulis, & liberorum procuratoribus, & saepe ipsis liberis iam in uiros euectis, et omnibus in summa iniuriam facere uolentibus, miserabilis præda exposita, nihil aliud q; tristitiæ ac luctus scenicum actum, uitam suã in mundũ intulit. Et quid amplius dicere opus est, mulier dotata uirum dñm emens, serua pro libera est, ut quæ naturalem libertatem modica nuptiarum uoluptate diuendit, et inexplicabilium malorum ianuã, ac totã dolorum materiam sibi ipsi nuptias aperuit. Manet enim infracta cõtra ipsam execratio, quæ in oēs nuptias uelut epithalamium canit: In mœroribus paries liberos, & ad uirum tuum cõfugium tuum, & ipse tibi dominabitur. At uerò uirgo quæ iugum ad uirum abruptit, & ad dominum tota cucurrit, unã cum iugo etiam dolorem ex maledictione abruptit. Effugit enim in liberorum partu dolores, effugit ad mortalem uirum seruitutem: et in summa, omnia ex nuptijs mala effugit etiam simul cum alijs, & multiplicia retia ad multum presentis uitæ peccatum. Præ omnibus autem ipsam ex cõplexu carnis contingentem corruptionem primum effugit, & incorrupta tota anima in carne existente domino desponsatur: non amplius ad mortalem uirum cõfugium suum esse sustinens, uerum

optima similitudo uirginis

uerum sufficiens hoc ipsum in composita ac frugali uita domino ostendens. Nam quum nuptiarum argumentum, corruptionem et contumelias esse considerauit, etiam ex argumento totum scenicum nuptiarum actum prudenter collegit ac cõputauit. Et quum primũ malorum argumentum euitauit, simul etiam malitiam ex argumento prouenientem euitauit. Quæ propter quæ nupta non est, curat ea quæ domini sunt, quomodo placeat Domino. Quæ uerò nupsit, curat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro: & diuisæ sunt uxor & uirgo. Quæ nupta non est, curat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Itaq; partita cura cum ea quæ curat quæ mundi sunt, ad eam quidem quæ corruptibili uiro coniuncta est, mundi pro rebus corruptibilibus, curas proiecit, sibi ipsi uerò pro incorruptibilibus curas, proprio sponso cognatas existentes imposuit. Quapropter nihil rerum mundanarum curare reperitur, ut ac curam sibi ipsi cum altera communem facere uideatur. Verum ab omnibus mundanis curis pura degens, pura & imperturbata mente ad sponsum cõuersa est. Neq; enim suppeditatoriæ potentiæ proprii uiri diffidens, circa res necessarias uelut illa turbatur, sed et ipsius erga ipsam amore, & sufficienti ad omnia potestate confidens, nihil aliud q; quomodo ipsi placeat curat, per hoc ipsum quod curat quod ipsi placeat, bene uolentiam ipsius in ipsam amplius augens. Quid autem est placere uirginem deo? quã naturalem suam pulchritudinem uirtutibus exercitam semper refulgentem ostendere, & hanc incorruptam per totum custodire. Quare deo placere uelle nihil aliud est, quã seipsum laudatum & beatum et similem ipsi efficere. Et comperitur ea quæ curat quomodo domino placeat, nõ illi cui placere studet, per curam lucrum suppeditare, sed sibi ipsi per curam de ipso, pulchritudinem ac incorruptibilitatẽ colligere. Si uerò tantum est uirginis lucrum, et per hoc quod curat quomodo domino placeat, omnino sibi ipsi prodest, & beatam se facit, nequaquam oportet ipsam ea quæ mundi sunt curantem reperiri. Necesse est enim dum curat quæ mundi sunt, & curam domini negligere, & seipsam quod curam tori suo diffidat coarguere. Neq; enim possibile est, & credere ipsi uelut omnia suppeditare potenti, & circa mundanarum rerum curam consternatam esse. Verum si curat quomodo domino placeat, nõ se ipsam omnino oportet, quod etiam ipse curat quomodo ipsi placeat, quum in nulla re debitor existat. Si enim mulier quæ mortalem uirum uitæ suæ præfatum fecit, in talionem curæ suæ de ipso, sollicitudinem ab ipso in omnia uicissim accipit: multo magis quæ deo præfecturam sui commisit, & cum illo uiuere elegit, luculentiorẽ suam de ipso cura talionem ipsius omnia prouidentis suscipit. Habes autem fidei pignus à prægressa cura. Si enim eius quæ nondum ipsi placere studuit, curam gessit, & seipsum pro ipsa prompte tradidit, ut ipsam sanguine suo sanctificaret, multo magis eius quæ ipsi placere uult curam geret: & cum reliquis ad ueram uitam ipsi conducentibus, etiam ea quæ forinsecus ipsi utilia sunt in seipsum suscipiet. Nec uerò contra dominum delictabitur, supra urgentem necessitatem uelut uoluptuaria mulier superflua exigens. Neq; enim illi dare conuenit, ea quæ dum illa ad corporis uoluptates se conuertit, complacẽtiã ad hunc impediunt. Neq; huic expedit hæc accipere, quæ sua occupatione mentem à complacẽtia illius abalienant. Verum necessitatis terminum in rebus uitæ in corpore degentem necessarijs prudenter collocans, nihil amplius his peret, neq; in rerum necessariarum cogitatione uersata, saepe per inexperiencem dilectionis erga ipsum, pusillanimitate tristabitur. Sed omnia sustinens, omnia sperans, omnia ferens, anima non simulato amore ipsi affixa, in mortali & quodam modo insensibili externo corpore, citra diuisionem pulchritudine ipsius exatiabitur. Quemadmodum enim qui temporariam pulchritudinem amat, non modo pecunias & omnes diuitias suas amoris gratia citra parsimoniam insumit, sed & cibos & somnum, & uestitum & habitum, & omnem opinionem ac reprehensionem, insuperq; ipsum corpus, & in hoc uitam negligens, solius amoris assequendi gratia, & muros & domos & omnia intermedia obstacula audacter transiliens, contra gladios furiosus fertur: nihil magis, si compos futurus nõ sit, consueto habitu et cum indecoro gestu serpere eumq; assequi, cum uoluptate tolerans. Sic qui uerè deum amat, & sollicitus est quomodo ei quem amat placeat, non pecunias solum & diuitias, eius quem amat certificantem gratia, per hoc quod iussionibus mandatorum ipsius obedit, contemnere debet, sed etiam necessarium uicium, et somnum, & externum habitum, et reuera corruptam in hoc mundo

Amor ex gratia dicit potentia

quidem igitur in presenti uita de seipsa cogitans, undiquaque uelut arbitror, seipsam munier. Recordans autem quod oportet nos manifestari coram tribunali Christi, non facere solum quid turpe, sed etiam cogitare timebit. Etenim mens nostra uelut pictor aliquis, in anima uelut in tabula, cogitationes prout uult format: & quum dimissus ac liber suisque arbitrijs sit, & nusquam ad picturam studium, propterea quod incorporeus est, coarctetur, sed quantumcumque uult loci amplitudinem reperiatur, inscribit inquam, cogitationibus quae uult. Deinde quemadmodum pictor ubi in abscondito tabulam uaria historia impleuit, eam confestim in medium profert, & detractis externis uelamentis, ipsam in medio spectanda uulgo proponit: non amplius interpret pictorū existens, uerum omnibus spectatoribus, etiam in posterum picturam uelut se habet considerare permittens: sic etiam mens post uitae quoque exitum, corpore uelut uelamento quodam animae tabulae, qua per totam uitam cogitationibus pinxit, ablato, ea quae in occulto a se picta sunt, omnibus in lucem producit. Et uidere est animae tabulam uaria historia referatam, & omnibus in spectaculum propositam. Si igitur diuinae quaedam ex sacris lectionibus ac uirtuosis cogitationibus historiae conspectae fuerint, & mens quae pinxit, & animae tabula quae picturam suscepit, omni laude digna iudicatur, his qui uident picturam ne discedere quidem uolentibus ob spectaculi dignitatem, uerum omnibus singulatim eorum quae picta sunt & pulchritudinem et figuras, imò etiam diuinam depictorū formam admirantibus, & diuinum illum pictorem praedicantibus, quod uita in carne probe usus sit, qui sub hoc corporis uelamento nocte ac die tales picturas, praeter omnem spectatorū spem, sedula manu animae tabulae impressit. Si uero turpes & indecorae picturae apparuerint, pudore ac risu dignus pictor omnibus, uidebit, ut qui alias fortassis spes, priusquam animae ipsius tabula denudaretur ostendit, omnia uero spei contraria, post ablatum corporis uelamentum, spectatoribus in ipsa comonstrauit. Vbi igitur hic se occultabit dum ex comparatione ad alterum ab omnibus iudicatur, interim cogitationibus se mutuo accusantibus, aut etiam defendentibus: Vbi autem tabula illa animae deponitur, quae oculos spectatorum turpibus historijs & omni monstrosa specie impleuit. Quemadmodum enim qui maculas ac neuos in corpore habent, priusquam denudatur ueste, occultos & obscuros plerisque hos habet: imò saepe splendidissimo uestitu ornati, uice uersa etiam pulchri intus esse, ex externo ornatu putantur. Exuti autem ueste, et nudi in balneo conspecti, ridiculi praeter multam externorum opinionem apparent, dum corpus infinitis neuis uitiatum ostendit. Et non opus est interpretatione postquam nudum uisum est omnibus corpus, ubi & quomodo habet neuis, sed simul ut denudatum est corpus, etiam in unoquoque membro neuis conspectus seipsum oculis subiicit. Sic & nos uelamento corporis exuti, neque contegere animae neuos, neque aliquo modo occultare poterimus. Verum ob oculos omnibus conspecti, quae in corpore uelut ueste coelantes occultauimus, ea nuda omnibus oculis ostendemus: non amplius neque negandi, neque cogitandi locum habentes, quando ipsa opera conspiciuntur, & dum uidentur in eo qui perpetravit cognoscuntur. Non enim confuse & summatim res uidentur, sed uelut depictae particulatim uelut se habent cognoscuntur. Velut ut uerbi causa dicam, quomodo surrexit ad adulterium de lecto progressus, & qualibus gradibus usus sit in uia, quomodo contempto corpore, & quale habitum pro se ferens processit, et qua parte illapsus alienam contrectauit, et quomodo mulier illa seipsam huic ad iniquam actionem exhibuit, uelut in tabula inquam, particulatim singula exacte depicta conspiciuntur, & non solum opera facta, sed etiam ubi opera ad factum non processerunt, cogitationes in animae tabula fiētes. Neque enim est in anima cogitatio de aliqua re expressa, & nulla est imaginaria & uaga in anima cogitatio, quam pictura imaginationis coloribus ac magnitudinibus, insuperque figuris, quas mens in ipsa depinxit, depicta. Et sicut qui artē pingendi notas ac signa didicit, omnium notarum figuras & nomina, imò etiam formas octonariarum & quaternariorum fert in anima expressas, & usu ac necessitate exiēte, ea quae memoriae in anima inscripta sunt, per manum in tabula ostendit: et aliqua quidem signa ac notas penicillo expressas ostendit, aliquas uero nondum per manum ostensas, nihilominus tamen in anima depictas repositas habet: Sic & anima aliquas quidem cogitationes per corpus operans, ad opus producit, aliquas uero quas nondum corpore perfectas nobis ostendit, in seipsa expressas custodit, quibus non corporaliter, atramentum incorporaliter proprio opere has per seipsam perficit. Sicut enim opus corporis est,

bona componit de pite

*In alio de uirginitate
reuelandis in die iudicij*

corporaliter aliquid perficere: Sic & animae opus est, placentes imaginationes per cogitationes prout uult perficere. Quapropter etiam ipsa in cogitatione peccata, non simpliciter uelut imaginationes, sed uelut opera in anima scientia merito iudicantur. Quemadmodum igitur etiam si non pingat manus notas, tamen figuris notatum tota anima ubique depicta est: & qui exuerit corpus, uiderit utique ipsam totam appellato commetero depictam: Sic ubi nos exuerimus corpus, omnis cogitatio uelut pictura in anima depicta conspicietur. Et quemadmodum qui notas non didicit, harum formas animae inscriptas non habet. Qui uero didicit, etiam si manus ipsarum figuras non pingat, per hoc tamen quod didicit, in anima inscripsit. Sic qui non cogitauit aliquod peccatum, huius imaginationem in anima scriptam non habet. Qui uero cogitauit, etiam si ad opus non processerit, tamen in anima habet cogitationum imaginationes, uelut in tabula manifeste depictas. At uelut illic qui didicit notas, ob negligentiam pingendi has, per obliuionem ipsas e memoria amittere poterit, ut non amplius temporis progressu alicuius octonarij figuram aut uires, aut appellationem in memoria habeat. Sic etiam qui cogitauit absurda, si neglexerit cogitationes, & ad alias meliores mentem applicauerit, tempore utique progrediente illas e memoria sua abiecerit, ipsasque per obliuionem ex animae tabula deleuerit. Nihil enim aliud est memoria quam impressio cogitationum, uelut in anima depicta. Et quomodo possibile est effugere poenas illarum cogitationum, quarum memoria adhuc se mouens in anima, formas in tabula uidentes uidentibus ostendit. Proinde ut ne turpibus referata animae nostrae tabula conspiciatur, malarum cogitationum memorias obliuionem deleamus, & bonarum memorias pro ipsis imprimamus, ut ne nunc corporis uelamento occultati, post huius depositionem, turpes ob neuos, & uituperabiles ob picturas, omnibus praeter obtinentem in presenti uita opinionem conspiciamur. Fortassis enim hoc est quod dixit Apostolus. Quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam uero sequuntur. Nam quae omnibus hominibus manifesta sunt peccata, quibus etiam uidentes ad blasphemiam ac similes actiones scandalo male afficiunt, praecedunt. Quae uero hominibus obscura sunt clandestine scientia, non ob id quod homines ignorant, remanent: sed inseparabilia ab ipsis sequuntur, ut ubi & seipsa, & operatorem suum qui multos latuit ostenderint, & ignorantibus hominibus, & iusto iudicio ipsum tradant, ut miser ille a proprijs malis medijs corripitur, dum a manifestis quidem praecedentibus ad iudicium trahitur, ab obscuris uero inseparabiliter ipsum sequentibus impellitur. Atque hanc sententiam interpretans, infert ac dicit. Eodem modo etiam bona opera lucentia coram hominibus, ut ubi uiderint, glorificent patrem nostrum qui in caelis est, manifesta sunt. & quae aliter se habent, occultari non possunt. Oportet enim nos manifestari, qui nunc ignoti sumus qualia opera habeamus, coram tribunali Christi, qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit occulta consilia cordium. Et tunc contingeret laus unicuique a deo, quando recipiemus unusquisque, prout actiones per corpus perpetravit, siue bonum, siue malum. Nec uero silentio praetereunda est nobis altera sententia, quae generalius prudentem uirginem ad pertinentia ad se certamina inuitare potest. Quemadmodum enim admirandum illum Paulum adhuc in corpore existentem, aliqua praecesserunt opera, dum multi qui per doctrinam ac uitam ipsius perfecti sunt, ipsum in uitam quae illic est, praecesserunt, & praemia ipsi pro effusis proprijs sudoribus, apud iustum iudicem deum praeparauerunt: aliqua uero ipso de corpore resoluta & deinceps cum Christo esistenti usque in hunc diem consequuntur, dum hi qui per ipsum in sacris epistolarum ipsius literis ad uirtutem exercentur, laudes simul atque mercedem bono illi doctore hinc transmittunt: Sic etiam uice uersa, aliqua peccata praecedunt, dum hi qui ex prauis sermonibus aut actionibus sunt laesi, & ad infernum praecesserunt, & supplicia illis laesionis autoribus praeparant: aliqua uero sequuntur, dum & hi qui post ipsorum mortem uiuunt, per maliciam quam uita reliquerunt, ex ipsis laeduntur. Sicut enim usque in hunc diem beatus ille Dauid & ad pietatem, & ad prouidentiae cognitionem prodest, & qui ex ipso utilitatem capiunt, ob propria recte facta laudum uoces ipsum sequentes hinc transmittunt: Sic Marcion & reliqui qui haeretica dogmata in uitam contemnerunt, laedunt, omnesque qui ex ipsis hinc laeduntur, eos

qui maliciae auspices fuerunt, amarioribus supplicijs etiam olim mortuos illic tradunt. Si enim is qui unum ex paruis his scandalo affecerit, huius mortis reus iudicatur; profecto qui tanta per prauam uitam ad corruptos mores reliquit exempla, aut corruptoria animarum in uita dimisit dogmata, scandalo offendens etiam post mortem suam, omnium sanè qui propter ipsum mortui sunt, mortis reus, merito & iuste pronunciarì poterit, dum singulatum autor in illo seculo uulnerat ac moritur, quum singuli in hac uita propter ipsum fauciatur aut moriuntur. Si igitur & iuxta hunc modum, aliae actiones praecedunt, aliae sequuntur: & quae à malicia consequuntur, maiori supplicio autorem laesionis singulorum tradunt: quae uero à uirtute, maioribus praemijs doctorem dignum faciunt, prout unusquisque opem percepit, & à malicia se conuertit: nimirum & uirgo habet quasdam utrinque aut uirtutis aut uitij, partim praecedentes, partim sequentes actiones. Et misera quidem illa, quae supra supplicium ob proprium peccatum, etiam propter aliarum ruinam, quibus lapsus ad peccatum offendit, semper acerbiori supplicio traditur. Ter beata uero illa, quae supra proprias coronas, etiam per has quae ex eius imitatione coronantur, singulatum etiam post mortem in illo seculo coronatur. Si igitur nihil est occultum quod non reuelabitur, propter omnes relatas rationes, uirgo etiam quum sola est, suam à peccato integritatem prouidebit: non solum reliquorum hominum oculos, sed multo plus suos & angelorum omnia ubique uidentium reuerita. Propter hoc enim, inquit, debet mulier uelamen habere in capite propter angelos. Non enim debet etiam si in domo sola desideat uirgo, quia nullus homo adest, ob id indifferenter nudari. Valde enim blanda foeminae natura est, ad omnem masculinam naturam ad seipsam alliciendam. Et non ob id solum cauere daemonum insidias oportet, qui inuisibiliter nobis insidiantur, ita ut eas semper suspectas habeat: sed etiam propter reuerendos omnibus angelos, uelamen, inquit, habere debet. Vir equidem uelut angelicam quodam modo dignitatem habens, nudo capite à fratribus confidenter conspiciatur. Mulier autem multo inferiorem uito naturam sortita, uelamen in capite habeat: per hoc quod habet in capite uelamen, subiectionem erga praestantiorum honeste confitens: propter hoc, inquit, etiam ipsa natura capillis harum caput superne uelauit, illic erudiens, quod conuenit mulierem nunquam caput, nec aliud quoddam membrum, indifferenter nudare. Et quoniam sola uirgo non praesentibus aliquando hoc facere audent, magis reuerendam quam uirosum dignitatem angelorum appositum, dum ait, propter angelos, ubique praesentes & quae aguntur uidentes. Reuerentur igitur omnis mulier, magis autem adhuc uirgo angelos, etiam dum sola absque hominibus in domo est, & quum contigerit necessario corporis curam gerere, tum caput, tum singula uelans, opus faciat: & quantum eius fieri potest membra tegat, non solum suos oculos, & cum his angelorum semper reuerens, sed etiam uelut in propria exercitij officina, seipsam ad uerecundiam sedulo exercens. Si uero neque dum per se sola est, indelicatim denudabitur, multo amplius fratribus in Christo praesentibus, & tunica & uerecundia seipsam temperate ornabit, ita ut non solum membra semper ueste tegens, non denudari simpliciter permittat, sed etiam maxime attente seipsam ad hoc ut nemini noceat, componat, quo non modo ipsa à calumnijs secura maneat, sed etiam uidentes nullam ex spectaculo eius occasionem laesionis accipiant. Quum enim uiderent, inquit, filij dei filias hominum quod pulchrae essent, irruerunt ad ipsas. Sufficiens est enim pulchritudo denudata etiam filios dei ad uoluptatem incantare, et uelut homines propter hanc morientes mortales ostendere. Quare non oportet solum curare ut ipsa nihil laedatur, eorum qui laedi possunt, salute contempta, sed undiquaque & uirginitatis suae pulchritudinem tutam custodire, & uidentibus ipsam uitae lucrum, & non mortem ex peccato propinare. Nam etiam si ipsa in uirginitatis constantia confidit, attamen prouidere oportet, inquit, ut ne offendiculum aut scandalum fratri ponat. Sic uero uirgo & mentis, & motus, & formae & habitus, & sola & cum alijs, sanam rationem habens ad hoc, ut sponso suo placeat, sponsi amicis pure conuersabitur. Non enim in hominum odium delatam ipsam à nobis conclusimus, sed exactis figuris totam ex integro à capite usque ad pedes, statuam ac imaginem dei descriptam, sic ad fidei consortes dextre circūducimus, ut & habitu & sermone, reuera sponsa domini conspecta, prosit his cum quibus conuersatur. Conuerset itaque uelut sponsa cum uerecundia, cum sponsi, inquam, ministris, & conuersetur ubique sobrietate ac temperantia seruans.

Oportet

Oportet enim ipsam simplicem quidem esse uelut columbam: prudentem uero, uelut serpente. Quandoquidem enim animae in corpore non potentes inter se nudo modo de uirtute colloqui, circūstitis corporibus & ad uocem, & ad uisum, organo coguntur uti, & qui non potest animae corpori illigatae pulchritudinem uidere, aut huius sermonem audire, is mortuū corporis in quo est, uidet, & uocem per hoc audiens, pulchritudinem ipsius ex his aestimat. Et non uox solū, aut aspectus, animae speciem uelut in speculo ostendit, sed & uiri ornatus, & risus, & pedis gradus, de ipso pronunciat. Et quidam sanè ex eo quod musicum iugunde audierunt, non animaduertunt se non amplius musicum, sed id quod uidetur organum, per quod scientia musicum fruunt, paulatim diligere. Quapropter oportet necessarium uirginem, & aures & oculos diligenter seruare, ut ne pro loquente anima, non animaduertat se id per quod ipsa loquitur amare. Potens est enim is qui inuidet nobis affectum erga bonum, ut omni modo nobis subtrahat quod desideramus, & suum proprium ueritate ad desiderium uicissim permutet. Sic enim non animaduertunt quidam, ex eo quod suauiter sermonem de uirtute audierunt, & erga mouentem hunc animam affectum fuerunt, se per assiduum auditum ac uisum, corporis figuratum formam impressisse, & per uocem aures absurde demulisse, et non amplius animam per uocem sermonem operantem, cuius prius amore capti hominem amplectebatur, sed corpus animae bona ipsius ministras, de caetero diligere. Nam & Graeci ac gentiles uicina uirtutibus uicia esse dicunt. Singulis enim uirtutis foribus, uirtutum specie similitum utrinque adaptauit, ut qui uirtutis studiosus est, ad huius foris primū adstant, & has pulsare se putans, aperta ipsi hinc aut hinc una uitij ianuam, ex similitudine deceptus, uelut in uirtutis domum ingreditur. Deinde ab omnibus ob errorem ritum exceptus, & tempore & experientia discat, quod non solum procul absit ab illa uirtute, cuius aliquando foris pulsare uidebatur, sed neq; limina ipsius unquam transgressus sit, neq; foribus saltem, uelut prius sibi uidebatur, aditet ac pulser. Sic enim & eos qui confidentes esse uolunt ad uirtutem, temerarios deceptione sua ostendit: & eos qui timent uituperia ob audaciam, timidos ac pusillanimes redarguit: & eos qui condolentes esse student, ad affectus nequiter emollit: eos uero qui condolentiam uitant, immisericordes ac inhumanos facit: quemadmodum sanè et eos qui dilectionis pulchritudinem persequuntur, per falsam dilectionem, aut ad carnis uoluptates, & uituperabilem omnibus uitam indecore detrudit, aut uitantes ob hanc reprehensionem, fratrum oculos, & ad uirtutem stupidos efficit. Rursus igitur ne declines ad dexteram aut ad sinistram, ut ne seductus ad uiam aliquam uitij ianuam impingas, sed media uirtutis uia iter faciens, & undique circumspiciens, quomodo sinceriter ambules: non ut insipiens, sed uelut sapiens. Nam in medio laqueorum obambulas, & super pinnacula urbium transis: prospice ut ne alicubi in laqueum, negligens immittas pedem tuum, ne forte ab urbis nostrae mœnibus delapsa male pereas. Diligere itaque oportet eos qui ad sponsum inuitant, uerum oportet dilectionem ueram & non confusam facere, ut ne ministros sponsi, ex eo quod ipsos assidue de sponso loquentes audit, equaliter cum sponso amore complectatur, atque ita sponsi dignitatem subuertat, per hoc uero quod pronubos domino aequales facit, maxima iniuria afficiat. Iam uero quaedam non animaduertunt se ministros non equaliter sponso, sed etiam plus illos impie dilexisse, & sponsi quidem cui desponsae fuerunt, omnino se oblitae esse, totas uero se famulorum sponsi sponsas factas esse. Imò neq; famulorum sponsi, sed quorundam alienorum turpes uxores reptae sunt. Nullum enim carnalem ministrum sponsus noster habere comperitur, sed omnes spiritu uiuentes. Quae uero non spiritu eorum qui inseruiunt sponso, sed carnibus ipsorum seipsas absurde desponsarunt, manifestum est quod & illos à ministerio sponsi alienos, & seipsas non ministris sponsi, sed alienis seruis nuptas declararunt. Itaque & cum his caute conuersentur, corporalem consuetudinem quae clandestine ex conuersatione desponsatur, prudentes excindentes, & in conuersatione uitantes, ne ex eo quod confidunt uelut sponsi domesticis, non animaduertant se illos ad ea quae non oportet commouisse, aut seipsas praeter propositum scopum, ad carnis uoluptates absurde deiecisse. Caeterum dilectionem proximorum habere oportet, quia diliges proximum tuum, sicut teipsum: & hoc sibi placens praecipit sponso sponsae dedit, certe, inquit, diliges, & in quantum uni horum facis, mihi sponso tuo facis. Verum non uitiosam esse dilectionem oportet, neq; nomen ipsi dilectionis emittendo, re ipsa atque opere

opere ueræ dilectionis dignitatem tollere. Nam quam diu propter dilectionem erga sponsum, fratres diligere apparet, seruas & erga illum, & erga ipsos dilectionis integritatem. Vbi uero non amplius propter illum, sed hos propter seipsum ex consuetudine amaueris, corrupta & erga illum dilectione, & hac uisiosa facta, falsi nominis & non ueram habes dilectionem. Dilectio enim corporis affectus non contingit, neque rationis exors existens, præ animali consuetudine integritatem suam sine iudicio ad corpora demittit: sed ratione prædicta & tota sapientia plena, prudenter seipsum ad dignitatem personarum prout iustum est, librat: ministros quidem sponsi, rationatione propter illum colens, ipsum autem illum non propter hos, propterea quod de ipso ipsi uerba faciunt, sed propter seipsum amplectens: & si quidem quis illius amator est, hunc propter amorem erga illum, amicum ducens, si uero quis amorem erga ipsum negligit, non amplius hunc etiam ipsi blandiatur, uelut amicum aspiciens, sed etiam maxime ex blanditijs insidias suspectas habens. Nam negligens hic sponsi, cuius admiratione ipsa stupet, simulato erga sponsum ipsius cultu, inescat quidem hanc uelut collarans ipsi ad hoc ut illi cõplaceat, uerum amorem ipsius ad seipsum ex assidua cõuersatione trãsserre studet, ex pronubo nomine & habitu, adulter sponsæ scelestè euadens. Hinc enim multæ per dilectionis nomen, paulatim ad affectus carnis præ consuetudine delata, meretrices & adulteras, atque alienæ non solum à domini desponsatione, sed etiam à legitimis secundum carnem apud homines nuptijs penitus deprehensæ sunt. Virginitatem enim domino professæ, deinde à carnis uoluptatibus cõcitata, scortationis peccatum nuptiarum nomine uelare uolunt, non ignorantes opinor, etiam si ignorantiam simulat, quod quæ sponsi sui dextram præterijt, neque huius est sponsa, quæ illegitime reliquit, neque illius cui seipsum per affectum uisiosum adiunxit, iuxta leges uxor reperiri potest. Tunc enim legitime & secundum diuinas scripturas nuptiæ fiunt, quum non affectus uoluptatis præoccupauerit necessitatem legis. Cogitatio quæ necessitatis in auxilium, et liberorum successionis scopum, nuptijs præponit, reuera præstantes nuptias contrahit: quãdo nuptiarum necessitatibus cogitatione præsumptis, & fundamento sancto in domino iuxta legesposito, ipsa coitus uoluptas nuptiarum necessitatem consequitur, & duorum unam carnem facere competitur. Postquam enim cogitatio in anima prægressa, animas iuxta apparentem necessitatem coniunxit, merito his præuinitis, etiam carnium in quibus hæ sunt, legitima unio cõsequitur. Vbi autem quum animæ aliud ab initio proposuerunt, carnes propter uoluptatem quæ sua sunt curantes, animas in ipsis suo affectui seruietes unierint, anime ad carnis uitia consequentes illegitimam coitum efficiunt. Nam quod opus ratio & lex in anima non præcedit, id ipsum omnino illegitimum à cõscientia notatur. Ob id, inquit, mulier ligata est lege, quã diu uixerit uir ipsius. Si uero mortuus fuerit, libera est ut nubat cui uelit: non simpliciter, sed solum in domino, inquit, quoniã & quæ per mortem uiri libera facta est ad nuptias, non quia libera facta est simpliciter, sed in domino nubere debet. Quid uero est nuptias in domino contrahere: ut non prius à uoluptatibus carnis ad coitum pertraharis, sed iudicio eius quod ad uitam conducit, nuptias eligas. Quapropter etiam necessitate nuptiarum creator in natura constituit. Si uero hæc hoc modo se habent, ne decipiat seipsum quæ à uirginitate ad carnis affectus delata est, quod peccatum ipsi pro nuptijs reputabitur: primum quidem, quod malum fundamentum complexus, uoluptatem & transgressionis peccatum sibi ipsi præstrauit. Deinde quod non existens libera (non enim mortuus est uir eius, ut cui uelit, nubere possit) uiuente immortali uiro adultera appellabitur, quæ mortalem propter affectus carnis, in domini thalamum superinduxit. Quod enim sponsus ea quæ ad legitimas nuptias pertinent præoccupauit, habitus uirginitatis, dextræ ipsæ, progressus ipsius gratia, coram omnibus testatur, quia ob ipsum uirum se factans, per progressum ob prægressum uirum pompas duxit. Si enim non prius de paternis thalamis procedit uirgo, quam legitimo uiro coniugata, ab hoc domino ac præfectio uitæ inscripta, de cætero in nomine eius qui sortitus est eam uiri, de paterna domo procedat, Nimirum & uirgo de paternis thalamis processit, ut quæ legitimam sponsum sibi ipsi inscripsit, et sub ipsius præfectura progressus in patulum faciat. Si autem testes progressum sunt qui hæc uident, testes nimirum iidem sunt, & cui coniugata est, & quem uirum inscripsit, ut de paternis domibus in medium processerit. Si uero hæc nuptiæ & testibus, & progressibus, & omnibus claræ sunt, non autem mortuus est uir ipsius, adulterium profecto committit talis, uiuente uiro per uitam adulteria exercens, imò

imò potius propter uoluptatis fruitionem proterue scortans, propterea uero quod uiuente uir, illegitime adulteria exercens. Et non uideo quomodo ipsa quidem pro immortali deo mortalem hominem, in suum ipsius malum amplectitur, semper ob oculos uiri in ipsum per illegitimos coitus impietatem exercens: quod uero ille homo cubile domini furiose cõscendere audeat. Ex humanis enim oportet eorum qui sic delinquant, poenam coniectare. Quo enim supplicio digna est quæ pro nobili uiro, à seruo suo corrumpitur, et in herile cubile famulum ad insidias superinducit? Quæ uero poena dignus est seruus, qui in dominam suam, & in domini cubile seipsum petulanter immisit? At sapientes illæ tantam impietatem contra se ipsas propter carnis affectus ausæ, supra hoc quod non lachrymantur, quo locum leuiorem sibi ipsi per lachrymas præparent, insuper & quam promiserint, antea uirginitatem negant. Nam uirginitatis transgressionem turpem & probrosam esse apud omnes, propter uoluptatis seruitutem scientes, putant se negatione maiore malo peccatum mitigare, homines quidem, apud quos in transgressionis excusationem admirandæ illæ prætendunt, uerentes: dominum uero cui dextras dederunt, propterea quod in profundum malorum collapsæ sunt, de cætero non timentes: nimirum nesciæ quod duplum, & apud homines, & apud dominum, crimen contra seipsas absurde construunt: dum illi quidem ex decantata uirginitate, etiam hanc promississe negent, insaniã ac impudentiam ad ea quæ omnes cõsententur, auersantur, insuperque etiam odio persequuntur: hic uero supra hoc quod uirginitatis pacta uiolauerunt, etiam abnegationem pro poenitentia, amarulentius in iudicio suo iudicat. Ut ne igitur dilectionis nomine in hoc peccati barathrum uirgo incidat, minime affectuosam ac puram dilectionem exerceat. Non enim locum apud ipsam habebit ad uoluptatem collapsam, nuptiarum prætextum. Neque nuptiarum nomine uiuentem maritum suum fallere, quum libera non sit poterit, eo quod mortalem illi, post tantos adeptos ab ipso honores, in adulterio actu impie prætulit. Non enim in cõuenienter nec inepte quis & de talibus apostolicum illud pronunciauerit. Qui inordinate se gesserint contra Christum, nubere uolunt, habentes iudicium, quia fidem reprobaauerunt, non nuptias, sed adulterium per uitam male persequentes. Nullus igitur seruus ad tantam impietatem stimuletur, ut herilem sponfam contredat. Nullus adeo furiosus sit sacrilegus, ut impolluta sacerdotem petulantibus manibus cõtingat. Nemo ad tantam dementiam deueniat, ut quum tantam poenam sacrilegis impendere uideat, non inanimata ex auri & argenti materia facta uasa, sed ipsa animata & uiuentia donaria, prædatoria manu impure inuadat. Imò nemo sit adeo impius, ut non inanimata in templo uasa, sed ipsum domini templum, hoc est uirginis corpus, & ipsam preciosissimam omnium in hoc animam uirginis, sacrificium in templo domini donarium, petulantia facibus barbarico more comburat. Verum si seipsum ultro obtulit uirgo, transgressa erga sponsum pactum, totoque templo, & donario, & amicitia erga ipsum, & regni societate, propter uitæ iucunditatem, confusus simulque cõculcatis, ne accommodes te ipsum tali ad peccati societatem. Nam neque bonus Ioseph furiosæ in ipsum dominæ, seipsum ad petulantiam fruitionem accommodare uoluit. At etiam si tu non uenias ad nuptiarum societatem, alteri seipsum exhibebit. Ille igitur poenas ob peccatum habeat. Tu uero te ipsum purum custodi à societate poenæ ob delictum in dominum. Oportet, inquit, filium hominis tradi. Væ autem illi per quem filius hominis traditur, cõduceret ipsi si natus non esset. Non iuxta similem modum iudicabat, quæ prius uirginitatem promittebat, ut mutata sententia ipsam homini alicui ad uoluptatis fruitionem copularet. Et si dicat, oportet me uiro iungi, uelut filium hominis oportuit tradi. At uæ illi per quem illa transgressis erga sponsum pactis, suam concupiscentiam implet. Cõduceret enim illi homini magis, ausim dicere idem, quam ut facius petulantis illius in dominum iniquitatis reus constitutus reperiat. Non audis autem quod etiam qui repudiata siue dimissam ducit, adulterium committit? Et si enim repudiata est, inquit, propter causam, attamen uiuit uir ipsius. Quid igitur uexas repudiata? Cur non concedis tempus, & illi corrigedi seipsum ob ea propter quæ repudiata est, & ei qui repudiavit, ut ob correctionem eius miseretur, membrum suum rursus ad seipsum recipiat? Sed præripis emendandi tempus uiuente uiro repudiata in uxorem ducens. Sine, inquit, aut ad uiuentem reuerti, si mulier meliorem factam redire uxorem: aut semper neque uiduam, neque uxorem existentem, culpæ ob repudium quam uiro exhibuit, poenam dare. Tu uero prius quam intelligas proprium ob repudium peccatum, illam ad coniugium rapiens, audacior ad peccata absurde efficis, uiuente

uiuente quidem uiro semper alienam adulterans, facilem uero illam uelut dixi, ad peccata in cōuictu absurde exercens. Quod si is qui cum ea quae à mortali uiro dimissa est, adulterium exercet, impie facit; multò magis impie per uitam adulterium cōmittit is qui in mortali uiro sponsam nunquam dimissam corrumpere audeat. Nam & si seipsam dimittit, mutata sententia ad carnis affectus transfugiens, at tu ne contingas hanc. Viuit enim uir ipsius, & non uult ipsam dimittere. Permite ipsi uidere seipsam ubi fuit, concoquere affectum, eluere amorem carnum, considerare per tempus quanta audere conatur, & reflectet omnino ad sp̄sum. Si enim Christus lux est & resurrectio, & integritas & uita, & reliqua ex patre nobis bona: quae seipsam à Christo dissoluit, quid aliud quàm à luce in tenebras, & à uita in mortem, & ab integritate in corruptionem, & à resurrectione in inferni & mortis maximam ruina, seipsam misera illa dissoluit: quae ubi considerarit omnino, quantorū malorum sit profunditas, horrebit quidem peccati caliginem cōfusione ac tristitia referat. Luciditate uero lucis in qua erat, desiderabit: & horrore quidem mortis ac turpitudine corruptionis consideratis, uehementius ad uitam & immortalitatem ex his resiltet. In grauissimam uero inferni ruina intuita, donatam ipsi à domino resurrectione omnino feruentius amplectetur. Non enim adeò infania plena est, ut neq; ubi tempore affectus sedatus est, immortalē sp̄sum mortali praeferat. Cur igitur misera lapsam rapis? Cur considerandi peccati tempus praeripis? Cur consilij tempus excludis? ut non dimissa à domino uxore ducta, seipsam non uiro, sed adulterum qui se in domini cubile impie immisit, declares? Proinde ab omni manu intacta sit uirgo, eminentissimū quoddam dei donarium existens. Impollutam uero seipsam & corpore & mente custodiens, secure inquam, etiam cum fratribus in Christo conuersetur. Ad hoc enim ipsam exacte decernens genuinus dei seruus, inquit, Volo autem omnes uos sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum. Adiunxi enim uos uni uiro, uel uirginem castam exhiberetis Christo, uerum timeo ne quomodo sicut serpens Euam uersutia sua decepit, ita corrumpantur cogitationes uestrae à simplicitate erga Christum. Quapropter praeter omnia oportet cogitationes uirginis in totum incorruptas custodire. Anima enim incorrupta manente, incorruptū etiam corpus custoditur: ubi uero anima prauis cogitationibus corrupta est, etiam si corpus incorruptū manere uideatur, at non pura integritas huius reperitur, utpote cogitationū inquinamentis corrupta. Itaq; diligere oportet, sed cum ratione & iudicio prudenti dilectionis quantitatē metiente. Caritas enim non turpiter se gerit. Et solutus es ab uxore, ne queras uxorem. Absurdum autem est eum qui dilectionis nomine solutus esse studet, uoluptatū uinculis per cōsuetudinem seipsum implicare, ut non amplius de cetero, neq; corpore, neq; anima solutus esse iuxta professionem possit. Neq; enim anima eius qui talis est, soluta est, dum circa animalis consuetudinis affectus occupata est. Neq; corpus quod uincula nuptialium curarum suscepit. Nam & si nuptiarum nō est nomen, at cura eorum qui in matrimonio sunt, ipsis haerens, seruos corporum curarum, quibus seipsos temere illigarunt, uituperabiles ipsos facit. Absurdū uero est eos qui uirgineam uitam persequuntur, nuptiarum condemnationibus stolidè implicari: & eas quae simulant se sponsi cura cōtentas esse, homines curatores in suum uituperium assumere. Si uero amas eum qui reuera amator cognoscitur, reliqua omnia penitus contemnere debes, ita ut libenter sustineas etiam nuda in pauimento in quacūq; habitū paupertatis eum quem amas assequi, quàm ob hoc quod remisse eum ipso conuulere uelis, & ad hoc utilitates ab hominibus, persequi, à diuino amore turpiter excidere. Nam uirgo delicias, uita mortua est. Ne igitur blasphemetur bonum nostrum uirginitatis nomen, dum impolluta dilectionis nomine à carnalibus affectibus cōtumelia afficitur. Nō enim est dilectio affectus fraudulentus, & ficta beneuolentia, & uoluptas seruientis, & animalis affectio. Sed beneuolentia carnalibus proprietatibus non perturbata, & pax affectuum, & sanctificatio in spiritu sancto. Quod si propter dilectionē frater tuus tristatur, non amplius secundū dilectionem ambulas, ne per dilectionem tuam opus uerae dilectionis dissolue, neq; p falli nominis dilectionem fratrem perde, ad malignam suspicionē offenditulum praebens ei propter quem Christus mortuus est. Si quis te uiderit qui scientiam uere boni habes, in templo simulachrorum desiderare, & pro uera ac pura integritate, simulachrum ipsius in corpore colere, nōne conscientia ipsius infirma existens inquinatur, & aedificabitur

aedificabitur ad hoc ut audeat peccatum? Sic autem peccantes in fratres, & uerberantes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca offendit fratrem meum, nō edam carnes in aeternū, ut ne fratrem meum offendam. An nō habemus potestatem edendi ac bibendi? an nō habemus potestatem sororem uxorem circūducendi? At non uxor potestate hac, inquit. Bonū est mihi mori potius, q̄ ut gloriationē meam aliquis inanem faciat. Tribus itaq; Leui per seipsam, & uxores ipsorū per seipsas. Et non per hanc diligere fratres dissuademus: sed omnes uelut uterinos diligere cōcedimus, imò etiam uterinos secure diligere consulimus. Timor est enim ne ex consuetudine & confidentia nostra, peccatum arrepta occasione, omnem in nobis concupiscentiam operetur. Sufficiens est enim peccatum, & per manuum fratris tactum, & per amicū interm osculum, sapientia carnis clanculū ad propria excitare, & concupiscentiae oculos, uelut ipsius Adae, post gustum uoluptatis, amplius ad malum aperire. Proinde etiā uterina soror, nō assidue tactu & osculis fratris exatiet, ne ex assiduitate temporis progressu affectus exortus resultet, & praesertim ubi etiam corporis pulchritudo amoris faces in oculis horum amplius incēderit. Ab hac enim flamma etiam externa gentium doctrina nos detrahens, pulchrorum, inquit, oscula uitare oportet, uelut reptilium uirus eiaculantium morsus: diffunditur enim, inquit, uenenū uoluptatis per osculum in uniuersum corpus. Quapropter amplectimini, inquit, uos in uiculis in osculo sancto. Qualis spirantia osculi carnis in pura sancti spiritus fragrantia? Haec inter se coniungentes non reprehensione digni sumus, ut puto, quod etiam ad hanc exactam rationem, propter uirginis inculpabilem integritatem fumus progressi. Si enim non iam antea peccatum suas luctas in his personis per uitam nostram effecisset, fortassis merito à quibusdam reprehenderemur, quod huc usque sermonem denudauimus. Si uero omnem peccati speciem, & in matres, & in sorores, per carnis uoluptates efficere potuit, quemadmodum sane etiam Ammon ob corruptionem sororis notauit, minime reprehendendi sunt, uelut arbitror, qui ad uirginis integritatem etiam hanc praeseruationem inducunt. Canalis enim, inquam, est uis amoris indita masculinū corporibus ad foeminas, ad hoc ut omnibus iudicijs neglectis, sua sponte, ut ita dixerim haec, etiam reluctantis intrinsecus ratiocinationibus, inter se mutuo complice. Nam foeminae quidem foeminarum corpora attingentes, & rursus masculi masculorum, immobilem habent naturalem inter se habitum: praeterquam si quis per imaginationem eius ad quem secundum naturam amatorum motum concepit, memoria irritatus, etiam in alienum, per affectum stimuli erga proprium, praeter leges inique agat. At uero foemina masculi corpus cōtingens, & uice uersa, foeminae rursus masculus, etiam si animae ipsorum per cogitationes non processerint ad complexum, tamen inter se mutuo latenter irritantur. Et sicut stupa ubi stupam contigit, & splendidus ignis purum ignem, non fumum edit, At stupa ubi ignem olfecit, statim accenditur, & non opus est multa opera, neque aliquo extrinsecus iuffante, ut ignis e stupa eluceat: sed solum admota statim habet apparentes flammam: Sic foemina masculi corpus cōtingens, non opus habet multo labore, neque amore ad coitus mixturam inspirante: sed quum naturalem habeant inter se habitum ac amorem, simul ut contigit, statim habet latenter incēsam uoluptatis scintillam: Quapropter, inquit, ligabit quis ignem in sinu, uestimēta autem non comburet? Aut ambulabit quis super prunas ignis, & pedes non comburet? Sic non sine damno discedet omnis qui attingit mulierem. Quod si seipsum tradidit dominus pro sponsa, ut ipsam sanctificet lauacro aquae purgatae, & adducat ipse libipsum hanc illustrem, maculam non habentem, aut rugam, aut quid huiusmodi, sed ut sit sancta & inculpabilis & corpore & spiritu: & ob id sollicita esse uirgo debet, quomodo domino placeat, ut sit sancta & corpore & spiritu: profectò nō aliqua quidem uitare, aliqua uero indifferenter audere debet: sed omnes in totum maculas aut rugas ipsi inducentes impetus procul repellere, ut sit sancta & corpore, nullum ab hoc inquinamentum ad animam ferens, & spiritu, nulla cogitatione hunc turbans. Non enim solum à corpore ad animā transeunt affectus, sed etiam ab anima sumpto initio, & non potentibus aliquando inseruire corporibus iuxta imaginationem, uelut per corpora peragatur, in mente perficiuntur. Quemadmodum enim qui aquam oleo permiscet, utriusque gratiam de industria uiolantes, tum olei luciditatem aquae limositate conturbantes obscurant, tum rursus aquae naturam

olei ammixtione turbant: Sic qui animam corpori per affectus commiscunt, utriusque ad uitam utilitatem male disperdunt, dum & animam lucidam ac splendidam existentem, limo carnalium ex uoluptate affectuum totam turbant, & corporis puritatem ac pelluciditatem eadem ratione turbant, inuilem ad uitam ostendunt. At quemadmodum illa dum inter se miscuntur, naturalem gratiam perdunt, ubi uero discessit ipsorum turbatio, natura quietem inuicem separantur, & utrumque ad propriam naturam, dum ad seipsum colligitur, recurrit, oleum quidem purum aqua superflans, aqua uero nitida uehiculum illius fiens: Sic etiam anima & corpus, dum quidem permiscuntur inter se mutuis affectibus, utrumque propriam naturam, dum ab altero turbatur, corrumpit, quietem uero ad propria, ad propriam naturam separata discedunt, Anima quidem uelut auriga lucidam pulchritudinem suam denuo in corpore elucescentem ostendens, Corpus uero uelut graue illius quidem dignitati subsidens, uerum ad eam quae hic expetit utilitatem, uehiculum ipsi fiens. Proinde quum tale quid in sua natura contingere uirgo uideat, neque animae luciditatem affectibus carnis conturbabit, neque his qui ab anima initium habent, pulchritudinem suam confundere sustinebit: Sed utrumque in proprio loco ordineque ac utilitate in quiete custodiens, pacem quidem partibus cum sapientia procurabit, in quiete uero & animam & corpus manere iuxta naturam exercens, concinnam ex ambobus formam puram ostendet, ita ut luciditatem animae, incommotam & imperturbatam pernitus custodiat, corporis uero speciem, ab omni coenoso ex uoluptatibus motu puram per exercitationem conferuet. Nam corpus gulositatem & ebrietatem & coeundi uoluptatem effluens in animae pulchritudinem distribuit. Anima uero aemulationem & iram simulationemque ac inimicitiam, dum insipientia agitatur, corpori infert. Et aliquando timore affectuum carnis, ieiunij & duricia uitae, corpora ad proprios affectus mortificantes, quae animae propria sunt in mortuo corpore circumferimus, ut uel hinc claudicatio ad perfectionem appareat, quoniam alterum sine altero recte perfectum, imperfectum ad ueram uirtutem opus declarat. Neque enim ubi corporis affectus per ieiunia excidimus, animam uero proprijs ex aemulatione & simulatione atque aliorum affectuum motibus turbatam reliquimus, utilem ad uirtutem corporis exercitationem ostendimus. Neque ubi animam a proprijs affectibus purgauimus, corpus uero ad uoluptates liberum, itemque ad reliquas delicias dimisimus, etiam si non ad scortationem petulantiam, perfectam ad uirtutem uitam nostram ostendere possumus. Sed oportet eum qui ab omni inquinamento purum uirtutis cursum ostendere uult, ad animae bonum etiam corporis bona apponere, & his quae secundum corpus per exercitationem elaborata sunt, animae recte facta consona ostendere. Neque enim incorrupta & uera uita ostendi poterit, ubi & animae & corporis membra harmoniam & consonantiam inter se non habent: nam impossibile esse arbitror, & animae acquirere bona, corporis bonis impediens, & corporis adesse bona, non praecedentibus animae bonis. Verum oportet & ipsam animam sibi ipsi consonare, & consonum sibi corpus habere, atque ita perfectam beatam uitam ostendere, utriusque & animae & corpore ad unum cursum obedienter se mouentibus. Itaque uirgo uelut oleum aquae, animam corpori puram semper insidentem habens, huiusque luce subiectum corpus gubernans: sicut de corporis affectuum limo nihil ex uoluptate turbidum animae pulchritudini ammiscuit per ieiunia & exercitia, distributasque ex ipso ebullitiones seclauit, & maximam partem terrenam ipsius per continentiae recte facta purificauit: Sic nihil de affectibus animae ex aemulatione & simulatione, nihil ex insipientia turbatum in corpus distribuet, ab omni indignatione & ira, omnique absurda cupiditate, mentem nitidam ac lucidam uitae ostendens. Si enim affectibus impermixtum humanum ex anima & corpore organum habere debet, ita ut utrumque in propria natura quiescens, propriam utilitatem ostendat: conuenit ipsam uelut fluentes in corpus per uentrem turbidos riuos repellit, sic etiam in animam fluentes auertere. Sic enim manere poterit ipsi utrumque in naturali statu imperturbatum. Nam quandiu affectus animam infestauerint, uirginea pulchritudo nullo modo impolluta conspici poterit: imò potius una cum hoc quod ex corporis exercitatione nihil tuatur, etiam multa turpitudine ex affectuum prauitate in anima uidetur. Nam si limositate, quae a corpore ad animam distribuitur, per exercitationem in naturae necessitatem uelut fecem repressa, affectibus animae conturbatur, nihil prodest corporis

bona sponso

corporis puritas, quum sponsus propter turbationem affectuum in tali anima quiescere non possit. Imò magis seipsam talis laedit, id quod uere sponso placet, propter imperitiam non inuestigans, propter cogitationum uero prauitatem, etiam mercedis pro corporalibus recte factis damnum sibi ipsi inferens. Si enim propter animae pulchritudinem corporis integritatem exercemus, superflua est ea quae uidetur corporis integritas, si anima infinitis affectibus corrumpitur. Quarundam enim corpus peccati organum diaboli arreptum, per hoc animae insidias struit. Quarundam uero carnem inuadere, propter continentiam ac uitae duriciam non permittitur, harum saepe citra corpus anima nuda arrepta, per affectus quos in ipsa operatur, cupiditatem suam perficit. Tales enim sunt quae ieiunij & lectis humi prostratis, ac reliqua superextenta exercitatione corporis, hinc a carne fugant, uerum ita & indignationis simulationisque ac aemulationis affectibus ipsum in anima amplectuntur ac fouent. Quanto autem inferius dignitate est corpus anima, tanto minus arbitror peccatum per corpus, eo quod per nudam animam fit, apparet: quoniam illic naturalis cibus & appetitus, per coactas uoluptates, ad gulositatem aut scortationem corpus titillat. Hic autem citra corporalem uoluptatem, propositi prauitas affectus praeter naturam animae inducit. Et si affectus animae est uirginis corruptio, animae affectus est etiam indignatio & contentio, & reliqua omnia quae Apostolus recitauit, & adhuc magis inuidia. Simillimum itaque & qui amat, & qui inuidet, dolorem sustinet. *In uirgine corruptio & inuidia* Sicut enim amantis animam ac corpus, ubi cupiditatem non assequitur, amor ipse consumit, sic inuidens & animam & corpus inuidia consumit. Nihil enim magis qui amant, ubi quod cupiunt, non assequuntur, ab amore, quam inuidentes ubi uoti sui non fiunt contentos, ab inuidia & anima & corpore colliquefcunt: talem quandam afflictionem ferme perpetientes, qualem cereae statuariae in nocte a ceris figuris formatae, dum sole exorto a solari radio colliquefcunt, perpeti possunt. Illae enim quamdiu quidem nox & tenebrae ipsas occupant, concretam in umbra praenocurna aura formam, uelut effictae sunt, in uigore qualis in figuris apparet, & firmam ostendunt. Vbi uero illuxit sol, & cursum suum perficit, reliqua quidem uniuersa a solari facultate nutriuntur, ac luce fruuntur. Illae uero colliquatae, & forma & habitu ac figura, una cum apparente in unaquaque uigore confusis, dissipantur. Inuidi uero quamdiu in tenebris diaboli uelut in nocte, de inuidia operibus consulant, firmas cogitationes & habitus una cum formis, uelut ab inuidia formati sunt, inter se ostendere sibi uidentur. Vbi uero instar solis bonus uir ad uirtutis opera mane ortus fuerit, reliqui quidem omnes qui honestae & deum amantis uitae mores admirantur, diuini amoris cognitione ab ipso splendide exatiati, uirtutis semina nutriunt. Inuidi autem ipsum inuictum propter amorem erga deum, uelut solem, & adhuc amplius uirtutis operibus illustrari uidentes, tanquam cerei ueluti dixi, tum corporum formis, tum animis inuidia plenis, affatim colliquefcunt. Proinde uirginis animam tranquillam, & diuinis mentis cogitationibus, uelut ex purissimo fonte restagnantem, minime commotam, ac exundantem esse oportet, ita ut neque per sermones foris fecus per aures immisos exastuet, neque per illabentes per oculos imaginationes, in tranquillo suo statu inhorreat: quo uelut in purissimo speculo, & suam speciem, & sponsi pulchritudinem uidens, amore erga ipsum sincerius exatiatur. Quapropter neque alium oculum in huius aquae speculo intueri oportet, ut ne priorem concutiens obscuret: neque praeter iram aut tristitia aut quibusdam alijs affectibus ipsam omnino turbari, ut ne alias alias formas mentis in turbatione ostendat: sed semper eodem modo in gaudio secundum deum exhilarata ab affectibus, penitus tranquilla custodiatur, & nullius alterius spectem in se ipsa quam sponsi ostendat, ita ut solus ille semper uideat in ipsa propriam pulchritudinem, sola item anima huius formam in suo speculo elucescentem habeat, & formae ipsius pulchritudine ornari uelit. Vnde muniens eius animam sapientissimus sermo dicit, Si spiritus potestatem habentis ascenderit in te, locum tuum ne deferat: ut ne ubi reuerfa est cogitatio secundum potestatem, imaginatio locum uelut in speculo reperiens, & nullo praesente, peccati simulachra ostendat. Verum omnis locus in anima uirginis, aspectu Christi repleatur, & nullus in totum locus uacet, quo conscenso curiosa cogitatio reperiat, ubi quae sua sunt speculetur. Nullius igitur, ut in summa dicam, neque praesentis neque

is neque absentis hominis speculum sit uirginis anima, quam sancti sponsi sui, & nulla alia forma in ipsa uideatur quam illa sola, nulli item alij speculum animæ ipsa sedulo ex-
 poliat, quam ut ille propriæ pulchritudinis speciem huic immittat, & ipsam beatam effi-
 ciat. Si enim mortalis aliquis in hoc speculum intueatur, necesse est mentem circa specta-
 culum formæ huius occupatam, priorem sponsi formam occultatam subgressam dein-
 ceptus nusquam uidere. Sicut autem qui scorto agglutinatur, unum corpus est, sic qui do-
 mino agglutinatur, unus spiritus est, per hunc quidem à corporis affectibus purgatus, ani-
 ma uero in eandem formæ pulchritudinem insignitus. Et non, dum ad ueram uirginita-
 tem ipsam uirginem adducimus, per sponsi exemplum, nuptiales quasdam cogitationes
 ipsi inducimus, sed ex nuptiarum unitiōne, rationalis animæ ad deum uerbum unitiōnem
 sapienter ostendimus. Nam uelut corpora nuptiali societate, iisdem uoluptatibus & af-
 fectibus & corruptione participant, dum in uoluptate & affectibus & coitus corruptio-
 ne, per conspirationem ad actionem uersantur: Sic & rationalis anima per nuptialem ad
 deum uerbum societate, uirtute & integritate, ac uera ab affectibus uitiosis puritate frui
 poterit, ut propter puritatem à uitijs ac integritatem, per non simulatam conspirationem
 ex deo uerbo ad ipsius sanctificationem pura fiat. Quapropter Christo per uirginitatis
 professionem coniunctam, uelut quæ sapientiæ & uerbo seipsam per uitam despondit,
 sapientem ac prudētem esse oportet, ita ut omnis temeritatis insipientiæq; turpitudinem,
 per assiduam diuinarum rerum meditationem eiciat, & sapientiæ pulchritudine cui uni-
 ta est, mente exornetur. Nam si cui alij qui beatus esse uult, profecto Christi sponsæ ma-
 xime conuenit, animæ per sensus actiones ab externis ad interna in totū familiariter con-
 uertere, & sponso quidem in arcanis mentis thalamis, uelut deo uerbo semper conuersa-
 ri, in lege uero ipsius meditari die ac nocte: & pronubis quidem, lege dico & euangelio,
 & si quis his conspirans pulchritudinem sponsi enarrat, lætari, uerbi uero sanctis cogita-
 tionum foeturis rationalem & sapientem magis atq; magis reperiri, donec tota per to-
 tum unitiōne ad sapiētiam, in eo cui agglutinata est existens, ex corruptibili incorrupta,
 ex imperita prudens ac sapiens, uelut costa uerbi cui agglutinata est, & in summa ex ho-
 mine deus immortalis, uelut ille cui unita est, omnibus ostendatur. Sicut enim sponsus
 ipsius relictis thronis ac dominationibus, secundum mortalitatem ipsi agglutinatus est,
 ut in ipsa per societatem ac condolentiam uersatus, ipsam in suis puritatem ab affe-
 ctibus transmutaret: Ita & hæc ei qui propter ipsam exiit principatus & potestates, &
 seipsum à forma dei in formam serui, propter amorem erga sponfam euacuauit, iuxta im-
 mortalitatem agglutinata esse debet, quo etiam ad celestem thalamum unā cum ipso
 ad patrem ascendente conscendat: propter hoc enim, inquit, relinquet homo patrem
 suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. Id quod inter-
 pretans is qui ad incorruptibilitatem, boni gratia, sponsam Christo despondit, ait: My-
 sterium hoc magnum est, dico autem in Christum & in ecclesiam. Non enim descen-
 dit Christus, ut agglutinatus sponsæ in terra permaneat, sed ut assumptam ac transmu-
 tatam ipsam ex terra in cœlos perduceret. Et quæ Christo desponsa est, non Ioannem
 solum habet ipsi ad sponsalia lauacra inferuentem: sed etiam angelos ascendenti ipsi ad
 patris sedes, epithalamium & nuptiale carmen canentes. Incorrupta igitur non solum
 ob unitiōnem ad incorruptum uerbum uirgo ipsa manet, sed etiam post unionem fit: non
 enim uelut corporum sponsus incorruptam uirginem, ob desponsationem corrumpens,
 mulierem & uxorem facit: sic etiam animarum nostrarum sponsus, incorruptam ani-
 mam per societatem ad ipsum corrumpens sibi desponsat. Verum corruptam per car-
 nales uoluptates à diabolo acceptam, & uxorem illius per corruptionem nequiter fa-
 ctam, per societatem ad ipsum incorruptam ex muliere uirginem facit. Hanc enim my-
 sticam sponsæ ductionem etiam per Prophetam nos docens, ad sponsam suam, inquit,
 Nonne uelut domum me uocasti, & patrem ac ducem uirginitatis tuæ: quasi diceret, &
 ducem integritatis tuæ. Sicut enim dux & princeps corruptionis uxoris est uir, per hoc
 dominus ipsius fiens: Sic dux et princeps singulorum nostrum integritatis est dominus,
 & per integritatem dominus noster & qui principatum arripit, quem etiam domum in-
 tegratis nostræ nos agnoscere oportet, ita ut in ipso maneamus ac habitemus: quoniam
 in ipso

in ipso uiuimus & mouemur & sumus, quo ipsum uelut omnis uirtutis ac integritatis
 domum per uitam inhabitantes, à laribus integritatis in ipso ne excidamus. Sicut enim
 habitat & deambulat in dignis, sic rursus digni in ipso habitant. Quapropter etiā quum
 assumpserit nos ex mundi negocijs, ingressos ad ipsum, & in ipso habitantes, prouidēs
 ut ne rursus excidamus, ait: Manete in me, & ego in uobis. Porro quum etiam in reli-
 quis omnibus magna quædam ac præfulgida res uirginitas cognoscatur, insuper & re-
 generationis & incorruptibilis uitæ, iam hinc semen quoddam purum ostēdit. Si enim
 in resurrectione neque uxores ducunt, neque nubunt, sed sunt uelut angeli, & sicut fi-
 lij dei, certè qui uirginitatem exercent, angeli sunt, in incorruptibilibus carnibus homi-
 num uitam circueuntes, & angeli non ignobiles quidam, sed etiam ualde clari ac illu-
 stres. Nam quum illi sine carnibus in cœlo integritatem, & loco & natura inuolabili,
 apud uniuersorum regem deum custodiant: hi in terra carnis uoluptatibus infestati, &
 rērationibus diaboli expositi, integritatē angelis æqualem, per uirtutē maiori cū admi-
 ratione cōditori custodiūt. Vbi etiam maxime uirginū pulchritudinem quis admirari
 potest, quod foemineo corpore circumdata, accedentem quidem ex hoc animæ for-
 mam, per exercitationem repellunt, æquales uero uiris, (sicut sanè æquales etiam ani-
 ma factæ sunt) per uirtutem apparent, quemadmodum illi per exercitationem ex uiris
 ad angelorum ordinem transeunt, sic etiam hæc per æqualem exercitationem ex mulieribus
 ad eandem cum ipsis dignitatem transgressæ, ut in præsentī uita, masculis quidem
 anima pares, uerum foemineo corporis amictu ad æqualitatem claudicantes, in futuro
 seculo æquales per omnia ob uirtutem his qui angeli facti sunt, etiam ipsæ comperian-
 tur. Si enim quando æquales angelis declarantur, neq; uxores ducunt, neque nubunt,
 profecto quæ in præsentī uita hoc per exercitationem consequutæ sunt, hinc iam ange-
 lis æquales seipsas omnibus declararunt, foeminae quidem ac masculi proprietates cor-
 porum ad coitum, per uirtutem excēdentes: nudis uero animis in terra cum homini-
 bus uiuentes. Si uero neque ad masculum, neque ad foeminam, iuxta delectationem uo-
 luptatis corporis in quo est, anima ad affectus formatur: non est masculus & foemina,
 non est affectus & uoluptas, sed omnia & in omnibus Christus, mortificatis quidem
 corporibus per inefficacem ad proprietatem masculi ac foeminae uoluptatē, sola autem
 anima in incorruptibilitate per uirtutem in his degente. Et quæ quidem talis est, mini-
 strum sponsi contingat, si quidem non amplius uiuit ipsius in carne foeminae uoluptas.
 Hospitio item excipiat sinceriter fratrem, iuxta mandatum domini pedes eius lauans:
 alium itidem curatione indigentem curans, in mortuis corporis manibus mortui hu-
 ius corpus contrectans. Quando quidem enim mortificauit membra terrestria, & uiuit
 non amplius ipsa, uerum uiuit in ipsa Christus, & quod nunc uiuit in carne, in fide ui-
 uit, operetur ea quæ uirtutis sunt, Christo solum in ipsa uiuente, & quæ sua sunt, ope-
 rante, crucifixum peccato cum Christo & mortuum corpus circumferens: & operetur
 ea quæ sunt mandati sponsi, per omnem actionem animæ pulchritudinem illustriorem
 ostendens. Quum enim tangente corpore non coacta fuerit anima ad masculi imagi-
 nationem, sed quodā modo citra sensum hoc attigerit, mortua manet in hoc uoluptas,
 quum non possit corpus quod forinsecus attingit, ipsam ad proprium affectum excita-
 re. Sic enim & in persequutionibus uirgines propter fidem erga sponsum impijs homi-
 nibus deditæ, aut etiam corpora incorruptæ conseruauerunt, eo propter quem deditæ fie-
 ri sustinuerunt, impiorum uiro-
 rum conatum in ipsarum carnibus mortuum declaran-
 te, & incorrupta etiam ipsarum corpora cum mirabili potentia per totum custodiēte:
 aut etiam uim passæ, non cōsentiente ad uoluptatem anima, mortuis corporibus uim ac
 iniuriam inferri putarunt, incorruptā animam non conformantem se ad iniuriam infe-
 rentis uoluptatem, sponso & fide & uirginitate illustriore ostendentes: uolente fortassis
 domino in ipsis declarare, quod quia cōfessionem in ipsum præferunt omnibus quæ cir-
 ca corpus præstantia uidentur, neq; animam ad abnegationē corruerint, neq; corpori-
 bus corruptæ sint omnino, propterea quod uoluptati non cōsenserunt. Nisi quis eum
 qui præ immani infania uirginem ob signatā ac conclusam iniuria afficere uult, corrum-
 pere ipsam per coitum ad mortuam dicere uoluerit: contumelia enim hanc afficere po-
 tuerit, corrumpere uero ipsam nunquam. Seipsum etenim corrumpit & corrumpitur,
 B 3 uerum

uerum uirgo incorrupta est, anima non praesente. Huic similes sunt quae in persecutionibus omnibusque calamitatibus a uiris infestantur, quae mortificationem secundum carnem habentes, etiam si quodcumque tandem patiantur incorruptae permanent. Nam praegressum exercitationis tempus sufficienter ipsas ad tentationem exercuit, ut in carne uiuentes, ne secundum carnem militent. Quapropter etiam reliquis acclamantes ad similem uirtutem dicunt, spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis ne perfeceritis. Proinde quaecumque tales sunt, ostendant, inquam, etiam per hospitalitatem fraternam charitatem; nam & Maria pedes domini osculans, non ut uiri pedes, sed uelut domini osculabatur, lachrymis quidem ueterem incendij uoluptatem in seipsa prudenter extinguens ac consumens, affectu uero amoris erga Christum sanctisque oculis spiritum in anima sapienter accendens. Viuebat igitur spiritu, & spiritu ambulans, & omnia erga sponsum pro peccatis suis cum prudentia faciens. Mortua autem erat peccato, foeminae ac masculi cogitationibus, in contactu pedum & oculis, cum timore mortificationis. Contingat itaque talis, si modo aliqua est talis, & domini mandatum impleat. Dum autem contingit ubique etiam quae talis est prudenter sobria, ne forte ex assiduo contactu, paulatim serpat ex carnibus in ipsam clandestine uoluptas, & accidat ipsi ut ab huius ueneno comimorsa, quod absit, dicat: Vbi uero uenisset uoluptas, peccatum reuixit, ego autem mortua sum, & inuentum est mihi mandatum charitatis quod est ad uitam, hoc ipsum ad mortem. Nam si etiam angeli decidunt, qui angelis aequales sunt multo magis ruinae time re debent, ne quando ubi per uirginitatis exercitium angelis aequales facti sunt, confectis scissibus hominum quod pulchrae sunt, ad ipsas per carnis uoluptates descendant, et dicatur ipsis, Ego dixi, dii estis, & filij altissimi omnes. Vos autem ad ea quae carnis propra sunt delapsi, uelut homines mortuini, & uelut unus principum caditis. Quare multo praestabilius est uirginem sibi ipsi securitatem, ita ut non offendiculo sit uidentibus procurare, & undique prudenter impermixtam esse, ita ut magis uelut uituperia ob inhospitalitatem ferre, quam ad uoluptatem & detrimentum aliquorum subtrahi, & omnia alia contemnere, solum uero dominum in totum aspicere, & integritatis pulchritudinem ex foemina ac masculo angelis aequalem, a praesenti uita in regenerationis seculum, impollutam iam hinc ostendere. Virginitas enim uitam nostram ex corruptio ne ad incorruptibilitatem perducit. Primi etenim ex modicis, uelut dixi, seminibus, permutuas nuptias totam terram humanis foeturis conseminarunt, uirginitas uero ea quae per omnem terram per nuptiarum uoluptatem conseminata sunt, in caelorum horrea colligit ac conuehit. Hanc enim feminatorum ad incorruptibilitatem collectionem inueniens dominus dixit: Eleuate oculos uestros & uidete, quod regiones iam albae sunt ad messem. Quum enim uniuersa prius inhabitabilis terra, de caetero habitabilis fiat, multam iam hominum spicam, & foetibus turgentem, per omnem regionem dominus noster conspiciat, collectionis harum spicarum deinceps tempus esse decernit. Quae propter uirginitas secundum naturam gnara, quemadmodum ad praesentis uitae factionem, per nuptiarum uoluptatem, semina humanae foeturae iacta sunt, sic etiam ad uitam quae illic est, semina uitae nostrae per integritatem iam hinc proijci: studet per se ipsam pura integritatis semina ad incorruptibilem uitam agricolae parare, detinens quidem contra instando ualida incorruptibilitatis manu, foemineorum corporum naturalem ad mascula complicationem, rigida uero potentia pulchritudinem suam illustriorem regenerationis seculo parans. Praeoccuparunt itaque per uirtutis recte factum uirgines, id quod in regeneratione per resurrectionis corporum mutationem ipsis potentia dei acquirendum erat, iam hinc uelut angeli, neque uxores ducentes, neque nubentes, immo etiam animae uirtute & corporis integritate angelis aequales existentes. Et quod semen incorruptae uitae uirginitatem ipsam, quod ex terra ad caelum mirabiliter mittitur, dominus noster esse uoluit, dum corpora nostra integritatis pulchritudinem per uirginum integritatem iam exercere uoluit, manifestum ex eo est, quod quum in omnibus legi paruerit, solas nuptias repudiauit. Oportebat enim ex incorrupta uirgine incorruptum etiam secundum carnem natum, neque corruptionem in nuptiis experiri, non ab incorruptis corruptione corporis per nuptias, sed a corruptis per nuptias, naturali incorruptibilitati nostrae inseruientem. Et sicut Adam semen uoluptatis

uoluptatis per nuptias praesentis uitae fuit: sic ipsum semen futuri seculi per uirginitatis incorruptibilitatem fieri oportebat, quo uelut illum qui per nuptias hominem seminauit, per uitam in terra sequuti sumus: sic dominum qui per uirginem incorruptibilitatem nos seminauit, ad illud seculum prudenter sequamur. Si uero non occiderant & in paradiso, & in illa uita, ipsum Adam considerauimus, reperies ipsum in paradiso quidem non opus habuisse ut cognosceret uxorem suam, uerum post transgressionem & mortem atque lapsum e paradiso, tunc uxorem cognouisse, quo naturae de caetero mortalitatem per filiorum successionem solaretur. Cui e contra uirgo eum qui in paradysum ducit sequuta, cum illo incorrupta in paradiso iam deliciatur, uitata quidem extra paradysum maledictione, quae dicit: In moeroribus paries filios, & caetera; non potens autem intelligere illic quomodo cognouit Adam uxorem suam. Neque enim diuinum in paradiso ipse esset, sed iam electo ipso hoc dictum est. Porro non uelut uirginitatem deinceps in uita sancientes haec dicimus, sed his qui preciosam ipsius margaritam mercari proposuerunt, puritatem ipsius undiqueque immaculatam ostendentes. De uirginibus autem praecipuum domini non habeo, consilium autem deo uelut misericordiam domini expertus. Nam neque dominus nostrae naturae, in lege aut Euangelio uirginitatem sancit. Qui enim talem habitum masculo ad foeminam, & uice uersa foeminae ad masculum, qualem in principio huius orationis ostendimus, propter nuptiarum necessitatem construxit, ampliusque ex immortalibus mortalibus factis generis successionem instaurauit, immortalitate uelut sane dictum est excogitata, & ob id cresce & multiplicamini dixit: quomodo uirginitatem tunc sancire poterat, & maxime quum ad supplementum eorum qui in bellis propria peruersitate consumebantur, multitudinem necessariam esse uideret? Sed in lege quidem Moyses etiam benedictione dignum reputatum est libereros procreare. Postquam uero proprijs fructibus ubique floruit mundus, & tanta hominum multitudine confeminata est terra, ut neque caperet deinceps eorum qui generabantur multitudinem: institit autem & id quod de aduentu Domini nostri a Prophetis praedictum est, quod qui doctrinae ipsius prudenter obediunt, recudent gladios suos in aratra, & hastas in falces, & non arripient amplius gens contra gentem gladium, & non discent amplius bellum gerere: recte uirginitas e contra his qui per corpus corrumpuntur, incorruptibilitatem ex corporibus producit. Non tamen sancit uelut dixi, neque per Moysen uirginitatem dominus, masculorum ac foemineorum corporum naturae coniectione facta, neque in Euangelio hanc praecipit. Sed Moysi lege assumpta, quod deest ad exactam uirtutem edocet, dicens: Dicitum est, non committes adulterium: ego uero tibi dico neque concupisces, & quae sequuntur. Et tibi quidem consedit in monte, a beatitudinibus os aperit, postquam uero Moisa recensuit, & uniuersa ad ueram uirtutem congesta, & pertinentes ad salutem uirtutes edocuit, complet doctrinam & descendit de monte, nusquam inter praecipua, neque in uetere neque in nouo testamento, uirginitate sancita. Voluit enim non praecipuum esse, ipsum uirginitatis recte factum, sed in ligno animae uirtutis studiosae, ex propria ac libera potestate id quod supra mandatum & supra naturam est, a seipsa perpetrantis. Nuptiae equidem naturae gratia sunt, & lex praecipit quod naturae commodum est. At uirginitas transgressa naturam, legi non seruit, supra legem integritatis recte factum, creatori ac legislatori offerens. Ob id itaque dominus, rursum dico, nusquam uirginitatem sancit. Permisit autem, quo uelut ab incorruptibilitate ad corruptionem praeter naturam, homo immo dica licentia usus coactus est: sic a corruptione ad incorruptibilitatem, naturam suam meliori naturae proposito cogat. Et non sancit quidem, inquam, neque praecipit hoc uirtutis factum, eximium quiddam & supra naturam, & supra legem, anime uirtutis studiosae esse sciens. Verum ubi audiisset eum qui ad ipsum dixit, non expedit matrimonium contra here: immensitatem uirginitatis ostendens, dicit: Non omnes capiunt. Quemadmodum etiam diuinissimus Apostolus uestigia ipsius sequens, quae quidem necessaria sunt ad uitam, in epistolis praecipit, & Ecclesiam unoquoque praecipit, uelut unum corpus, a capite usque ad summos, ut ita dixerim, unguis ornat. De uirginibus autem nihil a se ipso pronunciat: interrogatus autem, imitatur dominum ac dicit: De uirginibus praecipit dominus non habeo, nusquam enim inuenio, neque in lege, neque in euangelio, maximam hanc animae uirtutis studiosae possessionem, dominum praecipisse. Quemadmodum autem dominus interrogatus, non omnes

capiunt, his qui interrogauerant respondit, non autem occultauit neque magnitudinem, neque modum, quo quis uirginitatem assequi possit, sed subinferens tres eunuchismi species ostendit: Sic etiam ego, etiam si praeceptum domini non habeo, tamen consilium do. Vbi enim supra naturam fieri solet hoc uirtutis factum, illic eijcitur omne seruire praeceptum: liberum autem consilium, admonens quomodo oporteat liberum omni praecepto superiorem ex propria potestate fientem, mirabiliter naturam ad incorruptibilitatem cogere, tempestiue inducitur. Sicut igitur dominus modos castrationis secundum uirginitatem interrogatus: ita discipulus uirginitatis consilium exposuit, dicens: De uirginibus autem praeceptum Domini non habeo, consilium autem do, uelut misericordiam domini expertus, in hoc ut sim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum esse, propter praesentem necessitatem, quia bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori: & praecipuus es hoc uinculo ante cognitionem boni ipsius uirginitatis, ne quare solutionem. Solutus es ab uxore: & ne queras uxorem, hoc est, ne queras uinculo alligari: si uero etiam uxorem duxeris, non peccasti: & si nupsit uirgo non peccauit. Afflictionem autem in carne tales habebunt, aperientes sibi ipsis per nuptias dolorum officinam. Ego autem uobis parco. Hoc uero dico fratres: tempus contractum est de caetero, regiones enim albae & iam ad messem sunt deinceps, ut & qui habent uxores, & qui non habentes promissionem propter uirginitatem, tanquam habentes uirgini contumeliam faciunt: & qui plorant, tanquam non plorent: & qui gaudent, tanquam non gaudeant: & qui emunt, tanquam non possideant: & qui utuntur mundo, tanquam non utantur. Praeterit enim status mundi huius. Volo autem uos sine sollicitudine esse, qui uxorem non habet, curat ea quae Domini sunt, quomodo domino placeat. Qui uero uxorem duxit, curat ea quae mundi sunt, quomodo placeat uxori. Et diuisa sunt, & mulier quae nupsit, & uirgo. Innupta curat ea quae Domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu. Quae uero nupta est, curat ea quae mundi sunt, quomodo placeat uiro. Hoc autem ad uestram utilitatem dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ut quod honestum est sequamini, & adhareatis domino citra omnem distractionem. Si uero quis inhoneste se gerere erga uirginem suam putat, si fuerit superadulta, & sic oportet fieri, quod uult faciat, non peccat, nubat: sciat tamen quod magis uiro mortali & mundo, quam Domino placere, per uoluptatis frustrationem delegit. Qui uero stat in corde suo firmus, non habens necessitatem, & potestatem habet propriae uoluntatis, atque hoc decreuit in corde suo, ut seruet uirginem suam, bene faciet. Quare & qui elocat nuptum uirginem suam, benefaciet: melius est enim nubere quam uri. Et qui non elocat nuptum, melius faciet, pro mortali uiro, Domino hanc desponsans. Caeterum dominus ad eos qui iniucunditates & molestias ex nuptiis didicerant, & difficultatem soluendi uinculi ad uxores aegre tulerant, & non expedit matrimonium contrahere, dixerant: non omnes capiunt sermonem hunc, inquit, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui ex utero matris sic nati sunt, qui naturae prerogatiua eo quod ad coitum irritat exequi, nuptias contemnunt. Et sunt eunuchi, qui eunuchi facti sunt ab hominibus, per doctrinam & obseruationem uirginitatem exercere persuasi: quemadmodum sane & uirgo quae a patre seruatur, de quo dictum est. Qui uero decreuit in corde suo, ut seruet uirginem suam, bene faciet. Et sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum caelorum, qui etiam praestantiores alijs existunt, propterea quod neque ex natura uaticum & occasionem ad temperantiam habentes, neque ab hominibus seruati ac detenti, ipsi seipso propter regnum caelorum ad uirginitatem exercent, nuptias quidem & uitam propter has contemnescentes: in totum uero de regno cum gladiatorio sudore pendentes. Nam qui ex utero matris eunuchus est, natura castus existens, nullum proprium opus in uirginitatis pulchritudine ostendere potest, naturae uelut dixi prerogatiua, & non affectu erga uirginitatem nuptias auersatus: quemadmodum sane & qui ab hominibus eunuchus factus est, obseruatione uirginitate exercere coactus, non proprium recte factum ipsam uirginitatis integritate ostendit, sed eorum qui ipsum custodiunt ac seruunt. Qui uero seipsum castrauit, praecipuum opus per continentiam & ad omnia exercitacionem, uirginitatis pulchritudinem faciens, proprijs et non alienis uirtutibus, ob regnum se faciat. Annotant porro quod sermo in Esaia ad eunuchos repetens, differentiam castrationis tradit, perseverans

perseuerans in doctrinae modo. Sicut enim per Moysen, adulterium non committendum esse simpliciter, per Euangelium uero quomodo adulterium non committendum sit, & modum explicauit, Sic etiam per Esaiam castrationem, in Euangelio uero quomodo, & quod non unius speciei sit castratio, sed tres eius species cognoscantur, ostendit: ut illic quidem generaliter eunuchus, hic uero etiam specialiter exprimat. Et non pugnant relata cum his quae superius exposita sunt. Non enim castrationem sancit aut praecipit in Esaia, uerum quibus praemijs digni sunt boni eunuchi praedicat. Bonum autem fuerit ipsa uerba considerare. Haec dicit dominus eunuchis, custodientibus sabbata mea, & eligentibus quae ego uolo, & amplectentibus ac defendentibus testamentum meum, Dabo ipsis in domo mea & intra moenia mea locum insignem, meliorem filijs & filiabus, non men aeternum dabo ipsis, & non deficiet. Itaque non his qui iuxta circumstantiam & simpliciter eunuchi sunt, relata bona promittit, sed custodientibus, inquit sabbata mea, & eligentibus quae ego uolo. Sabbatum autem non in opere, sed in actionis cessatione ac ocio intelligitur. Sabbatum enim agere uult uirginem, non in eo quod operatur uirginitate custodientem, sed in eo quod immobilis est ad actionem, integritatem conseruantem. Velut statua, inquit, dei, ex anima & corpore, uirgo in terra formata est: mystice haec ipsa sabbatum agat, non manum, non pedem, non aliud quoddam membrum, imò neque mentem naturalis pulchritudinis corrupticem mouens: sed consistat uelut bona sculptura dei, ad omnem imaginationem apparentiamque ac contactum immota, ne quis per oculos aut aures, aut alium aliquem sensum clandestine illapsus, aut characteres secundum imaginem dei in anima de loco commoueat, aut etiam confusus primarijs, proprios nequiter insculpat, atque hoc quidem modo animae pulchritudinem corrumpat, corpus uero materiale existens, corruptorijs quibusdam contagijs, maculis ac neuis undiquaque repleat. Consistat igitur firma, inquam, domini statua sabbatum agens per totum, ut neque a seipsa mota, alicubi de loco moueatur, aut in motu a quibusdam turbata, aliquos characteres naturales confringat, neque ab externa manu concussa, naturali pulchritudine spoliatur. Fortassis autem per sabbatissimum, etiam quomodo contingat acquirere uirginitatem naturaliter simulque praeter opinionem, insinuat: sicut enim terminum salutis nostrae exponens ait: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum, hoc est Christum detrahere: aut quis descendet in abyssum, hoc est Christum ex mortuis reducere. Verum quid dicit: Prope te est uerbum tuum in ore tuo, & in corde tuo, Et non opus habes ea quae a deo procul a te absunt, caelum aut abyssos curiose scrutari, sed uicino etiam tu dextero utere auxilio. Si enim confiteberis in ore tuo Iesum Christum, & credideris in corde tuo quod deus ipsum excauit ex mortuis, saluaberis, Sic etiam de uirginitate dicit: Ne dixeris quomodo ascendam in caelum, ut illinc mihi uirginitatis integritatem detraham: aut quomodo descendam in abyssum, ut hanc olim a diabolo corruptam, mihi ipsi recuperem. Verum quid dicit: Prope te est, inquit, & secundum naturam tibi ingeneratur uirginitas. Neque igitur maria ad acquirendam ipsam penetrare opus habes, neque aerem immensum peruolare, neque terre circuitus ipsam inuestigando dimetiri, aut ad caelum ex terra subuolando, ad inuentionem ipsius prodire. Verum uelut dixi, dimissa curiosa longitudinum inuestigatione, te ipsam quomodo habes considera, & in te ipsa secundum naturam hanc occultata reperies. Et si uis hanc apud te securam manere, per uitam sabbatum age, hoc est mane id quod nata es, ne moueas manum ad tactum uiri, neque plices implicabilis, neque ea quae dissoluta sunt colligas, neque in corrupta membra diuersi generis membris complicans corrupas. Sed mane in cubili id quod es, nihil amplius per scrutare, sabbatum age per te ipsam, nihil operas quod dissoluat id quod secundum naturam est. Non opus habes muros ac moenia transsilire, ut uirginitatem ueneris, sed si haec egeris fortassis etiam perdes uirginitate. Verum in cubili sabbatum agens, pura ipsam custodies: atque sic quidem facile, inquit, uirginitatem pretiosissimam possessionem habebis. Non enim ubi produxeris aut operata fueris aliquid noui, hanc tibi ipsi acquies, sed ubi permanseris impolluta uelut ex utero nata es uirgo, semper bona omnibus spectaberis. Vbi uero amiseris hanc uirginitatis possessionem, etiam si illa omnia feceris quae dixi, caelumque ac terram, mare & abyssum atque uniuersum aerem penetraueris, nullo modo hanc amplius recuperare poteris. Quomodo enim id quod corruptum est, amplius incorruptum fiet? Quomodo uero id quod uiri cognitionem accepit, uelut non accepisset

accepisset reputabitur? quomodo autem id quod semel sauciatum est concupiscentia & uoluptate ac uicio, uelut insauciatum amplius reddetur? quum signacula corruptionis in anima & corpore per totum maneant. Poenitentia equidem dimittit peccatum, uerum corruptam non corruptam rursus facere non potens per uitam luget. Quapropter quoniam maxima est possessio, & praemium his qui ipsam acquirunt propositum est illustrissimum, doctrina Domini persuasi sic sabbatum agamus, uelut scriptura nobis ab initio usque ad finem expressit, ita ut impollutam & intactam ab omni macula, naturalem diuinae statuae pulchritudinem per totum conseruemus. Non solum autem sabbatum agat, inquit, uirgo, sed etiam eligat quae ego uolo. Quid uero aliud quam integritatem dominus ipse uult? quam ubi una cum hoc quod sabbatum custodit, ex comparatione corruptionis in nuptiis, in uirginitate elegit, & testamentum ad dominum in mandatis amplectitur ac defendit, accipiet ab ipso in domo & intra moenia ipsius locum insignem, meliorem filijs & filiabus. Non enim solum custodientibus sabbata mea eunuchis, & eligentibus quae ego uolo, sed etiam defendentibus testamentum meum, praedicta dabo. Memor itaque testamenti sponsi esse noctu ac interdum uirgo debet, testamenti quod pro ipsa moriens pro incorruptibilitate ipsius in scriptis disposuit, & ubi meminit testamenti in morte ipsius, propter ipsam, quod tradidit seipsum pro ipsa ut ipsam sanctificaret, per omnem uitam testamentum ipsius defendat, hoc est ne ignominia afficiat dispensatione in morte ipsius, pro salute ipsius perfectam. Verum quandoquidem diuinita sua libertate, ipsam suo sanguine redemit, & redemptam non solum libertate honorauit, sed etiam sponsam sibi ipsi contumaciam, reginam facere immensa gratia dignatus est, ob id amplectatur ac defendat testamentum ipsius, hoc est, ut communius dicam, quum uelut dos quaedam testamenti ad ipsam, nuptiae ipsius in scriptis ac legitime consistant, semper amplectatur inter rogationes ac pacta conuictus, seipsam immaculatam in omnibus inculpabilemque ipsi exhibens, ut ubi cum ipso hic pro dignitate conuixit, etiam bonis ab illo isthic fruatur. Nam seruantibus sabbata mea (rursus dico) inquit, & eligentibus quae ego uolo, & amplectentibus testamentum meum, dabo in domo mea, & intra moenia mea locum insignem, meliorem filijs et filiabus. Ut ne enim uideantur sibi uelut semine carentes & infœcundi uiruperabiles esse, adeo inquit familiares & amici mei erunt, ut in domo mea & intra moenia mea maneant. Tanto uero honore apud me digni iudicabuntur, ut uniuersa filiorum nobilitas non possit cum loco dignitatum ipsorum certare. Dabo enim ipsis locum, inquit, non solum habitationis, sed etiam profectus ac dignitatis omnibus spectabilem, ut dignitatis nobilitate se supra filiorum successionem iactent. Et quid amplius, inquit, habeo quod de mysticis eunuchis dicam? nomen aeternum dabo ipsis, quod supra sobolis successionem ipsis durabit, & non deficiet. Hic enim corporales filij patrum nomen subeuntes, uelut extinctae per senectam uitae ipsorum succedunt, ita et nomen patrum ad mortem procedentium deficiens, subingredientes in seipsis uiuificant. Deinde ubi ad breue tempus huiusmodi uitam generis primorum parentum, tum nomen, hoc modo mitigarunt, tamen dum praemortali natura resoluuntur, etiam ipsi penitus temporis progressu deficiunt, genere obscuro ac sine nomine relicto. Quod uero a me una cum primarijs locis datur eunuchis nomen, pro omni generis successionem (rursus dico) per totum durabit, ut & ipsi & omnes uidentes ipsos, ex euentu excellentiam pronuncient, quod reuera melius erit filijs & filiabus, qui saepe etiam uituperabile ipsum genus, tum loco turpitudinis, tum nomine peccati faciunt. Nomen enim inquit, pro humano, immortalium angelorum ipsis dabo, & non deficiet, ut caelum quidem & caeli pulcherrimam partem diuersorium habeant, in pulcherrima uero caeli parte, hoc est in domo mea intra moenia habitantes, non angelorum solum naturam ac immortalem dignitatem de caetero habeant, ut neque successionem opus habeant, semper in seipsis in sempiterna uita pro successoribus in aeternum durantes; sed etiam locum habeant inter angelos maxime insignem, & nomen propter uirtutis facti claritudinem indelebile. Caueat autem ne uelut ex hominibus & terra in caelum ascenderunt: sic ab angelis & caelo in terram maxima ruina decidant. Vidi enim, inquit, eum qui in caelis aliquando fulgebat, uelut fulgur delapsus ex caelo, id quod dum audiunt ipsi, omnino ipsos cauere conuenit. Talibus igitur praemijs digni comperientur in regno domini mente eunuchi. Nec non similia assequetur, qui tyrannica manu in puerili

aetate

aetate uiolenter castrati sunt, imò in inuoluntaria corporis ipsorum castratione, uoluntaria mentis castratione seipsos castrabunt, ut sabbatum quidem agant ad omnem malitiam, eligant uero ea quae uult deus, & amplectantur testamentum mandatorum ipsius, et non steriles ac infœcundi uirtute reperti, locum habebunt in domo domini, meliorem filijs & filiabus, dum non amplius uelut lignum aridum, propter sterilitatem secundum carnem concipiuntur, uerum uelut fertiles plantae multis iusticiae fructibus undiquaque ornantur. Plantati enim, inquit, in domo domini, in atrijs domus dei nostri efflorescunt. Proinde rursus dico, non sancit uirginitatem, sed potestati hanc permittens, qua re digni sunt qui supra naturam iacularunt, per mysticam castrationis modum ostendit. Qui uero non intellexerunt hoc, ut sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum caelorum: absurde seipsos mutilauerunt, ipso facto petulantiam suam eminus accusantes. Qui enim carnalis amoris instrumentum, ut ne dum praesens est operetur, abiecerunt, manifestos seipsos faciunt, quod gliscunt quidem ad coitum, uerum quum seipsos exarmarunt, non quod non uelint, sed quod non possint, uirginitatem agunt. At diuina lex non actionem, sed cogitationem iudicat. Quia omnis non qui adulterium opere commisit, sed qui uidit ad concupiscentiam, iam adulterium perpetravit. At uero executio partium, maius adulterium, concupiscentiae in oculo eius qui executus est praedicat, quia diffidens sibi ipsi de cohibenda petulantia, eam partem resecurit qua concupiscentiae actionem operaturus erat. Imò potius persuasus quod omnino intemperanter se gesturus esset, per executionem petulantiae instrumento se exarmauit, ut ne per corpus intemperans esse uideatur. Intemperans tamen est concupiscentia, & proterue in omnem adulterium perpetrat. Clamat enim contra intemperantiam ipsius etiam eminus facti illius aggressio. Quapropter post executionem petulantiores hos fieri quis utique dixerit. Nam quum non possint sibi ipsis dominari, & deinde timeant in opere deprehendi, quo liceat ipsis prout uolunt concupiscentia uti, sint autem serui uoluptatis, & non uelint perfectionem operis sibi imperdimento esse sequitur deinceps ac semper uoluptatis, resecta reprehensione actionis, liberè degunt intemperanter ad coitum. Si uero qui gladium illis alicui thoracem armato, etiam si thorax plagam ac caedem fieri impederit, uelut homicida tamen poenam sustinet, Et qui nudo alicui gladium illidere uoluit, & deinde per casum aliquem gladium e manu amisit, uelut homicida iuste iudicatur, quoniam non opus, sed uoluntatem lex iudicat. Profecto & qui armatus est genitali membro, etiam si non poterit, aggressus fidei thorace munitum, prout uult corrumpere, tamen uelut qui corrupit supplicio dignus est. Quemadmodum sane etiam qui nudam ad corruptionem reperit, deinde concipitatus quidem est ad opus, uerum per executionem instrumentum & arma amisit, etiam non fiens corruptionem, uelut qui corruptionem perpetravit iuste iudicatur. In quo factio deinceps etiam illa una cum hoc, ob petulantiam non temere accusata reperitur. Quomodo enim credemus ipsi, quod illam a petulante corruptionis plagam repulerit, non praesente instrumento ac armis? Nam ubi aduersus eum qui natura armatus est fortiter pro integritate repugnat, manifestum est praemium temperantiae. Vbi uero uir quidem inermis est, conuersatio uero indifferens, imò potius apud omnes ex affectione ad uoluptatem fluens: obscura quidem est temperantia, uerum petulantia plurimos ab omnibus contra ipsam fert calculos. Atque haec quidem de his qui tota una cum testibus resecurerunt membra. Nam eos qui postquam ad uirilitatem & ad coitus facultatem euaserunt genitalia membra, solos testes resecurerunt, acrius & ut minus contineri possint, ad coitum stimulari ferunt, & non solum stimulari, uerum etiam uelut ipsis uidetur, citra periculum corrumpere eas quibus congregiuntur. Dicunt enim quod resecuris inferne testibus, qui geniturae a lumbis ac spina & septo transuerso, ad reliqua membra ministri sunt, conueniunt quidem post sectionem superne ipsi meatus, feruente uero in renibus concupiscentia, et genituram sic dissipante, stimuletur quidem uir ad geniturae deiectionem, & quum ebulliens semen deuriare non possit, armatur quidem eo quod ad coitus actionem sibi ipsi seruauit, quum uero testium castrationem, in sectionem mulieri ad deceptionem astute fecerit, petulantijs ipsi commiscetur. Qui enim secundum naturam se habet uir, ubi testes susceperunt ex supernis geniturae, atque hinc ad rationem transmiserunt, consequenter elapso semine, resoluta concupiscentia marcescit. Qui uero non habet unde id quod titillat euacuet, uix a tentiginis uigore remittit, donec labor

labor hunc rabientem ut aiunt exoluerit. Hæc non solum naturæ ratio, sed etiam ipsa experientia ad uitam nostram testatur, quemadmodum ad me reuerendus quidam, & canis, & uita senex uir, ex confessione cuiusdam mulieris apud ipsum, retulit. Dixit enim mulierem ad ipsum dixisse, quod is in cuius fidem commiserat ipsam maritus, siue domini eunuchus, uelut uir cum ipsa petulanter coiuisset, & quod plus ausa fuisset hoc ipsum opus, propter sterilitatem ipsius non concepturam se confisa. Non autem hic solum, sed & alius quidam ex cõiunctissimis nobis, qui non facile mentiatu dixit, quod uirgo quædam ecclesiæ canonica apud ipsum deplorarit, quod in cubili ipsius eunuchus quidam, ipsam affectu uitioso complexus esset, & totus toti in hæres, quum nõ habuisset quo concupiscentiæ opera perpetraret, dentibus usus esset, feruentē in carne coitus rabiem; moribus ferociter manifestans. Virginem uero uelut inescatione castrationis, propter mali inexperientiam, tentationi implicatam, post experientiam, & hominem auersatam esse, et non apud hunc solum, sed etiam apud plures, inquinamenta illius contra ipsam concupiscentiæ deplorassee. Et duorum sanè hominũ testimonium uerum est, ut ne plures alios recententes, præter morem nostrum longiores simus. Venta igitur digni uelut puto nos sumus, non solum integritatis uirginis præseruandæ gratia hæc proponentes, sed etiam studio habentes, ut multos iam tales in ecclesia dominantes reprimamus. Manifestum est enim dæmonis insidias esse hoc opus. Nam pristina uita apud Græcos & gentes, nunc uero apud nos, absurde hos ostendit, & castitatis quidem nomē, etiam illic executionem, & idem etiam hic contra naturam innouauit. Astutus est enim insidiator noster, ut fidem in dominum, per id quod uirtus esse creditur, uitium efficiat. Idem uero ex præteritis discere licet. Quemadmodum enim per quæ uidebatur deum cognoscere, per ea ignorare ipsum Græcos effecit, Mundus enim eius qui ipsum ornauit indicium propositus est. Hi uero à pulchritudine uisibilibus, non similiter pulchritudinem conditoris huius glorificauerunt, sed coluerunt & honorauerunt creaturam supra conditorem. Et quemadmodum per quæ cognoscere oportebat Christum, per illa ipsum ignorare facit, per prædicantes inquam Christum scripturas, hæreticis sententijs ignorantiam huius uersute excogitans. Et quemadmodum ei qui credit in nomen Christi, incredulitatē & abnegationem Christi callide inserit. Sic etiam per nomen mysticæ castrationis, nomine temperantiæ & castitatis executores ac petulantes facit. Proinde neq; cum his indiscriminatim conuersari uirginem conuenit. Si enim fœminæ fœminas in eodem cubili affectuose amplectentes, feruente ipsarum intrinsecus uigore, sæpe ex mutuo corporum contactu, ad corporum ad quæ affectum habere formata sunt, memoriã irritantur: potens est enim is qui in mentibus nostris sanciuit peccatum, ubi medijs per carnes clandestinè processit, ex amica ac festiua fœminarum inter se uoluptate, subtrahere quidem ac suffurari amicã & festiuam, inferere autem uersute masculam carnium uoluptatem: quanto magis oportet mascula corpora, etiam si eunuchorum sint, uirginem uitare, Nam etiam si eunuchus fuerit, tamen uir est natura. Quemadmodum enim bos cornutus resecis cornibus, non per cornuum ablationem equus factus est, sed adhuc bos est, etiam si non habeat cornua: Sic & mas resecis omnibus membris, non ablatione horum fœmina factus est, sed adhuc mas est natura, etiam si non habeat membra. Et sicut cornupeta bos resecis cornibus, nihilominus cornupeta est animo, reclinans saltem ceruicem, & caput ad impetum formans, minas uero ostendit, imò etiam sæpe uerberat aggressus parte capitis, in qua cornu armatus fuit, explens animi indignatione actionis imaginatione: sic enim se gerit dum ab impetu corripitur, non uelut simpliciter percipitur, sed uelut antea cornu dirumpat: Sic etiam masculus resecis membris, masculus tamen est cupiditate affectus. Quapropter etiam ipse ubi similiter se composuit ad actionem, amorem spirat ac uolentiam infantiam, imò etiam gliscens ad complexũ, etiam si nõ corrumpat parte illa infestans fœminam, tamen ipse quidem uelut qui corrumpit per concupiscentiam, ita ab imaginatione afficitur: illam uero ad peccatum acerbius iritans, corrumpit quidem totam mentem, sed & corpus ad corruptionis actionem stimulat. Quapropter si quidem scopus est uirgini, incorruptam suam internam uirginitatem custodire, diligenter obseruet semper etiam cum his conuersatione. Si enim & ipsius Strach admonitionem ad uirginis integritatem conferentē suscipimus. Sicut eunuchus, inquit, amplectens uirginem & ingemiscens, omnino autem quod non potest

potest quæ uult facere. Et alibi, Desiderium eunuchi est deuirginare puellam. Et si enim matrem, inquit, propter sterilitatem non facit, tamen deuirginare ipsam cupit: profectò non conuenit ob castitatem laudari eos qui membra resecant. Neq; enim equos ut non cornupetas laudamus, sed hos quidem si non calcitrant laudabimus, boues uero non cornupetas ob mansuetudinē similiter amplectemur. Non enim in quo quis non potens est, sed in quo potens existens, potentia non ad iniustitiam utitur, admirationi est. Si uero putant partium resectionem, ad animæ à peccatis integritatē conferre, eruant etiam oculos multa præter rationem uidentes. Amputent item manus simulq; pedes. Obturent itidem aures, ut nulla harum partium instrumentum peccati fiat. Aut hoc quidem absurdum ac furiosum est, tota membra undiq; resecare, et instar trunci quod dici solet, reliquũ corpus simpliciter inutile unã cum causa abijcere, & tamen antegressis per membra imaginationibus mentem peccare: certè oportet ea uelut formata sunt sinere, & iuxta superioris habitum sermonem, omnia membra prudenti ratione gubernare, ita ut non necessitatis, sed nostri propositi uirtuosum factum, hoc bonũ faciamus. Porro non de omnibus in uniuersum eunuchis ea quæ produximus diximus, sed de his qui ut potestatis sibi ipsi procurarent, prout uolunt cum fœminis conuersandi, se ipsos absurde execuerunt: & in summa de his qui conuersationes cum fœminis persequuntur, hæc dicimus. Nouimus enim quod uelut uiri sancte contingunt fœminas, sic etiam eunuchi ex illata ipsis iniuria in corpus castratione, ubi etiam uoluntaria animæ castratione per temperantē cogitationem se ipsos castrant, pure cum fœminis conuersantur. Verum sinceritatis simulq; impollutæ integritatis gratia testatur, quod sicut uiri qui libentius cum fœminis conuersantur, merito turpes suspensiones contra se ipsos excitant, Ita & eunuchi in fœminarũ contubernijs delitescere studentes, nõ puros se à suspicionibus exoluunt. Qui em conuersationem ad fœmineũ genus non indifferentem, sed alacriorem faciunt, non absurde à præexpõsitis naturæ cogitationibus peiorem quàm uiri notã incurrerint. Nam in illis potestas facultatis præ oculis ponens ipsis effectũ peccati, timore ruinae ipsos à peccato in uoluntate posito retrahit ac deterret. In his uero impotentia efficiendi quod uolunt, audaces ipsos ad concupiscentiæ fruitionem reddens, peccatum ex uoluntate in ipsis adhuc amplius accendit. Et nemo cauilletur in sermonem meũ, uelut qui præter decorum morum uirginorum, se alius ad speculationē naturæ masculi immittat. Primum quidem quod nulla adeo stulta uirgo est quæ corpore pubescit, ut aliquid ignoret ex his quæ in natura illius sunt, de cuius latere auulsa est. Quandiu enim imperfecta ac immatura ad naturalem actionem sunt membra corporis, & lex sanè peccati ocium agit, fortassis etiam ignorantiam naturalis actionis membris adesse quis dicere poterit, etiam si quãmaxime natura sua sponte ad id quod suum est uadit: uelut in brutis uidere est, quæ ex per se docta natura, statim ad coitus recta coniectione feruntur. Quin & pueri deprehensi sunt immaturis membris uirilem coitum imitantes. Postq; uero ad pubertatē peruenerint hi, & idonei ad affectum ad quem à natura dispositi sunt, conspecti fuerint, statim lex peccati ingreditur, sanciens quidem unicuiq; membro actionem, oppugnans aut membra legis mente, & captiuans lege peccati per membra omnes homines. Et nemo sanè ex his qui membrorum doctorem legem habent, ignorantiam peccati ad quod à natura aptus est, præterere poterit: sed & labia nouerit ad quem usum in re amatoria producta sunt, & unum quodq; membrum in tantũ diuersi generis membrum cognoscit, quantum seipsum secundum naturã nouit. Nam ne concupisceret quidem membri actionem, si ignoraret naturã ipsius usumq; ac utilitatem. Quare minime reprehendi merentur, qui id quod scitur apud uirgines, silentur aut propter necessitatem, oportune explicant. Deinde quod etiam si ignorat masculi naturam, ut ne hæc ipsa ignorantia inescatio fiat ipsis peccatis, non absurde ad ipsarum securitatem, naturã prout se habet considerauimus: quo sicut simplices sunt uelut columbæ, ita etiam uelut serpentes prudentes existentes, omnem contra integritatem suam iniuriam, ex insita doctrina commune facta deuitent. Ad hæc quod quum communis uirginitatis purgatorium sermonem faciamus, sicut uirginibus, ita etiam maribus beneuolentiam debemus. Et amplius, sicut illis & quod nocuum, & quod utile est ostendimus: sic etiam his ostendere debemus, ut ne nomini castrationis intendentes, in contrarium excidant, uerũ gnari peccati ex iniqua partium resectione, & cognito eunuchis qui à domino

laudatur, mente quidem proficiant ad ueram castrationē, à temerario uerò ad excisionē membrorum impetu, ad quem semper tempore progrediente plures absurde accedunt, per orationem nostram adstricti prudenter reprimantur. Si igitur tanta diligentia ac sinceritate uitam deget ea quæ reuera uirgo est, ab omni quidē contactu masculi seipsam penitus puram custodiet. Sed & cum foeminis dormiens, ad seipsam conuersa in cœlo mentem habebit, et hac tota extra corpus penitus cōstituta, eadem dicit cū eo qui dicit: Noui me ipsam siue in corpore non noui, siue extra corpus non noui, Deus nouit quæ rapta sum in paradysum, et audiui arcana uerba. Omnino em ubi uigilantem ipsius erga ipsum amorem superne ex cœlis sponsus uidet, & quod tenebras noctis nō occasionem peccati, sed meditationis diuinæ ad ipsum cōuersionis facit, circumdata quidem noctis tenebris ad hoc ut ne sensus ab externis infestentur: illuminata uerò luce sponsi, totam mentem, & illius faciem per totam noctē sedulo in occulto ornans: rapiet etiā hanc meritō usque ad tertium cœlum in paradysum, et dicit ipsi talia quæ his qui adhuc in corporibus sunt arcana pronuntiata sunt. Illa uerò in tantum progressa ut nō sciat de cætero, siue in corpore, siue extra hoc uitam habeat, in mysterio disponetur, ubi sanè etiā omnem uirginū chorum reperiri uolens ac optans, ad præseruationē earum quæ uirginitatis pulchritudinem poluunt, relata recensuit: non ut ex horum consideratione discamus, quomodo oportet ad nocentia lapsare, sed ut lapsuū modum edocti, uideamus quomodo oporteat ab his resiliere, ipsosque declinare. Neque enim eos qui artē medicā tractant & exercere student, præceptor res uenena omnia, & in totum quæ morbifica sunt considerantes, ad horū usum ipsos exhortantur, ut rerum nociuarū cognitione ad maliciam animo instructi, pro medicis uitæ corruptores ac pestes euadant: sed ut corruptoria nostræ naturalis facultatis medicamēta edocti, oppositis quidem medicamentorum compositionibus præseruent, id uerò quod forte corporibus accidit per scientiam tollant. Quū igitur iuxta triplicē castrationis modum, tres uia sint quas dominus noster ostendit, ad uirginitatē nos ducentes, per quam uult, inquit, qui potest procedere procedat. Laudabilis equidem est & quæ per alterā ex primis duabus, iter ad hanc facit. Beatior autē est ea quæ per meliorē currit. Omnes uerò per quācūque uiam ad hanc proficiscētes, æqualiter immaculatam in uia integritatē prouideant, ut ab omni macula purā sponam sponso adiungentes, beneficijs ac gratijs ipsius splendidius in cœlis fruatur. Hæc tibi o sacrum caput, ad considerationē ueræ in uirginitate pulchritudinis, prout temporis occasio indulgebat conscripsi: non ex diuinis solum, sed iuxta sapientissimū Paulum, qui omnem intellectū ad obedientiam Christi nos uult captiuare, etiā ab externis omnē Christi discipulū ad continentiam cōmoueri uolens. Nam & Græcorū sapientes, tum uoluptatis multiplicitatē, tum pugnam aduersus hanc, per fabulosum figmentū nobis insinuantes, Hydram generalem in corpore uoluptatem, reptile quoddā multiforme in palude delitescens, naturæ rationē sequentes consinxerūt. Atque huius quidem caput simpliciter abscissum, triplicia pro uno producere tradiderunt, uerum si cauterio abscissum esset, in totum sapienter tolli ac occidi ostenderūt. Nam quū uniuersalis uoluptas, in carnis materiali natura, uelut ingens quoddam reptile in palude semper delitescat, & per unūquēque sensum, uelut unum quoddā peculiare caput ex profundo, per uisum & gustum & reliquas multiformes uoluptates exerat, si per fruitionem & satietatem, inquit, iucunditatis in ipsa, unum quodque caput refecare uoluerimus, nō magis id quod apparuit refecabimus, quàm plura pro uno per hunc sectionis modū germinare faciemus. Si uerò per continentiam uelut cauterem, id quod comparuit exciderimus, ipsum in totum sapienter tollemus, ita ut nullum amplius germen producere possit. Qui enim uoluptatē in gustu, inquit uerbi causa, iucunditate ac satietate ipsius tollere uult, nō magis hanc tollit, quàm per fruitionē, petulantiorē semper ad id quod concupiscit efficit. Qui uerò non dando quod ipsi iucundū est, per continentiam uelut ignē, hanc castigat, ut ne ea quæ concupiscit consequat, inefficacē et excisam ipsam penitus ostendit. Et superfluus, inquit, imò potius iniustus est ille sermo qui in uniuersum pronuntiat: Quod paratū est ad potestatem, tardum est ad cupiditatem: tarda etenim est, uerbi gratia, uoluptas in gustu ad illud cuius fruendi potestatem habet. Verū potestatem habere, & intemperanter quibus uult semper frui edocta, proterua in potestatem ad omne quod concupiscit multiformiter fertur. Quapropter non sic, inquit, unūquodque uoluptatis caput secare conuenit

conuenit, sed ut ne quod iucundū est per tolerantiam exhibeamus. Porro diuina doctrina uitulum pro sacerdotio apud sapientissimū Mosem macians, per membra quæ in totum exuruntur, excitationis modum naturaliter ostendit: iecoris quidem partem inferiorē & non totū iecur, & uentris qui ipsum integritate adipem, & non ipsum uentrem, de renibus uerò non solum adipem, sed etiā ipsos unā cum adipe renes in totum exuri precipiens. Quod cum iecur organum concupiscentiæ sit, unde etiā de eo qui male ad concupiscentiam uulneratus est dictum est: Eris sicut ceruus iaculo ictus in iecur: infimam iecoris partem peculiarem ad peccatum cupiditatem, in qua etiā fel reperitur, totam exurere conueniat, reliquam uerò puram à felle ac praua concupiscentia, ad bonorū cupiditatem seruandum naturam seruare: uentris autem superfluo, unde ad brutam temeritatem pingue scimus detractio, id quod necessarium est solum custodire. In renibus autē non adipem solum, qui multam genituræ copiam ad petulantiam expumat, sed etiā ipsos renes sacrificare, naturalissime inquam, & de necessitate ad uitam, & de sedulitate ad concupiscentiam, & de puritate ad temperatiam, insinuatione facta. Quandoquidem em impossibile est citra alimentū in corpore uiuere, organum alimenti uentrē inquam, nudum citra omnem gulositatem relinquens, contegentem ipsum adipem recte aufert. Rursus quū fieri non possit, ut nos aliquod bonū habeamus, si non concupiscentiæ uim naturalem ad ipsum possideamus, uitiosam quidem cupiditatis speciem, uelut infimā iecoris partem unā cum felle abscindit, bonum uerò genus cupiditatis ad uirtutes, purum relinquit. In renibus uerò, quoniam neque ad uitam uelut uenter, neque ad concupiscentiam necessarij uidentur, particularem tantum ad coitum cupiditatem suscipientes, nō adipem solum horum, inquam, sed etiā ipsos igni tradit. Nam possibile est absque renibus, hoc est absque nuptijs & uiuere, & uirginitatis uitam angelis æqualem iam hinc per uitam exercere. In quibus omnibus in omni sapientia erudiri nos conuenit, ita ut & aduersus totam uoluptatem, uelut aduersus multorū capitum hydram sapienter stemus, non ut habitu excindendi prominentia semper per sensus capita, ad plurium germinationem ipsa semper iritemus, sed tolerantia & intenta continentia solide exuramus, & corpora nostra hostiam uiuentem complacentem deo, uelut uitulum pro sacerdotio offeramus, nunc quidem prauam concupiscentiam, uelut iecoris imam partem, nunc uerò alimenti superfluitatem, uelut adipem uentrem integentem, aliquando autem totam simul ad nuptiales mixturas concupiscentiam, uelut renes unā cum adipe genituræ semina illis suppeditante, per diuinum continentia ignem uolentes. Quo iuxta propositū uirginitatis scopum, omni praua cupiditate, & omni uoluptate superiores per exercitationem conspecti, proposito ob certamina brauio ac præmio, & integritatis corona digni inueniamur, per Iesum Christum, per quem gloria patri cum sancto spiritu in sæcula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI DE PARADISO SERMO,
Iano Cornario interprete.

PLANTAVIT deus paradysum in Edem ad orientes, et posuit illic hominem quem formauit. Cogitemus dignam deo plantationem, & paradysum decentem elegantiam ac sedulitatem talis ac tanti opificis. In superioribus dictum est, Producat terra herbam sceni, & lignum fructuosum seminans semen faciens fructum. Si ex communibus lignis esset paradysus, cōtineretur nimirum in prima generatione plantarum, & nihil opus habuissent selecta plantatione Dei, arbores nunc in paradiso ab ipso deo plantatæ. Nunc uerò uelut diuersæ, præter iam existentia genera plantarum, à scripturæ uerbis ostendunt hæc arborum constitutiones, quæ in paradiso ab ipso deo artificiose factæ sunt. Quemadmodum enim hominē selecta formatione, præter reliqua animantia dignatus est, Sic etiā contuberniū hominis propria manus suæ opus fecit, locum excellentem omnē creaturam, admirandæ pulchritudinis, in illustri loco situm, nullas tenebras habentē propter altitudinē, & qui ab omnibus siderū exortibus illustratur, illuminatum undiquaque, temperiem ex temporibus anni iucundissimam habentē, & qui lucidissimo aere illustratur. Illic igitur plantauit deus, ubi nō est uentorū uolentia, nō temporum inmodestia, non grando, non fulmina, non turbines, non ignes cœlestes siue semigrita fulmina, non hyberna congelatio, nō uetis humiditas, nō æstiuæ caliditas, non

autumnalis siccitas, sed temperata ac pacifica concordia temporum inter se, unoquoque ipsorum propria pulchritudine ornato, & non à uicino insidias admittente: quum neque æstas uernales pulchritudines deuastet, neque æstiu uel autūnales fructus præ senectâ defluant. Tempora enim circum illum locum satis tripudians, in dō simul etiam cum præcipuis bonis suis stipatim concurrerūt aeris iucunditates, æstatis alimenta, autumnalis lætitia, hyberna quies, terra pinguis, mollis, reuera fluens lacte & melle, ad fertilitatē apta, quā uniuersam perfluūt fecundissimæ aquæ, reuera pulchritudinē inenarrabilē exhibentes. Tenuēs enim et pellucidæ sunt aquæ, multam in aspectu iucunditatē habentes, maiorem uerò utilitatem quàm iucunditatē exhibentes. Prius igitur ipsum locū creauit deus, dignum excipiendis dei plantis. Deinde plantauit in ipso omnigenas arborū pulchritudines, & gratissimum aspectum, & iucundissimam fructuonē, per ipsas largitus. Quomodo tibi euidenter ob oculos ponere potero patriam, ut te ipsum ab exilio reuocet? Si prata floribus referta iucundissimum sunt spectaculum, horum spectaculum multo gratius mentis cogitatione imaginare. Hic rosa cum spina est occultatam habens iniucunditatem, per gratiam tantū non testificans nobis, nempe iucunda uobis o homines tristibus ammixta sunt. Reuera enim nullum humanū bonum sincerum est, sed statim tristitiæ lætitijs affixæ sunt, nuptijs uiduitates, educationi liberorum sollicitudo, procreationi bonorum filiorum, ipsorum amissio, claritudinibus ignominia, prosperitatibus detrimēta, delictijs lætietates, sanitatibus ægrotudines. Florida est rosa, sed mihi tristitiā inducit. Quotiescumque enim uideo florem, peccati mei recordor, ob quod terra ad spinas ac tribolos ferēdos damnata est. Atque hic quidem breuis est uernorum florum gratia, desiderantes nos destituit. Nondum enim decerpimus, & in manibus nostris emarcescunt. Illic uerò florem non ad breue tempus fulgentem, sed durabilem iucunditatē habentem, gratum aspectu, indefinentem delectationem præbentem, insatiabilem fragrantiam reddentē, & coloris præstantia insigniter coruscantem, non uentorū uiolentiæ exoluunt, non nouilunia tabefaciunt, non glacies congelat, non solis ardor comburit, sed flatus moderatus tenuē ac iucundam respirationem exhibens, leniter ac blande ipsas afflans, rosarum gratiam à tempore inuiciam conseruat. At uerò plantarū pulchritudines dignæ et ipsæ sunt officio ac plantatione conditoris, quæ sarmentitiæ sunt, & quæ fruticosæ, unistripes, multiramae, alucomæ, circumuirides, folijsuæ, folium semper continentes, quæ nudantur, quæ semper uirent, fructuosæ, infructuosæ, partim utilitatem respicientes, partim ad delectationē conferentes, omnes magnitudine ac pulchritudine præstantes, umbras ramis, circumuirides comis, turgentes fructibus, alijs aliam utilitatem ac uoluptatē præbentibus. Vnusquisque enim fructus multa quidem est gratia, maior autē rursus delectatione utilitas. Quomodo tibi declarauero illius uoluptatis excellentiam? Si comparauero hic quæ sunt, iniuriam magis facio per collationem, quàm ut tibi euidentiam ex similitudine declarem. Omnia sunt perfecta, omnia matura, non paulatim aucta. Non enim ex flore ad uigorem augetur, sed ex proprio uigore enata naturæ effectus existunt, non industria humana. Illic etiam uolucrum omnifaria genera, tum pennarū flore, tum naturali musica, admirabilem quandam delectationem per seipsa uidentibus exhibent, ut per omnes sensus pascatur homo: dum alia uidet, alia audit, alia contingit, alia olfacit, alia gustat. Illic etiam animantium uaria spectacula: omnia enim sunt mansueta, omnia inter se moribus concordia, audiuntque ac loquuntur quæ probe intelligi possunt. Non horrendus erat tunc serpens, sed mitis ac mansuetus. Non horribiliter in terra proreptas ac uelut inundans, sed altus super pedes gradens. Illic posuit hominem quem formauit. Alibi formauit, & illuc introduxit. Sicut luminaria fecit deus, & posuit in firmamento: sic etiam hominem formauit quidem limū de terra, posuit autem in paradiso. Nota uerò quod non dictum est, quem fecit, sed quem formauit. Quem enim fecit, est quod secundum imaginem est, hic uerò incorporeus est. Incorporeum autē loco non circumscriptur. Sequitur enim formationem ipsa factura, hoc est formationem animæ. Simul enim est compositum ipsum, uerum præcedit quidem corporum locus, anima uerò consequens est in loco, per habitum affectus erga corpus, non ex propria natura, locus in corpore circumscriptus. Num igitur exhilarauit te ex paradisi iucunditatibus, aut tristitia affecti potius per corruptibilitū collationem? Omnino enim mens quæ alta ac sublimia & supermundana sapit, nimirū conuersationē in coelis habens, & ad

& ad supernam respiciens promissorū dignitatem, cogitat ac meditatur audire aliquid de his bonis quæ in promissionibus nobis reposita sunt, quæ neque oculus uidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis concenderunt. Si oculus non uidit, quis est qui enarrat? Si auris non audiuit, quomodo tua fulcipiet? Si in cor hominis non concenderunt, quomodo mens nostra capiet? Neque corporalia effcimus, & spiritalia inquirimus. Quemadmodum enim in lege erat quidem & quod sensibile erat, uerum typum & figuram spiritalis faciebat, Sic etiam paradysum intelligimus quidem corporaliter, figurate uerò accipimus spiritaliter. Plantauit igitur deus paradysum in Edem. Nomina plantarū silentio præterita sunt, locus uerò in quo plantauit traditus est. In Edem, inquit, plantauit, hoc est in delicijs. Edem enim deliciae nominantur. Num igitur delicias nominat eas quæ per os uentri traduntur, & quarum finis est secessus? & delicias tradidit pereuntes? Et hæc est à deo gratia, uentris expletio, bona dispositio corporis, & animi diffusio uoluptatē inducens? aut hoc ne dicere quidem pium est? Petulantia enim & contumelia omniumque simul interdicatorum uitiorum uiticium est, supra modum pinguefacere corpus, & demergere animam, et procliuem facere ad peccatum. Itaque delicias intelligemus deo dignas, quo etiam plantationem agriculturam dei decentem discamus. Quæ igitur fieri possunt deliciae sanctis conuenientes? Deliciare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quandoquidem igitur infinita est pulchritudo uirtutis, à multifaria sapientia initium habens, ob id scriptum est, quod plantauit deus paradysum, non ad orientē, sed ad orientes. Vnaquæque enim planta à domino plantata in propria luce ornata fulgebat. Illic fluminis impetus exhilarantis ciuitatem dei. Alibi torrens deliciarū nominatur, nutriens & augmentans spiritalium illarum plantarū pulchritudines, qui sanè in sequentibus dicitur fluuius procedens ex Edem, ut irriget paradysum. In superioribus quidem igitur dictū est, quod prius absoluta creatura, sic hominem ad principatum ac dominium superinduxit. Nunc uerò uice uersa, prius formauit hominē, & tunc plantauit paradysum. Causa uerò est, illic quidem ut in plenam domum patremfamilias introduceret, & non pauperi ipsi creato, postea opulentiam largiretur. Hic uerò perfectionē ex profectu largitus, alibi creauit, & postea in paradiso habitare facit, quo diuersitatem doctus tum externæ uitæ, tum conuersationis in paradiso, ex utriusque cōparatione, cognosceret quidem pulchritudinis excellentiam, timeret autē elapsus ab ipso detrimētum. Quo uerò cognoscas plantationē dignam manu dei, reuoca in memoriam ea quæ in Euangelio à domino dicta sunt ad discipulos: Vos estis palmites, & pater meus agricola est, nimirū uelut ab ipso plantati. Ex illa plantatione sunt qui plantati sunt in domo domini, & in atrijs domini efflorescunt. Et rursus ea quæ dicta sunt à propheta: Ego plantaui uineam fructiferam totā ueram. Audet ac dicit imitator Christi, cooperatores sumus, dei agricolatio estis: ego plantauit, Apollo rigauit, deus uerò dedit incrementum. Et iustus assimilatus est ligno plantato iuxta decursum aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet. Et, iustus uelut palma florebit. Et: uitem ex Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & deplantasti ipsam. Conare itaque per tales doctrinas cogitare de illo, ut sis iuxta splendores diuine lucis, ubi lumen cognitionis exoritur, uelut paradysus deliciarū plantatus. Et si regionē aliquā mente conceperis susceptoriā sanctorum, in qua omnes qui in terra in bonis operibus effulserūt, fruentes gratia dei, & uera ac spiritali uoluptate degunt: non excidis à decenti de ipso similitudine. Illic igitur radicatae sunt quædam ac firmiter fixæ bonæ uirtutes, ministri sanctorum, quibus homo recens natus, & multa coexercitatione egens ad perfectionem, traditus est. In quo loco est congregatio sanctorū, in quo exortus lucis, in quo deliciae animæ, illic posuit deus hominē. Si carnalis es, habes descriptionē carnalis illius, & iucundissimam saturitatem. Si magni facis fructuonem sensibilitū, festina ad ipsam: illic superpeditatio est deliciarū indefinens. Si spiritalis es, & altiora carnalibus uoluptatibus, sapis, ascende cogitatione ad pulchritudines angelorū, considera in ipsis iustitiæ fructus, contemplantare fluuium dei refertum aquis, cuius impetus exhilarant ciuitatem Dei: cuius artifex ac opifex est Deus, illam ciuitatem perluit fluuius ille Dei, qui initium sumit ex Edem, & irrigat paradysum. Vbi omnia hæc mente considerasti, glorifica Deum, quoniam ipsam decet omnis gloria, patrem & filium & sanctum spiritum, in secula seculorum, Amen.

D BASILII MAGNI CONTRA APOLO-
GETICVM EVNOMII EVERSORIVS LIBER PRIMVS,
 Iano Cornario medico physico interprete. *sub rōna mōuē*



SI QUIDEM uoluisent omnes super quos nomen Dei ac saluatoris nostri Iesu Christi inuocatum est, nihil præter Euangelij ueritatem agredi, uerum traditione Apostolorū & fidei simplicitate contenti esse, nihil sanè opus fuisset nobis uerbis in præsens, sed etiam omnino nunc silentium, quod ab initio coluimus, amplexi essemus. Quandoquidem uerò hostis ueritatis, supra ea quæ ab initio in ecclesia dei conseminauit zizania, semper malum additionibus amplius auget, & nunc repertis instrumentis omnè ipsius artem affatim suscipientibus, in prætextu Christianissimi, negatione deitatis unigeniti introducit, externa illa ac uana sapientia, puritatem ac simplicitatem doctrinæ diuini spiritus conturbans, & uerbis persuasiuis simpliciores percellens: necessariò etiam nos, tum propter uestram qui hoc præcepistis charitatem, tum propter nostram securitatem, imbecillitatis interim nostræ oblitus, & quidem quæ penitus in exercitatu in hoc dicendi genere sumus, iuxta contributâ nobis à domino scientiæ mensurâ, & ueritati patrocinari, & mendacium redarguere recepimus, arbitrâtes quæ tria sint bona proposita, unum saltem omnino nos consequuturos esse. Aut enim his qui iam præoccupati sunt, hanc redargutionem in maliremediū daturus esse, aut mediocrè tutelam sanis exhibituros, aut omnino utiq; nos mercedè adepturos, pro eo quod fratribus nostris optima consulimus. Est aut qui primus manifeste dicere ac docere ausus est, in equalem esse secundè essentiam unigenitum filium deo & patri, quantū sanè nos nouimus, Aetius ille Syrus, de quo nō dicam quibus ab initio artibus innutritus, ubi ad ecclesias dei accessit corruptus est, ut ne omnis confutationibus cōuiciari uidear. Qui uerò in impietate successit ipsamq; perfecit, Eunomius hic est Galata, qui ex rebus turpissimis sibi ipsi claritudinē pariens (Gloria enim, inquit, in turpitudine ipsorum) quum bonis pijs repositis prætulisset honorè, quem se ex scribendo quæ nullus unq; alius ausus fuit, consequuturū esse sperauit: eò euectus est, ut blasphemiam hæcenus sub dentibus deblateratâ, splendido hoc opere suo publicarit, priuiceps ac præses totius hæresis appellari cupiens. Quæ sanè etiam redarguere nobis in presenti propositum est. Quum uerò unū sit in utriq; malū, palam est quod in discipulo perfectio, etiam magister confutabitur, qui semina impietatis iecit. si modo contigerit nobis per preces uestras ad deum, ut tantâ dicendi uim accipiamus, quo ad similitudinē æmula toris illius Phinees, una confutationis plaga utrosq; simul conficiamus, impietate inter se complicatos. Quæ igitur multa habeam per quæ ostendere possim ipsum in eo libro mendacem, imperitum, conuiciatorē, cauillatorem, blasphemum: reliquorū mentionē obiter faciam, blasphemiam uerò quam in altitudinem gloriæ unigeniti loquutus est, artis uelamentis detractis, conspicuâ omnibus facere conabor. Atq; iam hinc progrediar ad confutationes, ex ipsa inscriptione initio sumpto. Primum equidem omnium maleficium, hæc ipsa dicendi figura ipsi excogitata est, ut in apologiæ ac responsionis specie doctrinâ composuerit, ne principaliter impia dogmata proponere uideat, sed ex necessitate ad hos sermones puenisse. Voluit enim omnimodo prauū hoc ac impiū dogma denūciare, & quam olim cōcepit ac parturijt blasphemiam, in mediū afferre. Videbat aut quod si palam doctoris locū arripere, supra hoc quod ualde onerosus ac molestus audientibus esset, amplius etiâ à fide alienū ac suspensū apud plerosq; seipsum facturum esset, uelut gloriæ cupiditate ad res nouādas deuenisset. Si uerò in apologiæ forma sermonē faceret, in nouationis suspensionē se euasurū sperabat, & per hæc ipsam formā auditores magis se alleclutū, quæ natura oēs homines depressis beneuolū esse ac affuetū soleat: quapropter accusatores ac calūniatores culpatis, illisq; causam sui sermonis ac scripti adscribit. Quo uerò omnibus ars ipsius conspicua fiat, nō malū fuerit dictionis ipsius audire principij. habet aut sic. Quum calumniari & detrudere aliquibus petulanti lingua & mente minime candida, prauorū et odio dignorū hominū opus esse sciamus: uerum eos qui ex calumnia prauū esse uisi sunt, omnimoda acritate conari mendaciū confutationibus, propulsare, uirorū bonorū opus esse, quicq; sibi priuatim bene consulūt, & multorum securitatem multi faciunt. Forma quidem igitur orationis

orationis talis est, qualis fuerit eius qui nihil simpliciter citra dolum facit: nam & nouationis suspicionem apologiæ uelamento obumbrat, & beneuolentiā auditorum captat: uelut qui per calumniæ necessitatem ad hos sermones deuenit. Deprehenditur autem ipsius circa apologiam fraus, quod quæ non habeat quem nominare possit accusatorem criminis, ob quod se contendere simulat, scenicum apologiæ actum sine persona subit: non propter longanimitatem, nominatim meminisse eorum qui ipsam læserunt abstinentes (quomodo enim id faceret qui tantis cōuicijs contradicentes impetit) sed mendacij claritudinem ueritus, certas accusatorum personas producere erubescit. Si enim habuisset aliquos quos nominaret, dixisset profectò ac proclamasset, etiam si non suam iram explens, at multorum securitatem disponens, quibus se maxime prospicere profiteretur. Improbitas enim quæ latet, nocentior est quam diuulgata. Quare si quidem calumniatores nosceremus, facilius utiq; petulantes linguas ipsorum uitaremus, & minime cādidas mentes: ipsi enim uerbis sapientissimi illius utar. At quoniā tunc ob quamcunq; tandem causam conticuit, nunc interrogetur, nunc respondeat, qui sint calumniatores qui per suas accusaciones, necessariā ipsi responsionem effecerunt, ex qua orbis terrarū parte uenerunt, qui iudices coram quibus certamen subijt, in quo iudicio hæc actionem sustinuit, in qua terra aut mari congregato. Quid enim dixerint in Seleucia? At ob silentiū conuicti ac damnati sunt qui nō apparuerunt, quæ hi qui isthic conuenerant, sæpe ipsos inuitassent ad purgandū se de his quæ ipsi obijcerentur: communis enim est mihi oratio ad omnem simul ordinem, propter impietatis societate, uelut morbosum quoddam membrum, à sano ecclesiæ corpore abruptū. At in Constantinopoli? Verū nihil illis opus habebant apologiæ & orationibus: nam quæ ex regia aula, & alios quosdam maxime potentes sibi cōciliassent, ex multa potentia res aggregabant, ipsi & accusatores, & iudices, & lictores, & omnia quæ uolebant existentes: quādo episcopos alios deponentes, alios cōstituentes, alijs uero uitæ periculū intentantes, ipsi urbes inter se multa licentia distribuebant. Et quidam sanè ex quadā Syriæ urbe depulsus, Cōstantinopolim uelut tyrānidē occupauit. Hic ipse uero in expugnabilis ac uehemens orator, præmiū certaminis Cyzicū abstulit. Theosebionero post confutationes ob maximas blasphemias, Sardiensis ecclesia delata est. Taceo Bithynos, Paphlagones, cithices, & omnes ad quos circūlata improbitas distributa est. Cuius igitur apologiæ occasio tunc erat? Imò arbitrator neq; si uoluisset potuisse mentiri. Quare quauis re uerius est, hanc orationis formam ab ipso ad fraudem excogitatā esse. Atq; hæc quidem hæcenus. Quæ uero paululū progressus scribit, cōsiderate. Neq; enim inutile est fortassis antea quam refutemus impietate, pauca de fastu ipsius declarare. Petimus aut præ omnibus uos, & qui nunc audiri estis, & in posterū securi, ut ne uelitis multitudinem mendacium à ueritate discernere, maiori parti quod melius est attribuendo, neq; dignitatibus cōmoueri, ac mente obscurari, aut ordini prægressorum plus tribuere, & posterioribus aures obturare. Quid dicis? ne tribuamus plus prægressis: ne reuereamur multitudinem & eorum qui nunc sunt Christiani, & eorū qui nati sunt ab eo tempore, quo prædicari cōepit euangelium? Ne reputemus dignitatem eorū qui omnigenis donis spiritalibus claruerunt: quibus omnibus inimicā & aduersam hanc uiam impietatis recēs excogitasti: sed clausis in totum animæ oculis, & omnium sanctorū memoria ex mente eiecta, ociosum ac purgatū cor suū quisq; inductionibus ac sophismatis tuis supponamus? Magnā profectò potentia nactus fueris, si quæ uarijs suis insidijs diabolus nō est affectus, ea tibi ex præcepto assequi cōtingat: siquidē à te persuasi, traditionē quæ per omne tempus præteritū apud tot sanctos obtinuit, uestro inuento impio uilliorē iudicemus. Huic uero nō satis est, ut eorum qui nunc audiunt mentem subtrahat, sed postulat etiâ in posterum lecturos eandē mentem habere. O factū, putare sibi etiâ in posterum durabilem fore librum, & memoriam suam in posterum immortalem conseruandam esse. Et per hæc quidem nunc intumescit ille, qui paulo post apud auditores se iactas uelut omnis fastus negligens sic dicit ad iudices in cōfictio à scenico dramate ac actu. Ad hæc neq; ægre feratis, si fastu quidem ac timore neglecto, præsentī uero gratia ac securitate, prædicendi de futuris libertate posthabita, omninq; terrena afflictione ac temporali morte, minis contra impios decretis horribilioribus iudicatis, nudam absque omni uelamine ueritatem proponemus. Qualem superbię excessum, hæc uerborum fastuosa elatio non excedit.

& adest cauillo etiam contumelia in iudices, si quidem ob id quod agre ferunt bona, uix detinentur, indignantes ei qui negligit contumacia ac factum, & praesenti securitati praefert libertatem dicendi de futuris, & temporali morte horribilius iudicari supplicium futurum. Hoc uero tale quid est. Quid succēsetis mihi o uiri, ad fastigium uirtutis progressi, & terrena quidem transgressi, omnem uero cōuersionem in caelis habent. Nouus hic est arrogantiae modus: nam per quae negligere se simulat factum, ad extremam inflationem seipsum effert. Si enim propter quae uenia se dignum esse ostendit, euangelicae uitae capita sunt, cōscire permittit hinc qualē nam ipsum in uirtuosis factis putare conuenit. Haec igitur uelut lineamenta totius propositi eius habentia, multis silentio praetertitis, abunde dicta sunt, ut per ea quae mentitus est, mendacij patrem in ipso loquentem cognoscamus, ex arrogantia uero, cum quo condemnatus est, discamus, quum Apostolus manifeste dicat, factu tumidum in diaboli iudicium incidere. Ceterū deinceps ad cōfutandam impietatem accedamus. Fidem proponit primū ex simplicibus ac indiscriminatis uerbis cōstantem, qua multi ex patribus usi sunt, nō ad propositas quaestiones conuidentes, sed simpliciter sic à seipsis in simplicitate cordis uerba facientes. Si uero etiam Arius, uelut aiunt, fallens Alexandrū hanc ipsi obtulit, nam & hoc dicunt, attamen hanc uelut sententiae suae cōsonam praetendit propter duas causas. Alterā ut nouationis suspicionem effugiat, in eo quod patrū fidem uelut rectam recipit. Alterā ut omnes ex improuiso laqueos sophismatum ac fraudum ipsius incidant, simplicitati uerborū horum fide habita. Simul autē etiam illud intellexit, quod etiam suam sententiā bona specie obiter inducendi, facultas ipsi futura esset, exponēti nimirū tradita à patribus, & quod maxime hoc modo impietate occultare posset. Si uero etiam deprehēderetur, inculpabile se uideri sperauit, uelut nihil de suo, neque quicquid à seipso dicens, sed alienae sententiae interpret existeret. In qua re dignissimū rītu quiddam admisisse se nō intellexit: nam quū ipsam multis ac magnificis uerbis laudasset, paululū progressus rursus turpissimis probis afficit. Ceterū ut clarius fiat id quod dico, particulatim uerba distincta expendā: & primum quidē fidem quam praetendit, cōsideremus, ipsis illius uocibus appositis. Traditionē porrō piam, quae ab initio apud patres obtinuit, uelut amulsum ac regulam quandam praemittentes, ipsa exacti iudicij loco utemur ad eorum quae dicuntur iudicationem. His subiungit patrum fidem hoc modo se habentem. Credimus in unum deum, patrē omnipotentem, ex quo omnia: & in unum unigenitum, filium dei deum uerbum, dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia: & in unum spiritū sanctum paraclētum. Deinde statim adiungit. Simplicior igitur & cōmunis fides, omnium qui aut uideri, aut esse Christiani studio habent, ut cōpendio ac summatim dicam, haec est. Equidē de eorum quae dixit cōtrarietate, & de impudenti repugnantia dictorū inter se, paulo post dicemus. Illud uero prius in mentē reuocemus, quod hic est qui in superioribus ualde arroganter nobis promissit, nudā absque omni uelamine ueritatē se propositurū esse. Hic itaque ubi scriptū est, credimus ingentū esse, essentiam esse dei uniuersorū. Aut, credimus inaequalē esse secundum essentiam, unigenitū patri. Haec enim scripsisset utique, si quidē uelut promissit, nullo modo uelamine opinionē suam obumbraret. Verum arbitror, quum omnibus uerbis in sidiose utatur, quae quidē sua sunt, tacet, ut ne in exercitatis auribus allapsus, sibi ipsi fidem deroget, & ut agre admittatur, efficiat: patrū uero fidem proponit, quae propter modestiam uerborū in ipsa, non amplius cōtrarietate aduersus totam orationis constructionem, ipsi exhibitura esset, & facile sequutura ipsum, in expositionis forma deducētē sermonem ad ea quae praedicta sunt. Quod autē uera sint haec, manifestum hinc est: nam ubi proposuit ipsam, statim trāsilit ad expositionem, praetextu utens, tum alio quodam, tum quod non sufficiat ad crimen diluendū. Cur igitur ipsam proposuisti, & non statim ad illos sermones deuenisti, qui & sinceritatē habebant, & à criminibus te eximere poterant? Nunc uero proponit uelut securum iudicium, rursus autem corrigit, uelut nihil sani habentem. Hoc porrō omnibus notum est, quod opinionioni suae, uelut hamo ad mortem trahenti, simplicitatem increbrescentis orationis, uelut escam quandam circumdat: quo imperitiores ad id quod apparet, allapsi, incaute impietatis prauitate transfigantur. Quo uero non uideatur citra necessitatem fidei correctionē aggredi, quam ipse immensis laudibus ornauit, eam uelut oblitus uerborum suorum, uidete quomodo profcindit.

Simplicior

Simplicior igitur & cōmunis fides, omnium qui aut uideri, aut esse Christiani studio habent, ut cōpendio ac summatim dicā, haec est. Dic mihi, pia patrū traditio, & regula uelut ipse nominasti ac amulsum, & securū iudicium: nunc rursus instrumentū fraudis, et ars figmenti, ac similibus nominibus appellasti: Si enim nō uere Christianis conuenit, sed his qui uideri quae esse malunt, quid aliud de ipsa quae talia suspicari cōuenit? Quis igitur non pernicus delirus, regulā recti & amulsum ueritatis, his qui mente peruersi sunt cōuenire dixerit? Qui enim nominari Christiani quae uere esse malunt, quo multos decipiāt hanc simulationem induentes, procul ab omni rectitudine ac ueritate absunt. Neque igitur obliquū ac distortū corrigeretur, uelut Ecclesiastes dixit, neque ueritatis iudicia his qui mendaciū in uita elegerunt, cōuenient, id quod huic uidetur. Verū propter causas quas diximus, in manifestas adeo cōtrarietates delatus est, quo dum quidē laudat fidem, societatem pietatis cum patribus habere uideatur, dum uero accusat rursus ipsam, uia sibi ad expositionem aperiat. Quapropter eandem & regulā dicit, & exactiore additamento opus habere ait. Hoc uero & extremae ignorantiae ipsius signū sit, si cui & hoc obiter expendere libet. Regula enim & amulsum o sapiētissime, quae diu nihil defuerit ut sint regula & amulsum, nullum additamentū ad sinceritatē suscipiunt, iuxta defectuosum em cōtingit additamentum: ubi uero imperfecta fuerint, ne appellationes quidē has recte susceperint. Atque haec haec uero iam uero etiā quos de deo profert sermones cōsideremus. Vnū itaque, inquit, & iuxta naturalē intellectū, et iuxta patrū doctrinā, nos cōfitebimur deū, neque à seipso, neque ab altero factū, utrunque em ipsorum pariter impossibile est: quādo quidē reuera id quod facit, prius esse oportet eo quod fit, & id quod fit, posterius eo quod facit. Neque uero quicquid seipso prius aut posterius esse potest, neque aliud quicquid ante deū: profectō em illud praeteriore deitatis dignitatē haberet. Cuius rei gratia omnē hanc ipsius dictionem apposuit: quo cōspiciua uiri uanitas fieret, qua per totum librum utitur. Quum enim ipse dixerit euidentem esse cōmunibus omnium intelligentijs, deum esse ingentum, demonstrationes tamen proferre nobis conatur, consimile faciens, uelut si quis in serena meridie sanis oculis praeditos homines, ratione docere uelit, solem omnium in caelo stellarum lucidissimum esse. Si uero is qui sensib. nota, ratione ostendit, ridiculus est, certe qui cōmunibus notionibus confessa docet, quomodo non aequalis dementiae reus fuerit? multo enim certiora haec sunt prudentibus, quā ea quae oculis apparent. Si quidē igitur esset, quis qui contra hanc ueritatem impudenter se gereret, & ingentum aut à seipso, aut ab altero genitum esse contenderet, haberet fortassis ueniam aliquam ista uerborū uanitas. Si uero nemo usque in hunc diem, neque de externis à doctrina nostra, neque ex his qui ex ipsa ecclesia contra ueritatē insurrexerunt, ad tantū peruenit stuporem, ut ambigeret ingentum esse ingentum, quid lucri ex his uerbis consequatur non sanē intelligo. Aut certe Aristotelis & Chryssipii syllogismis reuera nobis opus esset ut discamus, quod ingentus non genitus est, neque ipse à seipso, neque ab altero: & quod neque antiquior neque iunior ipse seipso est. Quid igitur haec ipsi uolunt? Videtur mihi quod se inter sectatores suos iactet, uelut sanē prudens quispiam ac egregia mente praeditus, & qui acutus quidem sit in prospiciendis absurdis, acutior uero ad diluenda deprehensa, & quod ob id in uerborum uerfuita gloriatur, & circa demonstrationem tenuia rimetur, quod ingentus neque à seipso neque ab altero genitus sit. Postea uero neque hic artis suae obliuiscitur, uerum in eo quod in confectis numeratur, uelut elementa quaedam ad consequentes sermones sibi ipsi interferit. Non enim ociosum illud ipsi est, quod oportet reuera id quod facit prius esse eo quod fit: uerum ut in sermonibus de filio, praecōcessum habeat, posterius patre filium natum esse: siquidem quod facit, antiquius est eo quod fit: ad hoc uero uelut consequens accipiat, ex non existentibus filium genitum esse. Ceterum confutatio impietatis in filio in proprijs locis maneat. Ego uero etiam ingenti appellationē, etiam si maxime intelligentiae nostrae congruere uideatur, at tamen uelut nusquam in scriptura sitam, & primū impietatis ipsorum elementū, merito silentio dignā esse duxerim, quū patris uox idem quod ingenti possit, supra hoc quod etiā notionem de filio cōiunctim secū per relationis habitū inducat. Qui enim reuera & solus pater est, ex nullo alio est: qui uero ex nullo est, ingentus est. Non itaque magis ingentus quā pater nobis appellandus est, si modo non uoluerimus sapientiores esse doctrinis saluatoris qui dixit: Euntes baptizate in nomine patris, & non ingenti. Atque

haec

hæc hæcenus. Nos uero etiam coherentem sermonem consideremus: paulatim enim progressus uelut in summam sibi redigens quæ dixerat sic scribit. Si igitur neque ipse ante se ipsum, neque aliud quid ante ipsum esse ostensum est, uerum ipse præ omnibus, sequitur ipsum, ingenitum esse. Imò potius ipsum hoc essentia est ingenita. Quam itaque in his deprehendimus improbitatem, facile arbitror intelligunt, qui uel leuiter attendunt, manifestam autem ualido facere non ita facile est. Verum tamen tentandum spe collocata in eum qui dat uerbum prædicantibus euangelium uirtute multa. Quum dixisset, si neque ipse ante seipsum, neque aliud quid ante ipsum est, sequitur ipsum, ingenitum esse. Deinde intellexisset, quod ex consequentia posteriorum, sermo ipsi ad contrarium deueniret: Si enim sequitur deum, ingenitum esse, extrinsecus nimirum ipsum consequitur: quod uero extra deum est, non essentia ipsius est. Ex his autem diffinit ac perit ipsi dolum commentum. Ne uero hoc ipsi accidat, quid facit? parum curauit risum, quem ob id quod in consequentia dicit, subiturus erat, & per correctionem abduxit orationem ad quæ uoluit, dicens: Imò potius ipsum hoc essentia est ingenita. Hoc autem nullam conuenientiam habet cum præcedentibus. Quomodo enim & consequens ipsum deus habet, ingenitum esse, & rursus non consequens, sed in essentia ratione contentum. Attamen non sinit ut commentum ipsi penitus corruptatur. Si enim ubi dixisset, quod sequitur ipsum, ingenitum esse: hic sermonem finiuiisset, non habuisset sane quomodo aut ingenitum esse, dei uniuersorum essentiam diceret, aut alio modo habere secundam essentiam unigenitum filium ostenderet, quum nihil de his quæ extrinsecus sequitur, patris & filij iuxta ipsam essentiam conseruatum dirimere possit. Nunc uero quum induxerit, imò potius ipsum hoc est essentia ingenita, ostendit quod ipsum hoc quod deus est, ingenitum esse est. Hoc uero quantum scilicet actum præparet ad impietatis transgressionem, paulò post in sermonis progressu ostendat. Proinde quod quidam ab initio dixit, ex rerum ueritate iuxta concessorum consequentiam apparet. Quod uero postremum apposuit, ex hæretica opinione adiectum est, quum impudentissime omnium hic scriptor ad orationis correctionem transiuerit. Quomodo enim idem & sequitur deum, & idem est cum ipso, quum omnibus manifestum sit, quod aliud est id quod consequitur, ab eo quem sequitur. Hic autem uelut uiam quandam arripens, ex occupato ab ipso per rapinam sermone, hinc ad confirmationem procedit, quod ingenitum esse, essentia sit dei uniuersorum: quo hoc de monstrato, concessum habeat, inæquale secundum essentiam esse unigenitum patri. Videt autem quæ dicit. Ingenitum autem dicentes, non nomine solum iuxta humanam contemplationem, ornate oportere putamus: uerum etiam soluere ipsi debitum maxime omnium deo necessarium, confessionem uidelicet quod est id quod est: nam quæ iuxta contemplationem dicuntur, in nominibus solum & prolatione, ipsum esse habentia, unam cum uocibus, dissolui solent. Destruit quod iuxta contemplationem, ingenitum esse, de deo consideretur, putat hinc facile sibi fore aggressionem astruendi, ingenitum esse, essentiam esse: ex hoc uero citra contradictionem se ostensurum esse, inæquale esse iuxta ipsam essentiam unigenitum patri. Quapropter uerbo contemplationis inhaeret, uelut omnino nihil significati, sed in sola prolatione substantiam habent: & indignum deo esse simulat, contemplationibus ipsum ornate ac magnificare. Ego uero an mente considerari possit, aut non, ingenitum esse, nondum affirmo, priusquam ab ipsa orationis examinatione discamus. Verum hoc ipsum, quid nam sit contemplatio, libenter ipsum interrogaui. Num nihil omnino significet nomen hoc, & aliam sonus est per linguam excidens? At tale non contemplatio, sed potius deyratio & nugacitas appellari potest. Si uero concesserit, significare quidem aliquid contemplationem, uerum falsum hoc omnino & non existens, uelut in fabularum figmentis, centaurorum & chimæ effusionem: quomodo id quod falsum significat unam cum linguæ sono dissipatur, quum uox quidam penitus in aërem diffundatur, falsa uero nomina in mente maneat. Neque enim ubi aliquando falsis penitus ac uanis figmentis, aut in imaginationibus per somnum, aut alias in uanis mentis motibus, anima repleta, in memoria continuerit, & deinde per uocem efferre uoluerit, simul ut prolatus est sermo, unam etiam imaginationem dissipatur. Magni enim precij res esset falsa dicere, si natura mendacij unam cum his quæ dicuntur, corrumpatur. At hoc sane est quod naturam non habet. Reliquum igitur fuerit ostendere, quomodo consuetudo & de quibus rebus contemplatione utatur: & quomodo diuina eloquia usum eius susceperunt. Videmus itaque quod in communi usu, ea quæ ad subitum mentis appulsus simpliciter esse uidentur ac unica, uerum subtili examinatione facta uaria apparent, & multa ubi mente diuiduntur, contemplatione

contemplatione sola diuisibilia dicuntur: uerbi causa, corpus simplex esse primus occurrit, uerum ratio ipsum expendens, uarium esse ostendit, per contemplationem in ea ex quibus compositum est ipsum dissolvens, & in figuram, & colorem, et duriciam, & magnitudinem ac reliqua. Rursus quæ non subsistunt omnino, uerum iuxta quandam mentis pietatem ac imaginationem solam effinguntur, uelut sunt quæ fabulatores ac pictores ad perterrefaciendos accedentes ac legentes per contemplationem ementiuntur, hæc quoque considerabilia per consuetudinem dicuntur. Quorum nulla mentione facta, aut ex ignorantia, aut ex improbitate, de sola contemplatione eorum quæ non existunt, philosophatus est, & neque huius naturam uelut se habet, exposuit. Non enim significare quidam aliquid contemplationem, uerum falsum hoc dicit, sed penitus sine significatione nomen esse, & in sola prolatione subsistere. At qui tantum abest ut hoc contemplationis nomen, de solis uanis ac non existentibus imaginationibus dicatur, ut post primum qui ex sensu nobis accessit intellectum, subtiliorem & exactiorem intellectus considerationem, contemplationem nominemus: unde consuetudo ratiocinationem uocat, etiam si non proprie, uelut uerbi causa, frumentum intellectus simplex in omnibus est, prout ea quæ apparent, cognoscimus. In exacta uero ipsius expansione, & plurimum speculationi accedit, & appellationes diuersæ intellectus significationem. Idem enim frumentum, nunc fructum dicimus, nunc semen, & rursus alimentum: fructum quidem, uelut præterita agricolationis finem. Semen uero, uelut futuræ principium. Alimentum autem, uelut conueniens ad incrementum corporis eius qui ipsum assumit. Horum unumquodque & iuxta contemplationem consideratur, & non unam cum linguæ sono abicit: uerum animæ eius qui intellexit intellectus ipsi insident. Et in summa, omnia quæ sensu cognoscuntur, & simpliciter quidam esse in subiecto uidentur, uariam autem rationem iuxta speculationem admittunt, ea contemplatione speculabilia esse dicuntur. Ad hunc ferè modum, etiam contemplationis usum ex diuina scriptura docemur: et reliqua quidam omitto, quum multa sint quæ dicere possim: unius autem opportunissimi mentionem faciam. Dominus noster Iesus Christus in sermonibus de seipso, benignitatem deitatis erga homines, & beneficium ex incarnationis dispensatione hominibus declarans, proprietatibus quibusdam quæ circa ipsum considerant, illa significauit, ostium seipsum dicens, & uiam, & panem, & uitam, & pastorem, & lucem: non quod multis nominibus præditus sit, non enim omnia nomina in idem significatum tendunt, alia enim est significatio lucis, & alia uitæ, & alia uiam, & alia pastoris: sed quum unum sit iuxta subiectum, & una essentia & simplex & incompota, alias aliter seipsum nominat, contemplationibus inter se differetes appellationes sibi ipsi accommodans. Nam iuxta actionum diuersitatem, & pro affectu erga eos quibus beneficit, diuersa etiam sibi ipsi nomina imponit. Lucem enim seipsum mundi appellat: & inaccessibile deitatis maiestatem hoc nomine significans, & uelut splendore scientiæ eos qui purgati animæ oculum habent, illuminans. Uitam uero, uelut quæ eos qui per fidem in ipso radices egerunt, honorum operum fertilitate enutrit. Panem uero, quod familiarissimum sit rationalis animæ partis alimentum, per hoc quod animæ constitutionem continet, et proprietatem ipsius conseruat, explens semper de seipso id quod deest, & non finens ad accedentem ex bruta temeritate infirmitatem deferri. Et si quis sane singula nomina percurrat, uarias repererit speculationes, quum unus secundum essentiam in omnibus sit suppositus. Quis igitur ad eam linguam ad blasphemiam exacuta habet, ut dicere audeat, unam cum uocibus has speculationes dissolui? Quid igitur absurdum est, sic etiam de deo uniuersorum accipi quædam secundum contemplationem siue speculationem, & ipsum hoc primum, de quo nobis uniuersus institutus est sermo. Reperiemus enim nusquam aliter dici ingenitum esse. In corruptibile enim & ingenitum esse deum uniuersorum dicimus, iuxta diuersas notiones his nominibus appellantes. Quum enim in præterita secula respiciamus, & excedentem omne principium uitam dei inueniamus, ingenitum ipsum appellamus. Quum uero in uentura secula mentem extendimus, infinitum & immensum & nullo fine comprehensum, incorruptibile uocamus. Sicut igitur infinitas uitæ ipsius, incorruptibilis: ita quod principio caret, ingenitus esse dicitur, dum nos utraque per contemplationem speculamur. Quæ igitur ratio contradicit, quod & utraque hæc nomina contemplantur, & quod confessio sint eius quod reuera deo adest? Ille uero hæc uelut pugnantia ac penitus discordia inter se disparat, nempe, iuxta contemplationem aliquid dici, & persoluere deo confessionem quod est id quod est. Porro neque hoc prætereamus, qualis pietatis simulatio ab ipso

ab ipso ad subuertendos auditores excogitata est, in eo quod dicit: non iuxta humanam contemplationem se ornare deum ingeniti appellatione, uerum persolvere ipsi debitum maxime omnium necessarium, in confessione quod est id quod est. Quæ nam oratio harum uersutiarum improbitatem pro dignitate explicare poterit; perterrefacere simpliciores conatur, uelut qui non reddant debitum deo, si non essentiam esse confiteantur, ingenitum esse; & debiti exolutionem propriam impietatem nominat, ut ne à seipso quid dicere uideatur, sed id quod necessarium deo debetur persolvere. Et reliquis indicat, quod si in essentia posuerint, ingenitum esse, sine poena innoxij dimittent. Si uero aliter iuxta primum modum acceperint, uelut qui reliquerint uetustissimi ac maxime omnium necessarii debiti persolutionem, inuitabilem iram incurrent. Libenter igitur ipsum interrogauerim, num hunc candorem in omnibus æqualiter quæ de deo prædicatur seruet, aut in hoc solum uerborum. Si enim nihil omnino iuxta contemplationem speculatur, ut ne humanis appellationibus deum ornare uideatur, omnia similiter essentiam confitebitur quæ de deo prædicantur. Quomodo igitur non ridiculum est, creationem essentiam esse dicere, aut prouidentiam eius essentiam; aut præscientiam rursus similiter & in summa, omnem actionem essentiam putare? Et si omnia hæc ad unum significatum tendunt, necesse omnino est idem inter se hæc nomina ualere, uelut in his qui multa nomina habent, quum Simonem & Petrum, & Cepham, eundem dicimus. Proinde qui audiuit immutabilitatem dei, ad ingenitum esse subducitur; & qui audiuit indiuisibilem esse, ad creationem deferretur. Et quid hac consilio ne absurdus fieri possit? si detracta propria uniuscuiusque nominis significatione, contra communem usum ac doctrinam spiritus quis legem ferat, & quidem quum audiamus de deo, quod omnia in sapientia fecit, creandi artem ipsius docemur; quum uero aperit manus suam, & implet omne animal bona uoluntate, prouidentiam per omnia procedentem; quum autem quod posuit tenebras latibulum suum, de inuisibili ipsius natura erudimur. Rursus uero per hoc quod ex persona dei dicitur, Ego sum, & non alterius sum, perpetuam identitatem ac immutabilitatem essentiam diuinam discimus. Quomodo igitur non manifesta insaniam est, dicere non proprium significatum unicuique nomini subiectum esse; sed præter efficaciam discernere, omnia nomina idem inter se ualere. Postea si etiam concesserimus hoc, ne sic quidem amplius quicquam ipsis ad propositum supererit. Si enim omnia hæc quum de deo & patre dicuntur, essentiam ipsius significant, immutabile, inquam, & inuisibile, & incorruptibile, similiter nimirum & de unigenito filio ac deo, essentiam significationem erunt. Inuisibile enim & immutabilem, & incorruptibilem ac indiuisibilem, & reliqua huiusmodi, etiam unigenitum filium nominamus. Atque sic sapientia ipsis in contrarium deueniet. Non enim magis propter diuersitatem in una appellatione, in æqualem secundum essentiam demonstrare possint, quam propter societatem in pluribus æqualem consisteri cogentur, ab ipsa adeo concessorum necessitate. Si uero dixerit in sola unigeniti uoce se hac reuerentia uti, in reliquis uero incaute se gerere, rursus ipsum interrogabimus, Quæ nam sit hæc sortitio, ut quum tot sint quæ de deo dicuntur, in uno hoc solo sinceritatem ostendat, & in hoc confessione quod est id quod est ipsi persoluat; in alijs uero quam plurimis, per humanas contemplationes ornare non uereatur. Qui enim plura debet, non magis gratus iudicatur ob unius redditionem, quam excellenter ingratus ob plurium subtractionem. Sic igitur uelut uersuta bestia suis ipsius artibus capitur, dum per quæ latere conatur magis conspicue conuincitur. Qualia uero sint quæ deinceps sequuntur considerate. Nam ubi ostendit uelut putat, quod impossibile sit contemplatione apprehendere ingenitum infert. Sed neque secundum priuationem, si sane priuationes, eorum quæ secundum naturam sunt, priuationes sunt, & habitibus posteriores. Quod autem hæc ex mundana sapientia deblateret, præ qua erecta ceruice, tales uerborum nouitates aggressus est, non difficile est ostendere. Sunt enim Aristotelis de habitu & priuatione uerba, qui posteriores habitibus priuationes esse dicit, id quod testari possunt qui hæc legerunt in ipsius prædicamentis. Nobis autem sufficebat, ubi ostendimus ipsum non ex doctrina spiritus, sed ex sapientia principum huius mundi loqui, illud psalmi ad ipsum exclamare: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua domine; & ubi didicimus quod non ex diuinis ac ueris dogmatibus domini nostri Iesu Christi sunt ea quæ dicuntur, uocis ipsius meminisse; quum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur; atque hoc modo multos sermones

mones nobis ipsis in compendium contrahere, ubi hinc conspicuum omnibus fecissemus, quod nulla nobis cum ipsis est societas. Quæ enim concordia Christo cum Belial; aut quæ portio credenti cum incredulo? Verum ne uideamur ob inopiam redarguendi ad silentium confugere, age etiam de his pauca disseramus. Multa uero Eunomi ex his quæ de deo dicuntur, iuxta similem formam efferrî uidemus, uelut sunt incorruptibilis, inuisibilis, immortalis. Eiusdem uero formæ putamus esse, & ingenitus. Si quidem igitur priuatiua aliqui talia nominant, nihil ad nos. Neque enim dictionum artificia nouimus, neque eos qui nouerunt imitatur; uerum quocumque tandem loco positæ fuerint reliquæ uoces, quas enumerauimus, eiusdem loci esse etiam ingeniti appellationem dicemus. Quemadmodum igitur incorruptibile, non adesse deo corruptionem, significat, & inuisibile, excedere ipsum omnem per oculos apprehensionem, Et incorporeum, non esse ipsius essentiam triplici dimensionem mensurabilem, Et immortale, nunquam ipsi dissolutionem accessuram esse; sic dicimus etiam ingenitum significare, natiuitatem ipsi non adesse. Si igitur nullum ex illis nominibus priuatiuum est, neque hoc erit. Si uero de illis concesseris, quod iuxta priuationem dicuntur, uerum in appellatione ingeniti hoc non admittis, dic quo habitu prægresso, incorruptibile priuationem significat; aut quomodo non idem cum ipso etiam ingenitum ualeat? Verum circa solam hanc dictionem malignis artibus utitur, quoniam hinc ipsi impietatis occasiones ac causæ dependent. Quo uero manifesta ipsius fraus fiat, ita facite. Quas de ingenito tractat rationes, quod neque iuxta contemplationem humanam, neque iuxta priuationem, par est ipsum de deo dici, eas translatas de alio quodam nomine ex his quæ de deo dicuntur, considerate. Reperietis enim singulis exacte conuenientes, & si ita uultis, de incorruptibili eadem dicamus, ipsa eius dictione translata. Incorruptibilem autem dicentes, non iuxta humanam contemplationem ornare oportere putamus, uerum persolvere ipsi debitum maxime necessarium, confessionem uidelicet quod est id quod est: Sed neque secundum priuationem, si sane priuationes eorum quæ secundum naturam sunt, priuationes sunt, & habitibus posteriores. Cur magis de ingenito hæc dicere decet, quam de incorruptibili, & omnino de qualibet uoce quæ eadem forma profertur? At nulla alia ipsi ad impietatem conducit, quam propter neque reliquarum meminisse, quamuis innumerabiles sint quæ de deo dicuntur. Habet autem se res hoc modo. Nullum nomen est quod totam dei naturam complexum sufficienter enunciat; plura uero & uaria, singula in propria significatione, obscuram quidem penitus & minutissimam, quantum ad totum attingit, nobis tamen sufficientem intelligentiam colligunt. Inter ea itaque nomina quæ de deo dicuntur, aliqua quidem ea quæ ad sunt deo significant, aliqua uero uice uersa ea quæ non ad sunt. Ex his enim duobus, nimirum & ex eorum quæ non ad sunt, nec conueniunt abnegatione, & ex eorum quæ ad sunt confessione, uelut character & imago quædam dei nobis imprimuntur. Verbi causa, quum incorruptibile nominamus, in potentia nobis ipsis aut audientibus dicimus, ne putes deum subiacere corruptioni. Et quum inuisibile, ne suspicaris ipsum oculorum sensu comprehendit; & quum immortalem, nunquam putaris mortem deo accidere. Sic etiam quum ingenitum, ne opineris ex ulla aliqua causa aut principio, ipsum esse dei dependere. Et in summa, ex singulis his docemur, ut ne in indecoras sententias incidamus, quum de deo cogitamus. Proinde quo præcipua dei proprietatem agnoscamus, in sermonibus de deo uicissim alter alteri interdicit, ut ne cogitatione feratur ad ea quæ non oportet, & ne putent homines aliquid corruptibile, aut uisibile, aut genitum, deum esse. Quare per omnia hæc negatiua nomina, uelut abnegatio quædam alieni continetur, dum mens nostra explicat ac deponit opiniones de his quæ deo non ad sunt. Rursus bonum dicimus deum, & iustum, & creatorem, & iudicem, aliaque huiusmodi. Sicut igitur in illis reprobatione quandam ac interdictionem alienorum à deo uoces significabant; Ita hic positionem & substantiam eorum quæ propria deo sunt, & quæ decenter circa ipsum speculamur significant. Itaque ex utraque appellationum specie docemur, aut de his quæ ad sunt, quod ad sunt, aut de his quæ non ad sunt, quod non ad sunt. Ingeniti porro uox eorum quæ non sunt, significationem habet. Indicat enim non adesse deo natiuitatem. Si uero ablatiuam, siue interdictionem, siue negatiuam, aut tale quiddam, hanc uocem appellare quis uoluerit, nihil reputabimus. Quod uero non eorum quæ ad sunt deo, significationem habeat ingeniti uox, ex relictis sufficienter declaratum esse puto. At essentia non aliquid ex his quæ non ad sunt, est, sed

D ipsum

ipsum esse dei, id quod inter ea quæ non sunt connumerare, extremæ dementiæ est. Si enim essentia inter ea quæ non sunt, est, nullatenus sanè aliud quid eorū quæ de deo dicuntur, aderit. Demonstratū igitur est ingeniū appellatōne, inter ea quæ non ad sunt, locatā esse. Quare mendax est qui ipsius essentia significatiuā esse uocem hanc asserit. Ille uero uelut rem absurdā ægre ferens aliquid iuxta priuationem de deo dici, ad magis piā uidelicet sententiam cōfugit, & ipsam essentiam, ingeniū uocem censet, & colligens sibi ipsi sermōnem in summam sic scribit. Igitur si neq; iuxta contemplationem, neq; iuxta priuationem, neq; ex parte, indiuisibilis enim est; neq; in ipso uelut aliud, simplex enim est; neque præter ipsum aliud, unus enim est & solus ingeniū: ipsum sanè ingeniū essentia fuerit ingeniū. Perduxit orationem ad quæ uoluit, & ingeniū undiquaq; diuisum; ad ipsam detrusit; uelut putat essentiam, quum dixerit de deo uniuersorum, ipsum sanè fuerit essentia ingeniū. Ego uero essentiam dei ingeniū esse, etiam ipse dixerim, nō tamen ipsum ingeniū essentiam. Postea uero etiam illud animaduertere operæ precii est, quod indiuisibile & simplex, quæ eadem sunt significatiōne: indiuisibile enim est quod non ex partibus compositum est, & simplex similiter quod non ex pluribus constitutionem habet: hic uelut diuersa subiecto inter se disparat. Deinde interdicit non oportere diuidere deum, neque aliam ipsius partem ingeniū, aliam genitā suspicari, neque rursus putare, ingeniū in ipso uelut aliud in alio situm esse. Horum autem uerborū uanitatē tædet me confutare: uidetur enim quodam modo assimilari ei qui uana dicit, is qui contradicit: Quapropter uelut ego arbitror, sapiens Salomon admonet, ut ne respondeamus insipienti iuxta insipientiam ipsius. Nam neque relatos neq; dictos unquam sermones, ad diuisionem perduxit, ut uideatur inter multa enumerata, iuxta unum solum modum reperire proprie ingeniū dici. Nobis autem longiore fortassis opus esset oratione, ad mendacium declarandum, & ad demonstrandum, quod ingeniū nō est essentia dei, si quæ in diuisione ab ipso enumerata sunt, non palam essent cōfuta: nam etiam si firma ac constantis ipsius ratio esset, quod neque secundum priuationem, neq; iuxta cōtemplationem, ingeniū accipitur, ne sic quidem omnino quod colligit, consequeretur. Quæ enim necessitas est sub unum aliquod ex enumeratis cadere, ingeniū esse? Verum tamen quoniam ipse uelut necessariō præcedentibus coniunctum infert hoc. Igitur si neq; iuxta contemplationem, neque iuxta priuationem, neque iuxta alium quendam ex relatis modum, ipsum sanè ingeniū essentia fuerit ingeniū: Nos retorquentes sic dicamus, igitur quoniam iuxta contemplationem consideratur, & priuatiuū est nomen, non essentia dei est ingeniū. Quousq; enim non redarguit quæ dicta sunt, neque propositionibus suis robur addit, nullum locum habebit id quod ab ipso colligitur. At uero quod omnino putat se dei uniuersorū ipsam essentiam inuenisse, quantæ arrogantia est ac elationis: fere enim etiam illum ipsum factantia superant qui dixit: Super astra ponā sedem meam: qui sanè non cōtra stellas aut cœlum audenter insurgunt, sed ipsam dei uniuersorū essentiam inuestigasse se factant. Interrogemus aut ipsū undē nam dicat se ad cognitionem peruenisse. Num ex cōmuni notione. At hæc esse deum, non quid sit nobis suggerit: aut ex doctrina spiritus: quali aut ubi sita? Nonne magnus ille Dauid, cui occulta & abscondita sapientiæ suæ deus manifestauit, palam confiteretur inaccessibilem esse dei cognitionem, dicens: Mirabilis facta est scientia tua ex me, cōfortata est, & non potero ad ipsam. Esaias autem in speculatione maiestatis dei constitutus, quid de diuina essentia nobis declarauit: qui sanè in prophetia de Christo testatur dicens, Generationem eius quis enarrabit: Quid uero uas electionis Paulus, qui loquentem in se habet Christum, qui usq; ad tertium cœlum raptus est, qui uerba audiuit arcana, quæ nō licet homini loqui, quam nobis de essentia dei doctrinam dimisit: qui sanè ubi ad particulares dispensationis rationes inspexisset, uelut uertigine affectus propter imperuam speculationis uiam, illam uocem exclamauit: O altitudo diuitiarum, & sapientiæ & scientiæ dei, quam imperscrutabilia sunt iudicia ipsius, & imperuestigabiles uitæ eius. Si autem hæc hi qui ad mensurā cognitionis Pauli peruenierunt, assequi non possunt, quanta arrogantia est eorum qui essentiam dei se scire profitentur: Quos profectō libenter interrogauerim de terra in qua consistunt, & ex qua nati sunt, quid nam dicant, quam ipsius essentiam nobis exponant, ut si de his quæ humi sunt, & ante pedes sita, clare & indubitato nobis differant, tunc ipsi etiam de his quæ

his quæ supra omnē intelligentiā sunt, credamus. Quæ igitur est terræ essentia? quis comprehensionis modus? Respondeant nobis, utrum ratio aut sensus hanc assecutus sit? Et si quidem sensum dicent, quo sensu hæc cōprehensibilis est? uisu ne? at colores hic percipit, an tactu? at hic duricias & teneritudines, calidumq; ac frigidum & similia discernit, quæ nemo nisi ad extremam dementiam delatus essentiam dixerit. De gustu uero & olfactu quid attinet dicere: quorum alter saporum, alter uaporum perceptionem habet. Auditus autem sonos & uoces percipit, quæ res nullam habent cum terra societatem. Reliquum igitur est ipsos dicere, ratione essentiam ipsius se inuenisse: sed quali tādē? et quo loco in scriptura posita? à quo sancto tradita? Certè qui de creatione nobis differit, hæc genus nos docuit, quod in principio fecit deus cœlum & terram, terra autem erat inuisibilis & inornata: sufficere arbitratus, ut eum qui fecit ipsam & exornauit, prædicaret. Quæ uero esset essentia eius curiose inuestigare, uelut uanum & audientibus inutile reuelauit. Si itaq; neq; ex sensu testimonio, neq; ex rationis doctrina, cognitio ipsius constat, unde amplius dicent cōprehensionem ipsius adeptos esse? Nam quantum eius sensibile est, aut color est, aut moles, aut leuitas, aut grauitas, aut densitas, aut laxitas, aut durities, aut teneritudo, aut frigiditas, aut caliditas: aut saporum qualitates, aut figurarū differentia, aut magnitudo: ex quibus rebus nihil omnino essentia hi dicere poterint, etiam si omnia facile affirmant. Ratione uero rursus nulli sapienti & præstanti uiro perspecta est. Quis igitur amplius cognitionis modus reliquus est? respondeant nobis qui ea quæ ante pedes sunt, contemunt, cœlum uero penetrant, omnesq; supermundanas uirtutes, & ipsi primæ essentia per mentis intelligentiam coniunguntur. Sed uidetur arrogantia omnium humanorū uirtutum grauissimum esse, & reuera diaboli iudicio eos immittere quibus adeit. Vnde etiam hi neq; terræ quam pedibus calcant naturam, aut quæ sit noscunt, ipsam dei uniuersorū essentiam inuestigasse sibi arrogant. Et deus quidem sanctis suis, Abraam Isaac & Iacob, quorum etiam ob perfectionē omni in uirtutum genere, deus nominari uoluit, uelut egregium & maiestatem suam decens hoc esset, dicens se ipsum, deum Abraam, & deum Isaac, & deum Iacob, hoc enim nomen meum perpetuū est, inquit, & memorialē generationibus generationum. His itaq; inq; neq; nomen suum manifestauit deus, hædum essentia suam quæ sit reuelasset. Ego enim, inquit dominus, & uisus sum Abraham & Isaac & Iacob, deus existens ipsorū, & nomen meum nō manifestauit ipsis: tanquam maius uidelicet, q̄ ut humanæ aures capiant. At Eunomio, uelut apparet, non nomen solum, sed etiam ipsam essentia suam deus manifestauit: & rem adeo arcanam quæ nulli sanctorum manifestata est, ipse in libris suis cōscribens publicat, et apud omnes homines temere effudit. Et quæ quidē in promissionibus nobis reposita sunt, supra omnem humanā sunt cognitionem, & pax dei omnem mentis cogitationē excedit. Ipsam autem essentiam dei non admittit omnem mentem & omnem humanā cognitionem excedere. Ego uero arbitror non homines solum, sed omnem etiam rationalem naturā, ipsius comprehensionem excedere. Rationalem aut nunc creatam dico. Nam soli filio notus est pater et spiritui sancto. Nemo enim nouit patrem nisi filius. Et spiritus omnia scrutatur, etiam profunditates dei. Nemo enim nouit, inquit, quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui in ipso est: & quæ dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus qui est ex deo. Quid igitur eximium cognitioni unigeniti aut sancti spiritus relinquunt, si quidem ipsi essentia ipsius comprehensionem habent? Non enim potentia, & bonitatis & sapientiæ dei speculatione unigenito attributa, mediocrem ac cōpetentem sibi ipsis dabunt essentia cognitionem. Imò uice uersa uerisimile est, ipsam quidem essentiam omnibus imperuestigabilem esse, præterq; unigenito & spiritui sancto, ex operationibus uero dei nos perducit, & per creaturas creatorem intelligere, ut sic bonitatis ac sapientiæ ipsius intelligentiā cōsequamur. Hoc enim notum est de deo, quod omnibus hominibus manifestauit. Nam quæ apud theologos de essentia dei cōscripta esse uidentur, per tropologias aut etiā allegorias, ad alias sententias tendunt. Quare si quis citra examinationē, iuxta præoptam expositionē nudæ literæ instare contenderit, ad iudaicas & aniles fabulas deuolutus, inops penitus intelligentiæ de deo dignæ cōfitebitur: nam supra hoc quod materialem quandā essentiam dei intelliget, & in hoc impijs gentibus ac græcis cōparabitur, amplius etiam uariam ac cōpositam hæc opinabitur: quum electrinū quidem à lumbis usq; ad superna deum esse propheta narret, ex igne uero inferna cōflata esse. Qui aut non ad altiore intellectionē per literam ascēdit, sed

in ipsis corporalibus, descriptionibus permanet, & talē esse dei essentiā ab Ezechiele doctus est, is rursus ignem esse deū à Mose audivit, & à sapiente Daniele, ad alias opiniones perducitur; atq; sic nō falsas solū, sed etiam inter se pugnātes imaginationes ex litera colligere reperitur: proinde curiosa essentiā indagatio, uelut quā assequi nequeamus relicta, simplici admonitioni Apostoli credendū est, qui dicit: Credere enim oportet primū quod est deus, & q̄ inquirētib; ipsum remunerator existit: nō enim perscrutatio quid est, sed cōfessio quod est, salutē nobis efficit. Quandoquidē igitur demonstratū est, essentiā dei ab humana natura intelligi ac explicari penitus non posse, reliquū est ut de ingenito ipso dicamus, quid sit, & quomodo ipsum in deo uniuersorū speculemur. Reperimus itaque rem expēdentes, q̄ non in p̄scrutatioe quid est, ingeniti notio nobis succurrit, sed magis ut coactio sermone dicam, in p̄scrutatioe quomodo est. Quum enim mens nostra expēdit, an omnī deus causam aliquam superiorē se habeat, deinde nullā excogitare potest, uitam ipsius principio carentē, ingenitū appellat. Sicut enim in sermonibus de hominibus, quū dicimus, hic ex illo natus est: non quid est, sed unde natus est, exponimus. Sic in sermonibus de deo: uox ingenitus nō quid, sed à nullo ipsum genitū esse significat. Ceterum hoc modo clarius fiet id quod dico. Lucas Euangelista genealogiā dei & saluatoris nostri Iesu Christi exponens, & ab ultimis ad primos rediens, inceptit quidē à Ioseph, ubi autē dixit hunc Heli, hunc autē Mathan, atq; sic per resolutionē usq; ad Adam narrationem deduxit, deinde progressus ad superna, & loquutus Seth esse ex Adam, Adam uero ex deo, hic ascensum terminauit, nō essentiā enumeratū indicās, in uniuersiuusq; generationis enarratione, sed coherētia principia unde quisq; natus est, exponens. Quemadmodū igitur ille dixit, q̄ Adam ex deo, Sic nos interrogemus nos ipsos, deus autē ex quo? nōne promptū est cuiusq; menti respondere ex nullo? Ex nullo uero, est nimirū quod principio caret: quod uero principio caret, ingenitū est. Sicut igitur in hominibus nō erat essentiā, ipsum esse ex aliquo, Sic neq; in deo uniuersorū essentiā dicere possumus, ipsum in genitum, quod idem est uelut ex nullo. Qui uero id quod principio caret, essentiā esse dicit, consimile facit, uelut si quis interrogatus quā fuerit essentiā, & quā ipsius natura, respondeat non ex coitu uiri & mulieris, sed diuina manu efformatam esse. At nō modum quo ad substantiā productus est, quāro, dixerit quis, uerū ipsum materiale hominis subiectum, quod multū abest ut per tuam responsionē discam. Hoc autē etiam nobis cōtingit, qui ex ingeniti uoce magis quomodo deus est, q̄ ipsam naturam discimus. In summa, si quis uelit ueritatē eorum quā à nobis dicuntur perdiscere, seipsum perscrutē, quū de Deo aliquid cognoscere uolens, ad ingeniti significatum procedit. Ego enim uideo, q̄ uelut in uentura secula cogitationē extendentes, sine carentem dicimus, cui nullo fine uita terminatur. Ita etiā ad ea quę superiora omnibus seculis sunt cogitatione ascendentes, & in immensitatē uitę dei, uelut in uastū quoddā pelagus, intuentes, nullum principū à quo genitus sit apprehendere potentes, sed semp ultra omne quod intelligi potest, excedentem dei uitam cōsiderantes, hęc principio carentē uitam, ingenitū appellamus. Hęc est enim ingeniti significatio, non habere aliunde principū ut sit. Ille uero quoniā circa solū deum uniuersorū speculamur ingenitum esse, malignissime omnino ipsum rapuit in blasphemiam contra unigenitū. Quid enim progressus ait? Ingenitus autē quum sit, iuxta præmissam demonstrationē, nunq̄ sanē admiserit generationē, ut proprię naturę genitum participē faciat, effugeritq; utiq; omnē comparationē ac societate ad genitū. O impudentem & improbā blasphemiam. O occultū dolum, & uariam ac fraudulentā maliciam, q̄ exacte ex ipsis diaboli insidijs loquitur. Quū enim uelit demonstrare, inæquale esse deo & patri unigenitū filium & deū, patris quidē ac filij nomen silet, simpliciter autē de ingenito & genito differit. Et salutaris fidei nomina occultans, nuda blasphemię dogmata tradit: quo impietate in rebus denudata, deinde transitione ad personas fiēte, ipse quidem nihil blasphemū dixisse uideatur, uerū per orationis cōsequentiā constructā blasphemiam habeat. Ingenitus autē quum sit, inquit, effugerit utiq; omnē comparationē ac societatem ad genitū. Nō dixit pater & filius, sed ingenitus & genitus, & unū quidem est hoc ipsius eiuusmodi maleficiū. Alterū uero quale sit, cōsiderate. Ingenitus autē quum sit, nunq̄ sanē admiserit generationē, & infert, ut proprię naturę genitū participē faciat. Quod dixit, nunq̄ sanē admiserit generationē: duo significat. Alterū quod proprię ipsius naturę nō cōueniet generatio. Impossibile est enim ingenitā naturam sub generationē uenire. rum

rum quod generare nō admittit: in qua significatione hic usus est hac uoce: rapit autē uulgus ad prius significatū. Nam quod hoc est quod ipso cōstruitur, palam id quod inferunt ostendit: quū enim dixisset, nunquā sanē admiserit generationē, induxit, ut proprię naturę genitū participem faciat. Ad secundā enim significationē hoc cōsequens est, quod nō admittit ut pater fiat, ut ne proprię naturę genitū participem faciat. Qua impietate quid nam fieri possit p̄ciosius: Quis unquā tantā iniuriā in altum loquutus est? Ego enim timo ne & nos, dum alienas blasphemias per os assumimus, mētem nostrā inquinemus, & cōdemnationis ipsorū participes fiamus. Sed cōsolatur me id quod in euāgelij est, q̄ spūs sanctus Iudæorū in dominū blasphemiam, etiam posteris conscriptā, tradere nō auerfatus est, illorū blasphemiam per omne tempus notās, nō aliquā impollutā unigeniti maiestati blasphemiam affricans. Si itaq; nunquā admiserit generationē, ut proprię naturę participem faciat genitū, non est quidē pater deus, non est autē: sed præstat ut imperfectā blasphemiam relinquamus. Hic enim nō admiserit generationē. Ille uero nō participauit genitoris natura: postea cōtendit ipse secū, nouam blasphemię mitigationē excogitans, nō q̄ dicat aliquid cū pœnitentiā cōiunctū, sed posterioribus priora occultare cōtendens. Quid enim dicere ausus est: effugeritq; utiq; omnē comparationē ac societate ad genitū. Si uero non est cōparatio filio ad patrē, neq; societas ad genitorē, mēdaces sunt apostoli, mendaciā sunt euangeliā, ipsaq; ueritas dñs noster Iesus Christus. Sed ego rursus horreo ob blasphemiam, quam quisq; facile intelligit. Si enim nullā habet cōparationem ad patrē, quomodo dixit Philippo: Tātō tempore uobiscū sum, & nō uidiſti me Philippe? Et, qui uidet me, uidet eum qui misit me. Nam eum qui neq; cōparationem admittit, neq; societatem aliquā ad ipsum habet, quomodo in seipso filius ostendere potuisset? Non em̄ per dissimile & alienū apprehenditur id quod ignoratur, sed per familiare familiare cognosci solet. Sic in medio sigillo, eius qui signauit figura cōspicit, & per imaginē exemplaris cognitio contingit, cōparantibus uidelicet nobis in utroq; identitatē: quare per unā hanc blasphemiam omnes reprobatur uoces à sancto spiritu ad unigeniti glorificationē traditas: quū euangeliū doceat, hunc pater signauit deus: et Apostolus, Qui est imago dei inuisibilis. Imago non inanimata, neq; manufacta, neq; artis & industrię opus: sed imago uitę, imō potius ipsa p̄ se uita, nō in figurę similitudine, sed in ipsa essentiā identitatē nihil euariantem conseruās. Ego enim in forma dei esse, idem ualere sentio, atq; in essentiā dei esse. Sicut enim formā assumpsisse serui, in essentiā humanę naturę dominū nostrum natum esse significat: Sic quum dicit, in forma dei esse, diuinę essentię proprietatē penitus declarat. Qui uidit me, inquit, uidit & patrē. Hic uero abalienās unigenitū à patrē, & penitus rescindens à societate ad ipsum, contingētē per ipsum ascensum ad cognitionē, quantū in se est intercipit. Omnia quę cūq; habet pater, mea sunt, inquit dñs. At Eunomius nullam societate esse dicit patri cū eo qui ex ipso est. Et sicut pater uitā habet in seipso, sic dedit filio uitā habere in seipso. Hoc ab ipso edocui sumus dño, ab Eunomio uero quid nullam esse comparationē genito ad genitorē. Et in summa, per unā hanc uocē, & imaginis rationē tollit, & splendore esse ac characterē substantię reprobatur. Neq; enim fieri potest ut imaginē intelligas eius cui nihil cōparari potest, neq; ut splendor sit eius qui nihil commune ac sociū habet secundū naturā. In eadem porro specie artificij p̄seuerat, dum dicit, ingenito nō esse ad genitū comparationē, nō patri ad eum qui ex ipso est, quo quā his uocibus inesse oppositionē ostenderit, eam ad ipsam patris ac filij essentiā transferat. Ceterum ut ne oēs ipsius blasphemias p̄sequentes, & singula quę dixit cōfutare conātes, longius orationē extendamus, quę quidem manifestā habent impietatē, et legentibus per se manifesta sunt omittemus. Quę uero ratione aliqua opus habent ad hoc ut redarguatur, ea apponemus. Nam ubi uarijs modis, nullā esse essentię patris ad filiū societate adstruxit, & undiquaq; absurditatē, uelut ipse putat, ostēdit: ita infert. Non em̄ profectio hoc dicere possumus, q̄ cōmunis quidē est ambobus essentiā, ordine uero & temporis prærogatiuis, ille primus est, hic uero secundus, quādoquidē sanē in his quę prominent, præminentię causam adesse oportet: essentię autē dei, non coniunctū est tempus, nō æritum, non ordo. Nam & ordo ordinatē posterior est. Nihil autē eorū quę dei sunt, ab altero ordinatum est: & tempus stellarū qualis quidā motus est. Stella uero nō solū ingenita essentiā, & omnibus intelligibilibus, sed ipsis etiā primis corporibus posterius facta sunt. De quo autē quid dicere oportet: quū ipsa scriptura palam pronūciat, ante secula esse deū. Quū

constituerit sibi ipsi in oratione quæ uoluit, & ea quæ ad constituta argumenta conferuntur, assumpserit, deinde quæ seipsum ad absurda detulit, necessarium hinc arbitratur propriorum dogmatum successione ostendere. Dicit enim, non profecto hoc dicere possumus, quod communis quidem est ambobus essentia, ordine uero & temporis prerogatiuis, ille primus est, hic uero secundus. Si quidem igitur communitatem essentiam sic intellecta dixit, uelut ex materia præexistente, distributione quandam secundum diuisionem, in ea quæ ab ipsa sunt, intelligat, neque ipsi hanc sententiam susceperimus, absit: & qui hoc dicit, si tamen aliqui sunt, nihil minus ipsos impios esse his qui in æqualitate producant, pronunciamus. Si uero quis sic accipiat essentiam communitatem, ut essentiam rationem unam eandem in ambobus speculetur, & ut si, uerbi gratia, pater lux subiecto intelligatur, lucem etiam unigeniti essentiam confiteatur: & quacumque tandem quis reddat de patris essentia rationem, eandem etiam filio accommodet: si sic essentiam communitatem accipiat, suscipimus, & nostrum esse dogma dicemus. Iuxta hoc enim & deitas una, nimirum si secundum essentiam rationem unitas accipitur: ut in numero quidem differentia sit, & in proprietatibus utrunque delineantibus, uerum in deitatis ratione, unitas consideretur: proinde quum determinatum sit, quomodo essentiam communitatem accipere oportet, ea quæ deinceps sequuntur, expendamus, quam ad præcedentia coniunctionem habeant. Ordine uero, inquit, & temporis prerogatiuis, ille primus est, hic secundus. Quæ est necessitas, ut in quibus communis est essentia, ea ordini subiecta sint, & tempore sint posteriora? Non enim possibile est, ut uniuersorum deus non ab æterno adsit imagini suæ citra temporis intercessionem resplendescenti, & non solum ultra tempora, sed etiam ultra omnia secula, coniunctionem habeat: ob hoc enim splendor siue resplendescencia dicitur, quo coniunctionem intelligamus: & substantiam character, ut coessentialē discamus. Sed & ordo alius quidem naturalis est, alius artificialis. Naturalis quidem uelut creaturarum, iuxta creandi rationes dispositus. Item uelut numerabilium positio, & causarum ad causata habitus, ita ut illud prius confiteamur, etiam ipsius naturæ factorem & opificem deum esse. Artificialis uero & excogitatus, uelut qui est in structuris, & disciplinis, & dignitatibus, & numero, & huiusmodi. Horum itaque priorum quum occultasset Eunomius, secundæ ordinis speciei mentionem fecit, & dicit, non oportere dicere in deo ordinem esse: quoniam ordo posterior sit ordinati. Illud uero aut non intellexit, aut uero occultauit, quod est quædam ordinis speciei non ex nostra positione consistens, sed ad naturam consequentiam conueniens, uelut igni ad lucem quæ ex ipso est. In his enim priorum causam dicimus, posterius uero id quod ex ipsa est: non interuallo hæc inter se disparantes, sed ratione causam priorem causato intelligentes. Quomodo igitur rationi consentaneum est in his negare ordinem, in quibus est prius & posterius, non nostra positione, sed ex naturali in ipsis existente consequentia? Quæ igitur gratia ordinem in deo reprobatur? Arbitratur si ostenderit nequaquam aliter prius intelligi, se habiturum consequens, in ipsa essentia præminentiam ostendi. Nos uero iuxta habitum quidem causarum ad ea quæ ex ipsis sunt, filio patrem prepositum esse dicimus. Verum iuxta naturam diuersitatem, non item, neque iuxta temporis excessum: alioqui etiam patrem esse deum negabimus, quum essentiam alienitas naturalem reprobet coniunctionem. Quandoquidem uero etiam ad temporis naturam nobis definiendam sapiens ille in omnibus delatus est, hinc quoque ipsius constantiam ac mentis perspicacitatem uideamus. Tempus itaque qualem quandam stellarum motum esse dicit, solis uidelicet & lunæ ac reliquarum, quæ uim habent ut per se ipsas moueantur. Itaque interuallum a creatione cæli & terræ, usque ad creationem stellarum, quid nam eximius ille sublimium rerum speculator esse pronuntiabit? Nam qui mundi creationem uirtute spiritus descripsit, quarta die magna illa luminaria ac reliquas stellarum productas esse dicit. Tempus non erat, uelut apparet, in superioribus diebus. Non enim mouebantur stellæ: quod enim mouerentur quæ nondum productæ erant? Rursus quando bellum aduersus Gabaonitas gerebat Iesus Naue, quoniam immobilis sol manebat precepto ligatus, & luna in loco stabat, tempus tunc non erat. Quomodo igitur illud diei spatium nominabimus: quæ appellationem excogitabis? Si enim temporis natura defecerat, æuū uidelicet pro eo successit. At æuū paruam diei partem appellare, quem demeritum excessum non excedit? Verum uidetur ex multa ingenij sagacitate, diem & noctem, in quali quodam stellarum motu fieri putare, has autem temporis partes esse, unde tempus stellarum qualem quandam motum pronuntiavit, neque hoc ipsum intelligens quod dicit. Non enim qualem, sed quantum magis congruum erat dicere, si modo id dicere oportet. Sed quis adeo penitus mente puer

puer est, ut ignoret dies & horas, & menses, & annos, temporis mensuras esse, non partes. Tempus autem est spatium quod una cum mundi constitutione coextenditur, quo omnis motus mensuratur siue stellarum, siue animalium, siue cuiuscumque rei quæ mouetur, iuxta quod dicimus aliud alio uelocius aut tardius esse: uelocius quidem, id quod minore tempore amplius spatium transit; tardius uero, quod minus longiore tempore mouetur. Ille uero quoniam in tempore stellarum mouetur, temporis ipsas esse opifices pronuntiat. Proinde iuxta sapientissimi illius rationem, quum etiam scarabei in tempore mouentur, definiemus tempus esse qualem quandam scarabeorum motum. Nihil enim ab hoc differt id quod ab ipso dicitur esse, excepta sententia uerborum dignitate. atque hæc quidem huiusmodi sunt, considera autem & quæ deinceps sequuntur. Atqui, inquit, neque possibile est essentiam dei inesse, uelut speciem, aut molem, aut quantitatem, propterea quod penitus liber sit deus ab omni compositione. Si uero horum et similia aliquid essentiam dei complicatum cogitare, neque est, neque fuerit unquam pius, quæ ratio amplius concedet genitiam essentiam ad ingenitam assimilare: quum similitudo, aut comparatio, aut societas secundum essentiam, nullum excessum aut differentiam relinquat, sed æqualitatem palam faciat, cum æqualitate uero, ingenitum esse eum qui assimilatur aut comparatur definiat. Nemo enim adeo stolidus est & ad impietatem audax, ut æqualem patri filium dicat, quum ipse deus palam dixerit, pater qui me misit maior me est. Et rursus paulo post. At quod uniuersorum deus ingenitus sit et incomparabilis, pluribus omissis, ea quæ relata sunt ad demonstrationem sufficienter arbitror. Quum improbum aliquem sermonem attingere uult, quædam quæ conceduntur assumit, quo per horum sinceritatem, etiam de reliquis sibi fidem parat. Neque, inquit, possibile est essentiam dei inesse, neque speciem, neque molem, neque quantitatem, propterea quod penitus liber sit deus ab omni compositione. Et hæc uero quidem sincerus est, uerum in sequentibus in seipsum redit. Nam uelut necessarium ad prædicta consequentem blasphemiam coniungit dicens, Si uero horum & similia aliquid essentiam dei complicatum cogitare, neque est, neque fuerit unquam pius, quæ ratio concedet genitiam essentiam ad ingenitam assimilare: Qualem consequentiam hæc inter se habent: Si incompositus est deus, non fieri posse ut filius similitudinem ad ipsum suscipiat. Dic mihi nonne etiam tu filium similiter dices, neque speciem, neque molem, neque quantitatem in se ipso habere: & penitus a compositione liberum esse? Ego enim ne si insania quidem correptus es, ses, ausurum te esse puto ut aliud quid dicas filium, quam incorporeum & specie & figura carentem, & omnia quæ de patre dicere possis. Quomodo igitur non pius est, eum qui speciem non habet, speciem non habenti comparare: & eum qui quantitatem non habet ei qui ipsam non habet: & in summa, incompositum incompositum? Ille uero similitudinem in specie ponit, et æqualitatem in mole, quantitatem autem quid præter molem esse putet, ipse sane sincerius exposuerit. Quæ propter neque æqualis, inquit, neque similis, quoniam et quantitatis et speciei ac qualitatibus exorsus est. Ego uero iuxta hoc ipsum similitudinem pono. Nam sicut pater ab omni compositione liber est: sic etiam filius simplex omnino et incompositus. Et similitudinem non iuxta speciei identitatem, sed iuxta ipsam essentiam considerari arbitror. Quibus enim forma & figura circumdata est, his iuxta speciei identitatem similitudo est. Verum specie ac figura carentem naturam, in ipsa essentia similitudinem habere consequens est: & æqualitatem non in molis dimensione, sed in potentie identitate. Christus inquit, dei potentia et dei sapientia, tota uidelicet paterna potentia in ipso sita. Unde quæcumque patrem facere uidet, ea etiam filius similiter facit. At similitudo inquit, aut comparatio, aut societas secundum essentiam, nullum excessum aut differentiam relinquens, æqualitatem palam efficit. Quomodo nullam differentiam relinquit, neque eam quæ causis inest ad ea quæ sunt ex ipsis? Deinde inducit, Quis adeo stolidus est, aut ad impietatem audax, ut æqualem patri filium dicat? Ad hæc dicamus ipsi illa prophete uerba: A specus meretricis est tibi, impudens factus es ad omnes. Illæ enim sua opprobria honeste uiuentibus affricant. Et hic eos qui maiestatem unigeniti magnificare cupiunt stolidos appellat, & ad impietatem audaces, eadem ægreferens, ob quæ Iudæi exacerbabantur dicentes tunc: Aequalem seipsum facit deo, quantum illi magis quodammodo uidebatur id quod consequens est uidere (nec mirum alicui id quod dico uideatur) Indignabantur enim quod patrem suum dicebat Deum, quod consequens est a seipsis colligentes, quod per hoc æqualem seipsum deo faceret, uelut necessarium sequeretur ad hoc quod patrem haberet deum, quod æqualis ipsi esset. Eunomius uero prius illum concedens, posterius negat. Et ipsa demum uocem præterdit qui dixit: Pater qui misit me maior me est. Apostolum uero dicentem non audit,

quod non arbitratus est esse rapinam, se aequalem esse deo. At qui si secundum tuam rationem, ingenitum esse essentia esset, uoluisset aut praeminentiam iuxta essentiam ostendere, dixisset utique ingenitum maiorem esse. Vestra autem ratio est, quod patris appellatio operationis, & non essentiae significatiua est. Maiorem igitur filio patrem dicentes, maiorem opere ipsam operationem dicitis. Omnis profectio operatio his quae ex ipsa fiunt mensura congruit, & magna quidem magnorum operum est, parua uero minorum. Proinde maiorem filio patrem iuxta hanc rationem confiteri, nihil aliud est quam operationem incongruam operi censere, et dicere frustra deum ad operationis magnitudinem commotum esse, quum non potuerit operationi adaequare effectum. Quare alterum ex duobus necessario consequetur, aut non significare patrem operationem, sed essentiam: atque sic excogitata ab ipsis similitudinis ratio expungetur, quum filium patri hoc est operationi similem censeant: qualem enim uoluit pater, inquit, talem fecit, qua ratione etiam uoluntatis imaginem nominant. Aut si hoc conseruant, ut dicant patrem maiorem non esse. Nam omnis operatio, nulla externa re obstante, congrua est proprijs effectibus. Atque haec ad confutandam ipsorum in dogmatibus concordiam dicta sunt. Illud uero cui obscurum est, quod maius aut iuxta causae rationem, aut iuxta potentiae redundantiam, aut iuxta dignitatis praeminentiam, aut iuxta molis siue magnitudinis excessum dicitur. Iuxta magnitudinem igitur non acceptam esse uocem maiorem, tum hic ipse in superioribus, asseruit, tum ipsa res sic se habet. Quando quidem in magnitudinibus maius tantum est quantum minus, et adhuc amplius. Quae uero incomprehensibilia sunt magnitudine, imò potius magnitudine ac quantitate penitus carent, ea quis inter se diuertitur: Quorum uero impossibilis est comparatio, quo modo in his quod excedit cognosci possit? Potentia uero dicere deficere Christum, qui est uirtus & potentia dei, ualde per se est, & eorum qui neque domini uocem audierunt, qui dixit: Ego & pater unum sumus: et uocem unum pro equali iuxta potentiam accepit, uelut ex ipsis euangelij uerbis ostendimus. Quum enim dixisset de his qui crediderunt: Nemo rapiet eos ex manu mea, & pater qui dedit mihi maiorem omnibus, est, & nemo potest rapere ex manu patris mei, induxit: Ego & pater unum sumus, palam unum pro equali & eodem iuxta potentiam accipiens. At uero si thronus dei uelut nos credimus dignitatis nomen est, sedes filio à dextris patris decreta, quid aliud quam dignitatis aequalitatem significat? Quin & dominus in maiestate patris se uenturum promittit. Reliquum itaque est iuxta causae rationem uocem maius hic dici. Nam quoniam à patre principium est filio, iuxta hoc maior est pater, uelut causa & principium. Quapropter & dominus sic dixit: Pater meus maior me est, eo quod pater est uidelicet. Patris autem uox quid aliud significat quam causam & principium eius qui ex ipso genitus est. In summa uero, etiam iuxta uestram sapientiam, essentia essentia maior aut minor non dicitur. Quare & iuxta illos ipsos, & secundum ueritatem ipsam, nullo pacto praeminentiam secundum essentiam proposita maioris uox significat. Nec uero iuxta molem hic ipse patrem maiorem dixerit, qui sane pronunciauit, nullam quantitatem circa deum suspicari oportere. Restat igitur is qui à nobis dicitur est maioris modus, principij dico ac causae. Itaque aggressio blasphemiae ipsius iuxta maioris uocem talis est. Illud autem admiratione dignum est, quum in breui adeo ad contrariissimos sermones circunuertatur, uelut caecitate quadam animae oculos caecus, quod pugnam in dicitis intelligere non potuit, ut conspicuus fiat adeo à pace dei alienus esse, quam dominus noster legitime et citra dolum in ipsum credentibus reliquit dum dixit: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: ut non cum alijs solum, sed etiam ipse secum pugnet. Quum enim maiorem dixerit deum et patrem unigenito filio, & eis qui aequalem dicunt infantiam obiecerit, tanquam ipse demonstrationes habeat huius rei quibus contra dici non possit: paululum progressus qualia scribit considerate. At quod uniuersorum deus ingenitus sit & incomparabilis, pluribus omissis, ea quae relata sunt ad demonstrationem sufficere arbitror. Interrogetur itaque, si incomparabilis est deus, unde praeminentia ipsius deprehensa est: maius enim ex comparatione ad ea quae exceduntur consideratur. Quomodo igitur idem & maior est et incomparabilis? Verum ut diuersam dei essentiam ab unigeniti essentia ostendat, uocem maius comparatiue dictam ad essentiae diuersitatem accepit. Quo uero rursus ad creaturae aequalitatem unigenitum deducat, incomparabilem esse patrem sancit, nouam quandam ac reuera incomparabilem uiam blasphemiae excogitans, in hoc quod simulat se exaltare ac extollere deum et patrem, unigeniti filij et dei gloria imminuens, quum ipse dominus testet ac dicat: qui non honorat filium, non honorat patrem, et qui me contemnit, non me contemnit sed eum qui me misit. Ceterum

Ceterum inimicus ueritatis qui operatur in ipsis ut talia dicant ac scribant, nouit illud, quod si ipsos ad gloriae unigeniti cognitionem excecauerit, etiam ipsius dei ac patris cognitionem simul auferet, ut etiam si uideantur praeminentias quasdam deo & patri tribuere, nulla ipsis inde utilitas emergat, ut qui cognitione utae ad ipsum ducentis sint priuati. Nam & Iudaei se glorificare deum putant. Et Graecos ac gentes audias magnam quid de deo dicere: attamen nemo dixerit ipsos magnificare deum, absque fide in Christum, per quem ad ductio et accessus cognitionis contingit. Incomparabilem igitur dicit deum, ut creaturae aequalem esse filium ostendat, in eo quod similiter à gloria patris absit. Nam quae aequali exceduntur mensura, aequalia inter se necessario sunt. Tantum autem exceditur iuxta huius rationem à deo & patre unigenitus filius, quantum etiam alia singula. Tale est enim incomparabile, quod omnibus aequaliter inaccessibile est, & nemo assequi potest. Si uero aequaliter cum alijs à patre abest, aequalis illis est cum quibus abest. Quid igitur hac blasphemia deterius dixerint Iudaei: quid uero magis impium gentes dicere audiamus? & non erubescunt qui uerbum dei proferre se fingunt, Iudaeis ac gentibus grata ac usurpata dogmata praetendere. Si enim non comparatur patri, sicut neque angeli, neque coelum, neque sol, neque terra, neque singula in ipsa animalia ac plantae: quomodo diuersitatem habebit ad proprias creaturas? unde ipsi ad genitorem coniunctio: Ego, inquit, & pater unum sumus: rursus enim eiusdem dicti mentionem faciemus. Hoc dic mihi nonne comparatis seipsum uerbum est? quid dico comparantis? imò uidentis ut ita dicam, & naturae identitatem hinc declarantis: Hic uero incomparabilem esse deum pronunciat. Et bonitas quidem dei ac saluatoris nostri Iesu Christi, homines quantum capaces sumus, per studium ac exercitationem bonorum operum, ad similitudinem ad deum uniuersorum adducit, dum inquit, Sitis perfectus, sicut & pater uester coelestis perfectus est. Hic uero unigenitus, coniunctio ex natura ipsi ad genitorem existente, quantum in ipso est, priuat. Quamquam & haec ratio ipsi in contrarium circumuertetur. Si enim incomparabilis est pater, unde acceptas inaequalitatis ac dissimilitudinis demonstrationes exhibebit. Si quidem enim ex collatione essentiarum inter se, dissimilitudinem se comperisse dicit, quomodo incomparabilis est qui talis est? Si uero omnino non comparatur, quomodo diuersitatem cognoscere potuit? Sic uidetur malum non solum bono contrarium esse, sed etiam ipsum sibi ipsi.

DIVI BASILII MAGNI CONTRA APOLOGETICVM EUNOMII
Euersorius liber II, Iano Cornario interprete.



Quum igitur in sermonibus de deo uniuersorum praestruxerit, quantum eius fieri potuit, in filium dei blasphemias, deinceps ipsi unigenito deo linguam immisit. Quid enim, inquit, & unus filius, unigenitus enim, de quo poteramus quidem sanctorum uoces apponere, per quas filium & genituram & creaturam praedicant, per nomen diuersitates, etiam essentiae diuersitatem declarantes, atque sic à curis ac negocijs liberi esse. Verum propter eos qui corporalem natiuitatem accipiunt, & aequiuocationibus offenduntur, necessarium fortassis est etiam de his, breuibus dicere. Haec quidem Eunomius, ego uero si quidem sic oportet de tota oratione sentire uelut de figmento, qualia in scholis uanitatis ad declamandum proponuntur adolescentibus, quo res falsa uerisimilis appareat, nam & illorum omnia consimiliter adhibita pugnae similia uidentur. Pugna uidelicet contra accusatores non extantes, & apologia ac responsio ad accusationem non praedictam, et oratio ad iudices nosque parentes. Si sic oportet, inquam, etiam haec audire, & ipse hanc inquisitionem omitto, et oes admoneo ut nihil ex relatis curiosius inuestigent. Si uero maius est promissum, et multis oborta est suspicio, esse quandam apud ipsum ueritatis curam, omnino necessarium est ut singula dicta per uiribus confutemus. Quis uero expediti modus iustior fuerit, quam ut doctrinis à spiritu nobis datis orationem comparantes, quod quidem illis consonum repererimus, id suscipiamus: ei uero quod contrarie se habet, fidem derogemus, & uelut hostem id ipsum fugiamus? Primum itaque illud ostendat, qui sancti genituram & creaturam Christum appellarunt, quas scripturae uoces habeat ad demonstrationem. Si enim beati Petri uoci in actibus Apostolorum conscriptae innititur, ubi dicit: Sciat tota domus Israel, quod dominum ipsum et Christum fecit deus, hunc Iesum quem uos crucifixistis, primum quidem nihil quoniam coniunctum

confundum habet hoc testimonium. Nam quum promiseris se ostensurum esse, à sanctis creaturam filium dictum esse, testimonium exhibet de Deo & patre quod fecit. Nō enim illud sanè dixerit, quod licet ipsi in sermonibus de tantis rebus, ad additiones quasdam adriuationes & effectiones nominū excogitare. Si enim etiam ociosi uerbi pœnas in die iudicij dabimus, multo minus si de tantis rebus quicquid nouamus, sine supplicio nobis remittetur. Fortassis enim hoc quidem uelut decorū ut de Deo dicatur, à diuina scriptura edocimus. Illud uerò non conuenire unigenito, per hoc quod cōticitur, spiritus sanctus ostendit. Quomō igitur tutū est uocem fecit ad aptādo, creaturā siue facturam dicere creatorē uniuersorum; Si enim conueniens ipsi esset talis appellatio, nō utiq; à spiritu silentio præterita esset. Verū de creatura quidē reperimus à uerbo fecit, facturā siue creaturā transumptam appellationē. De filio uero dei, nō item. In principio enim deus fecit cœlū & terrā. Et rursus, In operibus siue factis manū tuarū exercebar. Et rursus, Inuisibilia enim ipsius à creatione mundi, dum per creaturas intelliguntur, cognoscuntur. Sic sanè in quibuscomodū est hoc nomē scriptura usurpans, de dño et saluatore nostro Iesu Christo, uelut nō decens gloriæ eius maiestati, cōticitur. Et aliam quidē, ac lapidē angularē, et lapidē offensionis, & petrā scādali, et alij eiusmodi nominibus, in quibus nō multū laudis esse uidetur his q̄ nominū significationes nō assequuntur; dominū gloriæ appellare nō erubescit. Creaturam autē nūquā penitus nominauit. Atqui hic ab ipsiis sanctis hoc nomē se accepisse dicit, quo non solū sui seculi homines, sed etiam sanctos qui olim fuerunt, calumnijs inuoluat. Porro præterq; quod nō oportet, propter periculositatē, talia audere, & nomina de domino à seipso transformare; amplius neq; ipsa Apostoli sententia, substantiā unigeniti ante secula nobis declarat, de qua nobis in præsentī sermo est. Neq; enim de essentia ipsa dei uerbi, quod in principio erat apud deū, sed de eo qui seipsum exinaniuit in forma serui, & factus est cōformis corpori humilitatis nostræ, & crucifixus est ex imbecillitate, palam uerba facit. Atq; hoc omnibus notū est, qui uel parum apostolicæ dictionis uoluntatem nouerūt, quod nō theologiæ nobis modū tradit, sed dispensationis rationes declarat. Dominū enim, inquit, & Christum ipsum Deus fecit, hunc Iesum quē uos crucifixi istis demonstratiua uoce in humanitatē ipsius, & quod omnibus uidebatur, tantum nō palam incumbens. Hic uerò uocem fecit, ad generationē unigeniti à principio transfert, & neq; illud ipsum compescit, q̄ dominus non essentia sed potestatis nomē est. Quare qui dixit dñm ipsum & Christum deus fecit, principatū & dominū à patre ipsi cōmissum dicit, nō accessum ipsius ad esse exponit. Hęc quidem igitur paulo postea ostendemus, quū redarguemus ipsum p̄ter uoluntatē spiritus testimonia scripturę adducere. Nunc uerò ad coherentē orationem pcedamus. Quid igitur uult ipsi nomen hoc et cur tandē creaturam uniuersorū creatorē appellare conatur? Falso cōmentio decepit seipsum, et putat cum nominum diuersitatibus etiam essentia diuersitatē simul apparere. Atqui q̄s prudens uir hanc rationi accesserit, quod quorum nota sunt diuersa, eorū etiā essentias diuersas esse necessitas; Petri enim et Pauli, & in summa omnium hominū appellationes quidē sunt diuersæ, uerū essentia omnium una; quapropter in plerisq; iisdem inter nos sumus, proprietatibus uerò solum quæ citra unūquemq; considerant, alter ab altero differimus. Vnde etiā appellationes, nō essentias significant, sed proprietates quæ singulos delineant. Quū itaq; audimus appellari Petrum, non essentia ipsius ex nomine intelligimus (essentiam autē nunc dico materiale subiectū, quod nequaquā eo noīe significatur) sed proprietatem quæ circa ipsum consideratur notionē animo cōcipimus. Statim. n. ex hac uoce intelligimus Petrum filium Ionæ, ex Betsaïde, Andree fratrem, qui de piscatoribus ad apostolatus functionē uocatus est, qui per fidei excellentiā, ecclesię ædificationē in seipsum suscepit, quorū omnium nihil est essentia, quæ uelut substantia intelligitur. Quare nomen, figurā quidem Petrino his determinat, ipsam uerò essentia nequaquā proponit. Rursus ubi audimus nominari Paulum, aliarum proprietatū concursus intelligimus, Tarfensem, hebræum, secundum legem pharisæum, Gamalielis discipulum, iuxta æmulationē ecclesiarum dei psequutorum, ex horrenda uisione ad cognitionē perductū, apostolū gentium. Hęc enim oīa una Pauli uoce circūscribuntur. Atqui si uerum esset, q̄ quorū nomina diuersa sunt, eorū etiā essentia cōtrario modo se haberet: oportebat sanè et Paulū et Petrū et in summa oēs homines diuersæ inter se essentia esse. Quū uerò nemo ita ignarus, et cōmunis naturæ impius est, ut ad

ut ad hoc dicendum animum inducat. Ex luto enim, inquit, efformatus es tu, sicut etiam ego: nihil aliud quàm eandem essentiam omnium hominū esse, sermone hoc significanter mendax profectō est qui ad nominum diuersitatem, essentia diuersitatem sequi comminiscitur. Non enim natura rerum nomina sequitur, sed posterius rebus nomina inuenta sunt. Si enim hoc uerum esset, oportebat etiam eorum unam & eandem essentiam esse, quorum eadem sunt appellationes. Igitur quoniam secundum uirtutem perfecti, dei appellatione digni facti sunt, cōessentialia sanè deo uniuersorum homines ipsi fuerint. At sicut hoc dicere manifesta insania est: sic etiam ille sermo ex eadem dementia dependet. Manifestum itaq; ex relatis est, quod etiam in patre ac filio, nomina non essentiam declarant, sed proprietates indicant. Nullū igitur locū habet is sermo, qui ex nominum diuersitate essentiarū contrarietatem introducit. Hoc modo autē præ omnibus seipsum euerterit. Si enim differunt creatura, & genitura, diuersæ erunt unigeniti essentia, ad nominum diuersitatem consequentes. Si uerò hoc dicere delirantium est, certe neq; illud eorum quidem sibi constant. Hic uerò confingit etiam se innumeras habere demonstrationes, q̄ filius à sanctis factura siue creatura appellatus sit. Verum uelut ad alia quaedam potiora festinans, in præsentī scilicet mentionē differt. Est autē et hæc artificiosa ac uersuta malicia, quod ubi oratione destituitur, silentium se præferre dicit. Si enim uel umbram testimoniū habuisset, quod unigenitū creaturā dicit, nonne obscuruissent iam aures nostræ ex iactantibus ostentatione? Deinde dicit, propter eos qui corporalem natiuitatē domini accipiunt, & æquiocationibus offenduntur, necessariū sibi esse etiam de his, breuibus dicere. Atqui quid uetabat, ut postq; scripturarū testimonijs orationē suam confirmasset, sic ad debiliorem correctionē deuenisset, & detrimentū ex æquiocatione mitigasset, si modū ullum aliquod unū quibusdā accidit aut accidet? Quis enim a deo carnea mente præditus est, & sacre scripturæ imperitus, ut quū audiat nominari diuinā natiuitatē, ad corporales imaginationes deferatur: in quibus est cōplicatio masculi ad foeminā, & cōceptio in utero, & effigatio ac formatio, & debitis temporibus progressus in lucē. Quis a deo brutus, ut quū audiat deum uerbum ex deo pgressum, et audiat sapientiā ex deo genitā, ad corporis affectus cogitationibus delabatur? Sed et hæc figura uerborū bona specie prædita unā cum alijs ab ipso excogitata est, ut cōmiserationis gratia erga imperitos fratres, hunc docendū laborē suscepisse uideat, & corporales quidē suspiciones ob hanc appellationē accedentes, corrigat scilicet: at uerò detrimenta ex eo orientia quod dñs creatura nominatur, non auersat. Atqui is qui corporalē esse natiuitatē imaginatur, ad materiales utiq; generatiōis modos deduci poterit. Non enim profectō partitionē quandā, & transitū, & fluxum essentia generati, ex generati uoce is qui debilis est intelligit, materiā uerò extrinsecus ex nihilo ad creaturā, uelut uos dicitis, substantiā inducā suspicari, animū non inducet. Quæ igitur gratia ægrotas fratrum cogitationes ex dimidio sanat, & eorū qui corporalē suspicantur natiuitatē curam gerens, eos qui creature appellatione offendunt negligit? Quoniam genitū esse, dogmatibus suis cōtrarium nouit, quū genitus penitus cōiuncte se habere debeat et citra diuersitatē ad genitorē: uerum creatū esse, cōsonū ac auxiliare suis argumentis, propterea q̄ alieni et peregrini ac penitus nihil cōiuncti ad creatorē, notionē ac intelligentiam pponit. Deinde ad hæc addit dicens: Geniturā itaq; filiū dicimus iuxta scripturarum doctrinā, non aliud qd essentia intelligētes, aliud uerò quid præter ipsam, id quod significat, sed ipsam esse substantiā quā nomē ipsum significat, quū uere cōgruat essentia illa appellatio. Et in his aduersus ueritatē palā pugnat, sibi ipsi tamē cōsona dicit. Quæ admodum. n. in superioribus, ingenitū esse, in deo uniuersorū essentia ipsius significationē habere decernebat: ita etiā hic, geniturā essentia filij significare dicit, quo in geniti ad ingenitum oppositione, unigenitum contrario modo se habere ad patrem, iuxta ipsam essentiam, ostendat. Quapropter sancit uerba extra usum diuini spiritus existentia, genituram filium nominans. Vnde hoc accepit ex qua doctrinā ex quo propheta ex quo apostolo qui hanc cognominationem de ipso prædicauit: Ego enim nusquā in scriptura sic positam hanc uocem reperio, atqui non aliunde quàm ex spiritus doctrina, has appellationes se accepisse hic gloriatur. Parum enim ipsi esset si cum hominibus certamen iniret, nisi & ipsum spiritum temere impeteret. Genuisse equidem patrē multis ex locis docemur: genituram autē esse filiū nondū in hunc usq; diem audiuimus. Puer enim, inquit, natus est nobis, filius

filius etiam datus est nobis, cuius principium in humero ipsius. Et uocatur nomē ipsius, non genitura, sed magni consilij angelus. At uerò si genitura essentiae significationem haberet, non aliud utiq; nomen à spiritu edocēti essemus: quam quod essentiam ipsius palam declarare posset. Et rursus Petrus qui propter ueritatis agnitionem, beatificationibus illi dignus factus est, non dixit, Tu es genitura, sed tu es Christus filius dei uiui. Et Paulus quum omnia sua scripta filij appellatione impleuerit, nusquam genituram mentionem fecisse reperietur, id quod hic ex multa confidentia uelut qui ex diuino auditorio acceperit profert. Neq; enim hic permittendum est ipsi, ut uocem genuit de patre positam, transmutet ac transformet, & genituram filium dei appelleret. Non enim conuenit, ut is qui diuino timore eruditus est, facile ad hoc profiliat, quod ex uerborum consequentia apparuerit, sed ut cōtentus sit nominibus in scriptura positis, inq; his perseueret, atq; per ipsa glorificationem uelut deo conuenit absoluat. Nam si hi qui ab initio hebraicam linguam in graecam transtulerunt, quorundam nominum interpretationem aggredi non sunt ausi, sed ipsam hebraicam uocem transtulerunt, uelut Sabaoth, Adonai, Eloi, & si quid huiusmodi est, non in diuinis solum nominibus, sed etiam in alijs pluribus reuerentia hanc ostendentes, quantum conuenit nos in domini nominibus timorem habere. At quando illi se ipsis aliqua nomina fingere sustinuerunt, qui ne interpretationem quidem aliquorum tentare ausi sunt, ut ne significationis euentiam incongruis significationibus exsoluerent. At si genuit, inquit, deus, quomodo non cōuenit genitū genituram appellare? Quia horrendum est nobis nostris ipsum nominibus appellare, cui largitus est deus nomen quod est super omne nomē. Filius meus es tu, inquit, ego hodie genui te: quam magis consentaneum erat iuxta huius rationem, propterea quod genitus est, geniturā appellari et non filium, at non dictum est. Quapropter cōuenit Christi iudiciū ob oculos habere, ac nosse quantum periculum est auferre quid aut addere his quae à spiritu tradita sunt, & non à se ipso quicquā nouare conari, sed his quae à sanctis prodita sunt acquiescere. Quod igitur neq; communis cōsuetudo, neq; scripturarum usus suscepit, id tentare audere quomodo non extremae demetiae est? Quis enim pater aut mater beneuole ac blande erga eū qui ex ipso est affectus, omnia filij aut nati appellatione, geniturā ipsam appellauerit? Nati enim inquit, uade in uineam. Et, Deus uidebit sibi ipsi ouiculam ad uicissimam mi nate. Et rursus Isaac, Quis es nate? Et, Fili mi ne negligas eruditionem domini. Et, Filius sapiens laetificat patrem. Et si quid huiusmodi. Nusquam autē in scriptura ullus aliquis eum qui ex ipso est, genituram appellasse, ostendi potest. Et causa sane manifesta est: quod si filius quidem ac natus, animatorum nomina sunt, genitura uerò non semper. Genitura enim dici potest etiam id quod antea quam effigiatū est, in arboribus efficitur, quod tamen nati appellatione dignum non est. Et geniturā siue foetus ac genimina, appellantur fructus terrae, non item nati. Non enim bibam, inquit, de genimine uitae huius. Rarò autem de animato appellationem hanc assumptam reperimus, & ubi sane usurpata est, de animalia/cufato, & ad prauitatis imaginem assumpto, eam uidere est. Serpentes enim, inquit, genimina uiperarum. Quare, ut opinor, & communis consuetudo appellationem hanc reprobauit, & diuina scriptura improbasse uidetur, praesertim de unigenito filio dei. Sed & nati appellatione, uelut multum humani moris habentem, non admisit. Indicat id Apostolus, filium quidem sursum ac deorsum Dominum uocans, & alijs uarijs appellationibus ipsum celebrans, primogenitum, et imaginem, ac splendorem nominando: genituram autem siue geniminis appellationem auersatus. Quod si eam usurpat, hic aut alius quilibet orationis ipsius defensor ostendat, & concedemus ipsis ut omnia haec expungant. At non potuerit, nisi sane impium Marcionē imitans, alia de diuinis scripturis tollat, alia falso interferat. Atq; ita quidem & à communi cōsuetudine, & à scripturarum usu aliena geniturae uox demonstrata est. Videamus autem deinceps, num possibile sit hoc nomen de ipsa substantia filij positum esse. Ipse enim dicit impossibile esse, aliud quid essentiam intelligere, aliud uerò praeter ipsam, id quod significatur: sed ipsam esse substantiam quae nomen ipsum significat, quum uere congruat essentiae illa appellatio. Digna reuera sunt iudicibus quos confinxisti haec tua dogmata, nam uelut in somniorū narrationibus, aut ebriorum concione, ubi nemo audiat aut intelligat ea quae dicuntur, multa licentia leges sanctis, pro omni demonstratione sufficere putans, quod ipse dixisti. Quis enim non nouit quod

quod nomina quae absolute et per se proferuntur, rerum ipsis subiectarum significationem habent. Quae uerò ad alia dicuntur, habitum solum declarant quem habent ad ea quae dicuntur. Velut uerbi causa, homo & equus & bos, singula haec id quod nominatur significant. Filius autem aut seruus, aut amicus, solam coniunctionem significant quam ad coniunctum nomen habent. Qui itaq; geniturae nomen audiuit, non ad essentiam quandam mentem confert, sed quod alteri coniunctum est intelligit. Geniturae enim alicuius genitura dicitur. Quod igitur non alicuius substantiae notionem inducit, sed solum habitum ad alterum significat, id ipsum essentiam esse sancire, quomodo non extremae stupiditatis est? At qui paulo superius à nobis ostendebatur, quod etiam absoluta nomina etiam si maxime subiectū quiddam significare uideantur, non ipsam essentiam significant, sed proprietates quasdam circa ipsam determinant. At sapientissimus ille & qui in uanis artibus omnem uitam cōtriuuit, ipsam unigeniti essentiam dicere geniturā non erubescit. Hoc aut quantū habeat absurditatem cōsiderate. Si enim essentia est genitura, et uice uersa, si quod genitura est, hoc essentia est, omnes geniturae inter se coessentiales erunt. Ex hoc aut quid eueniet? iuxta huius sane rationem, creator & opifex uniuersorū eandem cō omnibus generatione participantibus essentiam habere demonstrabitur. Non enim profectò in filio genituram significare essentiam dicit, in reliquis uero generatione participantibus non item eandem significationem conseruare, alioqui dicat claram quandā causam cui contradicere nemo possit, quod eadem appellatio non in omnibus similiter eandē potestatem habeat. At certe non poterit. Quaecumq; enim geniturae ratione excogitauerit, ea omnibus similiter genitis conueniet. Hae aut uerum sermonē nostrum, unius cuiusq; auditoris cogitatio maximum signū erit. Interroget enim unufcuiq; seipsum, ubi audierit, ille illius genitura est, quem intellectum mente concipit. Num quod genitus essentia genitoris est? aut hoc quidem ridiculum est, illud aut uerum, quod ab ipso per generationis modū ad esse productus est. Hoc itaq; similiter & de unigenito, & de quocumq; genito dicere cōueniet. Et nemo quoniam cōmunis est habitus, destructione dignitatis unigeniti id esse putet. Non enim in eo quod ad aliquid quodā modo se habet, differentia filio ad alia est, sed in essentiae proprietate praeminētia dei ad mortalia elucescit. Verum cōsiderate ad quā absurditatem horum ratio euadat. Si genitura alterius genitura dicitur, uelut & communis consuetudo confirmat, & nemo contradicit: haec ipsa aut genitura etiam in filio essentia significat: iuxta horum rationē, illius erit essentia, cuius etiam genitura dicitur. Ex hac itaq; consequentia sequetur, non amplius unigeniti essentia geniturae appellatione significare, id quod huiusmodi lenter asserūt, sed dei uniuersorū. Si enim non est possibile aliud quid essentiam intelligere, aliud uerò quid praeter ipsam, ipsam geniturā, idem est & essentiam dicere, & genituram. Si aut dei genitura est filius, dei erit essentia, si quidem genitura essentiam significat, atq; sic genitura iuxta huius rationē, unigeniti essentia esse demonstrabitur. Si uerò ridiculum est id quod colligitur, is qui propositiones proposuit ac assumpsit, turpitudinē ac confusonem possideat. Videtur enim quodammodo oratio, postquam semel transgressa est ueritatem, ad multas ac periculosas absurditates, praer erroris consequentia deferri. Atq; haec quidem uelut praeludia ac praeparamenta quaedam sunt blasphemiae. Caput autē mali in sequentibus infert dicens. Essentiam filij genitam quidem esse, quum non esset ante propriam constitutionem. Esse aut genitam ante omnia uoluntate patris. Adhuc ipsidem innititur artificijs. De essentia filij nobis uerba facit, tanquam aliud quid dicens praeter ipsum filium, atq; hoc modo aures ad blasphemiam mansuefacit, quū non palam dicat, ex nihilo genitum esse filium, sed essentiam ipsius genitā esse quū non esset. Dic mihi ante quas res non erat? Videte ipsius cōmentum, comparat ipsam sibi ipsi, quo omnibus tolerabilia dicere uideatur, non ante secula dicens ipsam non fuisse, neq; simpliciter non fuisse, sed ante propriam constitutionem. At patris essentiam dic mihi antiquiorem esse dicens tu propria constitutione: Si enim non subijcit temporibus essentiam filij, neq; prius iuxta hanc rationem intelligit, inanis et uana est ipsius oratio, atq; ideo neq; responsione digna. Non minus autem & Deo uniuersorū dicere licebit, si quis uanitatem transferre uoluerit. Nam & non esse dicere deum ante propriam constitutionem, & esse dicere ante seipsum, eiusdem demetiae est. Si uerò temporaliter prius uocem accipit de essentia filij, & ex nihilo essentiam ipsius genitam esse dicit, imò ipsum filium: nihil enim differt quod ad sententiam

tiam attinet hoc uel illud dicere: primum quidem temporibus posteriorem facit, uel si ita uis, etiam seculis seculorum creatorē posteriorem esse. Deinde uerō sequens suas blasphemias, etiam patrem dicit nō fuisse patrē ab initio, sed postea factum esse. Atqui si honestū & decorum est beatitudini dei, esse patrem, quomō non ab initio decorū ipsi a derat? Aut enim ignorantia melioris, aut omnino impotentis imputabunt defectum. Ignorantia quidem, si posterius quod melius est excogitauit, Impotentia uerō, si gnarus ac intelligens quod optimū est assequi non potuit. Si uerō (quod dicere nephās est) non bonū & honestum est ei, esse patrem, qua gratia mutata sententia quod deterius est delegit? Verū ueratur blasphemā ad suos autores. Deus autē uniuersorum ex infinito pater est, nec unquā pater esse incepit. Neq; enim potentia inopia ad explendam uoluntatem impeditus est, neq; seculorum altiorū circuitus expectauit, quo uelut in hominibus ac reliquis animalibus, post completam aetatem potentia ad generandum ipsi proueniente, quod uolebat assequeretur. Infantentū enim est hęc & cogitare & loqui: sed unā cū aeternitate sua exrentam habet, ut ita dicā, paternitatē. Itaq; etiam filius ante secula existens, et semper existens, nunquā esse incepit, sed ex quo pater est, et filius est: & statim unā cū patris notione, filij quoq; notio accedit. Pater enim filij pater uidelicet. Principium igitur patris nullum, principium uero filij pater: mediu uerō horum nullū est. Quomō igitur non erat à principio (hoc enim est quod ab his ante propriam constitutionem in sophismatis cauillo dicitur) qui nihil habet quod ante ipsum intelligatur, nisi eum ex quo ipsum esse habet, non interuallo puenientē, sed causa prepositū. Si itaq; eterna filij societas ad deū et patrē ostensa est, quum cogitatio nostra à filio per nullum uacuum ad patrem procedat, sed citra distantiam filium patri coniungat: qui nullo medio disparatur, quem aditū prauā blasphemiam relinquit eorum qui dicunt ipsum ex non existente ad esse productum esse? Postea uerō & dementiam ipsorum admirari operapretium est, quod non intelligunt, dum ex nihilo filium productum dicunt, q̄ non solum patrē funtorem pronunciant, sed per hoc etiam unigenitum à patre dirimunt. Necesse est enim si quid sit inter patrem & filium, id ipsum antiquius filij origine esse. Quid igitur hoc fuerit tandem? quid aliud sanē quam seculum aut tempus? Qui enim patris uitam superiorē unigeniti uita intelligit, qua alia re dimensione facta, excessum se reperisse dixerit, & non seculorū aut temporū quorūdam interuallo: Si autē hoc uerum est, falsa est scriptura quae dicit, secula per ipsum facta esse: et quae docet, q̄ omnia per ipsum facta sunt, cōprehensis nimirū etiam seculis in omnibus. Si uerō dicent se nō negare filium ante secula genitū esse, ne lateā nos quod id quod uerbis concedunt, re ipsa tollunt. Interrogabimus em̄ ipsos qui ex non existentib; unigeniti essentiam producant: quando nō erat uelut dicitis, quod erat illud interuallum? quam appellationem ipsi excogitabitis? Cōmunis em̄ consuetudo aut temporib; aut seculis omne interuallum subijcit: nam quod in sensibilibus est tempus, hoc in supermundanis est seculi natura. Hic uerō si quid tertium ex sapientia sua intelligunt, dicant. Vsq; quod uero contigerint, ne lateant nos, quod unigeniti essentiam seculis posteriorem censent. Siquidem enim erat aliquod interuallū filio antiquius, ad patris uitam coextentū, alterū ex his erat uidelicet. Sed neq; est, neq; erit notio antiquior substantia unigeniti. Omnī em̄ re quae ad uetustatis rationem excogitari potest, superior substantia dei uerbi, quod erat in principio apud deū reperietur. Atq; etiam si infinitis imaginationibus seipsam mens deceperit, & rerum non existentium figmenta aggressa, ea quae nō sunt excogitauerit, nullam penitus artem inueniet, per quam seipsam ultra unigeniti principium extendere poterit, et uitam eius qui per se uita est proprio motu inferiorē relinquere, & ppria ratione dei uerbi principium transcendere, & secula suspicari desolata deo seculorum. Porro quū auferat debitam unigenito gloriam, considerate qualibus ipsum ornet uerbis. Est autē, inquit, essentia filij genita ante omnia uoluntate dei & patris. Hoc magnum attribuit filio, quod antiquior sit creatura, & quod ipse prior sit rebus à se cōditis, sufficere censens opifici ac conditori uniuersorum, quod ipse ante creaturas suas sit locatus. Quum enim ipsum à societate ad deum & patrem, quantum in se fuit, abalienarit, in eo quod creaturis ipsum praefert, gloriam ipsi defert. Deinde ad summam impudentiam efferens blasphemiam, in euitabili uelut purat syllogismorum necessitate nos circumdat. Aut enim existentem, inquit, genuit Deus filium, aut non existentem: quod si non existentem, nemo inquit, temeritatem

ritatem nobis uitio uertat. Si uerō existentem, non solum absurditatem & blasphemiam, sed omnem stoliditatem sermo hic excedit. Qui enim est, generatione non habet opus. Itaq; uulgatissimū illud commentū, quod olim qui dem ab alijs excogitātū est, nunc uerō perfecte in impudentibus ac inuerecūdis horum linguis elaboratū, hoc est. Nos uerō primum illud auditoribus in memoriam reuocabimus, quod hic est qui ob multorum ignorantiam humano more accipientū filij generationem, necessitate coactus ad hos sermones deuenit. Hic est qui à corporalibus notionibus, ad spiritualem speculationem inuadit, animas reducit. Qui quoniam animantia, quum prius nō sint, deinde generantur: & qui hodie genitus est, heri nō existit: hanc notionē ad unigeniti substantiam transfert. Et quia genitus est, inquit, nō existit ante generationē. Ad eō magnifice unigeniti generationem nobis exponit, et per huiusmodi sermones, infirmitates fratrum nostrorū corrigit: dignus ut si quis alius, qui audiat prouerbiū, Medicē cura te ipsum. Quam uerō absurdi huius mentis morbi medelam ipsi adhibebimus: quā preter ea quae à sancto spiritu per beatum Ioannem nobis dicta sunt. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Per has duas sententias cōclūsit euangelista, alterā enim transgredi nō est, alterā uerō assequi non datur. Neq; enim principio antiquius quid excogitari potest: non enim esset amplius principium, si quid ultra se haberet: neq; possibile est cogitatione transgredi ipsum erat, & oculos transmittere ad id quando nō erat. Reprobatio em̄ est ipsius erat, cogitatio de eo quod non erat. Si enim principium de eorū numero esset, quae ad aliud dicuntur, uelut principium sapientiae, & principium uitae bonae, & in principio fecit deus: poteramus fortassis eius qui ex tali principio substitit, generationē per cogitationem excedere. Quando uerō hoc principij significatū absolutū est, & sine relationis habitu supremā naturam significat, quomō non ridiculus est qui ultra ipsum cogitatione uagatur: aut imaginationibus ipsum excedere conatur? Coextenditur autē etiam ipsum erat cum insuperabili hoc principio. Non em̄ originem à tempore significat uerbum erat, uelut hic, Homo erat in regione Ausitide. Et: erat homo ex Harmathana. Et, terra uerō erat insubilis. Sed ipse euangelista nobis in alio sermone, huiusmodi erat uerbi significatū ostendit, dum dicit: Qui est, & qui erat, & qui omnipotens est. Quale enim est, qui est, tale est etiam, qui erat, sempiternū similiter & temporis experis. Non existentē uerō dicere, eum qui in principio est, neq; eius est qui principij significationē conseruat, neq; eius qui ipsi principio substantiam unigeniti coniungit. Non enim excogitari quid potest principio antiquius, & insuperabile ab hoc est ipsum dei uerbum esse. Quare quantumcūq; uolueris per mentis curiositate retrocurrere, transgredi tamē ipsum erat, & ultra hoc cogitationibus procedere nō poteris. Interroget autē uicissim & à nobis, Num in principio erat apud deum deus uerbum, aut postea accessit? Si quidem enim erat, compesce linguā tuam à mala blasphemā, quod uidelicet nō erat. Si uerō, quod nephās est dicere, tuis uerbis magis congruenter aduersus te utar, quod non solū blasphemias, sed omnē etiam stoliditatem hic sermo excedit. Homines uidelicet uerborū spiritus rationē exigere, & discipulū quidē esse euangeliorū confiteri, uerum cōtra hęc ipsa insurgere. Considera enim diuinas uoces q̄ exacte, quam manifeste generationi filij ante secula testimonij praebent. Quādoquidem enim Mattheus natiuitatis secundū carnē enarrator fuit, uelut ipse dicit, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Marcus autē principij euangelij praedicationē Ioannis fecit, Initium euangelij Iesu Christi, sicut scriptū est in Esaia propheta, Vox clamantis in deserto. Lucas uerō & ipse per corporalia principia ad theologiam accessit. Necessariō euangelista Ioannes, quū postremus ad scribendū uenisset, mente supra oia sensibilia, & tempora ad talia consequētia, sublata, imō spiritus potentia exaltatus, ad ipsū accessit qui est ultra omnia, tantū non contestans & ipse, quod etiam si secundū carnē cognouimus Christū, at nunc nō amplius cognoscimus. Arrepto em̄ principio, et omnibus corporalib; ac temporalibus notionibus theologia sua inferiorib; relicta, praegressas praedicationes cognitionis magnificentia superauit. Non à Maria inquit, principij, neq; ab illis uel alijs temporib;. Sed quid: in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum: aeternam substantiam, generationē affectus exortē, coniunctionē ad patrē, naturę maiestatem, omnia paucis uerbis cōplexus, per additionē uocis erat ad principij dedit, uelut obturās orationum qui quod nō erat blasphemant, & eminus talium cauillationū aditus rescindens.

Deinde ubi per theologiam euidentem quandā delineationem naturæ unigeniti expressit, uelut iam noscentibus hac uoce demonstrat dicens: Hoc erat in principio apud deum. Rursus hic appositione uocis erat, æternitati patris, unigeniti generationē connectēs. Et rursus: uita erat, & uita erat lux hominum, & erat lux uera. Attamen quāuis a deo undā quæq; sermo æternitatis additionib; sit munitus, omnibus spiritus testimonijs depulsis, ita ut neq; audire uideatur Euangelistā adeo frequenter uocē Erat nobis ingerentē, non existens inquit, genitus est: non existens, postea natus est. Si uerò hoc in principio non erat, uelut uos dicitis, quā clariorē pugnā ostendere possit quis aduersus euangeliorū quibus fidem habemus uoces: Atqui illud quis non probabit qui mentis cōpos modò est, quod uelut oculus ex illustribus locis elapsus, necessariò propter lucis inopiā, ab actione cessat: sic etiam mens imaginationibus ad id quod extra ueritatē est cōpulsā, ueritate uelut luce quadam deficiente, confusa ac stolidè agens, ab intelligentiā cessat. Neq; igitur oculum extra lucem, uisum uti poterit, neq; anima extra unigeniti notionē delatā, intelligentiē usum habebit. Nā elapsus à ueritate, priuatio uisus ac cæcitas mentis est. Quare uana est mens, ex cæcitateq; ac reuera nihil sciens, quæ unigenito antiquiora se apprehendisse putat. Velut si quis oculo acuminis uidendū testimoniū præbeat, qui uisum in tenebrosa intendit. In lumine em̄ tuo, inq; uidemus lumē. Qui uerò cōprehendisse se dicit, quando nondū erat lumen, simile quid faciat his qui in mentis per phrenitidem morbū emotione, imaginantur se uidere ea quæ non adsunt. Nam quæ ultra filium sunt non intelliguntur, quoniam quod oculo est sensibile lumen, hoc animæ est deus uerbū. Erat em̄, inquit, lux uera quæ illuminat oēm hominē uenientē in mundū. Quare anima nō illuminata nihil intelligere potest. Quomò igitur ultra luminis generationē quicq; cōprehendī possit. Conueniebat aut opinor eis q; modicā saltē ueritatis curā gerūt, ut omīssis corporalib; similitudinibus, & quod materialibus imaginationib; notionēs de deo inquinant, traditas nobis à spiritu sancto theologias sequerentur: & pro his quæstionibus, quæ nihil absunt ab his scriptis quæ ad utraq; partē periculosa opinione habent, dignā deo generationē intelligerent, affectus exortē, impartibilem, indiuisibilem, sine tempore, ita ut iuxta relucētē lucis splendorem ad diuinā generationē perducantur. Intelligentem item imaginē dei inuisibilem, nō ad artificialiū harum similitudinē, posterius ad exēplar elaboratā, sed coexistentē, & quæ simul substitit cū exemplari quod ipsam pduxit: non expressam per imitationē, sed uelut in sigillo aliquo tota patris natura in filio impressa. Aut si mauius, qualis est artū substantiā, ex doctoribus tota discipulis accedens, ita ut neq; quid doctorib; desit, & pfectio ediscenribus accedat, Aut hoc quidē non exactē se habet ad similitudinē, propter temporis motam, uerum illud magis congruenter dicere licet, qualis est cogitationū natura unā cum mentis motibus nullo tempore intercedente consistens. Et nemo calūnias mihi struat huius sermonis gratia, si quid ex his exemplis nō penitus proposito cōgruū fuerit. Neq; em̄ possibile est parua hæc & uisā, diuinis & æternis exactē adaptare, sed quantū satis est ad redarguendas cauillationes eorū, qui nō possunt generationē affectus exortē mente concipere. Imago aut dicitur est, & est filius genita, & splendor est gloriæ dei, et sapientiā & potentia, & iustitia dei, nō uelut habitus, neq; ut aptitudo, sed essētia uiua & efficax, & splendor maiestatis dei. Quapropter & totū in seipso ostendit patrē, ex tota ipsius maiestate relucens. Itaq; dicere maiestati dei non habere splendore, aut sapientiā dei aliquādo nō ad fuisse deo, quantæ absurditatis est: At si erat, inquit, non est genitus. Respondemus itaq; quod quia genitus est, erat, non ingentū habens ipsum esse, uerum existens semper & coexistens patri, ex quo etiam causā substantiæ habet. Quando igitur ad esse productus est à patre: ex quo est pater. At ab æterno, inquit, est pater, ab æterno itaq; est etiā filius, genito modo ingentæ patris naturæ coniunctus. Quod uerò non nostra est hæc oratio, ipsas sancti spiritus uoces ipsis exhibebimus. Et ex euangelio quidē accipiamus hoc: In principio erat uerbū. Ex psalmo uerò uelut è persona patris dicitur hoc: Ex utero ante Luciferū ego hodie genui te: & compositis utriusq; dicamus, quod & erat, & genitus est. Verū uox genui, causam à qua principiū habet quod est, significat: uox aut erat, tempore carentem & ante secula originem eius indicat. Hic uerò pro fallacia sua decertans, ad absurditatem deducere sermonē se putat. Si em̄ inquit, ante generationē suā erat filius, ingentus erat. At hoc quod dicit ante generationē, o uanissime tu, aut penitus nō substitit, & mentis figmentum

figmentum est nulli subiecto innitens. Et quid opus est stultis contradicere: Cōsimile enim hoc est, uelut si cum homine mente ex phrenitide moto decertarem. Aut si ad aliquid eorū quæ sunt tendit, ad seculorū quoc; notionē defereat. At si secula omnia infra generationē unigeniti intelliguntur, ut quæ illius ipsius sint creaturæ, uanus est qui substantiā filij antiquiora requirit. Nihil enim alienius querit, q̄ si etiā de patre interrogaret, utrū extitisset ante suam constitutionē, aut nō. Sicut n. illic stulta est quæstio, eo qui principio caret, & ingentus est superius quicq; querere: sic etiā hic, de eo qui ab æterno cū patre est, & nullū mediū inter se & genitorē habet, temporales facere de priore interrogatiōes, æqualis reuera demētia est. Cōsimile est enim uelut si quis interroget, quid erit post obitum immortalis: et quid extitit ante generationē sempiterni? At illi qm̄ id quod sine principio est pater, æternū nominatur, idem esse cum principio carente, æternū pronunciant. Et quoniā non ingentus est filius, neq; æternū esse cōfiteatur. Verum plurimū hæc differūt significatione: ingentū enim dicitur, qd̄ nullum sup̄ius principiū, neq; causam ut sit habet: æternū uerò quod omni tempore ac seculo secundū esse antiquius est. Vnde & filius, tum non ingentus, tum æternus est. Iam uerò etiam secula quidā dignantur æterni appellatione, uelut quæ ex eo quod semper sunt, hanc appellationem adepta sunt. Nos autem eiusdem demētia esse putamus, et creaturæ æternitatis testimoniū præbere, & creaturæ dominū hac confessione priuare. Ille uerò ad impudentiam proferēs orationē, quid dicit? Nos uerò in his quæ à sanctis patribus olim, & nūc à nobis demonstrata sunt permanentes, quæ neq; essētia dei generationē admittat, neq; tamē alia quædam ad filij generationem subiacent non existentē filium genitū esse dicimus. Quis unq; ob pietatē adeo ambitiosus fuit: quis ob amorē erga Christum tantū gloriatus est, quantū hi ob contumeliā ac ignominie uerba, quæ maiestati unigeniti subuertunt, se iactant? Non desines non existentē appellare o impie, eum qui reuera existit, qui fons uitæ est, qui omnib; quæ sunt ipsum esse suppeditat, qui propriā sibi ipsi et decoram æternitati suæ appellationē, in responso ad propriū seruū Mosē excogitauit, existentem seipsum nominās. Ego enim, inquit, sum qui sum. Atq; his nemo contradicet, quod non ex persona dei dicta sint, nemo profectò qui non Iudatcum uelamentū in lectione Mosi, cordi suo incubens habet. Scriptum est enim, quod uisus est Mosi angelus domini in rubo in flamma ignis. Postq; itaq; angelū in narratione pposuit scriptura, dei uocē inducit. Dixit em̄, inquit, Mosi: Ego sum deus patris tui Abrahā. Et paulò post rursus, Ego sum qui sum. Quis igitur idem angelus & deus? Nōne de quo didicimus, q; uocatur nomen ipsius magni consilij angelus: Ego quidem non puto pluribus opus esse ad demonstrationē, uerum amantibus Christū sufficere etiā recordationē, his uero qui incurabiles sunt, nullā utilitatē ex multitudine eorū q; dicuntur accessurā esse. Esti. n. postea factus est magni consilij angelus, attamē neq; prius dedignatus est angeli appellationē. Neq; enim hic solū inueniemus dñm nostrū, & angelum & deum à scriptura appellatū. Sed etiā Iacob uisionē mulierib; enarrans ait, & dixit mihi angelus dei. Et paulò post de eodē, Ego sum deus qui uisus sum tibi in loco, ubi uixisti mihi illic columnā. Atqui illic coram columnā dicitur est Iacob. Ego dñs deus Abrahā patris tui, & deus Isaac. Qui itaq; hic angelus dicitur est, is ipse illic dicit se Iacob uisum esse. Omnibus igit manifestū est, q; ubi & angelus & deus idem appellatus est, unigenitus significatur, manifestans seipsum hominib; per generationes, et uoluntatē patris sanctis suis annuncians. Quare & qui coram Mosē existentē seipsum nominauit, nō alius quis pter deum uerbum, qui erat in principio apud Deum, intelligi poterit. At qui iniuriā in altum loquuntur, nō existentē appellare filium nō erubuerūt. & insipiens quidē in corde suo dixit: non est deus. hi uerò non solū cogitauerunt, sed etiā loquuti sunt in prauitate, & per literas posteritati tradere non sunt auersati, nō existentē deum nominare ausi. Et quando quidem uident neq; demones ipsos abnegare, esse deum: hi ad superius tempus ratione reuersi, illic impiam cupiditatē suam explent, nō fuisse aliquando filium dei blasphemantes, uelut sua natura nō existentē, per gratiam uerò ad esse à deo productū. Deinde quam Paulus de simulachris emisit uocem, dum ait: Seruiuitis natura non existentibus dñs. Et Hieremias: Et iurauerunt p non existētes deos. Et sapientissima Hester: ne tradas dñe sceptrum tuū nō existentibus. Hanc ipsam uocem quū hi de uerbo deo dixerint, quō amplius iuste Christianorū appellationem sibi uendicauerint. Etenim etiam alibi idem ille Apō-

stolus, qui in spiritu loquitur, non existentes nominat gentes, propterea quod dei cognitione priuati sunt, dum ait, quod non existentes elegit deus. Nam quoniam deus est qui est, & ueritas & uita: qui deo existenti non sunt uniti per fidem, sed mendacio non-existenti addidit, per errorem circa simulachra, merito uelut puto, propter ueritatis priuationem, & a uita alienationem, non existentes appellati sunt. Sed & Ephesius scribens, uelut legitime unitis existenti, per cognitionem, existentes ipsos peculiariter appellauit, dum ait: Sanctis existentibus & fidelibus in Christo Iesu. Sic enim & qui ante nos fuerunt tradiderunt, et nos in ueteribus exemplaribus inuenimus. At hic appellatione cuius participes sunt serui Christi, neque deum nostrum dignari sustinuit, sed eum qui ex nihilo creaturam ad esse produxit, non existentem appellauit. Ceterum contemptum ipsius amplius quis didicerit, ex his per quae simulat se uidelicet dominum glorificare. Non communem, inquit, facimus unigeniti essentiam ad ea quae de nihilo facta sunt, nam non est essentia id quod non est, sed tantam ipsi tribuimus excellentiam, quantum necesse est creatorem supra proprias creaturas habere. Postquam per preparamenta sermonem ad hoc perduxit, per uerbum nimium benignitatem declarat, & inquit, Non communem se facere ad ea quae de nihilo ac non existentibus facta sunt, unigeniti essentiam. At qui si deus uniuersorum, propterea quod ingentus est, necessariam habet ad genita diuersitatem: genita uero uniuersa communem habent ex nihilo ac non existente substantiam, Quomodo non necessarium hanc secundam naturam coniunguntur: Sicut enim illic naturas disparat, quod inaccessible est: sic hic aequalitas, in idem inter se coniungit. Quomodo autem ex nihilo dicant filium, & ea quae ab ipso facta sunt, & communem faciant ipsorum naturam, hoc naturam, non tamen dicunt similem se tribuere ipsi essentiam ad ea quae de nihilo facta sunt. Nam rursus uelut ipse dominus sit, ut quantum uult tribuat unigenito dignitatem, ita uerba facit. Tantam enim tribuimus ipsi, inquit, excellentiam, quantum necesse est creatorem proprias creaturas excedere. Non dixit, comprehendimus aut opinamur, uelut de deo dicere conueniebat: sed tribuimus, uelut ipse princeps sit mensurae distributionis. Quantum uero tribuit excellentiam, quantum necesse est, inquit, creatorem proprias creaturas excedere. Nondum hoc diuersitati secundum essentiam testimonium praebet. Homines enim arte quidem opera sua excedunt, coessentiales tamen ipsis existunt, uelut figulus luto, & fabricator nauis lignis. Corpora enim sunt ambo, & sensibilia similiter & terrea. Tantam autem filio ad creaturam differentiam concedens, iam etiam circa ipsam unigeniti notionem maligne facit. Ob id enim, inquit, unigenitus est, quoniam solus a solo, ingentis potentia genitus & creatus, perfectissimus factus est minister. Haud scio quid ex re latius magis moleste ferre oporteat, utrum uersutiam qua circa unigeniti uocem maligne usurpauit, & praeter hominum consuetudinem, & praeter piam scripturarum traditionem, ipsius significatum accipiens, Unigenitus enim non qui a solo genitus, sed qui solus genitus est, in communi usu appellatur. Aut de creatura blasphemiam, quam de industria ad uocem genitus coniunxit, ut ostendat quod nulla a creaturis diuersitate, domino ad se appellatio quod genitus est. Sed sicut illud, Filios genui & exaltaui. Et hoc, Filius primogenitus meus Israel. Ita etiam dominum filium nominatum esse, non ut habeat nomen quod est supra omne nomen, sed qui ex aequo cum alijs hac appellatione dignus factus sit. At uero illi ad Solomonis uerba confugiunt, atque illinc uelut ex propugnaculo aliquo si dem impetunt. Nam quoniam ex sapientiae persona dictum est, Dominus creauit me: opinantur sibi licere dominum creaturam dicere. Ego uero quum multa habeam quae de hac uoce dicere possim, primum quod semel in tota scriptura usurpata est, Deinde quod in libro multam sententiae obscuritatem habente, & per prouerbia ac parabolas, & sermones obscuros atque aenigmata ferre procedente, ut nihil non ambiguum, nihilque clarum ab ipso sumi possit: omitto dicere, ut ne longioribus superinductionibus, orationem longius extendam. Imo etiam ideo quod de examinatione eorum quae ab ipsis male intellecta sunt, tractatio a nobis in proprium locum dilata sit, in quo etiam haec pars, deo dante, consutabitur: & puto sane, cum deo autem id dicatur, multo magis consentaneam propositae dictionis sententiam, & nullum periculum afferentem, ex nostra examinatione emeruram esse. Interim tamen neque illud silentio pretereamus, quod alij interpretes, qui commodius significationes hebraicarum uocum assequuntur, possedit me, pro creauit me, reddiderunt: id quod maximum ipsis impedimentum ad creaturam blasphemiam erit. Qui enim dixit, possedi hominem per deum: non ut quod creauit sed ut qui genuit, hac uoce usus esse uideatur. Sed ad institutum redeamus, Ob id, inquit, unigeni-

nitus est, quoniam solus a solo genitus et creatus, perfectissimus factus est minister. Si itaque non propterea quod solus genitus est, sed ob id quod a solo, unigenitus dicitur est, idem autem est ex tua sententia, creatum esse, et genitum esse: cur non etiam unigenitum ipsum nominas, o tu qui omnia facile & cogitas & profers? Unigenitus autem uelut apparet, nullus homo est iuxta ueltram rationem, propterea quod ex duorum coitu omnibus generatio contingit. Neque Sara unigeniti filij mater erat, quia non sola ipsum, sed cum Abraam genuit. Et si sane uestrae opinioniones obtinuerint, necesse est totam uitam priore sententia mutata discere, non solitudinem fratribus carentem, sed solitudinem eos qui simul gignant non habentem, hoc nomen significare. Iam uero etiam creatura praeter causam, a dei uerbi dignitate imminuta est: tantum enim & ipsa abest ab eo ut sit unigenita, quantum filius una cum patre officium creationis attigit, quantum neque hoc ab ipsis concedatur. Ministrum enim ipsum perfectissimum nominant. Quomodo igitur non a solo etiam creatura facta est secundum uos, ita ut uelut instrumentum quoddam inanimatum, deum uerbum patri apponatis? Nisi & nauis fabricatorem negabit quis solum nauem fabricasse, quoniam instrumentis ad structuram usus est. Quare unigenita est etiam creatura, & partes ipsius, non solum inuisibiles potestates ac uirtutes, sed etiam sensibilia corpora, & ex his uilissima, culices & locustae & ranae. Ipse enim dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Quo enim ministerio opus habuerit, qui sola uoluntate creat, una cum uoluntate creatura subsistente? At uero quomodo etiam secundum nos per filium omnia? Quoniam diuina uoluntas a prima causa uelut fonte quodam profecta, per propriam imaginem deum uerbum ad operationem procedit. Eunomius uero unigenitum filium ministrum appellauit, hoc uero ipsi magnam attribuit, quod idoneus ad ministerium eorum quae praecipuntur, existit. Si enim non in eo quod deus est, perfectus maiestate possidet, sed in eo quod minister exquisitus est: qua in re differet a ministratorijs spiritibus, qui citra reprehensionem ministerij opus perficiunt? Quapropter ad uocem genitus, addidit creatus, quo etiam hinc nullam esse filij & creaturae differentiam ostendat: operae precium autem est audire eius admonitionem. Non oportet, inquit, patris ac filij appellationi attendere, & humano more generationem ipsius intelligere: atque ex generationibus inter homines adduci, ut participationis essentiae nominibus & affectibus deum subiiciamus. Admonet non oportere similitudinem filij & patris iuxta essentiam intelligere: hoc enim uult ipsi participationis essentiae interdictio, tanquam patris essentia nullam communionem ad unigeniti essentiam habeat. Et ob hoc praedatam illam nominum distinctiones, quorum turbam nos praeteriimus: quod non quorum eadem sunt enunciationes, ea etiam significato tam eadem sint: quo patrem esse filij deum, propter eos qui in terra patres nominantur, negat. Ego uero quum multa sint quae Christianismum a graeco ac gentili errore, & a Iudaica ignorantia disparant, nullum potius dogma in euangelio salutis nostrae esse arbitror, quam in patrem & filium fidem. Nam creator esse & officium deum, etiam quocumque errore dissecti consententur. Qui uero patrem falso appellatum, & filium usque ad nudam appellationem praedicat, & nihil differre arbitratur, aut patrem confiteri aut creatorem, & siue filium dicere siue creaturam, ubi a nobis locabitur: aut cui sectae annumerabitur: Iudaeorum ne aut gentium? Non enim profecto Christianis se adoptandum dabit, qui uirtutem pietatis, & uelut characterem diuini cultus ac fidei nostrae negat. Non enim in creatorem & creaturam credimus, sed in patrem & filium per gratiam in baptismo signati sumus. Quare quae has uoces reprobare audeat, omnem simul euangeliorum uirtutem debet, patrem qui non genuit, & filium qui non genitus sit, praedicare. At quae haec dico, inquit, affectus intelligentiam ex patris appellatione accedente deuito: oportebat autem eum qui pie agere decreuisset, absonum in his uerbis sensum, si modo quis inerat, auersari, & non totam simul uocem reprobare, neque indecori praetextu, etiam utilitatem ex ipsa simul eijcere: & ab humilibus quidem ac carnalibus cogitationibus, in dogmatis de deo purum esse: generationem uero sanctitati & ab affectibus puritati dei conuenientem intelligere, ita ut modum quidem, iuxta quem genuit deus, uelut arcanum & intellectu incomprehensibile dimittat, ad similitudinem uero secundum essentiam, ex generandi appellatione deducatur. Quanquam si quis consideret, palam fiat, quod non corporali affectionum notionem proprie ac primario haec nomina, pater, inquam, & filius, inducere solent. Sed dum quidem per se dicuntur, habitum inter se mutuum solum indicant: pater enim est, qui alteri

principium ut sit, iuxta similem sibi ipsi naturā exhibuit. Filius uero qui ex alio per generationem principium ut sit habuit. Quum igitur audimus, quod homo est pater, tunc etiam affectus notionem assumimus. Quum uero, quod deus est pater, ad causam ab affectibus puram cogitationibus decurrimus. Ille uero in affectibus exposita natura, appellationi siue aduersus, id quod supra captum cogitationū ipsius est, uelut impossibile abnegat. Non enim affectui corruptibilem attendere, & dei ab affectibus puritati fidem non habere conuenit, neque fluxili naturæ & infinitis mutationibus subiectæ, immutabilem & inalterabilem essentiam comparare. Nec quoniam mortalia animalia per affectum generant, etiā deum sic putare oportebat. Verum hinc magis deduci ad ueritatem, quod quoniam corruptibilia hoc modo, ille qui incorruptibilis contrario modo generat. Nec uero illud sanè dixerit, quod proprie & primario de hominibus hæc nomina usurpata sint, & nos abusu de deo utamur. Dominus enim noster Iesus Christus, ad omnium principium & ueram rerum causam nos reducens, Vos autē nolite uocare, inquit, patrem uestrum in terra, unus enim est pater uester celestis. Quomodo igitur has uoces, uelut carnalium affectuum principaliter significatiuas, a nobis repudiandas censet, quas dñs uelut dei ab affectibus puritati conuenientes, ab hominibus ad seipsum transfert. Si uero etiam creaturatum pater nominatur, id nondū huic nostro sermoni repugnat. Qui enim genuit guttas roris, uelut Iob ait, non similiter guttas & filium genuit. Aut si hoc dicere audebunt, ut in æquali loco etiam roris essentia filium nominent, ab omni nos aduersus ipsos oratione liberabunt, quum ad manifestissimā impudentiam blasphemiam perduxerint. Neque enim quando pater omnium nostrum dicitur deus, iuxta eundem modum & noster, & unigeniti est pater. Si uero quoniam primogenitus omnis creatura, & primogenitus inter multos fratres dominus appellatur, hoc ipsum eos ad impietatem erudit, discant ex euangelio, quod etiam matrem suam & fratres dominus appellat eos qui ex uirtutis operibus ipsi coniuncti sunt. Quæ enim est, inquit, mater mea, & qui fratres mei, quam qui faciunt uoluntatem patris mei qui in cœlis est? Quare pater noster deus, non abusu, neque per translationem, sed proprie & primario & uere nominatur, per corporales parentes nos ad esse ex nihilo producens, & per curas de nobis, familiaris ac coniunctus nobis fiens. Si uero noster, qui per gratiā adoptione digni facti sumus, uere appellatus est pater deus, quæ ratio prohibebit, ut filij secundum naturā, & ex essentia ipsius progressi, non conuenienter ipse pater appelletur. Non oportet, inquit, propter patris & filij appellationem, humano more generationem domini intelligere. Id ipsum ego quoque assero, diuinam tamen & ab affectibus puram, quid uetat pios credere? Verum opinor quod his uerbis utitur, non ut citra affectum genuisse deum ostendat, sed ut neque omnino genuisse. Quomodo igitur tu o optime, in superioribus genituram esse unigeniti essentiam pronuntiabas? Si enim non genitus est, unde ipsi ut genitura sit, iuxta tuam sententiam aderat? Verum propter geniti ad ingentum contrarietatem, genituram esse essentiam, ostendere conabatur. Nunc uero rursus, quum essentia coniunctionem per hanc uocem significari uideat, genitum esse de genitura aufert ac negat. Atqui si hoc uelut affectionis significatiuum auerfatur, quid prohibet etiam creatorem ipsum esse, propter eandem causas non admittere? propterea quod omnibus corporalibus actionibus, aut maior quidem omnino, aut minor labor coniunctus est, iuxta proportionem uirium eius qui operatur, & differentiam magnitudinis eorum quæ fiunt. Diuinam uero & beatam naturam dicere labore premi, non minus impium est, quam turpibus ipsam affectibus subijcere. Si uero citra affectum creat, ab affectibus puram esse accipite etiam generationem; Quod quidem igitur proprie & conuenienter pater dicitur deus, & quod non affectus, sed coniunctionis est nomen, aut eius quæ per gratiā contingit, uelut in hominibus, aut eius quæ secundum naturam est, uelut in unigenito, sufficienter dictum est. Demus autem figuratam esse, & ex translatione dictam, etiam hanc uocem, uelut innumeras alias. Si igitur irascentem, & dormientem, & uolantem audientes deum, & alia huiusmodi, indecoras significationes iuxta uulgatum intellectū exhibentia; neque uoces spiritus expugimus, neque corporaliter ea quæ dicuntur, accipimus; cur tandē non & huius uocis adeo frequenter à spiritu usurpata, conuenientes deo significationes perscrutamur? Aut solam hanc ex scriptura debemus, ex humano usu ipsam calūniatē? Quin potius sic rem consideremus

Quum

Quum duo significantur ex generandi appellatione, iuxta hominum consuetudinem, affectus uidelicet generantis, & coniunctio ad genitum: quum à patre ad unigenitum dicitur. Ex uero ante Luciferum genui te: Et hoc, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Vtrū horum significatorum per uerbum ostendi dicemus, num generantiū affectum, aut nature coniunctionem? Ego quidem hoc postremum censeo, & neque hos contradicentis esse arbitror unquam, nisi in manifestum atræ bilis morbum delatos. Quare siquidem conueniens est deo uox hæc, cur uelut alienam repudias? Si uero ex humanis translata est, sana significatione delecta, fuge deteriorē. Licet enim profectō in dictione multa significante, ad rectā notionem per uerbum deductum, humilem ac turpem significationē transillire. Et ne mihi dicas, quæ uero est generatio, & qualis, & quomodo hæc fieri potuit? Non enim quoniam modus arcanus & penitus incōprehensibilis, iam etiam firmitatem fidei in patrem & filium abijcimus. Si enim omnia comprehensione metiri uoluerimus, & id quod mente capi non potest, neque esse omnino suspicari, peribit fidei, peribit spei merces. Quomodo autē fuerimus amplius beatitudinibus digni, quæ in fide rerū inuisibilium repositæ sunt, si solis his quæ rationi euidencia sunt, fidem habemus? Vnde uanæ factæ sunt gentes, & insipiens cor ipsorum tenebris obductum est? Nōne quoniam rationi apparentia sequentes prædicationi spiritus fidem non habent? Quos uero Esaias uelut perditos deplorat: Væ sapientibus in seipsis, & coram seipsis scientibus. Nōne tales? Multis itaque præteritis in medio sitis, tū his quæ de eo quod filius ingentus nō sit, disceptauit, tum his quæ ut fidem faciat eius quod creatura & facta sit unigenitus, artificiose cōmētus est, ad principalissimā impietate me cōuertam, ubi hoc solum appositis addidero ac indicauero, quod quæ præoccupatā re ipsa confirmauit blasphemiam, eam uolens uerbo obumbrare, & sermonis impudentiam mitigare, dixit se nō cōmunem facere unigenitum ad creaturam, oblitus suorum dogmatū quæ in superioribus nuda & nullo uelamine tecta uoce proposuit. A quibus rursus ad impudentē & clarissimā contrarietate excidit. Scribit autē sic: Nemo autē quum filium esse creaturam audit, egre ferat, quasi cōmunis fiat essentia à nominū cōmunitate. Quomodo igitur o sapiētissime, si ad nominū diuersitatem, diuersitas essentiaē necessario sequitur, (Recordamur enim in superioribus te hæc dixisse) non nunc ad nominū cōmunitatem, essentiaē cōmunitas sequetur? Neque enim semel, neque obiter, hūc sermonē inspersisse uidetur. Quoniam & nunc statim uelut pœnitentia ductus ob ea quæ dixit, quod uidelicet nominū cōmunitas, non etiam cōmunes faciat essentias: rursus paulo post inducit aduersarios obiurgans. Oportebat, inquit, si qua ipsis esset ueritatis cura, quū diuersa nomina sint, diuersas etiam essentias confiteri. Quomodo quis facilius uerbis uti possit? Nam modico factō intervallo ad contraria se conuertens, nunc quidem dicit, nominum diuersitatem necessario essentiarū diuersitate ostendere. Nunc uero rursus, cōmunitatem nominū non cōmunes facere essentias. Caterū arbitror nos consimile facere his qui homicidam propter conuictū, aut plagam alicui incussam, aut tale quoddam peccatum accusant. Itaque ad caput malorum ipsius transeamus. Quum uidisset hic, quod cōmunis prænotio omnibus æqualiter Christianis inest, qui modo uere hac appellatione digni sunt, de eo quod lux sit filius genita, ex ingenta luce resplendens, & per se uita, & per se bonum, ex uiuifico fonte paternæ bonitatis progressus. Deinde animo uersasset, nisi has notiones nostras concussisset, nullum ampliorem fore sophismatum eius successum. Qui enim lucem confitetur patrem, lucem item filium, quum lucis unus & idem intellectus existat, sua sponte ad confessionem societatis ac coniunctionis secundū essentiam deducetur. Nam luci ad lucem, iuxta ipsam lucis rationē, nulla neque in prolatione, neque in significatione, diuersitas est. Quo igitur hoc à nobis tollat, uersutiarū retibus fidei doctrinam circūdat, incōparabilia hæc esse, & nullam omnino inter se cōmunitatem habere docens; & ingenti ad genitū oppositionē, item luci ad lucem esse dicēs: aut hoc negantes, compositū esse deum cōfiteri cogens: quin potius ipsam eius dictionē audiamus.

Vtrū aliud quid significat, inquit, lux in ingento, præter genitū, aut idem utraq; Si enim aliud quid & aliud, manifestū est quod etiam cōpositum est, id quod ex alio atque alio cōstat. Quod autē cōpositū est, ingentū nō est. Si uero idē, quantum diuersum est genitū ab ingento, tantū necesse est lucem à luce diuersam esse, & uitam à uita, & potentia à potentia. Videte & intelligite horrendā impietate. Quantum, inquit, ingentū à genito differt,

tantum

tantum differet lux à luce, & uita à uita, & potentia à potètia. Interrogemus itaq; ipsum, ingenitū à genito quāto interuallo separātū est: Num paruo, & tanto ut possint aliquando in idem inter se cōuenire? Aut hoc penitus impossibile est, & magis impossibile quā eundē in eodem uiuere & mortuū esse, & sanum simul esse ac ægrotare, & uigilare simul ac dormire: talia enim sunt quæ summa oppositione inter se opponuntur, ut præsentē altero, necessarium sit abesse alterum: quæ etiā omnino nō simul esse, & discordia esse solent. Quum igitur secundū hunc modum oppositio ingeniti ad genitū sit: qui patrem lucem nominat, lucem item filium, tantum uero hanc lucem ab illa luce separātā esse dicit, quantum genitum ab ingenito separātū est: nōne manifestum se facit, etiamsi uerbo benignum se esse simulat, lucem nominans uidelicet filium, quod per potètiā eorum quæ dicuntur, sententiā ad contrariū abducit. Considerate enim quid opponitur ingenito, aliud ingenitū, aut genitum: genitum nimirū. Quid uero opponitur luci, lux altera, aut tenebræ: tenebræ omnino. Si itaq; quantū diuersum est genitum ab ingenito, tantum necesse est diuersam esse lucem à luce, cui ex omnibus obscura est impietas, quod in appellatione lucis, id quod oppositum est luci inducens, contrariā esse lucis naturæ, unigeniti essentiam subiicit. Aut ostendat nobis lucem luci oppositā, & quæ illam oppositionis mensuram habeat, quæ genito ad ingenitū est. Si uero hæc neq; est, neq; ipse excogitare poterit, ne ignoretur ars, per quam profunda uersutia blasphemā construit. Quandoquidem enim putat ingenito genitum per contrarietatem oppositū esse, eandem oppositionem luci ad lucem adaptat, quo per omnia essentiam patris aduersam & contrariā essentia unigeniti ostendat. Et propterea noua hæc dogmatū legislatio: quantum diuersum est genitum ab ingenito, tantū necesse est lucem à luce diuersam esse. At qui ingenito quidem ad genitum est quædam iuxta positionem uerborū, etiamsi non iuxta naturam rerum oppositio, id quod hi affirmant. Luci uero ad lucem, neq; iuxta prolationem, neq; iuxta significationem, possibile est aliquam excogitare contrarietatem. Verum uidetur sophismatis fraudulentis seipsum fallere. Opinatur enim quod quæ ad contraria sequuntur, eandem inter se habeant pugnam, quam habent & præcedentia: & quum alteri contrariorum fuerit contrariū, etiam ad alterum omnino contrariū sequetur. Velut uerbi gratia, Si ad uitam lux sequitur, ad cæcitātē tenebræ sequuntur. Si ad uitam, sentire, ad mortem, sensu priuatū esse. Hæc autē q̄ debilis ac dilabēs sit observatio, omnibus notū est, qui parum saltem intelligunt. Non enim quia ad uigiliās uita sequitur, ideo omnino ad somnum mors sequitur: Sed neq; cōtrario modo se habet genitū ad ingenitū. Si enim contraria sunt, & se mutuo corrumpūt, id quod in caput blasphemantiū ueratur: at neq; natura contraria sunt, neq; uero ea quæ ad hæc sequuntur eandem distantia necessariō habebunt, quā præcedentia habere ostensa sunt. Aut igitur dele uerba tua, aut ne neq; impietate tua em blasphemā qui dixisti, quātū diuersum est genitū ab ingenito, tantū necesse est diuersum esse lucem à luce. Igitur sicut nunq; particeps erit genitus eius ut ingenitus sit, sic nunq; lucis ipsum participē faciet: & erit iuxta tuam sententiā, unigeniti essentia æqualiter distans ab eo ut ingenita sit, & ab eo ut lux intelligatur ac nomine. At Ioannes quidē magna uoce spūs in clamat tibi dicēs, Erat lux uera. Tibi uero nō sunt aures ad audiendū, neq; cor ad intelligendū. Verū tu ad contrariā naturam & quæ cum luce esse nō potest, essentia unigeniti cauillatiōibus ac sophismatis tuis detrudis. Nō enim profectō illud uelut firmū dices, q̄ etiā de unigenito appellationē lucis nō detraxisti: nō enim in sono aeris, sed in potestate rerū quæ significātur, pietas est. At ille nō in his quieuit solū, sed etiā uitam & potètiā, eadē distantia ad contrariū mensura simul abducit, dum dixit: Quantū diuersum est genitū ab ingenito, tantū necesse est lucem à luce diuersam esse, & uitam à uita, & potètiā à potètia. Ergo neq; uita, neq; potètia, unigenitus ex tua sententia est. Sed expungis ipsius dñi uerba dicentis: Ego sum uita. Expungis itē Pauli uerba qui dixit, Christus dei potètia. Nā quæ in superioribus demonstrabānt, etiā nunc his cōuenient. Neq; enim uitam neq; potètiā, uitæ ac potètiæ oppositā esse quisq; dixerit, sed mortē & impotètiā, perfectissimā oppositionē explere: per quæ hic uersute uerborū dolum occultas, maliciose ac techie horrendā impietatem adstruit, & uerborū artificio unigeniti naturā ad contrariū paternæ naturæ abducēs, solā nominū laudē relinquit. Quid igitur nos? Quomodo & ingenitū patrē, et genitū filiū cōfiteres, cōtrarietate iuxta ipsam essentia effugerimus? Quid

Quid nam dicentes? quod boni patris, bonus est filius: ex luce uero ingenita, lux sempiterna effulsit, & ex uera uita, uiuificans fons processit: & ex ipsa per se potètia, dei potètia emicuit. Tenebræ uero, & mors, & impotètia, principi huius mundi, & principibus tenebrarū, & spiritalibus prauitatibus, & omni potètiæ diuinæ naturæ aduersanti, coniuncta sunt: neq; his ipsis iuxta essentia ipsam, ad bonum contrarietate fortitis (Ita enim reprehensio ad creatorem rediret) sed ex proprio proposito ac electione, per boni priuationem ad maliciā dilapsis: & tamen ad hunc ordinem, unigeniti naturā lingua deum imitans deducere conata est. Nō enim profectō illud dicere potest, quod quū patris essentiam lucem esse cēseat gloria & splendore excellentē, unigeniti quoq; essentia lucem esse putet, uerū obscuriorem quodāmodo & uelut turbatā: pię etenim mentis neq; hæc sunt, propterea quod imaginis similitudo per obscuritātē tollatur. Verū tamen optandū esset, ut hac parte ipsum accusare possemus: neq; em multo certamine opus esset nobis ad eius correctionē. Nunc uero ingenito ad genitū, non iuxta magis & minus diuersitas est, uelut minori luci ad maiorē, sed quanta est distantia eorū quæ penitus simul esse nō possunt. Impossibile est enim ut id quod alteri adest, unq; per mutationem ad oppositū transeat, quo aut ex ingenito genitum fiat, aut uice uersa, a genito ad ingenitum transmutatio fiat. Qui itaq; semel pronūciat, quantū diuersum est genitum ab ingenito, tantū necesse est lucem à luce diuersam esse: ei ne ista quidē ratio ad fugam reliqua est: nam lux pura, cum tenui & obscura luce, eadem genere existens, solo incremento ab ea differt. Ingenitū uero non est incremento & intensio geniti, neq; uice uersa, genitū remissio quædam est ingeniti: sed uelut ex diametro horum distantia est. Hos igitur qui genitū & ingenitum essentiam dicunt, hæc & adhuc plura his absurda sequuntur. Contrariū enim ex cōtrario genitum erit, & pro naturali coniunctione, necessaria quædam seditio etiā iuxta hanc essentiam ipsis orietur. Hoc ipsum uero maiorem ignorantia quā impietatem declarat, nimirum essentiam dicere, & cuiuscunq; tandem rei per essentiam, contrariā esse: quum iam olim etiam apud externos philosophos confessum sit (quos quū non inuenerint hi pro blasphemis suis decertātes, uelut nullius rei homines auersantur) impossibile esse in essentia esse contrarietatem. Si uero, id quod uerū est, notorias quasdam proprietates, quæ in essentia considerantur, genitum ac ingenitū esse acceperit, quæ ad clarā & inconfusam patris & filij notionē manuducant, is impietatis effugiet periculum, et quod rationi consentaneū est conferuabit. Etenim proprietates, uelut characteres & formæ quæ in essentia considerantur, diuidunt quidem cōmunitatem proprijs characteribus ac notis, uerum essentia coniunctionem nō dirimunt: uelut uerbi gratia, cōmunis quidē est deitas: proprietates uero sunt, paternitas & filiatio. Ex utriusq; autem cōplexu, tum cōmunis, tum proprii, apprehensio ueritatis nobis contingit: quare ubi ingenitā lucem audiimus, patrem intelligimus: ubi uero genitā lucem, filij notionem accipimus: nulla cōtrarietate in ipsis existente, inquantū lux & lux sunt: uerum inquantū genitum & ingenitū, appositione apparente. Hæc est em proprietatū natura, ut in essentia identitate ostendat diuersitatē: & ut ipsæ quidē proprietates sæpe dum inter se diuidunt, ad contrariū discedant, nō tamen essentia unitatē diuellant: uelut uolabile, & pedestre, & aquatile, & terrestre, & rationale ac irrationale. Quū em una essentia oibus subiecta sit, proprietates hæc nō alterant essentia, neq; uelut disidere inter se suadēt, uerū per efficaciam signorū cognitionis, uelut lucem quamdam animis nostris indentes, ad intellectū menti perceptibile deducunt. At hic oppositio ne proprietatū ad essentia translata, hinc impietatis occasionē trahit, uelut pueros terrēs nos sophismatibus: q̄ si aliud quid fuerit lux præter ingenitū, necessariō cōpositus deus nobis demonstrabit: ego uero quid dico: nisi aliud quid fuerit lux ab ingenito, nō amplius potest de filio prædicari, sicut neq; ipsum ingenitū. Didicerit autē quis etiā hinc eorū quæ his uocib. significant diuersitatē. Lucē habitare dicitur est deus, et indui luce: nō profectō scriptura dicente, ipsum in sua ipsius ingenita natura habitare, neque ipsam forinsecus sibi circūdatam habere. Aut hæc quidē ridicula sunt, genitū autē & ingenitū, notoria quædam sunt proprietates. Si enim nihil esset q̄ essentiam delinearet, nullo sanè modo ad nostram intelligentia pueniret. Quū enim una sit deitas, impossibile est notionē propriā patris aut filij capere, si nō proprietatū additione mēs fuerit cōfirmata. Ceterū ad hoc quod cōpositus ostendat deus, si nō idem esse accipiat lux & ingenitū, illud dicere possumus. Quod

Quod si quidē uelut partē essentia ingenitū acciperemus, fortassis haberet sermo ipsius locum, dum compositum esse dicit id quod ex diuersis constat. Si uero essentiam dei lucem censemus, aut uitam, aut bonum totum, hoc est, quum uita sit, etiam tota lux est, & totum bonum: consequens autem habet uita ingenitum: quomodo non in compositus est, qui iuxta essentiam simplex est? Non enim profectio ostendentes proprietatem ipsius modi, simplicitatis rationē laedent. Aut hoc sanē modo omnia quae de deo dicuntur, compositum deum nobis ostendunt, & uelut apparet, si uelimus simplicis & impartibilis notionem cōseruare, aut nihil dicemus de deo praeter ingenitū, & auerfabimur ipsum nominare, inuisibile, incorruptibile, inalterabile, creatorē, iudicem, & omnia quae nunc ad glorificationē assumimus. Aut si haec nomina suscipimus, quid faciemus? Vtrū ad essentiam uniuersa referemus? Igitur non solū compositum, sed etiam ex partibus dissimilariibus ipsum compositū demonstrabimus, propterea quod aliud atq; aliud à singulis his nominibus significatur. An extra essentia accipiemus? Igitur quam in unoquoque illorum rationem excogitauerunt, eam etiā de ingenitū appellatione suscipiant. Porro postquā orationē inanibus nugis cōpleuit, & contra omnes simul qui unquā aliquid operae circa dei cognitionē impenderūt, se extulit, tanquā ipse nouam quandā ac recētem uiam ad deum ferentem strauisset, quam nemo priorū inuenit, postremū inducit uelut ab ipsa doctus del essentia, blasphemā contra filium. Superius equidē regnum, & quod penitus generationem nō suscipit, his erudiens mentē cum beneuolentia accedentē, quam longissime repellere iubet, lege naturae, priorē comparisonē. An non palam ostendit quod ipse dignus factus est arcanorū reuelatione, postquā mentem cum beneuolentia deo admouit, & propterea quam longissime repellit unigenitū à patris cōmunitate, neq; cōparationem ipsorum admittere uolēs; sed & lege naturae unigeniti essentia à patris essentia separata esse dicit. Cur hoc dicens: Quod deus uniuersorū, ne si uoluisset quidē potuisset unigenitum ad essentia cōiunctionē suscipere, lege naturae à cōiunctione ad ipsum prohibuit; non existens ipse sui ipsius, uelut uidetur dñs, sed necessitatis terminis subiugatus: talia enim sunt quae naturae lege cōprehensa sunt, quae citra uoluntatē ad id quod natura uidetur, perducuntur. Sicut enim igni natura inest ut calfaciat, non uoluntate; & ex necessitate suscipere nequit frigiditatem, lege naturae societate ad ipsam spoliatus. Sic uult etiā deum & patrem, lege naturae diuersam ac alienā à filio habere essentia. Atqui naturae leges non distantiam inter se filij & patris, sed necessariā & infraactam naturae cōmunitatem exprimunt. Si quidem enim uoluntate diceret deum uniuersorū effecisse, ut nulla sit ad ipsum cōmunitas, neq; sic quidem bonitatis dei ratio permiserit, ut credibilia dicere uideatur is qui dicit, non cōmunicare patrem ea quae ipsi ad sunt, ei qui ex ipso est: haberent tamē dicta consequentia. At lege naturae dicere alienationē esse, neq; eius est qui in rebus sensibilibus naturā considerauit, iuxta quam non aliena, neq; cōtraria, sed potius cōiuncta & cōgnata, à singulis generari solent. Rursus igitur neq; hic intellexit eorum quae ab ipso relata sunt inter se contrarietatem. In superioribus enim aegre ferēs eos qui similem secundū essentia unigenitū patri dicit, sic scripsit. Videntur autē mihi omnino hi qui nulli domino subditi, & omni causa superiorē, & ab omnibus legibus liberam essentiam, genitē & paternis legibus seruienti, cōparare ausi sunt, aut neq; in totum uniuersorū naturam considerasse, aut non pura mente iudicia de his fecisse. Quomodo igitur nulli dominio subditi, & ab omnibus libera essentia, nunc uisa est non ex libero arbitrio habere id ut nulli comparetur, sed naturae lege preoccupata, & inuoluntariē à cōmunionē ad se genitum repellere, ut propterea etiā ipsi unigenito inaccessibilis sit: Atq; tanta quidem est in his quae ab ipso dicuntur dissonantia, impietas uero, in quantum nulli dominio subditi ac liberam patris essentia pronunciat, (si tamen nulli dominio subditi est, quae legi naturae subiecta est) & ex opposito seruilem unigeniti essentiam censet, etiam hinc naturae aequalitatem tollens. Quum enim duae res sint, creatura & deitas, & creatura quidem in seruitute et obedientia locata sit, deitas uero in principatu ac dominatione: qui domini dignitatem tollit, et ad seruitutis humilitatem unigenitū dejicit, nōne manifestū se facit, quod etiam per hoc ipsum, eiusdem cum tota creatura ordinis ipsum ostendit? Non enim profectio hoc ipsi gloriosum est, si cōseruis praemineat. Sed si non regem & dominū confiteamur, nō ob naturae imminutionē, uerum uoluntatis bonitate obedientia suscipiētem: hoc graue

grave & horrendū est, & perniciem negantibus afferens. At uero ille addit. Leges itaque naturae sequens essentia dei, neq; ad alium cōparationem admittit, & exhibet nobis ut consentaneam & conuenientem propriae dignitati ipsius operationem intelligamus. Hoc quidem dicitur est ab illo, ad diuersitatis unigeniti à patre demonstrationē, confirmat autē sermonem nostrū. Si enim ut consentaneā & conuenientem propriae dignitati operationē intelligamus, exhibet essentia dei: dignitas quidē est ipsa ingenita natura, uelut Eunomio uideur. Eadem uero ipsa etiā essentia est, iuxta horū rationem. Operatio autē dei unigenitus est, aut actionis imago, & hoc secundū horum rationem. Quare his contradicere superfluum fuerit, quum nihil habeant, quam magni aestimare negare ipsos hanc blasphemiam. Verū tamen quando quidē dixerunt, ex his quae ab ipsis dicta sunt, concludamus. Si dignitas quidē est ingenita natura, eadē uero etiā essentia est, cōsentanea autē est & cōueniens dignitati dei operatio: haec uero est Christus, iuxta horū opinionem: cōiunctus igitur ac conueniens erit essentiae dei. Atq; horū nihil nostrum est. Ipsa enim horum cōponentes uerba, per ipsa demonstrationē facimus. Essentiam, inquit, dei sequitur dignitas: dignitati conueniens est operatio: operationis imago est unigenitus. Et utce uerba. Si operationis imago est unigenitus: operatio uero est dignitas. Dignitas autē essentiae unigenitus imago erit essentiae. Sic etiā ipsi saepe operatores mendacij, ab operatione coacti testimonium ueritati praebent, etiam non uolentes. Nam & daemones nō euangelistarū faciebant opus, sed quū ueritatis lucem intueri nō possent, clamabant, Nouimus te quis sis, sanctus nimirū ille dei. Videamus autem & sequentia. Si enim, inquit, quis ex creaturis considerationem faciens, ex his ad essentias perducatur, quum quidē ingeniti creaturam filium inueniat, unigeniti uero paraclerum: & ex unigeniti praeminentia, operationis diuersitatem confirmet: indubitata accipit etiam de diuersitate secundū essentiam demonstrationem. Primum igitur quomodo possibile sit essentias ex creaturis aestimari, ego quidem non uideo: potentiae enim & sapientiae ac artis, non autem ipsius essentiae indicationem creaturae faciunt: & neq; ipsae totam creatoris ac opificis potentia necessaria declarant, quū fieri possit ut aliquando artifex non omnē suam uirtutem in operationibus exponat, sed saepe remisso uigore in operibus artis utatur. Si uero etiā totam potentiam ad opus cōmouerit, & sic sanē cōtingerit, ut uires ipsius per opera metiamur, nō autē ut essentia quae tandem ea est, deprehendamus. Quod si uero propter simplicē & incompositam diuinā naturam, potentia quidē concurrentem censet essentia, & propter bonitatem quae deo adest, totam cōmotam esse dicat patris potentiam, ad filij generationem: tota itē unigeniti, ad sancti spūs substantia producenda: ut ex spiritu quidē unigeniti potentia cōsideretur, simulq; etiā essentia: ex filio uero rursus patris tum potentia, tum essentia deprehendatur: uidete quod hinc colligit. nam per que conatus est essentiae dissimilitudinem cōfirmare, ex his uidetur similitudinē adstruere. Si enim nihil cōmune habet potentia ad essentia, quomodo ex opificijs, quae potentiae effectus sunt, ad ipsius apprehensionem deducatur? Si uero idem est essentia & potentia, id quod potentia delineat, delineabit omnino etiā essentia. Quare creaturae & opificia nō ad essentiae dissimilitudinē, uelut tu dicis, sed ad exactā similitudinē ducunt. Rursus uero etiam haec aggressio nostrā magis q̄ ipsius rationē confirmat. Aut enim nō habet unde ditorū demonstrationes exhibeat. Aut si quidē ex humanis rebus imagines ac similitudines acceperit, inueniet nō ex artificis operibus, nos essentiam ipsius cognoscere, sed ex genito genitoris naturā agnoscere. Non enim ex domo essentiae aedificatoris deprehendere possibile est, uerū ex genitura ac sobole facile est genitoris naturā intelligere. Quare si quidē creatura est unigenitus, non declarat nobis patris essentia. Si uero notū facit nobis per seipsum, patrem, nō creatura est, sed filius uerus & imago dei, & substantiae character. Atq; haec quidē huiusmodi sunt. Caeterū interpositio blasphemiae quanta est? Contemptis minis in euangelijs, quas dñs his qui in spiritu sanctum blasphemias dicit, horrendissimas intentauit: spiritū sanctum creaturā ac opificiū dicit, ita ut fere neq; animal ipsum esse concedat, quum inanimatis ut plurimū haec appellatio accommodetur: non enim profectio quia dominū hac blasphemiam praecoccupauit, ob id nos aliquid indignationis remittere cōuenit. Non enim hoc mitigatio est impietatis, sed additamentū condemnationis: nam & dñs blasphemiam in seipsum, propter bonitatem suam remisit, uerum in spiritū sanctum eandem ausis, in euitabilem condemnationem

demnationem imminere pronunciauit. Primus itaq; ex his qui ueritatem adorti sunt, ex quo pietatis prædicatio denunciatur, hanc uocē de spiritu emittere ausus est. Neminem in hodiernū usq; diem audiuius, qui spiritū sanctum creaturā appellasset. Sed neq; in re licētis ab ipsis libris appellationē hanc inuenimus. Deinde dicit: Si ex creaturis ac opificijs perducatur quis ad essentiæ cōprehensionem, inueniet filium quidem ingeniti creaturam, unigeniti uero paraclētū. Alius hic est impietatis modus, dupliciter blasphema re in uno uerbo, & sancti spiritus contemptū uelut confessum sumere, atq; hinc ad imminutionis unigeniti demonstrationē procedere. Et uelut apparet, Cœli quidē enarrant gloriā dei, spiritus autē sanctus gloriæ unigeniti imminutionē denunciatur. Et dñs quidē de paraclēto dicēs, Ille me glorificabit, inquit, At maledica illa lingua, impedimentū ipsum esse filio cōparationis ad patrē pronūciat. Quoniā enim spiritus, inquit, creator est filius (propitius autē nobis sis dñe ob ea quæ loquimur) Hoc uero tale est, ut nullā tribuat creatori dignitatē; propterea neq; cōparari patri dignus est, ex uilitate eorū quæ fecit dignitatis æqualitate priuatus. Nunquid unquam audiuitis blasphemiam grauiorem? Num alii quis adeo clare in euitabilē cōdemnationem blasphemiam in spiritum sanctum collapsus est? Solius Montani esset adeo insanire contra spiritū, ipsumq; in nominibus humilibus uisolare, & naturā ipsius intantū uilipendere, ut ignominiam creatori affricare dicat. Imò ille utiq; cauisset aliquid humiliter de spiritu dicere, ut ne suis ipsius factum subuerteret: sed de hoc per ocium dicemus. Illud uero cui ex omnibus obscurū est, quod nulla filij operatio à patre dissecta est; neq; est aliquid in rerum natura, quod filio adit & à patre alienum sit: omnia enim, inquit, mea, tua sunt, & tua, mea. Quomodo igitur spūs causam soli unigenito attribuit; & huius creationem ad accusandā naturam ipsius usurpat? Si quidē igitur duo principia inter se aduersa inducens hæc dicit, cum Manichæo & Marcione conteretur: si uero ex uno omnia pendere facit, id quod à filio factum esse dicitur, ad primam causam refertur. Quare etiam si omnia ad esse producta esse per deum uerbū credamus, at omnium causam esse deum uniuersorū non negamus. Quomodo uero non manifestum periculū habet, dirimere spiritū à deo: quum partim quidem Apostolus coniunctim nobis tradat, et modo Christi, modo dei spiritū dicat, dum scribit, si uero quis spiritū Christi non habet, hic non est ipsius; & rursum, uos autem non spiritū mundi accepistis, sed spiritum qui ex deo est: partim uero dominus spiritū ueritatis nominet, nam ipse est ueritas, & à patre procedit. At hic ad gloriā domini nostri Iesu Christi subuersionē, ipsum à patre tollit, unigenito uero præcipue ad gloriæ destructionē attribuit, cōtumelia uelut putat afficiens, quum nullā ob praua dogmata ultionem in die retributionis expectet.

DIVI BASILII MAGNI CONTRA APOLOGETI-
cum Eynomij euerforius liber III Iano Cornario interprete.



Vero tandem blasphemus in unigenitū filium exsatiatus, ad spiritum sanctū transiit, consentanea toti proposito suo etiam de hoc uerba faciens. Scribit autem sic. Quum uero hæc nobis de unigenito sufficiant, consequens fuerit deinceps etiam de paraclēto dicere, non ut in expensas multorū opiniones sequamur, sed ut sanctorum in omnibus doctrinā seruemus. A quibus quum tertium ipsum et dignitate & ordine didicerimus, tertium quoq; esse natura credimus. Quod non putet oportere in simplicis & non de industria parata fide perseverare, uerū artificialibus quibusdam ac captiosis rationibus ueritatē rursus ad id quod sibi ipsi uidetur percellere, sufficere per ea quæ dixit, declarauit. Reprobans enim multorū opinionem, qua glorificat spiritum sanctum, simulat se conseruare doctrinā sanctorum, & eos qui hanc ipsi tradiderunt, tacet: etiam nunc ea faciens quæ in oratione de unigenito facere eum demonstratū est. Deinde dicit à sanctis quidem se didicisse, tertium esse spiritū & ordine & dignitate, à seipso uero credere, etiā tertium natura esse. Qui uero sunt sancti illi, & in quibus scriptis doctrinā fecerunt? Fuit ne unq; adeo temerarius homo, qui diuinorum dogmatū inuolutiones induceret? Quæ enim necessitas est, si dignitate & ordine tertius est spūs, tertium esse ipsum etiā naturam? Dignitate equidē secundū esse à filio, tradidit fortassis pietatis doctrina. Natura uero tertia uti, neq; ex sanctis scripturis didicimus, neq; ex prædicis uelut cōsequens colligere possibile est. Sicut enim filius ordine quidē à patre secundus est, quia ab illo est: & dignitate

gnitate, quoniā principit & causa ut sit ipse, pater est: & quoniā per ipsum processus & accessus ad deū & patrē: natura autē non amplius secundus est, quoniā deitas in utroq; una est. Ita nimirū & spiritus sanctus, etiā si sequitur filium & ordine & dignitate: ut omnino etiā concedamus: non tamen uerisimiliter uelut alienæ existēs naturæ. Et cōsequentiā sanè illinc clara fit. Omnes angeli sicut appellationē unam, sic etiam naturā omnino eandem habent. Attamen alij ipsorū gentibus præsent, alij singulos credentes consequuntur. Quāto uero præstantior est gens tota uno uiro, tanto nimirū maiorē esse necesse est angeli gentibus præsententiam, supra eum cui singulorū præfectura cōmissa est. Quod uero adit singulis credentibus angelus, uelut pædagogus quidā & pastor uitā dirigens, nemo cōtradicit qui memor fuerit uerborū domini ubi dixit: Ne cōtemnatis unū aliquē ex his pusillis: nam angeli ipsorū semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Et Psalmsa dicit: Aderit angelus domini in circuitu timētū ipsum. Et Angelus qui liberauit me à iuuentute mea. Et quæcunq; huiusmodi sunt. Quod autē rursus sint angeli quidam totis gentibus præfecti, Moses nos docet per odam ac canticū dicens, Quando diuisi sit altissimus gentes, quando disperlit filios Adam, cōstituit terminos gentiū iuxta numerum angelorū suorum. Et sapiens Daniel in uisione angeli audiuit ipsum dicentem, princeps regni Persarū stetit aduersum me: & ecce Michael unius principit primariorū uenit in auxiliū mihi, & ipsum reliquit cū principe regni Persarū. Et paulo post dicit idem, Et princeps Græcorū ueniebat. Quin & exercitus imperator super copias domini dicitur angelus, qui Iesu Naue coram Iordane apparuit. Et rursus legiones quædam angelorum dicuntur, ubi dñs ad discipulos dixit: Aut putatis q; nō possum rogare patrē meum, & exhibebit mihi hic plures q; duodecim legiones angelorū. Qui itaq; imperator exercitus angelorū in legiones ordinorū est, ille uidelicet princeps est. Quorsum igitur hæc oratio nobis tendit? Quod nō omnino si quid ordine & dignitate secundū est ac tertium hoc etiā naturā aliam habet. Quemadmodū enim inter angelos, alius princeps est, alius subditus, Angeli tamen natura oēs: & iuxta dignitatē quidem diuersitas est, iuxta naturam uero cōmunitas ac societas. Nā & stella à stella differt in gloria, natura uero omnium stellarū una est. Et multæ mansiones sunt apud patrem, hoc est dignitatū differentia, natura uero glorificatorū una. Sic nimirū & spiritus sanctus, etiam si dignitate & ordine sequitur, uelut dicunt, Traditū enim accepimus, inquit, tertium à patre et filio ipsum numerari, quum ipse dñs in traditione salutaris baptismatis, ordinem tradiderit, dum dixit: Euntes baptisate in nomine patris & filij & spiritus sancti: At in tertiam quandam naturam à filio ac patre eiectionem nufquam didicimus. Quum enim duæ res dicantur, deitas & creatura, dominitū & seruitus, potentia sanctificans & quæ sanctificatur, potentia ex natura habēs uirtutē, & quæ ex proposito eam acquirit, in qua parte spiritū locabimus? Inter eos qui sanctificantur? At ipse est sanctificatio. Aut inter eos qui ex uiribus ac fortibus sanctis uirtutem adepti sunt? At ipse natura bonus est. Aut inter ministratorios spiritus? At alij sunt spiritus ministratorij qui ad ministeriū demittuntur. Non igitur phas est ipsum nobis conseruare dicere, qui natura est principalis: neq; creaturæ annumerare, eum qui diuinæ ac beatæ trinitati connumeratur. Principatus equidem ac potestates, & omnis talis creatura, ex attentione ac studio sanctificationem habentes, non iure natura sancte esse dici poterint. Appetentes enim bonum, iuxta portionē amoris erga deum, etiā sanctificationis mensuram assument. Et quemadmodū ferrum in medio igne positū, ut quidem ferrum sit, non amittit, uerum uehementissimā ad ignem conuersione ignitum, & totam ignis naturam in seipsum suscipiens, & colore & actione atq; efficacia in ignem trāsit. Sic etiam sanctæ potestates ac uirtutes ex societate ad eum qui natura sanctus est, per totam suam substantiam progressam iam & cognatam sanctificationem habent. Verum diuersitas à sancto spiritu hæc ipsi est: quod huic quidem natura est sanctificatio ipsa, illis uero ex participatione contingit ut sanctificentur. Quibus uero acquisita & aliunde cōtributa adest bonitas, hæc transmutabilis sunt natura. Non em̄ excidisset Lucifer qui mane exoritur, nec in terra cōtritus esset, si natura ad suscipiendū malum ineptus fuisset. Quomodo igitur pium est inter creaturas spiritū collocare, qui tanto spacio à creaturis separatus est? Creatura enim à natura disposita est, ut profectus & complacentiæ erga deum, præmium habeat sanctificationem, & ut natura libera utatur, & ad utranq; partem inclinari possit.

possit ad boni & deterioris electionem. Spiritus autem sanctus fons est sanctificationis. Et quæadmodum natura sanctus est pater, & natura sanctus filius. Ita natura sanctus etiam spiritus ille ueritatis: quapropter etiam selecta ac propria sancti appellatione dignus factus est. Si igitur natura ipsius sanctificatio est, uelut patris quoque ac filij, quomodo reuerentius est & alienæ naturæ: ob id enim arbitror & apud Esaiam, seraphim ter sanctus exclamare, scriptum est, quoniam in tribus personis naturalis sanctificatio consideratur. Nec uero hoc solum sanctificationis nomen ipsi commune est cum patre ac filio, sed etiam ipsa spiritus appellatio: spiritus enim est deus, & adorantes ipsum in spiritu & ueritate adorare oportet. Et propheta dicit, spiritus ante faciem nostram Christus dominus, ubi diximus, in umbra alarum ipsius uiuimus. Et apostolus spiritus appellationem ad dominum refert, dicens: Dominus autem spiritus est. Ex his uero omnibus manifestum est, quod non nature alienitatem, sed coniunctionem ad patrem & filium, ipsa nominum communitas declarat. Et bonus deus dicitur est, & est: bonus autem est & spiritus sanctus, non acquisitam habens bonitatem, sed ex natura in ipso existentem. Alioqui absurdissimum omnium fuerit, eum qui natura sanctus est, dicere non habere natura bonitatem, sed accessoria & forinsecus ipsi allatam. At uero dum dominus dixit, Ego rogabo patrem, & alium paraclisum dabit uobis, etiam ipse paraclisus noster esse indicatur. Quare etiam paraclisi appellatio, non parum ad maiestatis sancti spiritus demonstrationem confert. Et nomina quidem talia sunt, quæ maiestatem naturæ indicant: operationes uero spiritus quales sunt. Verbo domini, inquit, cæli firmati sunt, & spiritus oris ipsius omnis uirtus ipsorum. Sicut igitur deus uerbum opifex est cælorum, sic etiam spiritus sanctus soliditatem ac firmitatem cælestibus uirtutibus exhibet. Et rursus Iob, Spiritus domini qui fecit me: non de creatione uelut arbitror, sed de perfectione secundum humanam uirtutem loquens. At Esaias ex persona domini loquens, iuxta humanitatem uidelicet ipsius, Dominus misit me, inquit, et spiritus ipsius. Et rursus psalmus per omnia processisse potentiam spiritus declarans, Quo ibo, inquit, à spiritu tuo? & à facie tua quo fugiam? Porro beneficentiæ quæ ab ipso ad nos deueniunt, quales sunt ac quantæ? Quem admodum ipse dominus dedit potestatem his qui susceperunt ipsum, ut filij dei fierent: ita & spiritus sanctus, spiritus adoptionis in filios est. Et quemadmodum magister uerus est dominus noster, iuxta id quod dictum est: Vos autem nolite uocare magistrum uestrum in terra, unus enim magister uester est Christus: Sic etiam spiritus sanctus omnes docet, qui in nomine domini crediderunt, id quod ipse dominus testatur, ubi dixit: Paraclisus autem spiritus sanctus, quem mittet pater, ille uos docebit omnia. Et quemadmodum diuine operationes, in eos qui digni sunt operationum susceptione, dicitur pater, & diuine ministeria filius inter dignos ministerio, Sic diuine etiam dona perhibetur spiritus sanctus, in eos qui digni sunt donorum susceptione. Diuisiones enim donorum sunt, idem uero spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem deus est, qui operatur omnia in omnibus. Vides quomodo etiam hic spiritus sancti operatione collata est patris ac filij operatio: Deinde & ex eo quod sequitur, diuinitas naturæ sancti spiritus amplius manifestatur. Quid enim dicit: Hæc autem omnia operatur unus & idem spiritus, diuidens unicuique priuatim prout uult. Nihil enim aliud quam principalem & herilem potestatem ipsi tribuit. Quapropter in nouo testamento propheta uociferatur, Hæc dicit spiritus sanctus. At per scrutari profunditates dei unde spiritus adest: Sicut, inquit, nullus homo nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ita & ea quæ dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei. Quemadmodum enim nullus alienus, neque peregrinus, internas animæ cogitationes inspicere potest, sic uidelicet etiam si quid arcanorum dei patriceps est, id non alienum ab ipso existens, neque peregrinum, profunditates iudiciorum dei per scrutari potest. Præterea etiam uita nobis à deo per Christum in sancto spiritu suppeditatur. uiuificat enim deus, uelut inquit Paulus, præcipio tibi coram deo qui uiuificat omnia. Vitam uero dat Christus. Oues enim, inquit, mea uocem meam audiunt, & ego uitam æternam do ipsis: uiuificantur autem per spiritum, uelut Paulus ait: Qui excitauit Christum ex mortuis, uiuificabit etiam mortalia corpora uestra, per inhabitantem in uobis spiritum suum. At hic omnia audens, & non formidans periculum imminens his qui blasphemum aliquod uerbum in spiritum sanctum emittere audent, exortem ipsum deitatis pronunciat, sic de spiritu scribens. Tertius ordine & natura, præcepto quidem patris, operatione uero

uero filij factus. Tertio loco honoratus, uelut primus & maior omnibus, & solus talis unigeniti creatura, deitate ac creati potentia destitutus. Qui uero hoc dicit, neque in nobis esse deitatem credere uidetur, quum Iohannes dicat de deo: Ex hoc cognoscimus quod in nobis est, ex spiritu quem dedit nobis: & apostolus, Nescitis quod templum dei estis, et spiritus dei habitat in uobis: Et rursus, In quo omnis ædificatio constructa augetur in templum sanctum in domino, in quo etiam uos coædificamini in habitaculum dei in spiritu. Si itaque in nobis habitare dicitur deus per spiritum, quomodo non manifestæ impietatis est, ipsum spiritum dicere, deitatis exortem esse. Et si deos nominamus uirtute perfectos, perfectio uero est per spiritum, quomodo qui alios deificat, ipse deitate destitutus est? Nec uero prius est dicere, uelut in hominibus, ita etiam in spiritu participationem deitatis honorari, & non natura deitatem ipsi adesse. Qui enim per gratiam deificatur, mutabilis est naturæ, ex negligentia aliquando à bonitate excidens. Hoc uero palam impugnat salutaris baptismatis traditionem. Euntes, inquit, baptisate in nomen patris & filij & spiritus sancti. Baptismus enim est sigillum fidei, fides uero confessio deitatis. Credere enim prius oportet, deinde baptismum ob signari. Baptismus uero noster est, iuxta ipsam domini traditionem, in nomen patris et filij & spiritus sancti: nulla creatura, neque seruo, patri ac filio coniuncto, tanquam deitas in trinitate cõpleatur: quicquid uero extra hos est, id omne nobis conseruatum est, etiam si quæ maxime dignitatum præminentibus alia alijs sint prælata. Et ne mihi rursus è tua sapientia hæc obijcias. Si non creatura est, igitur genitura est aut ingenitum. Unus autem est principio carens & ingenitus deus: neque uero genitura: reliquum igitur est creaturam & facturam ipsum nominari. Ego uero si qui dem omnia nostra cognitione cõprehendi posse decernerem, erubescere fortassis confiteari ignorantiam. Nunc uero innumera, non solum ex his quæ in futuro seculo nobis reposita sunt, neque solum ex his quæ in cælis sunt, nobis occulta sunt: sed neque eorum quæ in corpore nostro sunt clara & irrefutabilis cõprehensio est. Velut uerbi gratia de uisu. Vtrum rerum uisibilibus imagines suscipientes, sic apprehensiones facimus: & quomodo maximorum montium, immensarumque terrarum & infiniti maris, ampliusque ipsius cæli imago, modica pupillæ nostræ mensura continetur. Aut emittentes aliquid à nobis ipsis, & hoc rebus uisibilibus accedentes, sic ipsarum sensum habemus: & quid est hoc, & quantum, ut terræ ac mari sufficiat dum expanditur, & medius inter cælum ac terram locum penetret, ipsumque cælum accedat, tanta celeritate cõmotum, ut equali tempore, & circulum corpus, & stellæ in cælo cognoscantur. Et quid opus est alia dicere? Imò ipsos animarum motus utrum creaturæ an generare solet anima, quis exacte dixerit? Quid igitur miri fuerit etiam de sancto spiritu citra ruborem nos ignorantiam cõfiteri, & tamen attribuere ipsi glorificationem, cuius testimonium citra contradictionem ipsi datum est? Nam supra creaturam ipsum esse, satis nobis declarant ea quæ per scripturas traduntur, quando sanè impossibile est eiusdem naturæ esse, eum qui sanctificat, & ea quæ sanctificatur: eum qui docet, & ea quæ docentur: eum qui reuelat, & ea quæ reuelatione opus habent. Nemo uero adeo penitus demens est, ut alium præter deum uniuersorum, ingenitum appellare audeat, sed neque filium, eo quod unus sit unigenitus. Quomodo igitur ipsum appellare cõuenit: Spiritum sanctum, & spiritum dei, & spiritum ueritatis, qui mittitur à deo, suppeditatur à filio: non seruum, sed sanctum, bonum, principalem, spiritum uiuificantem, spiritum adoptionis, scientem omnia quæ dei sunt. Sic uero etiam in trinitate unitatis ratio cõseruabitur, quum unum patrem cõfiteamur, & unum filium, & unum spiritum sanctum. Porro asserunt demonstrationes ad hoc quod creatura dicitur sit spiritus sanctus, unam ex propheta dicente, Qui firmat tonitruum, & creat spiritum. Alteram ex euangelio, Omnia per ipsum facta sunt. Nos uero propheticum dictum, non in sanctum spiritum, sed in cõmunem hunc flatum, aeris uidelicet spiritum, tendere credimus. Id uero hinc manifestum fit, non enim dixit, Qui creauit spiritum, sed qui creat spiritum. Sicut enim tonitruum non in substantia quadam est corporali semel creatum, sed semper ad uoluntatem dei ob hominum timorem producitur, fierique ac dissolui solet. Sic etiam spiritus nunc quidem fit, instar fluminis fluente aere. Rursus autem cessat, quiescente eo qui prius cõmouebatur, iuxta uoluntatem eius qui omnia ad salutem ac confirmationem uniuersorum gubernat: ut per omnem creaturam, & ex tonitruis, & uentis, & reliquo opificio, opifex ac creator annuncietur. Quapropter postquam dixit, qui firmat tonitruum & creat spiritum, inquit: & annunciat hominibus Christum suum. Sicut enim cæli enarrat gloriam dei, his qui ex ipsis possunt opificis artem

æstimare, sic etiam tonitruū sonitus, & spiritū ac uentorum motus, opificem suum prædicant: fortassis autē hoc etiam propheta fuerit ad incarnationem domini tendens: quando uox quidē quæ de cælo fiebat, tonitruū audientibus esse uidebatur, quam deus & pater emisit, ut per ipsam Christū hominibus annuntiaret. Veni uero qui mouebantur, ac mare turbabant, deinde præcepto domini quiescebant, palam etiam ipsi Christum ipsius hominibus annuntiabant. At uero dictum illud, omnia per ipsum facta sunt: nequaquam spiritū sanctum creatū esse nobis declarat, uelut spiritus omnibus annumeretur. Si enim unus est spiritus sanctus & solus, quomodo is qui solitaria est naturæ unā cum omnibus comprehendī potest? Et nemo putet substantiæ reprobationē esse, quod negamus creaturam esse spiritū: piæ enim mentis est ea quæ silentio præterita sunt in sacris scripturis, uereri dicere de sancto spiritu, & credere experientiam ipsius ac certam comprehensionem, in futurum seculum nobis referuari, quando transgressi uisionem ueritatis per seculum & in ænigmate, spectaculo ad faciem digni siemus.

DIUI BASILII MAGNI CONTRA SABELLIANOS ET ARIVM, ET EOS QUI INÆQUALITATEM DOCENT, sermo: Iano Cornario medico physico interprete.



P VGNAT iudaismus cum græcismo, & ambo cū Christianismo, quemadmodū Aegyptij & Assyrij, & inter se hostes erant, & Israel. Quomodo etiā in uitio reperimus timiditatem & audaciam, & inter se opposita, & fortitudini: talis quædam est & ad rectā confessionem utrinque apposita pugna, hinc Sabellio, illinc his qui inæqualitatem prædicant. Nos uero uelut fugimus Græcos, & improbi mulachrorū cultū auersati sumus, & multitudinē deorum ipsorum impiam esse cognouimus, ita fugimus etiā Iudeorum blasphemiam, qui filium dei negant, timētes uidelicet illas minas: Quicumque negauerit me corā hominibus, abnegabo ipsum etiam ego coram patre meo qui in cælis est. Fugiamus igitur uelut par est, eos qui cognata his contra ueritatis doctrinā excogitant. Postquam enim uidit sapiens ille ad perpetrandum malum diabolus, Christianorū à Iudæis ac Græcis abalienationē, & quod statim ex ipsis nominibus hostili aduersus ipsos animo affectū sumus: nostro imposito utrisque nomine, ita introducere rursus conatur Iudaicā abnegationem, & græcā deorum multitudinē. Qui enim opus dei & creaturā unigenitū esse dicunt, dein de adorāt ac prædicant, ex eo quod colunt creaturā & non creatorem, palam græcismū introducunt. Qui uero deum ex deo negant, & nomine quidē filium consentunt, opere uero & reuera substantiā reprobant, iudaismū rursus renouāt. Nam quum uerbum esse cōsentunt, uerbo in mente conceptio ipsum assimilāt. Et quū sapientiā dicunt, simile esse dicunt habitui, qui in aīa eruditorum cōsistit, & ob id unam personā patris et filij. Nam & homo unus dicitur, qui nō diuiditur à uerbo quod in ipso est, neque à sapiētia. Atqui Euāgelista statim ab initio clamat, Et deus erat uerbum, propriam substantiā dans filio. Si enim in corde erat uerbum, quomodo intelligebatur deus? quomodo uero erat apud deū? nam neque quod in homine est uerbum, homo est, neque apud ipsum esse dicitur, sed in ipso. Neque enim uiuū est, neque subsistēs. At dei uerbum, uita est & ueritas. Et nostrū quidem uerbum, simul & prolātū est, & non est. De dei uero uerbo quid dicit psalmus? In æternum dñe uerbum tuum pmanet in cælo. Atque hinc quidē hoc bellum instat, illinc uero quod & quale est contra ueritatē certamen? Substantiam quidem concedunt, & propriā esse personā filij, & propriam patris consentunt. Verum inæqualitatem naturæ inducunt. Et filij nomen usque ad uocem cōcedunt, reuera autē ad creaturā ipsum deducunt, nō uerentes domini uocem, qui seipsum ostendit ei qui patrem uidere cupiebat. Qui enim me uidit, inquit, uidit patrem. Hæc autē uox, si quis recte expendit, amborū blasphemias obrurat. Neque enim seipsum patrem esse dicit, qui sanè manifeste personas distinguit, in eo quod dicit, Qui uidit me, indicat enim ex hoc propriā suam personā: uidit patrem, referēs ad paternā personā, & diuidēs à seipso manifeste. Et in eo quod dicit, Si cognouissetis me, & patrem meū utique cognouissetis. Nō enim personarū cōfusionem hæc

hæc ostendit, sed deitatis identitatē declarant. Audiant eadem uerba etiam aduersarij: quod qui filij societate dignus factus est, non priuatus est patre. Non enim alienū genitor genuit, sed talē qualis ipse est. Audi tu qui inæqualitatem doces, Ego & pater unū sumus. Audi & tu Sabelli, Ego de patre exiui, & ad ipsum uado, Et uterque propriū uulnus ex euangelica doctrina curet. Et tu quidē unitatē accipe de naturæ identitate. Tu uero illud: à patre exiui, & ad ipsum uado, de personarū diuersitate. Cōueniamus igitur deinceps & pacē agamus, ac longū contra pietatē bellum deponamus, abiectis quidē acutis his impietatis armis, et conflatis hastis in aratra, & gladijs in falces. Neque tu dicas solū, sed sequere eum qui dicit: Non sum solus, quia qui misit me pater mecum est. Alius igitur est pater qui misit, et alius qui missus est filius. Et rursus. Ego inquit, testimoniū præbeo de meipso, et testimoniū præbet de me, qui misit me pater. Sed & in lege uestra, inquit, scriptū est, quod duorum hominū testimoniū uerū est. Numera si ita uis personas. Ego, inquit, sum qui testimoniū præbeo, unus; & testimoniū præbet de me qui misit me, duo. Et non ego ita audacter numero, sed ipse dominus docuit dū dixit: in lege uestra scriptū est, quod duorum hominū testimoniū uerū est. Quin & tu qui iuxta aliā impietatis speciem deum imperis, qui inæqualē esse naturā filium deo dicis, qui æqualitatem non cōcedis, qui uitæ diuersitatē inducis, reuerere Paulum dicentē, Qui est imago dei inuisibilis: & concede imagini uiuenti, ut identitatē inuariabilem habeat ad uitā primariam & ad exemplar. Confitere patrem filij, nō creaturæ opificem. Et in uera patris confessione, cōcede genitū ad ipsum æqualitatem, recordatus Euāgelistæ, quod patrem suum dixit deum, æqualem seipsum faciens deo. Aequalem autem esse genitori, secundū naturā intelligit, non iuxta corporalis magnitudinis dimensionem. Quomodo uero nō rapinā arbitratus est esse se patrem deo, si uelut tu blasphemias, nunquā æqualis fuit: Quomodo uero & in forma serui fuit, qui uelut tu dicis, nunquā similis fuit? Cæterū bellū nobis utrinque eiusmodi est. Veritas autē quæ: Neque tu time personarū cōfessionem, sed dic patrem, dic filium, non unī rei duo nomina attribuens, sed ex utraque appellatione propriam significationē discens. Ingens enim est imphitas nō suscipere dogmata domini, qui distincte dispartat nobis personarū diuersitatē. Si enim abiero, inquit, rogabo patrem, & alium uobis paracletū mittet. Igitur filius quidem est qui rogat, pater autē qui rogatur, paracletus autē qui mittitur. Nonne igitur palam impudens es quū audis, ego de filio, ille de patre, alius de spiritu sancto, et omnia misces, & omnia cōfundis, et unī rei oēs appellationes attribuis? Nec uerò tu ad impietatem rapias personarū diuisionem. Etiam si enim duo sunt numero, tamen natura non sunt diuincti. Neque qui duos dicit, alienationem inducit. Vnus deus quoniam & pater, unus deus & filius, & non duo dei, quoniam identitatem habet filius ad patrem. Non enim aliam in patre cōsidero deitatem, & aliam in filio, neque aliam naturam illam, & aliam hanc. Quo igitur inlarscat tibi personarum proprietas, numera seorsim patrem, & seorsim filium. Quo uero non in multitudinē deorum scindaris, unam consistere in ambobus essentiam. Sic & Sabellius cadit, & qui inæqualitatem docet cōteretur. Quum autē dixero unam essentiam, non duos ex uno diuisos intellige, sed ex principio patris filium subsistentem: non patrem & filium ex una essentia superiore. Non enim fratres dicimus, sed patrem & filium cōstemur. Essentiæ autem identitas est, quoniam ex patre filius, non præcepto factus, sed ex natura genitus, non diuisus à patre, sed manente perfecto, perfecte relucens. Et ne mihi circūuagantes dixeritis uos, qui aut nō perfecte quæ dico assequuti estis, aut ad calumniam dum nos circumstatis, non quærentes ut aliquid utilitatis à nobis capiat, sed obseruantes ut aliquid ex his quæ dicimus criminari possitis, Duos deos prædicat, multitudinē deorum annunciat. Non duo sunt dei, neque enim duo patres. Qui duo principia introducit, duos deos prædicat. Talis est Marcion, & si quis illi impietate similis est. Et rursus, qui genitum alterius essentiæ à genitore esse dicit, duos etiam hic deos dicit, propter essentiæ inæqualitatem multitudinē deorum inducens. Si enim una est deitas ingenita, & una genita: tu es qui deorū multitudinem prædicas, contrariū quidē ingenitū genitū esse dicēs, cōtrarias nimirū etiā essentias pronuncians, siquidē essentia patris est ingenita natura, essentia uero filij generatio. Quare nō duos solū deos, sed etiā inter se pugnantēs dicis: & quod grauissimū est, nō uoluntati tribuis pugnā, sed naturali seditionē, quæ nunquā ad pacificā cōcordiā uenire potest. At ueritatis doctrina utrinque cōtrarietates fugit. Vbi n. unū est principium, & unū quod ex ipso est. Et

unum exemplar, et una item imago, unitatis ratio non corrumpitur. Quapropter genitus existens ex patre filius, & naturaliter exprimes in seipso patrem, uelut imago quidem, idem tamen habet: uelut genitura autem, coessentialitate conseruat. Neque enim qui in foro imaginem regiam intueretur, et regem dicit eum qui in tabula est, duos reges conficitur, tum imaginem, tum eum cuius est imago. Neque si osenso eo qui in tabula pictus est dixerit, hic est rex, exemplar regis appellatione priuat. Imo potius illius honore, per huius confessionem confirmat. Si enim imago rex est, multo profecto uerisimiliter est regem esse eum qui imagini causa exhibuit. At hic ligna & cera & pictoris ars imaginem facit, corruptibile corruptibilis imitamentum, & arte eius quod factus est. Illic uero ubi audieris imaginem, splendor gloriae intelligitur. Quid uero sit splendor, et quae gloria, ipse statim interpretatus est Apostolus dicens, et substantiae character. Idem igitur est substantia quod gloria, & character quod splendor. Quare perfecta manente & nihil imminuta gloria, perfectum emittit splendor. Atque sic imaginis ratio prout deum decet accepta, unitate deitatis nobis declarat. Hic enim in illo, & ille in hoc. Nam et hic talis est qualis ille, & ille qualis hic. Sic uniantur duo eo quod non differunt, neque iuxta aliam speciem ac peregrinam characterem filius intelligitur. Rursus igitur dico, unus et unus, sed natura indiuisa, & perfectio non defectuosa. Unus igitur deus, quoniam per utroque una species consideratur, quae integre in utroque ostenditur. At enim iam diu uideo uos sermonis taedio affici, & tantum non audire mihi uideo, quod confessis immorans uulgatissimae rationes non attingo. Omnium enim aures nunc ad audiendam doctrinam de sancto spiritu prurunt. Ego uero maxime uelim, uelut simpliciter traditum accipi, et uelut non de industria affectus sum, ita etiam auditoribus tradere, ut non semper de ipsa ratione a me exigeretur, sed ex una confessione persuasos discipulos haberem. Quandoquidem uero circumstantis nos, censores magis quam discipuli, probare nos uolentes, non ut ipsi aliquid accipiant quarentes: necesse est nos uelut in iudicio contradictione protendere, et semper interrogari, semper iterum dicere quae tradita accepimus. Vos autem hortamur ut ne omni modo quod uobis placet a nobis audire que ratis, sed quod domino conplacet, & consonum est scripturis, & non contrarium patribus. Quae itaque diximus de filio, quod propria ipsius personae confiteri oportet, eadem habemus etiam ut de spiritu sancto dicamus. Non enim idem est cum patre spiritus, ob id quod scriptum est: quod deus spiritus est deus. Neque rursus filius & spiritus una persona est, quoniam dictum est: Si uero quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: si uero Christus in uobis. Hinc enim aliqui decepti, spiritum & Christum eundem esse opinati sunt. Sed quid dicimus: quod naturae coniunctio ac consortium hinc ostenditur, non personarum confusio. Est enim pater, perfectus & non defectuosus esse habens, radix ac fons filij et spiritus sancti. Est & filius in plena deitate, uisum uerbum, & genitura patris non defectuosa. Plenus est & spiritus, non pars alterius, sed perfectus & integer in seipso consideratur. Et coniunctus quidem est patri filius contra distantiam ac inseparabiliter, coniunctus uero filio est spiritus. Nam quod dirimat non est, neque quod distinet coniunctione ab aeterno: seculum enim nullum intercurrit, neque suscipit aetate nostra separationis cogitatione, ut aut unigenitus non semper ad sit patri, aut sanctus spiritus non ad sit filio. Quum igitur aliquando coniunxerimus trinitatem, ne uelut unius rei indiuisibilis, partes tres imaginem: impia est enim cogitatio, sed trium incorporeorum perfectorum inseparabilium accipe consuetudinem. Vbi enim est spiritus sancti praesentia, illic etiam est Christi accessus: ubi uero Christus, illic et pater uidelicet. Nescitis quod corpora uestra templum sancti spiritus qui in uobis est, & si quis templum dei corrumpit, corrumpet hunc deum: Quum igitur per spiritum sanctum sanctificamur, suscipimus Christum inhabitantem internum nostrum hominem, et cum Christo patrem commune facientem apud dignos mansionem. Haec autem coniunctione declarat & baptismatis traditio, & fidei confessio. Si enim alienus esset natura, quomodo connumeraretur spiritus: Et si posterioribus temporibus patri ac filio accessisset, quomodo aeternae naturae collocaretur: Qui uero separata a patre et filio, et annumerat creaturam spiritum, imperfectum facit baptismum, defectuosamque fidei confessionem, neque trinitas manet, si spiritus subtrahatur. Et rursus, si una aliqua creatura adiuncta fuerit, tota creatura simul accedet ad patris ac filij connumerationem. Quid enim prohibet dicere, credimus in patre et filio, et in tota creatura: Si enim potius est credere in parte creaturae, multo profecto magis potius fuerit omnem creaturam ad confessionem adserere: si autem credideris in omnem creaturam, non solum in angelos et ministrarios spiritus credes, sed etiam si quae sunt oppositae potestates, nam et ipsae pars sunt creaturae, et his secundum fidem consenties. Hoc modo blasphemiam contra spiritum ad ipsos ac nefandos sermones

sermones te circūducet. Simul enim ut dixisti quae non conuenit dicere de spiritu, accessit tibi spiritus defectus. Sicut enim qui conclusit oculos, familiares habet tenebras: ita qui secessit a spiritu, extra illuminantem constitutus, ab animae caecitate confunditur. At uero ut ne separata a patre & filio spiritum sanctum, conpelcat te traditio, dominus sic docuit, Apostoli praedicauerunt, patres conseruarunt, martyres confirmarunt. Sis contentus dicere uelut doctus es. Et ne mihi profer hanc ex tua sapientia. Ingenitus est aut genitus: si quidem ingenitus, pater. Si uero genitus, filius: si uero neutrum horum, creatura. Ego uero cum patre quidem noui, non autem patrem, spiritum, & cum filio traditum accepi, non autem filium appellatum. Imo coniunctione ad patrem intelligo, quoniam ex patre procedit, ad filium uero, quia audio, si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si enim non est coniunctus Christo, quomodo Christo coniungitur: Sed & spiritum ueritatis dici audio: ueritas autem est dominus. Vbi uero audio spiritum adoptionis, cogito de unitate naturae ad filium et patrem. Quomodo enim adoptari potest: quomodo uero coniunxerit alienus: Hoc quidem igitur modo neque nouo uerba, neque reprobo dignitate. Eos uero qui creaturam appellare audent deploro, ac lamentor quod per exiguum sophisma et aduersionem fraudem, seipsum in barathrum detrudunt. Quandoquidem enim inquit, tria haec mens nostra comprehendit, & non est in rerum natura aliquid, quod non sub hanc rerum diuisionem ueniat. Aut enim ingenitus est inquit, aut genitus, aut creatus. At neque primum, neque secundum, igitur tertium. Hoc uestrum igitur, igni ac maledictioni aeternae obnoxios uos faciet. Omnia persecutus es: omnia cogitationibus tuis sub diuisione duxisti: nihil inexaminatatum reliquisti: omnia mente comprehendisti: omnia comprehensione tua conclusisti: nouisti quae sub terra sunt: nouisti quae in profundo sunt: daemonum sunt haec arrogantia, mihi

Est numerus sabuli notus, mensuraque ponti.

Si uero multa ignoras, & infinite plura sunt quae ignoras: quae ea quae nosti, cur non cum omnibus etiam de modo substantiae sancti spiritus minime periculosa ignorantia contra ueritatem confiteris: Mihi porro non est occidit, ut cogitationum tuarum uanitate redargua, neque ut ostenda quot sint res, quae cogitationum ac mentis tuae comprehensione latent. Illud uero libenter ipsos coram uobis interrogauerim, et confidenter affirmo, quod poenitebit te aliquando impia huius sapientiae, qui creaturam dicis spiritum sanctum. Non times inconcessum peccatum: aut quid tandem putas te magis impium quam hoc est posse blasphemare: Ex una hac uoce, grauissima omnia insit, alienatio a deo secundum ipsam naturam, seruitutis humilitas, ministeria seruilia, sanctificationis priuatio, quae secundum naturam non adest. Et accedet spiritui, ut sanctificationis particeps fiat ex distributione secundum gratiam, quod etiam reliqua habent quae sanctificata sunt, & ueluti datur nobis manifestatio spiritus ad utilitatem, & sicut unicuique mensuratur iuxta fidei proportionem, ita erit etiam spiritus sanctificationis particeps, siquidem reuera creatus est, iuxta eorum qui spiritum impugnant opinionem. At enim ne relinquamus dementiam eorum inconfutata, qui putant omnia mente sua se comprehendisse. Respondeat itaque nobis. Quae igitur tandem est sensibilis solis essentia: num unum aliquid ex quatuor est, aut compositus ex quatuor: Atqui neque terra est, neque aer, neque aqua, neque ignis. Haec enim rectum motum habet, & partim sursum ferunt, partim deorsum: terra enim et aqua deorsum ferunt, propter grauitatem. Aer uero et ignis sursum uersus mouent, ob leuitatem: solis autem circularis est motus, non igitur unum ex quatuor est. Sed neque compositus est ex his, propterea quod composita labore contrahuntur, quum ex contrariis constitutione habeant, & contraria reuulsionem inter se mutuo faciunt iuxta motum. Laboris autem expers est solis motus, & propterea quoque non quiescens. Sed & inter corpora aut simplex quoddam est aut compositum. Neque aut simplex corpus est sol: non enim in directum mouetur: neque compositum, non enim laboriose mouetur, non igitur est sol. Tales sunt uestrae sapientes illae diuisiones, quae ab his qui oculos habent deridentur. Rursus quomodo uidemus nos homines, utrumque formas rerum uisibiliu suscipientes, aut uim ex ipsis emittentes: Atqui neque suscipimus rerum uisibiliu imagines: quomodo enim dimidius coeli circulus, in paruo pupillae meatu feratur: Neque uero emittimus quid a nobis ipsis: quomodo enim rursus id quod emittitur suffecerit ut per coelum expadatur: Si uero neque suscipimus uisibiliu imagines, neque uim aliquam ex nobis ipsis emittimus, non igitur uidemus. Quid igitur redargua ne uestros syllogismos, aut oprabo uobis ueras esse conclusiones: Quid differt ab his sermonibus, uestra de spiritu sancto uerborum uersutia: quae inter miseras multerculas, aut eunuchos mulierculis uicinos iactatis: Ne audias ad calumniandum. Si ex deo est spiritus, quomodo sub creatura

sub creaturā ducis: Non enim profectō illud dices, quod etiā omnia sunt ex deo. Quam admodum enim Christus dei dicitur, non autē etiam creatura sicut nos. Nos em̄ Christi, Christus autē dei. Sed aliter quidē nos Christi dīcimus, uelut serui domini: aliter autē Christus dei dicitur, uelut filius patris. Sic etiam spiritus, nō quia omnia ex deo, etiā ipse uelut omnia. Nō enim quia sunt etiam ministratori spiritus, iam etiam sanctus spiritus similis ipse est, propter appellationem: unus enim est uere spiritus. Sicut enim multi sunt filij, unus autē uerus filius: ita etiam si omnia dicantur ex deo, at proprie filius ex deo est, et spiritus ex deo. Nam & filius de patre exiit, & spiritus ex patre procedit: uerum filius qui dem ex patre per generationē, spiritus autē ex deo arcano modo. Vide igit quantū sit periculum paraclēti gloriā imminuere. Non suscipit honorē in se filius, si spiritus reprobat. Ille enim, inquit, glorificabit me: non uelut seruus cum creatura. Si enim cū omnibus glorificaret, nō dicitur esset ille; nunc autē relatio ad unum, glorificationē quæ exhibetur iuxta præminentiam supra alios, declarat. Non enim sicut qui dicunt, gloria in excelsis deo, sed sicut is qui dixit, Pater glorificauit te, opus quod dedisti perfecti. Et sicut pater glorificauit filium, dicens: Et glorificauit te, & rursus glorificabo. Ita etiam filius spiritū in suam & patris societate assumit. Aut ostendat mihi aliquis maiore hac gloriā, & concedat aduersarios oīa uera dicere. Qui uos reprobāt, me reprobāt. Cur: propter spiritū uidelicet inhabitatē in ipsis. Quare qui non honorat spiritū, non honorat filium: qui nō honorat filium, non honorat patre. Sic igitur improbitas ac p̄fidia circa unū aliquod eorū quæ credunt, totius deitatis abnegatio est. Si creatus est spiritus, nō est diuinus. Atquis spiritus inquit, diuinus qui fecit me. Et impleuit inquit, deus Beseleel spiritū diuino sapientie ac prudentie. Vbi itaq; reperis appositam diuinitatem, ad creaturam, aut ad deitatem? Si enim ad creaturam, etiam patrem domini nostri Iesu Christi creaturam dices. Scriptū est enim de ipso: Et sem̄piterna ipsius potentia & deitas. Si uerō ad deitatem, desine à blasphemia, agnosce spiritus dignitatem. Adeo stultus es, ut neq; ab ipsa uoce ad ducaris ad dignas spiritus notiones: Ipsi gloria in secula.

D. BASILII MAGNI DE SPIRITV SANCTO

LIBER, AD SANCTVM AMPHILOCHIVM ICONIÆ

Episcopum, Iano Cornario interprete.

Capita libri de Spiritu sancto, numero xxx.

Prooemium, in quo tractatur quod necessaria sunt de minutissimis Theologiae partibus perscrutationes	Caput I
Quale habuerit initium hæreticorum circa syllabas obseruatio	Cap. II
Ab externa sapientia ortam esse sophisticam de syllabis disputationem	Cap. III
Quod nullius discriminis sit harum syllabarum in scriptura usus	Cap. IIII
Et de patre dici per quem, & de filio ex quo, & de spiritu sancto	Cap. V
Responsio ad eos qui pronunciant, nō cum patre esse filium, sed post patrem: ubi etiam de æquali maiestate	Cap. VI
Aduersus eos, qui dicunt non conuenire de filio dici, Cum quo, sed Per quem, Caput VII	Cap. VII
Quot modis accipitur uox per quem, & in qua sententia congruentius sit, cum quo. Vbi simul exponitur quomodo mandatum accipit filius, & quō mittitur	Caput VIII
Definitiuæ sententiæ de spiritu ad scripturarum doctrinam consequentes, & quod spiritus est dominus	Cap. IX
Aduersus eos qui dicunt non oportere adiungere patri ac filio spiritū sanctum	Cap. X
Quod sint prauaricatores qui negant spiritum	Cap. XI
Aduersus eos qui dicunt, sufficere etiam in solum dominum baptisma	Cap. XII
Cur angeli apud Paulum, unā cum patre & filio assumuntur	Cap. XIII
Obiectio, quod & in Mosem quidam baptizati sunt, & crediderunt in ipsum, Et responsio ad hanc. Vbi etiam de typis ac figuris	Cap. XIII
Refutatio alterius obiectiois, quod etiam in aquam baptizamur. Vbi & ea quæ ad baptismum pertinent	Cap. XV
Quod	

Quod in omni sensu, spiritus sanctus inseparabilis est à patre & filio, & in creatione intelligibilium creaturarum, et in humanarum rerum dispensatione, & in iudicio quod expectatur	Cap. XVI
Aduersus eos qui dicunt, non connumerari patri ac filio spiritum sanctum, sed subnumerari: ubi etiam de pia subnumeratione, summarū fidei fundamentum	Cap. XVII
Quomodo in confessione trium substantiarum siue personarum, pium monarchie dogma cōseruamus, ubi et eorū qui spiritū subnumerari dicūt confutatio	Cap. XVIII
Aduersus eos qui dicunt, non esse glorificandum spiritum	Cap. XIX
Aduersus eos qui dicunt neq; in seruilis, neq; in herili conditione, spiritum esse, sed in statu liberorum	Cap. XX
Testimonia ex scripturis, spiritum appellari dominum	Cap. XXI
Confirmatio naturalis societatis spiritus, ex eo quod æque ac pater & filius, contemplatione incomprehensibilis sit	Cap. XXII
Quod spiritus glorificatio, est eorum quæ ipsi ad sunt enumeratio	Cap. XXIII
Redargutio absurditatis eorum qui non glorificant spiritum, ex collatione eorum quæ inter creaturas glorificantur	Cap. XXIII
Quod scriptura hac syllaba In pro Cum utatur: ubi etiam quod Et, æquipollet syllabæ Cum	Cap. XXV
Quot modis dicitur In, tot modis de spiritu accipitur	Cap. XXVI
Vnde initium accepit syllaba Cum, & qualem uim habeat. Vbi etiam de ecclesie legibus ac ritibus, nullo scripto constantibus	Cap. XXVII
Quod quæ de hominibus dicit scriptura, uelut Christo conregnantibus, ea non concedunt aduersarij, de spiritu sancto dici	Cap. XXVIII
Enumeratio illustrium in ecclesia, qui uoce cum in scriptis suis uisi sunt	Cap. XXIX
Enumeratio præsentis Ecclesiarum status	Cap. XXX

PROOEMIUM, IN QVO TRACTATUR QVOD NECESSARIAE sunt de minutissimis theologiae partibus perscrutationes, Caput I.



OLLAVDO tuum discendi studium & morū industriam, & sanē ual de gauisus sum instātia tua ac mentis sobrietate, eo quod nullam uocē citra inuestigationē relinquere oportere putas, ex his quæ de deo per omnē scripturæ usum proferuntur, o charum caput & præ omnibus mihi uenerandū Amphilochi. Nam quū recte audieris ad monitionē domini, q̄ omnis qui petit accipit, et qui quærit inuenit, per petendū sedulitatē etiam desidiosissimū mihi excitare posse uideris ad impertiendū. Verum illud in te etiam amplius admiror, q̄ nō tentandi gratia, uelut pleriq; nunc solent quæstiones proponis, sed ut quæ sit ipsa ueritas comperias. Etenim exploratorū & percunctantiū nos, nūc magna copia est. At animam discendi cupidam, et ad ignorantie medelam ueritatē inquirentem, difficillimū est nancisci. Nam uelut uenatorū laqueus, & hostiū insidia: ita complurū interrogationes occultam & arte compositā orationē habent: qui proponūt quæstiones nō ut aliquid utilitatis ex ipsis capiant, sed ut si non cōuenientes suæ cupiditati responsiones inueniant, hanc istam belli causam habere uideant. Si uerō stulto de sapientia percōtanti, pro sapientia reputatur: prudentem auditorē qui à propheta admirando cōsiliario conuicius est, quanti precij putabimus? profectō iustū est ut ipsum omni laude dignemur, & eū ulterius producamus, & unā ipso studium attingamus, et omnia unā cū ipso elaboremus ad perfectionē festinante. Nam nō oscitanter audire theologicas uoces, sed conari sententiā in singulis uocib. ac syllabis latentē perscrutari, nō est segniss ad pietatē, sed eorū qui scopū uocationis nostre cognoscūt: q̄d propositū est nobis similes fieri deo quantum possibile est humane nature. Similitudo autē non cōtingit absq; cognitiōe: cognitio autē ex doctrina ē: sermo uero doctrine principij existit. Sermonis autē partes sunt syllabæ et dicitōes: quare nō extra scopū syllabarū expellio cōtingit. Nec uero quia minutæ alicui uideri possint hæc q̄sticulæ, ob id neglectu dignæ iudicandæ sūt: sed qm̄ difficilis in ueritas ē, undiquaq; nobis inuestiganda ē. Si. n. uelut reliquæ artes: sic etiā pietatis adeptio, accessionib. paulatim contingentibus

contingentibus augetur, nihil contemnendum est his qui ad cognitionem introducitur, Nam si quis prima elementa uelut minuta contemnat, quando perfectiorum sapientiam assequetur? Ne, & non, syllabæ duæ sunt. Attamen fortissima omnium bonarum rerum ueritas, et extremus prauitatis limes mendacium, paruis his uerbis sæpenumero comprehenduntur. Et quid hæc dico? quum iam quis etiam capite solū nutu factio in testimonijs pro Christo, omnem pietatem expleuisse iudicatus sit. Si uerò hæc hoc modo se habent, quod nam uerbum theologicum adeo paruum est, ut aut recte aut secus se habens, non magnū habeat in utraq; partem momentū? Si enim ex lege tota unum, aut unus apex nō transibit, quomodo tutum est nos etiam minutissima transilire? Porro quæ ipse à nobis dijudicanda requisisti, eadem breuia sunt & magna, compendio quidem proferendi, breuia, & ob id fortassis contemptibilia: uerum potentia eorū quæ significantur, magna, ad sinapis similitudinem, quod quum minutissimum sit inter sarmēticia femina, si iustam curam nanciscatur, ad magnā altitudinē exurgit, facultate quæ in ipso est expassa. Quod si quis ridet nostram uidentem circa syllabas, ut psalmi uerbo utar, nugacitatē, ipse quidem inutilem risus fructum decerpere se sciat. Nos autē minime hominum opprobrijs cedentes, neq; à uituperatione ipsorum superati, neuti quā inuestigationem relinquamus. Tantum enim abest, ut propter hæc parua erubescam, ut si uel minimam dignitatis ipsorum partem assequar, & mihi ipsi uelut magnas res adepto gratulaturus sim, & fratri hæc unā nobiscum perscrutanti, non paruum hinc lucrum accessisse diciturus sim. Itaq; quū in paruis uerbis maximum uideam certamen, ob spem mercedis laborem non detrecto, & mihi ipsi frugiferum fore sermonem arbitratus, & audientibus perpetuam utilitatem allaturum esse. Quapropter iam cum ipso, ut ita dicā, sancto spiritu ad enarrationē procedam. Et si uis ut me in uiam perducam huius disputationis, paululū ad propositæ quæstionis initium me conuertam. Nuper oranti mihi coram populo, & glorificationem deo ac patri utroq; modo absoluenti, nunc cum filio & cum sancto spiritu, nunc per filium in sancto spiritu: irruerunt quidam in nos, peregrinis nos uocibus usos esse dicentes, atq; his simul inter se contrarijs. Tu uerò maxime quidem illorum ipsorum utilitatis gratia, aut si omnino incurabiles illi essent, propter eorum qui illos adire solent securitatem, petuisti ut distincta aliqua de harum syllabarum facultate doctrina euulgaretur. Dicendum igitur nobis breuissime, quantum eius fieri poterit, ita ut ab initio quodam confesso tractationem auspicemur.

QVALE HABVERIT INITIUM, HAERETICORVM
circa syllabas obseruatio, Cap. II.

Curiositas illa horum uirorum circa syllabas ac dictiones, non simplex est, uelut alii cui uideri possit, neq; ad paruum malum tendens, sed profundum habet & tecum aduersus pietatem consilium. Contēdunt enim inæqualem ostendere patris et filij ac sancti spiritus prolationem, uelut ex hoc etiam facilem euariationis secundum naturam, demonstrationem habituri. Habent enim ipsi uetus quoddam commentum ab Aetio præfecto huius hæresis inuentum, qui alicubi in epistolis suis scripsit: Quæ inæqualia sunt secundum naturam, inæqualiter proferri. Et uice uersa. Quæ inæqualiter proferuntur, inæqualia esse secundum naturam. Et ad huius dicti confirmationē, apostolum citauit dicentem: Unus deus & pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quē omnia. Quemadmodum igitur habent se uoces inter se: sic habebunt inquit, & naturæ quæ per ipsas significantur. Inæqualis autem est uox ex quo, uoci per quem: inæqualis igitur est patri filius. Ex hoc itaq; morbo, etiam circa propositas dictiones horum uirorum nugacitas dependet, Vnde deo quidem & patri uelut præcipuam quandam sortem attribuunt uocem, ex quo: filio autem & deo assignarunt, per quem: spiritui autem sancto, in quo. Et adstruunt hunc syllabarum usum nunquam permutari, quo uelut dixi, ex euariatione prolationis, simul etiam naturæ euariatio compareat. Atqui non obscurum est eos in subtilibus nugis, impia doctrinæ uires corroborare. Nam uocem, ex quo, creatorem significare uolunt: per quem uerò, operis ministrum, aut instrumentum: in quo autem, tempus indicare uolunt aut locum. Ut opifex uniuersorum, nihilo honoratior instrumento intelligatur: spiritus autem sanctus nihilo plus exhibuisse uideatur ad rerum creationem quam loci aut temporis collationem. Induxit porro ipsos ad hunc errorem externorum quoq; scriptorum

scriptorum obseruatio, qui uoces ex quo, & per quem, rebus secundum naturā separatis attribuerunt. Illi enim putant, ex quo, materiam significare: per quem uerò, instrumentū declarare, aut omnino ministerium. Sed quid uetat, tota illorum doctrina repetita, paucis coarguere horū uirorum & à ueritate dissidentiam, & ad illos ipsos quoq; discordiam.

AB EXTERNA SAPIENTIA ORTAM ESSE
sophisticam de syllabis disputationem, Cap. III

Quia uana philosophiæ studio addicti sunt, causæ naturam multipliciter exponentes, ipsamq; in propria significata diuidentes, alias primitiuas dicunt esse causas, alias cooperantes aut concausas, alias eorum sine quibus non, rationem obtinere. Vnicuique uerò harum etiam peculiarem appellationem assignant, ut aliter significetur ipse opifex, & aliter instrumentū. Etenim opifici congruere putant uocem, à quo: proprie enim aiunt dici, à fabro lignario factos esse gradus, Instrumento uerò, per quod: per asciam enim aiunt, & terebrum, ac reliqua. Eodem modo & Ex quo, uocem, materiam propriā faciunt illi: ex ligno enim esse opificium. At uerò uocem iuxta quod, cogitationē significare aut propositū artificij exemplum. Aut enim antea depicta in mente structura, sic ad opus imaginationem perducit: aut ad iam expositum exemplar respiciens, ad illius similitudinem operationem dirigit. Cæterum uocem propter quod, fini cōuenire uolunt: nam propter hominum usum gradus factos esse. Porro uocem In quo, tempus aut locum declarare. Si quis enim quærat, quando facti sunt gradus, respondemus, In hoc tempore: & ubi, in hoc loco. Hæc autem etiam si nihil conferant ad id quod paratur, tamen sine his nihil fieri potest: operantibus enim & loco & tempore opus est. Has obseruationes edocuit atq; admirati ex uanitate & inani fraude, etiam ad simplicem & omni arte carentem doctrinam transferunt, ad imminutionem quidem Dei uerbi, ad ignominiam uerò spiritus sancti. Qui sanè uocem inanimatis instrumentis, aut manuatio ac humili penitus ministerio, ab externis scriptoribus assignatam, per quem dico, ad dominum uniuersorū transferre ueriti non sunt. Nec pudet Christianos ferræ aut mallei uocabulum, uniuersæ creaturæ opifici assignare.

QVOD NULLIUS DISCRIMINIS SIT HARVM SYLLABARVM
in scriptura usus, Cap. IIII

Nos porro etiam ueritatis scripturam in multis locis usam esse his uocibus confitemur: non tamen spiritus libertatem penitus seruire dicimus inepto externorum scriptorum decoro, uerum prout semper res occurrit, congruenter ad usus necessitatem loquutiones alterare. Non enim uox Ex quo, semper materiam significat, uelut illis uideatur, sed familiarius est scripturæ de suprema causa hanc uocem usurpare, Velut in hoc: Unus deus ex quo omnia. Et rursus: Omnia autem ex deo. Utitur tamen ueritatis doctrina hac dictione etiam sæpe de materia, uelut quum dicit: Facies arcam ex lignis imputrescibilibus. Et, Facies candelabrū ex auro puro. Et, primus homo ex terra terrenus. Et, ex luto compositus es tuæque ut ego. At hi quo naturæ uelut diximus differentiam declarent, soli patri hanc uocem conuenire sancierunt, obseruationis initio ab externis accepto, non tamen exacte per omnia illis inferuientes. Sed filio quidem iuxta illorum legem, instrumenti appellationem imposuerunt, Spiritui uerò sancto, loci. Dicunt enim in spiritu, & per filium, Deo uerò uocem Ex quo attribuerunt: non amplius hic externos sequentes, sed ad apostolicos uelut dicunt usus transgredientes. Quomodo dictum est: Ex ipso autē uos estis in Christo Iesu, Et, omnia autem ex deo. Quid igitur est quod ex hac uersutia colligitur? Alia est natura causæ, & alia instrumenti, & alia loci. Alienus igitur secundum naturam est filius à patre: nam & instrumentū aliud est ab artifice. Alienus item spiritus sanctus, in quantum locus aut tempus separata sunt ab instrumentorum natura, aut eorum natura qui ipsi utuntur.

ET DE PATRE DICI PER QVEM, ET DE FILIO EX
quo, & de spiritu sancto, Cap. V

Et talia quidem sunt quæ illi afferunt: nos autem quod proposuimus ostendemus, quod neq; pater accepta uoce ex quo, ad filium proiecit uocē per quem. Neq; filius
G rursus

rursus spiritum sanctum, iuxta horum legem, ad uocis ex quo, aut per quem, societatem non admittit. Id quod noua ac uana horum distributio decernit. Vnus deus & pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia. Hæc non sunt uoces legem ferentis, sed probe distinguendis personarum substantias. Non enim ut naturæ diuersitatem introduceret, sed ut inconfusam patris ac filij notionem declararet, Apostolus ita ipsas protulit. Nam quod hæc uoces non sint inter se contrariæ, neque uelut in bello ad aduersam aciem secreta debellant naturas ad quas accesserunt, hinc patet, quod beatus Paulus eisdem utraq; de uno & eodem subiecto coniunxit, dum ait: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia. Quod autem hæc palam ad dominum referat, qui uis faretur qui uel leuiter orationis sententiam inspexerit. Quum enim antea posuisset Apostolus illud ex Esaiâ propheta: Quis cognouit mentem domini, aut quis consiliarius eius fuit, induxit quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia. Quod autem hæc de deo uerbo omnis creaturæ opifice dicta sint à propheta, ex his quæ præcedunt discere potes. Quis mensus est manu aquas, & cælum palmis; et totam terram pugillo? Quis ponderauit montes libra, et saltus trutinæ? Quis cognouit mentem domini? & quis consiliarius eius fuit? Nam dictio quis hoc loco, non prorsus id quod haberi nequit significat, sed quod rarum est. Velut in hoc, Quis insurget mihi aduersus peruersos agentes? Et: quis est homo qui uult uitam? Et: quis ascendet in montem domini? Sic sane etiam hoc loco dictum est: quis cognouit mentem domini, & consiliarius ipsius particeps fuit? Pater enim diligit filium, et omnia ostendit ipsi. Hic est qui continet terram, & pugillo complexus est ipsam. Hic qui in ordinem omnia ornate digessit, qui et montibus æquilibrium, et aquis mensuras, & omnibus in mundo proprium ordinem assignauit, qui cælum uniuersum modica totius potentie sue parte comprehendit, quam palmum figurate propheticus sermo nominauit. Vnde congruenter Apostolus adiecit, ex ipso, et per ipsum, & in ipsum omnia. Ex ipso enim rebus quæ sunt, causa ut sint manat, iuxta uoluntatem dei & patris. Per ipsum omnibus durabilitas ac constitutio contingit, qui creauit omnia, & singulis creatis quæ ad salutem pertinent dimittitur. Quapropter sanè & in ipsum conuersa sunt uniuersa, in fedabili quodam desiderio & arcano dilectionis affectu ad autorem ac supplicatorem uitæ respicientia, iuxta id quod scriptum est, Oculi omnium in te sperant. Et rursus, Omnia ad te spectant, & aperis tuam manum tuam, & implet omne animal bona uoluntate. Si uero aduersus hanc nostram expositionem instant, quæ ratio ipsos liberabit, quo minus manifeste in seipso incurrant. Si enim non concedent de domino dictas esse has tres uoces, ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia: omnino necesse est eas deo & patri appropriare. Atque ex hoc palam concidet ipsorum obseruatio: reperitur enim non solum ex quo, sed etiam per quem, patri accommodari. Quæ uox si nihil humile significat, cur tandem uelut inferiori filio attribuunt? Si uero omnino ministerij significationem habet, respondeant nobis, Deus gloria & pater Christi cuius principis minister est: Hoc igitur modo illi à seipsis subuertuntur. Nobis autem utrinque uictoria conseruatur. Siue enim uicerit de filio esse sermonem, reperietur uox ex quo filio conuenire. Siue contenderit quis ad deum referre prophetæ uerba, rursus uocem per quem, deo conuenire concedet, & parem dignitatem utraq; habebunt, eo quod iuxta æqualem rationem de deo acceptæ sunt. Atque sic etiam illo modo æquales hæc uoces inter se apparebunt, quia de una & eadem persona sunt usurpata. Caterum ad propositum reuertamur. Apostolus scribens ad Ephesios dicit: Veritatem autem loquentes in charitate, crescimus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus dum compingitur ac connectitur per omnem iuncturam sub ministracione, secundum operationem in mensura uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit. Et rursus in epistola ad Colossenses, ad non habentes unigeniti cognitionem dictum est, Qui tenet caput, hoc est Christum, ex quo totum corpus per iuncturas & ligamenta ministracionem accipiens, crescit augmento dei. Nam quod Christus est caput Ecclesiæ alibi didicimus Apostolo dicente: Et ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ. Et Ioannes dicit: Ex plenitudine ipsius nos omnes accepimus. Et ipse dominus: De meo accipiet, & annuntiabit uobis. Et in summa, si quis diligenter perlegat, multiformes usus uocis ex quo cõperiet. Nam & dominus cognoui inquit, uirtutem ex me exiisse. Eodem modo obseruauimus etiam de spiritu sancto in multis locis uocem ex quo dictam esse. Qui enim seminat, inquit, in spiritu, ex spiritu metet uitam æternam. Et Ioannes: Ex hoc cognoscimus

scimus quod in nobis est, ex spiritu quem dedit nobis. Et angelus, Quod enim in ipsa generatum est, ex spiritu sancto est. Et dominus, Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Et de hac quidem uoce sic se res habet, Quod uero uocem per quem, similiter de patre & filio & sancto spiritu scriptura usurpet, iam demonstrandum est. Et de filio quidem superfluum fuerit producere testimonia, tum quia hoc notum est, tum quod hoc ipsum ab aduersarijs affirmetur. Nos autem ostendemus etiam de patre uocem per quem usurpatam esse. Fidelis, inquit, deus, per quem uocati estis ad confortium filij ipsius. Et Paulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei. Et rursus, Quare non amplius es seruus, sed filius. Si uero filius, etiam hæres per deum. Et: quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris. Et Esaias, Væ, inquit, qui profunde facitis consilium, & non per dominum. Multa porro testimonia huius uocis etiam de spiritu apponere licet. Nobis autem, inquit, reuelauit deus per spiritum suum. Et alibi, Bonum depositum serua, per spiritum sanctum. Et rursus, Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie. Eadem etiam de syllaba In dicere possumus, quæ etiam de deo & patre, usum ipsius scriptura suscepit: uelut in ueteri testamento. In deo, inquit, faciamus uirtutem. Et, in te laus mea semper. Et rursus, In nomine tuo exultabo. Et apud Paulum, In deo, inquit, qui creauit omnia. Et, Paulus & Syllanus ac Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre. Et, Iam tandem prosperabor in uoluntate dei, ut uentiam ad uos. Et, gloriari, inquit, in deo. & multa alia quæ neque facile sit enumerare. Verum nobis non est propositum multitudinem testimoniorum ostentare, sed conuincere, obseruationes ipsorum non sanas esse. Nam de domino & spiritu sancto usum huius particulae receptum esse, tanquam notum ostendere super sedebimus. Illud uero dicere necessarium est, quod prudenti auditori sufficiens est redargutio eorum quæ producta sunt, si a contrario contingat. Si enim diuersitas prolationis naturam diuersam indicat, uelut illi dicunt, nunc ipsa uocum identitas cõmoueat ipsos ut essentiam minime euariantem cõfiteantur. Non solum autem in theologia usus uocum permutant, sed etiam ad mutuas significationes frequenter transferuntur, quum altera alterius significatum assumat, uelut, Possedi hominem per deum, inquit Adam, idem dicens quasi dixisset, ex deo. Et alibi: quæcunq; præcepit Moyses Israel, per præceptum domini. Et rursus, Nonne per deum manifestatio ipsorum est? Ioseph de infomnijs in carcere loquens, palam etiam ipse per deum, pro ex deo dicit. Et uice uersa uox ex quo, pro per quæ usurpatur. Velut quum Paulus dicit, factus ex muliere, pro per mulierem. Hoc enim nobis alibi manifeste distinxit, mulieri cõuenire dicens, ex uiro natam esse: uiro autem per foeminam, dum ait, Quemadmodum mulier ex uiro, sic uir per mulierem. Quamquam illic simul usus diuersitatem ostendens, simulque errorem quorundam in transcurso corrigens, qui putant domini corpus spirituale esse, quo ostenderet quæ ex humana massa cõcreta esset caro dei gestatrix, significantior uocem potior duxit. Nam si dixisset per mulierem, transitorium natiuitatis intellectum ostensurus erat. Quum uero ex muliere dixerit, abunde declarat communitatem naturæ geniti ad genitricem. Non quod secum pugnet Apostolus, sed ut ostendat has uoces facile uicissim inter se cedere. Quando igitur & de quibus decretum est uocem per quem proprie dici, de ipsdem etiam uox ex quo usurpatur, quam rationem habet ad pietatis calūniam, dictiones penitus inter se segregare.

Responso ad eos qui pronunciant, non cum patre esse filium, sed post patrem: ubi etiam de æquali maiestate.

Cap. VI

Atqui neque ad ignorantiam ueniam confugere possint, qui adeo artificiose ac maligne sermonem nostrum corripunt, & palam nobis indignantur, quod cum patre, unigenito glorificationem absoluimus, & spiritum sanctum à filio non disparamus. Vnde nouatores & nouorum uerborum excogitatores, & quibus non probrosissimis nominibus nos appellant. Quorum conuicta tantum abest ut ægreferam, ut nisi tristitiam mihi afferret indelinentemque dolorem, ipsorum calamitas, propemodum dicerem me etiam gratiam ipsis pro maledictis habere, ut qui beatitudinem mihi propinquet. Beati enim estis, inquit, quum opprobrijs impetuerint uos homines, ac persequuti fuerint, et omne uerbum malum dixerint contra uos, mentientes propter me. Sunt autem ob quæ nobis indignantur hæc, Non cum patre in quiunt, est filius, sed post patrem: quapropter consequens est, per ipsum gloriam patri exhibere, sed non cum ipso. Nam cum ipso, æqualē honorē significat: uerum per quæ, ministerium declarat. Neque uero cum patre, in quiunt, & filio, locandus est sanctus spiritus, sed sub

G 2 filium

filium & patrem, ita ut non coniungatur, sed subdatur, neque connumeretur. Atque huiusmodi uerborum uersutis, fidei simplicitatem ac sinceritatem peruertunt. Quare quam ueniam assequantur propter inuentionem, qui neque alios imperitos esse permittunt ex ista sua curiosa tractatione? Nos uero illud primum ipsos interrogabimus. Filium quomodo dicunt patre iuniorem, uelut tempore, aut ordine, aut dignitate? At tempore quidem nemo adeo demens est, ut dicat posteriorem creatorem seculorum, quum nullum interuallum inter naturalem filij ad patrem coniunctionem intercedat. Nec uero humana cogitatione contingit filium patre iuniorem dicere, non solum quod simul intelligantur iuxta relationis habitum, sed quod etiam illa dicunt tempore posteriora, quae ad praesens tempus distantiam minorem habent, & rursus illa priora, quae a praesenti tempore longius absunt. Verbi gratia, priora sunt quae temporibus Noe facta sunt, rebus Sodomiticis. Nam a praesenti tempore longius distita sunt. Et res Sodomiticae posteriores sunt illis, quia magis quodammodo uidentur huic tempori uicinae. At eius uita, quae omne tempus & omnia secula excedit, essentiam meriti distantia ad praesens tempus, quomodo non supra impietatem, omnem amplius demeritiam excellit? siquidem quemadmodum res generationi ac corruptioni subiecta, alia alijs priores esse dicuntur, eodem modo deus & pater, filio & deo, qui est ante secula, collatus praemineat. Atenim excellentiam patris ratione antiquitatis, nemo contemplari potest, eo quod in totum neque cogitatio, neque ulla aliqua notio, generationem domini antecedit, quum Ioannes per duas uoces, intra circumscriptionem terminos mentem ac cogitationem nostram concluderet, dum dicit, In principio erat uerbum. Imperuia est enim menti uox erat, principij uero uocem imaginatio transgredi non potest. Quantumcumque enim cogitatione curras ad anteriora, non excedis, eras, & quantumuis insisteris uidere quae sint ultra filium, principium transgredi non poteris. Primum itaque est iuxta hunc modum filium simul cum patre intelligere. Quod si uelut in loco subiecto, sub descensum quendam filij ad patrem mente concipiunt, ut in supernis quidem sedeat pater, consequenter uero infra detrusus sit filius, confiteatur hoc, & nos tacebimus, quum res ipsa per se id quod minime consentaneum est habeat. Neque enim quod compar est in cogitationibus conferunt, qui patrem non per omnia penetrare concedunt, quum eorum qui sana mente praediti sunt cogitatio, deum omnia impleuisse credat. Neque meminerunt prophetae dicentis: Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero ad inferos, ades: qui si pernum ac infernum inter patrem ac filium partiuntur. Ceterum ut de imperitia eorum taceam, qui locum in incorporeis decernunt, quid mitigabit pugnam & contrarietatem ipsorum, per quam adeo impudenter scripturis aduersantur? Nempe huic, sede ex dextris meis: & huic, sedet in dextra maiestatis dei. Nam uox dextrum, non inferiorem locum significat, uelut isti dicunt, sed habitum aequalem, non corporaliter accepta uoce dextris: sic enim & sinistrum aliquid in deo fuerit: sed ex honorificis praesidentiae nominibus, maiestatem filij scriptura nobis producente. Consequens igitur est ipsos dicere, per hanc uocem inferiorem dignitatem significari. Discant itaque quod Christus est dei potentia & dei sapientia, & imago dei inuisibilis, & splendor gloriae, & quod hunc pater insigniuit Deus, seipsumque totum in ipso expressit. Haec itaque et his similia testimonia per totam scripturam, utrum humilitatis significationem habere dicemus, an uelut praeconia quaedam maiestatem unigeniti & gloriae ad patrem aequalitatem praedicare? Audiant insuper & ipsum dominum, palam suam gloriam patri aequalem astruentem, dum ait: Qui uidit me, uidit & patrem. Et rursus, Quum uenerit filius in gloria patris. Et, ut honoret filium quemadmodum honorant patrem. Et hoc, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenus gratia & ueritate. Et hoc, Unigenitus filius qui est in sinu patris. Quorum quum nihil illi considerarent, locum hostibus decretum filio attribuunt. Sinus enim paternus sedes est digna filio. Scabelli uero locus, his quibus conuenit ruina. Nos igitur ad alia properantes, in transitu testimonia attigimus. Tibi uero per ocium licet demonstrationes colligere, & gloriae unigeniti altitudinem, & potentiae excellentiam perspicere: quam candido auditori neque haec parua circumscribat, et singat figuram ac formam et situm corporalem, quae a notione simplicis & imensi ac incorporei longe separata sunt, ut ne dicam quod haec cogitationis ipsius humilitas pariter de patre ac filio est, quare non euerit filij dignitatem, sed assumit iudicium

cium blasphemiam in deum qui talia tradit. Quae enim ausus fuerit contra filium, ea necesse est transferre et ad patrem. Nam qui patri superiore locum ad praesidentiam attribuit, unigenitum uero filium inferius sedere dicit, is omnia corporalia accidentia signum suum consequentia habebit. Si uero haec imaginationes sunt ebriosorum, & ex phrenitide mente motorum, quomodo pium est natura, gloria, dignitate coniunctum, non cum patre adorare ac glorificare eos qui ab ipso edocti sunt, quod qui non honorat filium, non honorat patrem? Quid enim dicemus? quam habebimus iustam excusationem, coram communi ac horrendo uniuersae creaturae iudicio: si quum dominus palam promiserit se uenturum in gloria patris: & Stephanus uiderit Iesum stantem ex dextris dei: & Paulus in spiritu testatur de Christo, quod est in dextra dei et patris, qui dixit, Sede ex dextris meis: & spiritus sanctus testatur, quod sedet in dextra maiestatis dei: nos throni consortem & honorem aequalem, ab aequali habitu infra deducimus? Equidem arbitror stationem & confessum, naturae firmitatem ac stabilitatem significare: iuxta quem modum etiam Baruch immobilem ac immutabilem deum ostendens dicit, Tu sedes in aeternum, & nos perimus in aeternum. Dextrum autem locum significare dignitatis aequalitatem. Quomodo igitur non audax facinus sit, filium in glorificatione priuare societate, uelut dignum qui in inferiori honoris loco locetur? At inquit, cum ipso dicere, peregrinum penitus est & inconfuetum. Verum per ipsum, & sermoni scripturae familiarissimum est, & in fraternitatis usu tritum.

Aduersus eos qui dicunt, non conuenire de filio dici, Cum quo, sed per quem. Caput VII.

Quid igitur nos ad haec? nempe, Beatae aures quae non audiuerunt uos, & beata corda quae a uestris sermonibus illaesa conseruata sunt. Verum uobis Christum diligentibus dico, quod utrunque harum uocum usum ecclesia nouit, & neutrum reprobatur, quasi alter alterum destruat. Nam quum maiestatem naturae unigeniti, & dignitatis eminentiam contemplamur, cum patre esse ipsi gloriam testamur. Quum uero suppeditationem bonorum in nos consideramus, aut nostrum accessum ac consortium ad deum, per ipsum et in ipso peragi in nobis hanc gratiam cōstemur. Quare altera quidem uox cum quo, propria est glorificantium: altera uero per quem, propria gratias agentium. Quin & illud mentimur, quod uox cum quo, ab usu priorum aliena est. Quicumque enim per morum constantiam, antiquitatis autoritate nouationibus protulerunt, et patrum traditionem inuolatam per regiones ac ciuitates conseruauerunt, hac uoce uti sunt. At qui consueta fastidiunt, & contra uetera uelut friuola se exollunt, hi sunt qui inuolutiones suscipiunt, quemadmodum elegantiae in uestitu studiosi nouam formam semper communi preferunt. Itaque uideas etiam nunc rusticanae plebis uocem, ueterem morem conseruante. Verum artificiosorum illorum et in uerborum pugnis detritorum sunt uerba nouae sapientiae cauterio inusta. Quod itaque patres nostri dixerunt, etiam nos dicimus, quod gloria communis est patri ac filio: quapropter etiam cum filio glorificationem patri exhibemus. At non hoc nobis sufficit, quod patrum est haec traditio. Nam & illi scripturae autoritatem sequuti sunt, ex testimonijs quae paulo ante ex scriptura produximus initio accepto. Splendor enim cum gloria intelligitur, Et imago cum exemplari, & filius omnino cum patre, quum neque nominum conseruentia, nedum rerum natura, separationem admittat.

Quot modis accipiatur uox per quem, & in qua sententia congruentius sit cum quo, ubi simul exponitur, quomodo mandat accipit filius, & quomodo mittitur. Cap. VIII.

Quum igitur Apostolus gratias agit deo per Iesum Christum, & rursus per ipsum gratiam accepisse dicit, & apostolatam ad obedientiam fidei inter omnes gentes, aut etiam quum ait per ipsum accessum nos habuisse ad gratiam hanc in qua stamus & gloria mur: illius erga nos beneficentiam declarat, nunc quidem a patre in nos bonorum gratiam transferentis, nunc uero nos per seipsum patri offerentis. Nam in eo quod dicit, per quem accepimus gratiam & apostolatam: bonorum illinc suppeditationem declarat. In eo uero quod ait, Per quem accessum habemus, nostram assumptionem ac coniunctionem per Christum ad deum fieri adstruit. Num igitur confessio gratiae ab ipso erga nos operantis, subtractio est gloriae: aut potius dictu uerius est, quod enarratio beneficiorum, decens est glorificationis occasio ac argumentum? Quapropter repimus scripturam non ex uno nomine dominum nobis significare, neque ex his solum quae diuinitatem ac magnitudinem ipsius declarant.

Sed interdū utri nominibus naturam exprimentibus. Nouit em̄ nomē filij, quod est supra, omne nomen, & filium uerum dicere, & unigenitū deum, & uirtutem dei, & sapientiam, dei, & uerbum. Rursus uerō ob multiplicem erga nos beneficentiam, quam propter diuinitas bonitatis, iuxta uariam sapientiam suam egentibus exhibet, infinitis alijs appellationibus ipsum designat, aliquando pastorem uocans, aliquando regem, & rursus medicum, & eundem sponsum, & uiam, & ianuā siue ostium, & fontem, & asciam, & petram. Hæc enim non naturam declarant, sed uelut dixi operationis uarietatem, quā ex misericordia erga proprium figmentum, iuxta necessitatis proprietatē indigentibus præbet. Nam eos qui ad præfecturam ipsius confugerunt, & per malorum tolerantiam, faciles se in imperitiendo exhibuerunt, oues dicit, & pastorem se esse talium fateat, qui uocem ipsius audiunt, & non attendunt doctrinis peregrinis. Oues enim meæ, inquit, uocem meā audiunt. Rex autē appellatur eorum qui transcenderunt iam, & legali præfectura opus habet. Ostium, uerō dicitur, propterea quod ad bonas actiones per rectitudinem præceptorū educit, & rursus secure habitare facit, eos qui ad cognitionis bonū per fidem in ipsum confugunt. Vnde per me, inquit, si quis introierit, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Petra dicitur propterea quod robustum et inconcussum et omni propugnaculo securius, sit munimentū in ipsum credentibus. In his uox per ipsum, aptissimū ac significantissimū, usum habet, quum uelut ostium, & uelut pastor, & uelut uia dicatur. At uerō uelut deus, & filius, cum patre glorificationē habet. Quia in nomine Iesu, omne genu flectetur, coelestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confitebitur, quod dominus sit Iesus Christus in gloriam dei patris. Quapropter utriusque uocibus utimur, altera propriā ipsius dignitatem, altera gratiam erga nos prædicantes. Per ipsum em̄ omne auxiliū est animarū, & iuxta singulas auxiliorū species propria quædam appellatio excogitata est. Quum em̄ animam inculpatā, non habentē maculam aut rugam, uelut castam uirginē sibi ipsi adiungat, sponsus appellatur. Quū uerō à prauis diaboli plagis afflictam deprehenderit, grauitateq; laborantem è peccatis, sanare dignatus fuerit, medicus nominatur. Num igitur tales de nobis curæ, cogitationes nostras ad humiliter de ipso sentiendum deducunt, aut uice uersa admirationem potentia simulq; amoris erga homines ipsius seruatoris inducunt, quod & infirmitatibus nostris condolare sustinuit, & ad nostrā infirmitatē descendere potuit. Non enim in tantū cœlum, & terra, immensaq; maria, et in aquis degentia ac terrestria animalia, & plantæ, & stellæ, & aer, & tempora, & uariis ille uniuersū ornatus, excellentiam potentia ipsius commendant, quantū potuisse deum incōprehensibilem sic citra læsionem, per carnē morti complicari, ut nobis per propriam passionē, ab affectibus puritatē ac immortalitatem largiret. Et quum Apostolus dicat, In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos: neutiquā humile quoddam ministeriū ex tali uoce suggerit, sed auxiliū in fortitudinis robore operās. Ipse enim est qui ligauit fortem, & diripuit instrumenta ipsius, ut deliceret nos, quibus ad omnē malam actionē abusus erat, & fecit instrumenta ac uasa utilia domino, absolutos ad omne opus bonum ex promptitudine eius quod erat in nobis. Sic sanē accessum per ipsum habemus ad patrem, translati ex potestate tenebrarū, ad portionem sortis sanctorum in luce. Ne itaq; ex seruili humilitate, coactum ministeriū intellegamus ipsam per filium dispensationē, sed uoluntariam sollicitudinē ex bonitate ac misericordia, secundū uoluntatē dei & patris, erga propriū figmentū operantē. Sic enim pietatem seruabimus, si & perfectā potentiam ipsi testimonio nostro attribuerimus, et nullū in omnibus quæ fiunt à paterna uoluntate ipsum disparauerimus. Quæadmodū sanē etiā quū uia dñs dicitur, ad altiorem intelligentiam, & non ad eam quæ ex promptu sumitur subducimur. Nā profectū ordine & serie per iustitiæ opera, & illuminationē cognitionis ad perfectionē procedentē, uiam accipimus, semp ad ulteriora festinātes, & ad ea quæ restant nos ipsos extēdentes, donec puenimus ad beatū finē, ipsam dei cognitionē, quā dominus per seipsum his qui in ipsum credūt largiet. Bona em̄ reuera uia, minime uaga, nec erronea, est dñs noster Iesus Christus, ad reuera bonū patrē perducens, Nemo enim uenit, inquit, ad patrem nisi per me. Talis igitur est noster ad deum ascēsus per filium. Qualis autē rursus à patre in nos per ipsum sit bonorum suppeditatio, consequens fuerit nos dicere. Omnis naturæ creatæ tum uisibilis, tum intelligibilis, quæ Dei cura opus habet ad hoc ut contineatur, opifex est uerbum, unigenitus deus, iuxta mensurā necessitatis uniuscuiusque auxiliū

auxiliū distribuens, uaria quidem & omnigena auxilia illa, propter uarietatem eorum qui beneficio afficiuntur, congruas tamen unicuique iuxta usus necessitatem dimittitur impensas. Eos enim qui in ignorantia tenebris detinentur, illuminat, & propterea lux uera est. Iudicat idem, iuxta operū meritum retributionē remetiens, & propterea est iudex iustus: pater enim neminē iudicat, sed omne iudiciū dedit filio. Erigit ex casu eos qui à uitæ altitudine ad peccatū delapsi sunt. Et ob id uocatur resurrectio. Omnia autē facit, cōtractu potentia & bonitatis uoluntate operās. Pascit, illuminat, nutrit, deducit, medetur, erigit. Ea quæ nō sunt, ad essentiam producit, creata cōseruat. Sic bona ex deo per filium ad nos perueniunt, qui maiore celeritate singula operatur, quæ oratio exequi ualeat, neq; enim fulgura, neq; lucis in aere adeo uelox discursus, non oculorū tam celeres iactus, non ipsius mentis nostræ tam repentini motus. Sed singula hæc amplius à diuinæ operationis celeritate absunt, quæ pigerrima apud nos animalia, nō dixerim à uolucris, neq; uentis, aut rerum cœlestiū impetuosa latrone, sed ab ipsa nostra mente, iuxta motum superatur. Nam qua tandē temporali dilatione opus habuerit, qui omnia fert uerbo potentia suæ, & non corporaliter operatur, neq; manuum opera ad opificiū indiget, sed ad uoluntatem incoactam, naturam eorum quæ fiunt obsequentem habet. Quomodo Iudith, Cogitasti, inquit, & præsto fuerit tibi omnia quæ cogitasti. Attamen ut ne forte ex magnitudine scintillæ distrahatur ad imaginandum, principio carere dominum, quid ait is qui per se uita est: Ego uiuo propter patrem: Et ipsa dei potentia, non potest filius facere à seipso quicquam: & ipsa per se perfecta sapientia, mandatū accepit, quid dicam, & quid loquar: per hæc omnia ad patris nos deducens cognitionem, & miraculū eorum quæ fiunt ad ipsū referens, ut per ipsum, patrem cognoscamus. Non enim ex operum differentia pater consideratur, quod propriam & separatam actionem ostendat. Quæcunque enim uiderit patrem facere, ea etiam filius similiter facit: Sed ex gloria quæ ipsi ab unigenito affertur, miraculi eorum quæ fiunt, fructum capit, supra operum magnitudinem, etiam de ipso opifice gaudens, dum exaltatur ab his qui agnoscunt ipsum patrem domini nostri Iesu Christi, per quem omnia, & propter quæ omnia. Quapropter dicit dominus, Mea omnia tua sunt: tanquæ ad ipsum principium opificiorū referendum sit: & tua mea: tanquæ illinc causa creandi ad ipsum deueniat. Non quod auxilijs utatur ad operationem, neq; quod particularibus permissionibus uniuscuiusque operis ministeriū ipsi commissum sit: seruire enim hoc esset, & ualde à diuina dignitate alienum. Sed plenum est uerbum paternis bonis, & à patre resplendens omnia facit ad genitoris similitudinem. Si enim iuxta essentiam nihil euariat à patre, nihil euariat etiam iuxta potentiam. Quorum autē potentia æqualis est, eorum sanē æqualis est omnino & operatio. Christus enim dei potentia est, & dei sapientia. Et sic omnia per ipsum facta sunt, & omnia per ipsum, & in ipsum creata sunt. Non quod instrumentali ac seruili ministerio fungantur, sed quod uelut cōditor paternam perficiat uoluntatē. Quum igitur dicat, Ego ex meipso non sum loquutus. Et rursus, Quemadmodum dixit mihi pater, sic loquor. Et, Sermo quem auditis, non est meus, sed eius qui misit. Et alibi, & quemadmodum mandauit mihi pater, sic facio: non quod liberum arbitrium non habeat, & uoluntatis motu careat, neq; quod ex signis datis indulgentiam ac permissionem expectet, talibus uocibus utitur: sed ut declaret mentem suam unice & inseparabiliter ex patre herere. Itaq; id quod dicitur mandatū, nō sermonem imperiosum per uocalia instrumenta prolaturū accipiamus, qui de faciendis filio uelut obedienti legem præscribat, sed iuxta sensum deo dignum, intelligamus uoluntatis distributionem, uelut formæ cuiusdam imaginem in speculo, ex patre in filium sine tempore transeuntem: pater enim diligit filium, & omnia ostendit ipsi. Quare omnia quæ habet pater, filij sunt, non paulatim accedētia, sed acruatim præsentia. Non enim inter homines quidem qui artem edidit, & firmum ipsius habitum per diurnam exercitationem infixum habet, de cætero potest iuxta sitas in ipso scientiæ rationes per seipsum operari. Dei uero sapientia, uniuersæ creaturæ opifex, semper perfectus, citra doctore sapiens, dei potentia, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ occultati, particulari præfectura opus habet, quæ modum ipsi ac mensurā actionū præscribat. Profecto tu etiam pædagogū aperies in uanitate cogitationū tuarū, & illum quidē presidere facies in doctoris loco, hunc uero altare in discipulū imperitiæ. Deinde paulatim factis doctrinarū accessionibus ediscere sapientiam

scientiā, & procedere ad perfectionē. Ex hoc uero, si modo noueris consequentiā in cogitationibus conseruare, inuenies filium quidem semper discere, neq; unq; ad finem peruenire posse: propterea q; infinita sit patris sapientia, & infinitę rei finis apprehendi nō possit. Quare qui non concesserit filiū omnia ab initio habere, nunquam concedet ipsum ad perfectionē peruenturū esse. Sed pudet me huius humilis cogitationis. Ad sublimitatem igitur uerbi reuertamur. Qui uidit me, inquit, uidit & patrem: non figurā, neq; formam: pura est enim à cōpositione diuina natura: sed bonitatē uoluntatis, quę cum essentia concurrens, similis & equalis, imō potius eadem in patre & filio intelligitur. Quid igitur sibi uult illud, factus obediens usq; ad mortem? & hoc, pro nobis omnibus tradidit seipsum. Quoniam ex patre hoc filius habuit, ut iuxta bonitatē suam pro hominibus operaretur. Tu uero etiam illa audito: Christus nos exemit ē maledictione legis. Et, quū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Attende autē diligēter ipsis domini uerbis, quod quum nos de patre erudit, authenticis & herilibus uocibus uti solet, dicens: Volo, mundus esto. Et, tace, obmutescere. Et, ego autē dico uobis. Et hoc, mutum & surdum de montium ego tibi præcipio. Et quęcunq; huiusmodi. Quo per hæc quidem, dominum & creatorem nostrum cognoscamus: per illa uero, patrem domini ac creatoris nostri discamus. Ita sermo undiquaq; uerus ostenditur. Nam patrē creare per filium, neq; imperfectum patris opificiū ac creationem declarat, neq; infirmam filij operationem ostendit, sed unitatem uoluntatis explicat. Quare uox per quem, principalis causę confessionē habet, & non ad efficientis causę prædicationem assumitur.

Definitiuę sententię de spiritu, ad scripturaru doctrinam consequentes, & quod spiritus est dominus. Cap. I X

Iam uero etiam de spiritu sancto cōmunes nostras sententiās quales sint, expēdamus, tum eas quę ex scripturis de ipso nobis collectę sunt, tum quas ex non scripta patrum traditione quasi per manus suscepimus. Primū igitur ubi quis spiritus appellationis audiuit, erigit animū, & ad supremam naturā, mentem attollit. Spiritus enim dei dictus est, et spiritus ueritatis qui à patre procedit. Spiritus rectus, principalis, spiritus sanctus, quę propria ipsius ac peculiaris appellatio est, & maxime omnium, incorporei & pure immaterialis ac indiuisibilis nomen est. Quapropter etiam dominus animā putatē deum in loco adorari, docens quod incomprehensibile est incorporeum, spiritus, inquit, est deus. Itaq; fieri nequit, ut is qui spiritum audiuit, circumscriptam naturam, aut mutationib; & alterationibus subiacentem, aut omnino creaturę similem, menti imprimat. Sed necesse est ut cogitatione ad summum procedat, & intellectualem essentiam cogitet, potentia infinitam, magnitudine incircūscriptam, temporum aut seculorū dimensiones non admittentem, nemini bona quę habet inuidētē. Ad quem omnia conuertuntur quę sanctificatione opus habent. Quem omnia desiderant iuxta uirtutē uiuentia, uelut quę rigantur & adiuuantur eius aspiratione, ut ad propriū suum ac naturale finem perueniant. Qui perficit alia, ipse uero nusq; defectuosus est. Qui non rediuiuo more uiuit, sed uitam supereditat: nō accessionibus augetur, sed plenus, rectus, in seipso firmatus, & ubiq; existens, sanctificationis generatio, lumen intelligibile, uniuersę potentię rationali ad ueritatis inuentionem, uelut perspicuitatem quandam per seipsum exhibens. Inaccessibilis natura, sed qui capi possit propter bonitatē: omnia quidē exhibens uirtute, sed eius soli digni participes fiunt: & participes fiunt non una mensura, sed iuxta fidei portionem diuidit uim suā: simplex essentia, uariis potentijs, totus unicuiq; presens, & totus ubiq; existens. Qui citra læsionē diuiditur, & integre distribuitur, ad radij solaris similitudinē, cuius beneficiū quū fruenti uelut soli adsit, & terrā illustrat & mare, & aeri permixtū est. Sic sanē & spūs sanctus, quū unicuiq; eius capaci uelut soli adsit, sufficiens ac integrū beneficiū omnibus immittit, quo fruuntur quęcunq; de illo participant, quantū ipsa ex natura possunt, non quantum ille potest. Consortium autem spiritus ad animā, non est appropinquatio per locum: quomodo enim fiat ut corporaliter ad incorporeum accedas? sed discessus à uitijs, quę ab amore erga carnem posterius animę acceperunt, & à cōsortio dei abalienauerunt. Purgatum igitur à turpitudine quam per maliciam affricuit, & ad naturalem pulchritudinem reuersum, & qui uelut regię imagini ueterem formam per puritatem reddidit, sic solum accedere paracletum licet. Ille uero uelut sol purgatum oculum adeptus, ostendet

ostendet tibi in seipso imaginem inuisibilis. In beata autem imaginis contemplatione, inenarrabilem uidebis archetypi ac exemplaris pulchritudinem. Per hunc cōtingunt, cordium ascensus, manu ductio infirmorum, proficientium perfectio. Hic purgatos ab omni macula illustrans, per societatem ad seipsum spirituales efficit. Et quemadmodū illustrata pellucida corpora, radio ipsis illabente, tum ipsa splendida fiunt, tum aliū splendorem à seipsis diffundunt: Sic spiritum ferentes animę à spiritu illustrata, tum ipsę spirituales efficiuntur, tum in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum præscientia, mysteriorum intelligentia, occultorum cōprehensio, donorum distributiones, cœlestis conuersatio, cum angelis tripudium, indefinens læticia, in deo perseverantia, ad deum similitudo, & quod omnium rerum appetibilium summum est, ut deus fias. Tales quidem igitur sunt sententię nostrę de sancto spū, quas de magnitudine ipsius, & dignitate & actionibus, ab ipsis spiritus oraculis sentire didicimus, ita tamen ut pauca de multis apposuerimus. Iam uero ad cōtradictentes procedendum est, conabimurq; illorum obiectiones refellere, quas ex falsi nominis scientia nobis proponunt.

Aduersus eos qui dicunt nō oportere a disingere patri ac filio spiritum sanctum Cap. X

Non conuenit, inquit, patri & filio adiungere spiritum sanctū, tum propter naturę alienitatem, tum propter dignitatem inferiorem. Ad quos iustum est apostolorum uocem respondere, quod obedire oportet deo magis quàm hominibus. Si enim dominus palam in salutaris baptismatis traditione discipulis præcepit, baptizare omnes gentes in nomen patris & filij & spiritus sancti, nō designatus societatem ad ipsum: hi uero non conuenire dicunt, ipsum patri ac filio adiungere: quomodo non ordinationi dei palam resistunt? Si quidem enim non esse aiunt talem coniunctionem, societatis alicuius & consortij significatiuā, dicant, quid nam hoc putare conuenit, & quem alium cōsortij modum familiariorē ac magis genuinū habent. Alioqui si non coniunxit dñs sibi ipsi & patri spiritū sanctum in baptismo, neq; nobis coniunctionē uitio uertant, nihil enim nos diuersum neq; sentimus, neq; loquimur. Si uero coniunctus est illic patri & filio, & nemo adeo impudens est ut aliud quid dicat, neq; sic nobis uitio uertant, si quę scripta sunt, sequimur. At belli quidem apparatus cōtra nos instructus est, et omnis cogitatio aduersus nos intenta est, & linguę maledicorū hic iaculantur, uehementius ferientes q; Iudæi, qui Christū occiderant, lapidibus tunc Stephanū impetierunt. Verum ne lateat ipsos, q; nos quidē bellum hoc prætextū habet, sed ueritas rei ad excessum spectat. Quare in nos quidē machinas ac insidias construunt, sedq; mutuū adhortantur ad ferendū auxiliū, pro ut quisq; aut experientia aut robore præstat. Fides est autem quę oppugnatur, & cōmunitis omnibus scopus, ut firmamentū fidei in Christum concutiant, ex eo ut apostolica traditio solo adæquata dissipet. Quapropter uelut aeris alieni debitores probationes ex scriptura implorant, non scriptum patrum testimoniū uelut nullius ponderis reijcientes. At non deseremus ueritatem, neq; ob timiditatem belli socios prodemus. Si enim dñs ut necessarium & salutare dogma tradidit, spūs sancti cum patre coniunctionē: his autē non ita uidetur, sed disparare ac distrahere, & ad seruile naturam transferre tentant; quō non uerum est, q; suę ipsorum blasphemię maiorē autoritatem tribuunt, q; domini præcepto. Age igitur omni contentione abiecta, ita de his quę inter nos uersantur, consideremus. Christiani unde nos? per fidē utiq; quilibet dicit. Saluamur autē quōr; regenerati nimirū per gratiā in baptismo. Nam unde alioqui? Deinde quū salutē hanc per patrē & filium & spiritū sanctum confirmatā sciamus, formam doctrinę quam accepimus, abijciemus? Profecto magnis suspirijs digna res fuerit, si quidē reperimur longius abesse à salute nostrā, q; quū credidimus. Si enim que tunc recepimus, nūc abnegamus, a quale dam nūc est, aut exortē aliquem baptismatis discedere, aut id defectuosum in una aliqua re à Christi traditione suscipere. Et qui nō professionē, quā in prima introductione testificati sumus, quō à simulachris liberati deū uiuentē accessimus, per omne tēpus cōseruauit, & p omnem uitā suam uelut securū propugnaculū amplectitur: is alienū se facit à promissionibus dei, proprium chirographū impugnans à se in fidei confessione testimoniū loco productū. Si enim principiū uitę mihi est baptismus, & prima dies illa regenerationis dies: perspicuū est quod etiā uox omniū præstantissima mihi est, quę ob gratiā adoptionis à me prolata est.

Itaq;

Itaque traditionem quae me perduxit ad lucem, & quae mihi largita est dei cognitionem, per quam factus sum filius dei, qui paulo ante ob peccatum hostis eram, hanc ipsam, inquam, amicitiam probabilibus istorum perustationibus seductus: Imò & mihi ipsi cōprecior, ut cum hac cōfessione abeam ad dominum, & ipsos hortor, ut inuolatam conseruent fidem in diem Christi, & indiuisum à patre & filio custodiant spiritum sanctum, ipsam uidelicet baptismatis doctrinam, tum in fidei confessione, tum in gloriae persolutione conseruantes.

Quod sint prauaricatores, qui negant spiritum.

Cap. XI

Cuius cui afflictio: cui angustia ac tenebrae: cui aeterna condemnatio: non prauaricatoribus: non his qui fidem abnegarunt: Quae uero est abnegationis comprobatio? Nonne quod proprias professiones reprobauerunt? Quid autem professi sunt, aut quando? professi sunt se credere in patrem & filium & spiritum sanctum, quum renunciantes diabolo & angelis ipsius salutarem illam uocem audierunt. Quae igitur decens appellatio à filiis lucis excogitata est: nonne prauaricatores appellantur, ut qui salutaria pacta sua uolauerunt? Quo igitur nomine appellabo eum qui deum abnegauit? qui Christum abnegauit? quo alio quam prauaricatoris? Ei uero qui spiritum abnegauit, quam appellationem imponere me uoles? non eandem ipsam, ut qui pactum erga deum transgressus est: Ergo quum & confessio fidei in deum pietatis beatitudinem nobis propinet, & abnegatio condemnationi impietatis nos subijciat, quomodo non horrendum est hanc nunc reprobare, non ignem, non gladium, non crucem, non flagra, non rotam, non tormenta metuentes, sed solis sophismatis ac deceptionibus eorum qui spiritum impugnant ad errorem impulsos? Testificor omni homini Christum confitenti, & deum abneganti, quod Christus ipsi nihil proderit: aut deum inuocanti, & Christum reprobanti, quod uana est ipsius fides: & spiritum reprobanti, quod fides in patrem & filium ipsi in uanum euadet, quam neque habere potest, spiritu non simul praesente. Non enim credit in filium, qui non credit spiritui. Non credit autem in patrem, qui non credit filio. Neque enim potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et deum nemo uidit unquam, sed unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse nobis enarrauit. Talis uero etiam uera adoratio exors est, neque enim fieri potest ut quis adoret filium, nisi in spiritu sancto, neque ut patrem inuocet, nisi in spiritu adoptionis.

Aduersus eos qui dicunt sufficere etiam in solum dominum baptismum.

Cap. XII

Et neminem ad errorem impellat illud Apostoli, quod nomen patris ac sancti spiritus in baptismatis mentione saepe omittit: neque ob id putet nomen nomenclaturam non necesse esse obseruari. Quicumque, inquit, in Christum baptizati estis, Christum induistis. Et rursus, Quicumque in Christum baptizati estis, in mortem ipsius baptizati estis: nam Christi appellatio, totius est confessio. Declarat enim & deum qui unxit, & filium qui unctus est, & spiritum sanctum qui est unguentum: uelut à Petro in Actis didicimus. Iesum Nazarenum, quomodo unxit ipsum deus spiritu sancto. Et in Esaiam, Spiritus domini super me, cuius gratia unxit me. Et psalmorum cantor, propterea unxit te deus, deus tuus oleo lactitiae praesertim consortibus tuis. Porro uidetur aliquando etiam solius spiritus in baptismate mentionem fecisse. Omnes enim, inquit, in uno corpore, in unum spiritum baptizati sumus. Huic consonum est & illud, Vos autem baptizabimini in spiritu sancto. Et, ipse uos baptizabit in spiritu sancto. At non ob id perfectum quis dixerit baptismum, in quo solum spiritus nomen inuocatum est. Oportet enim immobilē manere traditionem in uiuifica gratia datam. Qui enim liberauit uitam nostram ex corruptione, potestatem renouationis nobis dedit, quae potestas inexplicabilem causam habet & in mysterio abstrusam, uerum magnam animis salutem afferentem. Quare addere quid aut detrahere, palam est elapsus à uita aeterna. Si igitur separatio spiritus in baptismate à patre & filio, periculosa est baptizati, & inutilis baptismum suscipienti: quomodo nobis tutum est à patre & filio diuellere spiritum sanctum? Fides et baptismus duo salutis modi sunt inter se coherentes & inseparabiles: fides enim perficitur per baptismum. Baptismus uero fundatur per fidem: & per eadem nomina utraque res impletur. Sicut enim credimus in patrem & filium & spiritum sanctum, sic etiam baptizamur in nomen patris & filii & spiritus sancti. Et praecedit quidem confessio ad salutem inducens, consequitur autem baptismus, ob signans nostram confessionem ac pactum.

Curant

Cur angeli apud Paulum, una cum patre & filio assumuntur.

Cap. XIII

Sed & alia sunt, inquit, quae patri ac filio connumerantur, & omnino non simul conglorificantur. Velut Apostolus simul angelos assumpsit in testimonium, coram Timotheo dicens: Obtestor te in conspectu dei, & Christi Iesu, & electorum ipsius angelorum: hos tamen neque separamus à reliqua creatura, neque patri ac filio connumerari sustinemus. Ego uero etiam si hic sermo nulla reprehensione dignus est, ut qui manifestam habet absurditatem: tamen illud dico, quod etiam conseruum quis testem producere possit, apud mitem ac mansuetum iudicem, & maxime in aequabilitate erga litigantes, autoritatem iustitiae iudiciorum declarantem. At uero liber esse seruo, & filius uocari dei, & uiuificari à morte, à nullo alio potest, quam ab eo qui naturalem cōiunctionem possidet, & à seruili conditione alienus est. Quomodo enim coniungat deo qui est alienus? Quomodo uero liberabit qui ipse obnoxius est iugo seruitutis? Quare non ob similitudinem spiritus & angelorum fit mentio. Sed spiritus uelut uitae dominus, angeli uelut conseruorum adiutores, & fidei ueritatis testes assumuntur. Mos enim hic sanctis est, ut mandata dei adhibitis testibus tradant. Sicut etiam idem ipse ad Timotheum dicit: Quae accepisti à me coram multis testibus, ea deponere apud fideles homines. Et nunc angelos in testimonium producit, nouit enim quod simul aderunt angeli iudici, quum uenerit in gloria patris, ad iudicandum orbem terrarum in iustitia. Qui enim confitebitur me, inquit, coram hominibus, & filius hominis confitebitur ipsum coram angelis suis. Qui uero abnegauerit me coram hominibus, abnegabitur coram angelis dei. Et Paulus alibi dicit, In reuelatione domini Iesu à caelis cum angelis. Huius rei gratia hic iam attestatur coram angelis, ad magnum illud tribunal paratis sibi ipsi construens probationes. Et non hic solum, uerum simpliciter omnes, quibus uerbi ministerium commissum est, nullo tempore testificari cessant. Imò & caelum & terram implorant, tanquam intra quorum ambitum nunc omnia gerantur, & qui simul affuturi sint in examinatione eorum quae gesta sunt in hac uita. Ad uocabit enim, inquit, caelum sursum, & terram ad iudicandum populum suum. Unde Moses traditurus eloquia dei populo, testor, inquit, hodie caelum & terram. Et rursus canticum dicens: Attende caelum & loquar, & audiat terra uerba ex ore meo. Et Esaias, Audi caelum, et auribus percipe terram. Hieremias autem, etiam stuporem quandam caeli narrat, ob audita impia populi facta. Obstupuit caelum ob hoc, & inhorruit amplius uehementer terra, dicit dominus, quoniam duo mala fecit populus meus. Itaque & Apostolus sciens angelos praefectos hominibus, uelut paedagogos quosdam aut gubernatores, in testimonium ipsos uocauit. Iesus autem Naue etiam lapidem testem sermonum statuit. Iam uero & collis alicubi testis appellatus est à Iacob. Erit, inquit, lapis hic hodie in testimonium uobis in extremis diebus, quando mentiti fueritis domino uestro: fortassis credens per potentiam dei etiam lapides uocem emissuros esse, ad redarguendos transgressores: sin minus, attamen fore ut uniuscuiusque conscientia omnino efficacia recordationis uulneretur. Hoc igitur modo hi quibus animarum cura cōcredita est, testes quoscumque & quandocumque tandem praeparat, ut in posterum ipsos producant. At uero spiritus non ad usum occasionis, sed propter naturae societatem deo adiunctus est, non à nobis attractus, sed à domino assumptus.

Obiectio, quod & in Mosen quidam baptizati sunt, & crediderunt in ipsum: & responsio ad hanc, ubi etiam de typis ac figuris.

Cap. XIII

A etiam baptizamur, inquit, in spiritum ipsum, neque sic iustum est ut cum deo locetur. Nam & in Mosen nonnulli baptizati sunt, in nube & in mari. Similiter autem in confesso est, etiam fidem in homines habitam esse: credidit enim populus deo & Mose famulo eius. Quid igitur, inquit, ex fide & baptismate spiritum sanctum adeo extollis & magnificas supra reliquam creaturam, quum eadem iam & in hominibus fuisse, scripturae testimonij demonstratum sit? Quid dicemus? quod in spiritum quidem fides est, uelut in patrem & filium. Similiter etiam baptismus. At fides in Mosen, & in nubem, uelut in umbram & figuram. Nec uero quia paruis & humanis praefigurata sunt diuina, ideo parua est diuinorum natura, quam figurarum adumbratio saepe praesignificauit. Est enim figura eorum quae expectantur declaratio, per imitationem quod futurum est praemonstrans. Velut Adam signum erat futuri, & petra figuratè Christus, & petrae aqua

aqua figura erat uiuificæ potentæ uerbi. Si quis enim, inquit, sitis, ueniat ad me & bibat. Et manna figura erat uisus panis qui de cœlo descendit. Et serpens pro signo erectus, salutaris passionis per crucem consummata. Quapropter & respicientes in ipsum seruabantur. Sic sane & quæ de ductis Israelitis scripta sunt, ad indicationem eorum qui per baptismum seruantur, narrata sunt. Seruata enim sunt Israelitarum primogenita, quemadmodum & baptifatorum corpora, quum gratia daretur his qui sanguine signati erant. Sanguis enim pecudis, figura erat sanguinis Christi; primogenita uero figura sunt hominis primum creati; qui quoniam necessario in nobis est, ut qui per successionis consequentiam usque ad finem perducitur, ideo in Adam omnes morimur, & regnauit mors ab Adam, usque ad legis consummationem & Christi aduentum; conseruata uero sunt à deo primogenita, ut ea non attingeret exterminator, ad indicationem quod non amplius nos in Adam morimur, qui in Christo uiuificati sumus. At uero mare & nebula, in presens quidem ad fidem perduxit per stuporem; uerum ad futurum uelut figura, futuram gratiam præsignificabat. Quis sapiens & intelliget hæc: quomodo mare figurate baptismus separata Pharaone, uelut etiam lauacrum hoc à diaboli tyrannide. Occidit illud in seipso hostem. Moritur etiam hic inimicitia nostra in deum. Egressus est ab illo populus illæsus, ascēdit in nos uelut ex mortuis uiuentes ab aqua, seruati per gratiam eius qui uocauit nos. At umbra ex nube, figura est doni ex spiritu sancto, qui flammam cupiditatum per mortificationem membrorum frige facit. Quid igitur? Num quia per figuram in Mosen baptizati sunt, propterea parua est baptismatis gratia? Sic equidem neque aliud quicquam rerum nostrarum magnum fuerit, si quod in una quaque uenerandum est, figuris comparauerimus; & ne dei quidem erga homines charitas, magnum ac eximium quid fuerit, qui unigenitum filium suum tradidit pro peccatis nostris: quoniam etiam Abrazam proprio filio non pepercit. Nec Christi mors gloriosa erit, quoniam aries pro Isaac figuram oblationis impleuit. Neque descensus ad inferos horrendus erit, quoniam Ionas tribus diebus ac totidem noctibus mortis figuram antea impleuit. Idem itaque facit & in baptismate, qui umbræ comparat ueritatem, & figuris confert ea quæ per ipsas significantur, ac per Mosen ac mare ueritatem simul euangelicam dispensationem distrahere conatur. Qualis enim remissio peccatorum: qualis renouatio uitæ in mari: quod donum spirituale per Mosen: qualis mortificatio peccati illic: Non comortui sunt illi Christo, quapropter neque consurrexerunt. Non portauerunt imaginem cœlestis illius, non circumferebant mortificationem in corpore, non exuerunt ueterem hominem unam cum factis suis, non induerunt nouum, qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem conditoris. Quid igitur comparas baptismata, quorum sola appellatio communis est, uerum rerum differentia tanta, quanta fuerit somniorum ad ueritatem, & umbræ ac imaginum ad ea quæ secundum essentiam subsistunt. Sed & ipsa in Mosen fides, non fidem in spiritum modicæ dignitatis esse ostendit, uerum iuxta ipsorum rationem, magis confessionem in deum uniuersorum extenuat. Credidit enim, inquit, populus deo, & Mose famulo eius. Deo itaque coniunctus est Mosen, non spiritui: & figura erat non spiritus, sed Christi. Mediatorem enim dei & hominum per seipsum tunc præfigurabat, in ministerio legis. Non enim spiritus figura erat Mosen, inter deum & populum intercedens. Data enim est lex disposita per angelos in manu mediatoris, uidelicet Moysi, iuxta prouocationem populi dicentis: Loquere tu ad nos, et ne loquatur ad nos deus. Quare fides in ipsum ad dominum refertur, mediatorem dei ac hominum, qui dixit, Si crederetis Moysi, crederetis uiuere & mihi. Num igitur parua res est fides in dominum, quia per Mosen præsignificata est? Sic neque si quis in Mosen baptizatus est, parua est à spiritu in baptisma gratia. Quanquam alioqui dicere possum, scripturæ familiare esse ut legem Mosen dicat: uelut hic, Mosen habent & prophetas. Itaque legale baptisma dicens, baptizati sunt dixit in Mosen. Quid igitur gloriationem spei nostræ, & opulentum dei ac lauacris nostri donum, qui per regenerationem renouat nos uelut aquile iuuentutem, contempibile ostendit, ab umbra & figuris ueritatem calumniat. Profecto puerilis omnino mentis, & pueri reuera lacte indigentis est, ignorare magnum salutis nostræ mysterium. Quod iuxta introductorium docendi modum, in exercitatione pietatis ad perfectionem inducimur, & perceptu facillioribus primum ac nobis congruentibus, ad incomprehensibilem cognitionem instituti sumus, deo res nostras gubernante, uelut oculos in tenebris nutritos

nutritos, paulatim facta assuetudine, ad magnum illud ueritatis lumen subuehente. In indulgentia enim infirmitatis nostræ, in profunditate opulentæ sapientiæ suæ, & in imperscrutabilibus scientiæ iudicijs, placidam hanc conuenientem nobis ostendit institutionem, umbras corporum prius uidere, et in aquis solem aspiciere præaduesfaciens, ut ne statim puræ ac intemperatæ lucis intuitu offensi oculi nostri caligarent. Nam ad similem rationem, tum lex umbram habens futurorum, tum figuratio per prophetas, quæ ænigma est ueritatis, exercitamenta oculorum cordis nostri excogitata sunt, uelut ab his facili transitu nobis ad occultatam in mysterio sapientiam futuro. De figuris itaque hæc tenemus. Nam neque licet huic loco diutius immorari, alioqui quod obiter incidit, longius fuerit argumento principali. Quid igitur ad hæc amplius addiderimus, quum in his multa ad dissoluendas obiectiones copia habeatur.

Refutatio alterius obiectionis, quod etiam in aquam baptizamur, ubi & ea quæ ad baptismum pertinent. Cap. xv

ET in aquam baptizamur, inquit, & nunc quid aquam omnimodum creaturæ preferemus, aut etiam ipsi patris & filij honore attribuemus? Atque illorum quidem uerba talia, quæ illa fuerint hominum ira percitorum, & propter inductas rationi ex affectu tenebras nemini parentium, quo eum qui offendit, ueliscantur. Nos autem neque de his uerba facere pigebit. Aut enim ignorantes docebimus, aut maleficis non concedemus. Verum re paulo altius repetita dicamus. Dei & seruatoris nostri circa hominem dispensatio, reuocatio est à lapsu, & reditus ad consortium dei, ab alienatione per inobedientiam facta. Quapropter factus est aduentus Christi in carne, & euangelicæ conuersationis forma, afflictiones, crux, sepultura, resurrectio, ut homo qui saluatur per imitationem Christi, ueterem ipsam adoptionem recipiat. Necessaria itaque est ad uitæ perfectionem Christi imitatio: non solum in uitæ exemplis, lenitatis, humilitatis ac patientiæ, sed & ipsius mortis, uelut Paulus Christi imitator ait: Conformor morti ipsius, si quo modo perueniam ad resurrectionem ex mortuis. Quomodo igitur sumus in similitudine mortis ipsius? consepulti cum ipso per baptismum. Quis igitur est sepulturæ modus? & quæ ex imitatione utilitas? Primum quidem necessarium est seriem prioris uitæ interrumpi. Id autem fieri non potest, nisi quis ex supernis sit natus, iuxta ipsam domini uocem. Regeneratio enim uelut ipsa quoque uox indicat, alterius uitæ initium est. Quare qui auspiciaturus est alteram uitam, is finem prægressæ imponat necesse est. Quemadmodum enim in his qui retrogradum cursum faciunt, statim quedam ac quies contrarios motus intercipit. Sic in uitæ mutatione necessarium uisum est, mortem inter utrasque uitas intercedere, quæ præcedentia finiat, & sequentibus initium præbeat. Quomodo igitur facimus descensum ad inferos? imitantes sepulturam Christi per baptismum. Nam uelut aquam in sepeliuntur corpora eorum qui baptizantur. Itaque depositionem operum carnis figurate significat baptismus, iuxta Apostolum dicentem: Circumcisi estis circumcisione per manum non fiende, in exuendo corpus carnis, in circumcisione Christi, consepulti ipsi in baptismate: & est uelut purgatio animæ à sordibus, quæ ex carnali sapientia ipsi accedunt, iuxta id quod scriptum est: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Quapropter non iudaico more ob singula inquinamenta abluimur, sed unum nouimus salutare baptismum: quoniam una est pro mundo mors, & una ex mortuis resurrectio; quarum figura est baptismum. Huius rei gratia qui uitam nostram gubernat dominus, baptismatis nobis pactum constituit, quod mortis et uitæ figuram habet: mortis quidem imaginem aqua implente, uitæ uero argonem spiritu exhibente. Quare hinc nobis manifestum factum est quæsitum, Cur aqua unam cum spiritu assumpta est. Nam quum duo scopi in baptismum propolui sint, abolere uidelicet corpus peccati, ut ne amplius morti fructum ferat: & uiuere spiritu & fructum habere in sanctificatione: aqua equidem mortis imaginem exhibet, uelut in sepulchro corpus excipiens. Spiritus autem uiuificam uim immittit, à morte peccati, ad uitam ab initio, animas nostras renouans. Hoc igitur est ex supernis natum esse, ex aqua & spiritu: nimirum dum mortificatio perficitur in aqua, & uitam nostram operatur spiritus. In tribus igitur immersionibus, ac totidem nomenclaturis siue inuocationibus, magnum baptismatis mysterium perficitur, ut & mortis figura exprimat, & per traditionem diuine cognitionis, animæ eorum qui baptizantur, illuminentur. Proinde si qua est in aqua gratia, non ex natura est, H sed ex

sed ex presentia spiritus. Non enim est baptismus sordium carnis depositio, sed conscientiae bonae stipulatio ad deum. Itaque ad uitam ex resurrectione componens nos dominus, totam euangelicam conuersationem proponit, sanciens ut non irascamur, ut malorum tolerantes simus, & uoluptatum amore non inquinati, & moribus à pecuniâ studio alieni: ut quæ seculum illud secundum naturam habet, ea nos preoccupantes ex proposito peragamus. Itaque si quis definiens dicat, Euangelium esse præexpressionem uitæ ex resurrectione: nequaquam mihi uideatur à decoro aberrare. Ad scopum itaque reuertamur. Per spiritum sanctum contingit restitutio in paradysum, ascensus ad regnum celorum, reditus in adoptionem filiorum, fiducia uocandi deum patrem suum, participare fieri gratiæ Christi, filium lucis appellari, gloriæ æternæ consortem esse, & in summa, in omni plenitudine benedictionis esse, tum in hoc seculo, tum in futuro, honorum in promissionibus nobis repositorum, quorum fructum per fidem capimus uelut iam presentium, gratiam uelut in speculo contemplantes. Si enim talis est arrabo, quantum fuerit id quod perfectum est: Et si primitiæ tales sunt, qualis erit doctrinæ consummatio? Quin & illinc differentia gratiæ spiritus, ad baptismum in aqua, nota redditur. Quod Ioannes quidem baptizauit aqua, Dominus autem noster Iesus Christus in spiritu sancto. Ego enim uos baptizo, inquit, in aqua ad poenitentiam. Qui uero post me uenit, fortior me est, cuius non sum dignus gestare calciamenta, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igne. Ignis baptismum probationem in iudicio dicens, quem admodum Apostolus ait: Vniuscuiusque opus quale est, ignis ipse probabit. Et rursus, Dies enim declarabit, quia in igne reuelatur. Iam uero aliqui in certaminibus pro pietate, reuera & non per imitationem, mortem pro Christo perpessi, nihil opus habuerunt ad salutem signis ex aqua, in proprio sanguine baptizati. Atque hæc dico, non quod spernam baptismum in aqua, sed ut consilia eorum destruam qui eriguntur aduersus spiritum, & miscent non miscenda, & comparant quæ comparisonem non admittunt. Ad institutum igitur ab initio redeamus.

Quod in omni sensu, spiritus sanctus inseparabilis est à patre & filio, & in creatione intelligibilium creaturarum, & in humanarum rerum dispensatione, & in iudicio quod expectatur.

Cap. XVI

Quod in omnibus inseparabilis sit, ac penitus disparari non possit à patre & filio spiritus sanctus, in loco de linguarum dono Corinthiis scribens Paulus declarat. Si omnes, inquit, prophetetis, ingreditur autem incredulus aut idiota, arguitur ab omnibus, interrogatur ab omnibus, & oscula cordis ipsius manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem, adorabit deum, pronuncians quod deus reuera est in uobis. Si itaque ex prophetia, quæ iuxta diuisionem donorum spiritus efficitur, deus in prophetis esse cognoscitur, consulent hi qualem locum dabunt spiritui sancto. Vtrum iustus sit cum deo locare, aut ad creaturam protrudere. Et illud petra ad Sapphiram, Quid est quod conuenit inter uos, tentare spiritum sanctum, non mentiti estis hominibus, sed deo: ostendit quod eadem sunt in spiritum sanctum & in deum peccata. Sic sanè coniunctionem inseparabilem per omnem actionem, spiritus à patre ac filio didiceris. Operante enim deo diuisiones operationum, & domino diuisiones ministeriorum, simul adest spiritus sanctus, distributionem donorum pro cuiusque dignitate proprio arbitrio dispensans. Diuisiones enim, inquit, donorum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt. Idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Hæc autem omnia, inquit, operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsim cuique prout uult. Nec uero quia primū hic Apostolus mentionem spiritus fecit, & deinde filij, & tertio dei & patris: iam in totum peruersum esse ordinem putare oportet. A nostro enim habitu initium fecit. Nam dona suscipientes primū distribuendi occurrimus. Deinde cogitamus de eo qui misit: postea subducimus cogitationem ad fontem ac causam honorum. Didiceris autem spiritus ad patrem ac filium societatem, etiā ex his quæ ab initio creata sunt: puræ enim & intelligibiles ac supmundanæ uirtutes, sanctæ sunt & nominantur, ex gratia per spiritum sanctum immissa, sanctificationem adeptæ. Quare silentio præteritus est modus creationis cœlestium uirtutum: & a sensibilibus, solum opificem ac conditorem reuelauit nobis qui mundi creationem descripsit. Tu uero qui facultatem habes ex uisibilibus considerare inuisibilia, gloria conditorum in quo creata sunt omnia

omnia, siue uisibilia, siue inuisibilia, siue principatus, siue potestates, siue uirtutes, siue throni, siue dominationes, & si quæ aliæ sunt rationales naturæ, quæ nominari non possunt. In horum autem creatione, cogita mihi principaliter rerum causam, ipsum patrem: opificem siue efficientem, filium: perfectricem spiritum sanctum. Quare uoluntate quidem patris, ministratorij spiritus existunt: operatione uero filij, ad esse perducuntur. Spiritus autem presentia, perficiuntur. Perfectio porrò angelorum, est sanctificatio, et in hac perseverantia. Et nemo putet me tres dicere principales substantias, aut imperfectam filij operationem. Principium enim rerum unum est, per filium condens, & perficiens in spiritu. Et neque pater qui omnia in omnibus operatur, imperfectam habet actionem, neque filius defectiuum opificium, si non à spiritu perficitur. Sic enim neque pater opus habuisset filio, sola uoluntate creans, attamen uult et solet creare per filium. Neque filius opus habuisset auxilio, iuxta similitudinem patris operans, sed & filius uult. & solet perficere per spiritum sanctum. Verbo enim domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Neque igitur uerbum, impressio in aerem est, significatiua, per uocalia instrumenta prolata. Neque spiritus, oris halitus est, ex respiratorij partibus expulsus. Sed uerbum quidem est, quod apud deum erat in principio, & deus erat. Spiritus autem oris dei, est, spiritus ueritatis qui à patre procedit. Tria itaque intelligis, mandantem dominum, creans uerbum, confirmantem spiritum sanctum. Quid autem aliud fuerit confirmatio, quam in sanctificatione perfectio: confirmationis uoce, constantiam, ac immutabilitatem, & in bono firmitatem significante. Sanctificatio autem non est absque spiritu. Non enim natura sanctæ sunt celorum uirtutes, aut sic sanè nullam differentiam ad spiritum sanctum haberent. Sed iuxta proportionem eminentiæ inter seipsas, sanctificationis mensuram à spiritu habent. Quem admodum enim cauterium cum igne intelligitur, aliud tamen est subiecta materia, & aliud ignis: Sic etiam in cœlestibus uirtutibus, essentia quidem ipsarum aeris est spiritus, aut ignis immaterialis, iuxta id quod scriptum est: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem: quapropter etiam in loco sunt, & uisibiles fiunt, in specie propriorum suorum corporum his qui digni sunt apparentes. Sanctificatio uero extra essentiam ipsarum existens, perfectionem ipsis inducit per spiritus communionem. Conseruant autem dignitatem per perseverantiam in bono, habentes quidem in proposito liberum arbitrium, nunquam autem à uere boni consortio excidentes. Quare si subtraxeris rationi spiritum, solutæ sunt angelorum choreæ ac sanctificatio, sublata sunt archangelorum præfecturæ & sanctificationes ac prophetiæ, confusa autem sunt omnia. Igitur & sine legibus inordinataque & indefinita ipsorum uita. Quomodo enim dixerint angeli, gloria in excelsis deo, non accepta à spiritu potestate? Nemo enim potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto: & nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesum, id quod sanè dixerint prauis & aduersarij spiritus, quorum defectio confirmat sermonem meum quo dixi, liberi arbitrij esse uirtutes inuisibiles, & æquale momentum habere ad uirtutem & uitium: & propterea spiritus auxilio opus habere. Ego etiam Gabrielem futura prædicere haud quodpiam alio arbitror modo, quam præscientia spiritus. Nam unum de donis quæ diuidit spiritus, est ipsa prophetia. Qui uero mysteria uisionis uiro desideriorum annunciare iussus est, unde adeptus est sapientiam, ut docere posset occulta, nisi per spiritum sanctum: quum mysteriorum reuelatio peculiariter ad spiritum pertineat, iuxta id quod scriptum est: Nobis reuelauit deus per spiritum. Throni autem & dominationes & principatus & potestates, quomodo beatam illam degerent uitam, si non semper uiderent faciem patris qui in cœlis est? Videre autem, non contingit sine spiritu. Quem admodum enim in nocte, si tollas lumen è domo, caeci sunt oculi, & facultates relinquuntur inefficaces, & dignitates rerum cognosci non possunt, auro ac ferro æqualiter conculcatis per ignorantiam: Sic in intelligibili gubernatione fieri non potest, ut uita illa legitima permaneat, absque spiritu: non profectò magis quam exercitus militaris disciplina, absente imperatore: aut chori concertus, si chori præfectus harmonias non cœcineret. Quomodo dixerint Seraphim, sanctus, sanctus, sanctus dominus: si non docta fuerint à spiritu, quoties pius est hunc glorificationis hymnum proclamare. Siue igitur laudant deum omnes angeli eius, collaudantque ipsum omnes uirtutes eius, per spiritus actionem id contingit. Siue astant mille milia angelorum, siue centies centena milia archangelorum, ministratum ipsi, in spiritus uirtute

H 2 officium

officium suum inculpate perficiunt. Totam igitur illam supercoelestem et inenarrabilem harmoniam, tum in ministerijs ac cultu dei, tum in mutua inter se supermundanarum uirtutum consonantia, impossibile esset conseruari, si non spiritus praesens. Sic equidem in creationibus adest spiritus sanctus his quae non ex profectu perficiuntur, sed ab ipsa statim creatione perfecta sunt, ad absolutionem ac complementum substantiae ipsorum gratiam suam conferens. Porro dispensationes circa hominem a magno deo & seruatore nostro Iesu Christo, secundum bonitatem dei & patris factas, quis negabit per spiritum gratiam esse peractas? Siue igitur uoles uetera spectare, patriarcharum benedictiones, auxilium per legislationem collatum, figuras, prophetias, fortia bellorum facta, miracula ac signa per iustos facta, siue ea quae circa Christi in carne aduentum dispensata sunt, per spiritum omnia facta comperies. Primum etenim ipsi carni domini aderat ungentum flens, & inseparabiliter praesens, iuxta id quod scriptum est: Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super ipsum, hic est filius meus dilectus. Et, Iesum Nazarenum, quem unxit deus spiritu sancto. Deinde omnis operatio praesente spiritu peragebatur. Hic etiam aderat ipsi dum a diabolo tentaretur: perductus enim est, inquit, Iesus a spiritu in desertum, ut tentaretur. Et operanti uirtutum miracula inseparabiliter aderat; si enim ego, inquit, in spiritu dei eicio demonia, & ab excitato a mortuis non aberat. Renouans enim dominus hominem, & gratiam quam ex afflatu dei amiserat, rursus contribuens, ubi in faciem discipulorum insufflasset, quid ait: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittantur: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ceterum ecclesiae gubernationes, non manifeste & citra contradictionem per spiritum sanctum peraguntur: Ipse enim dedit, inquit, ecclesiae, primum a postolos, deinde prophetas, tertio doctores, postea uirtutes, deinde dona sanationum, defensionum, gubernationum, genera linguarum. Hic enim ordo iuxta distributionem donorum spiritus digestus est. Quod si quis diligenter rem expendat, comperiet etiam in tempore apparitionis domini quae expectatur ex caelis, spiritum sanctum non ociosum fore, uelut quidam putant: sed simul affuturum esse in die reuelationis, in qua iudicabit orbem terrarum in iusticia beatus ille & solus potens dominus. Quis enim adeo ignarus est honorum a deo dignis paratorum, ut non audierit quod etiam iustorum corona est beneficium spiritus, quod largius tunc ac perfectius exhibebitur, quam iuxta proportionem recte factorum, spiritualis gloria unicuique distribuetur. In splendoribus enim sanctorum multae sunt apud patrem mansiones, hoc est dignitatum diuersitates. Sicut enim stella a stella differt in gloria, sic etiam resurrectio mortuorum. Qui itaque signati sunt spiritu sancto in diem redemptionis, & quas acceperunt primitias sancti spiritus, integras & non imminutas conseruauerunt, hi sunt qui audient: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuiti fidelis, super multa te constituiam. Similiter & qui contristauerunt spiritum sanctum per malitiam studiorum suorum, aut qui lucrum non fecerunt per hoc quod ipsis datum fuit, ab his auferetur id quod acceperunt, beneficio ad alios translato: aut iuxta quandam ex Euangelistis, penitus disscindentur: ita ut dissecio accipiatur de perfecta abalienatione a spiritu. Neque enim corpus diuiditur, ut altera pars tradatur supplicio, altera dimittatur: fabulosum enim hoc est, & non iusti iudicis, ut quum totum peccauerit, ex dimidio contingat supplicium: neque anima in duas partes secatur, quum tota per totum peccatum affectum possideat, & una cum corpore malum operetur. Sed dissecio, uelut dixi, est anima a spiritu perpetua abalienatio. Nunc etenim tamen si indignis ammixtus non est, tamen a deo quodam modo uidetur semel consignatis, salutem ipsorum ex conuersione expectans. Tunc uero in totum ab anima quae gratiam ipsius prophanauit, absconditur. Et ob id non est in inferno qui confiteatur, neque in morte qui memor sit dei: quum non amplius spiritus auxilium adsit. Quomodo igitur fieri potest, ut cogitemus absque sancto spiritu perfici iudicium? quando sane uerbi doctrina ostendit, quod ipse est & brauius iustorum, quum pro arrabone exhibitum fuerit id quod perfectum est: & prima condemnatio peccatorum, ubi etiam id quod sibi habere uidentur, ab ipsis ablatum fuerit. Maximum porro signum coniunctionis spiritus ad patrem et filium, quod sic habere dicitur ad deum, uelut se habet spiritus qui in nobis est ad unumquemque. Quis enim hominum, inquit, nouit ea quae sunt hominis, nisi spiritus qui est in ipso. Sic & quae dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus qui ex deo est.

Aduersus

Aduersus eos qui dicunt, non connumerari patri ac filio sanctum spiritum, sed subnumerari: ubi & de pia subnumeratione summarium fidei fundamentum. Cap. XVII
 Tunc de his quidem haec tenent. At uero subnumerationem quid dicant, & in qua significatione uocem hanc accipiant, ne cogitare quidem facile est: nam quod & haec ex mundi sapientia introducta est, omnibus notum est. An uero habeat propriam quandam rationem ad proposita, hoc considerabimus. Aduersarij hi qui circa res uanas excellentes sunt, quaedam nomina esse communia, & significationes multum extendere. Quaedam uero specialiora, & alia alijs particulariorum uim habere. Verbi causa, commune nomen est essentia, quae de omnibus dicitur aequaliter & inanimis & animatis. Specialius uero nomen est animal, quod de paucioribus praedicatur quam prius illud, amplius autem consideratur quam ea quae sub ipso sunt: nam & rationalium et brutorum natura in ipso comprehenditur. Rursus specialius nomen est homo quam animal, & uir quam homo, & uir quilibet singularim quam uir, puta Petrus aut Paulus, aut Ioannes. Num igitur hoc subnumerationem esse sentiunt, nimirum communis nominis in subiecta diuisionem? At non crediderim ad tantam stupiditatem ipsos deuenisse, ut dicant deum uniuersorum, uelut communitatem quandam ratione sola intelligibilem, in nulla uero substantia ipsum esse habentem, in subiecta diuidi. Deinde hanc subdiuisionem etiam subnumerationem dici. Aut hoc neque acra hile percipi dixerint. Nam supra impietatem, etiam contrarium proprio suo proposito sermonem adstruunt. Quae enim subdiuiduntur, eiusdem illius essentiae sunt, cuius sunt ea a quibus diuiduntur. Ceterum ob magnam istorum absurditatem oratione destitui uidemur, & non habere quomodo absurditatem redarguamus, quare propter amentiam etiam aliquid lucrifacere mihi uidentur. Quemadmodum enim in mollia ac cedentia corpora strenuam plagam incutere non possis, propterea quod minime renitentur, sic neque eos qui manifeste demones sunt, forti reprehensione impetere possis. Reliquum est igitur, ut abominandam ipsorum impietatem silentio pretereamus. Sed non sinit me silere fratrum charitas, & aduersariorum improbitas. Quid enim dicunt: uel dete arrogatiam ipsorum uerba. Nos equidem aequalibus conuenire connumeracionem dicimus, his uero qui inferioris sunt conditionis subnumerationem. Et hoc cur tandem dicitis? Non enim intelligo uestram peregrinam sapientiam. Num quod aurum quidem auro connumeratur, plumbum uero non item dignum est connumeracione, sed propter materiae uilitatem auro subnumerabitur? & tantam uim numero attribuitis, ut aut uilitatem dignitatem extollere, aut preciosarum praestantiam deicere possit? Igitur rursus etiam aurum preciosis lapidibus subnumerabis, atque inter hos ipsos floridioribus & maioribus, minus lucidos & minores subnumerabis? Sed quid non dixerint, qui nulli alij rei uacant, quam ut noui aliquid dicant & audiant? Nominentur de cetero cum Stoicis & Epicureis suffragatores illi impietatis. Nam quae etiam fieri possit rerum uiliorum ad preciosa subnumeracionem? Aereus obolus, aureo stateri quomodo subnumerabitur? Quonia non dicimus, inquit, duo numismata possideri, sed unum & unum. Vtrum igitur horum alteri subnumeratur? Vtrumque enim aequaliter profertur. At si quidem unum quodque per se numeraueris, aequalitatem facis in simili numerandi modo. Si uero coniunxeris ipsa, rursus unum dignitatem, dum utraque simul inter se connumerat. Si uero id quod secundo loco numeratum fuerit, subnumerationem habebit, in numerante situm est ab aereo numismo, mate numeracionem auspicari. Sed imperitiae reprehensionem differentes, ad coherentiam orationem uertamus. Etiam filium subnumerari patri dicitis, & spiritum filiorum aut soli spiritui subnumerationem decernitis? Si enim etiam filium subnumeratis, rursus eadem impietatis doctrinam renouatis, inaequalitatem uidelicet essentiae, dignitatis humilitatem, nauitatem tempore posteriorem, & in summa, omnes simul in unigenitum blasphemias, per unum hoc uerbum repetere declarabimini. Quibus contradicere, longius fuerit quam pro praesenti instituto, quum etiam alias in alijs locis impietas ista a nobis pro uiribus sit refutata. Si uero soli spiritui conuenire putant subnumerationem: discant quod iuxta eundem modum una cum domino profertur spiritus, iuxta quem etiam filius cum patre: nam nomen patris & filij & spiritus sancti similiter editum est. Itaque uelut se habet filius ad patrem: ita ad filium se habet spiritus, iuxta uerbi dei ordinem in baptismo traditum. Si uero spiritus filio coniunctus est, filius uero patri, manifestum est quod & spiritus patri.

H 3 Quem

Quem igitur locum habet, alterum connumerari alterum subnumerari dicere, in uno & eodem ordine nominibus collocatis. In summa, quæ res unquam ex sua natura discessit dum numeratur: Imò nonne numerata permanent qualia sunt ab initio. Numerus uero signum notorium multitudinis propositori, à nobis adaptatur: Nam corpora quædam numeramus, quædam metimur, quædam ponderamus. Et quorum quidem cõtinua est natura, ea mensura comprehendimus: quorum uero discreta, ea numero subiicimus: exceptis his quæ ob tenuitatem etiam ipsa rursus mensurabilia fiunt. At uero grauitates, libræ momentis discernimus. Non itaque quoniam nobis ipsi signa ad quantitatis cognitionem excogitauimus, iam etiam naturã signatorum immutauimus. Quemadmodum igitur non subponderamus inter se quæ sunt ponderabilia, etiam si alterum sit aurum, alterum stannum: neque submensuramus mensurabilia. Sic neque numerabilia omnino subnumerabimus. Quod si nulla alia res subnumerationem admittit, quomodo spiritui conuenire aiunt, ut subnumeretur? At hi ex Græcorum ac ethnicorum morbo ægrotantes, putant dignitates secundum gradus, aut potestatis submissionem, tales esse ut ipsi subnumeratio conueniat.

Quomodo in confessione trium substantiarum siue personarum, primum monarchiæ dogma conferuamus. Vbi & eorum qui spiritum subnumerari dicunt, cõsuetudo. Cap. xviii

Patrem & filium & sanctum spiritum tradens dominus, non simul cum numero tradidit. Non enim dixit, In primum & secundum & tertium, neque in unum & duo & tria: sed per nomina sancta, cognitionem fidei ad salutem ducentis largitus est. Quare quod nos saluos facit, fides est. Numerus uero signum notorium multitudinis propositorum excogitatus est. Verum qui undiquaque sibi ipsis detrimenta colligunt, & numerandi facultate contra fidem utuntur, hi sanè quum nulla alia res ex numeris additamento alteretur, in diuina natura numerum uerentur, ne per ipsum honoris qui paraclito debetur, mensuram excedant. At o sapientissimi, maxime quidem supra numerum sint ea quæ assequi non datur, quemadmodum prisca Hebræorum pietas proprijs notis ineffabile dei nomen effigurabat, etiam ex hoc supra omnia eminentiã declarans. Si uero etiam numerare oportet, nequaquam in hoc deprauare oportet ueritatem. Aut enim silentio colatur arcana, aut pie numerentur sancta. Vnus deus & pater, unus unigenitus filius, & unus spiritus sanctus. Vnamquamque personam singulariter efferimus. Quum autem connumerare opus fuerit, non inerudita numeratione ad multitudinis deorum intelligentiam efferimus. Non enim iuxta compositionem numeramus, ab uno ad multitudinem facientes incrementum, unum duo & tria dicentes: neque primum & secundum & tertium. Ego enim deus primus, & ego postea. Secundum uero deum nunquam usque in hodiernum diem audiimus. Deum enim ex deo adorantes, etiam proprietatem personarum confitemur, & manemus in uno monarchiæ principatu, non dissipantes theologiam in multitudinem subdiuisam: propterea quod unam in deo patrem, & deo unigenito uelut formam cõtemplamur, impermutabili deitati insidentem: filius enim in patre, & pater in filio. Nam & hic talis, qualis ille, & ille qualis hic: atque in hoc unum. Ut iuxta proprietatem personarum, unus & unus, iuxta naturam uero cõmunitatem, unum ambo. Quomodo igitur si unus & unus, non duo dei? Quia rex dicitur etiam regis imago, & non duo reges. Neque enim imperium scinditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodum enim principatus & potestas una est quæ nobis dominatur, sic etiam glorificatio à nobis una est, & non multæ: propterea quod imaginis honor ad exemplar transit. Quod igitur hic est imitativæ imago, hoc illic naturaliter filius. Et quemadmodum inter artifices similitudo est secundum formam, sic in diuina et incomposita natura, in cõmunitate deitatis est ipsa unio. Vnus est autem & spiritus sanctus, qui & ipse singulariter profertur, & per seipsum glorificandam ac beatam trinitatem complet. Cuius ad patrem & filium consortium satis hoc declarat, quod non in turba creaturæ locatus est, sed solitarie pronuntiatur. Nō enim unus ex multis est, sed unus est, uelut unus pater, & unus filius, sic etiam unus spiritus sanctus. Et à creatura quidem natura tantum abest, quantum uerisimile est solitariam à congregatis & multitudinē habentibus abesse: patri uero & filio intantum unitus est, quantum consortij

consortij ac cognationis habet unitas ad unitatē. Et non hinc solum societatis secundum naturam demonstratio contingit, sed quod etiam ex deo esse dicitur, non uelut omnia ex deo progressus, neque per generationem uelut filius, sed uelut spiritus oris eius. Omnino autem neque os membrum est, neque spiritus status qui dissoluitur. Sed & os prout deo conuenit dicitur, & spiritus essentia uita sanctificationis domina: ita ut consortium hinc declararetur, modus uero substantiæ arcanus seruetur. Sed & spiritus Christi dicitur, uelut natura ipsi coniunctus. Ob id si quis spiritum Christi non habet, hic non est ipse. Vnde solus spiritus digne glorificat dominum. Ille enim me glorificabit, inquit, non ut genita natura, sed ut spiritus ueritatis, clarē in seipso detegens ueritatem, et ut spiritus sapientiæ, Christum dei uirtutem & dei sapientiam, in magnitudine sua reuelans: & ut paraclitus, in seipso exprimit paracliti ac consolatoris qui ipsum misit bonitatem, & in sua dignitate, maiestatem eius unde processit ostendit. Est igitur gloria alia naturalis, uelut gloria solis est lumen: alia externa, quæ ex proposito cum iudicio dignis defertur. Duplex autem & hæc est. Filius enim, inquit, glorificat patrem, & seruus dominum suum. Harum itaque altera seruilis, à creatura defertur: altera uero, ut ita dicam, domestica, à spiritu expletur. Quemadmodum enim de seipso dixit, Ego te glorificaui in terra, opus perfecti quod dedi mihi ut facerē: Sic etiam de spiritu sancto, Ille me glorificabit, quia de meo sumet, et annuntiabit uobis. Et quemadmodum glorificatur filius à patre, dicente: Et glorificaui, & rursum glorificabo. Sic glorificatur spiritus per societatem ad patrem & filium, & per unigeniti testimonium dicentis: Omnis blasphemia remittetur uobis hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Quandoquidem uero per uirtutem illuminatricem, oculos intendimus in pulchritudinem imaginis Dei inuisibilis, & per ipsam ad speculaculum archetypi ac exemplaris omnē pulchritudinē excedens perducimur, hic nimium adest inseparabiliter cognitio spiritus, in speculam imaginis uim in seipso exhibens his qui ueritatis spectandæ amore tenentur: non forinsecus demonstrationem faciens, sed in seipso ad agnitionem inducens. Sicut enim nemo nouit patrem, nisi filius: sic nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Nō enim per spiritum dictum est, sed in spiritu. Et spiritus est deus, & adorantes ipsum, in spiritu & ueritate adorare oportet, quemadmodum scriptum est. In lumine tuo uidebimus lumen, hoc est, in illuminatione spiritus lumen uerum, quod illuminat omnem hominē uenturum in mundum. Quare in seipso ostendit gloriam unigeniti, & ueris adoratoribus in seipso dei cognitionem exhibet. Via itaque cognitionis Dei, est ab uno spiritu, per unum filium, ad unum patrem. Et uice uersa, Naturalis bonitas & naturalis sanctificatio, & regia dignitas, ex patre per filium unigenitum ad spiritum transit. Sic & personas confitemur, & primum monarchiæ dogma non labefactatur. Qui uero subnumerationem in eo quod primum & secundum & tertium dicunt ponunt, hi sciunt multitudinem deorum, ex græcorum ac gentium errore, impollute Christianorum theologiæ superinducere. Ad nihil enim aliud tendit subnumerationis malignitas, quam ut primum et secundum & tertium deum confiteamur. Verum nobis sufficit prescriptus à domino ordo, quem qui confundit, nō minus quam istorum impietas peccabit. Quod quidem igitur naturæ societas minime per subnumerationis modum dissoluatur, uelut isti errore seducti putant, abunde dictum est. Sed concedamus contentioso & inaniter sapienti, ac demus id quod aliquo posterius est, iuxta subnumerationem illius dici. Videamus itaque quid ex hoc sermone consequatur. Primus, inquit, homo, ex terra terrenus: secundus homo ex celo. Et alibi, Non primum, inquit, quod spirituale est, sed quod animale, deinde spirituale. Si itaque subnumeratur primo secundum, id quod subnumeratur uilius est eo ad quod habet subnumerationem. Vilius igitur iuxta uestram sententiam est spiritualis animalis, & homine terreno cœlestis.

Aduersus eos qui dicunt, non esse glorificandum spiritum, Caput xix.

SINT hæc ita, inquit, at non & gloria omnino spiritui debetur, ut glorificationibus à nobis extollatur. Vnde igitur dignitatis spiritus, omnem intellectum excedentis demonstrationem acceperunt, si patris & filij societas, non satis

fide digna est ipsis ad dignitatem testificandam: possumus tamen & ad nominum significata respectu facti, & ad actionum ipsius magnitudines, & ad operationes quas nobis, imò omni creaturæ suppeditat: de maiestate ipsius & incomprehensibili potentia aliqua tenus cogitare. Spiritus nominatus est, uelut spiritus deus, & spiritus uultus nostri Christi dominus. Sanctus, uelut sanctus pater, & sanctus filius. Nam creaturæ aliunde superinducta est sanctificatio. Spiritui uero sanctitas est naturæ completiua, quæ propter non sanctificatur, sed sanctificat. Bonus appellatur, uelut bonus pater, & bonus ex bono natus, essentiam habens ipsam bonitatem. Rectus, uelut rectus dominus deus noster, eo quod sit per se ipsa ueritas & ipsa iustitia, emotiones ac declinationes ad neutram partem habens propter essentiam immutabilitatem. Paracletus, uelut unigenitus, quem admodum ipse inquit: Ego rogabo patrem meum, & dabit uobis alium paracletum. Sic communia sunt nomina spiritui ad patrem & filium, ex naturæ consortio has appellationes habenti. Unde enim aliunde? Rursus spiritus principalis, & spiritus ueritatis, & spiritus sapientiæ nominatus est, spiritus diuinus qui fecit me. Et Beseleel inquit, impleuit deus spiritum sapientiæ & prudentiæ ac scientiæ. Nomina quidē igitur talia sunt, & magna & immensa, non tamen aliquem excessum habentia ad gloriam. At operationes quales sunt? Inenarrabiles ob magnitudinem, innumerabiles ob multitudinem. Quomodo enim mente concipiemus quæ fuerunt ante seculum: quæ erant ipsius operationes ante intelligibilem creaturam? quanta ab ipso in creaturam beneficia: quæ ad secula succedentia potestas? Erat enim et ante erat, & simul aderat patri & filio ante secula. Quare etiam si quid cogitaueris ultra secula, hoc ipsum comperies spiritu posterius. Quod si creaturam consideraueris, firmata sunt eorum uirtutes à spiritu, ita ut per firmationem accipiatur habitus qui ægrè à bonis discedat. Nam coniunctio ad deum, & immutabilitas ad uitium ac maliciam, & perseverantia in beatitudine, à spiritu uirtutibus accesserunt. Christi aduentus fit, & spiritus præcurrit. In carne est præsentia, & spiritus inseparabilis. Operationes uirtutum, dona sanationum, per spiritum sanctum. Dæmones fugabantur, in spiritu dei. Diabolus abolebatur, præsentia spiritu. Peccatorum fit remissio, in gratia spiritus. Abluti enim estis & sanctificati in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu sancto. Coniunctio ad deum per spiritum. Emisit enim deus spiritum filij sui, in cordibus nostris. clamantem Abba pater. Resurrectio à mortuis, per operationem spiritus est. Emittes enim spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Iam siue quis creaturam accipiat de dissolutorum resuscitatione, quomodo non magna est spiritus operatio, qui nobis uitam ex resurrectione procurat, & ad spirituale illam uitam animas nostras adaptat? Siue creatura dicat transmutatio eorum qui hic ex peccato lapsi sunt in meliorem statum. Nam & sic scriptura appellare solet, uelut quum Paulus dicit: Si qua in Christo noua creatura: etiam quæ hic fit renouatio, & quæ à terrena & affectibus obnoxia uita ad cœlestem conuersionem contingit mutatio, per spiritum nobis contingens, ad omnem miraculi excellentiam animas nostras perducit. Propter hæc num timuerimus, ne dignitatem per honorum excessum excedamus: aut e contra, ne ad humilitatem cogitationes nostras de ipso demittamus, etiam si maxima de ipso loqui uideamur, quæ humana mente cogitari ac lingua, perferri possunt: Hæc dicit spiritus sanctus, uelut hæc dicit dominus, descende et ambula inter ipsos, nihil despicans, quia ego misi ipsos. Nihil humilis & consternati hæc sunt uerba: Separate mihi Barnabam & Paulum ad opus ad quod accesserunt ipsos. Num seruus sic loquitur? Et Esaias, Dominus misit me & spiritus eius. Et descendit spiritus à domino, et deduxit eos. Et, ne mihi deductionem rursus ad uile ministerium accipias. hoc enim & dei opus esse scriptura testatur. Deduxisti inquit, uelut oues populū meū. Et, deducens uelut ouem Ioseph. Et, deduxit ipsos in spe, & non timuerunt. Quare quæ audieris, Quæ uenerit paracletus, ille uos como nesciat ad omnem ueritatem: deductionem uelut doctus es accipe, & ne calumniaris sententiam. Sed & interpellat, inquit, pro nobis, quare quantum supplex abest à benefactore, tantum spiritus dignitate decidit à deo. Tu uero nondum audiisti de unigenito, quod est in dextra dei, & interpellat pro nobis: Ne igitur quia spiritus in te est, si tamen omnino in te est, neque quia ex cæcatis nos ad electionem eius quod expedit docet ac deducit, eius rei gratia pietas ac diuinæ de ipso opinionis damnū patiaris. Extremæ enim ingratiudinis hoc fuerit, benignitatem benefactoris occasione facere ingratiudinis. Nolite igitur contristare spiritum sanctum

sanctum. Audite quid dicat primitiæ martyrum Stephanus, populo inobedientiam ac rebellionem exprobrans: Vos, inquit, semper spiritui sancto resistitis. Et rursus Esaias, Irritauerunt spiritum sanctum, & conuersus est ipsis in inimicitiam. Et alibi, Domus Iacob irritauerunt spiritum domini. An non hæc autenticam potestatem declarent, legentium iudicio permitto. Eos qui hæc audiunt, quales opinioniones habere conuenit: uelut de instrumēto, & subdito, & æquali creaturæ, & nobis conseruor: aut grauissimum est uel uerbo solo hanc blasphemiam piorum animos subire? Seruum dicis spiritum? At seruus, inquit, non nouit quid faciat dominus ipsius, Spiritus autem sic nouit quæ Dei sunt: uelut spiritus hominis nouit quæ in ipso sunt.

Aduersus eos qui dicunt, neque in seruili neque in herili conditione, spiritum esse, sed in statu liberorum, Cap. xx

NEQUE seruum dicunt esse, neque dominum, sed liberum. O horrendam stupiditatem, nō miserabilem audaciam eorum qui hæc dicunt. Vtrum amplius deplorem? ignorantiam aut blasphemiam: eorum qui Theologiæ dogmata humanis exemplis conspurcatis, & huius uitæ consuetudinem, quæ uarias dignitatum differentias habet, diuinæ & inenarrabili naturæ adaptare conantur: ne illud quidem cogitantes quod apud homines nemo natura seruus est. Aut enim potentia oppressi sub seruitutis iugum ducuntur, uelut in captiuitatibus. Aut propter paupertatem in seruitutem adiguntur, uelut Aegyptij Pharaoni. Aut iuxta sapientem quandam & arcanam dispensationem, deteriores filij parentum uoce prudentioribus ac melioribus in seruitutem additi sunt, quam sanè additionem beneficientiam potius quam condemnationem æquus rerum aestimator dixerit. Qui enim propter prudentiæ inopiam, naturalem imperium in seipso non habet, huic conducibilis est ut alterius possessio fiat, ut dum dominantis prudentia dirigat similis sit currui, qui aurigam accepit, & nauis quæ gubernatorem clauo assidentem habet. Hac de causa Iacob dominus Esau ex benedictione patris factus est, ut etiam nolens & inuitus à prudente insipientis beneficio afficeret, proprium curatorem ipsam uidelicet mentem, non habens. Et Chanaan filius famulus est fratrum suorum, quoniam indocilis ad uirtutem erat, quum imprudentem patrem haberet Cham. Atque sic quidem hic fiunt serui. Liberi autem sunt, qui paupertatem aut bellum effugerunt, aut aliorum cura non egent. Quare etiam si hic dominus, ille seruus dicatur, attamen omnes tum iuxta æqualitatem inter nos, tum uelut possessio eius qui fecit nos, conserui sumus. Illic uero quid potes è seruitute eximere? Simul enim ut creata sunt, factum est ut serua essent. Et inter se quidem mutuam imperium non exercent, Nam prærogatiuæ expertia sunt cœlestia. Deo uero omnia subiecta sunt, & uelut domino debitum timorem, & uelut creatori debitam gloriam tribuunt. Filius enim glorificat patrem, & seruus dominum suum. Et exigit omnino ex duobus alterum deus. Si enim pater sum ego, ubi est, inquit, gloria mea? Et si dominus sum ego, ubi est timor meus? Alioqui miserissima omnium fuerit hæc uita, si non sub domini prouidentia posita esset. Cuiusmodi sunt uirtutes quæ à deo defecerunt, quæ propterea quod contra deum omnipotentem ceruicem erexerunt, à seruitute liberæ uagantur: non quæ aliter productæ sint, sed quod non uelut subditi se erga creatorem gerunt. Quem igitur appellas liberum? eum qui regi subditus non est: qui neque imperandi alij potestatem habet, neque imperium alterius admittit: At neque est aliqua talis in rebus natura, & hoc cogitare contra spiritum manifesta impietas est. Quare si quidem creatus est, seruit nimirum cum omnibus. Vniuersa enim, inquit, seruiunt tibi: si uero supra creaturam est, regni socius est.

Testimonia ex scripturis, spiritum appellari dominum.

Caput XXI

ET quid opus est ex humilibus pugnantibus, turpiter uictoriam uerbis parere, quum liceat grauioribus testimonijs productis excellentiam gloriæ demonstrare, ita ut nemo contradicere possit? Si uero dixerimus quæ è scriptura didicimus, fortassis ingentem ac uehementem clamorem ædent, & obruratis auribus ac sublati lapidibus, aut quacunque re forte oblata teli uice utentes, singuli spiritus hostes in nos irruent. Non tamen ueritati præferenda est à nobis securitas. Inuenimus itaque quæ apud Apostolum in secunda ad Thessalonicenses: Dominus autem dirigat corda uestra, in dilectionem Dei, & in patientiam CHRISTI, Quis est Dominus qui dirigit in dilectionem Dei, & in pati-

& in patientiam pro afflictionibus Christi: respondeat nobis qui spiritum in seruitutem adiungunt. Siue enim de patre erat sermo, omnino dixisset, Dominus uos dirigat in sui dilectionem. Siue de filio, addidisset sane in suam ipsius patientiam. Quæritur igitur quæ sit alia persona quam domini appellatione honorare deceat. Consimile huic est quod alibi positum est: Dominus uos impleat & abundare faciat charitate inter uos mutua, & erga omnes, quemadmodum etiam nos erga uos, ut confirmet corda uestra irreprehensibilia in sanctitate, coram deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis suis. Quem Dominus optat coram deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Christi, confirmare corda fidelium Thessalonicensium in sanctitate citra reprehensionem firmata: Respondeant nobis qui inter ministrarios spiritus, qui ad ministerium emittuntur, collocant spiritum sanctum. Verum non habent quod respondeant, itaque audiunt etiam alia testimonia, quæ palam spiritum domini appellant: Dominus, inquit, ipse spiritus est. Et rursus, quemadmodum à domino spiritu. Quo uero nulla contradicendi occasio relinquatur, ipsa apponam Apostoli uerba: Vsq; in hodiernum diem idem uelamen in lectione ueteris testamēti manet, nec reuelatur, quia in Christo aboletur. Qui autem conuertet se ad dominum, tollitur uelamen: dominus autem ipse spiritus est. Cur hoc dicit: Quoniam qui nudæ sententiæ ipsius literæ assidet, & illic circa legales obseruationes uersatur, is per Iudaicam literæ sententiā, ueluti per uelum quoddam cor contactum habet: atq; hoc patitur propterea quod ignorat, quod corporalis legis obseruatio in aduentu Christi abolita est, figuris de cætero translatis ad ueritatem. Abolentur enim lucernæ solis aduentu, & cessat lex, & prophetae silent, ubi ueritas illuxit. At uero qui potuit in profundum legalis intellectus intraspicere, & literæ obscuritate uelut uelamento dirupta, ad arcana penetrare: hic imitatus est Moysen, qui quum loqueretur cum deo ademit uelamen, conuertens etiam ipse se à litera ad spiritum. Quare uelamini in facie Moysi, legalium doctrinarum obscuritas correspondet. Conuersioni uero ad dominum, spiritalis intelligentia. Qui igitur in lectione legis aufert literam, conuertit se ad dominum: dominus autem nunc spiritus dicitur, & similis sit Moysi, ex apparitione dei faciem glorificatam habenti. Quemadmodum enim ea quæ floridis coloribus apposta sunt, ex diffuente splendore etiam ipsa colorantur, Sic qui euidenter oculos in spiritum extendit, ex illius gloria transformatur quodammodo ut fiat illustrior, dum ueritate ex spiritu uelut luce quadam, cor de illuminatur. Atq; hoc est transformari à gloria spiritus ad propriam gloriam, non parce neq; obscure, sed in tantum quantum par est eum qui à spiritu illuminatur. Non reuerentis Apostolum dicentem: Templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis: Num unquam admisisset, ut seruire domicilium, templi appellatione honorasset? Quid uero ille qui scripturam diuinitus inspiratam nominat, per inspirationem sancti spiritus conscriptam, num contumeliosus & spiritum uilipendentibus uerbis utitur?

Confirmatio naturalis societatis spiritus, ex eo quod æque ac pater & filius contemplatione incomprehensibilis sit, Cap. XXII

Non solum autem ex eo quod easdem appellationes habet, & in operationibus confors est patri & filio, naturæ spiritus eminentia nota est, sed etiam ex eo quod æqualiter contemplatione ac intelligentia incomprehensibilis est. Nam quæ de patre dicit quod sit supra humanam intelligentiam, & quæ de filio, eadem Dominus etiam de spiritu sancto dicit: Pater iuste, & mundus te non cognouit: mundum appellans nunc filius, non globum ex cælo & terra constitutum, sed uitam miseriam in finitibus mutationibus expositam. Et de seipso loquens, adhuc modicum inquit, & mundus me non amplius uidet, uos autem uidetis me. Rursus etiam hic materiali ac carnali uitæ alligatos, & solis oculis ueritatem permittentes, mundum appellans: qui quod non crederent resurrectio nem, non amplius oculis cordis Dominum nostrum uisuri erant. Eadem uero etiam de spiritu dicit: Spiritum, inquit, ueritatis quem mundus non potest capere, quia non uidet ipsum, neque cognoscit ipsum, Vos autem nouistis ipsum, quia apud uos manet. Etenim carnalis homo, qui mentem in exercitatum ad speculationem habet, imò potius in sapientia carnis uelut in cæno defosam gestat, ad spirituale lumen ueritatis oculos attollere non potest. Quapropter mundus, hoc est, uita carnis affectibus

mancipata

mancipata, uelut oculus debilis radij solaris lumen, spiritus gratiam non admittit. At uero discipulis suis puritatis uita ex doctrinis suis testimonium præbens dominus, ipsam etiam tribuit quod iam spiritum contemplari ac speculari possint. Iam enim, inquit, uos mundi estis, propter sermonem quem dixi uobis. Vnde mundus quidem non potest capere, non enim uidet ipsum: uos autem nouistis ipsum, quia apud uos manet. Eadem porro dicit & Elaias, Qui firmavit terram, & quæ in ipsa sunt, & dedit spiritum populo qui est super ipsam, & spiritum calcantibus ipsam. Qui enim conculcant terrena, ipsi superiores euaserunt, his testimonium datum est quod digni sint dono sancti spiritus. Quem igitur mundus capere non potest, & quem soli sancti propter cordis puritatem contemplantur, ei quid aliud putare conuenit, quam omnis generis honores competere? Et reliquæ quidem uirtutes singulæ in circumscripto loco esse creduntur. Nam angelus qui assistit Cornelio, non erat in eodem loco etiam apud Philippum. Neq; qui ab altari Zachariam alloquebatur, eodem tempore etiam in cælo propriam sedem ac stationem implebat. At uero spiritus simul & in Abacuch, & in Daniele in Babylonia operari creditus est, & in Cariatarcha cum Hieremia esse dicitur est, & cum Ezechiele in Chobar. Spiritus enim domini repleuit orbem terrarum. Et, quod ibo à spiritu tuo, & à facie tua quod fugiam: Et propheta: quoniam ego, inquit, uobiscum sum dicit dominus. Et, spiritus meus stat in medio uestrum. Qui uero ubiq; est, & deo adest, eum qualis naturæ putare conuenit? eius neque omnia complectitur? aut eius quæ particularibus locis includitur? qualem esse angelorum naturam scriptura ipsa ostendit. Verum nequaquam hoc quis dixerit. Qui igitur diuinus est natura, incomprehensibilis magnitudine, potens in operationibus, bonus in beneficijs, eum non superexaltabimus? non glorificabimus?

Quod spiritus glorificatio, est eorum quæ ipsi ad sunt enumeratio, Cap. XXIII

Ego uero neq; aliud quid gloriam puto, quam miraculorum quæ ad sunt ipsi enumerationem. Quare aut neq; meminisse nos bonorum ab ipso, præcipient nobis istis aut omnino enumeratio eorum quæ ipsi ad sunt, maximæ glorificationis est perfectio. Neq; enim deum et patrem domini nostri Iesu Christi, & unigenitum ipsius filium aliter glorificare possumus, quam pro uirtutibus nostris miracula recensendo.

Redargutio absurditatis eorum qui non glorificant spiritum, ex collatione eorum quæ inter creaturas glorificantur, Cap. XXIII

Deinde gloria quidem et honore coronatus est communis homo. Et gloria ac honorum pax, omni homini facienti bonum in promissis reposita est. Est autem et quædam peculiaris Israelitici populi gloria, quorū est adoptio inquit, & gloria & diuinus cultus. Et suam quandam gloriam Psalmista dicit: Exurge gloria mea. Est autem & gloria solis & lunæ & stellarum. Iuxta Apostolum uero, etiam executio iudicij fiet cum gloria. Quis igitur tot sint quæ glorificantur, spiritum solum omnium glorificatione priuare uis? & quidem quum ministerium spiritus in gloria esse dicat. Quomodo igitur ipsum indignum glorificatione ducitis? Et magna quidem est gloria iusti, iuxta psalmodum, magna gloria ipsius in salutaris tuo. Et rursus, Timentes autem dominum glorificat. At spiritus gloria secundum tuam opinionem nulla est. Quomodo igitur non manifestum est periculum, ex talibus sermonibus inuitabile peccatum sibi ipsis accersere? Nam homo qui ex iustitiæ operibus saluatur, multum abfuerit ab eo ut spiritum debita gloria spoliaret. Sit inquit, glorificandus, sed non cum patre & filio. Et quam nam rationem habet, alium locum spiritui excogitare, relicto eo qui à domino designatus est? & gloriæ societate spoliare eum qui ubiq; cum deitate assumptus est: in fidei confessione, in baptisate redemptionis, in operatione uiruatam, in in habitatione sanctorum, in beneficijs erga subditos. Neq; enim omnino ullum aliquod donum est absque spiritu sancto, quod ad creaturam perueniat: quando sanè neq; nudum uerbum in defensionibus pro Christo loqui quis possit, spiritu non cooperante, uelut in euangelijs à domino & seruatore nostro didicimus. Quare ut his omnibus neglectis, & societatis in omnibus obliti, à patre & filio spiritum auellamus, hæud scio an quispiam sancti spiritus particeps assensurus sit. Vbi igitur ipsum translatum locabimus? Inter creaturas? At: omnis creatura: seruitus Spiritus

Spiritus autem liberos facit: ubi enim spiritus domini, illic libertas. Et quum multa sint quae possim hic dicere, quod non conueniat spiritum sanctum creaturae naturae annumerare, de his dicere superfedebat. Si enim pro argumenti dignitate probationes nostras afferre uelimus, & ea quae ab aduersarijs obijciuntur diluere, longa oratione nobis fuerit opus, & periculum est, ne libri magnitudine auertam lectores. Quapropter ad proprium tractatum illa referuantes, propositis inhereamus. Consideremus igitur singulatim. Natura bonus est, uelut bonus est pater, & bonus filius. At creatura in electione boni particeps est bonitatis. Nouit profunda deitas creatura accipit arcanorum reuelationem per spiritum. Viuificat cum deo omnia uiuificante, & cum filio uitam dante. Qui enim excitauit Christum Iesum ex mortuis, uiuificabit inquit, & mortalia corpora uestra per spiritum suum inhabitantem in uobis. Et rursus: Oues meae uocem meam audunt, & ego uitam aeternam do ipsis. Sed & spiritus uiuificat, spiritus autem inquit, uita propter iustitiam. Et dominus restatur, spiritum esse qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Quomodo igitur ipsum a uiuifica potentia abalienatum, naturae uitae indigere associabimus? Quis a deo contentio sus, quis a deo coelestis doni exors, & a gustu bonorum dei uerborum alienus? Quis a deo spei coelestis expers, ut spiritum a deitate semotum creaturae coniungat? In nobis inquit, spiritus est uelut donum a deo: at donum nequaquam isdem honoribus afficitur qui bus is qui dedit. Donum equidem dei est spiritus, sed donum uitae, Lex enim, inquit, spiritus uita liberauit te, & donum uirtutis: Accipietis enim, inquit, uirtutem spiritus sancti qui ueniet in uos. Num igitur ob id contemnendus est: aut non etiam filium largitus est hominibus? qui sane inquit, proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit ipsum, quomodo non etiam cum ipso omnia nobis largietur? Et alibi, ut sciamus quae a deo nobis donata sunt: de incarnationis mysterio loquens. Quare quomodo qui haec dicunt, non ludicram ingratitude transcendit, excellentiam benignitatis pro uatico ad blasphemiam accipientes? Nam uicio uertunt spiritui, quod fiduciam nobis dat, deum appellandi patrem nostrum. Emisit enim deus spiritum filij sui in corda nostra clamante, Abba pater, ut illius uox fiat propria eorum qui ipsum susceperunt.

Quod scriptura hac syllaba In pro Cum utatur: ubi etiam quod Et a quo pollet syllabae Cum. Caput xxv

Quomodo igitur, inquit, scriptura nusquam tradidit spiritum cum patre & filio glorificati, sed studiose uitauit, ne cum spiritu diceret, ubique uero in ipso glorificati, uelut conuenientius praetulit. Ego uero dixerim neque syllabam In, ignobiliorem sententiam afferre, sed si sano modo accipiatur, ad maximam sublimitatem mentem eueherit, quando sane etiam pro cum, in multis locis posita ipsam obseruauimus. Velut hoc loco, Ingrediar domum tuam in holocaustis, pro cum holocaustis. Et: eduxit ipsos in argento & auro. Et hoc, Non egredietur Deus in uirtutibus nostris. itemque alijs innumeris locis. Omnino autem libenter didicimus a noua ista sapientia, qualem glorificationem apostolus per uerbum In absoluerit, iuxta figuram quam hi nunc ex scriptura producant. Nusquam enim reperi hoc dictum, Tibi patri honor & gloria, per unigenitum tuum, in sancto spiritu: quod tamen his nunc etiam ipsa, ut ita dicam, respiratione magis familiare existit. Separatim equidem singula haec inuenire licet, coniunctum uero in hoc ordine nusquam ostendere poterunt. Quare si quidem exactam rationem habent eorum quae scripta sunt, ostendant unde dicant. Si uero concedunt consuetudini, neque nos prohibeant. Nos enim utraque dictiones in fidelium usu deprehendimus, & utrisque utimur: gloriam quidem spiritui aequaliter in utraque persolui credentes. His uero qui ueritatem deprauant, os magis obturari per propositam dictionem persuasi, quae quum uim habeat scripturis consimilem, non ita est similiter aduersarijs exposita. Est autem haec cui nunc contradicitur ab his, quae pro &, coniunctione accipitur. Nihil enim interest utrum dicas, Paulus & Sylluanus & Timotheus: aut Paulus cum Timotheo et Sylluano. Nominum enim connexio per utraque prolationem aequaliter conseruatur. Si itaque quum dominus dixerit, patrem & filium & sanctum spiritum, ipse dixerit, patrem & filium cum sancto spiritu, nihil aliud dixerit, quod ad sententiam attinet. At uero per coniunctionem, &, complicari nomina, multa habemus testimonia. Gratia enim, inquit, domini nostri Iesu Christi, et dilectio dei, & societas spiritus sancti. Et rursus, obsecro uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per dile-

per dilectionem spiritus. Si itaque pro &, uti uoluerimus uoce cum, quid diuersum fecerimus? Ego quidem non uideo, nisi forte quis frigidus grammaticus, coniunctionem uelut copulatiuam, & maiorem unionem facientem praeferat, & praepositionem, uelut aequalem uim non habentem reiciat. Etenim si de his haecenus controuersias sustinuissemus, non longa oratione ad respondendum opus habuissemus. Nunc uero neque de syllabis, aut de huius aut huius uocis sono, ipsis disputatio est, sed de rebus in uirtute ac ueritate maximam differentiam habentibus. Quorum gratia quum nihil referat syllabarum usum obseruari, isti alias quidem ecclesiae adscribere, alias uero ab ipsa submouere conantur. Ego uero etiam si ex primo auditu euidentis sit utilitas, attamen etiam rationem afferam, iuxta quam patres nostri non ociose huius praepositionis usum assumpserunt. Nam praeter hoc quod Sabellij maliciam aequae ualide uelut & syllaba coarguit, & consimiliter uelut illa per sonarum proprietate declarat, uelut in hoc, Ego & pater ueniemus. & in hoc, Ego & pater unum sumus: exitum perpetuae societatis & ab ipso coniunctionis testimonium habet. Qui enim dixit cum patre filium esse, simul & personarum proprietatem, & inseparabilem societatem ostendit. Id quod etiam in humanis rebus contingit. Coniunctio enim &, societate operationis declarat. Praepositio uero cum, ipsam quodammodo societatem commonstrat. Velut uerbi gratia, Nauigauerunt in Macedoniam Paulus & Timotheus. Sed & Tychicus & Onesimus missi sunt ad Colossenses. Ex his uerbis quod idem operati sunt discimus. Si uero audierimus, quod conuigauerunt & simul missi sunt, insuper etiam illud discimus, quod etiam mutuo inter se actionem absoluerunt. Sic Sabellij maliciam uelut nulla alia uox destruens, addit illi etiam ex diametro impios, hos dico, qui temporalius interuallis a patre filium, a filio spiritum sanctum disparent. Caterum ad syllabam In, illam maxime differentiam habet, quod Cum, mutua coniunctionem eorum qui communiter aliquid agunt declarat, uelut conuigantium, aut cohabitantium, aut quiduis aliud communiter perficientium. At uero In, habitum ad id in quo sunt operantes ostendit. Quum enim audiuimus innatant & inhabitant, scapham aut domum statim intelligimus. Iuxta communem igitur usum talis est inter ipsas differentia, & si quid amplius a studiosis inueniri possit, neque enim mihi ocium est syllabas expendere. Quandoquidem igitur ostensum est praepositionem cum, significantissime exprimere coniunctionis significationem, sit uobis si ita uideatur confederata, & desistite atrox & indenunciatum bellum aduersus ipsam gerere. Attamen quantum ad deo gratiosa haec uox sit, si cui libuerit glorificare per syllabam Et, nominaque contigere ac glorificare uelut in Euangelij de baptismo didicimus, patrem & filium & spiritum sanctum: etiam sic fiat, nemo contradicet, nisi his si uideatur consentiamus. At linguas isti potius abiecerint, quam hanc uocem recipiant. Hoc igitur est quod indenunciatum & irreconciliabile bellum nobis excitat. In spiritu, inquit, sancto glorificatio danda est Deo, non uero spiritui: & promptissime hanc uocem uelut humilem spiritus amplectuntur. De qua non inutile fuerit longius dicere. Quae ubi audierint hi, demirabor sane, si non ipsam uelut proditricem, & ad spiritus gloriam transfugam clamabunt.

Quot modis dicitur In, tot modis de spiritu accipitur.

Caput xxvi

Mhi itaque consideranti, quum simplex ac breuis sit huius syllabae prolatio, multa tamen & uaria esse uidentur quae per ipsam significantur. Quot enim modis dicitur In, tot modis reperimus ipsum significationibus, de spiritu inferuire. Dicitur equidem forma in materia esse, & potentia in eo quod eius capax est, & habitus in eo qui secundum ipsum affectus est, & multa talia. Itaque in quantum spiritus sanctus perficit rationalia, absoluens ipsorum consumationem, formae rationem obrinet. Qui enim non amplius secundum carnem uiuit, sed spiritui dei fertur, & filius dei nominatur, & conformis imagini filij dei factus est, is spiritualis appellatur. Et sicut potentia uidebitur est in sano oculo: sic operatio spiritus est in anima purgata. Quapropter etiam Paulus optat Ephesijs, ut oculi ipsorum sint illuminati in spiritu sapientiae. Et quae admodum ars est in eo qui ipsam adeptus est: sic gratia spiritus est in eo qui recepit, semper quidem praesens, non autem perpetuo item operans. Nam & ars potentia quidem in artifice est, actu uero tunc, quum secundum ipsam operatur: sic etiam spiritus, semper quidem adest dignis, operatur autem iuxta utilitatem ac necessitatem, aut in prophetijs.

phetijs, aut in sanationibus, aut in alijs quibusdā uirtutū operationibus. Amplius quem admodum in corporibus est sanitas, aut caliditas, aut omnino affectiōes facile mobiles, Sic etiam in anima sæpe est spiritus, his qui propter mentis inconstantiam facile excutiunt gratiam quā susceperunt. Qualis erat Saul, & septuaginta seniores filiorū Israel, excepto Eldad & Modad: apud hos em̄ solos ex omnibus spiritū mansisse apparet, & in summa si quis his proposito consimilis est. Sed & quemadmodū uerbum est in anima, aliquādo uelut cogitatio in corde, aliquando uelut quod per linguā profertur, Sic spiritus sanctus, nunc quum spiritui nostro testimonium præbet, & clamat in cordibus nostris Abba pater. Nunc quū loquitur pro nobis, iuxta id quod dictū est: Nō uos estis qui loquimini, sed spiritus patris qui loquitur in uobis. Iam sicut totum in partibus intelligitur esse spiritus, iuxta donorū distributionem. Omnes em̄ inter nos membra sumus, dona uerò iuxta gratiam dei datā nobis diuersa habemus. Quapropter nō potest dicere oculus manū, nō opus habeo: aut rursus caput pedibus, non est mihi uobis opus. Sed omnia quidē simul complent corpus Christi in unitate spiritus, Necessariam uerò utilitatem ex donis mutuò inter se exhibent. Deus etenim locauit membra in corpore, singula prout uoluit: membra uerò eandem habent inter se mutuò sollicitudinē, quum consensus ac condolentia secundum spiritualem societate ipsi adsit. Quapropter siue patitur unum membrū, cōdolent omnia membra: siue glorificatur unū membrū, congaudent oia membra. Rursus quēadmodum partes in toto sunt: ita singuli sumus in spiritu, quia oēs in uno corpore, in unum spiritū baptizati sumus. Ceterū quod dictū mirū est, nihilominus tamen uerū, etiam uelut regio ac locus eorum qui sanctificatur sæpe numero spiritus dicitur. Et apparebit neque hunc sermonē spiritum imminuere, sed magis glorificare. Equidem corporalia nomina etiam ad spirituales intelligentias scriptura sæpe transfert, maioris euidentiae gratia. Obseruabimus igitur etiam de deo psalmographum loqui. Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitū ut saluum me facias. De spiritu uerò, Ecce locus, inquit, apud me, & sta super petram. Quid aliud dicens locum, quā speculationē in spiritu, in qua quū esset Moses, deum euidenter ipsi apparentē uidere potuit. Hic est locus ueri diuini cultus sempiternus. Attende enim, inquit, ne offeras holocaustū tuum in omni loco, sed in loco quē elegerit dñs deus tuus. Quod igitur est holocaustum spirituale? sacrificiū laudis. In quo loco hoc offerimus? in spiritu sancto. Vbi hoc didicimus? ab ipso domino dicente: Veri adoratores adorabunt patre in spiritu & ueritate. Hunc locum conspiciat Iacob dixit, Dominus in loco hoc. Quare spiritus uerē est locus sanctorū, & sanctus domus est, qui seipsum exhibet spiritui ad inhabitandum cum deo, & templum ipsius appellatur. Sicut em̄ in Christo loquitur Paulus: Coram deo, inquit, in Christo loquimur. Sic Christus in Paulo, uelut ipse dicit: An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christi, Sic etiam in spiritu loquitur mysteria, & spiritus rursus loquitur in ipso. Hoc quidem igitur modo in creatis multipliciter ac multiformiter spiritus inesse dicitur. Verum magis pium est dicere, ipsum cum patre & filio esse, quā inesse. Gratia equidē ab ipso habitante in dignis, & quæ sua sunt operante, recte in his inesse dicitur qui ipsius capaces sunt. At ipsius subsistentia ante secula, & perpetuitas nunquā desitura, quæ cū patre ac filio cōsideratur, sempiternæ potētiae ac consubstantialis appellationes requirit. Nam propriē ac uerē coexistere de his dicitur, qui inseparabiliter inter se conuersant. Etenim caliditatem ignito ferro inesse dicimus, ipsi uerò igni coesse. Et sanitatē corpori inesse dicimus, uitam uerò animæ coesse. Quare ubi peculiaris & eiusdem naturæ ac inseparabilis societas est, significantior uox est, quæ inseparabilis societatis significationem exprimit. Vbi uerò gratia ab ipso accedere & rursus discedere solet, propriē et uerē inesse dicitur, etiam si sæpe numero gratia ab ipso perpetua permaneat in his qui eam susceperunt, propter affectus erga bonū constantiam. Proinde quum propriam spiritus dignitatem consideramus, cum patre & filio ipsum contemplamur. Vbi uerò gratiam in participes ipsius operatē mente recolimus, in nobis spiritum esse dicimus. Et quæ sanē a nobis exhibetur glorificatio in spiritu, non dignitatis illius confessionem habet, sed nostræ ipsorum debilitatis protestationem, dum ostendimus quod neque glorificare a nobis ipsis sufficientes sumus, sed sufficientia nostra in spiritu sancto est, in quo corroborati pro beneficijs acceptis deo nostro gratiarum actionem persoluimus, iuxta mensuram puritatis a malicia. Alius enim alio plus aut minus auxiliij

auxilij spiritus particeps sit, ad offerendū sacrificia laudis deo. Iuxta unū igitur modum sic pie in spiritu gratiarum actionem persoluimus. Quanquā & hoc non leue sit, ut quis sibi ipsi testimonium præbeat, nempe, Spiritus dei in me est, & per gratiam ab ipso edocuius refero gloriam. Paulum enim decet hæc uox: Videor mihi & ego spiritum dei habere. Et rursus, Bonum depositum serua per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Et de Daniele, Spiritus dei sanctus in ipso: & si quis illis uirtute est cognatus. Alter porro intellectus est, & neque ipse reiiciendus, Quod quēadmodum in filio uidetur pater, sic filius in spiritu. Adoratio itaque in spiritu, operationem mentis nostræ uelut in luce sientem exprimit, uelut ex his quæ ad Samaritanos dicta sunt discere poteris. In loco enim esse adorationem ex uernacula consuetudine falsam, Dominus ipse docens, in spiritu & ueritate adorare oportere dixit, seipsum uidelicet ueritatem appellans. Quemadmodum igitur in filio adorationem dicimus, uelut in imagine dei & patris, Sic etiam in spiritu, uelut in seipso ostendente domini deitatem. Quapropter etiam in adoratione inseparabilis est a patre & filio spiritus sanctus. Nam si extra ipsum existis, neque omnino adorabis. Si uerò in ipso es, nullo loco a deo separabis, nō profecto magis quā lumen a rebus uisibilibus separaueris. Impossibile enim est uidere imaginem Dei inuisibilis, non in spiritus illuminatione. Et qui imaginem intuetur, eum impossibile est lumen ab imagine separare. Videndi enim causa necessariò simul cum his quæ uidentur conspiciuntur. Quapropter propriē & consequenter per spiritus illuminationem, gloriæ Dei splendorem conspiciuntur. Per charitatem uerò, ad eum cuius est character & eiusdem figuræ sigillum subuehimur. Vnde initium acceperit syllaba Cum, & qualem uim habeat: ubi etiam de Ecclesiæ legibus ac ritibus nullo scripto constantibus.

Caput . XXVII

Quam igitur ob causam, inquit, quum propriē spiritui syllaba In, & ad omnem de ipso intelligentiam sufficiat, uos nouam ipsam syllabam superinduxistis, qui Cum spiritu dicitis, & non In spiritu sancto, neque aliā necessaria, neque ab Ecclesijs recepta loquentes? Quod igitur non iuxta sortem propriē obtigit spiritui sancto syllaba in, sed communis est patris & filij, in superioribus dictum est. Arbitror autē & illud sufficienter dictum esse, quod non solum non detrahit aliquid de spiritus dignitate, sed etiam ad maximam altitudinem cogitationes erigit, si modo quis non omnino mente peruersus sit. Superest autem etiam de syllaba Cum recensere, unde initium acceperit, & quam uim habeat, & quomodo consona est scripturæ. Dogmata quæ in Ecclesia seruantur ac prædicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recepimus. Quæ utraq; eandem ad pietatē uim habent, & nemo his contradicit qui uel modicam saltem Ecclesiasticorum iurium experientiam habet. Si enim aggredieremur non scripto proditas consuetudines, uelut non magnam uim habentes reiicere, imprudentes etiam ipsi principalibus Euangelij partibus damnū inferremus, imò potius ipsam Euangelij prædicationem ad nudum nomen contraheremus: uelut uerbi gratia, ut eius quod primum ac communissimum est primā mentionem faciam, figura crucis signare eos qui in nomen dñi nostri Iesu Christi spem habent, quis scripto docuit? Ad orientes conuersos esse nos dum oramus, quæ scriptura nos docuit? Inuocationis uerba dum ostenditur panis Eucharistiæ, et poculū benedictionis, quis sanctorum scripto nobis reliquit? Non enim his contenti sumus, quorū Apostolus aut Euangelium mentionē fecit, sed & antè & postea alia quædam dicimus, uelut magnum robur ad mysteria habentia, ex doctrina scripto non prodita assumpta. Benedicimus aquā baptismatis, & oleum unctionis, in superque ipsum qui baptizatur, ex quibus scriptis: nō nē a tacita & arcana traditione? Ipsam uerò olei unctionem, quæ doctrina scripta docuit? At ter immergi hominem unde est? Reliqua item quæ circa baptisma fiunt, renunciare Satanæ & angelis eius, ex qua sunt scriptura? nō nē ex hac non publicata & arcana doctrina, quam in minime curioso ac sollicito silentio patres nostri conseruauerunt, recte illi, utpote docti mysteriorum reuerentiam ac autoritatem silentio custodiri? Quæ enim ne in speciem quidem fas erat non inuicari, horum doctrinā quomodo par erat in literis uelut in triumpho ostentare. Aut quid tandem uolens magnus ille Moses, non omnibus omnia templi loca per uia esse statuit, uerū extra sacra septa prophanos locauit, prima uerò atria

purioribus permittens, solos Leuitas dignos dei ministros iudicauit: uicinas uero et hoc loca ac reliquam sacrorum celebritatem sacerdotibus assignauit, unumque ex omnibus delictum in adyta admisit, & neque hunc semper, sed una solum anni die, atque huius hora certa ad ingrediendum ipsi constituta, quo propter nouitatem & infuetudinem, cum maiore admiratione inspiceret sancta sanctorum: probe gnarus ex sapientia sua, ei quod conculatam est & per se apprehendi potest, imminere contemptum: quod uero remotum est ac rarum, etiam naturaliter quodammodo esse coniunctam admirationem. Ad eundem modum etiam hi qui ab initio res ecclesiasticas sancierunt Apostoli et patres, in occulto ac silentio mysterijs autoritatem conseruauerunt. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac uulgares aures effert. Hæc est ratio cur aliqua tradita sint citra scriptum, ut ne dogmatum cognitio neglecta fieret & in contemptum ueniret apud uulgos propter consuetudinem. Aliud enim est dogma, & aliud prædicatio: dogmata enim silentur; prædicationes uero publicantur. Silentij autem species est & obscuritas, qua utitur scriptura, ita dogmatum sententiam construens ut ægre assequi possis, atque hoc ad legendum utilitatem. Huius rei gratia, omnes respicimus ad orientes quem oramus: pauci tamen nouimus, quod ueterem patriam requirimus ipsum paradysum, quem plantauit deus in Edem ad orientes. Et erecti perficimus preces in una sabbati, rationem autem non omnes nouimus. Non enim solum ut qui resurreximus cum Christo, & qui superna querere debeamus, in resurrectionis die data nobis gratia, per hoc quod stamus in precando, nos ipsos commonefacimus: sed quod ad uenturum seculi dies quodammodo imago esse uideatur. Quapropter etiam quum principium sit dierum, non prima à Mose, sed una appellata est. Factum est enim, inquit, uespere & mane dies una, uelut eadem saepe reuoluatur. Vna itaque eadem & octaua, unam illam reuera ac ueram octauam, cuius psalmographus in quibusdam psalmorum inscriptionibus meminit, per seipsam demonstrans, statum uidelicet post hoc tempus, diem non delituram, uesperam non habentem, & successionem non admittentem, æuum illud nunquam finientem ac senis expers. Necessario igitur ecclesia erudit alumnos suos, ut stantes preces absoluant, quo per assiduam commonefactionem uitam non desituras, uaticorum ad illam transmigrationem parandorum non negligentes simus. Sed & totus quinquaginta dierum numerus, pentecoste appellata, resurrectionis quam in illo seculo expectamus monumentum est. Vna enim illa & prima dies septies septemPLICATA, septem sacræ pentecostes hebdomadas efficit. Ex prima enim initium sumens, in principium desinit, per similes intermedios quinquagies uoluta. Vnde & æuam similitudine refert, uelut in circulari motu, ab ipsidem signis initium sumens, & in eadem desinens. In qua erectam figuram in adoratione præferre, ecclesiæ leges nos erudierunt, ex manifesta commonefactione uelut transferentes mentem nostram à presentibus ad futura. Quin & quoties genua flectimus, & rursum erigimur, re ipsa ostendimus, quod propter peccatum in terram delapsi sumus, & per benignitatem eius qui condidit nos ad cælum reuocati sumus. Deficiet me dies, si ecclesiæ mysteria scripto non prodita recensere uelim. Omitto reliqua, ipsam fidei confessionem, quod credimus in patrem & filium ac spiritum sanctum, ex quibus scriptis habemus. Si enim ex baptismatis traditione, iuxta pietatis congruentiam, uelut baptizamur, ita etiam credere debemus, similem baptismati confessionem testificamur: concedant nobis iuxta eandem congruentiam, ut similem fidei glorificationem reddamus. Si uero glorificationis modum uelut scripto non proditum rejiciunt, producant nobis & confessionis fidei, & reliquorum quæ commemorauimus conscriptas demonstrationes. Deinde quum tot sint quæ scripto non consent, & tantam uim ad pietatis mysterium habeant: unam dictionem quæ ex patribus ad nos deuenit, non concedent, quam nos ex non affectata consuetudine, inter incommutabiles ecclesiarum ritus permansisse comperimus, non paruam rationem habentem, neque modicam utilitatem ad mysterij uim afferentem: Dicitur igitur est quæ sit uis utriusque plationis. Dicitur autem & rursus, quatenus inter se concordant, & quatenus differunt: non quod inter se pugnent ad contrarietatem, sed quod utraque peculiariter sententiam afferat ad pietatem. Nam uox In, ea quæ ad nos pertinent magis declarat, Cum uero, societatem spiritus ad deum exprimit. Quapropter utriusque uocibus utimur, per hanc quidem spiritus dignitatem declarantes: per hanc uero, gratiam quæ apud nos est exprimentes. Sic & in spiritu gloriam deo offerimus, & cum spiritu: nihil nostrum in hoc dicentes, sed uelut ex regula

regula, à domini doctrina, ad coniuncta & inter se coherentia, & mysterijs necessariam coniunctionem habentia, uocem transferentes. Eum enim qui in baptismo connumeratus est, necessario puta uimus & in fide coaptare oportere. Confessionem autem fidei, uelut principium quoddam ac matrem glorificationis fecimus. Sed quid facere oportet? Nunc enim nos doceant, ut ne baptizemur uelut traditum accepimus, aut ut ne credamus uelut baptizati sumus, aut ut ne glorificemur uelut credidimus. Ostendat enim aliquis, aut quod non necessaria & indiuisa est horum inter se consequentia: aut quod non uatio in his, non est totius destructio. At non cessant isti sursum ac deorsum diuulgare, glorificationem cum sancto spiritu, testimonio carere, scripto non constare, et similia alia iactare. Dicitur igitur est idem esse quod ad sententiam attinet, siue dicas, Gloria patri & filio cum sancto spiritu: siue dicas, Gloria patri & filio & spiritui sancto. Non igitur syllabam Et, ex ipso domini ore progressam, rejicere aut expungere cuiquam fas est, & æquipollentem ipsi assumi nihil uetat, quæ quantum habeat ad illam differentiam & similitudinis, in superioribus ostendimus. Confirmat sermonem nostrum Apostolus, indifferenter utraque uoce usus; nunc quidem dicens: In nomine domini Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Rursus uero: Congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu: nihil interesse arbitratus, siue coniunctione siue præpositione, ad nomina coniungenda uteretur.

Quod quæ de hominibus dicit scriptura, uelut Christo conregnantibus, ea non concedunt aduersarij, de spiritu sancto dici. Caput XXVIII

Videamus porro an etiã excusationem aliquam huius usus patribus nostris excogitare queamus. Nam qui nobis ita loquendi fuerunt autores, magis quam nos in crimine hærent. Paulus itaque scribens ad Colossenses: Et uos, inquit, quum essetis mortui delictis ac præputio, ut iustificauit simul cum Christo. Num igitur populo quidem toti & ecclesie largitus est deus uitam cum Christo, sancto uero spiritui non est uita cum Christo: Si uero hoc uel animo concipere impium est, quomodo non pius fuerit, prout natura habet, sic etiam confessionem coniunctam persolvere? Deinde quomodo non extremam stupiditatis fuerit, sanctos quidem cum Christo esse cõfiteri (si quidem sanè Paulus de corpore profectus præsens est apud dominum, ac resolutus iam est cum Christo) spiritui uero ipsos ne hoc quidem contribuere quantum in ipsis situm est, ut æque uelut homines sit cum Christo: Et Paulus quidem cooperato rem dei in dispensatione euangelij seipsum uocat. Spiritus autem sanctus, per quem in omni creatura quæ sub cælo est fructificat Euangelium, si cooperato à nobis dicatur, impietatis criminis reos nos pegerint: Et uelut par est, uita quidem eorum qui sperant in domino, occultata est cum Christo in deo. Et quum Christus manifestatus fuerit uita nostra, tunc etiam ipsi cum ipso manifestabuntur in gloria. Ipse autem spiritus uitæ, qui liberauit nos à lege peccati, nequaquam est cum Christo, neque in latente & occultata cum ipso uita, neque in gloriæ manifestatione, quæ nos ob sanctos manifestandam esse expectamus. Hæredes dei, & cohæredes Christi nos sumus. At spiritus exhæres est & exors societatis Dei & Christi eius. Et ipse quidem spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod sumus filij dei. Nos uero spiritui, neque eam quam à Domino didicimus, societatem ipsius ad deum, testimonio nostro ipsi attribuimus. Quod porro demeritæ caput est, nos quidem per fidem in Christum quæ est in spiritu, unam cum ipso resurrecturos & ipsi in cælestibus asselluros esse speramus, quum transformauerit corpus humilitatis nostræ, ab animali ad spirituale. At spiritui non confessum, non gloriã, non aliud quicquam eorum quæ ab ipso habemus impertimus. Sed quibus nos ipsos dignos esse, iuxta minime uanum eius qui promisit donum credimus, horum nihil spiritui sancto, uelut superent ipsius dignitatē, cõcedimus. Et ex tua quidem dignitate est, semper esse cum domino, & expectas raptus in nubibus in aerem semper fore cum domino. At spiritum nunc esse cum Christo contradicis, ut eum qui connumeret ipsum ac collocet patri & filio, in exilium agas, uelut qui intolerandam impietatem admisit. Pudet me reliqua addere: quod tu quidem expectas fore ut unam cum Christo glorificeris: si quidem sanè coaffligimur, ut etiam conglorificemur. At spiritum sanctitatis non glorificas cum Christo, tanquam nedignatus quidem ut æquales tecum honores assequatur. Et tu quidem speras te cõregnaturum esse. Spiritum uero gratiæ contumelia afficis, serui ac ministri locum ipsi assignas.

Atq; hæc dico, non ut ostendam tantum deberi ad glorificationem spiritui, sed ut ingrati-
tudinem redarguam, eorum qui ne tantum quidem tribuunt, sed uelut impietatem fugi-
unt, spiritus in gloria ad patrem & filium societatem. Quis potest hæc citra genitum præ-
terire? An non adeò manifestum est, ut uel puero notum esse possit, ea quæ in præsens
fiunt proœmia esse defecturæ fidei, quas minas dominus nobis intentauit. Ambigua facta
sunt ea quibus contradicere nemo potest. Credimus in spiritum, & nostris ipsorum
confessionibus repugnamus. Baptizamur, & rursus pugnamus. Velut uitæ ducē inuor-
camus, & ut conseruum contemnimus. Cum patre & filio assumpsimus, & uelut partem
creaturæ ignominia afficimus. Isti uerò quid orabunt, quom non sciant? Quod si etiam
ut loquantur aliquid dignum ac sanctum, a spiritu perducti fuerint, uelut dignitatem asse-
quentes, castigant sermonem tanquam modum excedentem, quos deplorare oportebat
suam infirmitatem: quoniam pro his quæ re ipsa accipimus, uerbis gratiam rependere
non sufficimus. Excedit enim omnem intellectum, & sermonis naturam redarguit, quom
ne minimam quidem partem dignitatis adæquet, iuxta uerba libri sapientiæ Sirach inscri-
ptæ: Exaltate enim, inquit, quantum potueritis, supereminet enim adhuc: & exaltantes
ipsum multiplicare, ne desistimini, non enim assequimini. Profecto horrenda uobis im-
minent propter huiusmodi sermones pœnæ, qui a deo minime uano ac mendaci audiui-
tis, irremissibilem esse blasphemiam in spiritum sanctum.

Enumeratio illustrium in ecclesia, qui uoce Cum, in scriptis suis usi sunt. Ca. xxix
Æterum ad hoc quod testimonio caret, & scripto non constat, glorificatio cum spi-
ritu, illud dicimus: Si nihil aliud ex non scriptis receptum est, neq; hoc recipiatur.
Si uerò plurima mystica citra scripturam inter nos uersantur, cum plurimis alijs etiam
hoc recipiamus. Apostolicum autē arbitror esse, etiam in non scriptis traditionibus per-
seuerare. Laudo enim, inquit, uos, quod omnia mea meministis, & quemadmodum tra-
didisti uobis traditiones continetis. Et, obtinetis traditiones quas accepistis, siue per sermo-
nem, siue per epistolam: quarum maxime una est & præsens hæc, quam qui ab initio com-
posuerunt, posterisq; tradiderunt, usu semper simul cum tempore progrediente, per lon-
gam consuetudinem ecclesijs irradicarunt. Num igitur si uelut in iudicio probatione per
scripta desituti, testium multitudinē uobis produceremus, suffragium uestri consequeremur?
Ego quidem arbitror. Nam in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum.
Quod si etiam temporis diuturnitatem a nobis stare, uobis palam demonstrauerimus, nō
uobis probabilia dicere uidebitur, nō posse uidelicet litem hanc iure cōtra nos intendi.
Persuasua enim quodammodo sunt uetera dogmata, in antiquitate uelut canicie quadam
reuerendū quiddam habētia. Enumerabo igitur uobis huius sermonis autores, simul autē
omnino etiam tacite æstimatur tempus. Non enim ex nobis primum progressus est: qui
enim potuit? Reuera enim nos hesterni sumus, uelut Job dixit, tanti sanē temporis respec-
tu, quod aetatem huic cōsuetudini parem habet. Ego quidem igitur ipse, si modō conuen-
nit me quod mihi proprium est dicere, hanc uocem uelut paternam quandam hæredita-
tem conseruo, acceptam a uiro qui longo tempore in ministerio Dei uitam transegit, per
quē & baptizatus sum, & ad ecclesiæ administrationē perductus. Vbi uerò apud me ipsū
perpēdo, num quis ex ueterib. illis ac beatis uiris usus sit his uocibus quibus nūc cōtrad-
citur, multos reperio, & antiquitate fidei autoritatē habentes, & scientiæ sinceritate non
cum horum temporū hominibus cōparandos: quorum alij præpositione, alij coniuncti-
one, glorificationis sermonē unientes, nihil diuersum facere statuerunt, quantum ad rectā
pietatis intelligentiam attinet. Irenæus ille, & Clemens Romanus, & Dionysius Roma-
nus, & Dionysius Alexandrinus, qui quod etiam mirum dictū est, in secūda ad cognomi-
nem sibi epistola de redargutione ac defensione, sic sermonē finiuit. Scribam autē uobis
ipsa uiri uerba: His inquit, omnibus consequenter & nos, forma sanē ac regula a presby-
teris qui ante nos fuerunt transumpta, & cōcordibus cum ipsis uocibus gratias agere, &
nunc etiam uobis scribere desinemus, Deo patri & filio dño nostro Iesu Christo, cum san-
cto spiritu, gloria & imperium in secula seculorum Amen. Atq; hæc non dicere poterit
quis postea scripto mutata esse: non enim sic affirmasset, formam ac regulam se accepisse
dicens, si in spiritu dixisset, Huius enim usus frequens est, uerum illud erat quod defensione
opus habebat. Idem etiam in medio alicubi eius scripti, sic dixit aduersus Sabellianos.
Si eo

Si eo quod tres sunt personæ, diuisas esse dicunt, tres sunt, etiam si nolint, aut diuinam tri-
nitatem penitus tollāt. Et rursus, diuinitas enim ob id post unitatem est trinitas. Sed &
Clemens antiquior, uiuit, inquit, deus, & dominus Iesus Christus, & spiritus sanctus. Ire-
næus autem ille, qui proximus fuit temporibus apostolorum, quomodo spiritus mentio-
nem fecit, in sermone aduersus hæreses audiamus. Eos uero, inquit, qui effrenes sunt, &
ad cupiditates suas feruntur, nullum habentes diuini spiritus desiderium, merito Apolto-
lus carnales uocat. Et alibi idem dicit, Vt ne exortes diuini spiritus facti, nō assequamur
regnum cœlorum, exclamauit Apollolus non posse carnem regnum cœlorum posside-
re. Quod si cui etiam Palæstinus Eusebius fide dignus uideatur propter multiplicem expe-
rientiam, easdem etiam illius uoces ostendemus in dubitationibus de priscorū multipli-
ci coniugio. Dicit autem sic, exhortans seipsum ad uerba prophetarū: Sanctum deum lu-
cis ductorem, per seruatorem nostrum Iesum, cum sancto spiritu inuocātes. Iam uero &
Origenem in multis psalmodum expositionibus reperimus, gloriam cum sancto spiritu
perloquentē, uirum neq; ualde sanas de spiritu opiniones in omnibus habentem. Verum-
tamen & ipse multis in locis consuetudinis uim reueritus, pijs de spiritu uoces emisit, ut
qui in sexto libro, nisi fallor, enarrationum in euangeliū Ioannis, etiam adorandū ipsum
palam pronunciauit, ita scribens ad uerbum. Aquæ lauacrū signum est purgationis ani-
mæ, ab omnibus maliciæ sordibus ablutæ. Nihilominus autē & per seipsum, ei qui exhibet
seipsum deitati adorandæ trinitatis, per uirtutem inuocationū, principium ac fontem do-
norum habet. Et rursus in expositionibus in epistolam ad Romanos, Sacra, inquit, uirtu-
tes capaces sunt unigeniti & sancti spiritus deitatis. Ad hunc modum opinor, traditionis.
uis induxit sepe utros, ut etiam proprijs suis dogmatibus cōtraxerint. Sed neq; Aphri-
canum historiographū talis glorificationis species lauit. Sic enim & ipse in quinto libro
epitomes temporū palam dicit. Nos enim qui & illorum uerborum mensurā nouimus,
& fidei gratiam nō ignoramus, gratias agimus et qui exhibuit proprijs patribus nostris,
uniuersorū seruatorem & dominū nostrum Iesum Christum, cui gloria, maiestas cū san-
cto spiritu in secula. Reliquis quidem igitur fortassis fides derogari possit, aut etiam mu-
tata a scribis putari, ut malignitas ægre deprehendi ualeat, quom in una syllaba differen-
tia existat. Quæ uero per longiorem orationem apposuimus, ea nec insidias admittūt, &
testimonium ex ipsis libris euidentis habent. Quod uero alias fortassis humile esset ut in me-
dium produceretur, necessarium est autē ei cui nouatio uitio uertitur ad testimonium, pro-
pter temporis uetustatē, hoc ipsum sanē apponā. Visum est patribus nostris, beneficium
uestertini luminis non silentio suscipere, sed statim ut apparuit, gratias agere. Et qui nam-
fuerit pater illorum uerborum lucernariæ gratiarū actionis, dicere non possumus: popu-
lus tamen antiquam edidit uocem, & nemini unquā impij esse putati sunt, qui dicunt: Lau-
damus patrem & filium & spiritum sanctum dei. Si uero quis etiam Athenogenis hym-
num nouit, quem uelut aliud quoddam ualedictionis munus suis reliquit, procedēs iam
ad perfectionem per ignem: is etiam martyriū sententiam nouit, quomodo sentiāt de spi-
ritu sancto. Et hæc quidē hactenus. At uero Gregoriū illum magnum, & illius uoces quo
loco ponemus: Num cum apostolis & prophetis, uirū qui eodem spiritu quo illi ambula-
uit, & qui sanctorū uestigijs per omnem uitam inhæsit, & euangelicæ conuersationis sin-
ceritatem per omnē uitam suam expressit. Ego quidē hoc sentio, profectō iniuria afficie-
mus ueritatē, si non animā illā his qui deo iuncti sunt, annumeremus: qui uelut illustris ac
magna fax in ecclesia dei resplenduit. Qui horrendū habebat ex spūs cooperatione contra-
dēmones robur. Tantā quo habebat in uerbi doctrina gratiā, ad obedientiā fidei inter gen-
tes, ut solis septē ac decem assumptis Christianis, uniuersum populū urbanum ac ruralē,
per agnitionē adduxerit deo. Ille & fluuio cursum transtulit, præcipiens ipsis in magno
noie Christi: & paludē resiccavit, quæ auaris fratribus belli causam præbebat: futurorum
porrō prædictiones tales sunt, ut nihil inferior sit alijs prophetis. Et in summa longū fue-
rit uiri miracula recensere, qui ob excellentiā donorū in ipso, quæ spūs operabatur, in om-
ni uirtute, et signis ac miraculis, alter Moses ab ipsis etiā ueritatis hostibus appellatus est.
Adeò in ipso, in oibus dictis ac factis, quæ per gratiā fiebant, uelut lux quædā resfulgebat,
indiciū cœlestis uirtutis præbens, quæ in occulto ipsum sequebatur. Huius adhuc hodie
magna est apud eius loci homines admiratio: & noua ac semper recēs memoria ecclesijs
I 4 infixa

infixa est, nullo tempore obsolescens. Proinde non factum aliquod, non uerbum, non formam aliquam mysticam, præter ea quæ illis reliquit, ecclesiæ adiecerunt. Quapropter etiam multa ex his quæ apud ipsos sunt, imperfecta esse uidentur, propter constitutionis antiquitatem. Nihil enim passi sunt qui per successiones ecclesias administrarunt, ex his quæ post illum excogitata sunt, assumere in additamentum. Vnum itaque ex Gregorij institutis, est etiam hic glorificationis modus, qui nunc contradictionem sustinet, ex illius traditione in ecclesia custoditus: & haud multum fuerit negocij, si quis paululum se mouere uelit, de his omnibus certitudinem assequi. Hanc fidem etiam Phirmiliano nostro fuisse, testantur libri quos reliquit. Sed & Meletium illum insignem in hac sententia esse, narrant qui cum illo uixerunt. Et quid opus est uetera recensere? Imò nunc Orientales nonne hoc uno maxime pie sentientes agnoscunt, per hanc uocem uelut signum quoddam eos qui suæ tribus sunt diiudicantes: Quemadmodum autem ego ex Mesopotamia quoddam audiui, uiro & linguæ perito, & mentis minime peruersæ, ne possibile quidem est ipsos aliter loqui uernacula lingua, etiam si uelint, quam per syllabam &, imò potius per æquipollentes ipsi & syllabæ uoces, necesse esse ipsos glorificationem proferre. Sed & nos Cappadoces sic uernaculo more dicimus, iam tum in linguarum diuisione, spiritu sancto uilitatem ex dictione prouidente. Quid uero uniuersus occidens, ferè ab Illyrico usque ad nostri orbis terminos: nonne hanc uocem præfert? Quomodo igitur ego sum nouator, & recentiorum uerborum opifex, qui totas gentes & urbes, & consuetudinem omni humana memoria antiquiorem, & uiros ecclesiæ columnas, in omni sciētia ac uirtute spiritus præstantes, autores ac duces huius uocis exhibeo. Ob hæc hostilis illa acies contra nos commota est. Omnes uero urbes ac uici, omnesque fines referti sunt nostris calumnijs. Molesta igitur hæc & dolorosa cordibus eorum qui quærunt pacem. At quoniam magna est merces patientiæ afflictionum pro fide, præter hæc & gladius uibretur, & securus acuatur, & ignis ardeat babilonico illo uehementior, & omnis instrumentorum supplicij destinatorum apparatus in nos commoueat, quantum sanè ad me attinet, nihil mihi horrendum magis, quam non timere minas quas dominus spiritum blasphemantibus intentauit. Apud candidos quidem igitur homines hæc quæ dicta sunt, ad mei defensionem sufficiunt: quod suscipimus uocem sic gratam ac sanctis usurpatam, & tam longa consuetudine confirmatam. Nam ex quo tempore annuntiatum est euangelium usque in præsens, in ecclesijs usitata fuisse ostenditur, & quod maximum est, piam ac sanctam intelligentiam habere demonstratur. Porro ad magnum illud tribunal quam defensionem nobis ipsis parauerimus? Nimirum quod induxit nos ad spiritus gloriam, primum honor à domino ipsi delatus, qui ipsum sibi ipsi & patri ad baptismum coniungit. Deinde introductio uniuscuiusque nostrum per talem mysticum ductum ad dei cognitionem. Postremum terror minarum, qui mentem ab omni indignitate ac humili opinione arcet. Aduersarij uero quid nam dicent: qualem defensionem blasphemiam habebunt, neque honores à domino delatos reueriti, neque minis ipsius deterriti? Ipsis equidem liberum est de rebus suis conuulsare, aut etiam consilium mutare. Ego uero optarim, maxime quidem ut bonus deus det pacem suam gubernantem in cordibus omnium, quo hi qui fremunt contra nos, & uehementer insurrexerunt, in spiritu mansuetudinis ac dilectionis sedentur. Si uero penitus efferati sunt, & mansuerunt non possunt, nobis saltim det ut magnanimitè ea quæ ab ipsis nobis inferuntur, feramus. In summa, qui mortis sententiam in seipsis habent, his molestum non est pati pro fide, sed maxime intolerabile est pro ipsa non decertasse. Nam & athleticis non adeò graue est plagas in decertando accepisse, quantum graue est omnino non in stadium admissos esse. Aut fortassis hoc erat silentij tempus, iuxta sapientem Solomonem. Quæ enim utilitas est reuera uociferari aduersus uentum? quum adeò uolenta tempestas uitam occupet, à qua omnis mens eorum qui uerbi doctrina instructi sunt, ex seductionum fraude, uelut oculus puluere quodam, repleta, confusa est: &

omnium aures grauissimis ac infuetis sonitibus obtunduntur:

omnia uero circumaguntur, & in ruinam periculo uersantur.

tur.

Enarratio

Enarratio præsentis ecclesiarum status:

Cap. xxx

CVtigitur cõparabimus præsentem statum & profectum similis est bello nauali, quod quidam nauali prælio aſueti, ac bello dediti, ex ueteribus offensis multo odio inter ipsos nutritum excitantur. Vide igitur mihi in hac similitudine, classem utrinque horribiliter ingruentem, deinde ira eorum erumpente ut medelam non recipiat, eos pugnare qui simul prosternuntur. Pone si ita uis, etiam uiolento turbine agitari classem, & caliginem acerrimam ex nubibus incumbentem obscurare quodammodo rerum uisibilium species, ut nullum amplius sit amicorum & hostium discrimen, dum symbola propter confusionem ab ipsis non agnoscuntur. Addamus insuper ad hanc imaginem euidentiæ gratia, etiam mare intumescere, & ex imo eueri, & ingentes aquas e nubibus erumpere, & horrendam insurgere ex triplicata maris turbatione inundationem. Deinde uentis undiquaque conuersantibus, omnem classem inter se committi ac collidit ex his qui in acie stant, alios quidem se ipsos prodere, & circa ipsam anxietatem transfugere: alios uero ad id necessitatis adiungi, ut & simul impellant scaphas quæ a uentis feruntur, simulque irruentibus occurrant, & se mutuo præ seditione trucident, quam inuidia contra præminentes, & cupiditas dominandi in singulis inuexit. Ad hæc cogita, permixtum quendam & indiscretum sonitum per uniuersum illud mare resonare, ex circumsonantibus uentis, ex collisione nauium, ex undarum feruore, ex clamore belligerantium omnigenas uoces pro affectionibus edentium, ut neque principis nauis, neque gubernatoris uox exaudiatur, sed ingens quidam tumultus ac confusio: malorum excessu propter uitæ desperationem, omnem ipsis peccandi licentiam inuehente. Adde his ingentem quendam morbum, ex gloriæ cupiditate insaniam, adeo ut dum nauis iam ad fundum fertur, hi tamen qui nauem inscenderunt, nihil de contentione assequendi primatus remittant. Transi iam mihi ab imagine, ad ipsius mali exemplar. Nonne olim quodammodo uidebatur Ariana secta in aduersam ecclesiam dei partem separata, in hostium loco ipsa per seipsam sola resistere? Quando uero ex longa ac graui contentione, ad manifestum contra nos certamen deuenerunt, tunc iam in multas partes innumeris modis bellum dissectum est, ut & propter commune odium, & propter priuatam suspicionem, omnibus irreconciliabilis inimicitia esset. Hæc uero tempestas ecclesiarum, qua tandem marina procella non est efferator in qua & omnes patrum termini commoti sunt, & omne fundamentum: & si quod est dogmatum munimentum, id ipsum concussum est. Circumaguntur autem omnia ac conquassantur, patri fundamento incumbentia. Nos uero uicissim alijs in alijs irruentibus, mutuo inter nos subuertimur. Et si te non prior impetierit hostis, auxiliarius ac socius te uulnerat. Et si ille percussus ceciderit, comprotector insurgit. Tantum inter nos habemus societatis, quantum in communi aduersarios odio habemus. Vbi autem præterierint hostes, iam nos inter nos hostes esse uidemus. Postea uero naufragiorum multitudinem quis enumerare possit? dum alij ex hostium incurſu submerguntur, alij ex occultis auxiliariis in insidijs pereunt, alij ex imperitia ducum, quando sanè ipsæ ecclesie unà cum ipsis hominibus, hæreticorum dolis uelut scopulis marinis illisæ, pessundata sunt. Alij uero ex hostibus salutaris spiritus, acceptis gubernaculis, circa fidem naufragium fecerunt. At uero turbationes quæ ex huius mundi principibus inducuntur, qua non procella, ac turbine quouis horribilius populos subuertunt? Nox uero quædam caliginosa tristis ac molesta ecclesiam occupat, facibus mundi, quas deus ad illuminandas populorum animas posuerat, sublatis. Porro immodica inter ipsos contentio, quæ impendat iam timor dissolutionis uniuersæ, adimit ipsis mali sensum. Nam commune ac publicum bellum superatur: à priuata offensa, dum gloria ex aduersariorum uictoria, communi omnium utilitati præfertur, ab his quibus præsens ac temporaria gloriæ iucunditas, potior est præmijs in posterum repositis. Quapropter omnes æqualiter quocumque quis potuerit modo, parricidiales manus sibi inuicem inferunt. Asper autem quidam clamor eorum qui se mutuis contradictionibus atterunt, & uociferatio cõfusa, & sonitus indiscretus, ex nunquam desinentibus tumultibus, totam iam ferè ecclesiam impleuit, qui tumultus rectam pietatis doctrinam ad excessus ac defectus peruertunt. Alij enim ad iudaismum, per personarum confusionem, alij ad gratissimum ac gentilissimum, per naturarum contrarietatem deferuntur: adeo ut neque diuinitus inspirata

inspirata scriptura se inter ipsos interponere possit, neque apostolicæ traditiones inter ipsos reconciliações procurare. Vnus autem amicitia finis est, ad gratiam loqui, & sufficiens inimicitia causa est, opinionibus dissentire. At erroris similitudo omni coniuratione firmior est, ad seditionis societatem. Theologus uero quilibet est, qui uel innumeris maculis animam notatam habet. Hinc nouatoribus rerum multa seditionum copia accedit. Proinde per se electi & principatus affectatores, ecclesiarum gubernationes sortiuntur, administratione spiritus sancti propulsata. Et quum euangelici ritus iam penitus sublato rerum ordine sint confusi, inexplicabilis irruptio est ad praefecturas, dum singuli qui seipso designant ac ingerunt, insuper cogunt ut ad praefecturas assumantur. Ab hac porro principatus affectatione, ingens quaedam contumacia populis inuasit, unde inualida penitus & inanes sunt praefectorum exhortationes, dum unusquisque non magis alteri parere, quam alijs dominari debere, ob superbiam ex ignorantia ortam putat. Quapropter silentium uultus sermone duxit, uelut non possit hominis uox per tantos tumultus exaudiri. Si enim uera sunt Ecclesiastica uerba, quod sermones sapientum in quiete audiuntur: multum abest ut conueniat praesenti rerum statui de his uerba facere. Me uero etiam propheticum illud oraculum remoratur, prudens in tempore illo tacebit, eo quod tempus malignum est. In quo alij quidem supplantant, alij uero lapso insultant, alij autem applaudunt: qui uero lapso manum ex condolentia porrigat, non est: & quidem quum iuxta ueterem legem, neque is qui inimici iumentum sub onere lapsum praeteriit, condemnatione careat. At talia non hoc tempore fiunt, nam qui fierent, quando refrigerata per omnes charitate, sublata est fratrum conspiratio, concordia uero etiam nomen ignoratur. Sublatae sunt autem & amicae admonitiones, nusquam sunt uiscera benigna, nusquam lachrymae condolentes. Non est qui infirmum in fide suscipiat: sed tantum odium inter contribules exarsit, ut quisque magis proximi ruina, quam proprijs recte factis exultet. Quemadmodum autem in pestilentibus contagijs, etiam hi qui exactam uictus rationem seruant, aequaliter cum alijs laborant, dum ex consuetudine cum infectis morbum contrahunt: Sic etiam nunc omnes inter nos similes facti sumus, a contentione animas nostras detinente, ad malorum aemulationem perducti. Hinc immisericores ac amarulenti sedent errorum examinatores. Ingrati uero ac maleuoli recte factorum iudices. Et tantum mali nobis, ut uideatur, insidit, ut etiam brutis facti simus a ratione alieniores. Nam illa quidem in eodem genere gregarium inter se pascuntur. At nobis grauissimum bellum aduersus conforres & domesticos est. Horum igitur omnium gratia, filere oportebat. Verum retraxit illinc charitas, non quod suum est quaerens, & superare cupiens omnem temporum ac rerum difficultatem. Docuerunt autem nos & pueri in Babylonia, etiam si nemo sit qui suffragetur, tamen per nos ipsos quod ad nos pertinet facere, qui sane ex media flamma deum collaudarunt, non considerantes multitudinem reprobantium ueritatem, sed seipsis contenti quum tres essent. Quapropter neque nos deterruit densissima hostium nubes, sed spe in praesidium spiritus posita, cum omni fiducia annunciamus ueritatem. Aut miserimum omnium esse, eos quidem qui blasphemant spiritum, adeo facile ad impium sermonem audaciam sumere, nos uero qui talem habemus protectorem ac patronum, segnes esse ad exequendum sermonem, ex patrum traditione per memoriae successionem ad nos conseruatum. Amplius autem impetum nostrum excitauit charitatis tuae non fictae seruos, & morum grauitas ac taciturnitas, quae promittebat dicenda in uulgus non esse proditura: non uelut digna essent quae occultentur, sed ne projiciantur porcis uniones. Et haec quidem haecenus. Quod si tibi sufficienter de his dictum uideatur, sit hic sermonis de his finis. Si uero deesse habere uidentur, nulla inuidia est, quo minus studiose huic quaestioni assideamus, & per interrogationem minime contentiosam aliquid in eius cognitionem addamus. Dabit enim dominus per nos, aut etiam per alios, ut quae restant, suppleantur, prout scientia dignis a spiritu suppeditatur.

Finis libri diui Basilij Magni, de spiritu sancto, Iano Cornario medico physico interprete.

DIVI BASILII MAGNI DE LIBERO ARBITRIO
sermo, Iano Cornario medico physico interprete.



Vibus diuina lex inest, non in atramento & literis expressa, sed in spiritu dei uiuentis, & non in laminis lapideis incisa, sed in laminis cordis carnis implantata: hi mentis oculis illuminati, & semper non sensibilem & eam quae uidetur spem appetentes, sed intelligibilem, sciunt exacte, quod non ex propria ipsorum fortitudine possibile est scādala & offensiones prauis illius aduersarij superare, sed ex inuicta potētia dei. Qui uero uerbo dei non sunt exculti, ac frustra inuati, hi per proprium liberum arbitrium occasionem ac impetus peccati se abolere putant, quum per solum crucis mysterium peccatum aboleatur. Nam quod in hominis potestate situm est liberum arbitrium, in eligendo aut non eligendo, ut diabolo resistat, sicut est, non in eo, quod possit penitus robur habere contra affectus. Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, aut aedificauerit domum, frustra uigilat qui custodit, & laborat qui aedificat. Impossibile est enim ambulare super aspidem & basiliscum, & conculcare leonem & draconem, nisi prius quis expurget seipsum, quum eius per hominem fieri potest, & uim accipiat ab eo qui apostolis dixit: Ecce dedi uobis potestatem calcādi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimicis. Siquidem enim humana natura stare posset, extra sancti spiritus armaturam, aduersus diaboli insidias, non utique dictum esset ab Apostolo: Deus autem pacis cōteret satanam sub pedes uestros breui. Et rursum, quem dominus Iesus tollet spiritu oris sui. Quapropter etiam praecipuum est nobis rogare dominum, ut ne deueniamus in tentationem, sed liberet nos a malo. Nisi enim per potentius auxilium ab ignitis aduersarij iaculis liberati, digni facti fuerimus adoptione in filios, frustra omnia molimur, uelut procul a potētia crucis existentes. Qui itaque diuinæ gloriae particeps fieri uult, & uelut in puro speculo, Christi formam uidere in principali animae parte, is insatiabili dilectione & inexplebili affectione, ex toto corde ac facultate, noctu & interdiu, defensionem in potentia ex deo quaerere debet. Cuius participem esse impossibile est, nisi quis prius a mundi uoluptatibus uelut praediximus abstinere, & a cupiditatibus contrariae potestatis, quae a luce aliena est, & nullum cum bona actione consortium habet, & penitus abalienata existit. Itaque si discere uis qua de causa creati, & in paradiso positi, postremum comparati sumus pecoribus stolidis, & assimilati sumus ipsis, ab impolluta gloria delapsi: Nosce quod postquam per inobedientiam serui affectuum carnis facti, nos ipsos a beata uiuentium regione exclusimus: & in captiuitate existentes, adhuc ad flumina Babylonis desidemus, & propterea quod adhuc in Aegypto detinemur, nondum terram promissionis melle ac lacte fluentem adepti sumus, nondum cum fermento sinceritatis subacti sumus, sed adhuc sumus in fermento prauitatis, nondum respersum est cor nostrum sanguine agni dei, nam laqueus inferni & hamus maliciae adhuc ipsi infixus est: nondum recuperauimus exultationem salutaris ipsius Christi, adhuc enim stimulus mortis nobis infixus est: nondum induimus nouum hominem, qui secundum deum creatus est in sanctitate & iusticia, nam nondum exuimus ueterem hominem, qui corrumpitur secundum cupiditatem fraudis: nondum gestata imagine caelestis, conformes gloriae ipsius facti sumus, adhuc enim imaginem terrestri gestamus: nondum adorauimus in spiritu & ueritate dei, propterea quod peccatum adhuc in mortali corpore nostro regnet, nondum uidimus gloriam incorruptibilis dei, adhuc enim sub illius nocte operamur. Nondum induimus arma lucis, quia nondum exuimus arma & opera tenebrarum: nondum transformati sumus per renouationem mentis, adhuc enim huic seculo in mentis uanitate conformes sumus. Nondum conglorificati sumus Christo, quia nondum condoluimus cum ipso. Nondum stigmata ipsius in corpore nostro portauimus in mysterio crucis Christi constituti, adhuc enim in carnalibus affectionibus ac cupiditatibus sumus. Nondum haeredes dei, & cohæredes Christi facti sumus: adhuc enim spiritus seruitutis in nobis est, & non adoptionis in filios. Nondum facti sumus templum dei, & habitaculum spiritus sancti: adhuc enim sumus templum simulacrorum, & habitaculum spirituum prauitatis, propter concitationem ad affectus. Reuera enim nondum integritatem morum & mentis claritatem adepti sumus.

Nondum

Nondum sincero & rationali lacte digni facti sumus, & spiritali incremento. Nondum nobis dies illuxit, neque lucifer in cordibus nostris exortus est: nondum cōtemperati sumus soli iusticiæ, neque splendoribus ipsius illustrati sumus: nondum recepimus domini similitudinem, neque diuinæ naturæ participes facti sumus: nondum facti sumus purpura regis non adulterata, neque imago diuina non notha: nondum sauciati sumus ab amore dei, neque uerberati sumus à spiritali dilectione sponsi. Nondum inuisibilem & mysticam societatem cognouimus: nondum potestatem in sanctificatione ac pacem agnouimus. Et ut omnia in summa dicam, nondum sumus genus electum, regium sacerdotium, gens sancta, populus in adoptionem, nam adhuc sumus serpentes progenies uiperarum. Quomodo enim non serpentes, qui in terra trahimur, & quæ terræ sunt, sapinus, & non in cœlis conuersationem habemus? Quomodo uero non progenies uiperarum, qui non in obedientia dei reperiuntur, sed in inobedientia per serpentem? Quomodo quidem igitur & quomodo pro merito deplorem hanc calamitatem, non inuenio, & quomodo edita uociferatione lachrymas effundam ad eum qui habitatem in me errore expellere potest, ignoro, & quomodo canam cantilenam domini in terra aliena, quomodo lamenter ob Hierusalem: quomodo effugiam grauem Pharaonis seruitutem: quomodo relinquam turpem cohabitationem: quomodo abnegem amarā tyrannidē: quomodo egrediar ex Aegypto: quomodo transibo rubrum mare: quomodo præteribo horrendū desertum: quomodo non peream morus à serpētibus: quomodo uincam alienigenas: quomodo disperdam gentes: quomodo suscipiam in tabulis meis oracula diuinæ legis: quomodo uidebo columnā ueræ lucis, & nubis quæ ex spiritu sancto est: quomodo fruam manna æterni alimenti, quomodo bibam aquam ex uiuifica petra: quomodo transgrediar Iordanē, ut ingrediar in bonam terram promissionis, quomodo uideam principē exercitus ducem, quo conspecto Iesus Naturæ confestim pro lapsus adorauit deum. Nisi enim per omnia hæc pergressus, gentes in me exterminauero, non ingressus requiescā in sanctuario dei, non particeps fuero gloriæ dei. Itaque conare ut irreprehensibilis filius dei fias, & ad illā requiē ingrediaris, ubi præcursor pro nobis ingressus est Iesus: conare ut inscribaris in cœlesti cœtu cum primogenitis, ut reperiaris in dextera maiestatis altissimi. Conare ut ingrediaris in ciuitatē sanctam supernam Hierusalem, et ad paradisi delicias. His enim mirabilibus & beatissimis exemplis alio modo dignum fieri non poteris, nisi demiseris lachrymas uelut torrentes diu ac noctu, iuxta eum qui dicit: Lauabo per singulas noctes lectū meū, in lachrymis meis stratum meum rigabo. Non enim ignoras, quod qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Quapropter cum fiducia dicit Propheta, lachrymas meas non compesces. Et rursus, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua. Et, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et in alio psalmo dicit, & potum meum cum fletu miscebam. Nam reuera lachrymæ quæ in ueritatis cognitione, ex multa tribulatione & occupatione cordis profunduntur, cibus sunt animæ, qui ex cœlesti pane suppeditatur, quo præcipue particeps facta est Maria, sedens ad pedes domini ac lachrymas fundens, iuxta ipsius adeo saluatoris testimonium. Inquit enim: Maria bonā partem elegit, quæ non auferetur ab ipsa. O preciosas illas lachrymas instar margaritarum de beatissimis oculis defluentes: o diuinas & obedientes illius aures: o uirilem & sapientē mentem: o celeritatem spiritalis amoris, uehementer ad impollutum sponsum festinantes: o stimulum desiderij animæ ad deum uerbum: o pertinacē sponse ad sponsum societate. Imitare hanc o fili imitare, ad nihil aliud respiciēs quæ ad eum qui dixit, Ignem ueni ut mitterē, & quid uolo, si iam accensus est: est enim ardor spiritus exulcians corda. Quapropter immaterialis & diuinus ignis illuminat quidē animas, & probat intrinsecus, uelut aurum non adulteratum in camino, maliciam autem consumit uelut stipulam & spinas. Deus enim noster ignis consumens est, qui facit ultionē in flamma ignis de his qui non nouerunt ipsum, & de his qui non obediunt euāgelio ipsius. Hic ignis operatus est in apostolis, quando igneis linguis loquebantur. Hic est ignis qui per gloriā Paulum circumfulsit, & mentem quidē ipsius illuminauit, sensum uero uisus obscurauit. Neque enim carnis uisus illius lucis uim capit. Hic ignis uisus est Moysi in rubo. Hic ignis in uehiculi specie rapuit Heliam. Huius ignis actionem quærens beatus Dauid, dicebat: Proba me dñe, & examina me, ure renes meos & cor meum. Hic ignis Cleopæ & eius qui cum ipso peregrinabatur, corda calcificat, cum loqueretur cum ipsis seruator post resurrectionem.

Vnde

Vnde angeli & ministratorij spiritus ignis ardens sunt. Hic ignis trabem in interno oculo comburens, puram mentem restituit, ut recepta naturali uim uisua, intracula dei perpetuo uideat, iuxta eum qui dicit: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia ex lege tua. Hic itaque ignis demones fugat, malicias exurit, resurrectionis uis est, & immortalitatis operatio, animarum sanctarum illuminatio, & rationalium potentiarum confirmatio. Hunc ignem precemur & in nos uenire, ut semper in luce ambulantes, ne paululum quidem unquam offendamus, sed uelut luminaria in mundo apparentia, doctrinā uitæ perpetuo conseruemus, ut fruantes deo cum domino nostro Iesu Christo in uita requiescamus, in secula seculorum. Amen.

FINIS

SO DIVI BASILII MAGNI DE BAPTISMATE LIBER I. IANO CORNARIO

medico physico interprete.

Quod primum discipulum domini esse oportet, & deinde sancto baptisate dignum fieri. Cap. I



OMINVS noster Iesus Christus filius dei uidentis unigenitus, quum post resurrectionē ex mortuis accepisset promissionem dei & patris sui, iuxta dictum Davidis propheta: filius meus es tu, ego hodie genui te, pater a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre: assumptis discipulis suis, manifestat ipsis primum potestatem sibi datam à patre, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: & tunc mittit ipsos dicens, Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomen patris & filij & spiritus sancti, docentes ipsos seruire omnia quæ præcepi uobis. Quandoquidem igitur præcipiente domino, primum docete omnes gentes, deinde inducente, baptizantes ipsos, & quæ sequuntur: Vos quidē primo omisso, secundi doctrinā à nobis exegistis, Nos autem arbitrati præter mandatū Apostoli nos facere, si non statim responderemus, parati estote, inquit, ad responsionem omni interrogati uos rationem: tradidimus doctrinam baptismatis secundū euāgelium domini, quod gloriā super beati Ioannis baptismata habet, paucis de multis commemoratis, quæ de ipso in diuinitus inspiratis scripturis dicta sunt: necessariū tamen esse putauimus ad traditū à domino ordinem recurrere, quo sic etiam uos primum uocis docete uim edocti, deinde cōsequenter doctrina de gloriosissimo baptismate assumpta, ad perfectionē prospere procedatis, discentes seruire omnia quæ dominus proprijs discipulis præcepit, uelut scriptū est. Hic quidem igitur audiuimus dicentem docete. Igitur opus est eorum qui alibi de hoc præcepto dicta sunt, recordari, quo primum dogma deo complacens adepti, deinde decentem & necessariū ordinem cōseruantes, sic à potentia iuxta scopum cōplacentiæ ad deum non excidamus. Familiare est enim dño, ea quæ alticubi strictim præcepta sunt, per ea quæ in alijs locis dicta sunt, manifeste tradere ac declarare. Quale est hoc, Thesaurus uobis reponite in cœlo. Simpliciter enim hic loquutus, quomodo id facere oporteat, in alio loco declarat, dicens: Vendite quæ possidetis, & date elemosynā, facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis: & multa alia similiter. Discipulus igitur est uelut ab ipso dño discimus, omnis qui dominū accedit, ut ipsum sequatur, hoc est, sermones ipsius audit, creditque & obediatur ipsi, uelut dño & regi & medico, & ueritatis doctori, ob spem uitæ æternæ: & hoc si permanserit in ipsis, quemadmodū scriptū est. Dicebat igitur ad credentes ipsi Iudæos, Si uos permanseritis in sermone meo, uere discipuli mei estis, et cognoscetis ueritatē, & ueritas liberabit uos: libertate nimirum animæ, ab amarulenta diaboli tyrānide, dum liberati sumus à dominio peccatorum. Qui enim facit peccatū, inquit, seruus est peccati, & cōdemnationis mortis. Quemadmodū etiam tradidit nobis Paulus apostolus dum ait, Eum enim qui peccatū non nouit, peccatū pro nobis fecit, quo nos fieremus iusticia dei in ipso. Et rursus, Quemadmodū per inobedientiam unius hominis, peccatores

K constituti

constituti sunt multi, sic per obedientiam unius, iusti constituentur multi. Porro credentem domino, & adducentem seipsum aptum ad disciplinam, discere oportet primum quidem desistere ab omni peccato. Deinde uero etiam ab omni abstrahere a debita domino iuxta multas rationes obedientia, etiam si honestam speciem habere uideatur. Impossibile enim facientem peccatum, aut uitae negocijs implicatum, aut curam rerum ad uitam necessarium gerentem seruire, nedum discipulum esse domino, qui non antea dixit ad adolescentem, ades huc sequere me, priusquam praecipisset, uedere possessiones, & dare pauperibus: sed neque hoc praecipit priusquam confessus esset ipse, quod haec omnia seruasset. Qui enim non accepit remissionem peccatorum, et purgatus est ab his in sanguine domini nostri Iesu Christi, uerum seruitur diabolo, & ab inhabitante ipsi peccato detinetur, huic impossibile est seruire domino, qui constantem sententiam protulit, dum dixit: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem peccati non manet in domo. Attestatur, & in Christo loquens Paulus, dum scribit, Seruus uero peccati liber est a iusticia. Et rursus Christus ait, Nemo potest duobus dominis seruire, & quae sequuntur: & ostendit per ea quae docuit definire ac multifariam, quod neque qui de rebus ad uitam necessarijs solliciti sunt, seruire deo possunt, nedum discipuli esse. Unde didicit Apostolus latius facta speculatione dicere, quod confortum iusticiae cum in iusticia: aut quae societas luci cum tenebris: aut quae concordia Christo cum Belial: aut quae fors fidelium cum infidelium: Quis uero consensus templo dei cum idolis? Et rursus denuntiate, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus uero contra carnem. Haec autem inter se opposita sunt, ut ne quacumque uolueritis, ea faciatis. Alii uero obiurgatorio magis modo idem nobis tradens, quid dixerit, adducemus. Scimus enim quod lex spiritualis est, ego uero carnalis sum uenditus sub peccato, quod enim facio, non probo. Non enim quod uolo, bonum hoc facio, sed quod odi malum, hoc ago. Si uero quod non uolo, hoc facio, consentio legi quod bona est. Nunc autem non amplius ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et hanc ipsam speculationem pluribus persequens, quod impossibile est seruire domino eum qui detinetur a peccato, manifeste ostendit nobis liberatorem nostrum ex hac terrarum, dum dicit: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore hoc mortis? Gratias ago deo per Iesum Christum dominum nostrum. Et paulo post inducit, nulla igitur nunc condemnatione his qui in Christo Iesu non secundum carnem ambulat. Et per ea quae in alio loco relata sunt, magnum benignitatis dei erga homines beneficium, per incarnationem domini nostri Iesu Christi palam producit dicens. Quemadmodum per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, sic per obedientiam unius, iusti constituentur multi. In alio autem loco magis admirabilem dei erga homines in Christo benignitatem consideras, ait: Eum qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit, quo nos efficeremur iusticia dei in ipso. Neesse est igitur omnino tum ex relatis, tum ex similibus, si modo non in uanum beneficium dei suscepimus, ut primum a dominio diaboli liberemur, qui eum qui a peccato detinetur, ad mala quae non uult, perducit: & tunc abnegatis omnibus praesentibus & seipso, & coactione ad hanc uitam relicta, discipuli domini siamus, quemadmodum ipse dixit. Si quis uenit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, hoc est discipulus meus fiat. Idem autem hoc latius & clarius ac magis enucleate in euangelio Lucae tradit, quod paulo post recitabimus. Liberamur porro omnes a tali peccatorum condemnatione, credentes beneficio dei per unigenitum ipsius filium dominum nostrum Iesum Christum, qui dixit: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Attestatur & Apostolus, dum scribit, nunc quidem. Diligite uos inuicem, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem ac uictimam deo: nunc uero, Christus nos redemit ex maledictione legis: & multa talia. Quum igitur data fuerit remissio peccatorum, tunc accipit homo libertatem a peccato de redemptione nostro Iesu Christo domino nostro, ut uerbi doctrinam accedere possit: et tunc nondum quis dignus est sequi dominum, qui non prius dixit ad adolescentem (repeto supra a me dictum) ades huc sequere me, quam praecipisset, uende bona tua, & da pauperibus. Sed neque hoc praecipit priusquam confessus esset ipse, se mundum esse ab omni transgressione, per hoc quod dixit se fecisse omnia a domino dicta, ut etiam in hoc ordinem seruare necessarium sit. Non solum autem bona & necessaria ad uitam contemnere docemur, sed etiam ea quae lege & natura inter se iuste coniuncta esse receptum est, negligere iubemur, domino nostro Iesu

stro Iesu Christo dicente: Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus. Si militer et de reliquis proximis illis. Manifestum est autem quod multo prius de procul distans & peregrinis a fide, hoc accipiendum est, de quibus subdit: Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus: quod ipsum Apostolus se perpetrasse, ad nostram doctrinam scribit: Ego mundo crucifixus sum, & mundus mihi. Uero autem non amplius ego, uerum uiuit in me Christus. Rursus autem domini mentionem facere oportet, qui in faciem unicuique dixit, ubi quidam dixisset, permittite mihi primum ut abeam, & sepeliam patrem meum: dimittite mortuos sepelire mortuos suos, tu uero abi & annuncia uerbum dei: & rursus ubi alius dixisset, permittite mihi primum ut abeam, & res domini meae disponam: cum maiore obturgatione & uehementioribus minis, dixit enim, Nemo admota ad aratrum manu, & conuersus retrorsum, aptus est ad regnum dei. Ad eum omne officium humanum quod uel modicam dilationem obedientiae, quae domino citra abalienatam intentionem debetur, inducit, etiam si honestum esse uideatur, alienum est ab eo qui domini discipulus esse uoluerit, & grauioribus minis dignum. Vniuersalium autem de hoc legem fert dicens, Si quis uenit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Si uero reuocemus in memoriam uerba domini ad eum qui dixit, Beatus qui comedit panem in regno dei: magis horrendum iudicium irae & seueritatis discimus, & quod tales ab omni bona spe abalienat. Dicit autem hoc modo: Homo quidam fecit cenam magnam, & uocauit multos, & misit seruum suum hora coenae, ut diceret inuitatis, Venite, quia iam parata sunt omnia: & coeperunt simul omnes excusare, primus dixit, Agrum emi, & necesse est mihi exire & uidere illum, rogo te habe me excusatum. Et alter dixit, Iuga bouum emi quinque, & eo ad probandum illa, rogo te habe me excusatum. Et alius dixit, uxorem duxi, & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus renunciauit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac mutilatos, caecosque ac claudos introduce huc. Et ait seruus, domine factum est ut impleatur domus mea. Dico enim uobis, quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cenam meam. Rursus autem ipse unigenitus filius dei uiuentis, qui missus est a patre, non ut iudicet mundum, sed ut seruet mundum, in seipso manens, & uoluntatem boni dei et patris sui implens, per sententiam seueritatis doctrinam inducit, quae dignos nos facit, ut discipuli ipsius siamus, & ait: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem suam & liberos, & fratres & sorores, insuperque suam ipsius animam, non potest esse meus discipulus: Odio uidelicet, non quod studium ad fruendas insidias inducit, sed uirtutem pietatis, in neglectu ac contemptu eorum qui ab illa abstrahunt. Et, Quisquis, inquit, non portat crucem suam, & sequitur me, non potest esse meus discipulus: in quod sane consensisse uidemur per baptismum in aqua, consententes nos simul crucifixos esse, simul mortuos esse, consepultos esse, & quae sequuntur, quemadmodum scriptum est. At uero coniectans nostram debilitatem, etiam per exempla uoluit corda nostra in ueritatis certitudine confirmare, & paratiores ad obedientiam facere, dum ait: Quis enim ex uobis uolens turrim aedificare, non prius confidet & supputat sumptum, an habeat quibus opus est ad perficiendum, ut ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui uiderunt, incipiant illudere ipsi, dicentes: hic homo cepit aedificare, & non potuit consummare. Aut quis rex proficiscens ad committendum praelium cum altero rege, non confidens prius cogitat, an possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus contra ipsum uenit, alioquin adhuc illo longe agente, legatione missa petit ea quae ad pacem pertinent. Sic igitur omnis ex uobis qui non renunciat omnibus, quae possidet, non potest esse meus discipulus. Bonus est sal, si uero sal infatuatus fuerit, cum quo conditur: Neque in terram, neque in sterquilinum utilis est, foras eiciunt ipsum. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Si his credimus liberati primum a potestate diaboli, in eo quod ab omni re diabolo grata abstinemus, beneficium dei per dominum nostrum Iesum Christum, si modo non in uanum beneficium tale suscepimus. Deinde renunciatio, ne facta, non solum mundo, & cupiditatibus ipsius, sed etiam his qui iustam erga nos mutuum coniunctionem habent, insuperque nostrae ipsorum uitae, ubi quid horum abstraxerit nos a debita deo intenta ac ueloci obedientia: sic tandem digni erimus, ut discipuli

domini fiamus, & erudendi deinceps à Mose & prophetis, euangelistisq; & apostolis, creationem dei in principio per unigenitum filium suum dominum & deum nostrum Iesum Christum, omnium uisibilem ac inuisibilem. Deinde quæ narratur in diuinitus in spiritali scripturis de dei bonitate & seueritate in multa longanimitate, ad iusticiam ipsius indicationem, & nostram eruditionem. Item prophetias incarnationis domini nostri Iesu Christi, & rerum inter se contrariarum quæ tunc coinciderunt: & de gloriosa ex mortuis resurrectione & assumptione, & de gloriosissimo aduentu in consummatione seculi. Item dogmata integræ & acceptæ deo secundum euangelium pietatis, in dilectione Christi Iesu domini nostri, ob spem uitæ æternæ & regni cœlestis. Ampliusq; iudicia iustæ retributionis, tum eorum qui faciunt interdita, aut reprobant approbata, ad æternum supplicium: tum eorum qui pro dignitate euangelij Christi in sana fide uitam transegerunt, quæ per dilectionem Christi operata est, ob spem uitæ æternæ, & regni cœlestis, quod est in Christo Iesu domino nostro.

Quomodo baptizetur aliquis, secundum baptismum in euangelio domini nostri Iesu Christi.

Caput II

QUUM dominus noster Iesus Christus præceptum nobis dederit, diligendi nos mutuo, sicut ipse dilexit nos, & per Paulum apostolum doceat nos, ut nos mutuo in dilectione toleremus: iussione uestræ in Christo pietatis, de baptismo secundum euangelium gloriosissimi domini nostri Iesu Christi, prompte suscipi, non uelut qui pro dignitate quid dicere possim, sed uelut uidua quæ duo minuta coniecit, hæc in medium afferens, & in hoc quoque precibus diligentium dominum mihi opus est, quod boni dei ac Christi ipsius gratia, sanctus & bonus spiritus commonefaciens ac docens nos quæ de domino audierit, dirigat mentem nostram in uiam pacis, & sanam doctrinam ad fidei edificatorem, ut & in nobis, & in uobis illud impleatur. Da sapienti occasionem, & sapientior euadet. Verumtamen nosse conuenit, quod primum doceri oportet, atq; ita admirando baptismum dignum fieri. Sic enim ipse dominus & deus noster Iesus Christus unigenitus filius dei uiuè discipulis suis præcepit. Tradidimus igitur uobis necessariò seorsim, etiam ea quæ ab ipso domino tradita sunt, de his qui Christi discipuli esse uolunt, paucis saltem de multis commemoratis. Quandoquidem autem ex supernis quidem natum esse, regnum dei uidere promittit, uerum ex aqua & spiritu natum esse, in regnum dei introire, atq; bitur necessarium esse pauca de multis ex his quæ de regno cœlorum dicta sunt, apponere, ut nullo modo ipso destituamur. Non enim exiguum putandum est in uita, id quod propter exiguum est, uelut quidam ex nostris sapientibus dixit, & pleriq; ex ipsis rebus manifestum est: sed etiam stabilius, paulatim ex sacerdotum & animalium quæ pro uicibus miserebantur, consideratione certiore fieri ac perfici: in quibus si modica aliqua macula reperta fuisset, aut mutilatio non totius membri, sed alicuius partis, uelut proditum est, summitatis auriculæ: neq; homo admittebatur ad sacerdotium, neq; animal acceptabile erat ad uictimam: apostolo quidem dicente, hæc figurate contingebant illis, scripta autem sunt propter admonitionem nostri, in quos fines seculorum deuenerunt: Domino uero manifeste excellentiam indicante dum dicit, maius ac plus templo hic est: & abundantiæ animæ curam exactiorem faciendâ nobis esse ostendente, per hoc quod ait, Cui commiserunt multum, ab eo amplius exigetur. Itaq; in memoriam reuocabimus quæ scripta sunt de regno cœlorum. Dominus noster Iesus Christus, quum ascendisset in montem, & initium doctrinæ per beatitudines faceret, primam beatitudinem prædicauit, quæ promissionem habet regni cœlorum. Dixit enim, Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum. In octaua uero beatitudine ait, Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quia ipsorum est regnum cœlorum. Et rursus benedictionem in tempore retributionis, per parabolam ac similitudinem pastoris prophetans dicit: Venite benedicti patri mei, possidete paratum uobis regnum à tacitis mundi fundamentis. Esuriui enim, & dedistis mihi edere, & quæ sequuntur. At in euangelio secundum Lucam, in alio tempore & loco, uelut ipsa scripta indicant, rursus beatitudines exponens dicit: Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum. Et rursus, Noli timere pusille grex, quia complacitum est patri uestro cœlesti dare uobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date elemosinam

synam: facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis. Hæc quidem igitur & talia sunt, propter quæ regno cœlorum dignus quis sit: citra quæ impossibile est ingredi in regnum cœlorum. Cæterum in euangelio secundum Matthæum pronunciat dominus & dicit: Nisi abundauerit iusticia uestra plus quæ scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Et rursus, Nisi conuersi fueritis, & efficiemini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. Et rursus, Qui non susceperit regnum dei uelut puer, non ingredietur in ipsum. At in euangelio secundum Ioannem ad Nicodemum dicit: nisi quis natus fuerit ex supernis, non potest uidere regnum dei. Et rursus, Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei. De quibus itaque una sententia prolata est: nimirum æquale est etiam omnibus periculum uno deficiente. Si enim dicit dominus, Iota unum, aut apex unus non præterierit ex lege, donec omnia facta fuerint: quanto magis ab euangelio, quum ipse dominus dicat, cœlum et terra transibunt, uerba autem mea non transierint. Unde confusus Apostolus Iacobus, pronunciauit dicens: Quicumq; autem totam legem seruauerit, offenderit uero in una, reus erit omnium. Didicit autem hoc dicere, ex his quæ dominus post beatitudines, & testimonia pro hominibus, & promissionibus Petro datis, minatus est, Nisi lauero te, non habebis partem. Paulus porro apostolus explens defectus tribulationum Christi pro corpore ipsius, quod est ecclesia, in Christo loquens cõtestatur ea per quæ maxime quis regno cœlorum dignus non sit, & mortis iudicio succumbit. Aliquando quidem stricte dicens, quod qui talia faciunt, morte digni sunt. Cur uero non dixit, hæc, sed qui talia faciunt, regnum cœlorum non hæreditabunt: & rursus uniuersalius, iniusti regnum dei non hæreditabunt: & alibi similiter. Ipse uero dominus noster Iesus Christus in euangelio secundum Lucam pronunciauit dicens, Nemo admota ad aratrum manu, & conuersus retrorsum, aptus est ad regnum dei. Obseruandum est hic necessariò, quod non in peccata multa, sed in unum est adeo horrendum & inuitabile iudicium: atq; hæc ex concessis, etiam si solam unam, & ad breue saltem tempus dilationem inducat obedientiæ inexcusabili celerrimæq; & ab alienatam intentionem non admittenti, quæ iuxta multas rationes necessariò domino debetur. Ex his igitur omnibus & similibus erudimur, quod oportet omnia integre ac legitime implere, quibus promissio regni cœlorum promittitur, & sine quibus gratia regni renunciat: & uitare omnia, per quæ nemo regni cœlorum hæres euadit, atq; ita expectare ut promissione digni fiamus. Oportet enim certamen complacentiæ erga deum, non solum ab omni malicia remotum esse, sed etiam immutatum & irreprehensibile in omni uerbo dei: quum Paulus apostolus post cõtemplationem magnæ & inenarrabilis erga nos dilectionis dei & Christi ipsius, pro iusticia & salute nostra inducat, nemini dantes ullam offensionem, urne reprehendatur ministerium nostrum, sed in omnibus componentes nos ipsos, uelut ministri dei. Quemadmodum enim pauper spiritu, nisi natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi in regnum cœlorum, propter sententiã latam. Sic rursus, Nisi abundauerit iusticia uestra plus quæ scribarum & pharisæorum, aut aliud quid eiusmodi defecerit, propter similem latam sententiã, non sit dignus regno. Scriptum est enim, ut conciliet ipse sibi ipsi ecclesiam gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut tale quiddam, sed ut sit sancta & irreprehensibilis: & multa talia quæ si quis diligentius legerit, uehementius confirmatur, quod omnia implere oportet, ut regno cœlorum dignus fiat. Quod autem is qui iusticia abundat, aut ex supernis natus est, omnium simul recte factorum, in quibus beatitudines sitæ sunt, itemq; reliquorum perfectionem impleuit, & in confesso est eum horum & talium operatorem esse, ipse sermo de eo quod ex supernis nasci oportet, paulo post per dei gratiam demonstrabit. Quandoquidem uero iussio uestræ pietatis, doctrinam admirandi baptismatis secundum euangelium requisitum à nobis: ad ea quæ de regno cœlorum dicta sunt consequens esse puto, ut discatis breui differentiam baptismatis secundum Moysen ad baptismum Ioannis, & tunc per gratiam dei digni fiat considerate maculam excellens in baptismo domini nostri Iesu Christi, in incomparabili maiestatis excessu. Plus enim templo hic esse, unigenitus dei uiuentis filius pronunciauit: Et plus hic Solomone, & plus hic Iona. Et Apostolus enarrata inaccessibili Iudæis gloria Moysi in ministerio legis, attestatur dum inducit. Nam nec glorificatum est, quod glorificatum est in hac parte, propter excellentem gloriam. Et Ioannes Baptista quo non fuit maior

inter natos mulierū testatur, dicit aliquādo, illum oportet crescere, me uero imminui, aliquid quādo uero, ego quidē baptisō uos in aqua ad pēnitentiā, ille uero uos baptizat in spū sancto et igne et multa talia. Quanto autē praeſtātior est spūs sanctus aqua, tanto excedit uide licet & qui baptizat in spū sancto, eū qui baptizat in aqua, & ipse ad eō baptisima, ut ipse Ioannes tantus & talis et sic à dño praeſtātus citra pudorē praeſtāuerit, Non sum dignus ut soluā corrigiā calciāmeti. Quare ex omnib. manifesta est excellentia baptisimatis secundum euāgelium Christi: quā etiā pro dignitate considerare impossibile est, attamen pro uiribus, & prout dederit deus, etiā hanc ex ipſis scriptis declarare pium et utile est. Quod itaq; per Moſen traditū est baptisima, primū quidē statuit differentiā peccatorū. Non em̄ omnia peccata habebant gratiā remissionis. Deinde uero etiā sacrificia diuerſa req̄rebat, perſcrutabat de ſanctificatione, ſeparabat ad tempus impurū & inquinatū, obseruationē faciebat dierū & horarū, & tunc baptisima assumebat uelut ſigillū purificationis. At uero Ioānis baptisima multipliciter amplius habebat: nullā em̄ differentiā faciebat peccatorū, nō requirebat diuerſitatē sacrificiorū, nō perſcrutabatur ſanctificationē, non habebat obseruationē dierū aut horarū, et in nulla re dilatione fiēte, per gratiā dei & Christi ipſius, ſimulq; accedebat quis cōfiteſ peccata quae cūq; ſanē & qualiacūq; & ſimul baptizabatur in Iordane fluuio, & ſtatim accipiebat remissionē peccatorū. Porro Christi baptisima rationē habet oēm humanā excedentē, & gloriā altiorē omni concupiscentia ac uoto humano, excellentiā autē gratiē & uirtutis ampliorē, q̄ quantū ſol ſtellas excedit. Magis autē ſanctorū dicta in memoriā reuocata, incōparabilem excellentiā declarāt, uerū ob id ſilere non oportet, ſed uerbis ipſis dñi noſtri Ieſu Christi ducibus uti, & uelut per ſpeculū & in aenigmate duci ac dicere neceſſariū est, nō ut per noſtrā interpretationē, in corporis debilitate et eloquētia abiecta, minuatur gloria ipſa, ſed ut etiam in hoc admirationi ſit magnitudo longanimitatis & benignitatis boni dei, quod tolerat balbutientes maieſtatē dilectiōnis in Christo Ieſu et gratiē ipſius. Quū igitur dixerit dñs noſter Ieſus Chriſt⁹, Niſi quis natus fuerit ex ſupernis, nō poteſt uidere regnū dei. Et rurſus: niſi q̄s natus fuerit ex aqua & ſpiritu, nō poteſt ingredi in regnū dei: poſt reſurrectionē ex mortuis, cōpleta in ipſum prophetiā Dauidis, qui ex perſona dei & patris dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te: pete à me, & dabo tibi gentes hāreditatē tuam, & promiſſionē tuā terminos terrae: id quod etiā factū est, et oculis omnīū apparet: deinceps diſcipulis ſuis uelut opponens ſe cōtra prius praeceptū, in uiam gentiū abire, prohibens, p̄cipit dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizates ipſos in nomine patris & filij & ſpūs ſancti. Neceſſarium autē eſſe arbitror, uniuersūq; dictū uim per fidē intelligere ac cōſiderare, & dicere, prout iuxta cōmunes preces dabitur nobis ſermo in apertione oris noſtri. Scriptū est em̄: Si non credideritis, non intelligetis. Et rurſus, Credidi, propter quod loquutus ſum. Quandoquidem uerū nomīnum & uerborum & rerum in conſuetudine uſum, nō ſimpliciter & prout fortuito contingit accipi, uideo in diuina ſcriptura, & à deo & Christo ipſius, & à ſanctis prophetis, euangelisſtisq; ac apoſtolis, ſed iuxta examinationem in ſancto ſpiritu, ad ſcopum piā intelligentiā, atq; hoc non ex toto, ſed in parte, & quantū ſingula contulerint ad propositam ſanam doctrinam, ut & piē ſentiamus, & mentem ad cōſiderationem iudiciorum & dogmatum pietatis deducamus: neceſſe est etiam nos expenſe & obseruantes ſingulis dictis attendere, & iuxta ſcopum ſupernae uocationis ſententiā eligere. Et hoc faciemus, ſi iuxta cōmunes preces confirmauerit nos Ieſus Chriſtus unigenitus dei ui ui filius, quo etiam in nobis contingat, ſicut Apoſtolus dixit, omnia poſſum in eo qui potentem me facit Chriſto. Itaque quod ex ſupernis dixit, ſignificare puto correctiōnem praeſtāta in ſordibus peccatorum generationis: quum Iob dicat, quod nemo purus ſit à ſordibus, ne ſi una quidem dies ſit uitā ipſius: & Dauid lugeat ac dicat, in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: Apoſtolus uero atteſtetur, Omnes em̄ peccauerūt, & indigent gloria dei, iuſtificati gratis per gratiā ipſius, per redemptionē quā eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus reconciliatorē, per fidem in ſanguine ipſius. Quapropter etiā remiſſio peccatorū dat credentibus, uelut ipſe dñs dixit, Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti, qui pro multis effundit in remiſſionē peccatorū. Id ipſum teſtatur etiā Apoſtolus dicens, iuxta beneplacitū uoluntatis ſuae, in laudem gloriae gratiā ipſius, in qua gratiā affectit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionē peccatorū, iuxta diuinitas gratiā ipſius, quā ſuperabundauit

abundauit in nos: ut quemadmodū ſtatua contrita ac conſracta, & quā glorioſam formā regis diſſipauit, ex integro formatur à ſapiente artifice ac bono opifice, gloriā proprii ſigmenti reparante ac aſſerente, et ad ueterē gloriā reſtituitur: ſic etiam nos aſſiſti propter inobediētiā mandati, iuxta id quod ſcriptū eſt: Homo in honore exiſtens nō intellexit, cōparatus eſt pecoribus brutis, & aſſimilatus eſt ipſis: reuocemur ad primā gloriā imaginis dei: iuxta imaginē em̄ inquit, & ſimilitudinē dei fecit deus hominē. Quō uero hoc factum eſt Paulus apoſtolus docuit dū ait: Gratia deo, q̄ fuiſtis ſerui peccati, obedisti autē ex corde in eam formā doctrinā in quā traditi eſtis, ut uelut cera tradita typo ſculpturae, exacte formatur ad inſitā ſculpturae formā: Sic etiā nos ubi tradidimus noſipſos typo doctrinā euangelicā, formemur ſecundū internū hominē, explentes id quod ab eodē dictū eſt, ita p̄cipiente: Poſt q̄ exuiſtis ueterem hominē cum actibus ſuis, & induiſtis nouū, qui renouatur ad agnitionē ſecundū imaginē eius qui creauit ipſum. & multa huiuscemodi. Rationē equidem generationis ex aqua, Paulus in Chriſto loquens docet, An ignoratis inquit, fratres, quod qui baptisati ſumus in Chriſtū Ieſum, in mortē ipſius baptisati ſumus? Conſepulti igitur ſumus ipſi per baptisima in mortē, ut quēadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis per gloriā patris: ita & nos in nouitate uitae ambulemus, Si enim cōplantati facti ſumus per ſimilitudinē mortis, nimirū & reſurrectionis participes erimus, hoc ſcientes, quod uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut aboleret corpus peccati, ut non amplius ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato: ſi autē mortui ſumus cum Chriſto, credimus q̄ et uiuemus cū ipſo, ſcientes quod Chriſtus excitatus ex mortuis, nō amplius moritur, mors illi nō amplius dominat. Quod em̄ mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod ſi uiuit, uiuit deo: ita & uos reputate uoſipſos mortuos quidē eſſe peccato, uiuētes autē deo in Chriſto Ieſu. Ex quibus omnib. etiam ratio generationis ex ſupernis iuxta ſimilitudinē cōſideratur. Impoſſibile autē erat ex ſupernis generari, nō praeſtāta gratia dei, uelut ex p̄cedentibus ac ſubſequentibus capitib. de baptisimate, idem Apoſtolus indicat, initio em̄ hinc factio, Cōmendat autē charitatē ſuā erga nos deus, quod quū adhuc eſſemus peccatores Chriſtus pro nobis mortuus ē. Multo igitur magis nūc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſeruabimur per ipſū ab ira: ſi em̄ quū inimici eſſemus, recōciliati ſumus deo per mortē filij eius, multo magis reconciliati ſeruabimur in uita ipſius. Et multa talia manifeſte & magnificē declarāta magnā & inenarrabilē benignitatem dei erga hoīes, ob donū remiſſionis peccatorū, & facultatis ac potētiae eorū quā in gloriā dei & Chriſti ipſius recte ſunt, ob ſpem uitae aeternae per Ieſum Chriſtū dñm noſtrum, per quē uelut p̄ unius delictū inquit, p̄pagatū eſt malū in oēs homines ad condemnationem: ſic per unius iuſtificationē propagat bonū in oēs hoīes ad iuſtificationē uitae. & cōſequenter eodē modo docēs, tū inquit, An ignoratis fratres, quod quicūq; baptisati ſumus in Chriſto Ieſu, in mortē ipſius baptisati ſumus? cur? ut p̄greſſa gratia, ea quā ſunt ac debent à nobis ſc̄dm fidē per dilectionē cōinferamus, & ſic p̄ficiatur in nos bona uoluntas dei dilectiōis in Chriſto, certamine opus eſt magno eorū legitimo, quo talē ac tantam gratiā dilectiōis dei in Chriſto nō in uanū ſuſcipiamus, uelut idē Apoſtolus dicit: Eū qui p̄c̄m nō nouit, peccatū p̄ nobis fecit, ut nos fierem⁹ iuſtitia dei in ipſo. Nos porro cōoperātes etiā adhortamur uos, ne in uanū gratiā dei ſuſcipiatis: nā cui cōmiſerunt multū, ab eo amplius exigēt, ſimiliter dñs pronūciat. Id ipſum uerō inculpate fiet, ſi & ſequentia poſt p̄dicta, & ea q̄ in idem argumentū de baptisimate cōiuncte relata ſunt, diligēter ſeruaueritis, et quā his cōiuncta ſunt, in uirtute eiufdē gratiā dei per Ieſum Chriſtū dñm noſtrū in ſpū ſancto fideliter ſuſcepimus, quo credētes intelligam⁹ p̄ gratiā dei, & quā intelligere digni facti ſumus, in dilectione Chriſti faciamus, q̄ dixit: Si hāc nouiſtis, beati eſtis ſi ipſa feceritis. Intellectus. n. bonus eſt omnib. factiōis em̄, teſtaſ. p̄pheta: quū ipſe unigenitus dei uiui filius horrendū & inuitabile iudiciū ac cōdemnationē proferat, dum dicit: Qui nouit uoluntatē domini ſui, & nō fecit, plagis multis uapulabit: imō neq; eū qui per ignorantiam deliquit, impunitū dimittat. Et quo uelut praeſtāta eſt per notiora dicta ac res, ad cōſiderationē ſalutaris in baptisimate dogmatis deducamus, in certitudine ueritatis diligēter ad ſignificata attēti ſumus, et ad ſcopū pietatis oēm intelligentiā accipiam⁹, Baptisati ſumus, inquit, ut ex hoc illud diſcamus, q̄ quēadmodū lana tincta in coloris tinctura trāſmutat colorē, imō potius ut baptiſta Ioāne p̄dicēte de dño, Ipſe uos baptiſabit in ſpū ſancto et igne, duce uſi, cognitiōis lumine illūinemur, ad magne lucis cōſiderationē hoc dixit

rimus. Quod quæadmodum ferrum dum tingitur in igne a spiritu suscitato, cognobilis quidem sit, an aliquam in seipso malitiam habeat, paratius autem ad id ut purgetur, alteratur autem non solum iuxta colorem, sed etiam duritiam & renitentiam transmutans ad teneritudinem, & magis commodum ac idoneum euadit per manu artificis actionem, & memorabiliter adaptatur ad uoluntatem domini. A nigritia uero splendidius seipso fiens, non solum ipsum ignescit, & coruscum redditur, sed etiam propinqua illuminat ac calcificat. Sic consequens est & necessarium baptismatum in igne, hoc est in uerbo doctrinæ, redarguenti quidem peccatorum malitiam, manifestanti uero iustificationum gratiam, ut odio habeat & abominetur in iustitiam uelut scriptum est, ueniat autem in concupiscentiam ut purgetur per fidem in uirtute sanguinis domini nostri Iesu Christi, uelut ipse dixit. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. & Apostolus testatur. In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum: & non solum ut purgetur ab omni iniquitate & peccato, sed etiam ab omni iniquatione carnis & spiritus, & tunc baptizatus in mortem domini, mortis affectionem induat, hoc est ut mortificetur peccato, sibi ipsi & mundo, ut iuxta incarnationem uiuens, & corde & uerbo & actione, doctrinæ domini nostri Iesu Christi, uelut cera typo impressus & efformatus, id quod scriptum est impleat, Gratia deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis: atque sic id quod coniunctum illarum est seruare dignus fiat, nempe: cõsepulti igitur sumus ipsi per baptismum in mortem. Cur ut quæadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Necessè est enim mortuum sepeliri, & sepultum in similitudine mortis, resurgere per gratiam dei in Christo, & non amplius propter peccata, interni hominis faciem uelut ollæ adustionem haberet: sed peccatis in igne manifestatis, & accepta per sanguinem Christi remissione, de cetero per uitam in nouitate conseruare, ex iustificationibus, in Christo, super omnem lapidem pretiosum multum. Itaque deposita inobedientie duritia, ostendamus obedientiam in preceptis, & spiritu feruentes resplendeamus, et à potestate tenebrarum detrahentium in mortem liberemur. Obsonia enim & stipendia peccati mors: ut & in nobis contingat quod dictum est ab Apostolo. Absorpta est mors in uictoria, ubi tuus mors stimulus: ubi tua inferne uictoria: Et soli iustitiam obedientes illuminemur ab ipso, & digni faciamus intelligentiam & uirtute, ut in ipso iustificemur, & non solum ipsi illi stremur super niuem: uerax est enim deus qui promissit, si fuerint peccata uestra uelut pannus puniceus, ut niuem dealbabo, sed etiam appropinquantes nobis illuminemus: Interim quidem illud domini audientes: Vos estis lux mundi: interim uero hoc & audientes et facientes: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, et glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Et tunc omnino etiam Apostolus nobis attestabit dicens: Inter quos lucetis uelut luminaria in mundo, sermonem uitæ continentem ad gloriam meam in diem Christi. Quod uero non abundantius lucida sit uitæ nouitas, non solum in cõparatione Græcorum et mundanorum hominum, sed etiam in cõparatione iuxta excellentiam eorum qui secundum legem iustificatur: quibus non solum additamentum et amplius quiddam non appetamus, uelut mundani homines solent, sed neque ea quæ adsunt et propria uendicemus: & in beneficentiâ indigentium super legem quid conemur. Non solum enim in propinquos serimus bonum, sed etiam ad inimicos & malos extendimus bonitatem, iuxta domini nostri Iesu Christi preceptum facientes, nempe, Estote misericordes sicut & pater uester celestis misericors est. Quod uero non in nouitate uitæ ambulamus, & super scribas ac phariseos iustitiam perficimus, quæ dominum dicentem sustineamus. Dicitur est autem quis, oculum pro oculo, & dentem pro dente. ego autem dico uobis: Ne resistatis malo, sed si quis te percussit in dextram maxillam, obuerte illi etiam alteram: et ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam accipere, dimittes etiam pallium: & qui te adegerit ad miliarium unum, uade cum ipso precipiente lege Moysi, sed etiam maiorem malorum tolerantiam ostendimus, promittuntur patientiam æqualitatem aut etiam grauioribus proponentes. Atque sic ambo à nobis simul recte perpetratur. Mors quidem in eo quod non commouemur ad indignationem aduersus eum qui primam plagam nobis infixit: nouitas autem uitæ in domino, in eo quod apponimus etiam aliam. Quomodo autem non est quis mortuus legi, qui non uendicat quod auferit, uiuit autem in Christo, qui in super dimittit etiam pallium. Sed & omnis secundum legem iustitiam superfluitate seruare similiter docemur. Quod uero non solum mundo crucifixos esse, sed etiam legi mori nos oportet, ex eodem Apostolo discere licet. Aliquando enim dicit, Ego mundo crucifixus sum, & mundus

michi. uiuo autem non amplius ego, uerum uiuit in me Christus. Aliquando uero, Ego per legem legi mortuus sum, ut uiuam deo. unam cum Christo crucifixus sum, uiuo autem non iam ego, uerum uiuit in me Christus. Alio porro loco post multam iactantiam supremam in lege claritudinis, dicit: At qui uniuersa pro reiectamentis habeo ut Christum lucrificam, & inueniar in ipso, non habes iustitiam meam ex lege, sed eam quæ ex fide est Iesu Christi, iustitiam ex deo in fide, ad cognoscendum ipsum, et uirtutem resurrectionis ipsius et societatem afflictionum ipsius, conformis fiens morti eius, si quo modo pertingam ad resurrectionem mortuorum. Et paulo post docens nos idem cum ipso sentire, clarius dicit: Quicumque igitur perfecti sumus, hoc sentiamus. Et alibi uehemētius uelut dogma necessarium exponens dicit: Itaque & uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut essetis alterius quam ex mortuis surrexit, ut fructificemus deo. Quia enim essemus in carne, affectus peccatorum qui sunt per legem, uigebant in membris nostris ad fructificandum morti. Nunc autem exoluti sumus à lege, mortui ei in qua detinebamur, ut seruamus in nouitate spiritus & non in uetustate literæ. Litera enim, hoc est lex occidit: spiritus autem, hoc est uerba domini, uiuificant. Quæadmodum etiam ipse dicit: Caro non potest quicquam, spiritus est qui uiuificat: uerba mea spiritus sunt & uita. Testatur et electus apostolus, Ad quem abibimus inquit, uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus et scimus, quod tu es Christus filius dei uiuentis. Id quod in certitudine ueritatis maiore diligentia obseruantes, effugere possumus horrendam illam condemnationem à Mose quidem cum minis prophetice scripta: Prophetam uobis suscitabit dominus deus uester sicut me, ipsum audietis per omnia quæ precepit uobis. Erunt autem ita, omnis anima que non audierit illam prophetam exterminabitur e populo: à Ioanne uero baptista quo non surrexit maior inter natos mulierum, magis horrenda lata sententia dicitur: Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui uero non obedit filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super ipsum. Quo uero eiusmodi in baptismate mors, & talis in eodem sepultura non exhibeat tristitiam, ob timorem corruptionis & interitus: nouitas uero uitæ, seminis defectio non excedat, gloriose resurrectionis spem confirmans infert dicens: Si enim cõplantati facti sumus per similitudinem mortis ipsius, nimirum & resurrectionis participes erimus, si enim in tali similitudine mortis mortui et cõsepulti cum Christo in nouitate uitæ ambulauerimus, non mortificationis corruptionem expectamus, uerum sepulturam & uelut plantati onem feminam imitamur, mortificantes quidem nos ipsos per ea quæ interdicta sunt, & fidem per dilectionem operantem ostendentes, digni euadimus ut eadem cum apostolo post spem eorum tandem dicamus, Nostra cõuersatio in cœlis est, unde etiam saluatore expectamus dominum Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut cõforme fiat corpori gloriæ ipsius, sed in efficacia qua potest ipse etiam subicere sibi ipsi omnia. Atque sic semper cum Christo erimus, quia ipse dominus noster Iesus Christus petat à patre ac dicat: Da pater ut ubi ego sum, etiam hi mecum sint, denunciet autem & permittat nobis dominus ait: Qui minister meus est me sequatur, Et ubi ego sum, ibi & minister meus erit. Testatur autem Paulus apostolus & in Christo uaticinet, per hoc quod hec scripsit, Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quod nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non preueniemus eos qui dormierunt. Quia ipse dominus in iustione & uoce archangeli & in tuba dei, descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primi, Deinde nos qui uiuimus, qui residui sumus, simul cum ipsis rapiemur in nubibus, in occursum domini in aere, & sic semper cum domino erimus. Et sic in eos qui nunc seruantur illud, Si enim complati sumus per similitudinem mortis ipsius, tunc impletur promissio, nimirum & resurrectionis participes erimus. Quæadmodum etiam alibi dicit: Si enim simul mortui sumus, etiam simul uiuemus, si sustinemus, etiam conregnabimus. Porro apostolus gnarus quod tautologia et idem sermo repetitus utilior est audientibus, ad ipsam securitatem, & firmitatem facit per eorundem repetitionem, ueritatis certitudinem: Ab ipso enim audiuimus, eadem scribere uobis, mihi quidem non est onerosum, uobis autem securum. Quo modo etiam de Ioseph didicimus, bis interpretante somnium regi Pharaoni, Ita etiam somnii historiam imitans, idem baptismatis dogma similiter uelut priorum speculationes tradit dicens: Hoc scientes, quod uetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut non amplius seruamus peccato. Itaque etiam per hæc uerba docemur, quod baptizatus in Christo in mortem ipsius baptizatur, & non solum cum Christo sepelitur & cõplantatur, sed primum simul crucifigitur, ut & in hoc erudiamur, quod quemadmodum qui crucifigitur ab alie naturæ uiuentibus: sic etiam qui in similitudine mortis simul cum Christo crucifixus est, ab alienatur

ab alienatur omnino ab his qui secundum ueterem hominem uiuunt, quum dominus precipiat ut attendamus a falsis prophetis, & Apostolus dicat, ut subducatis uos ab omni fratre inordinate ambulante, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Nam qui uetus homo nominatur est, omnia simul particulatim peccata & inquinamenta, uelut partes suas significat. Et quemadmodum crucifixus condensatione mortis susceptus, ab his qui olim conuixerunt ipsi discessit, altior his quam in terra repunt factus: sic etiam qui est Christo crucifixus est per baptismum, ab omnibus simul in hoc seculo uiuentibus, liberatus est, exaltata sapientia sua ad celestem conuersionem, ut dicere possit cum ueritate & libertate in Christo, Nostra conuersatio in caelis est. Et rursus infert: Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato, hoc est, recessit, liberatus est, mundatus est ab omni peccato, non in operibus et sermonibus solum, sed etiam ab affectuosa cogitatione. Et in alio loco pronunciauit dicens: Qui uero sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis. Crucifigimus autem nimirum qui in aqua baptismum, quem est similitudo crucis, & mortis, sepulturaeque ac resurrectionis, uelut scriptum est. Et rursus, Mortificate, inquit, membra uestra quae super terram sunt (hoc est, omnia in baptismate facta postea seruantes) scortationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam quae est idololatria, propter quae uenit ira dei (non solum autem, sed etiam uniuersaliter induxit) in filios incredulitatis. Tanquam neque breuis uoluptas mentem inquinans infestet eum qui cum Christo coplantatus est in similitudinem mortis. Verum per hoc quod odio habeat et abominetur omnem malitiam usque ad affectuosam cogitationem, puritatem cordis ostendat, quemadmodum dicit Dauid: Non adhaesit mihi cor prauum, declinante a me malignum non cognoscebam: nam neque omnino ad accedentem ipsum conuersus est. Coplantati autem in similitudine mortis, omnino simul excitamur cum Christo. Plantationis enim consequens significatum tale est. Nunc quidem iuxta mensuram incarnationis secundum internum hominem conformes fientes in nouitate uitae, & in obedientia usque ad mortem, in certitudine ueritatis uerborum ipsius, ut digni fiamus cum ueritate dicere: Uiuo autem non amplius ego, uiuunt in me Christus. In futurum uero, uelut idem apostolus confirmauit: Si enim comortuimus, etiam conuiuemus: si sustinemus, etiam coregnabimus. Aequaliter autem nos certiores facit dum ait: Si enim coplantati facti sumus per similitudinem mortis ipsius, nimirum etiam resurrectionis participes erimus. Et rursus idem dogma talis baptismatis maiore conuentione ac necessitate erudiens nos, infert dicens: Christus excitatus ex mortuis non amplius moritur, mors ipsi non ultra dominatur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod uero uiuit, uiuit deo: Sic & uos reputate uos ipsos mortuos esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu. Itaque ipsius domini nostri Iesu Christi de remissione peccatorum nostrorum dispensationem, per incarnationem usque ad mortem apponens Apostolus, durius ac coactius nos erudit, atque hoc de scripturam, mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu, ut quemadmodum Christus mortuus propter nos, & excitatus ex mortuis pro nobis, non amplius moritur: sic etiam nos baptizati in morte in similitudine, moriamur peccato, & per reditum ex baptismate, uelut ex mortuis excitati uiuamus deo in Christo Iesu, & non amplius moriamur, hoc est, non amplius peccemus, nam anima peccatis, ipsa moritur. Et quemadmodum mors ipsi non amplius dominatur, ita et nobis non ultra dominetur peccatum, hoc est, non amplius ipsum perpetremus. Et quia qui peccatum facit, seruus est peccati, ab eiusmodi seruitute omnibus modis ab alienati, ut Paulus dixit: Qui uero sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum affectibus, et concupiscentiis: uiuamus deo in Christo Iesu qui liberauit nos uelut scriptum est: Christus liberauit nos ex maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Palam est autem quod multo prius a peccato per gratiam domini nostri Iesu Christi, uelut scriptum est: Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: sic per unius obedientiam iusti constituentur multi. State igitur, inquit, & ne rursus iugo seruitutis implicemini. Et quemadmodum ipse peccato mortuus est semel, quod non uiuit, uiuit deo, Sic & nos in aquae baptismate, quod est similitudo crucis et mortis, semel mortui peccato, custodiamus nos ipsos, et non amplius reuertamur ad peccatum. Permaneamus autem uiuentes deo in Christo Iesu quod dixit, Qui meus minister est, me sequatur: in custodiendo primum quidem ipsius domini praeceptum dicentis: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Deinde uero etiam Apostoli mandatum scribetis: siue editis siue bibitis, siue quod facitis, omnia in gloriam dei facite. Peraguntur autem haec singula, si digna caelesti uocatione sentientes, digne

digne euangelio Christi conuersemur, & hoc uere dicere possimus. Caritas enim Christi confringit nos iudicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt non amplius sibi ipsis uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Atque sic peragitur hoc, manete in dilectione mea, si mandata mea seraueritis, manebitis in dilectione mea, quemadmodum ego mandata patris mei seruaui, et maneo in ipsius dilectione. Et nullam in ulla re dantes offensionem, ut ne reprehendatur ministerium, & in omnibus componentes nos ipsos uelut dei ministros, non mentita et uera ostendamus in baptismate promissionem, in conseruando ea quae ab Apostolo exhortatorio modo ad coplantatos cum Christo, & excitatos cum ipso dicta sunt, nempe: Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore uestro, ut obediatis ipsi in concupiscentiis ipsius: neque exhibeatis membra uestra arma iniustitiae peccato, sed exhibete uos deo uelut ex mortuis uiuentes, et membra uestra arma iustitiae deo. Et rursus, Si igitur conseruastis cum Christo, superna quaerite, ubi Christus est ad dextram dei sedens, supra curate non terrestria. Ostendente hoc modo uelut opinor ipso Apostolo, per modica saltim commemorata, inconparabiliter magnam praegressam immensam benignitatis dei gratiam, in dilectione Christi Iesu domini nostri: cuius obedientia usque ad mortem nobis contigit, uelut scriptum est, redemptio peccatorum, libertas in mundi peccato regnantis mortis, conciliatio deo, potentia coplacentiae ad deum, iustitiae donum, societas sanctorum in aeterna uita, regni caelorum haereditas, & infinitorum aliorum honorum brauiam: sapienter itaque ac fortiter tradente nobis per ea quae coniuncte illata sunt, rationem baptismatis in aqua in morte domini nostri Iesu Christi, per quem etiam erudit nos ut nos ipsos muniamus, ne in uanum tantum ac talem gratiam suscipiamus, dicens ea quae etiam prius adduxit. Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore uestro, ut obediatis ipsi in concupiscentiis ipsius, neque exhibeatis membra uestra arma iniustitiae peccato, sed exhibete uos deo, uelut ex mortuis uiuentes, et membra uestra arma iustitiae coram deo, & quae sequuntur. Per quae omnino remouens nos ab omni peccato, & iustitia secundum legem, et iustitiae secundum deum uehemetius adducens, per horrendas minas, & per bonam ac desiderabilem promissionem, dum dicit: Stripedia enim peccati mors, donum autem dei uita aeterna in Christo Iesu domino nostro: imitari rursus dominum, & iustitia secundum legem meliores nos fieri erudit, subdens: An ignoratis fratres? scientibus enim legem loquor, quod lex tantisper dominetur homini quoad uixerit. Nam quae sub uiro est mulier, uiuenti uiro alligata est per legem: si uero mortuus fuerit uir, soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro adultera uocabitur, si iunxerit se alteri uiro: si uero mortuus fuerit uir, libera est a lege, ut non sit adultera, si iuncta fuerit alteri uiro. Itaque fratres mei etiam uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut iungeremini alteri, quod ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. Quum enim essemus in carne, affectus peccatorum qui sunt per legem, uigebant in membris nostris ad fructificandum mortui: nunc autem soluti sumus a lege, mortui ei in qua detinebamur, ut seruiamus in nouitate spiritus, et non in uetustate literae. & quae sequuntur. Per quae erudimur admirari inenarrabilem benignitatem dei in Christo Iesu, & propter horrendas minas puri esse ab omni iniquitate carnis ac spiritus. Ceterum differentiam spiritus ad literam, in alio loco ubi comparisonem legis & euangelij facit, lata sententia ostendit dicens: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Litera dicens legem, uelut per sequentia declaratur: spiritum autem, domini doctrinam, quum ipse dominus dicat, uerba mea spiritus sunt et uita. Si uero iustitia secundum legem, cuius studio tenent quidam qui confelli sunt deo, se ipsos non amplius sibi ipsis uiuere, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit, adulterij contuminationem inducit, uelut ex predictis palam demonstratum est, quidnam dixerit quis de traditis omnibus humanis? At de iustitia secundum legem idem Apostolus uehemetius pronunciat dicens: Verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter excellentiam cognitionis Iesu Christi domini mei, propter quem omni detrimentum feci, et omnia pro reiectamens reputo, ut Christum lucrifaciam, & inueniar in ipso non habens meam iustitiam ex lege, sed eam quam per fidem est Iesu Christi, iustitiam ex deo. De traditionibus porro humanis condensatione manifesta est ex domini uerbis: perum de proprijs cogitationibus ac consilijs in humana sapientia, contentiosius abolitio nem facere Apostolus docuit dicens: Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitio, consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus cognitionem Dei. Item omnino de iustitia quae unicuique uidetur, etiam si propter deum studiose fiat, idem rursus dicit: Testimonium enim perhibeo ipsis, quod

quod aemulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam quaerentes statimere, iustitiam dei non sunt subiecti. Quare ex his & talibus manifesta est condemnatio eorum qui uolunt fucare iudicia dei. Scriptum est enim: Vae qui prudentes sunt in seipsum, & cora seipsum scientes: quum etiam dominus manifestus pronuntiat: Qui non susceperit regnum dei uelut puer, non introibit in ipsum. Quapropter ab omnibus simul mundum esse necesse est, tum diaboli concupiscentiis, tum mundi subleuationibus, & humanis traditionibus, ac proprijs uoluntatibus, etiam si bona specie praeditae esse uideantur, & cum lege consentiant, & quamuis ad modicum tempus dilationem inducant studio quod repentinum uoluntatibus dei debetur: quo hi qui in tali baptismo confessi sunt se crucifixos esse cum Christo, comortuos esse, consepultos esse, complantatos esse, consurrexisse, fiduciam habeant cum ueritate dicendi, Ego mundo crucifixus sum (multo autem prius diabolo) & mundus mihi. Uiuo autem non amplius ego, uerum uiuio in me Christus, abundantiam iustitiae secundum legem docens, ut regno coelorum digni fiamus. Porro tempus fuerit deinceps nos ad considerationem procedere, & per fidem in Christum intelligentiam nos sumere, & cognoscere quid est in nomine patris & filij & sancti spiritus baptizari. Primum quidem igitur uniuersumque nominis priuatum nominati gloriam cognoscere necessarium est. Deinde scire, quod in nomine sancti spiritus baptizari, ipse dominus declarat, dicens: Quod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu spiritus est, ut natiuitatis secundum carnem consequentiam pro exemplo accipientes, ex notiori re pietatis dogma manifeste & uere discamus, scientes & persuasione, quemadmodum id quod secundum carnem ex aliquo generatum est tale est, quale est id ex quo generatum est. Sic etiam nos necessarium est dum ex spiritu generamur, spiritum fieri. Spiritum autem non secundum magnam & humanae menti incomprehensibilem maiestatem sancti spiritus, sed eam quae in diuisione donorum Dei per Christum ipsius, unicuique ad id quod utile est, & in horum omnium actione aenigmatice consideratur, & in alijs dictis similiter: sed & iuxta praepceptorum dei per dominum nostrum Iesum Christum annunciatorum commonefactionem ac doctrinam, quum ipse dominus noster Iesus Christus dicat: Ipse uos docebit, & commonefaciet uos de omnibus quae dixi uobis. Postea uero Apostolus ipse latius tradit, per quae studia quis spiritus euadit, dum scribit nunc quidem: Fructus autem spiritus est dilectio, gaudium, pax, longanimitas, & quae sequuntur, ubi antea dixisset: Si uero spiritu ducimini non estis sub lege: & alibi, Si spiritu uiuimus, spiritu etiam ambulemus, Nunc uero, habentes autem dona secundum gratiam dei nobis datam diuersa, siue prophetiam iuxta fidei proportionem, siue ministerium in ministrando, & quae sequuntur. Per haec itaque & talia Dominus ipse generatos ex spiritu, spiritum fieri dicit. Attestatur autem et Apostolus dicens: Fluius rei gratia flexio genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriae suae, uirtute corroborari, per spiritum suum in internum hominem ut inhabitet Christus. Si uero uiuentes spiritu, spiritu etiam ambulemus, & sic spiritus sancti capaces fientes, Christum coteri poterimus. Nam nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Atque sic quidem dominus & per seipsum & per apostolum docet, generatos ex spiritu spiritum fieri. Et in hoc rursus imitabimur generationem secundum carnem. Primum quidem locum transmutantes, & mores transformantes, per hoc quod internus homo spiritu est confirmatus, ut dicere possimus: Nostra autem conuersatio in caelis est: corpus quidem uelut umbram circumtrahentes in terra, animam uero conuersantem caelestibus custodiētes. Deinde uero eos quoque qui in terra conuixerunt permutantes, uelut Dauid dicit: Detrahentem clanculum proximo suo, hunc persequerbar: superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non e debam. Oculi mei ad fides terrae, ut sedeant mecum. Ambulans in uia irreprehensibili, hic mihi ministrabat. Non habitabat in medio domus meae qui facit superbiam. Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Et in alijs similiter. Apostolus autem grauitus admonet: si quis qui frater nominatur, aut scortator, aut avarus, aut idololorum cultor, aut conuicator, aut ebrius, aut rapax fuerit, cum tali ne cibum quidem capiat. Et saepe idem similia contra similes docens, tradit manifeste & secure, proexponens magnam & gloriosam benigneitatis Christi gratiam, cum quibus & qualibus nos conuersari oportet, dum dicit: Ipse enim

enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & intermedium septi parietem diruit, inimicitiam in carne sua, legem mandatorum suorum in dogmatibus aboleuit, ut duos conderet in semetipso, in unum nouum hominem, faciens pacem: & ut reconciliaret ambos in uno corpore deo per crucem, occisa inimicitia per ipsam, & ueniens annunciauit pacem uobis qui procul aberatis, et qui prope. Quonia per ipsum habemus accessum utriusque in uno spiritu ad patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenae, sed estis conciuues sanctorum & domestici Dei, superaedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, existente summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. Quo sic quidem in similitudine mortis complantati Christo, & in nomine sancti spiritus baptizati, et nati ex supernis internum hominem in reuocatione mentis, superaedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, hoc modo digni fiamus baptizari in nomine unigeniti filij dei, & digni euadamus magno dono quod Apostolus tradidit dicens: Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis. Non est Graecus & Iudaeus, circumcisio & praeputium, barbarus, Scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Necessarium enim est & consequens, natum etiam indui, si modo uelut tabula, ex quacumque tandem materia existens, deponens inaequalitatem, & de rasa asperitate, sic induit picturam imaginis regis. Et tunc non in ligni aut auri aut argenti differentia, cognoscitur aliqua imaginis differentia, uerum in sinceritate similitudinis ad exemplar, cum multa diligentia iuxta scientiam memorabiliter perfecta, occultat quidem materiae differentiam, etiam si multo medio interiecto distet: inspicientes autem ad gloriam sui inducit, & praestantior fit omni principatu & potestate: sic etiam qui baptizati, siue Iudaeus, siue Graecus, siue masculus, siue foemina, siue seruus, siue liber, siue scytha siue barbarus, siue alius in quacumque generis differentia nominatus, qui in sanguine Christi ueterem hominem cum actionibus suis exiit, per doctrinam ueritatis in sancto spiritu nouum induit, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis, qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem eius qui creauit ipsum, dignus fit obuiam uenire in bonam uoluntatem dei, quam Apostolus tradidit dicens: Scitinus quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt. Nam quos praesciuit, eos etiam praedestinauit conformes imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus inter multos fratres. Tunc enim filium dei induens, dignus fit perfecto gradu, & baptizatur in nomine patris ipsius domini nostri Iesu Christi, qui iuxta Ioannis testimonium dedit potestatem filios dei fieri, Dei qui dicit: Egredimini e medio ipsorum & separamini, & immundum ne attigeritis, & ego suscipiam uos, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens: per gratiam ipsius domini nostri Iesu Christi unigeniti filij dei uiui, in quo neque circumcisio quicquam ualeat, neque praeputium, sed fides per dilectionem operas, uelut scriptum est, per quam prosperè nobis perficitur id quod coniuncte illatum est ad praepceptum baptismatis, ab ipso domino nostro Iesu Christo, qui dixit: Docentes ipsos seruare omnia quae praepcepi uobis. Quorum obseruationem dilectionis erga ipsum demonstrationem esse, idem dominus pronunciauit dicens: Si diligitis me, praepcepta mea seruabitis. Et rursus, Qui habet praepcepta mea, & seruat ipsa, ille est qui me diligit. Et rursus, Si quis me diligit, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget ipsum. Et uehementius ac concitatius dicit: Manete in dilectione mea, si mandata mea seruabitis, manebitis in dilectione mea, quemadmodum etiam ego mandata patris mei seruauit, & in ipsius dilectione maneo. Si uero dilectionis necessaria demonstratio, est obseruatio mandatorum: timor autem uehemens est, quod sine dilectione, etiam gloriosorum donorum supremarum potentiarum, & ipsius fidei summa operatio, & mandatum perfectum efficiens, inutilia sunt, uelut ipse in Christo loquens Paulus apostolus dicit: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum aes sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habeam prophetiam, & sciam mysteria omnia & omnem scientiam: & si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuam in alimoniam pauperum omnes facultates meas, & si tradam corpus meum ut comburam, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio. Quae omnia arbitror ipsum stricte dixisse, cogitantem quod Dominus dixit: Multi uenient in illa die dicentes, domine domine, non in nomine tuo prophetauimus: & in nomine

mine tuo demonia eiecimus: & in nomine tuo uirtutes multas fecimus: & comedimus in conspectu tuo ac bibimus: & in plateis nostris docuisti: & respondet ipsis: Nunquam noui uos, secedite à me operatores iniquitatis: ut manifestum sit & contradictionem non habeat, quod citra charitatem, etiam si fiant præcepta ac iustificationes, & seruentur mandata Domini, & magna dona perpetrentur, iniquitatis opera reputabuntur. Non iuxta propriam rationem donorum & iustificationum, sed iuxta scopum eorum qui his utuntur ad proprias uoluntates putantes, uelut Apostolus dicit, quæstum esse pietatem. De quibus etiam alibi ait: Quidam propter inuidiam & cõtionem, quidam uerò propter bonam uoluntatem Christum prædicant: alij uerò ex rixa annunciant, non pure, putantes se tribulationem addere uinculis meis. Et alibi, Non enim sumus inquit, uelut plerique cauponantes uerbum dei. Et rursus negatiue dicit: Neque enim unquam in sermone adulationis fuimus erga uos uelut nouisti, neque in occasione auaritiæ, deus est testis, neque querentes ex hominibus gloriam, neque à uobis, neque ab alijs, quæ possemus in autoritate esse, uelut apostoli Christi. Per hæc & huiusmodi manifeste ostendit iustitiam responsionis Christi qui dixit, Secedite à me operatores iniquitatis, propterea quod per dona dei proprias uoluntates curastis, uelut si quis medicinalibus instrumentis, & cõpositionibus proprijs ad affectionum curam consecutus, & ad conseruationem sanitatis ac salutis, utatur ad eadem, & illud Apostoli præceptum non seruet, qui dicit: Siue editis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Omni igitur ratione necessaria est cura interi hominis, ut intenta sit mens, & uelut adunita ad scopum gloriæ dei, ut conseruentur præceptum domini qui dixit: Facite arborem bonam, & fructum ipsius bonum, Et rursus: Pharisæe cæce purga prius internam poculi partem, & tunc externa ipsius pars tota munda erit: ex abundantia boni cordis fructum feramus, alius centuplum, alius sexagecuplum, alius trigecuplum, siue per opera siue per sermones, in gloriam Dei & Christi ipsius, custodientes ubique iucunditatem sancto spiritui. Atque sic cõdemnationem ipsius domini effugiamus qui dicit: Væ uobis quia similes estis sepulchris in albatibus, quæ foris quidem apparet pulchra, intrinsecus uerò plena sunt ossibus mortuorum ac omni immundicia. Sic etiam uos, foris quidem apparetis hominibus iusti, intrinsecus uerò pleni estis simulatione ac iniquitate. Quapropter ante baptismum discere oportet, his que impediunt prius remoueri, & sic ad disciplinam aptos seipsos præparare: quum ipse dominus noster Iesus Christus per exempla prægressam sententiam confirmet, & rursus docentis modo inferat, Sic omnis ex uobis qui non renunciat omnibus bonis suis, non potest meus esse discipulus. Et rursus imperantis modo: Si quis uenit ad me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et rursus affirmatiue ac stricte: Qui non sumit crucem suam quotidie, & sequitur me, non est meus dignus. Ex his & similibus ignitis sermonibus, uelut quum Dominus noster Iesus Christus dicit: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo si iam accensus est: manifesta sient peccatorum malicia, & declarata uirtute eorum quæ in gloriam dei & Christi ipsius recte perpetrantur: uenimus omnino ad concupiscentiam ac confessionem, eorum quæ ab Apostolo dicta sunt: Miser ego homo, quis me liberabit ex corpore mortis huius, Gratias ago deo per Iesum Christum dominum nostrum qui dixit: Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Cui attestatur etiam Apostolus dum ait: In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum. Et tunc uenimus ad baptismum in aqua, quod est similitudo crucis, mortis, sepulchræ, resurrectionis ex mortuis: pacta facientes & seruantes quæ ab ipso Apostolo in ratione huius de baptismo tractatus ob signata sunt, dū dicit: Sciens quod Christus qui surrexit ex mortuis non amplius moritur, mors ipsi ultra non dominatur: quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit deo, Sic & uos reputate uos ipsos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu. Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore uestro, ut obediatis ipsi in concupiscentijs ipsius. Neque exhibete membra uestra arma iniustitiæ peccato, sed exhibete uos ipsos deo uelut ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ deo, & quæ sequuntur. Tunc dignus sit aliquis in nomine sancti spiritus baptizari, & ex supernis natus, & locum & mores et cõuictiores mutare, ut spiritu ambulantes digni euadamus in nomine filij baptizari, & induere Christum. Oportet enim natum etiam indumento dignum fieri, uelut

Apostolus

Apostolus dixit: Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis. Et rursus, Exuentes ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem eius qui creauit ipsum, ubi non est Græcus et Iudæus: filium uerò dei induentes, qui dedit potestatem filios dei fieri. In nomine patris baptizamur, & filij Dei prædicamur, eius qui præcepit ac promisit, uelut ait Propheta: Quapropter egredimini in medio ipsorum, et separamini dicit dominus, et immundum ne attigeritis, & ego suscipiam uos, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Has igitur habentes, inquit Apostolus, promissiones dilecti, purgemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctitatem in timore dei. Idem etiam rursus præcipit: Omnia facite sine murmuratione ac disceptationibus, ut fiat irreprehensibilis & integri, filij dei impolluti, in medio nationis prauæ ac peruersæ: inter quos luceat uelut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentibus ad gloriam meam in diem Christi. Et rursus, Si igitur confurrexistis cum Christo, superna querite, ubi Christus est ad dextram dei sedens, superna curate, non terrestria: mortui enim estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Quum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc etiam uos cum ipso apparebitis in gloria, quæ ab ipso domino promissa est ubi dixit, Tunc fulgebunt iusti uelut soli.

Quod oportet regeneratum per baptismum, de cætero diuinorum
mysteriorum participatione nutrirī, Caput III

Quando quidem igitur per gratiam boni dei, ex relatione uerborum unigeniti filij dei uentis, & sanctorum ipsius Euangelistarum ac prophetarum, et ipsius Apostoli, quæ nobis sufficientem declarationem fecerunt, doctrinam baptismatis domini nostri Iesu Christi didicimus: quod baptismum in igne omnem maliciam redarguit, & iustitiam secundum Christum suscipit, odium uitij inducens, & uirtutis concupiscentiam: Per fidem autem sub sanguine Christi purgati sumus ab omni peccato: In aqua uerò baptisati in mortem domini, uelut conscriptam confessionem fecimus, mortuos nos esse peccato et mundo, uiuificatos uerò iustitiæ. Atque sic in nomine sancti spiritus baptizati ex supernis generati sumus: generati autem & in nomine filij baptizati, Christum induimus. Induti autem nouum hominem secundum deum creatum, in nomine patris baptisati sumus, et filij dei appellati: Necessè est deinceps nutrirī nos alimento uitæ æternæ, quod ipsum rursus idem unigenitus Dei uiui filius nobis tradidit. Nunc quidem dicens: Non in solo pane uiuet homo, sed in omni uerbo procedente ab ore dei. Et quomodo hoc fiat docuit ubi dixit: Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris qui misit me. Et rursus bis expressa uoce Amen, ad cõfirmationem eorum quæ inferat, ac certitudinem audientium, dicit: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die: caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso. Et paulo post scriptum est, Multi igitur ex discipulis ipsius hoc sermone audito, dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest ipsum audire: Sciens autem Iesus in seipso, quod murmurarent de hoc discipuli eius, dixit ipsis: Hoc uos offendit: Si igitur uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam: uerba mea spiritus sunt & uita. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Sciebat enim Iesus ab initio qui essent credentes, & quis proditurus esset ipsum, & dicebat: Propterea dixi uobis, quod nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ipsi datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò, et non amplius cum ipso ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Num et uos uultis abire? Respondit ipsi Simon Petrus, Domine ad quæ abibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quod tu es Christus filius dei uiui. Et ad finem euangeliorum scriptum est, Accepit igitur Iesus panem, & gratijs actis fregit, et dedit discipulis: ac dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur, hoc facite in meam commemorationem. Et accepto poculo, & gratijs actis, dedit ipsis dicens: Bibite ex ipso omnes, Hic enim meus est sanguis noui testamenti, qui pro multis effunditur ad remissionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem. Attestatur autem his etiam Apostolus dicens: Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis, Quod dominus Iesus in nocte qua tradebatur, accepit panem, & ubi gratias egisset, fregit & dixit:

L 2 Hoc

Hoc est corpus meū quod pro uobis frangitur, hoc facite in meam cōmemorationem. Si militer & poculum postq̄ cōnauit, dīcēs: Hoc poculum nouum testamentū est in meo sanguine, hoc facite in mei cōmemorationē. Quotiescunq; enim comederitis panē hunc, & poculum hoc biberitis, mortē domini annūciatis, donec uenerit. Quid igitur profunt uerba hæc: ut edentes & bibētes semper memores simus eius qui pro nobis mortuus est & resurrexit: atq; sic erudiamur necessariō seruare corā deo & Christo ipsius, dogma ab Apostolo traditū, dum dicit: Caritas enim Christi constringit nos iudicātes illud, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, nō amplius sibiipsis uiuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Qui enim edit & bibit, nimirū ad indelebilem memoriam Iesu Christi domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit; rationem autē memoriæ, obedientię uidelicet domini usq; ad mortem, non complet iuxta Apostoli doctrinā, uelut prædicūm est: Caritas enim Christi cōstringit nos iudicātes illud, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerunt (id quod confessi sumus in baptismo) & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, non amplius sibiipsis uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit: is nullam habet utilitatem, iuxta latam à domino sententiā qui dixit: caro non prodest quicquam, imō talis adponit contra seipsum condemnationē Apostoli dicētis: Qui edit & bibit indigne, iudicium sibiipso edit & bibit, non diiudicans corpus domini. Non solū enim horrendā condemnationē habet is qui in inquinamēto carnis et spiritus indigne ad sancta accedit: accedens autē, reus fit corporis & sanguinis domini, Sed etiam qui ociose & inutiliter edit ac bibit, propterea quod nō per memoriam Iesu Christi domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, id quod relatū est seruauit, nempe, Caritas Christi constringit nos, & quæ sequunt. Nam uelut citra conscientiam & inutiliter tantum ac tale bonum irritū faciens, & tanq̄ ingrate ad huiusmodi mysterium accedens, cōdemnationem ac iudicium habet negligentia ac seignicitia, quum dñs etiam eos qui ociosum uerbum emittunt, in condemnationē esse non sinat, imō condemnationē ocij uehementius declarat, per eum qui talentū in ocio integrū seruauit. Et Apostolus nobis tradiderit, Quod etiam qui bonum uerbum profert, non autē ad fidei ædificationem dispensat, offendit spiritum sanctum. Atq; hoc modo considerare debemus iudicium eius qui indigne edit ac bibit. Si uerbō etiā is qui fratrem propter cibum offendit, à charitate excidit, sine qua & magnorum donorum & iustificationum operationes nihil profunt: quidnam dixerit quis de eo qui ociose et inutiliter edere audeat corpus, et bibere sanguinem dñi nostri Iesu Christi & propter hoc abundantius spiritū sanctum offendit: atq; audeat citra constringentē charitatem, ut iudicet non sibiipso uiuere, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit Iesu Christo domino nostro, edere ac bibere: Oportet igitur accedentē ad corpus et sanguinem Christi, in cōmemorationē ipsius qui pro nobis mortuus est & resurrexit, non solū purū esse ab omni inquinamēto carnis & spūs, ut ne in iudiciū edat & bibat: sed etiam euidēter ostendere memoriā eius qui pro nobis mortuus est et resurrexit, in eo quod mortificatus sit peccato, & mundo & sibiipso. *Uiuat autē deo in Christo Iesu domino nostro.*

DIVI BASILII MAGNI DE BAPTISMATE LIBER II,
IANO CORNARIO INTERPRETE.

Quæstio prima.

An omnis baptizatus baptismo in euangelio domini nostri Iesu Christi, debitor sit, ut mortuus sit peccato, uiuat autem deo in Christo Iesu.

Responso.

Si omnes qui regnum dei concupiscimus, gratiam baptismatis æqualiter et necessariō nobis paramus, eaq; opus habemus, iuxta prolatā à domino sententiā, dum ait: Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, nō potest ingredi in regnum dei: omnes sanē æqualiter sumus debitores, ut eandem baptismatis rationem sequamur, quum Apostolus in cōmuni omnibus baptisatis dicat: An ignoratis fratres, q̄ quicumq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptisati sumus? Consepulti igitur sumus ipsi per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. & quæ sequunt. Et in alio loco maiore cura & manifestius tradit tale dogma dicēs: Quicumq; in Christū baptisati estis, Christū induistis, non est Iudæus neq;

neq; Græcus, non est seruus neq; liber, nō est masculus ac fœmina. Omnes enim uos unus estis in Christo Iesu. Quomodo etiam rursus ad omnes dicit: In quo & circumcisi estis, circumcissione non fiente per manum, dum exuistis corpus peccatorū carnis, in circumcissione Christi, consepulti ipsi per baptismum, in quo etiam consurrexistis cum illo per fidem. Igitur omnis baptizatus baptismate euangelij debitor est, ut secundum euangelium uiuat, etiam propter ea que alibi dicit: Testimonium rursus prebeo omni homini qui circumciditur, quod debitor est totius legis seruandæ. Manifeste igitur confirmat, q̄ omnis baptisatus secundum baptismum in euangelio, uelut scriptū est, ex æquo debitor est, ut impleat iuxta rationē eius, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, id quod scriptum est ab ipso Apostolo: Nam charitas Christi constringit nos iudicātes illud, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, non amplius sibiipsis uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Si enim qui circumcisi sunt parte aliqua corporis, iuxta Moysi circumcissionē, debitor est totius legis seruandæ, quanto magis qui secundum Christi circumcissionem circumcisi sunt, dum exiit totum corpus peccatorum carnis, uelut scriptum est: debitor est ut impleat quod ab Apostolo dictū est: Ego mundo crucifixus sum, & mundus mihi: uiuo autē non amplius ego, uerum uiuit in me Christus. Quare qui uerē iuxta uerba Apostoli baptizatus est in mortem Christi, mortificauit quidē seipsum etiā mundo, multo uerō prius peccato, iuxta id quod ab ipso Apostolo dictum est, in tractatu de baptismo: Vetus noster homo simul crucifixus est ut aboleretur corpus peccati, ut posthac non amplius seruamus peccato: inuiolabile uerō pactum fecit, ut sequatur in omnibus dominū, hoc est ut uiuat Deo integrē ex toto, per omnia implens quæ dicta sunt ab apostolo: Nunc quidē, obsecro uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, cōplacentem deo, rationale ministerium uestrum, & quæ sequuntur. Nunc uerō: Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore uestro, sed exhibete uosipfos Deo uelut ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ deo. In his autē & talibus dogmatibus, rursus dicens: nō est Iudæus neq; Græcus, nō est seruus neq; liber, nō est masculus nec fœmina, omnes enim uos unus estis in Christo Iesu, quo digni fiamus oēs uelut unus uocari, Ades huc serue bone, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituā, intra gaudium dñi tui, quo profectō digni fiamus, si unusquisq; nostrū in eo quo uocatus est et electus, per abundantiorē diligentiam et impigrū studiū, multiplicarit impertitā sibi gratiā, sicut scriptū est.

Quæstio II.

An extra periculum sit, ut is qui non purus est corde, à conscientia praua, aut immundicia, aut inquinamento, sacerdotio fungatur.

Responso.

Moses equidē formam dans his qui tunc erant ad nostram cōmonefactionem, in lege à deo data scribit. Et dixit dominus ad Moysen dicēs, Dic ad Aaron: homo ex genere tuo in familia uestra, qui habet in seipso maculam, non accedet ad offerendum dona deo suo. Nam omnis homo in quo est macula, non accedet. Et in sequentibus interpretatur maculam nō in amixtione alienorū membrorū, neq; in cōtritione unius alicuius, etiam si in parte priorū membrorū nō adeo impediat actionē oblationis boni odoris, sed ledat decorū aut integritatē. At uerbō Dominus dicens, Plus templo hic est: erudit nos q̄ tantō magis impius est qui audeat tractare corpus dñi, qui dedit seipsum pro nobis oblationem & hostiam in odorem suauitatis, quantum corpus unigeniti filij dei excedit arietes & tauros: non in cōparationis ratione. Incomparabilis enim est extollentia. Sed et macula & mutilatio nunc, nō in membris corporis consideratur, uerū in iustificationibus pietatis secundum euangelium cognoscitur, quum aut modicum tempus aut defectuose factum fuerit mandatum, aut non sic ut cōplaceat deo: si humana sententia uelut cicatrix quædam aut lepra, mandato superinferatur. Necessariū igitur est semper quidem, maxime uerō in tempore tanti ac talis mysterij, seruare præceptum Apostoli dicētis: Has igitur habentes promissiones charissimi, mundemus nosipfos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei, nemini dantes ullam offensionem, ut non reprehendatur ministerium, sed in omnibus exhibentes nosipfos sicut dei ministros. Hoc sanē modo quis dignus fiat tractare mysterium domini, iuxta euangelium dei.

L 3 Quæstio

Quaestio III.

An periculo uacet, ut quis non purus ab omni inquinamento carnis & spiritus, edat corpus domini, & bibat sanguinem?

Responsio.

Quum deus in lege supremam poenam constituerit contra eum qui in immundicia au-
det contingere sancta. Scriptum est enim figurate quidem illis, ad nostram uero commone-
factionem. Et loquutus est dominus ad Moysen, dic Aaron & filijs eius, & attendant a san-
ctis filiorum Israel, & non cotaminabunt nomen meum sanctum quaecumque ipsi sanctificat
mihic, ego dominus. Dic ipsis in familias ipsorum: Omnis homo qui accesserit ab omni se-
mine uestro ad sancta, quaecumque sanctificauerint filij Israel domino, & immundicia ipsius
in ipso, anima illa exterminabitur a facie mea, ego dominus. Tales minae propositae sunt contra
eos qui simpliciter accedunt ad ea quae ab hominibus sanctificata sunt. Quid uero quis di-
xerit contra eum qui in tantum ac tale mysterium audet? Quanto enim plus templo hic est,
iuxta ipsam domini uocem, tanto grauius & horribilius in inquinamento animae audere
contingere corpus Christi, quam attingere arietes aut tauros. Sic enim Apostolus dixit: Quare
qui ederit panem, & biberit poculum domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini.
Vehementius autem simulque horribilius proponit ac declarat condemnationem per repeti-
tionem, dum ait: Probet autem unusquisque seipsum, & sic ex pane hoc edat & ex poculo bibat:
qui enim edit & bibit indigne, iudicium sibi ipsi edit ac bibit, non disiudicans corpus domini.
Si uero qui in sola immundicia est (immundicia autem proprietatem figurate ex lege disci-
mus) adeo horrendum habet iudicium: quanto magis qui in peccato est, & contra corpus
Christi audet, horrendum attrahet iudicium? Itaque puri simus ab omni inquinamento (diffe-
rentia autem inquinamenti ad immundiciam manifesta est recte sentientibus) & sic acceda-
mus sancta, ut effugiamus condemnationem eorum qui dominum occiderunt. Nam qui cum
ederit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini: ha-
beamus autem uitam aeternam, sicut promissit uerax dominus et deus noster Iesus Christus: Si
edentes & bibentes memores erimus ipsius pro nobis mortui, et seruauerimus iudicium
Apostoli qui dicit: Caritas enim domini constringit nos iudicantes illud, quod si unus
pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerint. & pro omnibus mortuus est, ut qui
uiuunt, non amplius sibi ipsis uiuant, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit, id quod
professi sumus in ipso baptismo.

Quaestio IIII

An omni uerbo Dei oporteat credere, & obedire in certitudinem ueritatis
eius quod dictum est, etiam si inueniat aut uerbum aut factum aliquod, ipsius
domini aut sanctorum ipsorum, quod contrario modo se habere uideatur.

Responsio.

Haec quaestio etiam si omnino indigna est omni qui consensit confiteri dominum no-
strum Iesum Christum unigenitum filium dei ueri, per quem omnia facta sunt uisibilia et
inuisibilia. Et certe uerba ipsius sunt quae audiuit a patre: attamen necessarium est respon-
dere obedientes Apostolo qui scripsit: Parati estis ad respondendum omni interroganti
uos rationem de fide uestra: & ut ne ex nobis ipsis quid dicentes, ambiguitatem auditori-
bus inducamus, mentionem faciemus ipsius domini qui dicit: Amen amen dico uobis, iota
autem, aut unus apex non praeteribit de lege, donec omnia facta fuerint. Et rursus: facilius est
caelum et terram transire, quam legis unum apicem cadere. Si uero plus Solomone hic est, &
plus Iona hic est, consequens est dicere, quod etiam plus Mose hic est: quum Apostolus
postquam inaccessibilem Israelitis Moysi maiestatem et gloriam recensuit, in comparatione
maiestatis domini nostri Iesu Christi, inferat. Non glorificatum est quod glorificatum est
in hac parte, propter excellentem maiestatem. Si enim quod abolitum est per gloriam, mul-
to magis quod manet in gloria: sic etiam si ex relatis didicimus, ea quae in euangelio dicta
sunt in fide indiscreta firmiora cognoscere ac confiteri: tamen rursus ipsius domini men-
tionem faciemus dicentis: Caelum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Suffi-
ciunt itaque uerba domini plus omnibus in spiritu sancto ac principali confirmare corda
nostra, ut non haesitantur & firmiter sentiamus de omni uerbo procedente ex ore dei. Quo-
uero etiam quorundam debilitati opitulemur, consentaneum fuerit etiam testimonium
unius atque alterius ex multis apponere. Itaque Dauid dicit: Firma omnia mandata eius, et
firmata

firmata in seculum seculi, facta in ueritate & aequitate. Et rursus: fidelis dominus in omni-
bus uerbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis. & multa talia. Iesu autem in regnorum
libris dixit: Scitis quod non cadet uerbum domini in terram. Caeterum de his quae uidentur
contrarietatem aliquam habere, melius est seipsum condemnare, uelut qui nondum perue-
nit ad considerationem diuinitatis sapientiae, & quod difficile est & graue imperscrutabilia
dei assequi, aut obnoxium fieri iudicio audaciae temeritatisque ac pertinaciae, & audire, Im-
pius qui dicit regi, inique facis. Et quis accusabit electos dei? Etiam si autem multa multis
manifestam uidentur solutionem habere, tamen in his quae uidentur contrarietatem habere,
obseruare debemus, quod quum praepcepto uideatur uerbum quoddam aut factum contra-
rium esse, necessarium est unum quocumque praepcepto obedire, & non profunditatem diuinitatis
& sapientiae impetere, aut praetextu peccatis. Hoc enim complacet deo, & pe-
riculo uacare didicimus ex diuinitus inspiratis scripturis. Quum uero praepceptum praepcepto
contrarium esse uideatur, ut argumenta considerantes & totum tractatum legentes, sic nihil
pugnans esse cognoscamus, & quod unicuique conueniens est, ad scopum supernae uocatio-
nis seruemus, ad quem ambo praepcepta tendunt, partim morbum curantia, partim profe-
ctum inducentia, qui ad perfectionem complacentiae erga deum ducit. Quemadmodum
dominus dicit, nunc quidem: Nemo lucernam accensam occultat sub modium, sed super
candelabrum ponit, & lucet omnibus qui sunt in domo. Sic luceat lux uestra coram hominibus,
ut uideant uestra bona opera. & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Nunc uero: ubi
uero tu facis eleemosynam, nesciat sinistra quod facit dextra tua. Et multa alia inuenias et apud
Euangelistas et Apostolos. Si uero praepceptum nobis datum fuerit, quod aut fiat non additum
fuerit, assumamus dominum dicentem, Perscrutamini scripturas: & imitemur apostolos, qui
ipsum dominum interrogauerunt de interpretatione eorum quae ab ipso dicta fuerunt, & eorum quae
ab ipso dicta sunt, ex his quae in alio loco dicta sunt, ueritate ac salutare discamus. Velut de
hoc: thesaurizare uobis thesauros in caelo, Tum ex his quae adulescenti mandata sunt eru-
dimur, quum ipse dominus dicat: Vende tuas possessiones, & da pauperibus, & habebis thesaurum
in caelo. Tu ex his quae dicta sunt ad eos qui concupiscebant regnum caelorum hereditare:
Ne timeas pusille grex, quia complacitum est patri uestro caelesti dare uobis regnum: uendite
possessiones uestras, & date eleemosynam, facite uobis ipsis saculos non ueterascentes, the-
saurum non deficientem in caelis. Si uero etiam periculum consequat ad mandati obseruatio-
nem, quae est gloriatio nostra: memores simus Apostoli dicentis: Bonum est mihi magis
mori, quam ut gloriationem meam quis euacuet. Et alibi latius, Quis nos separabit a dilectione
Christi? tribulatio, aut angustia, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut
gladius: & quae sequuntur. Per quae uehementius erudimur seruare mandata, & abundan-
torem dare demonstrationem dilectionis erga dominum, qui dicit: Qui diligit me, mandata
mea seruabit. & saepe similiter. In reliquis uero Apostolum imitari ac dicere: O altitudo
diuinitatis & sapientiae & cognitionis dei, quam imperscrutabilia sunt iudicia ipsius, & im-
peruestigabiles utraque ipsius. Quis enim nouit mentem domini qui ex caelis descendit: & pa-
tris uerba nobis annunciauit: cui credere necessarium est & salutare, uelut liberos paren-
tibus, & pueros praepceptoribus, iuxta eandem domini nostri Iesu Christi uocem, qui di-
xit: Nisi quis susceperit regnum dei uelut puer, non introibit in ipsum.

Quaestio V.

An omnis uerbi inobedientia digna sit ira & morte, etiam si priuatim singulis
non sint coniunctae minae?

Responsio.

De eo quod omnis uerbi inobedientia digna sit ira & morte, dictum quidem est latius
in epistola de concordia. Quo uero etiam nunc unius aut alterius testimonij mentionem
ex multis faciamus, audiamus Ioannem baptistam dicentem: Qui credit in filium, habet
uitam aeternam: qui uero non credit filio (indefinitum autem comprehendit omnia) non ui-
debit uitam, sed ira dei manet super ipsum. Audiamus etiam ipsum dominum stricte pro-
nunciantem: Iota unum aut unus apex, non peribit a lege, donec omnia facta fuerint. Si uero
legis dogmata sic se habent, quanto magis euangelij, sicut ipse dominus saepe confirmauit.
Caeterum de eo, etiam si priuatim singulis non sint coniunctae minae: sufficere arbitror cre-
dentibus, ut memores sint ipsius Domini, & eorum quae in tractatu doctrinae post beati-
tudines dixit, in quo multorum interdictionum mentionem fecit, & aliquibus quidem etiam
L + minas

minas apposuit, dicens: Omnis qui irascitur fratri suo, obnoxius erit iudicio. Qui uero dixerit Racha, obnoxius erit concilio. Qui autem dixerit fatue, obnoxius erit igni in gehennam, et multa talia. Aliquibus uero non apposuit, uelut quæ dicit: Omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit cum ipsa in corde suo. Et hoc: Ego autem dico uobis, ne iuretis omnino. Et paulo post: Erit autem sermo uester est est, & non non, quod uerò ultra hæc abudat, ex malo est. Et multa talia loquutus, citra propriæ pœnæ inductionem, generalius contra omnes pronunciauit, præfatus quidem: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnū cœlorum. In fine uerò inferens, Omnis qui audit hos meos sermones, & nō facit eos, assimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerūt in domū illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et in multis locis multorum peccatorum mentione facta, nō apposuit etiam repositam unicuique pœnam, sufficere arbitratus ea quæ in summa sæpe dicta sunt contra omnia. Quandoquidem uero opus habent debiliores auxilio, mentionem faciemus etiam Apostoli, nam & ipse dominum imitans aliquando quidem dixit: Si quis quæ frater appellatur fuerit scortator, aut auarus, aut idololatra, aut conuiciator, aut ebriosus, aut rapax, cum tali neque cibū sumatis. Aliquando uerò: Nolite mentiri inter uos. Et alibi, Omnis ira & indignatio & clamor, & blasphemia tollatur à uobis cum omni malicia. Et multa talia sæpe loquutus citra minarū additionem, alibi generalius pœnam apponit, dicens: Ne erretis, neque scortatores, neque idolorū cultores, neque adulteri, neque molles, neque masculis concumbentes, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque conuiciatores, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Alibi uerò rursus latius scribit: Et sicut non probauerunt, deum habere in cognitione, tradidit ipsos deus in reprobam mentē, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, scortatione, malicia, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrone, obreclatores, dei osiores, contumeliosos, elatos, arrogantes, inuentores malorum: parentibus inobedientes, insipientes, incompósitos, sine dilectione, absque fœdere, immisericordes. Qui quum iustitiam dei non uerunt, quod qui talia faciunt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, uerum etiam assentiuntur his qui ea faciunt. Quapropter inexcusabilis es o homo, quisquis es qui iudicas: in quo enim iudicas alterū, te ipsum condemnas, eadem enim facis qui iudicas. Et multis locis similiter. Ex quibus ostenditur, quod etiam si particulatim nō sint adiectæ minæ singulis speciebus, necessario cognoscere debemus, quod inuitabili necessitate generali subiacet sententia qui unum mandatū transgreditur, quum dñs noster Iesus Christus pronunciarit: Qui reprobatur me, & non assumit me, habet iudicantē ipsum; sermo quem loquutus sum, ille iudicat ipsum in extrema die, & quæ sequuntur magis horrenda. Et Ioannes baptista quo nemo maior, definite testetur: Qui nō credit filio, non uidebit uitā, sed ira dei manet super ipsum. Hoc enim familiare est diuinæ scripturæ etiam in ueteri testamento. Nam per Moysen qui multa in lege scripsit, citra additionē minarum contra transgredientem, aut negligentem, generalem contra omnes maledictionem induxit, quæ grauissimum supplicium auspicatur, dum inquit: Maledictus omnis qui nō permanet in omnibus scriptis in libro legis huius. Et alibi, Maledictus, inquit, qui facit opera domini negligenter. Si uerò is qui negligenter facit maledictus est, ergo qui non facit quæ dignus est?

Quæstio VI.

An inobedientia in faciendo quod uetitum sit, aut etiam in relinquendo aliquid eorum quæ approbata sunt? Responsio.

Hoc iudicium uehementius confirmans dñs noster Iesus Christus, in reprobationem progressi erroris, et confirmationē cordiū nostrorū in sana fide, uoluit nos docere timorē iudiciorū, non solū per uerba, sed etiam per exēpla, tanquā res ipsæ magis inducant certitudinem ueritatis. Et primū quidē ait: nisi abundauerit iustitia uestra plus quā scribarū & pharisæorū, nō ingrediemini in regnū cœlorū. Et post totū tractatū eius doctrinæ, induxit sententiam cū exēplo dicens: Omnis qui audit hos meos sermones, & non facit ipsos, assimilabitur uiro stulto qui ædificauit domū suā super arenā, et descendit pluuia, & uenerūt flumina, & flauerūt uenti, & irruerūt in domū illam, & cecidit, et fuit ruina eius magna. Et rursus: Arborē sicut habebat quidā plantatā in uinea sua, et uenit quærens fructū in ipsa, et nō inuenit

uenit. Dixit autē ad cultorē uineæ, Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærens fructū in ipsa, & non inuenio: Excide ipsam, ad quid etiam terrā occupat. Et alibi manifestius exponit iudiciū hoc, dicens: Abite à me maledicti in ignem æternū, qui præparatus diabolo & angelis ipsius. Et infert, non operationē alicuius uetiti, sed defectū approbatorū operum recensens: Esuriui enim, & non dedistis mihi edere, sitiui, & nō potastis me. Et quæ sequuntur. Et multa talia repererit quis ad demonstrandū, quod non solū qui mala operantur, digni sunt morte, quibus etiam ignis inextinguibilis præparatus est, cū quibus eodem nantur etiam qui per seigniciē cessant à bonis, sed etiam qui bona negligenter faciūt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui facit opera domini negligenter. Tempestiū autem fuerit meminisse etiam Ioannis, ad eos qui acceperunt remissionē peccatorū per baptismum dicens: Progenies uiperarū quis comonstrauit uobis ut fugeritis à uetura ira: facite igitur fructus dignos pœnitentiæ, & ne uideamini dicere in uobis ipsis, patrem habemus Abraham, dico enim uobis, quod potest deus ex lapidibus his excitare filios Abraham. Iam uerò securis ad radicem arborū posita est. Omnis igitur arbor nō faciens fructū bonum, excinditur, & in ignem mittitur. Quæ singula non operationē mali alicuius indicant, sed seigniciē iustificationis diuini cultus. Si enim maledictus est omnis qui facit opera domini negligenter, quod non cum decente promptitudine fecit, quanto magis maledictus, qui nō quomodo cūque bonum sustinent. Et merito audiunt, Abite à me maledicti in ignem æternum, paratū diabolo & angelis eius. Quare ex his manifestū est, quod necessario multa celebritate & impigro studio opus est, cū bona concupiscentia, eaq; intenta in præceptis dñi nostri Iesu Christi, ut digni etiam ipsi beatificatione euadamus, sicut ipse dominus noster Iesus Christus unigenitus dei uiui filius dixit: Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quia ipsi saturabuntur.

Quæstio VII

An possibile sit, aut coplacent, aut gratū deo, eum qui peccato seruit facere iustificationē, iuxta diuini cultus sanctorū regulā.

Responsio.

Quum in ueteri quidem testamento deus dicat, Peccator sacrificans mihi uitulum, est uelut qui occidit canem, & offerens similaginem, uelut qui offert sanguinē suillum: & tantam de his quæ offeruntur in sacrificium, diligentiam ac sinceritatē sanciuerit, & horrendum iudicium contra peccatorē posuerit: In nouo autem testamento dominus noster Iesus Christus per seipsum in euangelijs dixerit, Qui facit peccatū, seruus est peccati. Et nemo potest duobus dominis seruire. Et, non potestis deo seruire & māmonæ. Et manifestissime decreuerit: sic omnis ex uobis qui non renunciat omnibus bonis suis, non potest meus esse discipulus: Si uero de medijs talis sententia lata est, quid nam quis dixerit de interdictis? Et quum per Apostolū dixerit, Nolite iugum ducere cum incredulis, quod est enim cōsortium iusticiæ cum iniusticiæ: aut quæ societas luci cum tenebris: aut quæ cōcordia Christo cum Belial: aut quæ fors credenti cum incredulo? quis uero cōsensus templo dei cum simulachris: impossibilitas omnino & displicentia apud deum, & periculosa audēti declarata est. Quapropter adhortor, uelut docet dominus, faciamus arborem bonam, & fructum ipsius bonum, & purgemus primum internam poculī ac patinæ partem, & tunc externa ipsius erit munda tota. Et per Apostolū eruditi, purgemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, & perficiamus sanctificationem in dilectione Christi, ut complacentes deo, & acceptabiles domino siamus in regno cœlorum.

Quæstio VIII

An acceptabile sit deo opus mandati, non consequenter secundum mandatum dei fiens.

Responsio.

Huius quæstionis claritatē & uelut regulam quandam in omni tali negotio erudimur ex ueteri testamento, uelut ex dei persona dicente: Si recte quidem obtuleris, recte uero non diuiseris, peccasti, quiesce, ad te conuersio ipsius: Ut non solum non acceptabile sit, quod non legitime oblatum est, sed etiam ad peccatum reputetur ei qui sic obtulit. Verum iuxta similitudinem Apostoli, uelut per exemplum humanum, inuolabilem diuini cultus regulam, uniuersaliter in omnibus discere licet, dum ait: Etiam si certer quis,

non coronatur, nisi legitime certauerit, cum maiore uero timore ipsius domini nostri Iesu Christi mentionem facere possumus, qui terminum expressit; dum inquit: Beatus seruus ille, quem reuersus dominus inueniet sic facientem. Nam quum sic dixit, demonstrauit quod qui non sic facit, beatiudine excidit; uelut ex multis in ueteri ac nouo testamento historijs ac dictis exacte discere ac certificare possumus. At uero non sic, sit aut præter locum, aut præter tempus, aut præter personam, aut præter rem, aut præter mensuram, aut præter ordinem, aut præter affectionem. Videamus autem primū rationem eius quod sit præter locum. Quum itaq; Apostolus his quæ in consuetudine obtinuerunt, usus sit, ad manifestiorem contestationē ac opem eorum quæ in pietate decent apud audientes, dum dicit: Aut neq; ipsa natura docet uos, quod uir quidem si comā nutrit, ignominia ipsi est, Mulier uero si comam nutrit, gloria ipsi est; & quæ sequuntur: consentaneum itaq; fuerit etiam nos his quæ in natura obtinuerunt ad præsentis uitæ necessitatem uti. Nam quum edere & bibere contineat uitā, quis modestus sustineat in foro edere ac bibere? Aut quis patiat in petras semina demittere, in detrimentum horum ipsorum, & expectatorū fructuum? Et multa sane quis inuenit præter locum periculose aut cum condemnatione scientia. Rursus autem memores Apostoli qui dixit, Hæc figurate acciderunt illis, scripta autem sunt ad nostram commonescionem, ad quos fines seculorum deuenerūt: uideamus an ne ea quæ sancta sunt à deo ad pietatem ac cultum dei, societatem inter se habentia, differentiam inuolabiliter conseruauerunt. Aliqua enim assignata erant Hierosolymis, & qui extra fecissent, periclitabantur. Aliqua uero etiam amplius ipsi templo & altari, et in ipsis Hierosolymis, aut alijs locis, sed tamen cultus diuini erant decreta. Et neque quæ in templo & altari fiebant, in alijs locis Hierusalem facere quis audebat: neq; quæ in alijs locis fiebant, etiam in templo fieri permittebantur. Nobis autem præter locum periclitatur mandatum, maxime si sacerdotij mysteria perficiamus in prophanis locis, quum huiusmodi res declaret contemptum perficientis, & alium in alio quodam affectu multo fortius offendat, propter multorum diuersam in cognitione debilitatem. Si uero quis dicat, Cur igitur Apostolus dixit, uolo igitur uiros adorare in omni loco, propterea quod dominus in omni loco potestatem orandi dedit, dum dicit: Neque in Hierusalem, neq; in monte hoc adorabitis patrem: illud dicere licet, quod uox in omni, non comprehendit locos humanis necessitatibus destinatos, & immundis ac abominandis negocijs, sed dilatat se à circumscriptione Hierusalem in omnem locum orbis terrarum, & iuxta prophetiam sacrificij, eum qui studiose uidelicet dicatus est deo, ad gloriosi mysterij celebrationem. Nam ubi Prophetam dicentem audiuimus: Vos autem omnes prophetæ dei uocabimini; non omnes talis sacerdotij aut ministerij potestatem arripimus, neque alius potestatem habet, ut alteri datam gratiam sibi ipsi sumat. Sed unusquisq; credens in proprios fines doni dei manet. Velut Apostolus nos docet, dum dicit ad omnes quidē, Obsecro uos fratres per miserationes dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, complacentem deo, rationale ministerium uestrum, & ne conformemini huic seculo, sed transformamini in renouatione mentis uestræ, ut probetis quæ sit uoluntas dei bona & complacens ac perfecta: Ad singulos uero manifeste discriminans unicuiq; conueniens ministerium, & prohibens alienum ordinem inuadere, dum dicit: Dico enim per gratiam dei quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, ut ne plus sapientis quam sapere oportet, sed sapientis ad modestiam, prout unicuique deus mensuram fidei imperit: & per mutuam membrorum corporis, ad bonam figuram ac securitatem coactam ordinationem, regulans in nobis nostram mutuam complacentem deo in dilectione Iesu Christi disciplinā, in differentia donorū. Dicit enim, Quemadmodū in uno corpore membra multa habemus, omnia autē membra non eandem actionē habent. Sic multi unū corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius membra, habentes autē dona secundū gratiam quæ data est nobis diuersa, siue prophetiā iuxta proportionē fidei, siue ministeriū in ministrando: & quæ sequuntur. Si uero hi qui cooperantur inter se ad unum scopū complacentiæ erga deum, & itā inter se habent coniunctionē societatis in dilectione Christi, proprium locum doni transgredi non permittuntur, quomodo non multo magis alienis & contrarijs rebus definitos locos à sanctis discernere debemus: Ex oibus enim relictis ex diuina scriptura & talibus, & prædictis exemplis erudiri nos oportet, quod actio præter locum ad con-

ad contrarium propositi scopi finem nos conuertit. Porro quod præter tempus sit, ex ipso domino nostro Iesu Christo audire licet, dicente: Quapropter simile est regnū cælorum decem uirginibus, quæ acceptis lampadibus suis, exierunt obuiam sponso. Quinq; autē ex eis erant prudentes, & quinq; fatuæ, quæ sanè fatuæ lampadibus suis acceptis, non acceperunt oleum secum: prudentes autē acceperunt oleum in uasis suis. Moram uero trahente sponso dormitauerunt omnes ac dormierunt. Media autē nocte clamor factus est, ecce sponus uenit, ite obuiam ipsi. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas: fatuæ uero prudentibus dixerunt, date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uedentes, & emite uobis. Dum autē abirent ad emendū, uenit sponus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cū eo ad nuptias, & clausa est ianua. Postea uero ueniunt etiam reliquæ uirgines dicentes, domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait ipsis: Amen amen dico uobis, non noui uos. Vigilate igitur, quia neq; diem scitis neq; horam. Quandoquidem uero denunciationē de iudicio ipsius sæpe scientem, uehementius accendere, et magis credi scio, etiam in alio loco iuxta eandem sententiā, relata apponam. Dicit autem ipse dominus: Multi quærent intrare, & non poterunt, ex quo quum ingressus fuerit paterfamilias, & clausit ostium, & coeperitis dicere, domine domine, aperi nobis, tunc respondens dicit: Non noui uos unde sitis: propterea dico uobis, estote parati, quia quæ hora non putatis, filius hominis uenit. Et in multis locis similiter. Si uero & Apostolum in testimonium aduocare oportet, audiamus ipsum mentionem facientem prophetæ dicentis, In tempore acceptabili exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tibi: & postea de seipso inferentem: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et rursus, itaq; dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes quidē, maxime uero erga consortes fidei. Si uero etiam alio testimonio opus est, memores sumus Dauidis dicentis, Pro hoc orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno; & Solomonis qui secundū tempora definiuit, quod omnia bona sunt in tempore suo. At uero præter personam sit, in ueteri quidem testamento, uelut de Chore, & his qui ausi fuerunt ingredi ad non datum ipsis sacerdotium, & qui inciderunt propter seueritatem iræ, in perniciem & in interitū horribiliorem. Ab ipso autē domino erudimur, ut nos muniamus, dum dicit ad discipulos: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt de domo Israel: & ad mulierē, Non est bonum sumere panem filiorū, & obijcere canibus. Præter rem uero fieri erudimur ex ueteri quidē testamento, quum præcepto dato ut sacrificiū fiat ex mundis & integris ac nulla labe contaminatis, non ex talibus oblatio facta fuerit. De quo dixit deus: Adduc ipsum ad principē tuum, si admiserit ipsum, si susceperit faciem tuam. Ex nouo uero testamento, ab ipso domino nostro Iesu Christo, prophetiæ Esaiæ mentionem faciente contra Iudæos, Recte prædixit Esaias de uobis dicens, Populus hic labijs me honorat, cor autē ipsorum procul à me est. Frustra uero colunt me, docentes doctrinas præcepta hominū. Et ab Apostolo testimonium ferente de conscientia Iudæorū, condemnante uero ipsos in diuersitate iusticiæ, scribit autē sic: Testimonium enim perhibeo ipsis, quod æmulationē dei habent, sed non secundum scientiā. Ignorantes enim iusticiā dei, & propriā quærentes statuere, iusticiæ dei non subiecti sunt. Quapropter Apostolus cōplacentiæ erga deū legitime curiosus, post enat rationē earum quas in lege summas perpetrauerat iusticias infert. Verū tamen existimo oīa detrimentū esse, propter excellentiā cognitionis Christi Iesu dñi mei, propter quem omnium detrimentū feci, omniaq; pro reiectamētis habeo, ut Christū lucrificā, & inueniar in ipso non habens meam iusticiā ex lege, sed eam quæ per fidē est Iesu Christi, iusticiā ob fidē ad cognoscendū ipsum. Et quæ sequitur. Per hæc autē & talia erudit nos, ut multo diligentius uitemus ne humanā iusticiā regulæ dñi nostri Iesu Christi de cōplacentiā erga deū supinducamus. Cæterū quomodo præter mensurā fiat, sufficere arbitror meminisse dñi nostri Iesu Christi, ad distinctionē mensuræ ueteris dilectionis (Scriptū est autem, diliges proximū tuum sicut teipsum) dicentis: Mandatū nouum do uobis, ut diligatis uos mutuo, quemadmodū ego dilexi uos. Maiorem hac dilectionē nemo habet, ut quis animam suā ponat pro amicis suis. Et in summa omnes simul iustificationes discere licet ab ipso domino qui definiuit: Nisi abundauerit iusticia uestra plus quā scribarum & pharisæorum, non ingredi poteritis in regnū cælorū. Præter ordinem uero & consequentiā sit, quum

quum prima in secundo loco aut tertio quis tractarit, & ea quæ in tertio loco locata sunt, principium eorum quæ præposita sunt, putarit. Velut uerbi gratia, quum dominus præcepit ei qui dixit, Hæc omnia seruauit ex iuuetute mea, uende possessiones tuas, & da pauperibus, & tolle crucem tuam, & ades huc sequere me; Si quis ei qui nihil fecisset ex propositis, illud ades huc, sequere me, iniungeret. Et uelut quum rursus dñs dicit, Si quis uenit ad me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: si quis sequi præpositis præponat. Et rursus quum dominus post multa inferat. Sic omnis ex uobis qui non renunciat bonis suis, non potest esse meus discipulus: si quis ante quæ prædicta seruet, discipulum se esse imaginetur. Quapropter necessarium est seruare Apostoli præceptum dicentis: Omnia honeste & secundum ordinem fiant. At præter affectionem sit, uelut quum dicat dominus de his qui ex affectu ut hominibus cōplaceant, faciunt elemosynas, aut aliam quandam iustificationem faciunt, ut uideantur ab hominibus, Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Adhuc autem uehementius declarat maliciam eorum qui propter affectum humanum faciunt præceptum domini, ostendens quod non solum mercede destituitur, sed etiam supplicio dignus est qui facit præceptum, non secundum cultum dei, sed iuxta hominum complacentiam, aut alicuius alterius uoluptatis gratia, aut avariciæ, aut negotiorum. Quos accusat Apostolus. Verum ipse dñs uehementius tales cōdemnat dicit: Multi uenerunt in ista die dicentes, dñe dñe, non in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus: & comedimus tecum ac bibimus: & in plateis nostris docuisti: & tunc respondebo ipsis dicens: Secedite à me, non noui uos, unde sitis operatores iniquitatis. Quare ex his & talibus manifestum est, quod etiam si quis dona operetur, & præcepta faciat, non autem secundum affectionem & scopum, quem docuit dñs ubi dicit, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est: & quem Paulus apostolus in Christo loquens tradidit dicens, Siue editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia ad gloriam dei facite: merito audit quæ dominus respondit. Vnde Apostolus dicere didicit: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum aes resonans, & cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, et nouerim mysteria omnia, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in alendos pauperes omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut exuram, charitatem autem non habeo, nihil utilitatis capio. Et alibi uniuersalius & uehementius dicit: Si adhuc hominibus placeam, Christi seruus non essem. Si uero etiam ueteris testamenti testimonium requiris ad certitudinem talis iudicij Moses dicit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis: & diliges proximum ut teipsum. Quibus infert dñs. In his duobus mandatis tota lex & propheta pendet. Testatur & Apostolus dicens: Complentum igitur legis charitas. Quod autem poena non careant qui non perficiunt hæc mandata, & iustificationes sub ipsa cadentes, sed supplicij sunt obnoxij, ipse Moses clamat dicens: Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in hoc libro. Dauid autem ait: Si meditatus sum iniustitiam in corde meo, non exaudiat me dñs. Et alibi: Illic timebunt timore, ubi non est timor, quia deus dispersit ossa complacentium hominibus. Itaque multa diligentia & uigilante cura opus est, ne præter quid ex relatis mandata operati, non solum tali ac tanta mercede priuemur, sed etiam in horrendas adeo minas incidamus.

Quæstio IX

An oporteat communitatem habere, cum iniquis & facientibus præter legem, aut cum infructuosis operibus tenebrarum, etiam si non sint tales de numero eorum qui mihi concrediti sunt?

Responsio.

Iniquus est omnis qui non totam legem seruauit, aut qui etiam unum mandatum transgreditur. In defectu enim etiam minimi totum periclitatur. Nam quod modice & penè factum est, non factum est. Quemadmodum enim qui ferè mortuus est, non est mortuus, sed uiuit: & qui ferè uixit, non uiuit, sed mortuus est. Et qui penè ingressus est, non ingressus est, sicut quingæ uirgines. Ita qui penè legem seruauit, non seruauit, sed est iniquus. Quapropter etiam necessarium in delinquentibus, præter legem, etiam si legitimi esse uideantur, obedire Apostolo dicenti, Si quis frater nominatur, aut scortator, aut avarus, aut ebriosus, aut concubiator, aut raptor fuerit, cum

eum tali neque cibum sumatis. Obseruandum autem hic, quod non eum qui hæc omnia est, à cōmuni diæta segregauit, sed etiam eum qui unum quoddam est ex his omnibus, propterea quod non dixit, cum hoc, sed cum tali. Et rursus, Mortificate membra uestra quæ sunt super terram, scortationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auariciam quæ est cultus simulachrorum, propter quæ uenit ira dei (Et uniuersalius induxit) in filios inobedientia. Ne igitur cōmunitatem cum ipsis habeatis. Et rursus, Subducite uos ab omni fratre inordinate ambulante, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Et alibi similiter. Quo uero manifeste cognoscamus, quid sit non habere cōmunitatem cum operibus infructuosis, primum consideremus in quibus rebus situm sit infructuosum appellatio. An in cōdemnatis solum, aut in laudatis non ex sano affectu fientibus. In ueteri igitur testamento Solomon in arboris cōparatione de sanctis dixit: Qui fructum suum dabit in tempore suo. Solomona autem dicit: Opera iustorum uita faciunt, fructus autem impiorum, peccata. Oseas uero dicit, Seminate uobis ipsis ad iusticiam, uindemiare fructum uite. Et Micheas: Et erit terra in dissipationem cum habitantibus in ipsa, à fructibus studiorum ipsorum. Et alij prophetae alia plura. Verum hæc quidē uelut lucerna luceat, lux autem uera ille sol iusticiæ, ipse dñs noster Iesus Christus clarius declarat dicens: Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor putrida fructus bonos facere, Et alibi similiter. Quum igitur habeamus fructum nomine, de his quæ inter se cōtraria sunt similiter positum, deinceps consideremus, quæ nã sint arbores infructuosæ, & quæ opera Apostolus dicat infructuosa. Infructuosæ itaque arbores declarantur nobis à Ioanne Baptista, qui ad dignos factos baptismo in remissionem peccatorum, & purgatos ab omnibus sordibus dixit: Facite igitur fructus dignos poenitentia: et paulo post inquit, Omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur & in ignem mittitur. Clarius autem docet dñs à dextris stantibus, dicens: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum à iactis mundi fundamentis. Et bonos ipsorum fructus ostendens in his quæ cōsequenter infert, à sinistris autem stantes mittens in ignem æternum, paratum diabolo et angelis eius. Quibus non peccati operationem obijcit, sed segniciem ac situm ad proferendum fructus bonos. Esuriui enim, inquit, & non dedistis mihi edere. Et quæ sequuntur. Quæ sanè segnicies effecit ut essent in sorte peccatorum, qui angeli diaboli à dño appellantur. Declarata igitur differentia eorum qui contrarios fructus produciunt, & infructuosorum, deinceps uideamus, quæ sint maxime quæ Apostolus appellat opera infructuosa. Ego autem re expendens, non inuenio inter eum qui legitime & cōplacenter deo mandatum operatur, & eum qui malum operatur, atque eum qui neutrum facit, nisi eos qui faciunt bonum non complacenter deo, iuxta aliquam causam relatam in quæstione, An acceptabile sit deo opus mandati, non consequenter secundum mandatum fiens. De quibus dicit dominus, quod mercedem suam habent: quemadmodum quingæ fatuæ uirgines quibus dñs testimonium perhibet, quod uirgines erant, & lampades parauerant, & quod accenderant, hoc est, æqualiter uelut prudentes operata erant, & exterant obuia dño, & per oia similiter uelut prudentes studium ostenderant, uerum propter solū defectum olei in uasis, scopum non affectu, & ab ingressu ad sponsum exclusæ: & quemadmodum hi qui ex duobus existitibus in piltrino, & in eodem lecto, relinquuntur: in quibus fortassis causam obtinuit dñs, ut in omni re obmodicum saltem defectum eius quod decet, & maxime sinceræ dilectionis, uelut Apostolus docuit, displicentiam fieri demonstrat. Quum igitur sciamus ob quã causam arborum infructuositas contingat, uitemus ut ulla re deficiente legitimum certamen cōplacentiæ erga deum decernemus. Sed in omnibus exhibeamus nos ipsos uelut dei ministros, atque hoc non solum, sed ut neque cōmunitatem cum talibus habeamus, uelut in Christo loquens Paulus, stricte pronunciauit dicens: Nolite cōmercium habere cum operibus infructuosis tenebrarum: at uero quum inferat, imò potius etiam redarguite: breui modum non habedæ cōmunitatis docuit. Quid autem sit non habere cōmercium ac cōmunitatem, aut etiam quibus modis hoc fiat, consideremus. Memor igitur eius quod in prouerbij dicitur est, Veni nobiscum, cōmunicam sanguinem. Et apud Apostolum, quum participes ac socij gratia uos oēs mihi sitis. Et, socij fuistis mihi in tribulatione. Et, cōmunicet autem is quis instruit uerbo, ei qui ipsum instruit in oibus. Et, si uidebas furē, currebas cum ipso, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Et, reprehendedo redargues fratrem tuum, & non assumes propter ipsum peccatum. Et, hæc fecisti & tacui, præsumpsisti iniquitatem, quia ero tibi similis, redargua te & producama ante faciem tuam: & talium

& talium: cōmunitatem ac societatem secū dum opus esse arbitror, quum mutuo interesse in eodem scopo opem tulerint ad operationem: secundū mentem uero, quum consenserit quis affectioni facientis, & complacentiā habuerit. Alia uero societas multos latens in diuinæ scripturæ sinceritate apparet, quū neq; coopatus, neq; affectioni assensus, gnarus aut maliciæ mentis ex qua facit, cōtulerit & non redarguerit, tum iuxta ea quæ superius scripta sunt, tum iuxta illud ab Apostolo Corinthiis dictū: nō luxistis ut tollerēt de medio uestri, qui hoc facinus perpetravit: & intulit, modicū fermentū totā massam corrumpit. Timeamus igitur et suscipiamus ipsum dicentē: Expurgate uetus fermentū, ut sitis recens subacta massa. At uero qui coopatur alicui bonū bona mente, ignorans aut affectionis & scopi ipsius maliciam, nō in eo quod coopatur, societatis crimen habebit, sed in eo quod separatus est ab alieno affectu. Qui autē conseruat seipsum in regula dilectionis erga deum, propriā mercedem accipit iuxta propriū laborem, uelut ille in seclio, et illa in pistrino, manifestati sunt nobis ab ipso dño nostro Iesu Christo. Ceterū differentia in eos quos his concrediti sunt, aut nō, in diligentia ac curæ debito sita est, non in societate peccatorū. Diligentia enim ipsa præcipue solis his qui mihi cōcrediti sunt, à me debetur, societas autem ad malum, & opera infructuosa, cum omnibus simul interdicta est.

Quæstio X

An semper sit periculosum scandalum exhibere? Responsio.

Primum equidem necessarium esse arbitror, nosse quid est scandalum. Deinde differentiam eorū qui scandalū exhibent, & eorum per quæ scandalū exhibetur: atq; sic cognoscere tum ubi est periculum, tum ubi non est. Scandalū igitur est, uelut ego arbitror, ex his quæ scripta sunt inductus, omne quod aut ad defectiōnē quādam ueritatis secundū pietatē dicit, aut prouocatiōnem erroris inducit, aut ædificat ad impietatem, aut in summa, omne quod prohibet mādato dei obedire usq; ad mortē ipsam. Siquidē igitur ipsum iuxta propriam rationē bonum fuerit quod dicitur, aut fit: Morbus autē utētis opere aut sermone, in ipso usu induxerit ipsi detrimentū, purus est ab omni cōdemnatione scandalū perpetratorum is qui bonū ad fidei ædificationē dixit & fecit. Velut dñs dixit, Non quod ingreditur in os inquinat hominē, sed quod egreditur ex ore, hoc inquinat hominē: & ad scandalum perpeffos induxit, Omnis plantatio quā non plantauit pater meus celestis, eradicabitur. Quum autē dixisset, Qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, habet uitam æternā: & paulo post, Nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ipsi datum ex patre meo: & tunc quidā his uerbis ad fidei ædificationē uelut scriptū est, & multi discipulorū audito hoc sermone abierunt retrorsum, & non amplius cum ipso ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim, num et uos uultis abire? Respondit ergo Simon Petrus, dñe ad quem abibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus quod tu es Christus filius dei uiui: his sanē qui sanam fidem habebant, ad ædificationē fidei usi sunt: huius uero qui infirmam cognitionē aut fidem habuerūt, propter propriam maliciā, ad interitus occasionē eadem usurpauerunt, iuxta hoc quod scriptū est de dño: Hic positus est in ruinam & resurrectionē multorum, nō iuxta suam ipsorū contrarietatē ad ipsum, sed iuxta oppositā utentium sententiā, quemadmodū etiam Apostolus inquit: Quibusdā odor uitæ in uitā, quibusdā uero odor mortis in mortē. Si uero ex propria natura malū fuerit id quod fit aut dicitur: is qui fecit ipsum aut dixit, & proprij peccati, & scandali condemnationem habet, etiā si propter quem fit scandalū, non perpeffus fuerit scandalū, uelut de Petro discimus, ad quem dicit dñs, prohibitus implere ministeriū ac dispensationem obedientiæ usq; ad mortē. Abi retrorsum à me satana, scandalū mihi es: & inducia causa paucas in summa proprietates scandali docuit: quia nō sapis ea quæ sunt dei, sed quæ sunt hominū: ut hinc nobis cognoscere detur, qd omnis sentētia cōtrariē se habens ad sententiā dei, scandalū est, & ad opus progressa homicidæ cōdemnationē habet, iuxta id quod scriptum est ab Osea propheta: Occultauerūt sacerdotes uia, occiderunt Sicitma, quia iniquitatem fecerunt in populo. At uero si id quod dicitur aut fit, iuxta propriam rationem fuerit ex concessis, accipiat aut in detrimentū, & fiat debilibus in fide aut cognitione scandali occasio, is qui fecit scandali iudiciū non effugit: quū Apostolus de talib. & debilibus nō parcentibus dicat. Sic autē peccātes in fratres, & uerberātes ipsorū cōscientiā in firmā, in Christū peccatis. Quare cū id qd fit, propria ratione malū fuerit, & causa fiat scandali,

aut

aut etiam quid ex concessis & in nostra potestate sitis, ei qui debilis est fide aut cognitione, scandalū fiat, manifestū & inuitabile habet horrendum illud iudiciū à dño dictum, nempe: expedit ipsi magis ut suspēdatur mola asinaria in collum eius, & demergatur in mare, qd ut unum ex pusillis his per scandalū offendat. Diffusius porro in primis quæstionibus exposuimus, ubi etiā modi eorum qui scandalū perperunt, expoliti sunt. Quapropter Apostolus etiā de concessis dicit: Bonū est nō edere carnes, neq; bibere uinū, neq; quicquid per quod frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Et rursus alibi, Omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendū quod cum gratiarū actione sumitur: attamen, inquit, nō edam carnes in eternū, ut ne fratri meo scandalū exhibeam. Si uero in cōcessis talis est cōdemnatio, quid sanē qd dixerit de interdiciis: Quapropter uniuersaliter nos erudit dicens. Sine offensione estote & Iudæis & Græcis & ecclesiæ dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

Quæstio XI

An oporteat aut periculo uacet, recusare quid imperatū à deo, aut prohibere eum cui imperatū est facere, aut prohibētes tolerare: maxime si legitimus sit qui prohibeat, aut ratio honesta specie prædita præcepto resistat.

Responsio.

Quum dñs dicat, discite à me quod mitis sum & humilis corde, manifestum est quod etiam oia securus erudimur, ipsius domini nostri Iesu Christi unigeniti filij dei uiui memores existentes, qui quū Ioannes Baptista ad ipsum dixisset, Ego opus habeo à te baptizari, & tu uenis ad me, respondit: Sine modo, sic enim decens est nos implere omnem iusticiam. Coram apostolis aut, quum deprecatus esset Petrus, ut ne tentationes ac tormenta ab ipso dño in Hierusalem futura prædicta, ipsi inducerentur, cum maiori indignatione dixit: Abi retrorsum à me satana, scandalū es mihi, quia nō sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum. Et rursus, quando ipse Petrus recusasset ministeriū, ob affectum honoris erga dominum, dixit: Nisi lauero te, non habes partem mecum. Si uero oportet amplius auxiliū per eiusdē generis exempla animæ afferre, memores sumus Apostoli dicentis: Quid facitis plorātes & frāgentes cor meū, ego enim non solū ligari, sed etiam mori in Hierusalem paratus sum pro nomine dñi Iesu. Quis autē fuerit celebrior Ioanne, aut magis legitimus Petrus: aut quorū rationes magis præ his quas illi obtenderūt, uideri possint? Ego uero noui qd neq; Moses sanctus, neq; Ionas propheta, rationibus ad reprobandā obedientiam usi, inculpabiles permanserunt apud deū. Per quæ eradimur neq; contradicere, neque prohibere, neq; prohibentes tolerare. Si uero ex his & talibus semel docuit nos scriptura non tolerare, quātō magis in reliquis necessariū est sanctos imitari: qd nunc quidem dixerunt, Obedire oportet deo magis qd hominibus: nunc uero, An iustum sit uos audire potius quā deū, iudicate. Nō possumus enim, quæ uidimus & audiuius, nō loqui.

Quæstio XII

An omnis omnium debitor sit diligentie ac curæ in oibus, aut solū eorum qui sibi concrediti sunt, atq; horū iuxta impertitū ipsi à deo per spiritū sanctum donum.

Responsio.

Quum dñs noster Iesus Christus unigenitus filius dei, per quem omnia facta sunt, uisibilia & inuisibilia constiteatur, non sum missus nisi ad oues quæ perterūt domus Israel: & discipulis suis dicat, Quemadmodū misit me pater, etiā ego misi uos: & præcipiat, in uiam gentium ne abite, & in ciuitatem Samaritanorū ne ingredimini: & post completam in ipsum prophetiā Dauidis, qui uelut ex persona dei & patris dixit, filius meus es tu, ego hodie genui te, pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, et promissionem tuam terminos terræ: discipulis suis mādēt, Euntes docete oēs gentes: Quō nō multō magis unusquisq; nostrū diligentius seruare debet Apostoli præceptū scribentis, ut ne plus sapiamus, qd sapere oportet, sed sapiamus ad sobrietatē, prout unicuiq; deus fidei mensurā partitus est: & ut maneamus in eo quod præceptū est, uelut rufus ait, unusquisq; in quo uocatus est fratres, in hoc maneat: Sed & idē Apostolus id quod alijs præcepit diligentius seruās dicit, Dextras dederūt mihi & Barnabæ societatis, ut nos quidē ad gētes, ipsi uero ad circūcisionē. Si uero aliquādo cōtingat necessitas, dilectione erga deū, aut erga proximū, uocante nos ad supplementū deficientis, is qd obediuit, mercedē habet uoluntariæ obedientiæ.

Vocat

Vocat autem aliquando dilectio erga deum & Christum ipsius ad explendum mandatum, uelut dominus dixit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos, maiorem hac charitatem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Erga proximum uero, quando is cui praefectura tradita est, auxilio opus habuerit, aut agmen eorum quorum cura geritur, opus habet aliquo defectu supplere, sic enim apostolus dixit, Nemo quod suum est, quærat, sed unusquisque quod alterius. Charitas enim erga Christum non quærit quæ sua sunt. Et alibi: edificare alterutrum sicut & facitis. Quare qui non compleuit opere & sermone praedicationem ad quam missus est, reus est sanguinis eorum qui non audierunt, & non habet potestatem dicendi eadem quæ Paulus apostolus ad seniores Ephesiorum testatur, nempe: Purus sum ab hoc tempore à sanguine omnium uestrum, non enim subtraxi me ab annunciando uobis omne consilium Dei. Si uero amplius quid quæsiuimus, facere potuerit ad aedificationem fidei in dilectione Christi, mercedem habet quam ostendit nobis Apostolus dicens, Si enim uolens hoc facio, mercedem habeo. Si uero inuitus, dispensatio ac ministerium mihi concredutum est.

Quaestio XIII


An oporteat omnem tentationem sustinere, etiam si mortis minas habeat, pro conseruanda erga deum obedientia, & maxime in cura eorum qui nobis concrediti sunt.

Responsio.

Si dominus noster Iesus Christus unigenitus filius dei uiuētis, per quem omnia uisibilia ac inuisibilia facta sunt, qui uitam habet, quemadmodum habet qui dedit ipsi pater, qui potestatem omnem à patre accepit: quum aduenerent hi qui prehensuri erant ipsum ad mortem, pro nostra iusticia ac uita eterna, cum tanta alacritate obuiam iuit dicens. Ecce traditur filius hominis in manus peccatorum, surgite eamus hinc: ecce qui tradit me appropinquauit. Et uelut in euangelio secundum Ioannem scriptum est: Iesus igitur sciens omnia quæ uentura erant super ipsum, progressus dixit ipsis, quem quæritis? responderunt ipsi, Iesum Nazarenum. Dicit ipsis Iesus, Ego sum. Et paulo post, Dixi uobis quod ego sum, si igitur me quæritis, sinite hos abire: Quanto magis nos ea quæ secundum naturam sunt, uolentes sustinere debemus? Quo propter obedientiam erga deum, tentationes ab hostibus inductas uincētes, glorificemus deum, quæ molestias ac afflictiones quæ nobis ab hostibus induci uidentur, usque ad mortem gaudentes suscipimus, sententiam eius perficientes qui dixit, Nobis datum est pro Christo, non solum in ipsum credere, sed etiam pro ipso pati. Praedicat autem apostolorum certamina actorum liber, narrans quod contumelias & mortes cum gaudio susceperunt, ut completerent praedicationem secundum mandatum domini. Erudit & Apostolus nos dicens, Quis separabit nos à dilectione dei, tribulatio, aut angustia, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius? quemadmodum scriptum est, Propter te mortificamur tota die, reputati sumus uelut oves ad caedem destinatae, sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. persuasus enim sum, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque uirtutes, neque praesentia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque ulla creatura alia poterit nos separare à dilectione dei, quæ est in Christo Iesu: quæ dilectio in Christo coacte & indesinenter habet obseruationem mandatorum, quemadmodum ipse dominus dixit: Qui diligit me, mandata mea seruabit. Qui uero sermones meos non seruauit, hic non diligit me, & uos amici mei estis, si feceritis quæ ego praecipio uobis. Nouum autem & proprium ipsius mandatum est, ut nos mutuo diligamus. Quod ipsum explens Apostolus dicit: Ita desiderantes uos cupide, uolebamus tradere uobis non solum euangelium Christi, sed etiam animas nostras, quoniam chari nobis facti estis. Itaque respicientes ad Christum, per gloriosam imitationem intendamus ac augeamus promptitudinem atque alacritatem. Considerantes autem sanctos ipsos, quantum eius fieri poterit, erudiamur, ut per hos alacriores facti, toto mandato domini immaculato & irreprehensibili seruato, ad uitam æternam ingrediamur, & regnum caelorum possideamus, quemadmodum promissit uerax dominus, & deus noster Iesus Christus unigenitus dei uiri filius.

Finis librorum II de baptismo, diui Basilij Magni, Iano Cornario medico physico interprete.

DIVI BASILII MAGNI
CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI,
 OPERVM TOMVS TERTIVS, CUIVS
 contenta uersa pagina reperies, Iano Cornario medico physico interprete.



BASILEAE ANNO XL

IN TERTIO TOMO HAEC
HABENTVR.

Exercitamenta pietatis per aliquot sermones, numero VII
Præfatio de iudicio dei.

De fidei confessione sermo.

Moralium summæ numero LXX. singulæ cer/
tis capitibus distinctæ.

Quæstiones diffuse explicatæ numero LV

Quæstiones compendio explicatæ numero CCCXIII

Constitutiones exercitatorias, ad eos qui communem in Cœ/
nobio uitam, itemq; solitariam degunt.

Pœnæ in delinquentes exercitatores statutæ.

REVERENDISS. IN CHRISTO SI

MVLQVE ILLVSTRIS. PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
Hermanno sanctæ Colonien. ecclesiæ Archiepiscopo, sacri Romani imperij per Italiam
Archicancellario ac principi electori, Vuestphaliæ & Angariæ duci, Gal/
liarum primati, legatoq; nato, ac Padelbornen. ecclesiæ admini/
stratori &c. Ianus Cornarius medicus phisicus
Francoforden. s. d.



VVM tot sint excellentissima diui Basilij Magni scripta, eaq; ab ipso autore partim publice ad multitudinem primum dicta, deinde in literas relata, partim ad diuersos tñ episcopos, tum priuatos composita, atq; ita illorū nominibus inscripta ac inuulgata: nequaquam uideri deo de una fidelia duos quod dicitur, in albare parietes, q; omnia sancti illius uiri scripta, in latinam linguam recens à me conuersa, & in quatuor tomos digesta, sic diuisi, ut posteriores duos tomos sub celsitudinis tuæ nomine, Reuerēdis, ac Illustris, princeps Hermanne, inuulgandos putauerim. Si enim Letoio Melites episcopo magnum munus fuit liber de uirginitate, à Basilio ipsi missus, & Amphilochio Iconij episcopo, liber de spiritu sancto, non exiguum arbitror munus, aut potius officium nostrum Cels. tua iudicabit, qui duos integros tomos, multos partiales libros, sermones, quæstiones, constitutiones, & totum denique epistolarū Basilij ac Gregorij Nazianzenī opus cōtinentes, Cels. tuæ offerimus, & sub C. T. nomine mundo exhibemus. Atq; hæc omnia nunc primum à me & nunquā antea ab aliquo in latinam linguam conuersa. Nam & si Rufini quædam extent, quæ putant aliqui ex Basilio conuersa, tamen ea talia sunt, ut nō iuxta requisitam in interprete fidem reddita uideantur, sed hinc inde excerpta, & pro illius iudicio ex multis libris in unum congesta appareant. Nos autem hæc omnia bona fide, ad Græcorum exemplarium præscriptum expressa, nunc primum trāstulimus, & sub C. T. nomine inuulganda duximus, uelut eximū quoddam C. T. erga omnes Theologiæ studiosos beneficium, quum non ignoremus minores esse nos, quam à quibus tantum beneficium expectetur, aut quibus pro incomparabili hoc munere gratia sit debenda. Regium penitus est diui Basilij operum munus, & quod non alium deceat publicare, quam qui sit Basilio eminentia ac dignitate par, aut proximus. Nec dubito omnis generis scriptores huc respexisse, dum certatim pro scriptorum suorum dignitate, magnos principes requisierunt, per quorum autoritatem ipsorum scriptorum dignitas conseruaretur. Quo minus mihi cōmittendum fuit, ut non summi Theologi, & merito Magni appellati opera, eiusmodi nominibus inscripta proferrem, quæ Magni illius uiri, non in pietatis solum doctrina, sed etiam omni scientiarū genere, præstantiam, dignitatemq; ac autoritatem, publice testarentur ac conseruarent. Qua de causa quū priores duos tomos reuerēdis, atq; illustris, principi, Alberto Cardinali & Archiepiscopo Maguntino ac Magdeburgen. &c. domino meo clemētissimo inscripserem, & posteriores duo item pro sua dignitate inscriptionem postularent: ad quem hoc munus iustius à me deferretur, & per quem orbi propinaretur, esse uidi neminem, præter Celsitudinem tuam, cuius in hoc Archiepiscopali fastigio, ea prædicatur uitæ sanctitas, & ueræ pietatis ac religionis obseruantia, deinde clementia liberalitasq; ac magnificentia, præcipue ad honesta ac pia studia prouehenda, ut non solum optimo iure tale meum officium C. T. debeatur, sed etiam iniuria uideri possit, si dum ego iam per aliquot annos, non pauca ex Græcis conuersa, aliqua uero etiā per me conscripta, summis principibus dico ac inscribo, Celsitudo tua à me præterita esse uideatur, maxime quum ingrati animi esse ducam, tantorum principū erga bona studia benignitatem, aut non agnoscere, aut non pro merito prædicare, etiam si quis ipse priuatim nullo sit beneficio affectus. Publica enim censenda est uestra illa liberalitas, quæ in quocunq; priuatos studiorum honestorū nomine confertur. Nam publicus est etiam illorum usus, publica laus, publicum decus. Atq; hac parte non in exemplum quod C. T. imitetur, quando haud dubie præcedas ac superes, sed in testimoniū ac comprobationē C. T. laudum, pro ducam ipsum diuum Basilium Magnum, qui et ope, & consilio, omnes Cap

padociae suae adolefcētes persuadere conatus est, ad eruditionem ac eloquentiā sibi com-
parandam Athenis, & praesertim sub praepatore Libanio, uelut ex utriusq; epistolis in
quartum tomum à me digestis apparet. Ipse enim sophista Libanius tunc temporis in ar-
te dicendi princeps, hanc epistolam Basilio de adolescentibus ad se misit scribit, quam
operæ precium duxi hic adscribere, ut & alij principes, si qui forte legerint, intelligant quo
modo possint ueram laudem sibi parere, ex hoc diui Basilij exemplo. Libanius Basilio,
Siquidem aliquid ad eruditionē adolescentibus quos misisti, apposuiimus, ipse iudicabis,
Spero autem hoc ipsum etiam si paruum sit, magnam gratiam habiturū esse, propter nos-
tram amicitiam. Quod autem praeruditione laudas temperantiam, & non tradere ani-
mas non honestis uoluptatibus, huius ualde magnam prouidentiam fecerunt, & uitam
transegerunt uelut par erat, memores eius qui misit. Suscipe itaq; quae tua sunt, & lauda
eos qui & te, & me, moribus ornarunt. Adhortari porrò te ad auxilium ferendum, simi-
le esset, uelut si quis patrem ad ferendum liberis auxilium exhortetur. Hoc itaq; liberali-
tatis Basilij erga studiosos adolescentes exemplum, quod C. T. multis parafangis super-
rat, omnibus principibus proponi, praedicari, inculcari cōueniebat, nostro maxime secu-
lo: quod quum per triginta plus minus annos, doctissimos uiros produxerit, quasi effec-
tum ac multiplici partu exhaustū uidetur, & in grauissimam rursus barbariē desitutum,
nisi principes nutantibus, & ruinam minantibus, tum literis, tum pietati, per dei benigni-
tatem opem tulerint. Porrò quam in his diui Basilij operibus conuertendis operā impen-
di, gratissimam omnibus pijs, & ex C. T. munere futuram spero, & ob nostram quoq; di-
ligentiam, quam sic adhibuimus, ut seruata interpretis fide, nunquā temere ab ipsis au-
toris uerbis discesserimus, sed quantū eius fieri potuit, & latina lingua admisit, ferè ipsas syl-
labas annumerauerimus. Non tamen ita ut illud interpretandi genus, quod Graeci *ἑρμηνεία*
ἑρμηνεία uocant, sim imitatus: sed id quod priuatim *ἐρμηνεία* appellatur. Nam hoc in Theolo-
gis Graecis religiose obseruandū arbitror, etiam si quis in aliarum disciplinarum scripto-
ribus sibi aliquid permittere uelit. Quamquam reuera non probem eos qui quibuscuq;
tandem uertendis, ita latine loqui studio habent, ut omnes linguæ elegantias hinc inde ue-
nentur, ac inculcare nitantur, interim non animaduertentes se non modo à sententiā exi-
dere, sed etiam sui dissimilem ubiq; dictionem, & à praescripto autoris exemplo penitus
diuersam proferre. Quod ipsum sanè ne nobis accideret, nos hic uitasse confidimus, &
ipsam autoris sententiā, tum proprie, tum latine expressisse, etiam si hæc nō ut eloquentio-
res, sed ut meliores siamus, legant. Alioqui ipsa graeca Basilij dicitio talis est, ut apud Gra-
cos praeferrī nemo, comparari ipsi pauci possint, tantum abest ut ego iactare aut sperare
audeā, in mea conuersione parā me praestitisse, cum cæteris paribus, ne exprimi quidem
possit, illa uel ad persuadendū efficacissima *πείθειν*, uel in docendo grauissima ac mora-
tissima faciendū, uel in epistolis sublimes aded & eruditissima argutia. Quod si qd tamen
ad summas illas uirtutes: pro uoto nostro accessimus, & si qd utilitatis ex mea opera stu-
diosis emerget, id totum C. T. deberi fateor, in cuius gratiam hoc laboris &

subiui libenter, & promptissime deinceps alios obibo, si hæc & C.

tua, & per Cels. tuam pietatis studiosis grata esse co-

gnouero. Vale principū optime. Mensis

Martij x x. Anno Christi

M. D. XL.

SANCTI PATRIS NO

STRI BASILII MAGNI, CAESAREAE CAPPADOCIAE

Archiepiscopi, Exercitamentorū pietatis sermo I. Iano

Cornario medico physico interprete.



MAGNA quidem sunt regis ad subditos aedicta, maiora uero
& magis regalia sunt ad milites mandata. Itaque tan-
quam militaria mādata nobis denuncientur, anima duertat
qui supernae & magnae dignitatis cupidus est, quicq; Christi
adites semper esse expetit, dum magnā illam uocem audit:
Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et, Vbi ego sum, illic et
minister meus sit. Vbi est Christus Rex? In caelo uidelicet.
Eo te cursum facere miles cōuenit, obliuiscere omnis in ter-
ra quietis. Nullus miles domum construit, neq; agrorū pos-
sessiones assumit, neq; mercimonijs uarijs ad acquirendas
pecunias implicatur. Nemo militans uitae negocijs se immi-
scet, ut imperatori exercitus complaceat. Miles alimentū habet regiū, non opus habet ut
sibi uictum pareat, & circa hoc occupatus sit. Domus ipsi aperta est ubiq; apud subditos,
ex regis praepoto: non opus habet cura expoliendae domus: in plateis est tentorium, ali-
mentum ad necessitatem, & potus aqua, & tanta dormiendi facultas, quantam natura de-
dit. Profectiones autem & uigiliae multae, tolerantiae ad aestus & ad frigora, certamina con-
tra hostes, pericula usq; ad extremum, mors si ita contigerit saepe. Verum mors gloriosa,
honoresq; ac munera regia, laboriosa in bello uita, splendida in pace: praemium rerum re-
de gestarum, & corona si in egregijs factis perpetrandis honeste uitam transegit, ut mā-
gistratus ipsi cōferatur, ut amicus regis appelletur, ut propinquus regi adsit, ut per dex-
teram ipsius excipiatur, ut ex manu regis honoratus sit, & apud subditos rerum admini-
strationi praeficiatur, & legationis munere apud externos amicos prout libuerit funga-
tur. Age uero tu Christi miles, paucis ex humanis negocijs exemplis acceptis, de æternis
bonis cogita. Extorris & domo carens ac inops uita tibi proponatur, remissus sis & ab
omnibus curis mūdānis solutus, ne te uinciat uxoris concupiscētia, non cura liberorum.
Impossibile enim hoc est in militia diuina. Nam arma nostrae militiae nō sunt carnalia, sed
potentia deo. Non uincit te corporis natura, neq; strangulat te inuitum, non captiuū pro
libero facit. Ne queras in terra relinquere liberos, sed sursum ducere ad caelum. Ne queras
corporalibus nuptijs adhærere, sed spirituales appetere, & animabus imperare, ac spi-
ritualiter filios generare. Sponsum caelestem imitare, hostium inuisibilitū insolentiā euer-
te, contra principatus & potestates bellum gere, ipsosq; expelle, primum quidem ex ani-
ma tua, ut nullam sortem in te habeant. Deinde ab his qui ad te cōfugiunt, & te ducem ac
propugnatorem designant eorum qui per sermones tuos conseruantur. Subuerte ratio-
nationes insurgentes aduersus fidem Christi, bellum gere per sermonem pietatis, aduer-
sum impiam ac prauam cogitationem: Consilia enim, inquit, destruentes, & omnem alti-
tudinem extollentem se aduersus cognitionē dei: & maxime quidem confide manu mā-
gni regis perterrefacientī, & in fugam uertenti aduersarios, ubi solummodo apparuerit.
Quum uero etiam per pericula clarus fieri uolueris, & exercitū tuum cum hostili cōmiti-
tere, hic tu ad omnem laborem insuperabiliter instructus sis, & ad periculum animo im-
mutabili, & ex terra ad terram, & mari ad mare alacriter trāsmigra. Quum enim persecu-
ti uos fuerint, inquit, fugite à ciuitate in ciuitatem. Et ubi ad iudicium contigerit uocari, &
ad magistratus altare, & populorū insolentiā ac aduersitates sufferre, & carnificis hor-
rendum aspectū intueri, & duram uocem audire, & instrumentorū suppliciorum gra-
uem aspectū tolerare, & tormentis tentari, et usq; ad mortem decertare, ne rebelles aduer-
sus hæc omnia, praer oculis habens eum qui pro te in his est Christum, gnarus quod pro-
pter Christū in his te esse oportet, & uincas in his ipsis. Victorem enim sequeris regē uo-
lentem te uictoriae ipsius sociū esse. Neq; enim mortuus superatus es, sed tunc sanè etiam
perfectissime uicisti, dum usq; ad finē immutabilē tibi ipsi ueritatē cōseruasti, & loquendi

pro ueritate fiduciam incōmotam retinuit. Et à morte quidem ad aeternā proficiscens uitam, ab ignominia uero apud homines, ad gloriā apud deū, & à tribulationibus ac supplicijs in mundo, ad eternā requiem cum angelis. Terra te ciuē non suscepit, uerū cœlum suscipiet. Mundus te persecutus est, sed gestabit te angeli. ut sistant te coram Christo, & amicus uocaberis, & desiderabilissimā laudem audies: Euge serue bone & fidelis, miles generose, & dñi imitator, ac regis sectator, ego te meis donis remunerabor, ego tuos audiam sermones, quia tu etiā audiisti meos: petes fratrum qui opprimuntur salutē, & discipulorum sanctæ dilectionis: accipies à rege honorū participationē: tripudians tripudians aeterna, & inter angelos coronā gestabis, imperans creaturis sub rege, et cum beatitudinis choro perpetuō beatē degens. Si uero etiā in mundo adhuc te relinquere post certamina uolet, quo & plura & magis uaria certamina decertes, & multos tum ex uisibilibus, tum ex inuisibilibus bellis serues, magna tua etiā in terra est gloria, et apud amicos in præcio eris, qui te tutorem & auxiliariū & legatum ac bonū Imperatoris uicariū compererunt. Hi te ut bonū militem nutriunt, hi ut bonū in prælio uictorē colent: hi excipient, & cum gaudio suscipient, uelut angelum dei suscipientes, quemadmodū Paulus ait, uelut Christum Iesum. Hæc & talia diuinæ militiæ sunt exempla. At uero hic sermo non ad solos uiros à me habetur. Militat enim & muliebre genus apud Christum, propter animæ fortitudinem ad militiam delectū, & non propter corporis debilitatem reprobati: & multæ foeminae rem non minus fortiter quā uiri gesserunt. Sunt etiam quæ maius nomen assequuntur sunt. Ex his sunt quæ uirginitatis chorum explent, ex his sunt quæ certaminibus confessionis, & peccati uictorijs clarent. Sequuntur autem sunt ipsum etiam dominum præsentem, non solum uiri, sed etiam mulieres, & per utrosque ministerium saluatoris perfectum est. Quum autē talia & tam illustria præmia militiæ Christi destinata ac reposita sint, concupiscant ea & patres filiorum, & matres filiarum: producant suam sobolem ob aeternas spes gaudentes, quarū etiam filij unā cum ipsis participes erunt, qui tutores apud Christum habere, & bonos legatos ac intercessores concupiscunt. Et ne pusillanimes circa liberos simus, neque perterreamur, si laboribus diuexentur ac opprimantur, sed lætemur, quia glorificabuntur. Adducamus ad dominū eos qui dati sunt ab ipso, quo etiam gloriæ filiorum socij fiamus, simul adducentes ac sistentes etiam nos ipsos. Porro his qui tali promptitudine præditi sunt, & sic decertāt, recte quis illud ex Psalmographo dixerit: Benedic domine opera ipsorum, confringe superciliū insurgentium contra ipsos. Viriliter agite uelut generosi, currite strenue cursum ad consequendas coronas perpetuas, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in secula. Amen.

Eiusdem sermo exercitatorius, & exhortatio de renuntiatione uitæ, & perfectione spiritali II.



Enite ad me omnes qui fatigati estis ac onerati, & ego reficiam uos, inquit uox ipsa diuina, siue refectiōē ac quietem quæ illic est, siue eam quæ hic inuenis, uerū tamen inuitat nos, partim ut multarū possessionū onus per depositionem in egenos abijciamus exhortās, partim ut abiecta peccatorum multitudine ex illo nobis accedēte, per beneficentiā & illarum publicatiōnem, ad crucigerā monachorū uitam accurramus. Quia itaq; dño obedire decreuit, & ad pauperē ac indiltra cō uitam festinat, admirāndus reuera est & beatus. Verū adhortor, ut ne citra examinationē hoc faciat, neq; præscribat sibi ipsi uirg tolerantia, & salutē impossibilem, sed præexerceat potius seipsum ad profectum tolerantia tribulationum corporaliū ac spiritalium, ut ne inopinatis seipsum immittēs certaminibus, deinde impotens existens ad resistendū ingruentibus experimentis, inueniatur recurrens ad ea à quibus egressus est cum pudore ac risu, cum animæ condemnatione rediens ad uitam, & multis scandalum fiens, & uitæ ac conuersationis in Christo impossibilitatem apud omnes suspectam faciens. Cuius periculum nostris omnes qui Euangelia legitis, in quibus ipsa diuina uox dicit: Expedi ipsi magis ut suspendatur mola alinaria in collum eius, & demergatur in mare, quā ut unum ex pusillis his per scandalum offendant. Non enim solum desertoris condemnationi obnoxius erit, sed etiam interitus eorum qui ab ipso euerli sunt, etiam si ratiocinationibus mentem fallentibus seipsum persuadere uideatur, quod

tur, quod per bona opera inuita, se numen placaturum esse confidat, quod ipsi impossibile est. Qui enim in uita ad peccata non proclui propter remoras distractiones, lucas, aduersarij sufferre non potuit, quomodo in uita multis peccatis referta ac ipsi subdita, aliquid uirtuosi perpetrare poterit? Ut uerò etiam concedat quis, propriam uitam suam aliquem recte disponere, crimen certe derelicti Christi non effugiet, quemadmodum etiam discipuli in euangelio indicati, de quibus diuinus Euangelista dicit: Multi discipulorum abierunt retrorsum, & non amplius ambulabant cum Iesu, dicentes: Durus est sermo ipsius, quis potest ipsum audire? Quapropter etiam benignus deus salutis nostræ curam gerens, res humanas in duas uitas diuisit, coniugium dico ac uirginitatem, ut qui uirginitatis certamen subire non potest, ad uxoris cohabitationem deueniat, illius gnarus, quod exigeret ab ipso ratio temperantiæ ac sanctificationis & similitudinis ad sanctos, qui in coniugijs ac liberorum educationibus uitam egerunt. Qualis erat in ueteri testamento Abraham, qui prælato deo unicum filium citra condolentiam sacrificans gloriabatur, & tabernaculi sui fores expansas habebat, ad suscipiendos peregrinos paratus. Non enim audiuit, uende possessiones tuas, & da pauperibus. Et maiora his ostendit Iob & plurimi alij, Dauid item & Samuel. In nouo autem testamento qualis erat Petrus & reliqui Apostoli. Exigentur enim ab omnibus fructus dilectionis erga Deum ac proximum, & præuaticationis horum mandatorum & omnium poenas dabit. Sicut etiam Dominus in euangelijs declarat dicens: Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus. Et, qui non odit patrem suum ac matrem suam, & uxorem, & liberos, in super autem & suam ipsius animam, non potest esse meus discipulus. Igitur uidetur tibi etiam his qui uxores habent Euangelia posita esse? Ecce declaratum est tibi, quod ab omnibus hominibus exigitur obedientia ad Euangelium, tum monachis, tum coniugatis. Sufficiet enim ei qui ad nuptias uenit, intemperantiæ uenia itēque concupiscentiæ ac consuetudinis ad foeminam. Reliqua uerò præcepta omnibus aequaliter sancita, non citra periculum sunt transgredientibus, Nam Christus patris præcepta annuncians, ad eos qui in mundo erant loquebatur. Si uerò contigit alicubi etiam seorsim interrogatum ipsum suis discipulis respondere, contestatus est dicens: Quæ uerò uobis dico, omnibus dico. Ne itaque supinam animam habeas o tu qui uxoris societatem elegisti, tanquam potestatem habens mundi amplectendi. Multis enim laboribus & custodia opus habes ad salutem assequendam, ut qui in medio laqueorum, & imperij potestatum rebellium, habitare elegisti: & irritamenta peccatorum ob oculos habes, & ad ipsorum cupiditatem die noctuq; per omnes sensus tuos impugnaris. Scias itaq; quod non effugies lucram aduersus defectorem, neque uictoriam de hoc assequeris, citra multos labores in Euangelicis dogmatibus conseruandis. Quomodo enim negare poteris pugnam aduersus hostem, in ipsa fossa pugnae degens? quæ est tota sub cœlo terra, in qua degere ac obambulare hunc, uelut rabiosum canem, quærentem quem deuoret, ex scriptura Iob docemur. Si itaque detrectas contra aduersarium pugnam, transi ad alterum mundum, in quo ipse non est, & continger tibi pugnae aduersus ipsum negotio, & Euangelicorum dogmatum ocium periculo carens. Si uerò hoc impossibile est, festina ad discendum certamen contra ipsum, ex scripturæ lucris artem addiscens, ut ne ex ignorantia uictus ab ipso, aeterno igni tradaris. Atque hæc quidem in transcurso ad coniugatos, citra periculum mandatorum obseruationem negligentes dicta sint. Tu uerò qui cœlestium conuersationum es amator, & angelicæ uitæ negociator, & sanctorum Christi discipulorum commilito fieri cupis, confirma te ipsum ad tribulationes tolerandas, & uiriliter monachorum cœtum ac senatum adi, & in principio renuntiationis tuæ uiriliter te gere, ut ne ab affectione cognatorum secundum carnem distraharis, sed in permutatione mortalium ad immortalia fortis sis. Quando uerò earum quæ tibi ad sunt rerum depositionem feceris, eris inflexibilis, perfectionem præmittendū ipsas in cœlis assequutus, in sinu quidem pauperum abdens ipsas, uerū apud Deum reperiens cum multo additamento. Quum autem ab amicis ac familiaribus diuelleris, ne sis anxius, quum Christo coniugaris qui pro te crucifixus est, quo quid à nobis magis amicum reputari possit? Quando autem per auxilium Dei primam hanc lucram contra hostem tuum uictor eualeris, ne proicias te ipsum uelut uas quoddam ignominiosum:

iam enim per renunciationem rerum terrestrium honorasti teipsum apud Christum. Sed cum multa cura cogita quomodo inuenias uirum prauum uitae tuae, non uagum, probe scientem deducere euntes ad deum, plenum uirtutibus, ex proprijs operibus testimonium habentem dilectionis ad deum, cognitionem habentem diuinarum scripturarum, indistractum, pecunias non amantem, a negocijs alienum, quietum, piuum, amantem pauperes, non iracundum, malorum immemorē, praesentem ad aedificandum eos qui ipsum ad eunt, uanae gloriae negligentem, non superbum, adulatoribus non deditum, immutabilem, nihil praefertem deo. Et si inuenis talem, trade teipsum ipsi, omni uoluntate tua conspota & extra proiecta, quo reperiaris uelut purū uas, quae in te missa sunt bona conseruans ad laudem ac gloriam tuam, si enim dereliqueris quid in teipso ex his qui antea in te fuerunt affectibus, transmutatis in uappam bonis in te immisis, foras eijceris, uelut uas quoddam ignominiosum. Haec secunda lucta est contra aduersarium salutis nostrae. Bonorum enim doctorum bonae sunt doctrinae, et omnino malorum mala. Quis enim non potuerit malus ille noster aduersarius nos persuadere, ut in mundi confusione ac pernicie permaneremus, festinat persuadere ut ne exacte uitae nos ipsos tradamus, aut uiro omnia peccata nostra ob oculos ponenti ac corrigenti. Sed alicui ambitioso, et proprias affectio nes per praetextū demissionis ad conuictores confirmanti, quo sic inconcinnē rursus in numeris affectibus nobis inductis, sub propria peccati uincula nos constituat ac cogat si uerō uirtuoso uiro tradideris teipsum, sis haeres ipsius honorum, beatissimusque apud deum ac homines: at si in indulgentiam corporis quaesieris doctorem demittentem se ad tuos affectus, aut ut rectius dicam, unā tecum cōcidentem, frustra subiisti renunciationis certamen, dum affectuosa uita teipsum tradidisti, & caeco duce usus in foueā deducaris. Si enim caecus caecum deduxerit, ambo in foueam cadent. Sufficiens est enim discipulo, ut secundum doctorem suum fiat, uox dei est, & non intercidet. Athletica lege conuersari te oportet, si minus, non coronari, uelut Apostolus dixit: Et si decertauerit quis, non coronatur, nisi legitime certauerit. Si itaque repereris per gratiam Dei, omnino enim reperies ubi quaesieris, honorum operum doctorem: serua apud teipsum, ut nihil praeter sententiam ipsius facias, Quicquid enim, extra ipsum sit, furtum est & sacrilegium ad mortem ducens, non ad utilitatem, etiam si tibi bonum esse uideatur. Si enim bonum est, cuius gratia occulte, & non in propatulo, sit? Interroga cogitationem tuam per dextrae praedari te uolentem, per bonas nimirum disciplinas, sinistrae tibi actiones subornantem. Ne uelis aggredi incantationes serpentium, quum inexpertus sis artis incantandi, ne forte attractis serpentibus ab ipsis impliceris, deinde impotens ad resistendum ipsis existens, sine misericordia ab ipsis consumaris. Ne innitaris nobilitati carnis, neque honorem quaeras: carnalis enim non suscipit ea quae spiritus sunt. Ne coneris aliquid ex his quae sunt in consuetudine ueritatis adulterare, & propria tua securitate supplantare decertantes, super teipsum uerō onus peccatorum accumulare. Non in strato molliore, non in indumentis, aut calceamentis, aut alio quopiam habitu, aut in eduliorum uarietate, aut mensa ultra renunciationis tuae tempus extenta, aut in statu, aut in sede, aut in manuum opere quietiore seu puriore. Haec enim omnia non solum si adsunt tibi, sed etiam si requiruntur, non bonum habebunt euentum. Nam nisi citō diabolicas esse insidias agnoueris, & ex corde tuo excideris, elapsum tibi a conuersatione in Christo construunt. Verum reputa tecum quod omnium hominum sis ignominiosissimus & maximus peccator, peregrinusque & erro, & propter misericordiam assumptus ab his qui ante te renunciauerunt. Stude omnium esse postremus, & omnium seruus, Haec enim tibi ferent honorem & gloriam ueram, non illa. Aures habe apertas ad obediendum, & manus promptas ad explenda ea quae audiisti. Os habe tacitum, & cor circumspecium. Sis tardus ad inanem garrulitatem: prudens autem & intelligens ad salutare sacrarum scripturarum auscultationes. Sit tibi amarus sapor, mundanarum fabularum narratio. Verum faui mellis sanctorum uirorum narrationes. Festina ad imitationē eorum qui se praexercuerunt in moribus, et ne expectes ut docearis singula. Contende ut ad maiores uirtutes te extēdas, & minores nō negligas. Errorē ne cōtemnas, etiā si quauis fera minor sit, sed festina magis ad correptionē per poenitentiam, etiā si multū in multis erret et paruis et maioribus

ioribus, & sine poenitentia permaneant. Ne sis alienorum errorum iudex: habent enim iudicem iustum qui reddet unicuique iuxta opera sua. Tu quod tuum est tene, & quantum uires tuae sinunt onus tuum leue redde. Qui enim onus suum grauat, ipse etiam portabit ipsum. Poenitentia est salus: stultitia autē poenitentiae mors est. Occulta teipsum a uanioribus hominibus: manifesta autē teipsum ut plurimum deo. Omnem progressum deuita, quantum in te est fugiens cordis diffusiones. Egressus es enim e cella tua, reliquisti continentiam, oculos transmissisti in mundum, congressus es cum muliere scortatrice, quae ubi incantauit uerborū illecebris aures tuas, faciei pulchritudine oculos tuos, gulosis edulij palatū tuum, uelut hamo trahet te ad seipsum. Deinde implicata membris tuis, inclusum te in pectore suo emolliet, stabilitate desiderij ad continentiam exoluta. Et sic te abstractū leniter a uirtutis conuersatione, in seipsa corrumpit. Si uerō etiam auxilium capiens a deo effugere poteris huius retia, redibis quidem ad cellam, sed non idem: uerum exolutus & morbosus, & ad omne opus bonū uirtutis displicentiā habens, & multo tempore ad proprium habitū reuertī poteris. In angustijs enim concludet cogitationes tuas, utriusque uitae desiderium, & multo labore uictoriae animae parere poteris. Si itaque cōtigerit te iuxta circumstantiam aliquam e cella proficisci, armatus pectore timore dei, et inserta in manum charitate Christi, deuictusque per omnē continentiam uoluptatum incursibus, statim necessitate expleta resili, ne immereris, sed uelocibus alis utere ad reditum, uelut innocens quaedam columba ad arcam quae te emisit trasfugiens, in ore misericordias Christi ferens, sicque persuadens internos cogitatus, inaccessibilem esse in omni alio loco salutarē requiem. Luue nises siue carne, siue prudentia, fuge conuersationē coetaneorū, & aufuge ab ipsis, uelut a flamma. Multos. n. per ipsos, incensos hostis eterno igni tradidit, et in horrendū quinq; digitatum barathrum ipsos immerit, & eos qui in pelago ab omni uento ac tempestate seruati sunt, intra portus negligētes unā cum ipso nauigio correptis uiris, in profundum submersit. In sede longe delide ab ipso coetaneo. In reclamatione ad somnum indumenta tua ne sint uicina illius indumentis, imō potius utere sene mediatore. Quando uerō tecū loquitur, aut obuersa facie psallit, deorsum nutans responde ipsi, ne forte per intuitum in faciem, concupiscentiae semen ab hoste & malis inspersum suscipias, & manipulos corruptionis ac interitū colligas. In domo aut in loco, ubi nō est qui uidet opera uestra, ne inueniaris cum ipso, aut inueniaris p̄textu & occasione meditationis diuinorū oraculorū. non alterius cuiuscunque uel maxime necessariae utilitatis. Nihil enim est magis necessarium animae, pro qua Christus mortuus est. Ne crede dolo sae ratiocinationi suggerenti tibi, sine offendiculo hoc esse, certus existens quod hoc ipsum scandalū offendiculum habeat, et per multam experientiam lapsum hanc tibi conspicua appareat. Crede meis sermonibus ex fraterno corde prodeuntibus. Attende senibus non facile quibusuis aures praebentibus, qui uerbis quidem prouerbiorum iuuenes ad uirtuosas actiones inungunt, facie uerō nequaquam laedunt. Omni custodia serua cor tuum. Quemadmodum enim aurū indefinēter quidem consideratur a furibus nocte ac die, uerum rapitur praeter expectationem, & nō cognoscis. Vide ne te seducat inimicus per primi parentis peccatum, & citō te eijcat ex paradiso uoluptatis. Qui enim Adam per eius furtū subtraxit a uita, & sperauit se Iesum subplantaturum esse, nō reuerbitur multō magis etiam tibi temperare primam malorū causam, quum forte uenenum hoc esse sciat. Nam gulositatis uitium non in copia eduliorum proprium robur ostendere solet, sed in desiderio ac modico gustu. Si itaque desiderio breuis alicuius gustus ualuerit te subijcere gulositatis uitio, citra laborem te morti tradet. Quaedam enim natura aquae est, ut dum per multos ductus diuiditur, omnem circa aquae ductus locum florere faciat: sic & gulositatis uitium, si digestū fuerit ad cor, omnes sensus tuos rigans, malicie syluam in te deplantans, ferarum habitaculum animam tuam efficiet. Multos enim ego uitij correptos in sanitate esse uidi, unum autem ex omnibus clanculariū heluonē aut gulosum nō uidi, sed aut a cōtinēte uita abruptos, et mundo corruptos, aut inter cōtinētes occultari conātes, & per uoluptatē diabolo cōmittātes. Mendaces enim sunt hi, multū iurātes, piuri, seditiosi, cōtentiosi, uociferatores, negātes se esse heluones, illiberales, molles, morosi, p̄crutatores, tenebris gaudētes, omni uirtuosae actiōi uultro resistētes. Quo. n. gulositatis uitium regant, in examē malorū incidunt: qui sane habitu quidē sunt iter eos qui saluant, reipsa uerō inter cōdemnatos. Haec Adā morti tradidit, & mundo consumma

consummationem indixit, per uentris uoluptatē. Noe ridetur, & Cham deuouetur. Esau primogeniti prerogatiuam amittit, & cum Chananaeis affinitatem contrahit. Loth filiae maritus fit, ipse suus gener & socer, pater uir, & auus pater, utriusque naturae terminis contumeliam inferens. Haec etiam Israel simulachri adoratorem fecit, & ut horum membra in deserto caderent effecit. Haec etiam quendam prophetam ad redarguendum impium regem à deo missum, ferae bestiae pabulum fecit, & quem non poterat Hieroboam rex cum omni regia potestate ulcisci, is uentris fraude captus, miserandam mortem aufert. Daniel autem uir desideriorum uentri dominatus, contra Chaldaeorum regem praualuit, simulachrorum destructor existens, & draconis peremptor, leonum paedagogus, incarnationis dei praenunciator, & mysteriorum occultorum enarrator. Tres sancti pueri uentris uoluptate superiores conspiciunt, regiam iram contempserunt, et horrendi illius camini ardentis flammam, quam Nabuchodonosor rex incendere fecit, intrepide ingredi ausi fuerunt, & imaginem auream in dei simulachrum effictam, uanam demonstrauerunt, & eam que multo tempore à Satana constructa erat ad contumeliam gloriae dei, spoliis loco acceptam, ad proprium dominum attulerunt: & ipsum infestissimum regem, & omnem contra deum exercitum, cum omni creatura deo hymnum canere effecerunt. Et ut omnia compendio dicam, si dominaberis uentri, habitabis paradisum: si non dominaberis, factus es morti accessorius sumptus. Sis fidus uirtutum thesaurus, & habe clauem spiritualis patris uisum: ipsa aperiat os tuum ad assumendum panem, & ipsa concludat. Ne admittas consiliarium serpentem, qui consilio pro clauis usque ad linguam gustum adactio, te praedam abducere cupit. Vita clauicularij esus peccatorum: si enim in modico te mutare ualebit, lucra te superat, et uinculis te constringit. Ne praebes aures tuas omni loquenti, & ne respondeas omnino ganti, in colloquijs contingentibus eo proposito ut te ab exercitatione impediatur. Bonorum dogmatum fias auditor, & horum meditatione conserua cor tuum. Custodi aures tuas à mundanis fabulamētis, ne forte coeni respicione animam tuam cōmacules. Ne studeas audire ea quae ab alijs dicuntur, neque mittas caput tuum in medium colloquientium, ut ne & tu subfanneris, & ipsos detractores facias. Ne sis curiosus, neque omnia uidere uelis, ut ne saniam uirtutum menti tuae attrahas: utiliter uide, utiliter audi, utiliter loquere, utiliter responde. Super pra maiorem te desiderare ne temere audeas: si uero etiam ad hoc impellaris, ne cōsideas, sed circūspice huc & illuc, & stude inferiorem sellam reperire, quo te ob humilitatem glorificet deus. Interrogatus responde decenti ac humili uoce: si non interrogaris, silentium age. Dū alius interrogatur, cohibe os tuum, ne ex petulanti corde cōpulsā lingua tua excurrēs laedat aliquē exacte obseruantē pietatis exercitationē, & sub uincula criminum te ipsum rediges. Dum uero sedes, non cōmittes alteri pedē crus tuum: nam inanimaduertētia hoc est et animae supina. Dum colloqueris cum inferiore te, aut etiam interrogaris aliquid ab ipso, ne factas segniter responsiones, cōtemnens fratrem in contumeliam dei. Nam qui ignominiam afficit pauperem, exasperat eum quod fecit ipsum, ait prouerbiū. Exhortatorius sermo praecedat reliqua uerba tua, cōfirmans tuam erga proximum charitatem. Locetur & medius & plenissimam colloquendi facultatem habens coram hilari facie tua, ut praebes laetitiam colloquenti tecum. In omni recto facto proximi tui latare & glorificā Deū: tua enim sunt illius recta facta, uelut etiam tua illius. Primos accubitus & primas sellas in cōgressibus deuita: postremum locum persequere, ut potius audias, amice ascende. In mensa ne inordinatē se gerat sinistra tua, neque contra dextram auctoritatem sibi arroget: uerum potius ociosa sit, aut dextrae inseruiat. In omnibus orationis tuae precibus subsonet os tuum, et usque ad extremam orationem in regula persevera, magnū detrimentum arbitrans defectum. Si enim dum cibum capis ad carnis tuae constitutionem conseruandam, aegre te auellit sinis à mensa, ante cōpletum necessarium cibi usum, & non facile hoc admiseris, citra multam necessitatem: quanto magis oportet te in spirituali alimento perseverare, & animam tuam oratione corroborare. Quantum enim differt caelum à terra, & quae in caelo sunt ab his quae in terra: tantum differt anima à corpore. Anima caeli est imitamentum, in ipsa enim inhabitat dominus. Caro uero ex terra existit, in qua habitant mortales homines, & animantia bruta. Quare ad horas orationum corporis necessitates moderare, & paratus sis non obedire cogitationi à regula te auellenti. Morem enim hunc daemones habent iuxta horas ac tempora orationum, praetextu nimirum rationabilis causae urgere nos ad recessum, quo abducant nos illustri specie à salutari oratione.

Ne dixeris

Ne dixeris praetextum faciens, heu caput meum, heu uentrem meum, doloris non existens tuis obscuros testes praetendens, & quietis beneficium indulgens uigiliarum intentioni, in dō potius habe occultas orationes, quas uidet Deus in occulto, & reddet tibi in conspicuo. Habe accessorium quaesitum optime conuersationis, ut inuenias diuitias occultas in die necessitatis in diurnis operis mentis tuae unā cum corporis labore. Habe exhortatorum sermonem ad dilectionem eorum quibus inseruis, ut fiat acceptum ministerium tuum sale conditum. Ne permiseris pertinentiam ad te opera alium facere, ut ne etiam merces ablata à te detur alteri, & in tuis diuitijs alius glorificetur, dum tu deprimeris. Fac opera ministerij tui apta ac sedula, uelut Christo ministrans. Maledictus enim, inquit, omnis qui facit opera domini negligenter. Time abusum ex superfluo & contemptu, etiam si uilia esse uideantur ea quae in manibus sunt ministeria, uelut Deo inspectante. Magnum est ministerij opus, & regni caelorum causa. Sagena enim est uirtutum, omnia mandata dei in seipso ferens, & primum omnium uirtuosissimam humilitatem, examen bonorum afferentem. Deinde etiam hoc. Esuriui, & dedistis mihi edere: sitiui, & potastis me: peregrinus & debilis & in carcere fui, & ministrastis mihi. Et maxime ubi id quod debetur, in humili spiritu perficitur, citra elationem iramque & murmurationem. Fias imitator recte uiuentium, & ipsorum actiones cordi tuo inscribe. Opta ut sis paucorum: rarum enim est bonum, quapropter etiam pauci sunt qui ingrediuntur in regnum caelorum. Ne putes omnes saluari qui in cella degunt, malos ac inutiles: non enim sic se res habet. Multi enim ad uirtu osam uitam accedunt: pauci uero iugum ipsius subeunt. Violentorum enim est regnum caelorum, & uiolenti rapiunt ipsum, Euangelicus sermo est. Violentiam appellauit corporis oppressionem, quam ultrò sustinent discipuli Christi, in abnegatione propria uoluntatis, & quietis corporis, & obseruatione omnium mandatorum Christi. Sit itaque uis rapere regnum dei, fias uiolentus, subiuga ceruicem tuam iugo Christi, astringe iugum circa collum tuum, premat ipse ceruicem tuam. Attenua ipsam labore uirtutum, in ieiunijs, in uigilijs, in obedientia, in silentio, in psalmodijs, in orationibus, in lachrymis, in manu opere, in patientia omnis afflictionis & ex daemonebus, & ex hominibus accedentis. Ne perlua deat te cogitatio in sublime se efferens, ut per tempus indulgeas laboribus, eosque remittas, ut ne forte ad fores exitus nudus uirtutibus deprehensus, extra portas regni inueniaris. Ne te gradus sortis clerici extollat, sed potius humiliet. Profectus animae, profectus humilitatis est: penuria uero & ignominia, ex animi elatione nascitur. Quantum te ad maiores sacros gradus appropinquare contigerit, tantum humilia te ipsum, timens exemplum filiorum Aaron. Cognitio pietatis est cognitio humilitatis ac mansuetudinis. Humilitas est Christi imitatio: elatio autem & fiducia & impudentia, diaboli est imitatio. Fias imitator Christi, & non antichristi: dei, & non aduersarij dei: heri, & non fugitiui misericordis, & non immisericordis: homines amantis, & non homines odio habentis: eorum qui sponsi sunt, & non eorum qui tenebrarum. Ne gestas uocare fraternitatem, ut ne imponas aliena onera peccatorum in collum tuum. Vniuscuiusque diei opus confiderans, ad iuce aliquid priori, & festina ut fias melior. Procede in uirtutibus, ut propinquus fias angelorum. Perseuera in cella non dies, neque menses, sed multorum annorum circuitus, hymnis celebrans dominum in nocte & in die, imitans opera Cherubim. Si sic inceperis, & sic finieris, arcta procedens uia in breui exercitationis tuae tempore, per gratiam Dei intrabis in paradysum, in splendore facis animae, cum Christo gaudens in secula seculorum, Amen.

ALIVS SERMO DE EXERCITATIONE PIETATIS,
quomodo monachum ornari oportet, III



Portet monachum pra omnibus uitam inopem possidere, corporis quietem, & habitus honestatem, uocem moderatam, sermonem ordinatum, cibum & potum citra tumultum & cum stabilitate: coram senioribus tacere, coram sapientioribus audire, erga aequales charitatem habere, erga inferiores amicum consilium, à malis et carnalibus ac negotia tractantibus, secedere, plura cogitare, pauca loqui, non audentem esse in sermone, neque abudare colloquijs, non facile esse ad risum, uerecundiam ornari, oculos deorsum habere, animam iursum, non contradicere contradictionibus, obedientem esse, manibus laborare, semper

semper extremorum meminisse, spe gaudere, afflictionem sufferre, indefinenter orare, in omnibus gratias agere, erga omnes humilem esse, odio habere arrogantiam, sobriū esse ac seruare cor ab omnibus prauis cogitationibus. Thesaurum reponere in cœlo per mandata, seipsum percussari de cogitationibus & actionibus quotidianis, nō implicari uitæ negotijs & inanibus occupationibus, non curiosum esse de uita fœcordium, sed imitari solum sanctos patres, congaudere his qui perpetrant uirtutē, & non inuidere, compati patientibus, ac collachrymari, & ualde hos lugere, non tamē damnare, non impropere ei qui auertit se à peccato, nunquam iustificare seipsum, ante omnia peccatorē coram Deo & hominibus seipsum confiteri, admonere inordinatos, consolari pusillanimes, seruire infirmis, pedes sanctorum lauare, hospitem excipiendorum ac fraternitatis amoris curam gerere, cum consortibus fidei pacem habere, hæreticum hominem auersari, genuinos ac approbatos libros legere, reprobos & apocryphos penitus non contingere. De patre & filio & spiritu sancto non inquirere, sed incretam & coessentialē trinitatem cum fiducia dicere ac cogitare & sentire, & interrogantibus dicere, quod baptizari oportet uelut traditum accepimus, credere autē uelut baptizati sumus, glorificare uero uelut credimus, in operibus ac sermonibus bonis diuersari, non iurare in totum, non dare pecuniam ad usuram, non frumentum & uinum & oleum ad ulteriorem quæstum, à crapula & ebrietate ac curis secularibus abstinere, cum dolo non conuersari, neque omnino cōtra aliquem loqui, non detrahere, neque omnino libenter detractiones audire, non cito credere contra aliquem, non irā tyrannide opprimere, non superari à cupiditatibus, non temere irasci proximo, non tenere iram contra aliquem, non malum pro malo reddere, magis cōiuris impetiri quam impetere, uerberari quam uerberare, iniuriam pati quam facere, priuari quam priuare. Præ omnibus autē oportet monachum continentem esse à mulierum congressu, à uini potu, Nam uinum & mulieres ad defectionem abducunt sapientes: & recta opera pro uiribus perpetrare, atque domini mandata non negligere, sed mercedem ac laudem ab ipso expectare, & æternæ uitæ fructionē desiderare. & quod à Dauide dictum est, semper ob oculos habere ac dicere: Prospiciebam dominum coram me semper, quia ex dextris meis est, ut ne commouear. Et uelut filius, ex toto corde & robore, & uiribus et mente, diligere deum. Velut seruus autem reuereri ac timere, & ipsi obedire, & cum timore ac trepiditate salutem suam operari, spiritu feruere, indutum esse armaturā sancti spiritus, & currere non obscure, & pugnare nō uelut aerem cædat, & debellare hostem in debilitate carnis, & in animæ paupertate: & omnia præcepta facere, & inuilit seipsum dicere. Gratias agere sancto & glorioso ac reuerendo deo, & nihil per contentionem ac uanam gloriam facere, sed propter deum, & ad complacendum ipsi. Nam deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere student, non gloriari in totum, neque suis in encomia dicere, neque dum alius laudibus uehit libenter audire. In occulto autem omnia seruire, & nō ad hominum ostentationem facere, sed solum à deo laudem quærere, & horredum ac gloriosum ipsius aduentum meditari, transitum item hinc, & reposita iustis bonis, similiter etiam paratum ignem diabolo & angelis ipsius. Super omnia uero hæc Apostolici dicti memorem esse: Quod non dignæ sunt afflictiones huius temporis, ut comparentur ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nos. Et cum Dauide prædicere, seruantibus mandata ipsius retributio multa, merces multa, & coronæ gloriæ, æterna tabernacula, uita in finibus, gaudium inenarrabile, mansio indissolubilis apud patrem & filium et spiritum sanctum, uerum in cœlis deum, apparitio ac conspectus faciei ad faciem, tripudia cū angelis, cum patribus, cum patriarchis, cum prophetis, cum apostolis, & martyribus ac confessoribus, & his qui ab æterno, deo complacuerūt. Cum quibus inueniri studio habeamus, per gratiam domini nostri Iesu: cui gloria & imperium in secula seculorum Amen.

EXERCITATIONIS AD PIETATEM SERMO IIII.

Homo ad imaginem dei factus est & similitudinem: peccatum autem pulchritudinem imaginis deturpauit, ad uitiosas cupiditates animā detrahēs, Deus autem qui fecit hominem uera est uita. Qui igitur amisit similitudinem ad deum, amisit cōsortium ad uitam. Impossibile uero est eum qui extra deum est, in beata uita esse. Itaque reuertamur ad gratiam quæ ab initio fuit, à qua per peccatum abalienati

abalienati sumus: & rursus secundum Dei imaginem nos ipsos ornemus, per puritatem ab affectibus assimilati creatori. Qui enim diuinæ naturæ ab affectibus puritatem, quantum eius fieri potuit imitatus est, is in propria anima imaginem dei recepit. Qui uero assimilatus est deo iuxta prædictum modum, is etiam diuinæ uitæ similitudinem omnino acquisiuit, in æterna beatitudine perpetuò permanēs. Si igitur per puritatem ab affectibus imaginem dei rursus recipimus, similitudo uero ad Deum perpetuitatem uitæ nobis largitur, omnibus alijs neglectis, huc studium cōuertamus, ut à nullo affectu ac uitio anima nostro unquam superetur, sed mens nostra inflexibilis & inseparabilis permaneat in tentationum insultibus, quo diuinæ beatitudinis participes fiamus. Fluuius porro studij adiutrix est uirginitas, his qui secundum rationē hoc donum prosequunt, non em̄ in sola abstinentia à procreandis pueris, uirginitatis donum acquiritur. Sed uniuersa uita ac uicius & mores uirginitatem agere debent, ita ut per omnia studia eius qui uxorē non habet incorruptam integritatem ostendant. Contingit em̄ & sermone scortari, & oculo adulterū esse, & per aures inquinari, & per cor inquinamentum suscipere, & per immodestiam circa cibum ac potum, à temperantiæ præscriptis terminis excidere. Nam qui in his omnibus sub regula uirginitatis seipsum per cōtinentiam custodit, reuera ostendit perfectam in seipso per omnia absolutā uirginitatis gratiam. Itaque siquidem desideramus secundum similitudinem dei, characterem animæ nostræ per uitiorū puritatē exornari, ut per hoc etiā uitæ nobis perpetuitas accedat, attendamus nobis ipsis, ne forte quid promissione indignum facientes, in Ananias iudicium delabamur. Poterat enim Ananias ne ab initio quidem possessionem suam Deo promittere. Verum quoniam respectu ad humanam gloriam factio, possessionem quidem & opes suas per promissionē deo consecrauit, ut homines ipsum mirarentur ob magnificentiam, à condemnatione uero recessit: tantam commouit contra seipsum domini indignationē, cuius executor Petrus erat, ut neque poenitentiae fores reperiret. Itaque ante promissionem castæ uitæ, licet uolenti iuxta id quod concessum ac legitimum est, ad uitæ consequentiam sibi congruam deuenire, & seipsum nuptiarum contugio cōmittere. Verum eum qui præoccupatus est per propriam professionē, custodire conuenit seipsum deo, uelut sacra quædam deo dicata donaria, ut ne sacrilegij crimē incurrat, si dicatum per professionē deo corpus, rursus cōmunis uitæ ministerio sordidū faciat. Dico autē hoc, non solum ad unā uitij speciem respiciens, uelut quidā putant, qui in sola corporis custodia uirtutē uirginitatis conseruāt: sed ad id ut secundum omnē uitiosum affectus modum, nullo mundano uitio inquinē. Is qui seipsum Deo custodire studet, irā & inuidia, & memoria illati mali, mendacium & arrogantiā, mentis supinitas & intempestiua garrulitas, pigritia ad orandum, & cupiditas eorum quæ non sunt, negligentia mandatorum, & ornatus uestium, faciei ornamenta & cōgressus ac colloquia, extra decorum & necessitatem sientia: Hæc omnia tanta digna sunt obseruatione ei qui seipsum per uirginitatem deo cōsecrauit, ut parum absit æquale periculum esse, ad unum aliquod ex his deferri, & in prohibito peccato uersari. Omnia enim quæ per uitium fiunt, animæ puritatem quodāmodo corrumpunt, & ad diuinam uitam impedimento sunt. Ad hæc itaque respicere oportet eum qui uitæ renunciauit, ut nullo modo uas dei seipsum uitioso usu coinquinet. Illa porro maxime considerare oportet, quod humanæ naturæ mensuram pergressus, ad incorporeā uitam seipsum transtulit, is qui angelorum uitam elegit. Proprium enim hoc est angelicæ naturæ, à nuptiarum iugo liberum esse, neque ad aliam pulchritudinem abalienari, sed diuinam faciem perpetuò intueri. Si itaque is qui ad angelicam dignitatem seipsum transtulit, humanis uitij inquinetur, similis est pantheræ peli, cuius neque albus penitus est pilus, neque niger ex toto, uerum mixtura diuersorum colorū uariiegata ac interpuncta, neque inter nigra, neque inter alba connumeratur. Hæc quidem igitur cōmunior quædam sint professio eorum qui continentem ac castam uitam delegerunt. Quamdoquidem uerò etiam de his quæ ad singulos pertinet, exacte distinguere oportet, necessarium fuerit etiam de his breuiter commentarium relinquere. Qui à cōmuni uita separati sunt, & ad diuinorem uitam se exercent, non coram seipsis neque solitarie exerceantur. Contestatam enim esse conuenit hanc uitam, ut sit extra prauam suspicionem. Et quem admodum spiritalis lex, non pauciores quam duo decim esse uult mysticum pascha cōmedentes: sic oportet hic redundare potius quam imminutum esse denarium numerum,

horum qui spiritualementem conuersationem simul exercent. Princeps unus honestatis uitae praesideat, in probatione uitae & morum, & omnis honestae conuersationis reliquis praesidat, ita ut etiam aetatis tempus simul assumatur ad praesidationem. Venerabilis enim quodammodo est in natura humana quod antiquius est. Hic autem tantam potestatem habeat, fraternitate ultrò in obedientia solum ac humilitate parente, ut nulli in congregatione liceat uoluntati ipsius resistere, dum proponit aliquid ex his quae ad honestatem ac sinceritatem uitae conferunt. Imò quemadmodum ait Apostolus, non debere nos ordinatis à deo potestatis repugnare: iudicari enim repugnantes uoluntati dei. Sic etiam hic persuasam esse oportet reliquam fraternitatem, non casu spontaneo, sed secundum diuinam uoluntatem, talem potestatem praefecto datam esse, ut profectus secundum deum citra impedimentum contingat, illo quidem admonente de omnibus quae animae commoda sunt & utilia, his uerò in obedientia bona consilia suscipientibus. Quando igitur omni modo conuenit congregationem praefecto obedientem ac subditam esse, necessarium est talem deligere praefectum huius conuersationis, ut illius uita omnis boni exemplum his qui ad ipsum respiciunt existat. & uelut inquit Apostolus, sobrium, temperantem, honestum, ad docendum idoneum: ita uidetur mihi oportere & huius uitam expendere, non solum an tempore senectiam habeat. Cōtingit enim etiam in canicie ac rugis iuueniles mores habere: sed principaliter an mores honestatis canicem praeseferant, ut omnia quae ab ipso dicuntur ac fiunt, pro lege & regula sint congregationi. At uerò studium parandi alimentum decet eos qui in tali uita degunt, id quod Apostolus proponit, ut operantes manibus honeste panem suum edant. Tractari autem conuenit opera coram se aliquo uita sanctitate probato, qui recensabit opera manuum ipsorum ad requisitas necessitates, quo & mandatum perficiatur quod iubet, in sudore ac labore uictum acquirere: & honestas inculpabilis ac irreprehensibilis maneat, in eo quod nulla ipsius necessitas accedat, per hoc quod uitae indignitas publicetur. Continētia uerò optimus ac pulcherrimus terminus ac canon hic est, nempe, neque ad uoluptatem, neque ad afflictionem corporis respicere, sed in utroque destitiam fugere, ut neque carnosum redditum turbetur, neque morbosum factum, impotens euadat ad mandatorum operationem. Aequale enim detrimentum ex utroque animae accedit. Nescit enim subdita esse caro, & per bonam habitudinem exiliens ad absurdos motus, & quum laxa & exoluta ac immobilis à doloribus detinetur. Non enim otium agit anima in tali corporis statu, ut libere ad superna respiciat, sed iuxta omnem necessitatem, circa doloris sensum occupata est et inclinatur, unaque cum corporis afflictione humiliatur. Sit itaque usus necessitati congruus, & uinum neque abominabile sit si ad medelam assumitur, neque studiose pareatur citra necessitatem: et reliqua omnia similiter necessarijs usibus, non cupiditatibus exercentium pietatem deseruiunt. Orationis tempus sit uniuersa uita maxime. Quando uerò interuallis quibusdam, psalmodiae ac flectendi genua pertinaciter creare oportet, sequendae sunt hac parte horae à sanctis ad orationem designatae. Magni itaque Dauid ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae. Quem & Paulus & Silas sequuti esse comperiuntur, media nocte deum in carcere laudantes. Deinde dicit idem propheta: uesperis & mane ac meridie. Sed & spiritus sancti aduentus circa tertiam horam fit, uelut in Actibus didicimus, quando irridentibus ob uariam linguarum actionem pharisaeis discipulos, dicit Petrus: non ebrios esse qui haec loquuntur, hora enim est tertia. At hora nona passionis dominicae memoriale est, quam pro uita nostra subiit. Ceterum quia Dauid dicit: Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuae: commemorata autem orationis tempora, hebdomada orationum non expleat, meridiana oratio diuidenda est, ita ut altera pars ante assumptionem cibi, altera post acceptum cibum fiat, ut & nobis contingat exprimere illud, nempe septies in die laudare deum per totum diei circuitum. Introitus aedium exercitiorum mulieribus conclusae sint. Viri uerò non omnes ingrediuntur, sed quibus praefectus ingressum permiserit: saepe enim indifferencia uitae ingredientis intempestiuorum sermonum ac inutilium fabularum consequentiam cordibus immittit, & ex uanis sermonibus, ad uanas ac inutiles cogitationes perducit. Et propterea lex communis sit, solum praefectum interrogari ac respondere de his de quibus necessario sermonem aliquem haberi conuenit. Reliquos uerò non respondere his qui uanis colloquijs nugantur, ut ne simul ad inaniam uerborum sequelam pertrahant. Promptuarii porro

porro unum commune omnibus sit, & nihil proprium unicuique nominetur, non uestimentum, non calceamentum, non aliud quid ad necessarium corporis usum pertinens: sed in potestate praefecti positus sit usus, ut ex communibus id quod conueniens est singulis quisque usurpet, iuxta praefecti uoluntatem. At uerò in hoc communi contubernio, partiales amicitias ac societates, dilectionis lex non permittit. Omnino enim necesse est fauores partiales in multis laedere communem concordiam. Nunc uerò per mensuram affectionis, conuenit omnes ad se mutuo respicere, & unam mensuram charitatis in tota congregatione obtinere. Si uerò quis comperiat maiori charitatis habitu affici erga monachum fratrem aut cognatum, quam ad alium quendam, propter quem cuncti tandem praetextu, is uelut iniuriam faciens communitati castigetur: nam redundantia affectionis in una persona, multam accusatorem affert defectum in alijs. Ceterum poenae eius quae ob delictum aliquod condemnatus est, iuxta peccati mensuram sunt, nempe, prohiberi à consistentia ad psalmodiam, & non assumi ad precum societatem, & reijci ab alimentum participatione. In qua re iuxta magnitudinem delicti poenam decerneret qui peccauit, is qui ad communis disciplinae praefecturam delectus est. Ministerium autem fiat in communi congregatione iuxta circuitum, ita ut duo consequenter in una hebdomada, omne à necessitate requisitum studium perficiant, quo & humilitatis merces communis sit, & non liceat alicui ne in bono quidem superare congregationem, & requies ex aequo omnibus contingat. Nam partim defatigari, & partim quiescere, insensibilem laborantibus laborum facit. Potestatem habet praefectus contubernij etiam ad necessarios progressus, ex sententia sua aliquos producere, & imperare quibus utile fuerit ut res domesticae dissonant, & intra domum maneat. Saepem enim iuuenibus corporibus, etiam si quam maxime afflictionem ex continentia amplectantur, coloris decor ex etate efflorescit, & uitij occasio occurrentibus oboritur. Si igitur quis iuxta corporis florem iuuenescit, inconspicuum faciat talem habitum, occultans donec ad decentem statum perueniat id quod apparet. Irae, aut memoriae illati mali, aut inuidiae, aut contentionis, nullus sit gestus aut motus, non uerbum, non uisus instantia, aut faciei dispositio, aut si quid aliud conuictorem ad iram commouere solet. Si uerò quis ad aliquod ex his inferat, se antea quid admisisse qualia laedentes solent, non sufficiens est ad excusationem delicti, in quo quis tenetur. Nam in quo cuncti tempore admissum malum, ex quo malum est. Iusiurandum ex toto exterminetur è catalogo exercentium pietatem. Nutus capitis & assensus per uocem pro iuramento iudicetur, & apud dicentem, & apud audientem. Si uerò quis fidem non habuerit nudae affirmationi, is propriae conscientiae accusationem exhibet, ut qui non ueritatem in sermone confert: & propterea inter peccantes collocabitur à praefecto, & poena curatoria castigabitur. Die praeterita, et omni opere ad finem perducto, tum corporali, tum spirituali, antequam quietem interrogari conuenit uniuscuiusque conscientiam à proprio corde. Et si quid factum est praeter id quod decet, aut cogitatio inuicta, aut sermo extra officium, aut ad orationem segnicies, aut psalmodiae negligentia, aut communis uitae desiderium, ne occultet peccatum, sed communitati confiteatur, quo per communem orationem curetur uitium eius, qui ad tale malum delatus est.

EXERCITATIONIS AD PIETATEM SERMO V.



ITA exercitatoria pietatis unum scopum habet, animae salutem, & quicquid ad hoc ipsum propositum conferre potest, sic cum timore obseruare uelut diuinum mandatum. Neque enim ipsa dei mandata ad aliud quid respiciunt, quam ut saluetur is qui ipsis obedit. Oportet itaque quemadmodum qui ad balneum ingrediuntur omni amictu nudantur: sic etiam eos qui ad exercitatoriam uitam accedunt, omni materia seculari nudatos, intra philosophicam uitam constitui. Primarium itaque est, et cuius maxime curam gerere Christianum decet, ut à uitij maliciae uarijs illis ac diuersis denudetur, per quae anima inquinatur. Secundo uerò loco oportet etiam bonorum ac possessionum renunciationem facere, eum qui ad altam respicit uitam: nam materialium rerum cura ac studium, multam tentationem animae exhibet. Quum igitur plures ad eundem salutis scopum respicientes communem inter se uitam susceperint, oportet hoc praeparatum omnibus in ipsis obtinere, ut unum in omnibus sit cor, & uoluntas una, & desiderium unum: & quemadmodum Apostolus sancti, ut unum corpus fiat ex diuersis membris coaptatum, totus ille congregationis acruus.

Hoc autem aliter fieri non potest, nisi illud obtinuerit, ut non designetur nominatim aliqui, neque uestimentum, neque uas, neque aliud quid ex his quae ad communem uitam conducunt, quo singula ex his usus sint ac necessitatis, & non possidentis. Et quemadmodum incongruum est maiori corpori paruorum uestimentum, aut paruo amplius quoddam: sed unicuique id quod moderatum est, & utile est & congruum. Sic etiam alia omnia, lectus, stratum, calidum amiculum, calceamentum, eius qui ualde opus habet, non possidentis esse debet. Quemadmodum enim medicamento uulneratus, non sanus utitur: sic etiam his quae in indulgentiam corporis excogitantur, non delicias, sed eis qui indulgentia opus habet frui tur. Quandoquidem uero uarij hominum mores sunt, & non similiter omnes de utilibus statuunt, ut ne aliqua seditio fiat, unoquoque iuxta propriam uoluntatem uiuente, conuenit eum qui omnibus prudentia ac constantia & uitae sinceritate cognitus est, praefici ut reliquis praeeat, quo id bonum quod in hoc est commune omnibus imitantibus fiat. Quemadmodum enim si plures pictores unius faciei lineamenta pingant, omnes imagines inter se similes erunt, propterea quod uni assimilatae sunt: Sic multi mores si ad unius imitationem respiciant, in omnibus aequaliter bonum uitae lineamentum elucescet. Itaque ubi unus delectus ac praelatus est, omnes particulares uoluntates ociosae erunt. Ad praeminentem autem uoluntatem omnes deinceps effingentur, persuasi ab apostolico praeecepto iubente, omnem animam potestatibus praeminentibus subditam esse, & quod resistentes ipsi, sibi ipsis, iudicium capient. Vera autem & perfecta obedientia subditorum erga praefectum, in hoc declaratur, ut non solum ab absurdis ex consilio praefecti abstineant, sed neque ea quae laudabilia sunt citra illius sententiam faciant. Nam continentia & omnis corporalis afflictio ad aliquid utilis est. Verum si quis proprios motus sequens, quod sibi ipsi si placet fecerit, & consulenti praefecto non paruerit, maius peccatum erit quam recte factum. Qui enim resistit potestati, dei ordinationi resistit, & obedientiae merces maior est, quam recte facti secundum continentiam. Itaque porro conuenit communem et aequalem omnibus inter se charitatem esse, uelut naturaliter ad singula sua membra homo se habet, aequaliter uolens uniuerso corpori sanitatem: nam & dolor uniuscuiusque partis, aequalem exhibet corpori tristitiam. At quemadmodum in nobis ipsis, dolor uniuscuiusque aegrotantis membri, aequaliter totum corpus attingit: sunt tamen alia alijs praestantiora membra: Non enim similiter circa oculos, & circa pedis digitum afficimur, etiam si dolor aequalis sit: Sic condolentem affectionem, & charitatis habitum aequalem omnium in congregatione uiuentium esse ab unoquoque conuenit: dignitas tamen pro honestatis ratione, in his qui utiliores sunt praerogatiuam habebit. Quandoquidem uero mutui amoris omnes de his fraternitates ac conuberna. Qui enim unum praeter alijs diligit, accusat seipsum, quod erga alios non habeat perfectam charitatem. Aequaliter itaque reijcienda est ex congregatione, & indecora pugna, & partialis dilectionis affectus. Nam ex contentione & pugna, fit inimicitia: ex partiali uero amicitia ac societate, suspiciones & inuidiae oriuntur. Vbi enim aequalitatis priuatio, principium & causa inuidiae ac inimicitiae est inferioribus. Quapropter etiam mandatum a domino accepimus, ut bonitatem ipsius imitemur, qui solem suum similiter iustus & iniustus oriri facit. Quemadmodum igitur Deus communem dat omnibus lucis participationem: sic etiam imitatores dei, communem & aequalem charitatis radium in omnes extendant. Vbi enim deficit charitas, illic omnino pro ea succedit odium. Si uero uelut Ioannes ait, Deus charitas est: omnino necesse est odium esse diabolum. Quemadmodum igitur qui charitatem habet, deum habet: sic qui odium habet, diabolum in seipso nutrit. Quapropter conuenit charitatem aequalem ac similem omnibus ab omnibus esse: honorem autem unicuique pro decoro fieri. At uero in his qui sic inter se coaptati sunt, corporalis cognatio nihil plus charitatis habebit, neque si quis frater alicuius secundum carnem fuerit, aut filius, aut soror, in maiori favore erga cognatum genere, quam erga alios fiet ipsa sanguinis coniunctio. Qui enim in his naturam sequitur, is accusat seipsum, quod nondum perfecte a natura discessit, sed adhuc a carne gubernatur. Porro sermo inutilis, & supinitas abalienata a deo per intempestiuum mutuum colloquium interdicta sint. Verum si quid utile ad animarum edificationem est, hoc solum loqui conuenit, & ea quae utilia sunt ordinate decenti tempore dici debent ab eiusmodi personis, quibus

quibus loqui permittum est. Si uero quis ex inferioribus fuerit, expectet exhortationem praeminentis. Carerum susurrus, & colloquia in aurem, & significationes per nutus, omnia haec reiecta sint, propterea quod detractionis suspicionem susurrus habet. Et significatio per nutum, latentis alicuius negotij ac doli indicationem fratri exhibet. Talia autem odij ac suspicionis initium existunt. Quum autem necessarium fuerit mutuū colloquium, in eisura uocis in usu sit, ita ut eum qui propinquus est mitiore uoce compellemus: eum uero qui procul abest maiori uoce alloquamur. At eum qui alicui consilium dat, aut exhortatur ad aliquam rem, maiori et perterrefacientem uti, uelut contumeliosum absit a congregatione. Progressus autem, exceptis destinatis ac necessarijs exitibus, a domo exercitatoria non datur. Quando uero non uirorum solum sunt congregationes, sed etiam uirginum, reliqua quidem omnia quae relata sunt communia utriusque erunt. Vnum autem nosse conuenit, quod uita inter mulieres maiorem & abundantiore decorem exigit, item inopia uirorum, & silentij, & obedientiae, & fraterni amoris, & sinceritas circa progressum, & cautio circa congressus, & mutuus inter ipsas amor, & non habere partiales societates. In omnibus enim his maiore studio uirginum uita transigi debet. Quae praefecta est publicae disciplinae, non quod iucundum est sororibus quaerat, neque studeat ab ipsis per ea quae ipsi complacent separata esse, sed grauitas & reuerentia ac ueneratio circa ipsam semper sit. Nam hoc ipsam nosse oportet, quod eorum quae praeter decorum in communitate committunt, illa coram deo rationem dabit. Et unaquaeque ex congregationis numero, a praefecta quaeratur non quod iucundum est, sed quod utile & commodum, neque de his quae praecipuntur inquirat. Talis enim consuetudo, meditatio ac studium excutiendi imperij est. Carerum quemadmodum mandata domini citra expensionem suscipimus, gnari quod tota scriptura diuinitus inspirata, & utilis est. Sic & fraternitas praeepta praefectae citra iudicationem suscipiat, ita ut quicquid praecipitur ac consulitur alacriter ac prompte perficiat, non ex tristitia, aut ex necessitate, quo obedientia ipsa mercedem consequatur. Sufferat autem non solum dum ea quae ad sinceritatem pertinent docetur, sed etiam si forte ieiunium prohibuerit magistra ipsa, aut assumptione refectorij alimenti consuluerit, aut etiam aliud quid ad indulgentiam carnis tendens, necessitate exigente praescripserit, omnia aequaliter perficiat, persuasa quod quicquid ab illa dicitur lex est. Quum uero necessitate ita ferente, sermonem haberi oportuerit, de aliqua re a necessitate requisita, siue ad uirum aliquem, siue ad curae publicae praefectum, siue ad alium aliquem qui ad requisitam rem aliquid conferre potest, conuenit a praefecta sermonem ipsum haberi, in praesentia unius aut alterius sororis, quibus iam propter uitam ac tempus periculum non imminet amplius, ex eo quod in conspectum ac colloquium alicuius ueniunt. Si uero aliqua intelligit apud seipsam aliquid utile, suggerat id ipsum praefectae, & per illam dicatur quod dici oportet.

EXERCITATORIA EPISTOLA AD QVANDAM
CANONICAM, VI.



EGNES nos facit ad scribendum, quod non credamus epistolas nostras omnino ad dilectionem tuam perferri, sed ob maliciam tabellariorum ad innumerum alios antea deuenire, & praesertim nunc rebus domesticis ita turbatis. Quapropter expecto modum aliquem, ut reprehendas ac exigas a me uolenter epistolas, ut hoc ipso ligno coniecturali an sint redditae utar. Et nunc scribentes paratum habemus cor nostrum ad praestantiae tuae memoriam seruandam, & orandum deum, ut det tibi quo perficias bonae conuersationis cursum, uelut decreuisti. Reuera enim non paruum certamen est, ut is qui professus est, ea quae ad professionem consequuntur superinducat. Nam eligere quidem uitam secundum Euangelium cuiusque est. Verum usque ad minutissima obseruationem perducere, & nihil eorum quae illic scripta sunt negligere, hoc a ualde paucis qui ad nostram notitiam peruenerunt, recte perpetratum est. Nimirum & lingua ligata uti, & oculo instructo ad uoluntatem Euangelij, & manibus operari iuxta complacitiae scopum, & pedes mouere, & singulis membris sic uti, uelut conditor noster ab initio aedificauit & disposuit. In amictu decorum, in congressibus uirorum cautela, in eduljijs sufficientia, in possessione rerum necessararum nihil superfluum esse: haec omnia parua quidem sunt si simpliciter sic dicantur. Verum magnam sollicitudinem requirunt ut recte peragantur, id quod reuera

comperimus. At uerò in humilitate perfectio, ut neq; progenitorum claritudinis recorde-
mur, neq; si quid insigne ex natura nobis adest, aut in corpore, aut in anima, ob hoc effe-
ramur, neq; externas de nobis opiniones, elationis ac inflationis occasionē faciamus: hæc
ex euangelica uita dependent. Item in continētia firmitas, in orationibus sedulitas, in fra-
terno amore condolentia, erga egenos distributio, spiritus submissio, cordis contritio, si-
dei sanitas, in tristitia æqualitas, ita ut nunquam nos destituat meditatio horrendi & in-
uitabilis iudicij, ad quod festinamus quidē omnes, paucissimi uerò memores sunt ipsius,
ac de ipsius euentu solliciti. Quum uerò multa sint à diuina scriptura iudicata, et quæ per-
agi debent ab his qui deo complacere student, de his solum interea quæ coram præsentē
à nobis attracta sunt, quemadmodum ex diuina scriptura didici, breuimeminisse aut dice-
re proposui, necessarium de singulis testimonium perceptu facile existens, relinquens
agnoscendum his qui circa lectionem occupati sunt, qui sanè etiam ad docendum alios
sufficientes erunt. Quod oportet Christianum digna cœlesti uocatione sapere, & pro
dignitate euangelij Christi conuersari. Quod oportet Christianum non sublesta mente
esse, neq; abstrahi à quopiam à memoria dei, & uoluntatum ac iudiciorum ipsius. Quod
oportet Christianum meliorem iustificationibus secundum legem esse in omnibus, &
neq; iurare, neque mentiri. Quod non oportet maledicere, quod non oportet contume-
liam inferre, quod non oportet pugnare, quod non oportet seipsum defendere ac ulesci.
Quod non oportet malum pro malo reddere, quod non oportet irasci. Quod oportet pa-
tientem esse quicquid tandem perpetuatur, et oportet redarguere iniuriantem, non affe-
cti ulescendi sui ipsius, sed desiderio corrigendi fratris secundum mandatum dñi. Quod
non oportet contra absentem fratrem dicere aliquid scopo calumniandi ipsum, id quod
est detractio, etiam si uerum fuerit quod dicitur: Quod non oportet ridere, neq; ridiculos
sufferre. Quod oportet detrahentem fratri auersari. Quod non oportet facetias loqui.
Quod non oportet uaniloquum esse, loquendo aliquid quod neq; ad utilitatem auditori
pertinet, neque ad necessarium & concessum nobis à deo usum. Quare etiam operantes
studeant quantum eius fieri potest, ut cum silentio operentur, & bonos quoq; sermones
illius moueant, quibus cōmissum est cum probatione dispensare sermonē ad fidei ædificati-
onem, ut ne contristetur spiritus sanctus dei. Quod non oportet aliquem ex superuenien-
tibus potestatem habere cōueniendi aut alloquendi aliquem ex fratribus, priusquam hi
quibus rerum ac disciplinæ boni ordinis cura cōmissa est explorent, quomodo placet Deo
ad cōmunem utilitatem. Quod non oportet uino mancipatum esse, neq; circa carnes af-
fectu inhærere, et in summa circa nullum cibum aut potum uoluptatem quærere: quoniam
decertat, per omnia continens est. Quod ex singulis quæ dantur ad usum, nihil uelut pro-
prium habere aut seponere oportet, & tamen curam omnibus uelut proprijs adhibere, et
neq; ex abiectionis quicquid, si ita contingat, negligere. Quod non oportet quenquam sui ipsius
esse, sed uelut sub deo traditum his qui eiusdem animi sunt in seruitutem, sic et sentire
& facere omnia, unūquēq; uerò in proprio ordine. Quod non oportet murmurare, neq;
ob angustiam rerū necessariarū, neq; ob laborē operum, ita ut habeant iudiciū de singu-
lis his, illi quibus horum uisitatio demandata est. Quod non oportet clamorem fieri, neq;
alium quendam habitum aut motū, in quo denotatur indignatio aut abalienatio à certitu-
dine q; deus adlit. Quod oportet moderari uocē ad necessitatē. Quod non oportet asperē
aut contēptim alicui respondere, sed in omnibus mansuetudinē ac reuerentiam erga oēs
ostendere. Quod non oportet innuere oculo cum dolo, aut alio quopiam membri habitu
uti, qui cōmoueat fratrem, aut contēptū detegat. Quod non oportet gloriari in uestibus
aut calceatu, nam hoc petulantia est. Quod oportet uilibus uti ad necessitatē corporis, &
nihil ad abundantia infumere, nā hoc abusus est. Quod non oportet honorē quærere, aut
primas uendicare. Quod oportet unumquēq; omnes sibi ipsi præferre. Quod non oportet
absq; subiectione esse. Quod non oportet ociosum edere, si quidē operari potest, sed &
eū qui circa recta facta ad gloriā dei occupatus est, seipsū cogere ad studiū operis pro uiri-
bus præstādi. Quod oportet unūquēq; ad probationē præceptorū cum rōe et certitudine
oīa facere, usq; ad edendū etiā ac bibendū ad gloriā dei. Quod non oportet ab altera officina
ad alterā transire, citra probationē eorū q; ad hoc designati sunt; nisi forte ieuuabilis ne-
cessitas in auxiliū impotētis redditi derepente uocer. Quod oportet unūquēq; manere in
quo uocatus est, et non transgredi propriā mensurā, aut transire ad præcepta, nisi q; ad hoc desti-

nati

nati sunt probauerint, quomodo placet deo. Quod non oportet per contentionē aut litem ad
aliquē, facere aliquid. Quod non oportet inuidere aliorū profectui ac claritudinē, aut gau-
dere ob alicuius defectus ac detrimenta. Quod oportet in dilectione Christi contristari
quidem ac cōteri ob detrimenta fratris, gaudere uero ob recte facta. Quod non oportet in
differentem esse ob peccata, aut silentiū de ipsis habere. Quod oportet redarguentē, in ti-
more dei cum omni misericordia redarguere, eo scopo ut conuertat peccatā. Quod oportet
eum qui redarguitur, aut increpatur sufferre, suam ipsius agnoscentē utilitatē in emen-
datione. Quod non oportet, dum alius quidā accusatur, alium coram filio aut alijs quibus-
dam, accusantē cōtradicare. Verum si quādo temeraria uisa fuerit alicui accusatio, prius-
quam sermonem ad accusantē habere, & certiorē facere aut certiore fieri. Quod oportet
unūquēq; pro uiribus placare eum qui aliquid cōtra ipsum mali habet. Quod non oportet
peccatori qui pœnitentiā egit, male facta obijcere, sed ex corde dimittere. Quod oportet
eum qui dicit se pœnitentiā egisse ob peccatū, non solum compungi ob peccata, sed et-
iam fructus pœnitentię dignos facere. Quod propter prima peccata castigatus, & remis-
sione dignus factus, si rursus peccauerit, grauius priore cōstruit sibi ipsi irē iudiciū. Quod
oportet post unam atq; alterā admonitiōnē, perseverantē in delicto suo, manifestari præ-
fecto, si forte à pluribus reprehensus pudeat ac reuereat. Si uero neq; sic correxerit scan-
dalum suū, de cætero excindi, & uelut ethnicū ac publicanum cōspici ipsum, ad securita-
tem eorū qui in studio obedientiæ operantur, uelut scriptū est: impijs corrūtibus, iusti for-
midolosi erūt. Oportet autē & lugere ob ipsum, uelut membro de corpore, resecto. Quod
non oportet super irritatione fratris solem occidere, ne forte nox inter utrosq; intercedat,
& in die iudicij crimen inexcusabile relinquat. Quod non oportet tēpus expectare ad sui-
ipsius emendationē, propterea q; de crastino securi non sumus, quia multi multo cōsilio ini-
to, crastinū non sunt cōsecuti. Quod non oportet decipi per saturitatē uentris, per quā sunt
imaginationes nocturnæ. Quod non oportet distrahi ad immodicā operationem, & suffi-
cientiæ terminos transgredi, prout Apostolus dixit, habentes alimenta ac uelamenta, his
cōtenti simus: nam redundantiā supra necessitatē magnam auariciā declarat. Auaricia autē
simulachrorū cultum demōstrat. Quod non oportet pecuniæ cupidū esse, neq; thesauros
reponere ad inutilia, & ea quæ non oportet. Quod oportet accedentē ad deum inopiā am-
plecti, & per omnia cōfixum esse timore dei, iuxta eum qui dixit: Confige timore tuo car-
nes meas, à iudicij enim tuis timui. Det autē dominus ut cum omni perfectiōne, nos rela-
ta ad gloriā dei suscipiamus, et fructus spiritu dignos ostendamus, iuxta uoluntatē dei,
& cooperante domino nostro Iesu Christo. Amen.

Formularis designatio suorum scriptorum quę pertinent ad pie-
tatis exercitationem, sermo VII



Quomodo dñs noster Iesus Christus præcipiat, quod dico uobis in tenebris, di-
cite in luce, & quod ad aurē audiuitis, prædicare super tecta. Et Apostolus
horrendū silentij iudiciū ostenderit, dum ad seniores Ephesiorū dicit: Qua-
propter cōtestor uos hodierna die, q; mundus sum à sanguine omnī. Non
enim subterfugi quo minus annunciarē uobis omnem ueritatē & cōsiliū
dei: & nobis idem facere præcepit, dum ait, Hęc admone cōtestans corā deo: Ego uero
cōtestari ad faciem omnibus de præceptis dñi non possim, necessariū arbitratus sum scri-
bere saltem ad omnī uestrum in Christo dilectionē: & me ipsum quidē à iudicio libera-
re, uos autē de pertinentibus ad uos certiores reddere, in nomine domini nostri Iesu Chris-
ti, quo neq; uos ex ignorantia in stimulum diaboli incidatis, qui sanè est peccatū ipsum,
aut aliquod mandatum dei prætereatis, de quo scriptum est. Mandatum ipsius uita æter-
na est: & ab hac excidatis uelut dominus dicit, Qui non obedit filio, non uidebit uitam,
sed ira dei manet sup ipsum: Neq; nos rei sanguinis eorū qui à peccato mortificati sunt,
per silentium reperiamur. Præponetur autem mihi iudiciū, primum quidem declarans
causam & periculum tantæ ecclesiarum dei, & uniuersiuq; ad alterum discordiæ ac sedi-
tionis. Deinde uero demōstrationes ex diuina scriptura, de eo quod omnē transgressionē
mādati, deus uehementer atq; horribiliter punit: quare etiāsi plurima quis recte fecisse ui-
detur, pauca tamē aut etiā unū quodcūq; tandē mandatū neglexerit, aut etiā alio peccan-
te indifferenter siluerit, & non bonā æmulationē secundū dei iudiciū ostenderit, ob hoc so-
lum pœnas subibit, atq; etiāsi ex ignorantia tale quid admiserit, neq; sic pœnam effugiet.

N 4 Post

Post hæc complectetur piam dei & patris, & unigeniti filij eius & dei, & sancti spiritus, confessionem. Deinde eorum quæ à scriptura nobis distincta sunt noticiam, à quibus abstinerere oportet, & circa quæ maxime studiosos esse oportet eos qui uitam æternam & regnum cœlorum desiderant. Sed & uniuscuiusq; gradus aut ordinis præcipua priuatim si militer apponentur. Ad hæc conabitur sermo noster ut ex sacris scripturis det. uobis uelut characterem ac delineamentum Christiani summarium ac compendiarium, termini ac summæ cuiusdam rationem obtinentem. Et rursus characterem consimilem præceptorum uerbi doctrinæ domini, in quibus & sinceritas & exacta puritas uitæ apparebit, & ut ita dicam, dignitas, eorum quæ in hac perseverant honeste uitam transigentes, elucebit. Ad hæc cõsequenter adiungentur à nobis, ea quæ ad inquisitionem uitæ secundum deum, à fratribus interrogatus respondi. Quorum omnium exemplaria ad uestram in Christo dilectionem transmissi, ut cõpleatur in uobis et per nos id quod ab Apostolo dictum est, Hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui etiam alios docere sufficientes erunt.

Finis sermonum exercitatoriorum ad pietatem diui Basilij Magni, Iano Cornario medico physico interprete.

DIVI BASILII MAGNI

PRAEFATIO DE IUDICIO DEI, IANO CORNARIO medico physico interprete.

RER boni dei benignitatem ac erga homines amorem, & gratiam domini nostri Iesu Christi, secundum operationem sancti spiritus, ab errore traditionis ac doctrinæ externorum liberatus, ab antiquo uero & ab initio Christianis parentibus educatus, ab ipsis quidem à puero sacras literas didici, ducentes me ad ueritatis cognitionem. Postquam autem in uirum euasi, & peregrinationibus sæpe usus, et negotijs rerum pluribus ut par est obiectus, in alijs quidem artibus ac scientijs, tantam inter illos ipsos mutuam concordiam cõperi, qui singulas diligenter appetunt ac exercent. In sola autem ecclesia dei, pro qua Christus mortuus est, & spiritum sanctum super ipsam opulenter effudit, tantam diuersitatem, & excellentem tum inter ipsos mutuo, tum ad diuinas scripturas, multorum dissensionem conspiciam: & quod horrendissimum est, ipsos illius præfectos in tanta inter se diuersitate sententiæ ac opinionis consistentes, et tanta itidem contrarietate aduersus domini nostri Iesu Christi mandata ueritatis, & in misericorditer quidem ecclesiam dei distrahentes, in modice uero ouile ipsius cõturbantes, ut & in ipsis impleatur nunc, si nunquam alias inæqualitatis doctoribus exortis, illud: Ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes per uersa, ut auertant discipulos retro ipsos. Quum hæc & talia uiderem, & ad hæc dubitarem, quæ & unum de esset tanti mali causa, primam quidem uelut in profundis tenebris progrediebar, & uelut in iugo aut libra modo huc, modo illuc inclinabam, dum alius aliam aut ad seipsum me traheret, propter diuturnam hominum consuetudinem: aut rursus protruderet, propter cognitam in diuinis scripturis ueritatem. Quum autem diutius hæc paterer, & causam quam dixi perscrutarer, recordatus sum libri iudicij, qui narrat quidem quod unusquisque quod relictum in oculis ipsius uidebatur, facebat: declarat autem simul etiam causam, per hoc quod prædixit, In diebus illis non erat rex in Israel. Horum itaque recordatus, reputabam apud me ipsum etiam de presentibus illud, quod dictum quidem horrendum fortassis ac mirabile est, cõsideratum autem uerissimum, nunquid & nunc ob contemptum unius & magni uiri & solius uniuersorum regis ac dei, talis dissensio ac pugna in ecclesia existit: uno quoque à domini nostri Iesu Christi doctrina discedere, & ratiocinationes ac terminos ac summam propriam ex autoritate cõstituente, & magis imperare aduersus dominum, quam regi à domino, uolente. Hoc sane mecum reputans, & ad excellentiam impietatis cõsternatus, diutius perscrutans, credebam persuasus nihilo minus etiam ex uitæ rebus ac negocijs, ueram esse prædictionem causam. Videbam enim omnem multitudinis disciplinam ac concordiam hæcenus recte cõsistere, donec erga unum aliquem principem obedientiam aliorum in cõmuni seruet. Omnem autem discordiam ac seditionem, in supercõm

multorum principatum, ex rebellionem ac cõtemptu principatus induci. Ego uero aliquando etiam apud multitudinem, exercitus modo educi naturam lege uidi, & proprium regem ordinatè sequi. Et multa quidem ego talia uidi, multa item audiui. Sciunt autem etiam plura quæ circa hæc sunt occupati, ut etiam ex his uerum esse ostendatur id quod dictum est. Si enim eorum qui ad unum nutum respiciunt, & uno rege utuntur, propria est boni ordinis disciplina una cum concordia: profectio discordia omnis ac seditio signum est contempti principatus. Iuxta eandem sanè rationem, talis & ad mandata domini dissensio, & mutua discordia quæ in nobis reperit, declaratio fuerit, aut secessus à uero rege, iuxta illud, Solum qui detinet nunc donec è medio secedat: aut abnegationis ipsius, iuxta hoc, Dixit insipiens in corde suo non est deus: cuius uelut signum quoddam aut declarationem infert, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis. Hic equidem uelut expressam imaginem eiusmodi impietatis clam in anima delitescens, apparentem maliciam diuinus sermo demonstrauit. At beatus apostolus Paulus uehementius ad timorem iudiciorum dei cõuertens eos qui non perdidit cor, hoc supplicij loco decernit, cõdemnari eos qui ueræ cognitionis dei negligentes sunt. Quid enim dicit: Et quemadmodum non probauerunt dei cognitionem habere, ita tradidit eos deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebant, repleti omni iniquitate, malicia, auaricia, pleni inuidia, & cetera. Atque hoc iudicium arbitror Apostolum pronunciasse, non à seipso, Christum enim habebat in seipso loquentem, sed ex illa ipsius uoce inducitur, in qua dicit, propterea se in parabolis loqui ad turbas, ut ne intelligant diuina euangelij mysteria, qui ipsam oculos suos cõcluserant, & auribus grauius audiebant, & crasse factum fuerat imprudens cor ipsorum, ut haberent pro supplicio, iuxta terre circa maiora cæcitate, qui ultro anteuertissent, & occæcato animæ oculo obscurati essent. Quod ipsum formidans sibi accidere, dixit: Illumina oculos meos, neque unquam dormiam in mortem. Ex his igitur ac talibus manifestum esse reputabam mecum, quod in uniuersum affectuum malicia propter ignorantiam dei, aut reprobam cognitionem accedit. Priuatim uero dissensio multorum inter se, propterea quod indignos seipsum faciant præfectura Christi, contingit. Ceterum ad talis uitæ considerationem si quando etiam uenire statuissem, neque metiri poteram magnitudinem eiusmodi stupiditatis, siue temeritatis, siue demeritatis: aut propter excellentiam malicie, aut non habeo quod dicam. Si enim etiam in brutis sic consistere comperimus mutuam concordiam, propter obedientiam uidelicet erga præfectum, quid nam dixerimus nos qui in tanta inter nos seditione, & tanta aduersus mandata domini contrarietate reperimur? Aut non hæc omnia putamus, nunc quidem ad doctrinam ac conuersionem nostram à bono deo proposita esse? In magna uero ac horrenda illa iudicij die, in confusionem ac condemnationem eorum qui eruditi ac emendati non sunt prodicenda esse: ab ipso qui etiam iam dixit, & semper dicit: Cognouit bos possessorem, & asinus præsepem domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Et multa alia eiusmodi. Illud porro quod ab Apostolo dictum est, Siue patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: siue glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Et hoc, ut non sint scissuræ in corpore, sed idem pro se mutuo curent membra, ab una uidelicet inhabitante anima cõmota, cuius gratia sic disposita sunt. Ego quidem puto, ut seruetur talis cõsequentiã ac disciplina multo magis in ecclesia dei, ad quam dictum est: Vos estis corpus Christi, & membra ex parte: cõtinentem nimirum & coaptante ac cõnectente unumquemque alteri ad concordiam, uno & solo uero capite, quod ipsum est Christus. Apud quos uero non cõsistit concordia, non seruatur uinculum pacis, non mansuetudo in spiritu cõstoditur, sed & seditio, & inuis, & emulatio reperit, multæ quidem audacia fuerit tales membra Christi noiare, aut ab ipso regi dicere, simplicis autem mentis fuerit cõfidenter dicere, quod obtinuit illis ac regnat sapientia carnis, iuxta Apostoli uocem, stricte quidem dicetis, Cui exhibebitis uos ipsos seruos ad obedientiam, serui estis eius cui obeditis: recedentis autem manifeste talis sapientiæ proprietates, uelut quæ dicit, Vbi enim in uobis emulatio & cõrentio & factiones, nonne carnales estis: docentis autem lata sententia, tum difficultatè exitus ipsorum, tum quod nihil cõmune habent ad pietatē, dum dicit: Sapientia carnis, inimicitia est aduersus deum, legi enim dei non subijcitur. Neque enim potest: quia nemo potest, inquit dominus, duobus dominis seruire. Deinde uero quum ipse unigenitus filius dei dominus noster Iesus Christus per quem omnia facta sunt, clamet, Descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit

milit, patris. Et, à me ipso facio nihil. Et, mandatum accepi quid dicam, & quid loquar. Et spiritus sanctus qui magna & mirabilia dona distribuit, & omnia in omnibus operatur, à se ipso nihil loquatur, sed quaecumque audierit à domino, hæc loquatur: Quomodo non multo magis penitus necesse est ecclesiam dei, studio habentem seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, implere illud quod in Actibus dictum est, Multitudinis creditum erat cor unum, & anima una: nullo uidelicet propriam uoluntate producente, uerum omnibus in communi quaerentibus in uno sancto spiritu, unius domini Iesu Christi uoluntatem, qui dixit, descendit de caelo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntate eius qui me misit, patris: Ad quem dicit, Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per sermonem ipsorum in me, ut omnes unum sint. In his & pluribus silentio praeteritis, adeo manifeste ut nihil contradici possit certior factus, necessarium esse à tota simul dei ecclesia, secundum uoluntatem Christi in spiritu sancto concordiam: periculosam uero ac perniciosam, in mutua seditione, erga deum inobedientiam, Qui enim non obedit filio, inquit, non uidebit uitam, sed ira dei manebit super ipsum: illud consequens esse duxit de cetero expendere, Quae nam peccata ueniam apud deum habere possunt: & ob quae aqua lia peccata, reus aliquis sit iudicij inobedientie. Reperio itaque relictis diuinitis scripturis in ueteri ac nouo testamento, neque in multitudine delictorum, neque in magnitudine peccatorum, uerum in sola transgressionem cuiuscumque tandem praeccepti, inobedientiam erga deum passam iudicari, & comune contra omnem inobedientiam iudicium dei. In ueteri quidem horrendum illum ipsius Achar legens finem. Aut historiam de eo qui in sabbato ligna collegit. Quorum uterque nihil unquam aliud, non in deum peccasse, non in hominem iniuste fecisse, non magnum quid, non paruum omnino reperitur. Sed hic quidem ob solam ac primam lignorum collectionem, inexcusabilem dat poenam, neque poenitentiae loco in uento. Nam praeccepto dei ab omni populo euestigio lapidibus obruitur. Ille uero quod solum subtraxerat quid de donarijs ac oblationibus nondum in synagoga illatis, neque assumptis ab his qui ad talia destinatis ac oblationibus non solum sibi ipsi, sed & uxori et liberis, in superque ipsi tentorio cum omnibus suis factus est. Iam uero etiam omnem populum, ipsius peccati malum instar ignis depopulaturum erat, atque hoc neque scientem quid factum esset, neque conscientem ei qui peccauerat, nisi breui ex casu occisorum uirorum: & contritus quidem est populus, percipiens iram dei, procidit autem una cum senioribus in super puluerem Iesus filius Naue, & sic per sortem deprehensus reus, relata poena dedit. At dicit fortassis aliquis, suspectos esse hos merito etiam ob alia peccata, propterea quod etiam in his deprehensi sunt, uerum sacram scripturam horum uelut grauiorum & mortae dignorum mentionem fecisse. At etiam si talis ualde fuerit audax ad apponendum aliquid & detrahendum, num et Marię sororis Moysis multitudinem peccatorum accusabit cuius uirtutem nullum credentium latere puto. Hæc quia contra Moysen solum quid dixit, in contemptus loco, & hoc uerum, uxorem enim, inquit, Aethiopiissam sibi accepit: tantam indignationem dei experta est, ut neque ipso Mose supplicante, remitteretur ipsi peccati poena. Itaque quum ipsum uideo Moysen dei seruum, magnum illum, tot ac tantis honoribus à deo dignum factum, & ita saepe ipsius testimonio ornatum, ut audierit, Noui te praeter omnes, & inuenisti gratiam coram me: hunc quum uideo in aqua contradictionis, nullius alterius rei gratia, quam ubi solum populo murmuranti ob aquae penuriam dixerat, Num ex hac petra educemus uobis aquam: huius solius dicti gratia statim minas suscipere, quod ad terram promissionis peruenturus non esset, quae sane erat tunc caput promissionum ad Iudaeos: quum uideo hunc rogantem, & ueniam non consequentem, quum uideo ipsum propter tot recte facta, nulla uenia ob breue illud delictum dignum fieri, reuera uideo dei seueritatem, uelut Apostolus ait, reuera illud uerum esse credo: si iustus uix seruatur, impius & peccator ubi apparebit? Et quid hæc dico? Quum horrendam illam dei sententiam audio, quam etiam contra eum qui unum mandatum ex ignorantia transgreditur, pronunciat, non habeo quomodo pro merito, irae magnitudinem extime scam. Scriptum est enim, Et anima si peccauerit, & fecerit unum de omnibus mandatis domini, quae facere non oportet, & non nouit, et deliquerit, & acceperit peccatum, afferet arietem immaculatum ex ouibus precio argenti, in delictum ad sacerdotem, et placabit pro ipso sacerdos de ignorantia quam ignorauit, & ipse non nouit, & remittet ipsi: deliquit enim delictum coram domino

domino. Si uero in delinquentibus per ignorantiam adeo inuitabile est iudicium, & purgatione sacrificij necessarium, quod etiam iustus Iob testatur se offerre pro filiis: quid dixerit quis de his qui peccant scienter? aut de his qui dum illi peccant, silentium agunt? Et ne uideamur coniecturis solum uerisimilibus indignationem contra hos reputare, necessarium est rursus ipsam diuinam scripturam in memoriam reuocare, quae ad praesens etiam per unam historiam iudicium talium declarare sufficiet. Et filij, inquit, Eli sacerdotis, filij pestes. Hic autem quum tales essent, quod non increpauit ipsos uehementius pater ipsorum, talem longanimitatem dei iram commouit, ut insurgentibus alienigenis, filij illi ipsius occiderentur, in bello in una die, superareturque uniuersus populus, & multi ex his caderent, fierentque etiam circa arcam sancti foederis dei, quae neque audita unquam antea sunt, ut quam neque Israelitas, neque ipsos sacerdotes omnes, neque semper attingere phas erat. Et locus ipsam quilibet prout contigit suscipiebat, & contigit ipsam à manibus impijs alias aliunde transferri, & pro sanctis, in templa simulachrorum deponi. In quibus quantum contigerit esse etiam contra ipsum dei nomen risum ac subannationem ab ipsis alienigenis, facile coniectare licet. Ad hæc etiam ipse Eli sinem miserum sortitus scribitur, acceptis minis etiam semen ipsius à sacerdotali dignitate amouendum esse, id quod etiam factum est. Talia acciderunt populo, talia passus est pater, propter filiorum iniquitatem, qui etiam propriae uitae gratia nullum unquam crimen incurrit, atque illis ipsis peccantibus silentium non egit, sed multum admonerat, ut ne amplius in similibus perseuerarent: Ne filij dicens, ne facite, non boni sunt rumores quos audio de uobis: & uehementius adhuc peccati magnitudinem adstruens, horribilium periculum ipsi pro duxit, Si enim peccata peccauerit homo, inquit, in hominem, orabunt pro ipso ad dominum. Si uero in deum peccauerit, quis orabit pro ipso? At tamen quoniam uelut dixi, non decentem emulationem contra ipsos ostendit, facta sunt ea quae relata sunt. Talia equidem plurima in ueteri testamento reperio contra omnem inobedientiam iudicia. Rursus autem ubi ad nouum deuenio, dum dominus noster Iesus Christus neque per ignorantiam admissa à poena exoluit, uerum uehementiores minas contra eos qui scienter peccant, intendit, ubi ait: Ille autem seruus qui nouit uoluntatem domini sui, & non praeparauit se ipsam, neque fecit uoluntatem ipsius, multas plagas accipiet: Qui uero non nouit, plagis autem digna fecit, paucas accipiet: Quum reperio eiusmodi sententias ipsius unigeniti filij dei, & sanctorum à postolorum contra peccantes indignationem: totum ac tanta mala eorum qui quocumque tandem peccatum admiserunt, non pauciora, imò plura his quae ex ueteri sunt relata: ad discipulum iudicij uehementiam, nam cui commiserunt multum, ab ipso abundantius exigent. Ecce itaque qualia dicit beatus Paulus, & uocationis dignitatem & contra omne peccatum indignationem simul commonstrans. Arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionemmunitionum, consilia destruentes & omnem altitudinem efferentem se aduersus cognitionem dei, & captiuum ducentes omnem intellectum in obedientiam Christi: & non hoc solum, sed & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam. Vbi si quis expendat singula relata diligentius, cognoscere poterit diuinam scripturae uoluntatem exactius, quod non sinit nos fraudulentis quibusdam opinionibus errare, ut uniuscuiusque anima in peccatum delaberetur, & putaret aliqua quidem peccata puniri, aliqua uero impunita dimitti. Sed quid dicit, consilia destruentes, & omnem altitudinem efferentem se aduersus cognitionem dei: ut omne peccatum propter diuini mandati contemptum, altitudo efferens se aduersus cognitionem dei, dicatur: id quod etiam in libro Numerorum clarius ostenditur. Postquam enim enumeratis peccatis inuitis, & ordinatis oblationibus pro ipsis, transire iam pararet ad leges conuenientes populo sancendas etiam de uoluntarijs, sic incipit: Et anima quae fecerit in manu superbiam: manum superbiam uocans audaciam eorum qui uoluntarie peccant, quam Apostolus altitudinem efferentem se aduersus cognitionem dei nominat. Anima igitur, inquit, quae fecerit in manu superbiam: siue indigena, siue aduena fuerit ille, hic deum exasperat, & exterminabitur anima illa e medio populi sui: quia uerbum domini uispendit, et mandata ipsius dissipauit: extritione exteretur anima illa, peccatum ipsius in ipsa. Hic obseruandum illud est, quod si non extritione exteretur anima illa, peccatum ipsius non in ipsa solum, sed & in eos qui bonam emulationem non ostenderunt, uelut in multis locis scriptum est, & saepe factum est. Et ut ex minoribus erudiamur de timore in maioribus, qualem indignationem contra inobedientes sacerdoti aut iudici

faciat

faciat in Deuteronomio consideremus. Dicit itaque, Et homo qui fecerit in manu superbia, ita ut non obediat sacerdoti assistenti ad ministrandum in nomine domini dei tui, aut iudici quicumque fuerit in diebus illis; morietur homo ille, & tolles prauum ex Israel, & omnis populus qui audierit, timebit, & non amplius impij erunt. Ad quae sane respicere par est, quo quis pro rei dignitate commotus, horribilius consterneretur. Deinde dicit, & captiuum ducentes omnem intellectum in obedientiam Christi. Omnem intellectum, non hunc aut illum: & in promptu habentes ulcisci, & hic rursus non hanc, aut illam, sed omnem in obedientiam. Professio decepit nos pessima consuetudo; professio magnorum malorum causa nobis fuit peruersa hominum traditio, quae aliqua uidelicet peccata auersatur, alia uero indifferenter eligit, & contra aliqua uehementer se indignari simulat, uelut eadem & adulterium & consimilia. Aliqua uero neque nuda saltem increpatione digna censet, uelut iram, aut conuiuium, aut ebrietatem, aut auariciam, & quaecumque talia. Contra quae omnia etiam alibi eandem sententiam pronunciauit in Christo loquens Paulus, dicens quod qui talia faciunt, digni morte sunt. Vbi autem omnis altitudo quae se effert aduersus cognitionem dei destruitur, & omnis intellectus in obedientiam Christi captiuus ducitur, & omnis inobedientia equaliter punitur, illic nihil in destructum, nihil impunitum dimittitur, nihil extra obedientiam Christi relinquitur: Communem enim et maximam impietatem contra omnem inobedientiam ostendit Apostolus Paulus, dum illud dixit: Qui in lege gloriaris, per transgressionem legis deum ignominia afficis. Nunquid igitur haec sermones solum sunt, & non res? Ecce itaque in Corintho ille qui uxorē patris habebat, nulli alij criminij obnoxius quam huic soli, non solum ipse traditur satanae in perniciem carnis, sed nec dignis poenitentiae fructibus corrigatur peccatum, sed totam simul ecclesiam, quia peccatum non reprehendit, illis criminibus obijcit. Quid uultis? cum uirga uentam ad uos, & paulo post, & uos inflati estis, & non potius luxistis, ut tolleretur e medio uestrum, qui facinus hoc perpetravit. Quid uero Ananias ille in Actis? Quid aliud mali fecisse reperitur, quam illud ipsum. Vbi itaque tanta ira dignum uidetur? Quum proprias uendidisset possessiones, atulit pecunias, & deposuit ad pedes apostolorum, ubi detraxisset aliquid de precio. Ob hoc factum eadem hora una cum uxore morte condemnatur, neque sermones de poenitentia ob peccatum discere dignus factus, non ut compungeretur saltem ob hoc temporis spacium reperiens, non praefinitum ad agenda poenitentiam tempus accipiens. Ille autem talis ac tanti iudicij minister, ille tanta dei irae in eum qui peccauit executor, beatus Petrus ille omnibus discipulis praelatus, & solus amplius quam alij testimonium adeptus ac beatus praedicatus, cui clauis regni caelorum concredite sunt, quum auidit a domino. Nisi laueri te, non habes partem mecum, qualis nam & quomodo quaque lapideum cor, non ad timorem ac tremorem iudiciorum dei concitabit? atque hoc quum nullius peccati, nullius contemptus significationem dederit: uerum potius excellenti erga dominum honore usus sit, & conuenientem seruo ac discipulo reuerentiam ostenderit. Quum enim uidisset suum & omnium deum ac dominum, & regem & herum, & praepositorum ac saluatorem, & simul omnia in ministri habitu, linteo cinctum & pedes ipsius lauare uolentem, statim uelut propriam indignitatem percipiens, & a dignitate accedentis consternatus exclamauit, Domine tu meos lauas pedes. Et rursus, Non lauabis pedes meos in aeternum. Ob hoc tantas suscipit minas, ut nisi rursus gnarus ueritatis uerborum domini, per obedientiam contradictionem correxisset, nihil sane ex praegressis recte factis, nihil ex proprijs uirtutibus, nihil de domini praedicationibus donis, ac promissionibus, & neque ipsa dei & patris talis ac tanta erga filium unigenitum bonae uoluntatis reuelatio, praesentes minas mitigare sufficisset. Caeterum si haec recensere uolo, quae in ueteri ac nouo testamento reperio, deficiet me tempus. Iam uero quum etiam ad ipsas deuenio dominum stri Iesu Christi in euangelio uoces, & ad uerba eius qui iudicaturus est uiuos ac mortuos, quae omni historia, & omni alia demonstratione apud credentes magis sunt fide digna: multa quidem in ipsis addisco obedientiae in omnibus erga deum, ut ita dicam, necessitatem, nullam autem omnino in nulla re relicta non poenitentibus inobedientiae uentiam, nisi quid aliud audere licet & in animum sumere, ad nudas a deo manifestas, ac absolutas sententias. Coelum enim, inquit, & terra transibunt, uerba autem mea non transferent. Non est hic differentia, non est diuisio, nihil usquam ex toto relictum est, Non dixit haec aut illa, sed

sed uerba mea, omnia simul non transferent. Scriptum est enim, fidelis dominus in omnibus sermonibus suis, siue interdicens quodcumque tandem, siue praecipiens, siue promittens, siue minans: & siue in actione interdictorum, siue in defectu praepositorum, Quod enim ex aequo & malorum actio & bonorum operum defectus puniunt, sufficiebat quidem & ad demonstrationem, & ad certitudinem, animae non omnino ex incredulitate aegrotanti, antea relatum de Petro iudicium: qui non interdictum quid fecit, neque tale quoddam praepositorum reliquit, quod segnitiam aut contemptum relinquentis declararet, uerum honorem & ministerium a domino solum admittere ueritus, tales minas suscepit, quas non effugisset, nisi uelut praedictum est, iram celeritate ac uehementia correctionis preuertisset. Veritatem quia bonus & misericors deus, longanimis ac patiens, erga nos bonam uoluntatem habet, ut idem saepe nobis & per multa demonstrat, quo per multitudinem & frequentiam anima uix tandem commota & perusa, diuturnam iniquitatis consuetudinem deterere possit: illorum solum ad praesens meminisse necessarium est, qui in magna ac horrenda iudicij die ex sinistris domini nostri Iesu Christi consistunt, ad quos dixit ille qui omnem iudicij potestatem a patre accepit, qui uenit ad illuminandum occulta tenebrarum, & manifestandum consilia cordium: Abite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis ipsius: & induxit causam, non dicens quia occidistis, aut scortati estis, aut mentiti, aut alicui iniuriam fecistis, aut aliud quid ex interdictis, uel minutissimum saltem fecistis: Sed quid? quia bona opera neglexistis. Esuriui enim, & non dedistis mihi edere, sitiui, & non potastis me: peregrinus eram, & non collegistis me. Nudus eram, & non amicistis me. Infirmus & in carcere eram, & non uisitastis me. Haec & talia per boni dei gratiam, qui uult quidem omnes homines saluari, & ad ueritatis cognitionem peruenire, docet autem hominem cognitionem, in diuinis scripturis edoctus, & horrendissima causa, talis multorum inter se, & ad mandata domini nostri Iesu Christi, dissensionis gnarus, eruditusque horribile illud tantae iniquitatis iudicium, & cognitum habens omnem inobedientiam omnium iudicij dei aequaliter puniri: Insuper autem & horrendum illud iudicium edoctus, quod super eos qui non peccauerunt, procedit, & tamen irae participes facti sunt, propterea quod non bonam aemulationem contra eos qui peccauerunt, ostenderunt, etiam si saepe neque consocij peccati fuerunt: necessarium arbitratus sum, quamquam sero, propterea quod semper expectarim eos qui idem pietatis certamen assumpserunt, & in me ipso solo non tantum fiducia habuerim, attamen fortassis haud in tempestiue, nunc saltem proponere collecta ex diuinitus inspiratis scripturis, ea quae displicent deo, & in quibus complacentiam habet, ad commonefaciendos eos qui pietatis erga deum certamen exercent. Atque hoc quantum eis per me fieri potest iuxta communes preces, quo digni fiamus gratia domini nostri Iesu Christi, & doctrina sancti spiritus, ita ut resiliamus quidem a propriarum uoluntatum consuetudine, & humanarum traditionum obseruatione, procedamus autem secundum euangelium beati dei Iesu Christi domini nostri. Et ubi in praesenti tempore complacenter ipsi uixerimus, tum per uehementiorem ab his quae prohibita sunt secessum, tum diligentiorē eorum quae approbata sunt obseruationem, in futuro immortalitatis seculo iram uenientem super inobedientiae filios, effugere possimus, & digni inueniri aeterna uita, & caelesti regno promisso a domino Iesu Christo omnibus seruantibus testamentum ipsius, & in memoria habentibus mandata eius, ita ut faciant ipsa. Porro recordatus Apostoli qui dixit, In Christo Iesu neque circumcisio quid ualeat, neque praepositorum, sed fides operans per dilectionem: consequens simul ac necessarium duxi, sanam fidem, & piam sententiam de patre & filio ac sancto spiritu apponere prius, atque sic moralia in super adiungere.

O Diu Ba



VM per boni dei gratiam, iussione pietatis uestrae dignam cognouissim dilectione in Christo erga deum, in qua pia fidei confessionem conscriptam à nobis requisuistis, primum quidem sentiens meam humilitatem ac debilitatem, cunctabar ad respondendum. Vbi uero recordatus sum Apostoli qui dixit, sufferentes alter alterum in dilectione. Et rursus, Corde enim creditur ad iusticiam, ore uero fit confessio ad salutem, non uacare periculo arbitratus sum uobis contradicere, & salutarem confessionem silentio praeterire, fiduciam habens per Christum ad deum, uelut scriptum est, non quod sufficientes simus à nobis ipsis cogitare quid, uelut ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui tunc quidem illos, nunc uero etiam nos, atque hoc per uos sufficientes fecit, ut fiamus ministri noui testamenti, non literae, sed spiritus. Ministri autem fidelis proprium esse nouistis omnino etiam ipsi, ut quod ipsi à bono domino ad dispensandum in conseruos conceditum est, id ipsum conseruet his incorruptum & inadulteratum. Quare & ego debitor sum, ut quae ex diuina scriptura didici, ea uobis prout deo placet, ad comunem utilitatem apponam. Si enim ipse dominus, in quo bene complacitum est patri, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & cognitionis occulta, qui omnem potestatem, omne iudicium accepit à patre: mandatum dedit mihi, inquit, quid dicam, & quid loquar, Et rursus, Quae igitur ego loquor, quemadmodum dixit mihi pater, sic loquor: & ipse spiritus sanctus à seipso non loquitur, sed quaecumque audierit ab ipso, haec loquitur: quanto magis nobis pium simulque securum est hoc sapere ac facere in nomine domini nostri Iesu Christi. Quam diu igitur contendere aduersus insurgentes per occasionem haereses oportebat, sequens antegressos, consequens duxi ad diuersitate conseruata à diabolo impietatis, inductas blasphemias reluctatibus uocibus impedire aut etiam euertere, idque aliis alijs, prout necessitas egrotantium coegit, & his sepe non scriptis, at tamen non ab alienatis à pia scripturae sententia. Quemadmodum sane & Apostolus saepe fecit, graecis uerbis ad proprium scopum uti non auersatus. Nunc uero ad comunem nostrum ac uestrum scopum conueniens putauit, in simplicitate sanae fidei iussione uestrae in Christo dilectionis explorare, traditurus quae didici ex diuina scriptura, abstinendo quidem à nominibus ac uerbis illis, quae ipsis in dictionibus in diuina scriptura non habentur, sententiam tamen illam in scriptura sitam conseruant. Quae uero ad dictionis peregrinitatem, etiam sententiam nobis peregrinam inducunt, & quae non reperiuntur à sanctis usurpata, ea ut peregrina & aliena à pia fide omnino auersaturus. Fides quidem igitur est, absens indiscriminatus eorum quae audita sunt in certitudine ueritatis, & praedicata sunt per gratiam dei, quam ostendit protestatus de Abraham, quod non haesitauit per incredulitatem, sed in fide potens fuit, dans gloriam deo, et certus de eo quod quicquid promissit, potens est etiam facere. Si autem fidelis est dominus in omnibus sermonibus suis, & fidei ista omnia mandata ipsius, confirmata in seculum seculi, facta in ueritate & rectitudine: manifesta est elapsio à fide, & supbiae crimen, aut reprobare quid ex his quae scripta sunt, aut superinducere quid ex non scriptis, quum dominus noster Iesus Christus dixerit, Oues meae uocem meam audiunt, & ante hoc retulerit, alienum autem non sequentur, sed fugient ab ipso, quia non nouerunt uocem: Et Apostolus in exemplo humano uehementius interdixit apponere aut detrahere aliquid in diuinis scripturis, dum ait: Tamen hominis confirmatum testamentum nemo reprobatur, aut aliquid addit. Omnem itaque alienam à doctrina domini uocem ac sententiam, sic nos semper & nunc uitare statuimus, quum & scopus, uelut praedixi, nunc nobis & uobis propositus, multum differat ab illis argumentis, à quibus alias aliter ad scribendum aut dicendum perducti sumus. Nam tunc haeresis redargutio, & insidiarum diaboli subuersio nobis studio erat, nunc autem sanae fidei confessio ac simplex manifestatio proposita est. Itaque neque sermonis character idem nunc nobis congruit. Sicut enim non accepit in manus homo eadem instrumenta, dum bellum gerit, & dum agriculturam exercet. Alia enim sunt instrumenta eorum qui in securitate ea quae ad uitam pertinent, sibi ipsis elaborant. Et alia sunt armaturae eorum qui in acie bellica collocati sunt. Sic utique non dixerit eadem is qui exhortatur in sana doctrina, &

qui contradicentes redarguit. Alia enim est species orationis redargutoriae, & alia orationis exhortatoriae. Alia simplicitas eorum qui in pace pietatem contententur, & alij sudores eorum qui aduersus oppositiones falsi nominis scientiae instant, & se opponunt. Ut etiam hoc modo nos sermones nostros cum iudicio disponentes, ubique his quae ad custodiam aut aedificationem fidei pertinent, consequenter utamur: nunc quidem his qui per diaboli insidias ipsam destruere conantur, contentiosius resistentes: Nunc uero his qui in ipsa aedificari uolunt, simplicius & familiarius ipsam exponentes, & nihil aliud facientes quam illud quod ab Apostolo dictum est, ut sciat quid oporteat uos unicuique respondere. Prius quae autem deueniamus ad ipsam fidei confessionem, etiam illud significari opera precium est, Quod maiestatis ac gloriae, quae sermone incomprehensibilis, & mente imperceptibilis est, uno uerbo aut intellectu, neque declarari, neque intelligi possibile est. Verum per plura in nostro usu uersantia, diuina scriptura uix his qui puro sunt corde, uelut per speculum insinuauit. Nam facies ad faciem, & perfecta cognitio in futuro seculo dignis exhibenda promissa est. Nunc uero siue Paulus quis sit, siue Petrus, uidet quidem uere quae uidet, & non errat, neque imaginatur, per speculum tamen & aenigmatum insinuationem uidet: & id quod nunc ex parte contingit cum gratiarum actione suscipiens, perfectum in futurum cum gaudio expectat. Id quod confirmat Apostolus Paulus, tali quodam modo sermonem conseruens. Quemadmodum quum essem puer, recens elementa principij oraculorum dei edificans, uelut puer loquebar, uelut puer cogitabam: Quum autem uir factus sum, & ad mensuram aetatis ac itaturae plenitudinis Christi peruenire festino, ea quae pueri sunt, aboleui, & tantum habui in diuinarum scripturarum perceptione profectum ac progressum in melius, ut cognitio in iudaico cultu puerilis mentis moribus similis sit. Viro autem per omnia profecto, ea quae per euangelium accessit cognitio. Sic in comparatione cognitionis in futuro seculo dignis reuelandae, etiam id quod iam uidetur in cognitione profectum, breue quiddam ac obscurum est, adeo ut amplius absit à claritudine in futuro seculo, quae absit per speculum & in aenigmate uidere à conspectu faciei ad faciem. Confirmat hoc etiam beatus Petrus ac Ioannes discipuli domini, per incrementum ac profectum semper in melius uergentem in praesenti uita, excellentem in futuro seculo cognitionis non minus etiam ipsi fidei facientes: qui sane postquam digni uili sunt electione à domino, conuersatione cum ipso, apostolatu ab ipso, spiritualium donorum distributione, postquam audiuerunt, uobis datum est nosse mysteria regni caelorum, post talem cognitionem, post reuelationem eorum quae alijs arcana erant, tamen postea circa ipsam domini passionem adiuunt: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare nunc. Ex his & talibus discimus, quod in tantum nouit diuina scriptura cognitionis infinitatem, intantum item in humana natura assequendi in praesenti diuina mysteria impotentiam, quum semper amplius quid per profectum unicuique accedat, & semper id quod pro dignitate est, omnibus desit, donec uenerit quod profectum est, quando id quod ex parte est, abolebitur. Itaque quum neque unum nomen sufficiat ad omnes simul dei gloriae declarandas, neque singula ex toto citra periculum assumantur: Si enim quis dicat deus, non declarauit pater. Voci autem pater deest conditor. His autem rursus opus est bonitatis, sapientiae, potentiae, & reliquis quae in sancta scriptura habentur. Rursus autem uocem patris totam in nostro usu, si accipiamus de deo, impij sumus. Affectum enim & defluxum, & ignorantiam, & debilitatem, & quaecumque talia sunt, simul dicit. Similiter autem & uox conditor. Nobis enim opus est tempore, materia, instrumentis, auxilio, à quibus oibus pura esse oportet piam de deo opinionem, quantum id homini possibile est. Nam id quod pro dignitate est, uelut dixi, etiam si omnes mentes ad perscrutationem coniungerentur, & oes linguae ad enunciationem concurrerent, nemo assequi poterit. Hanc autem sententiam manifeste proponit nobis sapientissimus Solomon dicens, Dixi docebor sapientiam, & haec elongata est à me longè supra quam erat: non quod fugerit, sed quod illis maxime manifestetur ipsius incomprehensibilitas, quibus per gratiam dei abundantius corrigitur cognitio. Diuina igitur scriptura pluribus nominibus ac uerbis necessario utitur, ad particularē quandam eamque aenigmaticam diuinam maiestatis declarationem. Caeterum ut omnia quae ubique à diuina scriptura de patre & filio ac spiritu sancto dicta sunt, in praesenti recenseamus, neque facultas, neque ocium nobis est, propterea quod uos urgeatis. Verum pauca ex omnibus apponentes sufficere putamus & haec uestrae conscientiae, tum ad nostrae ex scripturis sententiae declarationem, tum ad uestram ipsorum, &

eorum qui inter uos id expetunt, certitudinem ac perfectionem. Sicut enim multa unam uobis piam sententiam annunciant, sic etiam ex paucis his qui candidus est, pietatem in omnibus agnoscat. Credimus itaque ac confitemur unum solū uerum & bonum deum, & patrem omnipotentem, ex quo omnia, deum & patrem domini nostri & dei Iesu Christi. Et unum unigenitū ipsius filium, dominū & deum nostrum Iesum Christum solum uerum, per quem omnia facta sunt uisibilia ac inuisibilia, & in quo omnia consistunt; qui in principio erat apud deū, & deus erat; & postea iuxta scripturam in terra conspectus est, & cum hominibus conuersatus est; qui per natiuitatē ex uirgine serui forma assumpta, & habitu inuentus uelut homo, omnia quæ in ipsum, & de ipso scripta sunt, impleuit secundum patris præceptū, factus obediens usque ad mortem, mortem autē crucis; & tertia die excitatus ex mortuis, uisus est sanctis suis discipulis, ac reliquis, uelut scriptū est; ascenditque ad cælos, & sedet in dextera patris: unde ueniet in consummatione seculi huius ad excitandum omnes, & reddendū unicuique iuxta actionem suā. Quando iusti assumuntur in uitā æternam ac regnum cælorū; peccatores uero cōdemnabuntur in supplicium æternum, ubi ueris ipsorum non moritur, & ignis nō extinguitur. Et unum solū spiritum sanctū paracletum, in quo insigniti sumus in diem redemptionis, spiritū ueritatis, spiritū adoptionis, in quo clamamus Abba pater. Qui diuidit et operatur dona à deo, unicuique ad utilitatē prout uult. Qui docet ac suggerit omnia, quæ audierit à filio. Qui bonus est, quod deducit ad omnem ueritatē, & firmat omnes credentes ad cognitionē ueram ac sincerā, & cultum pium, & adorationē spiritualem, & ueram confessionē dei patris, et unigeniti filij ipsius domini & dei nostri Iesu Christi, & sui ipsius, uno quoque nomine iam nominato, proprietatē manifeste nobis discriminatē, quum etiā de uno quoque ex nominatis, omnino quædam præcipua proprietates pie cōsiderentur, pater quidē in proprietate patris, filius uero in proprietate filij, sanctus autē spiritus in propria proprietate. Neque sancto spiritu à seipso loquēte, neque filio à seipso quid faciente. Et patre quidē mittente filium, filio uero mittente sanctū spiritum. Sic sentimus, & sic baptizamus in trinitatē coessentialē, iuxta mandatū ipsius dñi nostri Iesu Christi qui dixit, Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomen patris & filij, & spūs sancti, docentes ipsos seruare omnia quæ præcepti uobis. Quæ sanè seruantes quidē, dilectionē erga ipsum ostendimus, & in ipsa manere digni euadimus, uelut scriptum est. Non seruantes autē, contrario modo affecti esse redarguimur. Qui enim non diligit me, inquit dñs, sermones meos non seruat. Et rursus, Qui habet madata mea & seruat ipsa, ille est qui me diligit. Admiror porro abundantius, quum ipse dñs noster Iesus Christus dicat, Ne gaudete quod dæmonia uobis subiiciuntur, uerum gaudete quod nomina uestra scripta sunt in cælis. Et rursus, In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si charitatem inter uos habueritis. Unde Apostolus in omnibus charitatis necessitatē demonstrans cōtestatur dicens: Si linguis hominū loquar et angelorū, charitatem autē non habeo, factus sum es sonans, & cymbalū rinniens, Et si habuero prophetiā, & nouero omnia mysteria, & omnem scientiā. Et si habuero omnem fidem, ut mōtes transferā, charitatem autē non habeo, nihil sum. Et paulo post, Siue autē prophetiæ abolebuntur, siue lingua cessabit, siue scientia abolebitur, & cætera, ad quæ infert. Nunc autē manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima inter hæc charitas: His ac talibus sic à dño & ab Apostolo decretis, admirari me dico, quōd circa ea quæ abolerentur ac cessant, homines tantū studiū locant, & cognitionem habent: Circa ea uero quæ manent, & præsertim maximā omnium charitatē, quæ Christianum delineat, nō solū ipsi curam nullā faciunt, sed etiā studiosis eorū aduersant, & pugnantes id quod dictū est, implent: Neque ipsi ingrediunt, & ingrediētes ab ingressu arcent. Quapropter adhortor ac rogo, ut neglecta curiosa questio, & indecora uerborū pugna, contenti sitis his quæ à sanctis & ipso dño dicta sunt, & quæ digna sunt cœlesti uocatione sentiat, & digne euāgelio Christi cōuersemini, ob spem uitæ æternæ, & regni cœlestis, præparati oibus custodiētib. madata dei & patris, quæ sunt in euāgelio beati dei Iesu Christi, dñi nostri, in spū sancto & ueritate. Hæc cōmonefacti à uestra pietate, ut indicarem in postremis, & sententiā nostram manifestā faceremus uobis, & per uos fratribus in Christo, ad perfectionem uestrā atque ipsorū in nomine dñi nostri Iesu Christi, necessariū & ad nos pertinens esse duximus, ad hoc ut neutrius aliquorum mens circumferatur, in diuersitate eorum quæ aliās alter à nobis exposita sunt; quum semper ad inductum ab his qui ueritati

ueritati resistunt argumentum, cogamur nos instare: neque cōmoueantur aliqui in contrarietate eorum qui inter uos aliena de nobis dicere uolunt, aut etiā proprios sæpe affectus, ad corripiendos simplices, contra nostram sententiā ementiuntur: quos & à uobis cauere necessariū est, uelut ab euāgelica & apostolica fide ac dilectione alienos, & meminisse Apostoli qui dixit: Sed & si nos, aut angelus ex cœlo aliud euāgelium annunciet, præter id quod annunciauimus, anathema sit: quo seruantes etiā illud, cauetē à falsis prophetis: & hoc, subtrahite uos ab omni fratre inordinate ambulante, & non secundū traditionem quam acceperunt à nobis: procedamus iuxta regulam sanctorū, uelut super ædificati super fundamentū apostolorum & prophetarum, angulari lapide existente ipso domino nostro Iesu Christo, in quo omnis ædificatio cooprata augetur in templū sanctum in domino. Deus porro pacis sanctificet uos ex toto perfectos, & spiritus uester integer, & anima ac corpus citra reprehensionem, in aduentu domini nostri Iesu Christi reperiat: fidelis est enim deus qui uocat nos, uelut etiā faciet, si mandata ipsius seruabimus, per gratiam Christi in spiritu sancto. Amen.

DIVI BASILII MAGNI MORALIA, IANO CORNARIO medico physico interprete.



de sana fide in præcedentibus sufficienter ad præsens dictū esse putemus, hinc de moralibus promissionē in nomine domini nostri Iesu Christi persoluere conabimur. Quæcumque igitur inuenimus in nouo testamento sparsim interdicta aut approbata, ea pro uiribus nostris in summas, ad faciliorem studiosorū captum, colligere conati sumus, apponentes unicuique summæ etiam numerum capitum scripturæ in ipsa comprehensorum, siue ex euāgelio, siue ex Apostolo, aut actis: in quo is qui legit summam, & adpositum ipsi primum aut secundum, si ita cōtingat, numerum uidit, & deinde ipsam scripturam assumpsit, & caput prædicti numeri requisit, sic inueniat testimonium ad quod summa ipsa facta est. Animus equidem erat nobis primum etiam ex ueteri testamento apponere ad summas ea quæ ad singula in nouo testamento relata concorditer se habent, uerum quum urgeret nos necessitas fratrum, iam olim promissa à nobis sedulo exitum, recordatus sum eius qui dixit, Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Quare si quis uult, ex appositis sufficientem occasionem sumere potest, ut assumat uetus testamentum, & per seipsum concordia in omnibus diuinitus inspiratis scripturis cognoscat, quum aliās etiam una uox sufficiat credentibus, & ueritatem uerborum domini certam habentibus. Qua de causa etiam ea quæ in nouo testamento sunt, nō omnia, sed pauca ex omnibus apponere, sufficiens arbitratus sum.

Morales summæ, ut summam dicam, de his sunt.

- 1 De poenitentia, & quod sit poenitentia tempus, & de proprietatibus ipsius, & de fructibus ipsius.
- 2 De eo quod impermixtum ab omni contratio, & purum esse oportet studium eorum qui deo complacere uolunt.
- 3 De dilectione ad deum, & quæ sit ipsius demonstratio.
- 4 Quis sit honor dei, & quæ ignominia.
- 5 De mutua charitate & eius proprietatibus.
- 6 De eo quod dicendi libertate uti oportet in confessione dei ac Christi ipsius.
- 7 Quod non sufficit ad salutem confessio domini transgredientibus mandata ipsius.
- 8 De fide & certitudine uerborum domini.
- 9 De cognitione aut ignorantia eorum quæ ad nos pertinent.
- 10 Qui sit finis peccati, & qui mandati dei.
- 11 De iudicijs dei & timore ex ipsis.
- 12 De reprobatione ac contradictione, aut obedientia ac obseruatione uoluntatum dei.
- 13 De promptitudine in omni tempore & indilato studio eorum quæ ad complacentiam dei conamur.
- 14 De oportunitate singulorum quæ particulariter recte peraguntur.

- 15 Quod non oportet in aliorum recte facta spem collocare, & suorum ipsius negligentem esse.
- 16 De his qui uirtutis opera non perpetrant, & ex conuictu cum bonis ac deo placentibus, se utilitatem capere putant.
- 17 Quomodo erga praesens tempus affici oporteat.
- 18 De modo & affectione eorum quae praeter mandatum dei conamur.
- 19 De impediendo, & impedito ad mandatum dei.
- 20 De baptisate, & quae ratio & potentia baptismatis sit.
- 21 De communicatione corporis & sanguinis Christi, & quae sit eius ratio.
- 22 Quomodo abalienatur quis a deo, & per quae coniungitur.
- 23 De his qui superantur a peccatis, quae etiam odio habent.
- 24 De mendacio ac ueritate.
- 25 De ocioso sermone, & de honorum sermonum dispensatione.
- 26 Quod oporteat primum scripturarum testimonijs uti ad confirmationem eorum quae a nobis fiunt, aut dicuntur. Deinde uero etiam his quae in consuetudine recepta ac approbata sunt.
- 27 De assimilatione pro uiribus ad deum ac sanctos.
- 28 Quod discretionem habere oportet inter bonos uiros, & contrarios.
- 29 Quo modo professioni nostrae fidem faciamus.
- 30 De honore oblationum deo dedicatarum.
- 31 De usu eorum quae sanctis assignata ac contributa sunt.
- 32 De debitis ac redditionibus.
- 33 De scandalum exhibentibus ac perpeffis.
- 34 Quod oportet unumquemque in propria mensura, typum honorum alij propositum esse.
- 35 De his qui bona uitiant ac uilipendunt.
- 36 De honore ac affectione erga sanctos.
- 37 De his qui pauca pro uiribus proponunt ac conantur.
- 38 Quomodo oporteat hospitio excipere.
- 39 De firmitate ac constantia in bonis in domino.
- 40 De his qui alia docent.
- 41 De excisione eorum quae scandalum exhibent, & quod parcendum est debilioribus.
- 42 De eo quod dominus ad complendam legem uenit.
- 43 De differentia mandatorum legis & euangelij.
- 44 Quod leue est onus domini, graue peccatum.
- 45 De aequali honore ac humilitate.
- 46 De studio recte factorum, maiorum aut minorum.
- 47 De diuitijs ac paupertate, & his quae ad haec consequuntur.
- 48 De beneficentia erga fratres, & quaestu propter hanc.
- 49 De litigante & defendente seipsum, aut etiam alterum.
- 50 De pace, & pacificatione.
- 51 Qualis esse debeat, qui proximum corrigere tentat.
- 52 De mero ob peccantes, & quomodo cum ipsis conuersari oporteat, & quando ipsos auerfari, aut quando suscipere.
- 53 Quale sit iudicium eorum qui malorum memores sunt, per quae iniuria se affectos esse sibi uidentur.
- 54 De iudicando & discernendo.
- 55 De affectione & confessione donorum dei, & gratiarum actione propter ipsa.
- 56 De adoratione, & quando, & quid, & quomodo, & pro quo orare oportet.
- 57 De elatione ob recte facta.
- 58 De acquisitione donorum dei, & collatione.
- 59 De honore & gloria humana.
- 60 De differentia donorum dei, & concordia eorum qui in his excellunt, aut defectum habent.

Deus

- 61 De uilitate eorum qui gratiam Dei suscipiunt, uelut inter homines uilitas dicitur.
- 62 De tentationibus, & quando cedere oportet, & quando instare ac resistere, & quomodo aduersarijs occurrere.
- 63 De timore ac confidentia in calamitatibus.
- 64 De gaudio in afflictionibus pro Christo.
- 65 Quomodo oportet etiam in ipso sine orare.
- 66 De his qui derelinquunt eos qui pro pietate decertant, & de his qui una cum illis decertant.
- 67 De his qui propter mortuos tristes sunt.
- 68 De differentia praesentis seculi & futuri.
- 69 De his quae simul & coniuncte interduntur a scriptura, aut approbantur.
- 70 De his quibus Euangelij praedicatione in manus traditur, & quando, & quos, & quid docere oportet, & quomodo tales seipfos prius emendare conuenit, & quomodo in praedicatione dicendi libertate uti, et quomodo eorum qui ipsorum fidei credidit sunt curam gerere, & quali affectione, & circa quae studia praecipue conuersari, & quomodo puros esse ab omnibus ut plurimum consequentibus delictis, & ad quam mensuram ducere eos qui discunt, & quomodo inducere eos qui resistunt, & quomodo cedere eos qui propter timorem reculant, & quomodo secedere ab his qui propter ingratitudinem non suscipiunt, & quomodo aliquos eligere, aut electos deponere, & quomodo oportet unumquemque alijs praesidentem, seipsum obnoxium ducere his qui ipsi commissi sunt, de certitudine ac perfectione eorum quae dicit et facit.
- 71 De his quae coniuncte propter praesides constituta sunt.
- 72 Quomodo oportet auditores discernere, spirituales doctores a non talibus, & quomodo erga ipsos affici, aut quae ab ipsis traduntur suscipere.
- 73 De his quae in nuptijs ac matrimonio sunt.
- 74 De uiduis.
- 75 De seruis & dominis.
- 76 De liberis & parentibus.
- 77 De uirginibus.
- 78 De militantibus.
- 79 De principibus ac magistratibus, & subditis.
- 80 Quales in summa esse uelit uerbi doctrina Christianos, & quales praesides.

MORALIUM SVMMARVM PRIMAE, CAPVT I.

Quod oportet credentes domino primum poenitentiam agere, iuxta praedicationem Ioannis, & ipsius domini nostri Iesu Christi. Grauius enim his qui ante euangelium condemnati sunt, hi qui nunc poenitentiam non agunt condemnantur.

Matthaeus: Tunc coepit Ioannes praedicare ac dicere: Poenitentiam agite, appropinquat enim regnum caelorum. Tunc coepit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta fuerat plurimae uirtutes ipsius, quod non egissent poenitentiam: Vae tibi Chorazin, uae tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factae essent uirtutes quae factae sunt in uobis, iam olim in sacco & cinere desidentes poenitentiam egissent, Veruntamen Tyro et Sidoni tolerabilis erit in die iudicij quam uobis, & caetera.

Summae primae Cap. II.

Quod poenitentiae & remissionis peccatorum praesens tempus est: in futuro uero seculo iustum iudicium retributionis.

Matthaeus. Ut autem sciatis quod potestatem habet filius hominis in terra remittere diuina peccata, dicit, & caetera. Et rursus, Amen dico uobis, quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata in caelo: & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta in caelo. Rursus, Amen dico uobis, quod si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quaecumque petierint, fiet illis a patre meo qui in caelis est.

Ioannes. Quia uenit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem ipsius, & prodibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae: qui uero mala egerunt, in resurrectionem condemnationis.

O 4 Ad Roma

Ad Romanos. Aut diuitias bonitatis ipsius & patientiæ & longanimitatis contem-
nis? ignorans quod bonitas Dei ad poenitentiam te ducit; Verum iuxta duritiam tuam
& impoentens cor, colligis tibi ipsi iram, in die iræ & reuelationis & iusti iudicij dei, qui
retribuet unicuique iuxta opera sua. In actis. Et tempore quidem huius ignorantia quum
hactenus transmiserit quasi non uideret deus, nunc annunciat omnibus hominibus, ut omnes
ubi que poenitentiam agant, eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem terrarum, et qui sequuntur.

Summæ primæ Cap. III

Quod oportet poenitentiam agentes flere amare, & reliqua quæ poenitentia propria sunt
ex corde demonstrare.

Matthæus. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu quod dixerat ipsi: priusquam gallus
cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

Ad Corinth. II. Verum qui consolatur humiles consolatus est nos per presentiam Titii,
non solum autem per aduentum ipsius, sed etiam per consolationem per quam consolatus
est nos ex uobis. Et paulo post: Ecce enim hoc ipsum, quod uos secundum deum tristes sui-
stis, quantam in nobis peperit sollicitudinem, imò defensionem, imò indignationem, imò ti-
morem, imò desiderium, imò emulationem, imò uindictam. In omnibus exhibuistis uos
ipsum, ut puri essetis in negotio. In actis. Multique credentium ueniebant confiten-
tes & annunciantes facta sua: multi uero ex eis qui curiosas artes sectati fuerant, compo-
tatos libros exusserunt coram ipsis.

Summæ primæ Cap. IIII

Quod poenitentiam agentibus non sufficit ad salutem, secessus solus à peccatis, uerum op-
pus est ipsis etiam fructibus poenitentia dignis.

Matthæus. Quum autem uidisset multos pharisæos & saduceos uenientes ad baptis-
mum suum, dixit ipsis: Progenies uiperarum, quis demonstraui uobis ut fugeretis à uen-
tura iræ? Facite igitur fructus poenitentia dignos, & ne uideamini dicere intra uos ipsos, Pa-
trem habemus Abraham. Dico enim uobis quod potens est deus ex lapidibus his excitare
filios Abraham. Iam uero & securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ
non facit fructum bonum excinditur, & in ignem mittitur.

Summæ primæ Cap. V

Quod post discessum ex hac uita, non est tempus recte factorum, quum deus præfens tem-
pus in longanimitate distribuerit, ad operationem eorum quæ ad ipsum placandum ac
benignum reddendum pertinent.

Matthæus. Tunc simile erit regnum cælorum decem uirginibus, quæ acceptis lam-
padibus suis exiuerunt obuiam sponso. Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque
fatue. Quæ sanè fatue lampadibus suis acceptis, non acceperunt oleum secum: pruden-
tes autem acceperunt oleum in uasis suis. Moram uero trahente sponso dormitauerunt
omnes ac dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsum uenit, exite ob-
uiam ipsi. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas, Fatue uero
prudentibus dixerunt: date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Re-
sponderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uen-
dentes & emite uobis. Dum autem abierunt ad emendum, uenit sponsum, & quæ paratæ
erant intrauerunt cum ipso ad nuptias, & clausa est ianua. Postea uero ueniunt & reliquæ
uirgines dicentes: Domine domine aperi nobis. At ille respondens, ait ipsis: Amen amen
dico uobis, non noui uos. Lucas. Contendite intrare per angustam portam, quia
multi dico uobis, quærent intrare, & non poterunt. Quum autem surrexerit paterfamilia-
lis, & occluserit fores, & cœperitis foris stare, et pulsare fores dicentes: Domine domine
aperi nobis, & respondens dicet uobis, Nescio uos unde sitis.

Ad Corinth. II. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nullam in ulla
re dantes offensionem, ut ne uisuperetur ministerium, sed in omnibus exhibentes uos ip-
sos uelut ministros dei. Itaque dum tempus habemus operemur bonum erga omnes.

Summæ secundæ Caput I.

Quod impossibile est seruire deo eum qui alienis à pietate ac cultu Dei imiscetur negocijs:
Matthæus. Nemo potest duobus seruire dominis, aut enim alterum odio habebit, & al-
terum diliget, aut unum amplectetur, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire &
Mamonæ.

Ad Co

Ad Corinth. II. Nolite iugum ducere cum incredulis: Quod enim consortium iusti-
tiæ cum iniusticiâ? aut quæ cõmunio luci cum tenebris? quæ uerò cõcordia Christo cum
Belial? aut quæ fors credenti cum non credente? aut quæ cõsensus templo dei cum simulachris?
Summæ secundæ Cap. II

Quod oportet eum qui Euangelio obedit, primum purgari ab omni inquinamento car-
nis & spiritus, ut sic acceptus fiat deo in sanctitatis operibus perpetrandis.

Matthæus. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia purgatis externam poculi
patinæque partem, intrinsecus autem plena sunt rapina & intemperantia. Pharisæe cæce,
purga prius quod est intra poculum & patinam, ut & exteriores ipsorum partes puræ fiant.

Ad Corinth. II. Has igitur promissiones quum habeamus charissimi, mundemus nos ip-
sos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei.

Summæ secundæ Cap. III

Quod impossibile est discipulum domini fieri eum qui erga quid rerum presentium affe-
ctum animum habet, aut aliquid tolerat quod uel modice à mandato dei abstrahit.

Matthæus. Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus, & qui amat
filium aut filiam super me, non est me dignus: & qui non tollit crucem suam, & sequitur
post me, non est me dignus. Si quis uult post me uenire, abneget seipsum, et tollat crucem
suam & sequatur me, Qui enim uoluerit animam suam seruire, perdet ipsam.

Summæ tertiæ, Cap. I

Quod primum & magnū mandatum in lege à domino pronunciatum est: diligere deum
extoto corde. & secundum, diligere proximum ut seipsum.

Matthæus. Iesus autem dixit ipsi: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua, Hoc est primum & mag-
num mandatum. Secundum uerò consimile hoc: diliges proximum tuum ut teipsum.

Summæ tertiæ, Caput II

Quod argumentum sit quod quis deum non diligit, et Christum ipsum, si mandata ipsius
non seruat: comprobatio autem dilectionis, obseruatio mandatorum Christi, in toleran-
tia afflictionum ipsius usque ad mortem.

Ioannes. Qui habet mandata mea & seruat ipsa, ille est qui me diligit: qui non diligit
me, sermones meos non seruat. Si sermones meos seruaueritis, manebitis in dilectione
mea, quemadmodum ego mandata patris mei seruauit, & maneo in ipsius dilectione.

Ad Romanos. Quis separabit nos à dilectione Christi? tribulatio, aut angustia, aut per-
secutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius? quemadmodum scriptum
est, Propter te mortificamur tota die, Reputati sumus uelut oues ad macerationem desti-
natae. Verum in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos, & quæ sequuntur.

Summæ quartæ Cap. I

Quod honorat & glorificat Deum is qui uoluntatem ipsius operatur: ignominia uerò
afficit, qui transgreditur legem ipsius.

Ioannes. Ego te glorificaui in terra, opus perfecti quod dedisti mihi, ut facerem.

Matthæus. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, &
glorificent patrem uestrum qui in cælis est.

Ad Philippen. Ut sitis sinceri & inoffensi ad diem Christi, pleni fructibus iustitiæ: qui
sunt per Iesum Christum, in gloriam & laudem dei.

Ad Romanos. Qui in lege gloriaris, per transgressionem legis deum dehonestas.

Summæ quintæ, Cap. I

Quod oportet ab omni aduersus omnes odio purum esse, & inimicos diligere, pro ami-
cis uerò animam ponere, ubi necessitas uocari: & talem habere dilectionem, qualem ha-
buit erga nos Deus & Christus ipse.

Matthæus. Audiuistis quod dictum est ueteribus, Diliges proximum tuum, & odio
habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros. Et paulo post,
Eritis igitur uos perfecti, uelut pater uester cælestis perfectus est.

Ioannes. Sic enim dilexit deus mundum, ut filium suum unigenitum dederit. Hoc est
mandatum meum ut diligatis uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos: maiorem cha-
ritatem nemo habet, ut quis animam pro amicis ponat.

Lucas

Lucas. Et eritis filij altissimi, quia ipse benignus est erga ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. Ad Roman. Commendat autem suam charitatem in nos deus, quod quā adhuc peccatores essemus nos, Christus pro nobis mortuus est. Ad Ephes. Fiat is igitur imitatores Dei uelut filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationem & uictimam Deo.

Summæ quintæ, Cap. II

Quod demonstratio discipulorum Christi, est mutua in ipso dilectio.

Ioannes. In hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si charitatem inter uos mutuam habueritis.

Summæ quintæ, Cap. III

Quod argumentum sit, quod quis dilectionem non habet ad proximum, si quis facit quid quod lædit aut tristitia afficit ipsum, ad fidei excisionem, etiam si concessum sit à scriptura propria ratione id quod facit.

Ad Roman. Si enim propter cibum frater tuus offenditur, non amplius secundum dilectionem ambulas. Ne per cibum tuum illum perdas, pro quo Christus mortuus est.

Summæ quintæ, Cap. IIII

Quod oportet Christianum etiam eum qui tristatus est contra ipsum, omni modo quantum eius in ipso est placare.

Matthæus. Si igitur obtuleris munus tuum ad altare, & memor fueris, quod frater tuus habet quid contra te, dimitte illic donum tuum coram altari, & abi primum reconcillare fratri tuo, & tunc uenias ac offeras donum tuum. Ad Corinth. Dum conuicti sumus, tunc benedicimus, dum persecutionem patimur sustinemus, dum blasphemiam obuiamur obsecramus.

Summæ quintæ, Cap. V

Quod is qui dilectionem secundum Christum habet, aliquando etiam offendit eum quem diligit ad utilitatem.

Ioannes. Nunc autem uado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quod uadis. Sed quia hæc loquutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. At ego ueritatem dico uobis: conducit uobis ut ego abeam, si enim ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Ad Corinth. 2. Adeo ut magis gauisus fuerim: nam etiam si contristatus uos per epistolam, non me poenitet, etiam si poenitebat, Video enim quod epistola illa, etiam si ad tempus uos contristauit, nunc gaudeo quod non contristati estis, sed quod contristati sitis ad poenitentiam, Contristati enim estis secundum deum, ut in nulla re detrimentum passi sitis ex nobis.

Summæ sextæ, Cap. I

Quod oportet intrepide & citra pudefactionem dicendi libertate uti, in confessione domini nostri Iesu Christi, & sermonum ipsius.

Matthæus. Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem audistis, predicate in domibus. Et ne timeatis eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt: uerum timeatis magis eum qui potest occidere animam et corpus in gehenna. Omnis igitur qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego illum coram patre meo, qui est in caelis.

Lucas. Quem enim mei puduerit & meorum sermonum, huius & filium hominis per debet, quum uenerit in maiestate sua, & patris sanctorumque angelorum.

Ad Timoth. 2. Ne igitur pudeat te testimonij domini nostri, neque mei qui sum uinculus ipsius, sed malis affligere unam cum euangelio, uelut bonus miles Iesu Christi.

Summæ septimæ, Cap. I

Quod etiam si quis uideatur confiteri deum, & audiat uerba ipsius, uerum inobediens sit mandatis ipsius, condemnatus est, quamuis in rebus spiritualibus propter ministerij alij cuius administrationem ipsi esse permissum est.

Matthæus. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est. Multi dicent mihi in illa die, Domine domine non in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo demonia eiecimus: & in nomine tuo uirtutes multas fecimus: & tunc confitebor ipsis, Nunquam noui uos, sed edite à me qui operamini iniquitatem.

Lucas

Lucas. Quid uerò me uocatis Domine domine, & non facitis quae dico? & cetera. Ad Timoth. 2. Deum confitentur se scire, facitis autem negant, abominabiles existentes & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.

Summæ octauæ, Caput I.

Quod non oportet hæsitare ac dubitare de his quae à domino dicuntur, sed certum esse, omne uerbum dei uerum esse ac potens, etiam si natura pugnet: hic enim est & fidei certamen.

Matthæus. Quarta autem uigilia noctis uenit ad ipsos, ambulans super mare, & quum uidissent ipsum discipuli super mare ambulans, turbati sunt dicentes, Visum est: & praeter timore clamauerunt. Statim autem loquutus est ipsis Iesus dicens: Confidite, ego sum, ne timeatis. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es, iube me ad te uenire super aquas. Ille uerò dixit: ueni. Et quum descendisset Petrus de nauigio, ambulauit super aquas, ut ueniret ad Iesum. Videns autem uentum fortem timuit, & quum iam incepisset submergi, clamauit dicens: Domine serua me. Statim autem Iesus extenta manu apprehendit ipsum, & dicit ipsi: Modica fide praedite, cur dubitasti?

Ioannes. Contendebant igitur inter se Iudaei, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem dare ad edendum. Dixit igitur ipsis: Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ipsius sanguinem, non habetis uitam in uobis ipsis.

Lucas. Dixit autem ipsi angelus, Ne time Zacharia, nam exaudita sunt preces tuae. Et uxor tua Elizabeth gignet tibi filium. Et paulo post: Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciam: ego enim sum senex, & uxor mea prouecta aetatis. Et respondens angelus dixit ipsi, Ego sum Gabriel qui adsto in conspectu dei, & missus sum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem. Et ecce eris tacitus, & non poteris loqui, usque ad diem in quo hæc fiant, propterea quod non credidisti uerbis meis, quae implebuntur in tempore suo.

Ad Romanos. Et non infirmus fuit in fide, neque considerauit corpus suum iam mortificatum, quum ferè centum annorum esset, & mortificationem uteri Saræ. Verum ad promissionem dei non hesitauit incredulitate, sed potens factus est in fide, dans gloriam deo, & certus factus quod id quod promissit, potens est etiam facere, quapropter reputatum est ipsi ad iustitiam.

Summæ octauæ, Cap. II.

Quod qui in minoribus non credit domino, manifestum se facit quod etiam multo prius in maioribus fidem ipsi non habet.

Ioannes. Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixerò uobis caelestia credetis? Lucas. Qui fidelis est in minimo, etiam in multo fidelis est. Et qui in minimo iniustus, etiam in multo iniustus est.

Summæ octauæ, Cap. III

Quod non oportet ratiocinationibus proprijs niti, ad reprobationem eorum quae à domino dicuntur, uerum magis fidedigna nosse Domini uerba quam propriam certitudinem.

Matthæus. Tunc dicit ipsis Iesus: Omnes uos scandalum perpetemini in me in hac nocte. Respondens autem Petrus dixit ipsi: Etsi omnes offendiculum passi fuerint propter te, ego tamen nunquam offendiculum patiar. Dixit ipsi Iesus, Amen dico tibi, in hac nocte antequam gallus canet, ter me negabis.

Idem. Vespere autem facta discumbat cum duodecim discipulis, & edentibus ipsis dicit ipsis: Dico uobis, quod unus ex uobis tradet me. Et contristati ualde, ceperunt dicere ipsi singuli: Num ego sum domine?

In actis. Et facta est uox ad ipsam: surge Petre, trahat & manduca. Petrus uerò dixit Absit domine, quia nunquam comedi quicquam inquinatum uel immundum. Et rursus uox iterum ad ipsam: Quae deus purificauit, tu ne inquines.

Ad Corinth. II. Consilia destruentes & omnem altitudinem quae se effert contra cognitionem dei, & captiuam ducentes omnem cogitationem ad obedientiam Christi.

Summæ nonæ, Caput I.

Quod non oportet negligere cognitionem pertinentium ad nos, uerum cum aduertentia domini uerbum audire ac intelligere, & uoluntatem ipsius facere.

Matthæus

Matthæus. Respondens autem Petrus dixit ipsi, dic nobis parabolam hanc. Iesus autem dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis: nondum intelligitis quod quicquid ingreditur in os, in uentrem abit, & in secessum eicitur: Quæ uero proficiuntur ex ore, ex corde egrediuntur, & inquinant hominem.

Idem. Vnoquoque audiente uerbum regni & non intelligente, uenit malignus & rapit quod seminatum est in corde ipsius: hoc est, quod circa uitam seminatum est. Et paulo post: Quod uero in terram bonam seminatum est, hic est qui uerbum audit & intelligit, qui sane fructum fert & facit, alius centuplum, alius sexagecuplum, alius trigecuplum.

Marcus. Et conuocata omni turba, dixit ipsis: Audite me & intelligite. Ad Ephes. Videte igitur quomodo exacte ambuletis, non ut desipientes, sed uelut sapientes, redimentes occasionem, quoniam dies mali sunt. Propterea ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei.

Summæ nonæ, Cap. II

Quod de impertinentibus non oportet curiosum esse.

Ioannes. Et post buccellam introiit in ipsum Satanas, dicit igitur ipsi Iesus: Quod tuis, fac citius. Hoc autem nemo intellexit ex discumbentibus, ad quid dixisset ipsi.

In actis. Hi itaque conuentu facto interrogabant ipsum dicentes: Num in hoc tempore restitues regnum Israel? Dixit autem ad ipsos: Non est uestrum nosse tempora aut occasiones, quæ pater posuit in propria potestate.

Summæ nonæ Cap. III

Quod proprium est eorum qui studium habeant ut complacent Deo, ut interrogent de quibus oportet. Matthæus. Et accesserunt ipsum discipuli eius dicentes: Dissere nobis parabolam zizaniorum agri. Idem. Et ecce unus accedens ipsum, dixit: Præceptor bone quid boni faciam, ut habeam uitam æternam?

Lucas. Dicebat igitur exeuntibus turbis ut baptizarentur ab ipso: Progenies uisperarum, quis demonstrauit uobis ut fugeritis à futura ira? Et paulo post: Et interrogabant ipsum turbæ, dicentes: quid faciemus? Similiter publicani, similiter militantes.

In actis. Quum uero audissent puncti sunt corde, dixeruntque ad Petrum ac reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres?

Summæ nonæ Cap. IIII

Quod curam habere oportet, ut interroganti memorabiliter respondeamus.

Lucas. Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans ipsum, & dicens: Magister quid faciendo uitam æternam possidebo? Dixit autem ad eum: In lege quid scriptum est, quomodo legis? Hic uero respondens dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, et proximum tuum sicut teipsum. Dixit autem ad ipsum, recte respondisti, Hoc fac & uiues. Ad Corinth. Sermo uester semper in gratia, conditus sit sale, ut sciatis quomodo oportet uos unicuique respondere.

Lucas. Ille autem seruus qui nouit uoluntatem domini sui, & non præparauit se, neque fecit ad uoluntatem ipsius, multas plagas accipiet, Qui uero non nouit, & plagis digna se cit, paucas accipiet.

Summæ decimæ, Caput I.

Quod finis peccati sit mors.

Ioannes. Qui uero non obedit filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super ipsum. Ad Romanos. Quum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quem igitur fructum habebatis tunc in his de quibus nunc erubescitis: nam finis illorum mors. Et paulo post: Stipendia enim peccati mors: stimulus autem mortis, peccatum.

Summæ decimæ, Cap. II.

Quod finis mandati dei est uita æterna.

Ioannes. Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Idem. Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar, & noui quod mandatum eius uita æterna est.

Ad Romanos. Nunc autem liberati à peccato, serui uero facti deo, habetis fructum uestrum ad sanctificationem, finem uero uitam æternam.

Summæ

Summæ XI Cap. I.

Quod non oportet contemnere iudicia dei, sed timere, etiam si non statim retributionem habeant.

Matthæus. Timete magis eum qui potest animam & corpus perdere in gehenna. Lucas. Si uero dicat seruus ille in corde suo, moratur dominus meus uenire, & inceperit uerberare famulos et famulas, et comedere ac bibere atque inebriari, ueniet dominus serui illius in die qua non expectat, & in hora qua non nouit, & discabit ipsum, & partem ipsius cum infidelibus ponet. Ioannes. Ecce sanus factus es, ne amplius pecces, ut ne quid peius tibi contingat. Ad Ephes. Nemo decipiat uos inanibus uerbis, propter hæc enim uenit ira dei super filios inobedientiæ.

Summæ XI Cap. II

Quod qui propter prima peccata correptus est, & remissione dignus factus, si rursus peccarit, deterius priore sibi ipsi præparat iudicium iræ.

Ioannes. Ecce sanus factus es, ne amplius pecces, ut ne quid peius tibi contingat.

Summæ XI Cap. III

Quod quibusdam lapsis sub iudicium iræ Dei, reliquos timentes erudiri oportet.

Lucas. Aderant autem quidam eodem tempore, nunciantes ipsi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs ipsorum. Et respondens Iesus dixit ipsis: Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quod talia passi sunt? Non, dico uobis, sed nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem et octo, supra quos cecidit turris in Siloam, et occidit eos: putatis quod hi debitores fuerint ultra cunctos homines habitantes in Hierusalem? Non, dico uobis, sed nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

In actis. Audiens autem Ananias uerba hæc, collapsus expirauit. Et ortus est timor magnus super omnes qui audierunt hæc. Ad Corinth. I. Neque murmuretis uelut quidam ipsorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem figuræ illis contigerunt. Scripta uero sunt ad admonitionem nostram ad quos fines seculorum deueniunt.

Summæ XI Cap. IIII

Quod ipsis etiam maliciæ operibus sæpe quis in poenam traditur, propter impietatem quæ prius in ipso existit.

Ad Romanos. Et sicut non probauerunt ut Deum agnoscerent, tradidit ipsos deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebat.

Ad Thessal. Pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt ut salui fierent, propterea mittit deus ipsis operationem erroris ut credant mendacio.

Summæ XI Cap. V

Quod non multitudo peccatorum placat Deum, sed qui ipsi complacet, etiam si unus sit, & hoc mulier.

Lucas. In ueritate dico uobis quod multe uiduæ erant in diebus Heliae in Israel, quum conclusum est cælum ad annos tres et menses sex, quando facta est fames magna per omnem terram, & ad nullam ipsarum missus est Helias, nisi in Saraptha Sidonis ad mulierem uiduam. Ad Corinth. I. Non enim uolo uos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eundem cibum spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, Bibebant enim ex spiritali sequente ipsos petra: petra autem erat Christus. Sed plures, ipsorum non approbavit Deus, prostrati sunt enim in deserto.

Summæ XII Cap. I.

Quod omnis contradictio, etiam si ex amico ac pio affectu fiat, à domino abalienat contradicentem: omne autem uerbum domini cum omni certitudine suscipere oportet.

Ioannes. Et incepit lauare pedes discipulorum & extergere linteo, quo cinctus erat. Venit igitur ad Simonem Petrum, & dicit ipsi ille: Domine tu meos lauas pedes? Respondit Iesus & dixit ipsi: Quod ego facio tu nescis modo, cognosces autem postea. Dicit ipsi Petrus: Non lauabis pedes meos in æternum. Respondit ei Iesus: Nisi lauero te, non habes partem mecum.

P Summæ

Summa XII Caput II

Quod non oportet traditiones humanas sequi, in reprobationem mandati dei.

Matthæus. Deinde interrogant ipsum pharisæi & scribæ: Cur discipuli tui non ambulabant secundum traditionem seniorum, sed illorum manibus comedunt panem? Ille uero respondens dixit illis: Recte prophetauit Esaias de uobis hypocritis, uelut scriptum est: Hic populus me labijs honorat: cor uero ipsorum procul abest à me, Frustra autem colunt me docentes doctrinas mandata hominum. & quæ sequuntur.

Summa XII Cap. III

Quod oportet omnia citra omissionem seruare, quæ per Euangelium & Apostolos à domino tradita sunt.

Matthæus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomen patris & filij & spiritus sancti, docentes ipsos seruare omnia quæ præcepti uobis.

Lucas. Erant autem iusti ambo coram deo, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini irreprehensibiles.

Idem. Qui uos audit me audit, qui uero uos reprobat me reprobat.

Ad Thessal. Itaque fratres scite & seruare traditiones quas edocui estis, siue per sermone, siue per epistolam nostram.

Summa XII Cap. IIII

Quod non oportet uoluntatem propriam approbare præter uoluntatem Dei, sed in omni negotio querere & facere uoluntatem dei.

Ioannes. Quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem patris qui misit me.

Lucas. Et postis genibus orabat dicens, Pater si uis, transfer poculum hoc à me: ueruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat.

Ad Galatas. Inter quos & nos omnes uersati sumus aliquando in concupiscentijs carnis nostræ facientes uoluntatem carnis & cogitationum nostrarum, & eramus filij iustitiæ naturæ, uelut reliqui.

Summa XIII Cap. I.

Quod semper oportet sobriū esse, et paratum in studio recte factorum dei, ita ut notum nobis sit periculum dilationis.

Lucas. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertetur ex nuptijs, ut ubi uenerit & pulsauerit, statim aperiant ipsi. Beati serui illi, quos ubi uenerit dominus inueniet uigilantes. Amen dico uobis quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenierit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quod si sciisset paterfamilias qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, & non permisisset perfodi domum suam. Et uos igitur estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis ueniet, & cætera.

Ad Thessal. De temporibus autem & articulis temporum, non est opus ut uobis scribam: ipsi enim exacte scitis, quod dies domini uelut fur in nocte ita ueniet. Et paulo post, Ne igitur dormiamus uelut reliqui, sed uigilemus ac sobrii simus.

Summa XIII Cap. II

Quod oportet omne tempus commodum ducere ad studium eorum quæ deo placent.

Ioannes. Me oportet operari opera eius qui me misit, dum dies est.

Ad Philippen. Quare charissimi mei quemadmodum semper obediistis, non solum uelut in præsentia mea, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore et tremore uestram ipsorum salutem operemini.

Summa XIII Cap. I.

Quod non oportet impertinentia miscere, sed singulorum quæ fiunt aut dicuntur proprium tempus cognitum habere.

Matthæus. Tunc accedunt ipsum discipuli Ioannis dicentes: Cur nos & pharisæi ieiunamus multum, discipuli autem tui non ieiunant? Et dixit illis Iesus. Non possunt filij sponsi lugere, quam diu cum ipsis est sponsus: uenient autem dies quum tolletur ab ipsis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Ad Galatas. Igitur fratres non sumus ancillæ liberi, sed liberæ. Libertate igitur quæ

Christus

Christus nos liberauit scite, & ne tursus iugo seruitutis implicemini.

Summa XV Cap. I

Quod non oportet in aliorum recte factis spem collocare, et suorum ipsius negligentem esse.

Matthæus. Facite igitur fructus dignos poenitentia, & ne uideamini dicere intra uos ipsos, patrem habemus Abraham.

Summa XVI Cap. I

Quod nullam utilitatem capiunt qui uitam degunt cum placentibus deo, & ex seipsis opera uirtutis non perpetrant, etiam si iuxta apparentiam seruent similitudinem ad ipsos.

Matthæus. Tunc assimilabitur regnū cælorum decem uirginibus, quæ acceptis lampadibus suis exierunt obuiam sponso. Quinq; autem ex eis erant prudentes, & quinq; fatuæ, quæ sanè fatuæ lampadibus suis acceptis non acceperunt oleum: prudentes autem acceperunt oleum in uasis suis. Ad quæ infert paulo post de fatuis, Domine domine aperi nobis. Ille uero respondens, ait illis: Amen dico uobis, non noui uos.

Lucas. Dico uobis, duo erunt in uno lecto, unus assumetur, & alter dimittetur. Duræ molentes simul, una assumetur, altera relinquetur. Et respondentes dicunt ipsi, Vbi domine? Hic uero dixit illis: Vbi cadauer, illic congregabuntur & aquilæ.

Summa XVII Cap. I

Quod oportet presens tempus ab indicatis nobis à scriptura proprietatibus cognoscere quale est, & ad eius consecrationem res nostras disponere.

Matthæus. A fico autem arbore discite similitudinem, quum iam ramus ipsius tener sit & folia producit, cognoscitis quod propinqua est æstas: sic & uos quum hæc omnia uideritis, noscite quod prope est præforibus.

Lucas. Quum uideatis nubem orientem ab occasu, statim dicitis quod imber uenit, & contingit sic. Et quum austrum flantem, dicitis, quod æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nouistis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis?

Ad Corinth. I. Tempus contractum est de cætero, ut & qui habent uxores, uelut non habentes sint: & qui plorant, tanquam non plorent: & qui gaudent, tanquam non gaudeant: & qui emunt, tanquam non possideant: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: præterit enim figura mundi huius.

Summa XVIII Cap. I

Quod oportet mandata dei scire facere uelut dominus præcepit, qui enim circa modum operationis aberrat, etiam si uideatur facere mandatum, reprobus est apud deum.

Lucas. Dicebat autem & ei qui ipsum inuitauerat. Quum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque uicinos diuites, ne quando & ipsi te uicissim inuident, ac rependatur tibi beneficium. Sed quum facis conuiuium, uoca pauperes, mutilos, claudos, & beatos eris, quia non possunt retribuere tibi, rependetur enim tibi in resurrectione iustorum.

Summa XVIII Cap. II

Quod non oportet mandatum dei propter complacētiam hominum, aut propter aliam aliquam affectionem facere, sed in omnibus scopū habere ut placeas deo, & glorifices deum.

Matthæus. Attendite ut ne faciatis elemosynam uestram coram hominibus, ut uideamini ab ipsis, alioqui mercedem non habetis apud patrem uestrum qui in cælis est. Quum igitur feceris elemosynam, non tubas inflare facies coram hominibus, quemadmodum faciunt hypocritæ in synagogis & in uicis, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, habent mercedem suam. & quæ sequuntur.

Ad Corinth. I. Siue igitur editis siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Ad Thessal. Sed quemadmodum probati sumus à deo ut concrederet nobis euangelium, sic loquimur, non uelut hominibus placentes, sed deo qui probat corda nostra. Neque enim unquam in sermone adulationis fuimus sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, Deus testis est, neque querentes ex hominibus gloriam, neque à uobis, neque ab alijs.

Summa XVIII Cap. III

Quod mandata Domini cum conscientia & bono affectu erga deum & homines facere oportet, qui enim non sic facit, condemnatus est.

P 2 Matthæus

Matthæus. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia purgatis externam poculi partem, itemq; patinæ. Intus autem plena sunt rapina & intemperantia. Pharisæe cæce, purga prius internam poculi & patinæ partem, ut fiat etiam externa ipsorum pura.

Ad Roman. Qui impertit in simplicitate

Ad Philippen. Omnia facite citra murmuraciones & disceptationes.

Ad Timoth. Finis autem promissionis est dilectio ex puro corde, & bona cōscientia.

Ibidem. Habens fidem & bonam cōscientiam, qua quidam depulsa circa fidem naufragium fecerunt.

Summæ XVIII. Cap. IIII

Quod à benignitate circa minora, iustificatur retributionis iudicium in maioribus.

Matthæus. Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Et paulo post: Omni enim habenti dabitur, & abun- dabit. Ab eo uero qui non habet, etiam id quod habet, auferetur.

Lucas. Si igitur in iniusto Mamona fideles nō fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis?

Summæ XVIII. Cap. V

Quod oportet mandata domini cum insatiabili cupiditate facere, semper ad amplius feruendum.

Matthæus. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam.

Ad Philipp. Fratres ego me ipsum nondum arbitror assequutum esse, unum autem, eorum quidē quæ retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt antierius me ipsum extendens, iuxta scopum persequor ad brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu.

Summæ XVIII. Cap. VI

Quod mandata dei sic facere oportet, ut quantum eius in faciente situm est, omnes illuminentur, & deus glorificetur.

Matthæus. Vos estis lux mundi. Non potest urbs occultari supra montem sita: neq; accendunt lucernam & ponunt sub modium, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui sunt in domo. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.

Lucas. Nemo autem accensam lucernam uase occultat, aut subter lectum ponit, sed super candelabrum imponit, ut qui intrant, uideant lumen.

Ad Philipp. Ut sitis sinceri & inoffensi in diem Christi, repleti fructibus iusticiæ pro Iesu Christo, ad gloriam & laudem dei.

Summæ XIX. Cap. I

Quod non oportet impedire facientem uoluntatem dei, siue secundū mandatum dei, siue secundum rationem ad mandata sequentem. Nec uero facientem tolerare impediētes, etiam si legitimi sint, uerum in eo quod iudicauit perseuerare.

Matthæus. Tunc uenit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Ioānem, ut baptizaretur ab ipso. Ioannes autem prohibebat ipsum dicens: Ego opus habeo ut à te baptizer, & tu uenis ad me? Respondens autem Iesus dixit ad ipsum, Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iusticiam, & quæ sequuntur.

Idem. Tunc cepit Iesus ostendere discipulis suis, quod oporteret ipsum abire in Hierosolyma, & multa pati à senioribus & pontificibus ac scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Et quum assumpsisset ipsum Petrus, cepit increpare ipsum dicens: Propitius sis tibi domine, ne quaquā contingat tibi hoc. At ille conuersus dixit Petro, Abi post me fatana, scandalum es mihi, quia non sapias ea quæ sunt dei, sed quæ hominum.

Marcus. Et afferebant ipsi pueros ut ipsos attingeret, discipuli uero afferentes increpabant, quod quū uidisset Iesus indignatus est, & dixit ipsis: Sinite pueros uenire ad me, & non prohibete ipsos. Horum enim est regnum cœlorum.

In actis. Et quum permaneremus diebus pluribus, aduenit quidam à Iudæa propheta nomine Agabus. Is quum uenisset ad nos tulit zonam Pauli, & ligatis suis ipsius pedibus ac manibus dixit, Hæc dicit spiritus sanctus, uirum cuius est zona hæc, sic ligabunt in Hierosolem Iudæi, & tradent in manus gentium. Quum autem audissemus hæc, rogabamus & nos, & loci eius indigenæ, ne ascenderet Hierosolymā. Respondit autem Paulus, Quid facitis flentes & cōstringentes cor meum? Ego enim non solum ligari, sed etiam mori

mori paratus sum pro nomine domini Iesu. Quum uero ipse persuaderi non posset, quiescimus dicentes: Voluntas domini fiat.

Ad Thessalon. Qui & dominum occiderunt Iesum & prophetas proprios, & nos persequuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, qui prohibent nos ne loquamur gentibus ut salui fiant, quo expleant peccata sua semper, peruenit autem super illos ira dei in finem.

Summæ XIX. Cap. II

Quod eum qui facit mandatum dei ex affectu non sano, & tamen sinceritatem doctrinæ quantum hominibus uidetur seruat, impedire non oportet, propterea quod quantum in re est, neminem lædat, aliquando uero etiam utilitatem ex ipso aliqui capiant: uerum ad monere ut dignam recte factis mentem habeat.

Matthæus. Quum igitur feceris elemosynam, non tubas inflare facies coram hominibus, quemadmodum faciunt hypocritæ in synagogis & in uicis, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, habent mercedem suam. Tu uero quum facis elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, ut sit elemosyna tua in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, reddat tibi in propatulo. Et de oratione similiter.

Marcus. Respondit ei Ioannes dicens: Magister uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus, quia non sequitur nos. Iesus autem ait, Nolite prohibere eum: nemo enim est qui facit uirtutem in nomine meo, & poterit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.

Ad Philippen. Quidam etiam propter inuidiam & contentionem, quidam uero etiam propter bonam uoluntatem Christum prædicant: alij quidem ex charitate, scientes quod in defensionem Euangelij constitutus sum: alij uero ex contentione Christum annunciant non pure, putantes se afflictionem addere uinculis meis. Quid enim? Attamen omni modo siue per prætextum, siue per ueritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Summæ uigelimæ Cap. I

Quod oportet credentes domino baptizari in nomen patris & filij & spiritus sancti.

Matthæus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomen patris & filij & spiritus sancti.

Ioannes. Amen amen dico tibi, Nisi quis natus fuerit ex supernis, non poterit uidere regnum dei. Et rursus, Amen amen dico tibi: nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei.

Summæ XX. Cap. II

Quæ ratio aut uis sit baptismatis, ut alteretur baptizatus & mente, & sermone, & actione, & fiat illud iuxta datam potentiam, quod est id ex quo natus est.

Ioannes. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ne mireris quod dixi tibi, oportet uos nasci ex supernis. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, & quo uadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu.

Ad Romanos. Quicumq; baptizati sumus in Christum, in mortem ipsius baptizati sumus. Consepulti igitur sumus ipsi per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudine mortis ipsius, nimirum & resurrectionis consortes erimus, illud scientes quod uetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut non amplius seruiamus peccato.

Ad Colossenses. In quo & circumcisi estis circumcissione non fiente per manum, in exuendo corpus peccatorum carnis, in circumcissione Christi, consepulti ipsi in baptismate, in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui excitauit ipsum ex mortuis.

Ad Galatas. Quicumq; enim in Christum baptizati sumus, Christum induimus, non est Iudæus, neq; Græcus, non est seruus, neq; liber, non est masculus & foemina, Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu.

Ad Colossenses. Postquam exuistis ueterem hominem cum factis suis, & induistis nouum qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem eius qui creauit ipsum, ubi non est Græcus & Iudæus, circumcisio & præputium, barbarus, scytha, seruus, liber, sed omnia in omnibus Christus.

Summa XXI Cap. I

Quod sit necessaria & ad ipsam uitam aeternam, participatio corporis et sanguinis Christi. Ioannes. Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ipsius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui edidit meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam. & quae sequuntur.

Summa XXI Cap. II

Quod nullam utilitatem capit qui citra considerationem uerborum, iuxta quae tradita est participatio corporis & sanguinis Christi, communicationem accedit. Qui uero indigne assumit, condemnatus est.

Ioannes. Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et paulo post, Sciens autem Iesus in seipso, quod murmurarent de hoc discipuli ipsius, dixit ipsis: Hoc uos offendit? Si igitur uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Caro non prodest quicquam, spiritus est qui uiuificat: uerba quae ego dixi uobis, spiritus sunt & uita.

Ad Corinthios. Quare qui edidit panem hunc aut biberit poculum hoc domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane edat & de poculo bibat. Qui enim edidit & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

Summa XXI Cap. III

Qua ratione oporteat edere corpus & bibere sanguinem domini, in commemoratione obedientiae domini usque ad mortem, ut uiuentes non amplius sibi ipsis uiuant, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit.

Lucas. Et accepto pane quum gratias egisset fregit & dedit ipsis dicens. Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & poculum postquam coenasset, dicens: Hoc poculum nouum testamentum est in meo sanguine quod pro uobis effunditur.

Ad Corinth. 1. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias actis fregit & dixit, Accipite, comedite, hoc est corpus meum quod pro uobis frangitur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & poculum postquam coenasset, dicens: Hoc poculum nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque biberitis in mei commemorationem, quotiescunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem domini annuntiatis donec uenerit.

Ad Corinthios 2. Charitas enim domini constringit nos illud iudicantes, quod unus pro omnibus mortuus est. Igitur omnes mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt non amplius sibi ipsis uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, ut multi fiant unum corpus in Christo. Panem quem frangimus non communicatio corporis Christi est: Quoniam unus panis unum corpus multi sumus, Omnes enim ex uno pane participamus.

Summa XXI Cap. IIII

Quod oportet eum qui participat cum sanctis, dominum laude celebrare.

Matthaeus. Edentibus autem ipsis, accepit Iesus panem, & gratias actis fregit, & dedit discipulis, &c. Et infer: & hymno cantato exierunt in montem oliuarum.

Summa XXI Cap. I

Quod operatio peccati ab aliena a domino, & confortem facit diabolo.

Ioannes. Amen amen dico uobis, quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Vos ex patre diabolo estis, & concupiscentias patris uestri facere uultis.

Ad Romanos. Quum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiae.

Summa XXI Cap. II

Quod consortium & coniunctio ad Dominum, non in cognatione secundum carnem cognoscitur, sed in studio uoluntatum dei perficitur.

Ioannes. Qui ex deo est uerba dei audit.

Lucas. Et annunciatum est ipsi dictumque: Mater tua & fratres tui sunt foris, uolentes te uidere. Ipse uero respondens dixit ipsis: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermone dei audiunt & faciunt.

Ad Romanos

Ad Romanos. Quicumque spiritu dei ducuntur, hi filij dei sunt. Ioannes. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis.

Summa XXI Cap. I

Quod is qui inuitus trahitur a peccato, nosse debet quod ab alio pinexistente in ipso peccato regitur, cui ultro inseruiens, de caetero ducitur ab ipso etiam ad ea quae non uult.

Ad Romanos. Nouimus autem quod lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, uentus sub peccato. Quod enim operor, non probo: non enim quod uolo hoc facio, sed quod odio habeo hoc ago. Si autem quod non uolo hoc facio, consentio legi quod bona est. Nunc autem non amplius ego operor hoc ipsum, sed quod habitat in me peccatum. Noui enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam uelle adest mihi, operari autem bonum qui possum non inuenio: non enim quod uolo facio bonum, sed quod non uolo malum, hoc facio. Si uero quod non uolo ego, hoc facio: non iam ego operor illud, sed inhabitans in me peccatum.

Summa XXI Cap. I

Quod non oportet mentiri, sed uera in omnibus dicere.

Matthaeus. Sit sermo uester est, est, non, non. Quod uero supra haec redundat, ex malo est. Ad Ephes. Deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo. Nolite inter uos mentiri.

Summa uigesimae quintae Cap. I

Quod non oportet inutiles aut contentiosas quaestiones facere.

Ad Timoth. Haec admone contestans coram domino, ne uerborum pugnas sequatur, ad nullam utilitatem, ad subuersionem audientium. Ibidem. Stultas & ineruditas quaestiones reijce, gnarus quod pariunt pugnas.

Summa XXV Cap. II

Quod non oportet loqui sermonem ociosum, ex quo nulla contingit utilitas: nam non ad aedificationem fidei loqui, aut facere ipsum bonum, est laedere spiritum sanctum dei.

Matth. Dico uobis quod omne uerbum ociosum quodcumque loquuti fuerint homines, redent de ipso ratione in die iudicij. Ad Ephe. Omnis sermo spurcus ex ore uestro ne procedat, sed si quis bonus est ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus, & ne contristetis spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

Summa XXVI Cap. I

Quod oportet omne uerbum aut rem confirmare testimonio factae scripturae ad certitudinem quidem ac perfectionem bonorum, ad confusionem uero malorum.

Matth. Et accedens ipsum tentator dixit: Si filius dei es, dic ut lapides hi panes fiant. At ipse respondens ait, Scriptum est: non in solo pane uiuet homo, sed in omni uerbo quod pro eedit per os dei. In actis. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & coeperunt loqui alijs linguis, prout spiritus dabat ipsis loqui. Stupebant autem omnes & mirabantur dicentes inter se: Quidnam uult hoc esse? Alij uero irridentes dicebant, Musto expleti sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim extulit uocem suam & loquutus est eis: Viri iudaei, & qui habitatis Hierosolymis uniuersi, hoc uobis notum fit, & auribus percipite uerba mea, Non enim sicut uos existimatis, hi ebrj sunt, quum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel: Et erit in nouissimis diebus dicit dominus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt, &c.

Summa XXVI Cap. II

Quod oportet etiam his quae in natura ac consuetudine uitae nota sunt uti, ad confirmationem eorum quae fiunt aut dicuntur.

Matth. Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorum cognoscetis ipsos. Nunquid colligit a spinis uuam, aut a tribulis ficus: sic omnis arbor bona fructu bonos facit: putrida uero fructus malos facit, & quae sequuntur. Lucas. Et murmurabant scribae ac pharisaei aduersus discipulos eius dicentes: Cur cum publicanis et peccatoribus editis ac bibitis? Et respondens Iesus dixit ipsis: Non opus habent sani medico, sed male habentes.

Ad Timoth. Nemo militans uitae negotijs se immiscet, ut imperatori exercitus complaceat. Si uero etiam quis decertarit, non coronatur, nisi legitime certauerit.

P 4 Summae

Summa xxvii Cap. i

Quod non oportet alienis à doctrina domini se assimilare, uerum imitari deum & sanctos eius, iuxta datas nobis ab ipso uires.

Matthæus. Scitis quod principes gentium dominantur ipsis, & magni potestatem ipsorum habent. Non sic erit inter uos, sed qui uoluerit inter uos esse magnus, erit uester minister: & qui uoluerit inter uos esse primus, erit uester seruus. Quemadmodum filius hominis non uenit ut sibi ministerium contingeret, sed ut ipse ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

Ad Romanos. Ne fiat conformes huic seculo, sed transformamini per renouationem mentis uestræ, quo uos probetis quæ sit uoluntas dei.

Ad Corinth. i. Imitatores mei fiat, sicut ego Christi.

Summa xxviii, Cap. i

Quod non oportet simpliciter neque citra examinationem, corripere ab his qui simulant ueritatem: uerum ex dato nobis à scriptura caractere unumquemque cognoscere.

Matthæus. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorum cognoscetis ipsos.

Ioannes. In hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si charitatem habueritis inter uos. Ad Corinth. ii. Quapropter notum uobis facio, quod nullus in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesum.

Summa xxxix, Cap. i

Quod oportet unumquemque per propria opera suam professionem confirmare.

Ioannes. Ipsa opera quæ ego facio testantur de me, quod pater miserit me, si non facio opera patris mei, ne credatis mihi: si uero facio, etiam si mihi non creditis operibus meis credite, ut cognoscatis & credatis, quod in me est pater, & ego in ipso.

Ad Corinth. i. Nullam in ulla redantes uos ipsos uelut ministros dei in multa tolerantia, in tribulationibus, & quæ sequuntur.

Summa trigesima, Cap. i

Quod non oportet sancta per ammixtionem eorum que comuni usui destinata sunt uiolare.

Matthæus. Et ingressus est Iesus in templum dei, & eiecit omnes uendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum & sellas uendentium columbas euerit, & dixit ipsis: Scriptum est, domus mea domus orationis uocabitur: uos autem fecistis ipsam speluncam latronum. Ad Corinth. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum: aut ecclesiam dei contemnitis, & pudfacitis eos qui non habent? Et postea, si uero quis esurit, in domo edat, ut ne ad condemnationem conueniatis.

Summa trigesima, Caput ii

Quod id quod Deo dicatum est eoulque uelut sanctum honorare oportet, donec uoluntas dei conseruetur in ipso.

Matthæus. Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & non uoluistis. Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta.

Summa trigesima prima, Cap. i

Quod non oportet ea quæ destinatis deo dicata sunt, in alios insumere, nisi si quid ex superfluo affuerit.

Marcus. Erat autem mulier Græca Syrophenissa genere, & rogabat ipsum ut dæmonium eiiceret de filia sua. Iesus autem dixit illi: Sine prius saturari filios. Non enim bonum est sumere panem filiorum & projicere catellis. At illa respondit ei & dixit illi: Etiam domine, nam & catelli sub mensa comedunt de micis filiorum. Et ait illi: Propter istum sermonem uade, exijt dæmonium à filia tua.

Summa trigesima secunda, Cap. i

Quod oportet ea quæ singulis pertinent candide reddere.

Lucas. Et interrogauerunt ipsum dicentes: Præceptor nouimus quod recte dicis et doces, & non respicis personam, sed in ueritate uiam dei doces. Licet nobis Cæsari tributum dare aut non? Intellecta autem ipsorum uersutia, dixit ad eos. Quid me tentatis? ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes autem dixerunt, Cæsaris. Et ait illis: Reddite

Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Ad Rom. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal; cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi hoc ut inuicem diligatis.

Summa xxxiii, Cap. i

Quod non oportet scandalum & offensionem exhibere.

Matthæus. Qui autem offenderit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola alinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris. Et rursum: Væ homini illi per quem offendiculum uenit.

Ad Rom. Sed hoc iudicate magis, ut ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum.

Summa xxxiii, Cap. ii

Quod quicquid oppositum est uoluntati domini, scandalum est.

Matthæus. Tunc incepit Iesus ostendere discipulis suis, quod oporteret ipsum abire in Hierosolyma, & multa pati à senioribus ac pontificibus, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Et quum assumpsisset ipsum Petrus, cepit eum increpare, dicens, Propitius sis tibi domine, non contingat tibi hoc. Ipse uero conuersus, dixit Petro, Abi retro me satana, scandalum mihi es, quia non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum.

Summa xxxiii, Cap. iii

Quod oportet uerbum aut negocium etiam à scriptura concessum recusare, ubi edificentur alij ex simili ad peccatum, aut promptitudo ad honesta excindatur.

Ad Corinth. i. De esu igitur eorum quæ simulachris immolantur, scimus quod nullum est simulachrum in mundo, & quod nullus est deus, nisi unus. Nam etiam si sunt qui dicantur dii, siue in caelo, siue in terra: sicut sunt dii multi & domini multi, nobis tamē unus est deus pater, ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam uero cum conscientia simulachri usque ad hoc tempus, uelut simulachris immolatum edunt. Et conscientia ipsorum quum sit infirma, pollutur. Atqui esca nos non commendat deo. Neque enim si mādūcauerimus, abūdāmus. Neque si non mādūcauerimus, destituimur. Sed uidete ne quo modo facultas illa uestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit te qui scientiam habes in epulo simulachrorum accumbentem, nonne conscientia ipsius qui infirmus est, edificabitur ad edendum ea quæ simulachris sunt immolata? & peribit infirmus frater in tua scientia, propter quæ Christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca offendit fratrem meum, non mādūcabo carnem in aeternum, ut ne fratri meo sim offendiculo. Et paulo post: Nunquid non habemus potestatem mādūcandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circūducendi? sicut & ceteri apostoli, & fratres domini & Cephas: aut solus ego & Barnabas, non habemus potestatem hoc faciendi? Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non mādūcat? & cætera.

Summa xxxiii, Cap. iiii

Quod ut ne alicui offendiculum sis, facere oportet & quod non est necessarium.

Matthæus. Quum autem uenissent in Capernaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magister uester non soluit didrachma dicit, etiam. Et cum ingressus esset in domum, præuenit eum Iesus dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filijs suis, aut ab alienis? Dicit ipsi Petrus, ab alienis. Ait illi Iesus, ergo liberi sunt filij? Verum ne simus ipsis offendiculo, progressus ad mare mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum acceptum da ipsis pro me & te.

Summa xxxiii, Cap. v

Quod in uoluntatibus domini, etiam si aliqui offendiculum perpetiantur, pertinacem & nihil remittentem fiduciam ostendere oportet.

Matthæus. Non quod ingreditur in os inquinat hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc inquinat hominem. Tunc accedentes discipuli ipsius, dixerunt ipsi: Nosti quod pharisæi audito sermone scandalum perpessi sunt? At ille respondens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur. Sinite illos, caeci sunt, duces caecorum, Caecus autem si caeco dux fuerit, ambo in foueam cadent.

Ioannes

Ioan. Amen amē dico uobis, Nisi ederitis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitā in uobis. Et paulo post: Ex hoc multi ex discipulis abierunt retrorsum, & non amplius cum ipso ambulabant. Dixit igitur Iesus ad duodecim, Num & uos uultis abire? Ad Corinth. 2. Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt, his quidē odor mortis ad mortem, illis uero odor uitæ ad uitā. Et ad hæc quis idoneus?

Summa xxxiiii. Cap. i

Quod oportet unumquemque in propria mensura, typum honorum alijs propositum esse, Matthæus. Discite à me, quod mitis sum & humilis corde.

Ad Corinth. 2. Noui enim promptitudinem animi uestri, quam de uobis facio apud Macedones, quæ Achaia parata est anno superiore, & uestri exemplū prouocauit plures.

Ad Thessal. 1. Eruos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes doctrinā uerbi in tribulatione multa cum gaudio spūs sancti, adeo ut facti sitis forma omnibus creditis in Macedonia & Achaia. Summa xxxv. Cap. i

Quod hi qui fructum sancti spiritus in aliquo uident, ubiq; pietatis æqualitatem conferuante, & non sancto spiritui illum acceptum ferunt, sed aduersariū laudant, in ipsum sanctum spiritum blasphemi sunt.

Matthæus. Tunc adductus est ad ipsum quidā dæmonio agitatus, cæcus & mutus, et sanauit ipsum, ut & mutus & cæcus loqueretur & uideret: & stupebant omnes turba & dicebant, Num hic est filius Dauid? At pharisæi quum audissent, dicebant: Hic non est filius dæmonum nisi in Beelzebub principe dæmoniorū. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit ipsis, & cætera. Et paulo post: Si autē in spiritu dei eicio ego dæmonia, igitur peruenit ad uos regnū dei. Ad quæ deinceps infert. Quapropter dico uobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus. Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ipsi. Qui uero dixerit uerbum contra spiritū sanctum, non remittetur ipsi, neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

Summa xxxvi. Cap. i

Quod seruantes formā doctrinæ domini, cum omni studio & honore suscipere oportet, in domini ipsius gloriam: qui uero neq; audiuit, neq; suscepit, condemnatur.

Matthæus. Qui uos suscipit, me suscipit. Et qui me suscipit, suscipit eum qui me misit, et qui nō susceperit uos, neq; audiuerit sermones uestros, egredientes ex domo illa aut uerba, excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhorum in die iudicij, quam urbi illi.

Ioannes. Qui accipit, si quem misero, me accipit, Qui uero me accipit, accipit eum qui me misit. Ad Philippen. Necessarium autem duxi Epaphroditum fratrem & cooperatorem & cōmilitonem meum, uestrum uero Apostolum ac ministrū necessitatis meæ mittere ad uos. Et paulo post: Excipite itaq; ipsum in domino cū omni gaudio, & eos qui huiusmodi sunt in precio ac honore habete.

Summa xxxvii. Cap. i

Quod animi proptitudo pro uiribus, etiā in minimis accepta est deo, etiā à mulieribus.

Matth. Et quicumque bibendū dederit uni ex his paruīs poculū aquæ frigidæ, solum in nomine discipuli, Amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

Lucas. Respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium ditulites. Vidit autem & uiduam quandam pauperculā mittentem illuc æra minuta duo, & dixit: Vere dico uobis, quod uidua hæc pauper plus omnibus misit. Omnes enim hi ex abundantia ipsis miserunt in munera dei. Hæc autē ex inopia sua omnem uictum quem habuit, misit. Matth. Quum autem esset Iesus in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad ipsum mulier habens alabastrū ungenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Ad quid perditio hæc? potuit enim hoc uenundari magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, dixit ipsis, Quid molesti estis mulier? opus enim bonum operata est in me.

In Actis de Lydia. Quum autem baptizata esset & domus eius, deprecata est dicens: Si iudicatis me fidelem dño esse, introite in domum meam, & manete, & adexit nos.

Summa xxxviii. Cap. i

Quod oportet Christianū, etiam fratres citra tumultum ac simpliciter hospitio excipere.

Ioannes

Ioannes. Dicit ipsi unus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis, Est puer unus hic, & habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt ad tam multos? Dixit autem Iesus, Facite ut homines discumbant. Erat autē fœnum multum in eo loco. Discubuerunt ergo uiri numero ferme quinquies mille. Accepit autem panes Iesus, quumq; gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & de piscibus quantum uolebant.

Lucas. Mulier quædā nomine Martha, excepit ipsum in domum suam, & huic erat foror nomine Maria, quæ desidens ad pedes Iesu, audiuit sermonem ipsius. Martha uero distrahebatur circa multum ministeriū, & assistens ait: Domine nō est tibi cura quod foror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo ipsi ut me adiuuet. Et respondens dixit ipsi Iesus, Martha Martha sollicita es, & turbaris circa multa, paucis autem opus est, aut unius. Maria autem bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ipsa.

Summa xxxix. Cap. i

Quod non oportet mutabilē esse, sed stabilem in fide, & non transire à bonis in domino.

Matth. Qui uero in petrosa seminatus est, hic est qui sermonem audit, & statim cum gaudio suscipit ipsum, non habet autem radicem in seipso, sed temporarius est, & contingente tribulatione, aut persecutione propter uerbum, statim offenditur.

Ad Rom. Quare fratres mei firmi estote, et immutabiles, abundātes in opere domini semper. Ad Galat. Miror quod adeo cito transmutati estis ab eo qui uocauit uos in gratia ad aliud euangeliū. Summa xl. Cap. i

Quod non oportet tolerare alia docentes, etiam si forment se ad fraudem, aut redargutio nem eorum qui inconstantes sunt.

Matthæus. Videte ne quis uos decipiat. Multi enim ueniunt in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos decipient.

Marcus. Attendite à scribis qui uolunt in stolis obambulare, et amant salutationes in foro, & primas sellas in synagogis, & primos accubitus in cœnis, qui deuorant domos uideruarum, & longo prætectu orant: hi grauiorem accipient condemnationem.

Ad Galatas. Sed & si nos, aut angelus de cœlo prædicet uobis euangeliū, præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit, quemadmodū ante diximus. Et nunc rursus dico, Si quis uobis prædicauerit euangeliū præter id quod accepistis, anathema sit.

Summa xli. Cap. i

Quod oportet omne quod scandalum exhibet excindere, etiam si familiarissimū & maxime necessarium esse uideatur.

Matthæus. Væ homini illi per quem scandalū uenit. Si uero pes tuus, aut manus tua offendit te, excinde ipsa, & reijce à te. Bonum est tibi ad uitam ingredi claudum, aut mutilum, potius quæ duos pedes, aut duas manus habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus offendit te, erue ipsum & reijce à te.

Summa xli. Cap. ii

Quod debilibus in fide parcere oportet, & adducere ipsos cum diligentia ad perfectionem. Parcendum est autem ita, ut ne negligamus mandatum dei.

Matthæus. Arundinem contritam non confringet, & linum fumigans nō extinguet, donec efficiat ad uictoriam iudicium, & in nomine ipsius gentes sperabunt.

Ad Romanos. Debilem autem in fide suscipite.

Ad Galat. Et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite talem in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic complete legem Christi.

Summa xlii. Cap. i

Quod nō oportet putare, ad dissoluendum legem ac prophetas dominum uenisse, sed ad explendum & apponendum perfectiora.

Matthæus. Ne putetis quod uenerim ad dissoluendum legem, aut prophetas, non ueni ut dissoluam, sed ut impleam.

Ad Rom. Legem igitur abolemus per fidem? Absit, sed legem confirmamus.

Summa xliii. Cap. i

Quod uelut lex malas actiones interdicit, sic euangeliū ipsos occultos animæ affectus.

Matth. Audistis quod dictū est antiquis, nō occides: quod uero occiderit, reus erit iudicij. Ego

Ego autem dico uobis, quod omnis qui irascitur fratri suo temere, reus erit iudicij.
Ad Rom. Non enim in propatulo Iudæus est, neq; in propatulo circūcisio in carne.
Sed Iudæus in occulto, & circumcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex ho-
minibus, sed ex deo.

Summæ XLIII. Cap. II

Quod uelut lex partem, sic euangelium totum, in unoquoq; recte factio requirit.
Lucas. Omnia quæ habes, uende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in
cælo, & huc ades sequere me. Ad Coloss. In quo circumcisio estis circūcisio nō fieri
te per manum, in exuendo corpore peccatorum carnis in circūcisioe Christi.

Summæ XLIII. Cap. III

Quod impossibile est dignos fieri regno cælorum eos qui non maiorem secundū euan-
gelium quàm legem, iusticiam ostendunt.

Matth. Nisi abundauerit iusticia uestra plus quàm scribarum & pharisæorum, non po-
teritis ingredi in regnum cælorum.

Ad Philippen. Si quis alius uidetur fiduciam habere in carne, ego magis habeo, cir-
cumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, hebræus ex hebræis, secundum
legem pharisæus, secundū studium persequens ecclesiam, secundum iusticiam quæ in le-
ge est, existens irreprehensibilis. Sed quæ mihi erant lucra, hæc arbitratus sum propter
Christum detrimentū esse. Quinimo arbitror omnia detrimentum esse, propter excellen-
tiam cognitionis Iesu Christi domini nostri, propter quem omnium detrimentum feci, &
omnia pro reiectamentis habeo, ut Christum lucrificarem, & inueniar in ipso, nō habens
meam iusticiam quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide est Christi iusticiam ex deo.

Summæ XLIII. Cap. I

Quod iugum Christi iucundum, & onus eius leue est, ad requiem ac refectiōem eorum
qui suscipiunt, omnia uero aliena à doctrina euangelij, grauiora sunt & onerosa.

Matthæus. Venite omnes ad me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.
Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quod mitis sum et humilis corde, & inue-
nietis requiem animis uestris. Iugum enim meum iucundum est, & onus meum leue.

Summæ XLV. Cap. I

Quod impossibile est regno cælorum dignos fieri eos, qui non puerorum æqualitatem
inter se, erga alios imitantur.

Matthæus. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & facti uelut pueri, non poteritis
ingredi in regnum cælorum.

Summæ XLV. Cap. II

Quod oportet eum qui cupit maiorem gloriam in regno cælorum assequi, hic humilita-
tem & extremum locum amplecti.

Matthæus. Quisquis igitur humiliabit seipsum, uelut puer hic, hic est qui maior est in
regno cælorum. Sed qui uolet magnus fieri inter uos, erit uester minister. Et qui uoluerit
fieri primus uestrum, erit omnium seruus.

Ad Philipp. Nihil per contentiōem, aut inanem gloriam, sed per humilitatem alter-
rum alter se præstantiorem existimet.

Summæ XLVI. Cap. I

Quod ex oppositione cōsequentia quæ in minoribus seruatur, studiū in maioribus quo
que à nobis exigitur.

Lucas. Vnusquisque uestrum sabbato nonne soluit bouem suum, aut asinum à præse-
pi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam Abraham, quam alligauit satanas ecce decem &
octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati?

Idem. Dicebat autem parabolam ipsis, ad hoc quod oportet semper orare, & non de-
fatigari. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, nec hominem re-
uerebatur. Vidua autē erat in illa ciuitate, & ueniebat ad eum dicens, Vindica me de ad-
uersario meo, & nolebat aliquandū. Postea uero dixit inter se, Et si deum nō timeo, et ho-
minem non reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne tãdem
ueniens sugillet me. Ait autē dominus: Audite quid iniquitatis iudex dicat, Deus autem
nō faciet uindictam electorum suorum clamantium ad ipsum die ac nocte.

Ad Timoth.

Ad Timoth. 2. Nemo militans uitæ negocijs se immiscet, ut imperatori exercitus com-
placeat. Si uero etiam decertauerit quis, non coronatur, nisi legitime decertauerit.

Summæ XLVI. Cap. II

Quod ex oppositione eorū qui in minoribus timorem ex fide, & studium ex memorabi-
li concupiscentia ostenderunt, hi qui in maioribus cōtemptores sunt aut negligentes, ue-
hementiorem condemnationē habebunt. Lucas. Regina austris surget in iudicio, cum
uitis generatiōis huius, & cōdemnabit ipsos, quia uenit à finibus terræ, ut audiret sapien-
tiam Solomonis, & ecce plus quàm Solomon hic.

Matthæus. Viri Nineuitæ resurgent in iudicio cum generatione hac, & condemna-
bunt ipsam, quia poenitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ, & ecce plus Iona hic.

Summæ XLVI. Cap. III

Quod non oportet studium ostendere in minoribus, & contemnere maiora, uerum pri-
maris facere maiora præcepta, & simul peragere etiam inuiciora.

Matthæus. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocrite, quod decimatis mentham & ane-
thum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam ac fi-
dem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum
autē deglutientes.

Summæ XLVII. Cap. I

Quod non oportet thesaurum sibi ipsi colligere in terra, sed in cælo, & quis sit modus
colligendi thesauri in cælo.

Matthæus. Ne colligatis uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea corrumpit, &
ubi fures effodiunt ac furantur. Sed recondite uobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo,
neq; tinea corrumpit, & ubi fures non effodiunt, neq; furantur.

Lucas. Vendite bona uestra, & date eleemosynam. Facite uobis sacculos non uetera-
scentes, thesaurum non deficientē in cælis. Idem. Omnia quæ habes, uende, & distri-
bue pauperibus, & habebis thesaurum in cælis. Ad Timoth. 1. Ut faciles sint ad im-
pertendum, libenter cōmunicent, recondāt sibi ipsis fundamentum bonum in futurum,
ut apprehendant ueram uitam.

Summæ XLVIII. Cap. I

Quod oportet misericordem & liberalem esse, Accusantur enim qui tales non sunt.

Matthæus. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam assequentur.

Lucas. Omni petenti te tribue. Ad Rom. A charitate alienos, immisericordes. Qui
quum dei iusticiam nouerint, quod hi qui talia faciunt, digni sunt morte, & cætera.

Ad Timoth. 1. Ut faciles sint ad impertendum, libenter comunicent.

Summæ XLVIII. Cap. II

Quod omne quod quis habet ultra ea quæ ad uitam necessaria sunt, debet ad beneficen-
tiam fratris, iuxta mandatum domini, qui etiā ea quæ habemus, dedit.

Lucas. Qui habet duas tunicas, impertiat nō habenti. Et qui habet escas similiter faciat.

Ad Corinth. 1. Quid habes quod nō accepisti? Ad Corinth. 2. uestra abundantia
illorum inopiā suppleat, quo & illorum abundantia suppleat uestrū defectū, ut fiat æqua-
litas, sicut scriptū est. Qui multū habebat, huic nihil supfuit, & qui modicū habebat, non
imminuit.

Summæ XLVIII. Cap. III

Quod non oportet ditescere, sed pauperem esse, iuxta domini sermonem.

Lucas. Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei. Væ uobis diuitibus, quia habe-
tis consolationem uestram. Ad Corinth. 2. Altissima paupertas ipsorum abundauit in
diuitias simplicitatis ipsorum. Ad Timoth. 1. Qui uolunt ditescere, incidunt in tenta-
tionem & laqueum, & cupiditates multas stultas ac noxias, quæ demergunt homines in
exitium & interitum. Radix enim omnium malorū est auaritia, quam dum quidā nimia
exercent appetentiā, aberrauerunt à fide, & seipsos multis doloribus confixerunt.

Summæ XLVIII. Cap. IIII

Quod non oportet sollicitum esse de abundantia rerum huius uitæ, neq; de satietate, neq;
de sumptuositate. Verum purum esse ab omni specie auaritiæ ac fuci.

Lucas. Videte & cauetē ab omni auaritia, quia nō in abundantia cuiuscūq; uita eius est
ex his quæ possidet. Ad Timoth. 1. Ornare seipsas nō tortis crinibus, aut auro, aut mar-
garitis, aut uestitu sumptuoso. Et rursus: Habentes uicium & amicū, his contenti simus.

Q Summæ

Summa XLVIII. Cap. V

Quod non oportet curiosum esse propriae necessitatis gratia, neque in paratis ad praesentem uitam spem ponere, uerum deo reddere quae apud se sunt.

Matthaeus. Non potestis deo seruire & mammonae. Quapropter dico uobis, ne sitis solliciti animae uestrae quid edatis & quid bibatis: neque corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca? & corpus plura quam indumentum? Respicite ad uolantia caeli, quia non serunt, neque metunt, neque colligunt in horrea, & pater uester caelestis nutrit ipsa. Nonne uos longe praecellit illa? Quis autem ex uobis sollicitus cogitando, potest adiacere ad futuram suam unum cubitum? Et de indumentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant, neque nent, dico autem uobis, neque Solomon in uniuersa maiestate sua sic amicus fuit, uelut unum ex istis. Si uero quod foenum agri hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos modicae fidei? Ne igitur solliciti sitis dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus tegemur? Haec enim omnia gentes inquirunt. Nouit enim pater uester caelestis, quod opus habetis his omnibus. Imo quaerite primum regnum dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacent uobis. Ne sitis ergo solliciti in crastinum: crastinus enim dies curam habebit sui ipsius. Sufficit dies sua afflictio.

Lucas. Homini cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, et cogitabat intra se dicere: Quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? & dixit, hoc faciam: Destruam horrea mea & maiora extruam: & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animae meae: Anima, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude: & quae sequuntur.

Ad Timoth. 1. Diuitibus huius seculi praecipere, ut ne elato sint animo, neque spem ponant in diuitijs incertis, sed in deo qui exhibet nobis omnia affatim ad fruendum.

Summa XLVIII. Cap. VI

Quod oportet curiosum ac sollicitum esse de fratrum necessitate, iuxta domini uoluntatem.

Matth. Venite benedicere paratis mei, possidete paratum uobis regnum a factis mundi fundamentis. Esuriui enim, & dedistis mihi edere. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infirmus, & uisitastis me: in carcere eram, & uenistis ad me. Et paulo post: Amen dico uobis, quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Ioan. Quum igitur sustulisset oculos Iesus, & uidisset multam turbam uenientem ad ipsum, dicit ad Philippum, unde ememus panes, ut edant hi? & caetera.

Ad Corinth. 1. Caeterum de collatione in sanctos, quemadmodum ordinauit ecclesijs Galatia, ita & uos facite singulis sabbatis. Vnusquisque uestrum apud seipsum reponat, recens dens quicquid commodum fuerit, ut ne cum uenero tunc demum collationes fiant.

Summa XLVIII. Cap. VII

Quod oportet eum qui uiribus praeditus est, operari ac impertiri his qui opus habent, qui enim operari non uult, neque manducare dignus iudicatus est.

Ad Timoth. 1. Dignus est operarius alimento suo. In actis. Omnia ostendi uobis, quae sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerborum domini, quia ipse dixit: Beatum est dare potius quam accipere. Ad Ephes. Qui surabatur, non amplius furetur, magis autem laboret operando manibus quod bonum est, ut habeat quod impertiat ei qui opus habet. Ad Theff. Quum essemus apud uos, hoc praecipimus uobis, quod si quis non uult operari, neque edat.

Summa XLIX. Cap. I

Quod non oportet litigare, neque de his quae ad necessarium tegumentum corpori circūdanē.

Lucas. Percutienti te in dextram maxillam, exhibe etiam alteram, & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere. Omnia autem petenti te tribue, & ab eo qui aufert quae tua sunt, ne repetas. Ad Corinth. 1. Audet aliquis uestrum, negocium habens aduersus alterum, iudicari coram iniustis, & non coram sanctis: Et paulo post: Iam quidem omnino delictum est in uobis, quod iudicia habetis inter uos. Cur non potius iniuriam patimini? Cur non potius damnum accipitis? At uos iniuriam facitis, & damno afficitis, atque hoc fratres.

Summa XLIX. Cap. II

Quod non oportet pugnare, aut seipsum uindicare, uerum erga omnes quantum eius fieri potest, pacificum esse, iuxta domini mandatum.

Matth. Audistis quod dictum est, oculus pro oculo, & dente pro dente. Ego autem dico uobis

uobis, ne resistatis malo, sed quisquis impegit alapa in dextram tuam maxillam, obuertere illi & alteram, & caetera. Marcus. Dilectionem habete in uobis, sed etiam pacem agite inter uos. Ad Ro. Nemini malum pro malo reddentes, prouidentes bona, in conspectu omnium hominum, si fieri potest, quantum in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non uosmetipsos ulciscetes charissimi, sed date locum irae. Ad Timoth. 2. Seruum autem domini non oportet pugnare, sed mansuetum esse erga omnes.

Summa XLIX. Cap. III

Quod non oportet neque in ultionem alterius iniuria affecti, ulcisci eum qui iniuriam facit. Matth. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum, Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Lucas. Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum ut pararent illi, & non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hierosolymam. Quum uidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt, Domine uis dicamus, ut ignis descendat de caelo, & consumat ipsos: quemadmodum & Helias fecit. Et conuersus increpauit ipsos, & abierunt ad aliud castellum.

Summa L. Cap. I

Quod oportet etiam alios ad pacem quae in Christo est, concordare facere.

Matthaeus. Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei uocabuntur. Ioannes. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis.

Summa LI. Cap. I

Quod oportet prius seipsum corrigere in quocumque tandem delicto, & tunc alios increpare.

Matth. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine eijctam festucam ex oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo? Hypocrita, eijce prius trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies ut eximas festucam ex oculo fratris tui. Ad Ro. Quapropter inexcusabilis es homo quisquis es qui iudicaris, nam hoc ipso quod iudicaris alterum, teipsum condemnas. Eadem enim facis tu qui iudicaris. Scimus autem quod iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt: existimas autem homo, qui iudicaris eos qui talia faciunt, & eadem facis, quod tu effugies iudicium dei.

Summa LI. Cap. I

Quod non oportet indifferentem esse ob peccantes, uerum tristari & lugere propter ipsos.

Lucas. Et quum appropinquasset, conspiciens ciuitatem, fleuit super illa dicens, Si cognouisses & tu, & quid in hac die, quae ad pacem tuam pertinent. Nunc autem abscondita sunt ab oculis meis. Ad Corinth. 1. Omnino auditur inter uos scortatio, & talis scortatio, quae neque inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris sui habeat. Et uos inflati estis, & non potius luxistis, ut tolleretur de medio uestrum qui facinus hoc perpetravit.

Ad Corinth. 2. Ne iterum ubi uenero ad uos, humiliet me deus meus, & luceam ob multos qui antea peccauerunt & poenitentiam non egerunt.

Summa LI. Cap. II

Quod non oportet silere dum peccantes uides.

Lucas. Si peccauerit in te frater tuus, increpa ipsum: & quae sequuntur. Ad Ephes. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, imo etiam redarguite.

Summa LI. Cap. III

Quod oportet congressum cum peccantibus suscipere, non alterius cuiusdam rei gratia, quod ut ipsos ad poenitentiam reuocemus, quo modo fieri poterit, citra peccatum.

Matthaeus. Et ecce multi publicani & peccatores uenientes, discumbebant cum Iesu & discipulis ipsius. Quumque id uidissent pharisaei, dixerunt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester. At Iesus audiens dixit ipsis: Non opus habent ualentes medico, sed male habentes. Euntes autem discite quid est, Misericordiam uolo, & non sacrificium. Non enim ueni ad uocandum iustos, sed peccatores.

Lucas. Accedebant autem ipsum omnes publicani & peccatores ut audirent ipsum, & murmurabant scribae ac pharisaei dicentes, Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Dixit autem ad eos parabolam hanc, dicens: Quis ex uobis est, qui centum habens oues, & una ex ipsis deperdita, non relinquit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quae perierat, donec inueniat ipsam? &c.

Q 2 Ad Theff.

Ad Theſſal. Quod ſi quis nō obedit ſermoni noſtro, per epiſtolā hunc indicate, & de cōmercium habeatis cum illo, ut pudore ſuffundatur, & ne uelut inimicū habeatis, ſed ad monete ut fratrem. Ad Corinth. 2 Si quis autem contriſtauit me, non me contriſtauit, ſed ex parte, ut ne aggrauē omnes uos. Sufficit tali increpatio hæc quæ fit à pluribus: quare uice uerſa uos magis condonetis et conſolemini, ne forte ob immodicū errorem abſorbeat huiusmodi. Summæ LII. Cap. IIII

Quod oportet eos qui perſeuerāt in propria malicia, poſt expletum omnem modum cur rationis ipſorum auerſari. Matthæus. Si peccauerit in te frater tuus, uade redargue ipſum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si uero non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum aut trium teſtium conſiſtat omne uerbum. Quod ſi non audierit ipſos, dic eccleſiæ. Si autem & eccleſiam nō audierit, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus.

Summæ LIII. Cap. I

Quod non oportet Chriſtianum meminiffe malorum, ſed ex corde dimittere his qui in ipſum peccauerunt.

Matthæus. Niſi dimiſeritis hominibus delicta ipſorum, neq; pater ueſter cœleſtis dimittet delicta uobis. Si autē dimiſeritis hominibus peccata ipſorū, remittet etiā uobis pater ueſter cœleſtis.

Summæ LIII. Cap. I

Quod nō oportet iudicium mutuum exercere ob ea quæ à ſcriptura conceſſa ſunt.

Matthæus. Nolite iudicare, ne iudicemini, quo eī iudicio iudicatis, eo iudicabimini. Lucas. Nolite iudicare, & nō iudicabimini, nolite cōdemnare, et non cōdemnabimini.

Ad Ro. Alius quidem credit ſe edere poſſe omnia, inſirmus autē olera edit. Qui edit, non edentē ne deſpiciat: & qui non edit, edentem ne iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es qui iudicas alienū famulū proprio domino ſtat aut cadit: ſtabilis fiet autē, potens eſt enim deus ipſum ſtabilē facere. Et alius quidē iudicat alternos dies, alius uero iudicat omnē diem. Unusquifq; in propria mente certus ſit. Qui curat diem, dño curat: & qui non curat diem, domino nō curat: & qui edit, dño edit: gratias enim agit deo. Et paulo poſt. Ita q; unusquifq; noſtrum pro ſe rationē reddet deo. Ne ergo amplius mutuo iudicium exerceamus. Ad Coloff. Ne igitur quis uos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, aut nouilunij, aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum.

Summæ LIII. Cap. II

Quod non oportet iudicare in his quæ à ſcriptura conceſſa ſunt.

Ad Ro. Beatus qui non iudicat ſeipſum in eo quod probat. At qui diſiudicat, ſi edent, cōdemnatus eſt, quia non ex fide. Quicquid autem ex fide non eſt, peccatum eſt.

Ad Coloff. Si igitur mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quid quali uentres in mundo decretis tenemini? Ne tetigeris, neq; guſtaueris, neq; contrectaueris: quæ ſunt omnia ad corruptionem, per ſecretionem iuxta præcepta ac doctrinas hominum.

Summæ LIII. Cap. III

Quod non oportet iudicare de obſcuris.

In actis. Quare ne ante tempus quid iudicetis, donec uenerit dominus, qui etiam illu minabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus continget unicuique à deo.

Summæ LIII. Cap. IIII

Quod non oportet in acceptatione perſonarum iudicare.

Ioannes. Si circumciſionem accipit homo in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moſis, mlti hi cur indignamini, quod totum hominem ſanum feci in ſabbato; Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iudicium iuſtum iudicate.

Summæ LIII. Cap. V

Quod non oportet cōdemnare aliquem, ubi non prius in præſentia ipſius res eius diſtinger perſcutati fuerimus, etiam ſi multi ſint qui ipſum accuſent.

Ioannes. Dicit Nicodemus ad ipſos, ſi q uenerat ad eum nocte, qui unus erat ex ipſis. Num lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid facit.

In actis. Et quum dies plures illic morarentur, Feſtus regi indicauit de Paulo dicens, Vir quidam relictus eſt à Felice uinctus, de quo quum ueniſſem Hieroſolymam, ſignificauerunt

carunt mihi principes ſacerdotum & ſeniores Iudæorū, poſtulantē aduerſus ipſum ſententiam: ad quos reſpondi, quod nō eſt Romanis cōſuetudo ob gratiam donare aliquem hominem ut pereat, prius q̄ ſi qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq; defendendū accipiat de crimine.

Summæ LV. Cap. I

Quod oportet ſcire ac cōſiteri omnīs boni gratiam, & ipſarum pro Chriſto afflictionum tolerantiam à deo eſſe.

Ioannes. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ipſi datum è cœlo.

Ad Corinth. 1 Quid habes quod non accepisti? Ad Ephes. Gratia enim ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, dei donum eſt, non ex operibus, ne quis gloriatur.

Ad Philipp. Et hoc à deo. Quia uobis donatū eſt pro Chriſto, non ſolum ut in ipſum credatis, ſed ut etiam pro ipſo patiamini, idem certamen habentes, &c.

Summæ LV. Cap. II

Quod non oportet ſilere beneficia dei, ſed gratias agere propter ipſa.

Lucas. Rogabat autē ipſum uir à quo dæmonia exierant, ut cum ipſo eſſet: dimiſit autem eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quæcunq; fecit tibi deus. Et abiit per totam ciuitatem prædicans quæcunq; ſibi fecit deus.

Ibidem. Et quum ingrederetur in quoddā caſtellum, occurrerunt ei decem uiri leproſi, qui ſteterunt procul & leuauerunt uocem ſuā dicentes: Ieſu præceptor miſerere noſtri, quos ut uidit, dixit ipſis, Euntē ostendite uos ſacerdotibus. Et factū eſt, ut inter eundem mundati ſint. Unus autē ex ipſis ut uidit q̄ mundatus eſſet, reſreſſus eſt cum magna uoce glorificās deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei: et hic Samaritanus erat. Reſpondens autē Ieſus dixit, Nōne decem mundati ſunt: nouem autē ubi ſunt? Non ſunt reperi qui redierint, ut darent gloriam deo, niſi hic alienigena. Et dixit illi, Surge, uade, fides tua te ſeruauit. Ad Corinth. 1 Gratia dei ſum id quod ſum.

Ad Timoth. 1 Omnis creatura dei bona, & nulla reiſcienda, ſi cum gratiarum actione ſumatur.

Summæ LVI. Cap. I

Quod oportet perſeuerantem eſſe in orationibus ac uigilijs.

Matth. Petite, & dabitur uobis: querite, & inuenietis: pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui querit, inuenit, & pulſanti aperietur, & cætera.

Lucas. Dixit autem & parabolam ipſis, tendentem ad hoc quod oportet ſemper orare, & non deſaſſari, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, & reliqua.

Idem. Cauete uobis ne quando grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, & repente ſuperueniat in uos dies illa. Tanq̄ laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem totius terræ. Vigilate igitur omni tempore orātes, ut contingat uobis eſſugere iſta omnia quæ futura ſunt, et ſtare coram filio hominis.

Ad Coloff. Orationi inſtate, uigilātes in ipſa cum gratiarum actione. Ad Theſ. 1 Semper gaudete, indefinenter orate.

Summæ LVI. Cap. II

Quod oportet etiam pro his quæ ad quotidianam corporis neceſſitatem ſumimus, prius gratias agere deo, atq; ſic aſſumere.

Matthæus. Et acceptis quinque panibus ac duobus piſcibus, quum gratias egiſſet, fregit & dedit diſcipulis ſuis. Diſcipuli uero turbæ.

In actis. Hæc locutus, accepto pane gratias egit deo coram hominibus, & ubi fregiſſet, cepit edere. Ad Timoth. 1 Omnis creatura dei bona, & nulla reiſcienda, ſi cū gratiarum actione ſumatur.

Summæ LVI. Cap. III

Quod orātem nō oportet multiloquū eſſe, in petendo corruptibilia & domino indigna.

Matth. Orantes autē ne ſitis multiloqui, ſicut ethnici, putant eī q̄ in multiloquio ſuo exaudiantur. Ne igitur ſimiles iſtorū fiat, nouit enim pater ueſter cœleſtis, quibus opus habetis, prius q̄ petatis ipſum. Lucas. Et uos nolite quærere quid māducaueris, aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli. Omnia enim hæc gentes mundi quærunt: pater autē ueſter ſcit q̄ iſtis indigetis. Summæ LVI. Cap. IIII

Quomodo oportet orare, & in quali animæ ſtatu.

Matth. Sic ergo orate uos: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adueniat

Q 3 ueniat

ueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, &c. Idem. Querite primum regnum dei & iusticiam eius. Marcus. Et quum steteritis orantes, dimittite si quid habetis aduersus aliquem. Ad Timoth. Volo igitur ut orent uiri in omni loco sublati sanctis manibus contra iram & contentiones. Summa LVI. Cap. V

Quod alterum pro altero orare oportet, & pro his qui profecti sunt doctrinae ueritatis. Lucas. Dixit autem dominus, Simon Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut ne deficiat fides tua. Ad Ephes. Orantes omni tempore in spiritu, & simul uigilantes cum omni sedulitate & deprecatione pro omnibus sanctis & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, ut cum dicendi fiducia notum faciam mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ut in ipso libere loquar, uelut oportet me loqui. Ad Thef. De cetero orate pro nobis, ut sermo dei currat & glorificet in omnibus, sicut & apud uos. Summa LVI. Cap. VI

Quod oportet etiam pro inimicis orare.

Matth. Orate pro calumniatoribus & persecutoribus uos, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est. Summa LVI. Cap. VII

Quod non oportet uirum uelatum orare aut prophetare, neque mulierem detectam.

Ad Corinth. Volo autem uos scire, quod omnis uiri caput Christus est. Caput autem mulieris uiri, caput uero Christi deus. Omnis uir orans uel prophetans quicquam habens in capite, deturpat caput suum, Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suum, & cetera.

Summa LVII. Cap. I

Quod non oportet magnifice sentire de seipso ob recte facta, & alios uilipendere.

Lucas. Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant, quod essent iusti, & aspernabantur ceteros parabolam istam, dicens: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent, unus pharisaeus & alter publicanus; pharisaeus stans haec apud se orabat, Deus gratias ago tibi, quod non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, aut etiam uelut hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo. Et publicanus procul stans, nec oculos uolebat ad caelum tollere, sed percutiebat pectus suam dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quam ille. Quia omnis qui se extollit, humiliabitur, & qui se humiliat, extolletur.

Summa LVIII. Cap. I

Quod non oportet putare, quod donum dei per pecunias, aut aliud aliquod consilium acquiramus. In actis. Quum uidisset autem Simon, quod per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit ipsis pecunias dicens, Date & mihi potestatem hanc, ut cuiuscumque imposero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunijs parari. Non est tibi portio, neque sors in hac doctrina. Cor enim tuum non est rectum coram deo. Relispice igitur ab hac malicia tua, et roga deum si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & colligatione iniquitatis uideo te esse.

Summa LVIII. Cap. II

Quod iuxta fidei proportionem, unicuique dantur a deo dona, ad utilitatem.

Ad Rom. Habentes autem dona secundum gratiam datam nobis diuersa, siue prophetiam iuxta fidei proportionem. Ad Corinth. Vnicuique uero datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Nam alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae; alij uero sermo scientiae secundum eundem spiritum; alij fides in eodem spiritu; alij dona sanationum; alij prophetiae; alij discretionum spirituum; alij genera linguarum; alij interpretatio linguarum.

Summa LVIII. Cap. III

Quod oportet eum qui gratiam dei gratis accepit, gratis dare, & non tractare ipsam ac negociari ad proprias uoluptates.

Matthaeus. Infirmos curate, leprosos mundate, daemonia eijcite, gratis accepistis, gratis date. Ne possideatis aurum, neque argentum, neque aes in zonis uestris.

In actis. Dixit autem Petrus, argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius dextera erexit ipsum.

Ad Theffal.

Ad Thef. Neque enim unquam in sermone adulationis uobis fuimus, sicut scitis; neque in occasione auariciae, deus testis est, neque quarentes ex hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab alijs, quum possemus in autoritate esse, tanquam apostoli Christi; sed fuimus placidi in medio uestro, perinde ac si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes cupide uolebamus uobis tradere non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras, propterea quod charissimi nobis facti estis. Summa LVIII. Cap. IIII

Quod is qui primum a deo donum grato animo suscepit, & studiose in gloriam dei conuertit, etiam alijs dignus redditur. Quum uero talis non est, et priore priuatur, & paratis indignus iudicatur, & poenae traditur.

Matth. Et accedentes discipuli, dixerunt ad eum: Cur in parabolis loqueris ipsis? Ille autem respondens dixit ipsis: Vobis datum est cognoscere mysteria regni caelorum, illis uero datum non est. Quicumque enim habet, ei dabitur & abundabit, qui uero non habet, etiam quod habet auferetur ab ipso. Quapropter in parabolis loquor ipsis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, ut impleatur in eis propheta Esaias.

Idem. Sicut enim homo quidam peregre proficiscens uocauit seruos suos, et dedit ipsis bona sua; & alij quidem dedit quinque talenta, alij uero duo, alij unum; unicuique secundum propriam facultatem, et profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & negociatus est per ipsa, & lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Et paulo post: Omni enim habenti dabitur, ab eo uero qui non habet, etiam id quod habet auferetur. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.

Summa LIX. Cap. I

Quod non oportet Christianum gloria ex hominibus contingente affici, neque excellentem honorem amplecti, sed emendare eos qui sic ipsum colunt, aut amplius quid de ipso sentiunt. Matthaeus. Et ecce unus accedens dixit ipsi, Magister bone, quid boni faciendo uitam aeternam possidebor? Ille uero dixit ipsi, quid me dicis bonum? nemo bonus nisi unus deus. Ioannes. Gloriam ab hominibus non accipio. Et paulo post: Quomodo potestis uos credere, alter ab altero gloriam accipientes, & gloriam quae a solo deo est, non queritis? Lucas. Vae uobis pharisaeis, quia diligitis primas sedes in synagogis, & salutationes in foro. Ad Theffal. Neque enim unquam in sermone adulationis fuimus, uelut scitis, neque praetextu auariciae, deus testis est, neque quarentes ex hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab alijs. In actis. Quum autem contingeret ingredi Petrum, obuiam progressus ipsi Cornelius, prolapsus ante pedes ipsius adorauit. Petrus uero erexit eum dicens, exurge, nam & ego ipse homo sum. Ibidem. Statuta autem die Herodes uestitus uenit in regiam, & sedens pro tribunali concionabatur. Populus autem acclamabat, Dei uox & non hominis. Confestim autem percussit ipsum angelus domini, eo quod non dedisset gloriam deo, & erosus a uermibus exspirauit.

Summa LX. Cap. I

Quod quum dona spiritus diuersa sint, & neque unus possit omnia suscipere, neque omnes idem, sobrie & cum gratiarum actione unumquemque in eo quod sibi datum est, perseverare oportet, & omnes inter se mutuo concordes esse in charitate Christi, uelut membra in corpore, ita ut qui inferior est in donis, concupiscentiae praesentis ne desperet, neque maiorem norem despiciat. Nam diuisi & seditione agentes, dissolutione digni sunt. Matth. Omne regnum in se diuisum desolatur, & omnis ciuitas aut domus diuisa aduersus seipsam, non stabit. Ad Galat. Quod si alter alterum mordetis & corroditis, uidete ne alter ab altero consumamini. Ioannes. Non autem de his quero solum, sed etiam de credentibus per sermonem ipsorum in me, ut omnes unum sint, quemadmodum tu pater in me, & ego in te, ut & hi in nobis unum sint. In actis. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, neque quisquam aliquid eorum quae possidebant, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Ad Ro. Dico enim per gratiam quae data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, ut ne quis plus de se sentiat, quam oportet sentire: sed sentiat ad sobrietatem, ut unicuique deus mensuram fidei diuisit. Sicut enim in uno corpore membra multa habemus, omnia autem non eandem actionem habent, sic multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes autem dona secundum gratiam datam nobis uaria: & quae sequuntur,

Q 4 Ad Cor

Ad Corinth. 1. Obsecro uos per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idem dicatis omnes, & ne sint inter uos sectae, sitis autem perfecti in eadem mente, & in eadem sententia.

Ibidem. Quemadmodum enim corpus unum est, membra uero habet multa, omnia autem membra corporis unius quum multa sint, unum corpus sunt. Sic etiam in Christo, nam in uno spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iudaei, siue Graeci, siue serui, siue liberi, & cetera. Ad Philipp. Vt idem sentiat omnes, eandem charitatem habentes, unanimis, idem sentientes, nihil per contentione aut inanem gloriam, sed in humilitate alter alterum seipso praestantiorē ducentes. Non quae sua sunt singuli considerantes, sed quae sunt aliorum. Summae LXI. Cap. I

Quod non oportet uilipendere eos qui cooperantur gratiam domini, respectu ad uilitatem ipsorum habito, in his enim maxime complacentiam habet deus.

Matthaeus. Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quod abscondisti haec a sapientibus ac prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Certe pater quia sic complacitum fuit coram te.

Idem. Et progressus in patriam suam, docuit ipsos in synagoga ipsorum, ita ut ipsos consterneret & dicerent, Vnde sapientia haec huic & uirtutes? Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius uocatur Maria, & fratres eius Iacobus & Iosue & Simon & Iudas? & sorores ipsius nōne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? & offendebant in ipso. Iesus autem dixit ipsis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, et in domo sua. Et non fecit illic uirtutes multas propter incredulitatem ipsorum. Ad Corinth. 1. Videtis enim uocationem uestram, fratres, quod non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae sunt stulta mundi elegit deus, ut pudefaciat sapientes. Et infirma mundi elegit deus, ut pudefaciat fortia: & ignobilia mundi & contempta elegit deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt, aboleat, ut ne gloriatur ulla caro in conspectu ipsius. Summae LXII. Cap. I

Quod eos qui crediderunt deo & baptizati sunt, statim praeparari oportet ad tentationes, & ab ipsis domesticis usque ad mortem. Qui enim non sic se parauit, de repente apprehendente calamitate facile commouetur.

Matthaeus. Et baptizatus Iesus, cōfestim ascendit ab aqua, & ecce aperti sunt ipsi caeli, & uidit spiritum dei descendentem tanquam columbam, & uenientem super se. Et ecce uox de caelis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo. Idem. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote igitur prudentes uelut serpentes, & simplices sicut columbae. Cauete autem ab hominibus, tradent enim uos in concilia, & in synagogis ipsorum flagellabunt uos, & ad praesides ac reges ducemini propter me, in testimonium ipsis & gentibus. Et paulo post: Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgēt filij aduersus parentes, & morte ipsos afficient: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui uero perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Idem. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Ioan. Haec locutus sum uobis, ut ne offendamini, a synagogis abdicabunt uos. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se praestare deo. Et haec facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me, &c. Lucas. Nam qui super petram, hi sunt qui quum audierint, cum gaudio suscipiunt sermonem: & hi radicem non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ad Corinth. 2. Non enim uolo uos ignorare fratres de afflictione nostra quae contigit in Asia, quoniam supra modum grauati fuimus supra uires, adeo ut desperauerimus etiam de uita. Quia ipsi in nobis ipsis sententiam mortis acceperamus. Ad Ephes. Venite confidentes simus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos. Ad Timoth. 2. Omnes autem qui pie uiuere uolunt in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Summae LXII. Cap. II

Quod non oportet seipsum obijcere temptationibus, ante tempus permissionis dei, sed etiam orare ut ne incidamus in temptationem.

Matthaeus. Sic igitur orate, Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Et paulo post: Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos a malo.

Ioannes. Et obambulabat Iesus post haec in Galilaea, Non enim uolebat in Iudaea uersari, quia quarebant eum Iudaei interficere. Erat autem in propinquo dies festus

Iesus Iudaeorum Scephogegia. Dixerunt igitur ad ipsum fratres eius: Transi hinc, & uade in Iudaeam, ut & discipuli uideant opera tua quae facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quare ipse palam esse. Si haec facis, manifesta te ipsum mundo, neque enim fratres eius credebant in ipsum. Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum adest, tempus autem uestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse uos, me autem odit, quia ego testimonium fero de illo, quod opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego nondum ascendo ad diem festum illum, quia meum tempus nondum impletum est. Haec loquutus ipsis mansit in Galilaea. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festum non manifeste, sed uelut in occulto.

Matthaeus. Vigilate & orate, ne incidatis in temptationem.

Summae LXIII. Cap. III

Quod oportet ad tempus ab insidiatibus discedere, ubi tamen permissus est quis in temptationem incidere, euentum ut sufferre possit, & uoluntatem dei per orationem petere.

Matthaeus. Vbi persecuti fuerint uos in hac ciuitate, fugite in aliam.

Idem. Pharisaei autem egressi consilium ceperunt aduersus eum, quomodo perderent ipsum. Iesus autem ubi nouisset, recessit inde.

Ioannes. Ab illa die consultabant ut occiderent ipsum, Iesus autem non amplius palam obambulabat inter Iudaeos. Lucas. Et flexis genibus orabat, dicens, Pater si uis transfer poculum hoc a me: uerum tamen non mea uoluntas, sed tua fiat.

Ad Corinth. 1. Tentatio uos non cepit nisi humana. Fidelis autem deus est, qui non sinit uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum temptatione euentum, quo possitis sufferre.

Summae LXIII. Cap. IIII

Quod oportet Christianum in temptationibus, in singulis quae adhibentur ipsi, memorem esse eorum quae ad propositum in diuina scriptura dicta sunt, atque sic seipsum inoffensum conseruare, & aduersarios aboleri.

Matthaeus. Tunc ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo: & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit: & aggressus eum tentator dixit: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Ille autem respondit, Scriptum est, non in solo pane uiuet homo, sed in omni uerbo quod procedit ab ore dei: & cetera.

Summae LXIII. Cap. I

Quod non oportet Christianum timere, & in calamitatibus decertando a confidentia in deum non recedere. Verum confidere uelut domino praesente, & res ipsius disponente, & aduersus omnes ipsum potentem reddente, & spiritu sancto docente usque ad resurrectionem ad aduersarios. Matthaeus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Nonne duo passer culi asse ueneunt? & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro, uestri autem etiam capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passerulis pluris estis uos.

Lucas. Quum autem adduxerint uos in synagogas & ad magistratus ac potestates, nolite solliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim sanctus docebit uos in eadem hora, quid oporteat uos dicere. Marcus. Et oritur procella uenti magna, et fluctus irruiebant in nauim, ut ipsa iam impleretur. Et erat ipse in puppi super ceruicem dormiens, & excitant ipsum, ac dicunt ipsi, Magister non est curae tibi quod perimus? & excitatus increpauit uentum, dixitque mari, Tace, obmutescet & cōquieuit uentus, factaque est tranquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi estis? quomodo nondum habetis fidem. In actis. Exurgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quae est factio Sadducaeorum) repleti sunt emulatione, & iniecerunt manus in apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuam carceris, educensque ipsos dixit, Ite & stantes loquimini in templo, populo omnia uerba uitae huius. Qui quum audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant.

Ad Corinth. 1. Non enim uolumus uos ignorare fratres de afflictione nostra quae contigit in Asia. Et paulo post: Qui ex tanta morte liberauit nos & liberat, in quem sperauimus, quod etiam adhuc liberabit.

Summae LXIII. Cap. I

Quod oportet gaudere quicquid tandem patiaris usque ad mortem pro nomine domini & mandatis ipsius.

Matthaeus

Matth. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā, quia ipsorum est regnū coelorum. Beati estis quī opprobrijs affecerint uos, & plecti fuerint, & dixerint omne prauum uerbū, mentientes contra uos, propter me. Gaudete & exultate, quia merces uestra copiosa est in caelis. Lucas. Beati estis quī separauerint uos ex improbraverint, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces uestra multa est in caelis.

In actis. Et quum accersuissent apostolos, caelis preceperunt ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Et hi quidem ibant gaudentes à conspectu cōcilij, quod digni facti essent pro nomine Iesu cōtumelia affici. Et quotidie in templo & domi non cessabāt docere & annunciare Iesum Christum.

Ad Coloss. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in afflictionibus pro uobis, & adimpleo defectus tribulationum Christi in carne mea, pro corpore ipsius quod est ecclesia.

Summa L X V. Cap. I

Quod etiam in ipso uitae exitu ea quae decent orare oportet.

Matthaeus. Et circa horam nonam exclamauit Iesus uoce magna dicens: Eli eli, lama sabachthani, hoc est, Deus meus, deus meus, cur dereliquisti me?

Lucas. Et quum clamasset uoce magna Iesus ait, pater in manus tuas cōmendo spiritum meum: & hoc loquutus expirauit. In actis. Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem, Domine ne statuas illis hoc peccatum: & hoc loquutus, obdormiuit.

Summa L X V I. Cap. I

Quod non oportet derelinquere eos qui pro pietate decertant.

Ioannes. Respondit ipsis Iesus Nunc creditis? Ecce uenit hora & nūc uenit, ut dispergatur unusquisque ad propria, & me solum relinquatis.

Ad Timoth. 2. Nostri hoc quod auersati sunt me omnes in Asia, quorū de numero est Phygelus & Hermogenes. Det dominus misericordiam Onesiphori domui, quoniam saepe me refrigerauit, & propter catenam meam non erubuit, sed quum uenisset Romam sollicite me quaesuit & inuenit. Det ipsi dominus ut inueniat misericordiam à domino in die illa. Et quaecumque in Epheso ministravit, melius tu nosti.

Ibidem. In prima mea defensione, nemo mihi affuit, sed oēs me dereliquerunt, ne ipsi imputetur.

Summa L X V I. Cap. II

Quod oportet orare pro his qui in tentationibus examinantur.

Lucas. Simon Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret uelut frumentum. Ego autem rogauī pro te, ut ne deficiat fides tua. In actis. Petrus igitur seruabatur in custodia, Oratio autem intenta fiebat pro ipso ab ecclesia ad deum.

Summa L X V I I. Cap. I

Quod tristari ob eos qui obdormierunt alienum est ab his qui de mortuorū resurrectione certitudinem habent.

Lucas. Sequebatur autem ipsum multa turba populi & mulierum, quae & plangebāt & flebāt propter ipsum, Cōuersus autē dixit ad ipsas, Filiae Hierusalē nolite flere super me.

Ad Thessal. 1. De dormientibus nolo uos ignorare fratres, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem nō habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, sic & deus eos qui obdormierunt per Iesum adducet cum ipso.

Summa L X V I I I. Cap. I

Quod nō oportet proprietates huius seculi, etiam post resurrectionem expectare, sed angelicam & nullius rei indigam uitam in futuro seculo nosse.

Lucas. Et respondens ait illis: Filij huius seculi ducunt uxores, & nuptū elocantur. Illi uero qui illo seculo digni habebūtur, & resurrectione ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptum elocantur. Neque enim mori amplius possunt. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei, quum sint filij resurrectionis.

Ad Corinth. 1. Sed dicit aliquis, quomō resurgēt mortui? quali uero corpore ueniēt? Stulte, tu quod feminas, nō uiuificat, nisi prius moriatur. Et hoc quod feminas, nō corpus quod nascet feminas, sed nudū granū, si ita cōtingat tritici, aut alicuius alterius. Deus autē dat illi corp⁹ sicut uoluit. Et paulo post. Sic et resurrectio mortuorū. Seminā in corruptio ne, resurgit in incorruptibilitate: seminā in ignominia, resurgit in gloria, seminā in infirmitate

mitate

mitate, resurgit in potentia. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale.

Summa L X V I I I. Cap. II

Quod non oportet localem aut carnalem aduentum domini expectare, sed in gloria patris per omnem orbem terrarum acruatim sperare.

Marcus. Tunc si quis dixerit uobis, Ecce hic est Christus, aut illic, ne credatis. Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetae, & adent signa magna ac prodigia, ad decipiendum si fieri possit etiam electos. Vos autem caute. Ecce praedixi uobis omnia. Sed in illis diebus post afflictionem illam sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum: & stellae caeli decident: & uirtutes quae in caelis sunt, concutientur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum potestate & gloria multa.

Ad Thessal. 1. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quod nos qui uiuimus & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam praeueniemus eos qui obdormierunt. Quoniam ipse dominus in iussione, & uoce archangeli, ac tuba dei descendet de caelo, & mortui in Christo resurgent primum: & cetera.

Summa L X I X. Cap. I

Quae coniuncte interdiciuntur, & minarum sententiam accipiunt.

Matth. Ex corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, blasphemiae. Haec sunt quae inquinant hominem.

Idem. Discedite à me maledicti in ignē aeternū, qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui enim, & nō dedistis mihi quod ederē. Sitiui, & nō dedistis mihi potū: hospes erā, & nō collegistis me. Nudus eram, & nō operuistis me. Infirmus & in carcere erā, & non uisitastis me.

Lucas. Vae uobis diuitibus, quia habetis consolationē uestram. Vae uobis qui saturati estis, quia esurietis. Vae uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Vae uobis qui laudauerint uos oēs homines. Idem. Cauete autē uobis ne quando grauentur corda uestra, in crapula & ebrietate & curis huius uitae, & repente ingruat uobis ista dies.

Ad Ro. Et sicut nō probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reproba mentem, ut faciant quae non cōueniunt, repleti omni iniusticia, scortatione, auaricia, malicia, & cetera. Ibidem. Nam nō adulterium cōmittes, nō occides, nō furaberis, nō concupisces, & si quod aliud est mandatū.

Ad Corinth. 1. Nolite errare, neque scortatores, neque cultores simulachrorū, neque adulteri, neque molles, neque qui cum masculis concubunt, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledicti, neque rapaces, regnū dei possi debunt.

Ad Corinth. 2. Ne forte cōtentiones, aemulationes, irae, concertationes, obtrationes, susurri, inflationes, seditiones sint inter uos. Ad Galat. Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt adulteriū, scortatio, immundicia, lasciuia, simulachrorū cultus, ueneficium, inimicitia, lites, aemulationes, irae, contentiones, seditiones, sectae, inuidiae, caedes, ebrietates, comestationes, & his similia, quae praedico uobis sicut etiam praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt.

Ibidem. Ne efficiamur inanis gloriae cupidī, mutuo prouocantes, mutuo inuidentes.

Ad Ephes. Omnis amarulētia, & ira & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis cum omni malicia. Et paulo post: Scortatio autem & omnis immundicia aut auaricia, nec nominetur inter uos, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut urbanitas, quae non conueniunt.

Ad Coloss. Mortificate igitur membra uestra quae sunt super terram, scortationē, immundiciam, mollitiem, concupiscentiā malam, & auariciā, quae est simulachrorū cultus, propter quae uenit ira dei super filios incredulitatis. Nunc autem deponite & uos omnia, iram, indignationē, maliciam, maledicentiam, turpiloquentiā ab ore uestro. Nolite mentiri inter uos.

Ad Timoth. 1. Sed iniustus & inobediens, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, scortatoribus, masculorū concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud est quod sanae doctrinae aduersatur, quae est secundū euangelium gloriae beati dei, quod cōcreditum est mihi.

Ibidem. In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis daemoniorū in responsione mendaciū, caetero notatam habentium cōscientiam, prohibentium nuptias, & abstinere à cibis quos deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione credentibus, & his qui cognouerunt ueritatem.

Ibidem

Ibidem. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus dñi nostri Iesu Christi, & ei quæ secundū pietatem est doctrina, is inflatus est, nihil sciens, sed ægrotans circa quæstiones & pugnas uerborū, ex quibus oritur inuidia, cōtentio, maledicentia, suspicio nes malæ, conflictationes hominū mente corruptorū, & qui ueritate priuati sunt, qui existimant quæstum esse pietatem. Ab his discede.

Ad Timoth. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipfos amantes, auari, elati, superbi, maledici, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine dilectione, sine pace, calumniatores, intemperantes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, inflati, uoluptatū amatores magis q̄ dei, habentes speciem quidem pietatis, sed qui uim eius abnegarint. Et hos deuīta. Ad Titum. Eramus enim aliquādo & nos insipientes, inobedientes, errantes, seruientes concupiscentijs & uoluptatibus uarijs, in malicia & inuidia degentes, odiosi, inuicem odio persequentes.

Summæ LXXI. Cap. II

Quæ coniuncte approbantur, aut etiā benedictionis promissionem habent.

Matthæus. Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnū cœlorū. Beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolationem accipient. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiā, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequentur. Beati mūdo corde, quoniam ipsi deū uidebunt. Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei uocabuntur. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā, quoniam ipsorum est regnū cœlorū. Beati estis quū maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Idem. Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnū à iactis mundi fundamentis. Esuriit enim, & dedistis mihi edere, sitiit, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infirmus, & uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me.

Ad Ro. Siue qui ministrat in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui imperat in simplicitate, qui præest in diligentia, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione, odio habentes malum, adhærentes bono; per fraternam charitatem mutuo diligentes, honore alter alterum præuenientes: studio non pigri, spiritu feruentes, domino feruentes: spe gaudentes, in afflictione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctorum cōmunicantes, hospitalitatē feciātes. Benedicite persequentes uos, benedicite & nolite maledicere, gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Idem inter uos sentientes: nō arroganter de uobis ipsis sentientes, sed humilibus uos accommodantes. Ne sitis prudentes apud uosmetipsos, nulli malū pro malo reddetes: prouidentes bona corā omnibus hominibus. Si fieri potest, quantū in uobis est, cū omnibus hominibus pacē habentes. Nō uos ipsos ulciscētes charissimi, sed date locū iræ. Scriptū est enim: mihi uindicta, ego retribuā dicit dñs. Sed et si esurierit inimicus tuus, pasce ipsum, si sitit, da ipsi potū. Noli uinci à malo, sed uince in bono malū. Ad Corinth. 2. Nemini dantes ullam offensionē, ut nō uituperetur ministeriū, sed in omnibus cōmendantes uos ipsos sicut dei ministros. In multa patiētia, in tribulationib. in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carcerib. in seditionibus, in laborib. in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in lōganimitate, in benignitate, in spū sancto, in charitate nō ficta, in sermōe ueritatis, in potentia dei, & per arma iusticiæ dextra ac sinistra, per gloriam ac ignominia, per infamiam & bonā famam, ut seductores & ueraces: uelut ignoti & noti, quasi morientes, & ecce uiuimus: ut castigati, & nō mortificati: quasi tristes, semper autē gaudentes. Sicut egenes, multos autē ditantes: tanq̄ nihil habentes, & omnia possidentes. Ibidem. De cætero fratres gaudete, pfecti estote, cōsolationē habete, idem sentite, pacē habete. Ad Galat. Fructus autē spiritus est charitas, gaudiū, pax, lōganimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia, castitas. Ad Ephes. Obsecro itaq̄ uos ego uinctus in dño, ut ambuletis ut dignū est uocatione qua uocati estis, cū omni humilitate ac mansuetudine, cum lōganimitate, tolerātes uos mutuo in dilectione, studentes seruire unitatē spūs in uinculo pacis, unū corpus, & unus spūs, sicut & uocati estis in una spe uocationis uestræ.

Ibidem. Estote autem inter uos benigni, misericordes, donātes inuicē, sicut & deus in Christo donauit uobis. Estote igit̄ imitatores dei sicut filij dilecti, & ambulate in dilectione, sicut

ne, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationē & hostiam deo in odorem suauitatis. Ad Philip. Si qua igitur cōsolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spūs, si qua uiscera & miserationes, implete gaudiū meum, ut idem sentiat omnes eandem charitatē habentes, unanimes, unum ac idem sentientes, nihil per contentionem aut inanem gloriam. Ibidem. De cætero fratres, quæcūque sunt uera, quæcūque honesta, quæcūque iusta, quæcūque sancta, quæcūque amabilia, quæcūque bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus, hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis, & audistis, & uidistis in me, hæc facite. Ad Coloss. Si igitur cōsurrexistis cum Christo, superna quærite, ubi Christus est ad dexterā dei sedens, superna curate non terrena. Mortui enim estis, & uita uestra occultata est cum Christo in deo. Et paulo post. Induit igitur esse sicut electi dei sancti ac dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, lōganimitatē, erga omnes homines. Ad Heb. Fraternalis charitas maneat, hospitalitatis nolite obliuisci: per hanc enim quidā nescij angelos hospitio exceperunt. Memores estote uinctōrū tanq̄ simul uincti, eorum qui malis affliguntur, uelut ipsi quoq̄ in corpore uersantes. Honorabile est inter omnes coniugij, & thorus immaculatus. Scortatores autē & adulteros iudicabit deus. Sint mores alieni ab auaricia, contenti præsentib.

Ad Theſſal. 1. Monete inordinatos, consolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper bonum sectemini, tum erga uos mutuo, tum erga omnes. Semper gaudete, in desinenter orate, in omnibus gratias agite. Hæc est uoluntas dei in Christo Iesu erga uos. Spiritū ne extinguatis, prophetias ne aspernemini, omnia probate, quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete. Ad Titum. Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, dilectione, patientia. Anus similiter in habitu sancto, nō calumniatrices, non uinō multo seruientes, honesta docentes, quo modestas reddāt adolescentulas, ut maritos suos diligāt, liberos ament, ut sobriæ sint, puræ, domus custodes, bonæ, subditæ uiris suis, ne uerbum dei blasphemet. Et paulo post: Admone ipsos ut principib. ac potestatibus subditi sint, ut magistratibus pareant, ut ad omne opus bonum parati sint: ne de quoquā male dicant, ne sint pugnares, sed modesti omnem ostendentes mansuetudinē, erga omnes homines.

Summæ LXX. Cap. I

Quod oportet eos quibus euāgelij prædicatio in manus tradita est, cum precibus & oratione cōstitueret, siue ministros, siue presbyteros, inculpabiles & sinceros, ac qui priorem uitam probatam transegerunt.

Matthæus. Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa est, operarij uero pauci. Rogate igitur dominum messis, ut mittat operarios ad messem suam.

Lucas. Et quum dies factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit. Simonem quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioānem, Philippum & Bartholomæū, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonē qui uocatur Zelotes, Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui & proditor factus est.

Idem. Post hæc autē designauit dominus & alios septuaginta, & misit ipsos binos ante faciem suā in omnem ciuitatē & locum, quo erat ipse uenturus. Dicebat ergo illis: Messis quidem multa est, operarij uero pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

In actis. Primum quidē librum feci de omnibus Theophile, quæ cepit Iesus facere & docere, usq̄ ad diē qua præcipiēs apostolis per spiritū sanctū, quos elegit assumptus est.

Ibidem. Et statuerūt duos. Ioseph qui uocabatur Barfabas, qui cognominatus est iustus, & Matthiā, & orantes dixerunt: Tu domine qui corda nostri omnium, ostende utrum elegeris ex his duobus, ut accipiat fortem ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. Et dederunt fortes ipsorum, & cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est inter undecim apostolos.

Ad Timoth. 1. Si quis episcopatū appetit, bonū opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibile esse, unius uxoris uirum, sobrium, temperatū, modestum, hospitalem, aptum ad docendū, non uinolentum, nō percussorem, nō turpis lucri cupidū, sed æquum, nō litigiosum, alienum ab auaricia, qui suæ domui bene præsit, filios habentem in

R subiectione

subiectione cum omni reuerentia. Si quis autem propriae domui praesse non nouit, quomodo ecclesiae dei curam geret; non nouit, ne inflatus in iudicium diaboli incidat. Oportet autem ipsum & bonum habere testimonium ab externis, ut ne in obprobrium incidat, & laqueum diaboli. Ministros item pudicos, non bilíngues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fide in pura conscientia. Et hi probentur primū, deinde ministrent ut nemo possit illos criminari. Ad Titum. Huius rei gratia reliquit in Creta, ut ea quae desunt corrigas, & constituas presbyteros per ciuitates, uelut ego tibi praeci. Si quis est inculpatus unius uxoris uir, liberos habēs credentes, non obnoxios crimini luxus, aut minime subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, uelut dei dispensatorē, non peruicacē, non iracundū, non uinosum, non percussorē, non turpi lucro deditum, sed hospitalē, benignum, sobriū, iustum, sanctū, continentem, amplectentē eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit etiam exhortari in sana doctrina, & contradicentes redarguere.

Summa LXX. Cap. II

Quod non oportet facile esse circa electiones, neque inconsiderate ad ipsas uenire. Non enim periculo uacat aliquē reprobū esse. Eum uero qui in aliquo crimine deprehensus est, manere festare oportet, ut neque ipse peccati particeps fias, neque reliqui offendatur, sed magis timeere discant. Ad Timoth. I. Manus cito nulli impone, neque cōmunicas peccatis alienis.

Ibidem. Aduersus presbyterū accusationē noli admittere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes uero coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant.

Summa LXX. Cap. III

Quod non oportet electum a seipso accedere ad praedicationem, uerum expectare tempus beneplaciti dei, & incipere quidem praedicationem, ubi commissum fuerit, praedicare autem illis ad quos missus fuerit.

Matthaeus. Hos duodecim misit Iesus praeciens ipsis dicens, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis: sed ite potius ad oues quae perierunt domus Israel. Idem. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa, clamabat ad ipsum dicens, Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male a daemone uexatur. Ille uero non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant ipsum dicens, dimitte ipsam, nam clamat post nos. At ille respondens dixit, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel.

Ioannes. Ego enim ex deo exiui & uenio, neque enim a meipso ueni, sed ille me misit. In actis. Hi quidem igitur dispersi ab afflictione quae contigit ob Stephanum, penetrauerunt usque ad Phoenicem & Cyprum ac Antiochiam, nulli dicentes sermonem, nisi solum Iudæis. Ad Ro. Paulus seruus Iesu Christi uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei. Ibidem. Quomodo autem audient sine praedicatione? Quomodo uero praedicabunt, nisi missi fuerint? Ad Timoth. I. Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostrae.

Summa LXX. Cap. IIII

Quod oportet eum qui uocatus est ad praedicationem euangelij statim obedire, & non differre.

Lucas. Ait autem ad alterum, sequere me. Ille autem dixit, Domine permittite mihi ut prius abeam, ac sepeliā patrem meum. Dixit autem ipsi dominus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu uero uade & annuncia regnum dei.

Ad Galat. Quum autem complacuisse deo, qui me ex utero matris meae segregauit, & uocauit me per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut praedicarem ipsum inter gentes, continuo non acquieui carni & sanguini, neque abij Hierosolymam, ad eos qui ante me fuerant apostoli, sed abij in Arabiam, & rursus reuersus sum in Damascum.

Summa LXX. Cap. V

Quod non oportet alia docere.

Ioannes. Amen amen dico uobis, qui non intrat per fores in caulam ouium, sed inscenat aliunde, ille fur est & latro. Qui uero intrat per fores, pastor est ouium. Et paulo post: Ego sum ostium ouium, omnes quorquot uenerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues.

Ad Galat. At etiam si nos aut angelus ex caelo praedicauerit uobis euangelium, praeter id quod

id quod praedicaui uobis, anathema sit, sicut praediximus, etiam nunc rursus dico: Si quis uobis praedicauerit euangelium praeter id quod accepistis, anathema sit.

Ad Timoth. I. Si quis aliud docet, & non accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quae secundum pietatem est doctrina, is inflatus est, nihil sciens, &c.

Summa LXX. Cap. VI

Quod oportet omnia praecipita a domino in euangelio & per apostolos docere eos qui credunt, & quaecumque ad haec consequuntur.

Matth. Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomen patris & filij & spiritus sancti, docentes ipsos seruare omnia quaecumque praeci uobis.

In actis. Quum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis seruanda dogmata quae erant decreta ab apostolis & presbyteris qui erant Hierosolymis.

Ad Timoth. I. Haec doce & exhortare. Ad Titum. Tu autem loquere quae decent sanam doctrinam, & caetera.

Summa LXX. Cap. VII

Quod is cui concreditus est sermo doctrinae domini, si aliquid necessarium ad complendum deo contigerit, reus est sanguinis eorum qui periclitatur, aut propter operationem prohibitorum, aut propter defectum eorum quae fieri debebant.

Lucas. Vae uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiae, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. In actis. Quum uenissent de Macedonia Silas & Timotheus, instabat uerbo Paulus testificans Iudæis Christum esse Iesum. Contradicientibus autem ipsis & maledicentibus, excussis uestimentis dixit ad eos: Sanguis uester super caput uestrum. Mundus ego posthac ad gentes uadam.

Ibidem. Quapropter contestor uos hodierna die, quia mundus sum a sanguine uestro: Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium dei uobis.

Summa LXX. Cap. VIII

Quod oportet etiam in his quae non sunt a scriptura secundum praecipitum determinata, unumquemque ad id quod melius est cohortari.

Matthaeus. Sunt eunuchi qui ex utero matris sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt eunuchi ab hominibus. Et sunt eunuchi qui seiplos castrauerunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat.

Ad Corinth. I. De uirginibus autem praecipitum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem: solutus es ab uxore? noli quaerere uxorem, &c.

Summa LXX. Cap. IX

Quod non licet alios cogere ad ea recte facta perpetranda, quae ipse non facis.

Lucas. Er uobis legisperitis uae, quia oneratis homines oneribus quae portari non possunt, & ipsi uno digito uestro non attingitis sarcinas.

Summa LXX. Cap. X

Quod oportet praefectum doctrinae, formam propositum esse omnis boni alij, & prius ea recte facta perpetrare quae docet.

Matthaeus. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me quod mitis sum & humilis corde.

Ioannes. Postquam ergo lauisset pedes discipulorum suorum, & uestimenta sua accepisset accubuisseque, rursus dixit ipsis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.

In actis. Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet succurrere infirmis.

Ad Corinth. I. Imitatores mei estote, uelut & ego Christi.

Ad Timoth. I. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed esto forma credentium in sermone, in conuersatione, in fide, & caetera.

Summa LXX. Cap. XI

Quod oportet praefectum doctrinae non de suis recte factis sollicitum esse, uerum proprium

& præcipuum curæ ipsi commissæ opus esse nosse, ut hi qui fidei ipsius concrediti sunt, meliores reddantur.

Matthæus. Vos estis sal terræ, si autem sal infaturatus fuerit, in quo salietur? Ad nihil ualet ultra, nisi ut proiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Ioannes. Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, & quod uenit ad me, non eieciam foras. Quia descendi de celo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris. Hæc est autem uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam.

Ad Theff. Quæ est enim nostra spes aut gaudium aut corona gloriæ? Nonne uos ante dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Summa LXX. Cap. XII

Quod oportet præfectum doctrinæ obire uicos & ciuitates omnes ipsi commissas.

Matthæus. Et circumibat totam Galilæam Iesus docens in synagogis, & prædicans euangelium regni, & curans omnem morbum & omnem languorem.

Lucas. Et ipse iter faciebat per singulas ciuitates ac castella, prædicans & annuncians regnum dei, & duodecim cum ipso.

Summa LXX. Cap. XIII

Quod oportet omnes aduocare ad obedientiam euangelij, & cum omni fiducia annunciare uerbum, & testimoniū dare ueritati, etiam si aliqui impediunt, & persequantur quocumque tandem modo, usque ad mortem.

Matthæus. Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem audistis, prædicare super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed timete potius eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam.

Idem. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni, ite ergo ad exitus uiarum, & quoscumque inueneritis, uocate ad nuptias.

Ioannes. Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagogis & in templo, ubi omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil.

In actis. Et quum adduxissent ipsos statuerunt in concilio, et interrogauit eos princeps sacerdotum dicens, Nonne denunciatione publice facta præcepimus uobis ne doceretis in nomine istor? & ecce repleuistis Hierosolymam doctrina uestra, & uultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus & apostoli, dixerunt: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Ibidem. Nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates testificatur dicens, quod uincula & afflictiones me manent. Verum nihil horum me mouet, neque uita mea chara est mihi, ut consumam cursum meum cum gaudio, & ministerium quod accepi a domino Iesu, ad testificandum euangelium gratiæ dei.

Ad Theffal. Nam ipsi nostri fratres introitum nostrum ad uos, quod non inanis fuit, sed ante multa passi & contumelijs affecti, sicut scitis in Philippis, fiduciam habuimus in deo nostro, loqui ad uos euangelium dei nostri, in multo certamine.

Summa LXX. Cap. XIII

Quod oportet orare pro profectu eorum qui nobis concrediti sunt, et propter ipsum gratias agere. Ioannes. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro his qui credunt per sermonem ipsorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Et rursus: pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum.

Lucas. In ipsa hac hora exultauit spiritu Iesus, & dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: etiam pater, quoniam sic complacitum est coram te. Ad Rom. Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quod fides uestra annunciat in toto mundo: testis enim mihi est deus, quem colo spiritu meo, in euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriã uestri facio in orationibus meis. Ad Philip. Testis enim mihi est deus quod desidero uos omnes in uisceribus Iesu Christi, et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia omnique sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructibus iustitiæ per Iesum Christum ad gloriam & laudem dei.

Summa LXX. Cap. XV

Quod oportet recte facta per gratiam dei, etiam alijs nota facere ad gloriam dei.

Lucas

Lucas. Et reuersi sunt apostoli ac exposuerunt ipsi quaecumque fecerunt. In actis. Accedentes autem & congregantes ecclesiam, denunciauere quaecumque deus fecit cum ipsis. Ad Ephes. Ut autem sciatis & uos quæ circa me sunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino: quem misi ad uos in hoc ipsum ut cognosceretis de rebus nostris.

Summa LXX. Cap. XVI

Quod oportet non solum presentium curam gerere, sed etiam absentium, et omnia face re prout postularit necessitas ædificationis.

Ioannes. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile, unus pastor.

Ad Theffal. Quapropter non amplius sustinentibus nobis placuit, ut Athenis relinqueremur soli, & misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrum dei, in euangelio Christi, ut confirmaret uos, & exhortaretur pro fide uestra.

Summa LXX. Cap. XVII

Quod oportet eum qui nos inuocat ob beneficium præstandum sustinere.

Matth. Hæc ipso loquente, ecce princeps quidam accessit, & adorabat ipsum dicens: Filia mea modo defuncta est, sed ueni & impone manum tuam super ipsam, & uiuet. Et surgens Iesus secutus est ipsum. In actis. Quum autem esset uicina Lyda Ioppe, discipuli audientes quod Petrus esset in ipsa, miserunt duos uiros ad ipsum rogantes, ut ne gra uaretur uenire ad ipsos. Exurgens autem Petrus conuenit illos.

Summa LXX. Cap. XVIII

Quod oportet suscipientes doctrinam ueritatis confirmare per uisitationem.

In actis. Post aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam, reuertentes iam uisite mus fratres nostros per omnes ciuitates, in quibus prædicauimus uerbum domini, quomodo se habeant. Ad Theffal. Nos autem fratres desolati a uobis ad temporis spatium, facie non corde, uehementius festinauimus faciem uestram uidere cum multo desiderio.

Quapropter uoluimus uenire ad uos ego quidem Paulus, semel atque iterum, sed obstitit nobis satanas. Et paulo post: Quapropter non amplius sustinentibus nobis placuit, ut Athenis relinqueremur soli, & misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrum dei in euangelio Christi, ut confirmaret uos, & exhortaretur pro fide uestra, ut nemo moueatur in afflictionibus. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus, &c.

Summa LXX. Cap. XIX

Quod proprium est diligentis dominum, in multa dilectione eorum quos docet, cum omni diligentia omnibus modis ipsorum curam gerere, etiam si usque ad mortem perseuera re oporteat in doctrina, tum publice, tum priuatim.

Ioannes. Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. Idem. Quum autem prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis diligit me plus his? Dicit ei: Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simon Ioannis diligit me? Ait illi, etiam domine, tu scis quia amo te: dicit ei, pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus quod dixisset ei tertio, amas me: et dixit ipsi, Domine, tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ipsi Iesus, pasce oues meas. In actis. Vna autem die sabbatorum, quum conuenissent discipuli ad frangendum panem, Paulus disse rebat ad ipsos profecturus postredie, protraxitque sermonem usque ad mediam noctem. Et paulo post: Quum ascendisset autem & fregisset panem, ac gustasset, diu colloquutus usque ad diluculum, ita demum profectus est. Ibidem. Ut nihil suffugerim eorum quæ essent in rem uestram, quo minus annunciarer uobis, & docerem uos publice ac per singulas domos, testificans Iudæis simul ac Græcis, poenitentiam in deum, & fidem in domino nostrum Iesum. Et paulo post: Quapropter uigilate, memores quod per triennium nocte & die non cessauerim cum lachrymis monere unumquemque uestrum.

Ad Theffal. Ipsi enim scitis fratres laborem nostrum ac sudorem, nocte ac die laborantes, ut ne quem uestrum grauaremus, prædicauimus euangelium dei, &c.

Summa LXX. Cap. XX

Quod oportet præfectum doctrinæ misericordem esse, maxime in his qui animas malis uitij afflicti ac uexatas habent.

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Lucas

Matthæus. Et uidentes pharisæi dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus cibum sumit magister uester: At Iesus audiens ait: Non est opus medico ualentibus, sed male habentibus. Eunt autem discite quid est, Misericordiam uolo & non sacrificium. Non enim ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

Idem. Videns autem turbas misertus est eorum, quod essent dispersæ uelut oues non habentes pastorem.

Summæ LXX. Cap. XXI

Quod oportet etiam in corporis necessitatibus misereri eorum qui nobis commissi sunt, & ipsorum curam gerere.

Matthæus. Miseret me turbæ, propterea quod iam triduo perseverat apud me, & non habent quod manducant: & dimittere ipsos ieiunos non uolo, ne forte deficient in uia.

Marcus. Et uenit ad eum leprosus deprecans eum, & genua flectens ac dicens: Si uis potes me mundare. Iesus autem misertus eius, extendit manum suam, & tangens ipsum ait: Volo, mundus esto.

In actis. In diebus autem illis, crescente numero discipulorum, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerent in ministerio quotidiano uiduæ ipsorum. Cæterum duodecim illi quum iussissent adesse multitudinē discipulorum dixerunt: Cuiusmodi cum spicite fratres uiros uestro testimonio probatos septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc negocium.

Summæ LXX. Cap. XXII

Quod non oportet præfectum doctrinæ circa minora facienda occupari, à studio quod maioribus rebus debetur abesse.

In actis. Cæterum duodecim illi quum iussissent adesse multitudinē discipulorum dixerunt: Non est æquum nos relinquere uerbum dei, & ministrare mensis. Et paulo post Nos uero in oratione & ministerio uerbi perseverabimus.

Summæ LXX. Cap. XXIII

Quod non oportet ostentare, neq; negociari uerbum doctrinæ, ad audientium adulationem, & perficiendas proprias uoluptates, aut necessitates: sed tales esse, uelut ad gloriam dei coram ipso loquentes.

Matthæus. Omnia uero opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificat fimbrias palliorum suorum, amantq; primos ac cubitus in cœnis, & primas sellas in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi, unus enim est magister uester, omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis in terra, unus enim est pater uester qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, unus enim est uester magister Christus.

Ioannes. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluntatem ipsius faciat, cognoscat de doctrina, utrum ex deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit eum, hic uerax est, & iniusticia in illo non est.

Ad Corinth. 2. Non enim sumus uelut pleriq; cauponantes uerbum dei, sed uelut ex sinceritate, sed uelut ex deo, coram deo in Christo loquimur.

Ad Thess. 1. Exhortatio enim nostra non ex seductione, neq; ex immundicia, neque in dolo, sed sicut probati sumus à deo, ut concrederetur nobis euangelium, ita loquimur, non ut hoibus placentes, sed deo qui probat corda nostra. Neq; enim unq; in sermone adulationis fuimus sicut scitis, neq; in occasione auaricia, deus testis est, neq; quærentes ab hominibus gloriam, neq; à uobis, neq; ab alijs, quum possemus in autoritate esse uelut apostoli Christi.

Summæ LXX. Cap. XXIV

Quod non oportet præfectum doctrinæ ad subiectorum contumeliam abuti potestate: nec uero contra ipsos extolli, sed potius gradum ac statum hunc, humilitatis erga ipsos occasionem habere.

Matthæus. Quis igitur est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus seruus ille quem quum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, quod super omnia bona sua constituet ipsum. Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo, cunctatur dominus meus uenire, & cœperit

cœperit percutere conseruos suos, ederitq; ac biberit cum ebriosis, ueniet dominus serui illius in die qua non sperat, & discabit ipsum, & partem eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentium.

Ioannes. Vos uocatis me magister & domine, & uere dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes.

Lucas. Facta est autem & inter ipsos contentio, quis eorum uideretur maior. Iesus autem dixit eis: Reges gentium dominantur ipsis, & qui potestatem habent super eas, benefici uocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est inter uos, fiat sicut iunior, & qui princeps est, sicut qui ministrat. Vter enim maior est, qui accumbit an qui ministrat? Nonne qui accumbit? Ego autem in medio uestrum sum, uelut qui ministrat.

In actis. A Mileto autem missis Ephesum nuncijs, acceperunt presbyteros ecclesiæ, qui quum peruenissent ad ipsum dixit eis: Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiā, quomodo uobiscum per omne tempus fuerim, seruens domino cum omni humilitate, & multis lachrymis ac tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum.

Ad Corinth. 2. Libenter enim sufferis insipientes, quum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis uos in seruitute adigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit: secundum ignominiam loquor, uelut quando nos infirmi fuimus in hac parte.

Summæ LXX. Cap. XXV

Quod non oportet secundum contentionem, aut inuidiam, aut rixandi libidinem, aduersus aliquos prædicare euangelium.

Matthæus. Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea: ponam spiritum meum super ipsum, & iudicium gentibus annuntiabit, non contendet, nec clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius.

Ad Philip. Quidam & propter inuidiam & contentionem. Quidam autem & propter bonam uoluntatem Christum prædicant, quidam ex charitate, scientes quod in defensionem euangelij positus sum. Quidam uero ex contentione Christum annunciant non sincere, existimantes se afflictionem afferre uinculis meis.

Summæ LXX. Cap. XXVI

Quod non oportet humanis prærogatiuis uti ad prædicationem euangelij, ut ne in ipsis occultetur gratia dei.

Matthæus. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quod occulta isti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ipsa paruulis.

Ad Corinth. 1. Non enim misit me Christus ad baptizandum, sed ad prædicandum euangelium, non in sapientia sermonis, ut ne euacuetur crux Christi.

Ibidem. Et ego quum uentrem ad uos fratres, non ueniebam cum sublimitate sermonis aut sapientia, annuncians uobis testimonium dei, non enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, et in timore ac tremore multo fui apud uos: & sermo meus & prædicatio mea non in persuasorijs humanæ sapientia uerbis, sed in offensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei.

Summæ LXX. Cap. XXVII

Quod non oportet putare, quod bonam uoluntatem prædicationis ex propria industria perficiamus, uerum ex toto in deo fiduciam ponere oportet.

Ad Corinth. 2. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros, noui testamenti. **Ibidem.** Habemus autem thesaurum hunc in uasis fictilibus, ut sublimitas uirtutis sit dei, & non ex nobis.

Summæ LXX. Cap. XXVIII

Quod non oportet eum cui concreditum est prædicare euangelium, plus possidere, quam ea quæ ad necessarium ipsius usum sufficient.

Matth. Nolite possidere aurum neq; argentum neq; æs in zonis uestris, non peram ad iter, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; uirgā. Dignus enim est operarius cibo suo.

Lucas. Nihil tuleritis ad iter, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; argentum, neq; duas tunicas habentes. **In actis.** Argentum aut aurum aut uestem nullius cupiui, ipsi scitis.

Ad Timoth. 2. Nemo militas immiscet se uitæ negocijs, ut impatori exercitus placeat.

R 4 Summæ

Summa LXX. Cap. XXXIX

Quod non oportet seipsum accommodare ad rerum temporalium curam, ad eos qui circa illas per animi affectionem occupati sunt.

Lucas. Dixit autem quidam ad eum ex turba, Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. Iesus autem dixit, Homo quis constituit me iudicem aut diuisorem uobis.

Ad Timoth. 2. Nemo militans immiscet se uitae negotijs, &c.

Summa LXX. Cap. XXXX

Quod hi qui propter complacentiam auditorum, negligunt libertatem dicendi uoluntates dei, illis inferuentes, quibus placere uolunt, a dominio domini excidunt.

Ioannes. Quomodo potestis uos credere, gloriam mutuo alter ab altero accipientes, & gloriam quae a deo solo est, non quarentes. Ad Galat. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Summa LXX. Cap. XXXXI

Quod oportet docenti scopum propositum esse, ut omnes quidem in uirum perfectum, ad mensuram staturae perfectionis Christi coponat & absoluat, uerum unumquemque in proprio ordine. Matth. Eritis igitur uos perfecti, quemadmodum pater uester qui in caelis est perfectus est. Ioannes. Non pro his rogo tantum, sed & pro his qui credunt per uerbum ipsorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Ad Ephes. Alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, ad aedificationem corporis Christi, donec deueniamus omnes in unitate fidei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensuram staturae perfectionis Christi.

Summa LXX. Cap. XXXXII

Quod oportet in tolerantia malorum ac mansuetudine erudire eos qui contra nos se opponunt, expectando ipsorum poenitentiam, donec impleta fuerit mensura curae ac diligentiae collatae in ipsos.

Matth. Non contendet, nec clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinem contritam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad uictoriam iudicium. Ad Timot. 2. Seruum autem domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, idoneum ad docendum, tolerantem malorum, in mansuetudine erudientem eos qui resistunt ueritati, si quando det illis deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiciat eum diabolus laqueis.

Summa LXX. Cap. XXXXIII

Quod oportet his qui ob timorem ac metum, praesentiam praedicationis uerbum recusant, cedere, & non contentiose incumbere.

Lucas. Et rogauerunt ipsum omnis multitudo Gadarenorum ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebatur, ipse autem conscensa nauis reuersus est.

Summa LXX. Cap. XXXXIII

Quod oportet ab his qui propter ingratitude, euangelij praedicationem non suscipiunt, secedere, & ne sustinere quidem, ut beneficio eorum quae ad necessarium corporis usum requiruntur, ab ipsis afficiamur.

Matthaeus. Et qui uos non susceperit, neque audierit sermones uestros, exeuntes de domo illa aut ciuitate, excutietis puluerem de pedibus uestris. Lucas. In quamcumque uero ciuitatem egressi fueritis, & non susceperint uos, egressi in plateas eius dicite, etiam puluerem adhaerentem nobis ab urbe uestra, extergimus in uos, uerum tamen hoc scitote, quod appropinquabit in uos regnum dei.

In actis. Quum uenissent autem e Macedonia Silas & Timotheus, instabat uerbo Paulus, testificans Iudaeis Christum esse Iesum. Contradicientibus autem eis ac maledicentibus, excussis uestimentis dixit ad ipsos, Sanguis uester super caput uestrum, insons ego, posthac ad gentes uadam.

Summa LXX. Cap. XXXXV

Quod oportet post impletum omnem diligentiae modum, ab inobedientibus secedere.

Matthaeus. Hierusalem Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis. Ecce relinquitur uobis domus deserta. In actis. Sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis uita aeterna, ecce conuertimur ad gentes, sic enim

sic enim praecipit nobis dominus, posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrae. Ad Titum. Hareticum hominem post unam atque alteram admonitionem fuge, sciens quod euerus est qui huiusmodi est, & peccat suo ipsius iudicio condemnatus.

Summa LXX. Cap. XXXVI

Quod erga omnes in omni negotio seruare oportet sinceritatem uerborum domini, ita ut nihil faciamus secundum imitationem.

Ad Timoth. 1. Obtestor coram deo & Christo Iesu & electis angelis eius, ut haec serues citra praedudicium, nihil faciens iuxta imitationem.

Summa LXX. Cap. XXXVII

Quod oportet praefectum doctrinae cum circumspicione ac multa examinatione, iuxta scopum coplacentiae erga deum, singula facere ac dicere, ut qui debeat etiam ab ipsis qui suae fidei concrediti sunt, probari ac testimonium ferre.

In actis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, quomodo uobiscum per omne tempus fuerim, seruans domino cum omni humilitate, & multis lachrymis ac temptationibus. Et paulo post: Argentum & aurum aut uestem, nullius concupiui, ipsi scitis, quoniam ad ea quae mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus haec.

Ad Thessal. 1. Vos testes estis & deus, quam sancte & iuste & inculpate, uobiscum qui creditis uersati sumus, sicut scitis.

Summa LXXI. Cap. I

Quae coniuncte de episcopis ac presbyteris dicta sunt.

Ad Timoth. 1. Si quis episcopatum cupit, bonum opus desiderat. Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse, & cetera. Ibidem. Seniores ne increpaueris, sed adhortare ut patrem, iuniores ut fratres: seniores mulieres ut matres, iuniores ut sorores in omni castitate. Ad Timoth. 2. Iuueniles autem concupiscentias fuge, sectare uero iustitiam, fidem, charitatem, pacem cum his qui inuocant dominum ex puro corde. Stultas autem & inruditas quaestiones reijce, sciens quod generant pugnas. Seruum autem domini non oportet pugnare, sed mansuetum esse erga omnes, &c. Ibidem. Tu autem assequutus es meam fidem, doctrinam, institutionem, propositum, patientiam, persecutiones, afflictiones.

Ad Titum. Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut ea quae desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi ordinaram, si quis est inculpatus.

Summa LXXI. Cap. II

De diaconis ac ministris.

In actis. Et elegerunt Stephanum uirum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum & Prochorum & Nicanorem & reliquos, quos statuerunt in conspectu apostolorum, & cuncti orabant, imposuerunt ipsis manus. Ad Timoth. 1. Diaconos similiter pudicos, non bilibites, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei cum pura conscientia, &c. Summa LXXII. Cap. I

Quod oportet auditores eruditos in scripturis, probare ea quae a doctoribus dicuntur, et quae quidem consona sunt scripturis, suscipere, quae uero aliena, reijcere: & eos qui in talibus doctrinis perseverant, uehementius auersari.

Matthaeus. Vae homini illi per quem scandalum uenit. Et si oculus tuus scandalizat te, erue ipsum. Similiter & de manu ac pede. Ioannes. Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in caulam ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Et paulo post: alium autem non sequentur, sed fugient ab ipso, quia non noscunt alienorum uocem.

Ad Galat. Sed & si nos aut angelus ex caelo praedicauerit uobis euangelium, praeter id quod praedicauius uobis, anathema sit. Ad Thessal. 2. Prophetias nolite spernere, omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete.

Summa LXXII. Cap. II

Quod oportet eos qui non multam habent cognitionem scripturarum, in fructibus spiritus cognoscere characterem ac figuram sanctorum, & tales quidem suscipere, eos uero qui aliter se habent auersari.

Matthaeus. Cauete a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in indu mentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.

Ad Philipp. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui sic ambulant, quemadmodum nos exemplar habetis.

Summa

Summa LXXII. Cap. III

Quod oportet eos qui doctrinam ueritatis recte tractant, sic sustinere, uelut domini, in gloriam eius qui illos misit Iesu Christi domini nostri.

Matthæus. Qui uos suscipit, me suscipit, qui assumit si quem misero, me assumit.

Lucas. Qui uos audit, me audit. Ad Galat. Et tentationem in carne mea non uilipendistis, neque respuestis, sed sicut angelum dei suscepistis me, sicut Christum Iesum.

Summa LXXII. Cap. IIII

Quod hi qui inobediētes sunt his qui à domino mittuntur, ignominiam non in his sistant, sed ad eum qui illos misit, perducunt, & iudicium sibi ipsis peius eo quod in Sodomis & Gomorrhis contigit, attrahunt.

Matthæus. Et qui uos non susceperit, neque audierit sermones uestros, exeuntes de ciuitate aut domo illa, excutietis puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die iudicii, quam ciuitati illi.

Lucas. Qui uos spernit, me spernit. Ad Thesal. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nos.

Summa LXXII. Cap. V

Quod oportet doctrinam mandatorum domini sic suscipere, uelut uitam æternam, & regni cælorum conciliatricem, & ipsam prompte operari, etiam si laboriosa esse uideatur.

Ioannes. Amen amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transit ex morte in uitam.

In actis. Quumque prædicassent euangelium ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut perseuerarent in fide, & quod per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum dei.

Summa LXXII. Cap. VI

Quod oportet reprehensionem & increpationem sic suscipere, uelut medicamentum exitus peccatorum affectionis, & præparatorium sanitatis. Ex quo manifestum est, quod hi qui in affectu ut hominibus complacent, mansuetudinem simulant, & peccantes non redarguunt, eos in totum damno afficiunt, & ipsis in ipsam ueram uitam insidias struunt.

Matthæus. Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & argue ipsum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Ad Corinth. Cogregatis uobis in spiritu, una cum potestate domini nostri Iesu Christi, ut tradatur satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu.

Ad Corinth. Quod epistola illa etiam si ad tempus contristauit uos, nunc gaudeo, non quod contristati fuistis, sed quod contristati estis ad poenitentiam: contristati enim estis secundum deum, ut in nulla re detrimentum passi sitis ex nobis. Quæ enim secundum deum est tristitia, poenitentiam ad salutem haud poenitentiam operatur.

Ad Titum. Ob quam causam redargue ipsos dure, ut sani sint in fide.

Summa LXXIII. Cap. I

Quod non oportet uirum ab uxore, aut uxorem à uiro, in matrimonio separari, nisi quis in adulterio deprehensus fuerit, aut in cultum diuinum impeditur.

Matthæus. Dicitur est autem, quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico uobis, quod quicumque repudiauerit uxorem suam, excepta stupri causa, facit ut illa sit adultera, & qui repudiatam duxerit, adulter est.

Lucas. Si quis uenit ad me, & non odio habet patrem & matrem, & uxorem ac liberos, & fratres ac sorores, amplius autem & animam suam, non potest esse meus discipulus.

Matthæus. Dico autem uobis, quod quicumque repudiauerit uxorem suam, nisi ob scortationem, & aliam duxerit, is committit adulterium: & qui repudiatam duxerit, adulterium committit. Ad Corinth. Ceterum matrimonio coniunctis præcipio non ego, sed dominus, uxor à uiro non separetur, quod si separata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur, & uir uxorem non dimittat.

Summa LXXIII. Cap. II

Quod non licet repudianti uxorem suam, ducere aliam: neque repudiatam à marito, ab alio duci in uxorem. Matth. Dico autem uobis, quod quicumque repudiauerit uxorem suam, nisi ob scortationem, & aliam duxerit, is committit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, adulterium committit.

Summa

Summa LXXIII. Cap. III

Quod oportet uiros diligere uxores suas, dilectione qua Christus dilexit ecclesiam, ut qui seipsum tradidit pro ipsa, ut ipsam sanctificaret.

Ad Ephes. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut ipsam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Et paulo post: Sic debent uiri diligere uxores suas, ut sua ipsorum corpora: & quæ sequuntur.

Summa LXXIII. Cap. IIII

Quod oportet uxores subijci proprijs uiris, uelut & ecclesia Christo subiecta est, facientes uoluntatem dei.

Ad Ephes. Uxores proprijs uiris subditæ sint sicut domino, quoniam uir caput est uxoris, uelut Christus caput ecclesie, & ipse est saluator corporis. Itaque sicut ecclesia subiecta est Christo, sic & uxores suis uiris in omnibus.

Ad Titum. Ut modestas reddant adolescentulas, quo maritos suos diligant, liberos ament, sobriæ sint, castæ, domus custodes, bonæ, subditæ uiris suis, ut ne blasphemetur uerbum dei.

Summa LXXIII. Cap. V

Quod non oportet mulieres ad pulchritudinem exornari, sed omnē studium ac curam ad bona opera habere, atque hunc uerum & Christianas decentem ornatum ducere.

Ad Timoth. Similiter mulieres in amictu modesto, cum uerecundia & castitate ornare se ipsas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut uestitu sumptuoso, sed quod decet mulieres, profitentes pietatem per bona opera.

Summa LXXIII. Cap. VI

Quod oportet mulieres silere in ecclesia, uerum domi studiosas esse, & de complacentia erga deum studiose inquirere.

Ad Corinth. Mulieres in ecclesijs taceant. Non enim permittitur ipsis loqui, sed subditas esse. Quod si quid discere uolunt, domi uiros suos interrogent. Turpe enim est mulieri, loqui in ecclesia. Ad Timoth. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari uiro, sed esse in silentio. Adam enim prior formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in transgressione fuit. Saluabitur autem per liberorum generationem, si manserint in fide ac dilectione & sanctificatione, cum castitate.

Summa LXXIII. Cap. I

Quod oportet uiduam clarum in rebus factis ab Apostolo dictis, & quæ ad ordinem uere uiriduarum peruenit, perseuerare in precibus ac orationibus cum ieiunijs diu noctisque.

Lucas. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser, hæc processerat ad multam ætatem, & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua, & hæc uidua annorum ferme octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & orationibus seruens nocte ac die.

Ad Timoth. Quæ autem uere uidua est & desolata, sperat in deum, & perseuerat in precibus ac orationibus nocte ac die, quæ uero in delicijs uiuit, uiua mortua est.

Summa LXXIII. Cap. II

Quod oportet uiduam robustiore corpore utentem, in cura ac studio uitam degere, memorem eorum quæ ab Apostolo dicta sunt, & testimonij de Dorcade prolatis.

In actis. In Ioppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quod si interpretis, dicitur Dorcas: hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas præstabat. Et paulo post: Et circumsteterunt ipsum omnes uiduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & uestes quas fecerat cum esset cum ipsis Dorcas.

Ad Timoth. Vidua deligatur non minor annis sexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitalis fuit, si sanctorum pedes lauit, si afflictis ministrauit, si omne opus bonum consecuta est.

Summa LXXV. Cap. I

Quod oportet seruos obedire dominis secundum carnem, in gloriam dei, cum omni beneuolentia, in his sane in quibus mandatum dei non soluitur.

Ad Ephes. Serui obedite dominis secundum carnem, cum timore & tremore, in simplicitate cordis uestri

uestri, tanq̄ Christo; nō ad oculū seruientes, quasi hoibus placere studētes, sed uelut serui Christi, facientes uoluntatē dei ex animo, cum beneuolentia seruientes sicut domino & non hominibus; scientes quod unusquisq̄ quodcūq̄ fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Ad Timoth. 1. Quicūq̄ sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos ducāt, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Qui autē fideles habent dominos, ne contemnant q̄ fratres sint, sed magis inseruiāt q̄ fideles sint, ac dilecti qui beneficentiam assumunt. Ad Titum. Seruos hortare dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, nō contradicentes, non fraudātes, sed omnem fidem bonam ostendentes, ut doctrinam seruatoris nostri dei ornent in omnibus.

Summa LXXV. Cap. II

Quod oportet dominos memores ueri dñi esse, & quā à seruis cōsecuti fuerint, ea etiam ipsis facere, pro uiribus in timore dei, et māuetudine erga ipsos, ad domini imitationem.

Ioannes. Sciens Iesus quod omnia dedisset sibi pater in manus, & quod à deo exiisset, & ad deum iret, surgit à cœna, & ponit uestimenta sua; & quum accepisset linteam, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorū, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Et paulo post. Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis, Sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus? & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodū ego feci uobis, ita & uos faciatis. Ad Ephes. Et uos domini eadem facite erga illos, remittētes minas, scientes q̄ & uester ipsorum dominus est in cœlis, & personarum acceptio nō est apud deum.

Summa LXXVI. Cap. I

Quod oportet liberos colere parentes, & obedire ipsis in omnibus, in quibus mādatum dei non impediatur.

Lucas. Et dixit mater eius ad ipsum: Fili cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et paulo post: et descendit cum ipsis, uenitq̄ Nazareth, eratq̄ subditus ipsis. Ad Ephes. Filij obedite parētibus uestris in domino. Hoc enim iustum est; Honora patrem tuum & matrem, quod est primum præceptum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longæuus in terra.

Summa LXXVI. Cap. II

Quod oportet parentes in disciplina & admonitione domini educare liberos, cum mansuetudine ac longanimitate, nullā uero occasione, quantū in ipsis est, dare iræ & tristitiæ.

Ad Ephes. Et uos patres nolite ad iram prouocare liberos uestros, sed educate ipsos in disciplina & admonitione domini. Ad Coloss. Patres nolite ad indignationem prouocare liberos uestros, ut ne animum despondeant.

Summa LXXVII. Cap. I

Quod oportet uirgines liberas esse ab omni sollicitudine præsentis seculi, quo possint citra distractionē deo gratias agere, secundū mentem ac corpus, ob spem regni cœlorum.

Matth. Sunt eunuchi qui castrauerunt se ipsos propter regnum cœlorum, Qui potest capere, capiat. Ad Corinth. 1. Volo autē uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, curat ea quæ domini sunt, quomodo placeat domino. Qui uero uxorem duxit, curat ea quæ mūdi sunt, quomodo placeat uxori. Diuisa sunt & mulier & uirgo. Innupta cogitat ea quæ dñi sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Quæ uero nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat uiro. Hoc autem ad utilitatem uestram dico, nō ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestū est, & facilem accessum domino citra distractionem.

Summa LXXVIII. Cap. I

Quod non licet militantibus concutere quenquam aut calumniari.

Lucas. Interrogabant autē eum & milites dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait illis, ne minem cōcutiatis, nemini calumniam struatis, & contenti estote stipendijs uestris.

Summa LXXIX. Cap. I

Quod oportet principes ac magistratus uindices esse iusticiæ dei.

Ad Rom. Nam principes non sunt terrori bona operantibus, sed mala. Vis autē non timere potestatem: bonum fac, & habebis laudem ex ipsa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si uero malum feceris, time. Nō enim frustra gladium gestat, dei enim minister est, uindex ad iram ei qui malum facit.

Summa

Summa LXXIX. Cap. II

Quod potestatibus præminentibus, subijci oportet, in quibus mandatū dei nō impeditur. Ad Ro. Omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit. Non est enim potestas nisi à deo. Quæ uero sunt, à deo ordinatæ sunt. Itaq̄ qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, sibi ipsis damnationē acquirunt. Nam principes non sunt terrori bona operantibus, sed mala, &c. In actis. Oportet deo magis obedire quam hominibus. Ad Titum. Admone ipsos ut principatibus ac potestatibus subditi sint, ut obediant magistratibus, & ad omne opus bonum parati sint.

Summa LXXX. Cap. I

Quales uelit esse uerbi doctrina Christianos, nimirum uelut discipulos Christi, qui ad sola illa formentur quæ in ipso uidentur, aut quæ de ipso audiuntur.

Matthæus. Tollite iugum meum super uos, & discite à me. Ioannes. Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.

Summa LXXX. Cap. II

Velut oues Christi, uocem proprii pastoris audientes solius, & ipsum sequentes.

Ioannes. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco ipsas, & sequuntur me. Et paulo superius: Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab ipso, quia non nouerunt uocem alienorum.

Summa LXXX. Cap. III

Velut sarmenta ac palmites Christi, in ipso radicatos, et in ipso fructum ferentes, & quicquid tandem proprium ipsius & dignum ipso, facientes ac habentes.

Ioannes. Ego sum uitis, uos palmites.

Summa LXXX. Cap. IIII

Velut membra Christi in omni actione mandatorum domini, aut donorum spiritus sancti absoluti ad dignitatem capitis, quod est ipse Christus.

Ad Corinth. 1. Nescitis quod corpora uestra membra Christi sunt?

Ad Ephes. Veritatem autem sequentes in charitate, augetur in ipsum per omnia qui est caput, Christus ipse: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam submistrationis, secundum operationem in mensura uniuscuiusq̄ partis, augmentum corporis facit, in adificationem sui in charitate.

Summa LXXX. Cap. V

Velut sponfam Christi seruante puritatem, in eo quod solam sponsi uoluntatē sequatur. Ioannes. Qui habet sponfam, sponsus est. Ad Corinth. 2. Coniunxi enim uos uniuero, ut uirginem castam exhiberetis Christo.

Summa LXXX. Cap. VI

Velut templum dei sanctos puros, et solis his quæ ad cultum dei pertinent repletos.

Ioannes. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget ipsum, & ad eum uenietur, & mansionem apud ipsum faciemus.

Ad Corinth. 2. Vos enim templum estis dei uiuētis. Dicit enim scriptura, Inhabitabo in ipsis, & inambulabo, & ero ipsorum deus.

Summa LXXX. Cap. VII

Velut hostiā immaculatā & nō mutilatā, in omni membro ac parte sanitatē cōseruantē.

Ad Ro. Obsecro autem uos fratres per misericordias dei, ut exhibeat is corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationalem cultum uestrum.

Summa LXXX. Cap. VIII

Velut filios dei, formatos ad imaginem dei, iuxta mensuram hominibus datam.

Ioannes. Filioli adhuc modicum tempus uobiscum sum. Ad Galat. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis.

Summa LXXX. Cap. IX

Velut lucem in mūdo, ut ipsi maliciā non suscipiāt, & appropinquātes ipsis ad cognitionem ueritatis illuminent, ut fiant quod oportet, aut redarguant quod sunt.

Matth. Vos estis lux mūdi. Ad Philip. Inter quos lucetis uelut luminaria in mūdo.

S Summa

Summæ LXXX. Cap. X

Velut sal in terra, ut communicantes ipsis renouentur spiritu ad incorruptibilitatem.
Matthæus. Vos estis sal terra.

Summæ LXXX. Cap. XI

Velut sermonē uitæ, qui per mortificationem erga præsentia confirmat spem ueræ uitæ.
Ad Philip. Inter quos lucetis uelut luminaria in mundo, sermonem uitæ continentes,
ad gloriam meam, in diem Christi.

Summæ LXXX. Cap. XII

Quales uelit esse doctrina uerbi eos quibus euangelij prædicatio commissa est, nempe uelut apostolos & ministros Christi, & uillicos fideles mysteriorum dei, sola ea quæ præcepta sunt à domino, indefinenter opere ac sermone explentes.

Matth. Ecce ego mitto uos uelut oues in medio uulporū. Idem. Euntes docete omnes gentes. Ad Corinth. Sic uos reputet homo, uelut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei: quod superest aut, illud in dispensatoribus requiritur, ut fidelis aliquid inueniatur.

Summæ LXXX. Cap. XIII

Velut præcones regni cœlorū, ad destruendū eum qui habet imperiū mortis in peccato.
Matthæus. Euntes autem prædicate dicentes, appropinquat regnum cœlorum.

Ad Timoth. Contestor ego coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, in aduentu suo ac regno suo, prædica uerbum dei.

Summæ LXXX. Cap. XIII

Velut formam aut regulam pietatis, ad rectificationem quidem rectitudinis, quæ in omnibus est qui dominum sequuntur: reprehensionē uero peruersitatis eorum qui quocumque tandem modo inobedientes sunt.

Ad Philip. Ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscens, ad ea uero quæ à fronte sunt, me ipsum extendens, iuxta scopum persequor ad brauium supernæ uocationis dei, in Christo Iesu. Quicumque igitur perfecti sumus, hoc sentiamus: et si quid aliter sentitis, & hoc uobis deus reuelabit. Verumtamen ad quod peruenimus, ut eadem regula procedamus, & idem sentiamus. Ad Timoth. Formas fidei, in sermone, in conuersatione, in dilectione, in fide, in castitate. Ad Timoth. Stude te ipsum probatū exhibere deo, operarium non pudescientem, recte tractantem uerbum ueritatis.

Summæ LXXX. Cap. XV

Velut oculum in corpore, qui possint discernere bona & mala, et dirigere membra Christi ad ea quæ unicuique congruunt.

Matthæus. Lucerna corporis est oculus. Si igitur fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

Summæ LXXX. Cap. XVI

Velut pastores ouium Christi, qui neque animam pro ipsis ponere per occasionem recusat: quo ipsis impertiant euangelium dei.

Ioan. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus. In actis. Attendite igitur uobis ipsis & toti ouili, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos ad pascendū ecclesiam dei.

Summæ LXXX. Cap. XVII

Velut medicos cum multa misericordia, iuxta scientiam doctrinæ domini curantes affectus animarum, ad acquirendum sanitatem ac perseverationem in Christo.

Matthæus. Non opus habent ualentes medico, sed male habentes. Ad Ro. Debeamus aut nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium portare.

Summæ LXXX. Cap. XVIII

Velut patres & nutrices propriorū liberorū, qui multa affectione dilectionis in Christo, uelint impertiri ipsis non solum euangelium dei, sed etiam suas ipsorum animas.

Ioannes. Filii adhuc modicū tempus uobiscū sum. Ad Corinth. Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Ad Thessal. Tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes uos cupide, uolebamus tradere uobis, non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.

Summæ LXXX. Cap. XIX

Velut dei cooperatores ad sola opera deo digna, totos seipsos tradentes pro ecclesia.
Ad Co/

Ad Corinth. Dei sumus cooperatores, dei agricultura, dei ædificatio estis.

Summæ LXXX. Cap. XX

Velut plantatores palmitū dei, nihil alienum à uite, quæ Christus est, neque infructuosum inferentes. Verum propria & fructifera omni studio meliora reddentes.

Ioannes. Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructū tollit, & omnem qui fert fructum purgat, ut fructum copiosiorē afferat.
Ad Corinth. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus augmentum dedit.

Summæ LXXX. Cap. XXI

Velut dispensatores templi dei, componentes uniuersū animam, ut congrua sit fundamento apostolorū & prophetarum. Ad Corinth. Iuxta gratiā dei quæ data est mihi, uelut sapiens architectus fundamentum posui, altus autem superædificat, unusquisque autem uideat quomodo superædificat, fundamentū enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ad Ephes. Ergo iam non estis homines & aduenæ, sed conciuēs sanctorū, & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, existente summo angulari lapide Christo Iesu domino nostro, in quo omnis ædificatio cōgrua facta, crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos coædificamini in habitaculum dei in spiritu.

Summæ LXXX. Cap. XXII

Quid est proprium Christiani? fides per charitatem operans. Quid est proprium fidei? Indiscreta certitudo ueritatis uerborū diuinorum, quæ nulla ratiocinatione, neque ex naturali necessitate inducta, neque ad pietatem efformata, concutitur.

Quid est proprium credentis? In tali certitudine coaffici ad potentiam dictorum, & nihil audere reprobare, aut insuper addere. si enim omne quod non ex fide est, peccatū est, uelut Apostolus ait, fides autem ex auditu est, auditus autem per uerbum dei: omne quod extra diuinitus inspiratam scripturam non ex fide est, peccatum est. Quid est proprium charitatis erga deum? Seruare mandata ipsius secundum scopum gloriæ eius. Quid est proprium charitatis erga proximum? Non querere quæ sua sunt, sed eius qui diligitur, ad utilitatem animæ ac corporis. Quid est proprium generati ex aqua? Quemadmodum Christus mortuus est peccato semel, sic etiam ipsum mortuum esse, & immobilē ad omne peccatū: iuxta id quod scriptum est: Quicumque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptizati sumus. Sepulti igitur sumus cum ipso per baptismum in mortem, illud sciētes, quod uetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut nos non amplius peccato seruiremus.

Quid est proprium generati ex spiritu? ut fiat illud pro data mensura, quod est id ex quo natus est, uelut scriptum est, Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Quid est proprium ex supernis nati? Exuere ueterem hominē cum actibus suis ac concupiscentijs, & induere nouū, qui renouatur ad agnitionem secundū imaginem eius quæ creauit ipsum, iuxta id quod dictū est: Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis. Quid est proprium Christiani? purum esse ab omni inquinamento carnis & spiritus in sanguine Christi: perficere autem sanctificationē in timore dei & dilectione Christi, & non habere maculam aut rugam, aut quid huiusmodi, sed esse sanctum & immaculatū, & sic edere corpus Christi & bibere sanguinē. Qui enim edit & bibit indigne, iudicium sibi ipsi edit & bibit. Quid est proprium edentium panem, & bibentium poculum dei? Memoriam seruare perpetuā eius qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Quid est proprium seruantium talem memoriam? Non amplius sibi ipsis uiuere, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Quid est proprium Christiani? Verba abunde iusticia ipsius in omnibus, plus quam scribarum & pharisæorum, iuxta mensurā doctrinæ in euangelio domini. Quid est proprium Christiani? Diligere inter se mutuo, uelut & Christus dilexit nos. Quid est proprium Christiani? Prospicere dominū in conspectu suo semper. Quid est proprium Christiani? Singulis diebus ac horis uigilare, & in perfectione complacentiæ erga deum paratum esse, scientem quod qua hora non putat, dominus ueniet.

Finis Moralium diui Basilij Magni. Iano Cornario
medico physico interprete.



Vandoquidem per gratiã dei, in nomine domini nostri Iesu Christi simul conuenimus nos, qui unum & eundem uitã secundũ pietatem, scopũ propositum habemus: & uos quidẽ clare ostenditis uos cupidos esse discendi aliquid eorum quę pertinent ad salutẽ, mihi uero necessitas incumbit uel iusticias dei annunciem, quum nocte ac die memor sim Apostoli dicentis, per triennũ totum nocte ac die nõ cessauĩ cum lachrymis admonere unumquęq; uestruĩ: tempus autem præsens cõuenientissimum sit, & locus hic silentium præbeat, & omnem uacationem ab externis tumultibus: simul oremus inter nos, quo nos quidẽ oportune conseruis nostris frumenti demensum demus: uos autẽ accepto sermone, uelut bona terra perfectum et multiplicẽ in iusticia fructum reddatis, ueluti scriptũ est. Adhortor igitur uos per dilectionẽ domini nostri Iesu Christi, qui seipsum pro nobis dedit, attingamus aliquãdõ curam animarũ nostrarum, tristemur ob uanitatẽ pregressã uitę, decertemus pro futuris ad gloriam dei, & Christi ipsius, & adorandĩ ac sanctũ spiritus, ne in seignicie ac exolutione hac perseverantes, & præsens semper per negligentĩã amittentes, in crastinũ uero & cõsequens, principũ operum differentes, deinde assumpti ab eo qui reposcit animas nostras, im præparati bonis operibus, a gaudio sponsi eijciamur, tarde autẽ & frustra postea ploremus, male dimissum uitã tempus tunc lugentes, quum nihil amplius poenitentibus profuerit. Nunc tempus acceptabile, inquit Apostolus, nũc dies salutis: hoc est seculum poenitentię, illud retributionis: hoc operationis, illud mercedis: hoc patientię, illud consolationis. Nunc auxiliarius est deus eorum qui a uita mala se conuertunt. Tunc horrendus & infallibilis humanarũ actionum ac cogitationum examinador. Nunc longanimitate fruimur, tunc iustum iudiciũ cognoscemus, quum resurgemus aliĩ ad suppliciu aeternum, aliĩ ad uitam aeternã: & accipiet unusquisq; secundũ actionem suam. Ad quod tempus differimus obedientĩã Christi, qui uocauit nos ad cõeleste regnũ suum: nõ respiciemus: nõ reuocabimus nos ipsos a cõsuetã uita, ad euangeliũ sinceritatẽ: nõ ob oculos assumemus diem domini horrendã illam ac illustrem: in qua eos quidem qui ad dextrã domini operum solitudinẽ detrusos, gehenna ignis & tenebrę aeternę occultabunt. Illic erit, inquit, fletus & stridor dentium. At nos regnũ quidẽ cõelorum nos cõcupiscere dicimus. Verum eorum per quã ipsum assequi licet, nullam curam habemus. Sed nullã laborem pro mandato dñi subeuntẽs, æquales honores ac præmia cum his qui usq; ad mortem peccato resisterunt, in uanitate mentis nostrã nobis cõpromittimus. Quis in tempore sementis domi desidens, aut dormitẽs, instante messe sinum manipulis impleuit? Quis uindemiauit uineã non a se plantatã? Illorum sunt fructus quorũ & labores: præmia & coronã eorum qui uicerunt, sunt. Quis coronat eum qui neq; exiit se contra aduersariũ: quando nõ uincere oportet solũ, sed etiã legitime decertare, uelut Apostolus ait, hoc est, ne paulisper quidẽ præcepta pretergredi, Sic autẽ singula facere, uelut nobis præceptũ est: Beatus enim, inquit, seruus ille, quem reuersus dominus inueniet, nõ facientẽ prout conuertit, sed facientem sic. Et si recte quidem obtuleris, non recte autẽ diuiseris, peccasti. Nos autem unum aliquod præceptũ nos fecisse putantes, nõ enim dixerim facientes, omnia enim inter se coherẽt iuxta sanam doctrinã scopum, ut uno exoluto necesse sit etiã alia simul exolut, non propter omisã iram expectamus, sed ob id quod perpetrauimus, uidelicet cet præmia prestolamur. Qui ex decem talentorũ deposito, unum forte aut duo detinuit, reliqua uero rependit, nõ cãdidus propter plurimũ per solutionẽ decernitur, sed iniustus & auarus ob pauciorum ablationẽ conuincitur. Quid autẽ dico ablationẽ: quando is cui unum talentum cõcreditum fuit, deinde illud ipsum totum integrum reddidit quod accepit, propterea quod nihil per datum lucratus est, cõdemnatur. Qui per decenniũ patrem veneratus est, & unam postea solam plagã incussit, nõ ut benefactor colitur, sed ut patrici cõdemnatur. Euntẽs, inquit dñs, docete omnes gentes, docentes ipsos, non hæc quidẽ seruare, alia uero negligere, sed seruare omnia quã præcepi uobis. Et Apostolus conseruenter scribit, Nullã in nulla re dantes offensionẽ, ut ne uituperetur ministerium, sed in omnibus

omnibus exhibentes uos ipsos uelut dei ministros. Si enim nõ omnia nobis ad salutis scopum necessaria essent, non utiq; omnia mandata scripta fuissent, neq; sanẽ omnia necessaria seruari sancita fuissent. Quã fuerit mihi utilitas aliorum recte factorũ, si ob fratrem fatuum appellatũ, gehennę reus futurus sum: Quã enim est utilitas libertatis a multis impetratę, ei qui ab uno detinetur in seruitute? Qui enim facit peccatũ, inquit, seruus est peccati. Quod uero lucrum est, affectus expertem esse in multis, ei qui ab uno affectu corpore corrupitur: Itaq; dicit quispiã, multitudines Christianorũ non seruantes omnia mandata, inutilem habebunt aliquorum obseruationem? Ad hoc beati Petri meminisse profuerit, qui post tot recte facta, & tales beatificationes, ob unum solum audit: Nisi lauero te, non habes partem mecum. Omitto autem dicere, quod neq; illi ipsi seignicie neq; contemptus habebat indicationem, sed honoris & reuerentię significatio illud ipsum erat. At qui dixerit quis, scriptum est, Omnis qui inuocabit nomen domini, saluabitur, quare sufficit etiam ipsa inuocatio nominis domini ad saluandum inuocantem. Verum audiat etiam hic Apostolus dicentem. Quomodo igitur inuocabunt in quem nõ crediderunt? Si uero credis, audi dominũ dicentem: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnũ cõelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cõelis est: quando sanẽ & is qui uoluntatẽ domini operatur, non autẽ quemadmodũ uult deus, neq; in affectu dilectionis erga deum hoc facit, inutilem habet operis diligentĩã, iuxta ipsius ad eũ domini nostri Iesu Christi uocẽ, dicentis quod faciunt ad hoc ut specietur ab hominibus, Amen dico uobis, habent mercedem suam. Vnde Paulus apostolus eruditus est dicere: Etiam si omnia bona mea in alendos pauperes distribuero, & si tradidero corpus meum ut exuram, charitatẽ autem non habuero, nihil utilitatis capio. In summa porrõ tres has differentias affectionis ad inexcusabilẽ obedientię necessitatem ego esse uideo. Aut enim timentes poenas a malo declinamus, et in affectu serui sumus. Aut lucrũ ex mercede persequentes, nostrã ipsorum utilitatis gratia mandata explemus, & iuxta hoc mercenarijs similes sumus. Aut propter ipsam honestatẽ & charitatẽ erga eum qui nobis legẽ dedit gaudentes, q; ad eũ glorioso & bono deo seruire digni facti sumus. Et sic in filiorũ affectu sumus. Neq; igitur is q; in timore madata perficit, & semp seignicie poenã respicit, alia ipsi præcepta faciet, alia negliget, sed ultionẽ ob omnem inobedientiã equaliter sibi ipsi horrendam suspiciabit. Et propterea beatus prædicatur qui oĩa respuit propter pietatẽ, & firmus stat in ueritate, potens dicere: Prouidebã dominũ in conspectu meo semper, quoniã a dextris meis est ne cõmouear: ut qui nihil uelit negligere ex his quã facere oportet. Et beatus uir qui timet dominum, Cur? quia in mandatis eius uolet nimis. Non igitur est timentiũ præterire aliquid præceptorum, aut negligenter facere. Sed neque mercenarius transgredit quicquam ex præceptis uolet. Quomodo enim feret mercedem culturę uineę, si non omnia quã competunt impleuit? Nam si unum quiddam necessariorũ defecerit, inutilem ipsam possessori relinquit. Quis igitur adhuc detrimenti mercedem persoluet ei qui iniuriã fecit? Tertium erat ministeriũ secundum charitatem. Quis igitur filius patris complacentiam habens, in maioribus ipsum exhilarans, minutissimorum gratia tristitia afficere uolet? & multõ magis si Apostoli memor fuerit dicentis: Et nolite tristitia afficere spiritum sanctum dei, in quo ob signati estis. Qui igitur plurima madata transgrediuntur, in qua parte locari uolunt? neq; uelut patri ministrantes deo, neq; uelut magna promittenti obediẽtes, neq; uelut domino seruientes. Si em̃ pater sum, inquit, ego, ubi est gloria mea? Et si dominus sum ego, ubi timor meus? Nam qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Verum per transgressionem legis deũ, inquit, ignominia afficis. Quomodo igitur quum uoluptuariã uitã ei quã iuxta mandata degitur præferamus, uitã beatitudinem, & æqualem cum sanctis conuersationem, & læticias cum angelis in facie Christi, nobis ipsis compromittimus. Puerilis reuera mentis tales sunt imaginationes. Quomodo ero cum Iob, qui neque uulgarem afflictionem cum gratiarum actione suscipi? Quomodo cum Dauid, qui neq; aduersus hostem patienter dispositus fuit? Quomodo cum Daniel, qui neq; cum assidua continentia & sedulis precibus deũ requisit? Quomodo cum singulis sanctis, qui neque uestigijs ipsorum ingressus sum? Quis ad eũ nullo iudicio præditus est præmiorum in certaminibus distributor, ut æqualibus coronis dignetur uictorem & eum qui non decertauit? Quis exercitus dux ad spoliõrum portionem, ex æquo

eum uictoribus eos qui neq; in pugna comparuerunt, uocauit: Bonus est deus, sed & iustus. Iustus autem est retributio pro merito, uelut scriptum est: Benefac domine bonis & rectis corde, declinantes autem in obliuationes, abducet dominus cum operatibus iniquitatem. Misericors est, sed & iudex. Diligit enim, inquit, misericordiam & iudicium dominus. Quapropter dicit, Misericordiam & iudicium catabo tibi domine. Didicimus erga quos est misericordia, Beati enim, inquit, misericordes, quia ipsi misericordiam inueniunt. Vides quomodo discrete utatur misericordia: neq; citra iudicium misericors existens, neq; citra misericordiam iudicans. Misericors enim dominus & iustus. Ne igitur ex dimidio deum cognoscamus, neq; occasionem segniciei benignitate eius arripiamus: propter hoc tonitrua, propter hoc fulmina, ut ne contemnatur bonitas, Qui solem oriri facit, etiam cæcitatem cõdemnat. Qui imbrem dat, etiam ignem madefacit. Illa bonitatis sunt, hæc se ueritatis: aut propter illa diligamus, aut propter hæc timeamus, ut ne & nobis dicatur: Aut diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis: ignorans quod bonitas dei ad poenitentiam te ducit: Sed iuxta duriciam tuam & cor impoenitens, colligis tibi ipsi iram in die iræ. Quando quidem igitur neq; possibile est saluari non facientes opera iuxta præceptum dei, neq; negligere aliquid præceptorum periculo uacat: ingens enim elatio est, nos iudices legislatoris constitui, & alias quidem leges probare, alias uero præmittere: age sanè nos pietatis decertatores, qui quietam & a negocijs remotam uitam, uelut obseruationis euangelicorũ dogmatum adiutricem colimus, cõmunem curam ac consilium proponamus, quo nihil ex præceptis nos effugiat. Si enim perfectũ esse oportet dei hominem, uelut scriptum est, & in superioribus sermonibus demonstrauius, necessarium est omnino per omne mandatum absolutum esse, ad mensuram staturæ atque ætatis perfectionis Christi. Quum uero etiam iuxta diuinã legem, etiam si purũ sit, quod mutilatum est. Inacceptabile est deo ad sacrificium, quocumq; igitur unusquisq; se in digere putarit, hoc ipsum in cõmunem cõsiderationem proponat: facilius enim utiq; in sedula plurium pericrutatione, quod latet, inueniri poterit, deo nitimur, iuxta promissionem domini nostri Iesu Christi, largiente nobis eius quod querimus inuentionem, per sancti spiritus doctrinam ac cõmonefactionem. Quemadmodum igitur mihi necessitas incumbit, & uæ mihi propositum est, si non euangelium prædicem, Sic etiam uobis æquale instat certamen pigrescentibus ad examinationem, aut leuiter & exolute, & ad eorum quæ traduntur cõseruationem, & per opera impletionem, affectis: propterea quod dominus, inquit, Sermo quem locutus sum, ille iudicabit ipsum in extrema die. Et seruus qui quidem non nouit uoluntatem domini, facit autem digna plagis, paucas plagas accipiet. Qui uero nouit & non fecit, neq; parauit se ad uoluntatem eius, multas accipiet. Precemur itaq; ut mihi ministerium uerbi irreprehensibile, & uobis doctrina frugifera contingat. Itaque tanquam scientes quod nobis diuinæ scripturæ sermones in faciem præfentes sistuntur, coram tribunali Christi, Redarguam enim te, inquit, & producam in faciem tuam peccata tua: Sic & sobrie attendamus his quæ dicuntur, & ad opus producere diuina dogmata studiose festinemus, qui nescimus qua die aut hora dominus noster ueniet.

Quæstionum, siue interrogationum ac responsonum diffuse tractatarum, ab exercitatoribus pietatis ac diuo Basilio, capita hæc sunt.

De ordine ac consequentia in mandatis domini.	Quæstio I
De dilectione erga deum, & quod secundum naturam in hominibus est inclinatio acuis ad mandata domini.	II
De dilectione proximorum.	III
De timore dei.	IIII
De ministerij sedula intentione.	V
Quod necessarium est priuatam in separata domo, uitam degere.	VI
Quod oportet cum consentientibus nobis uitam agere, ad scopum complacentiæ erga deum, & quod difficile est simulq; periculofum solum degere.	VII
De renunciatione.	VIII
Quod non oportet cognatis secundum carnem dimittere ea quæ ad se pertinent.	IX
Quos oporteat ex accedentibus ad uitã secundũ deum suscipere, & quãdo, aut quõ.	X
De seruis	

De seruis.	XI
Quomodo oportet coniugatos suscipere.	XII
Quod utile est his qui introducuntur, etiam exercitatio per silentium	XIII
De his qui seipfos deo desponderunt, & deinde professionem irritam facere agrediuntur.	XIIII
De puerorum assumptione ac institutione, & de uirginum professione.	XV
De continentia.	XVI
Quod oportet etiam a risu abstinere.	XVII
Quod oportet omnia apposita nobis degustare.	XVIII
Quæ sit mensura continentia.	XIX
Quis sit modus excipiendi in cibis.	XX
Quomodo oportet se circa sedes & accubitus in tempore prandiorum aut coenarum habere.	XXI
Quod sit conueniens indumentum Christiano.	XXII
De zona.	XXIII
De modo mutæ conuersationis.	XXIIII
Quod horrendum imminet iudicium præfecto peccantes non coarguenti.	XXV
Quod oportet omnia, etiam occulta cordis referre ad præfectum.	XXVI
Quod oportet etiam præfectum commonefieri a præminentibus in fraternitate, si quando erret.	XXVII
Quomodo oportet affici omnes erga inobedientem.	XXVIII
De eo qui cum elatione aut murmuratione operatur.	XXIX
Quo affectu oportet præfectum fratrum curam gerere.	XXX
Quod oportet suscipere exhibitum a præfecto ministerium.	XXXI
Quomodo oportet erga cognatos secundum carnem affici.	XXXII
Quis modus sit congressus ad sorores.	XXXIII
Quales oportet esse eos qui res necessarias in fraternitate dispensant.	XXXIIII
An oporteat in eodem pago plures fraternitates congregare.	XXXV
De secedentibus a fraternitate.	XXXVI
An oporteat prætextu orationum & psalmodiæ, negligere opera, & quæ tempora orationi sint apta, & primum an oporteat operari.	XXXVII
Quæ artes professioni nostræ conueniunt.	XXXVIII
Quomodo oportet facere uenditionem eorum quæ per operationẽ effecta sunt, & quomodo peregrinari.	XXXIX
De negociationibus in conuentibus.	XL
De autoritate & obedientia.	XLI
Quo scopo & quo affectu operantes operari oportet.	XLII
Quales oportet esse præfectos, & quomodo gubernare conuentum.	XLIII
Quibus permittere oportet peregrinationes, & quomodo ipsos ubi reuersi sunt percunctari.	XLIIII
Quod oportet post præfectum, etiam alium aliquem esse qui possit in absentia aut occurrerentibus illius, fratrum curam gerere.	XLV
Quod non oportet occultare peccatum fratri aut sibi ipsi.	XLVI
De his qui non suscipiunt ea quæ a præfecto expressa sunt.	XLVII
Quod non oportet curiosum esse de dispensatione ac gubernatione præfecti, uerum proprio operi intentum esse.	XLVIII
De controuersiam patientibus in fraternitate.	XLIX
Quomodo oportet increpare præfectum.	L
Quomodo oportet corrigere delictum eius qui peccauit.	LI
Quomodo affectum oporteat sufferre pœnas.	LII
Quomodo artium doctores corrigant pueros peccantes.	LIII
Quod oportet præfectos fraternitatis res ad seipfos pertinentes, mutuo inter se conferre.	LIIII
An medicina uti, iuxta scopum sit pietatis.	LV

QVÆSTIO I

Quandoquidē dedit nobis sermo potestatem interrogandi, primum omnium doceri auemus, an ordo aliquis sit & cōsequentia in mandatis dei, ut aliud sit primū, aliud secundum, & sic deinceps. Aut omnia inter se cohæreāt, & omnia inter se æqualia sint pro primū & ipatus ratione, ut integrū sit uolenti, uelut in circulo, initium sumere unde uelit.

Responsio.

Quæstio uestra uetus est, & olim in euangelij declarata, quādo legis peritus aggressus dominū, Magister, inquit, quod est primum in lege mandatū? & dominus respondit: Dilectus dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua. Hoc est primum & magnum mandatū, secundum autē simile est: Dilectus proximū tuum sicut teipsum. Ipse igitur dominus suis mandatis ordinem imposuit, primo & maximo mādato de dilectione erga deum decreto, Secundo uero ex ordine ac simili illi, imō prioris completiuo & ex ipso dependēte, de diligendo proximo. Quare ex relatis, & alijs huiusmodi in diuinitus inspiratis scripturis prolatis, ordinem ac cōsequentiam in omnibus mandatis domini discere licet.

Quæstio II

Itaq; de dilectione erga deum primum nobis differe, Nam quod diligere oportet audi uimus, quomodo autem hoc recte fieri possit, discere expetimus. Responsio II

Indocia est & absq; doctrina cōtingit dilectio erga deū. Neq; enim luce gaudere, et uitam afferere ab alio didicimus: neq; diligere parētes aut nutritores alius docuit. Sic igitur aut etiā multo magis, diuini desiderij disciplina non extrinsecus cōtingit, sed simul cum cōstitutione animalis, hominis inquam, seminaria quædam ratio in nobis fundata est, domi & intra se habens occasiones familiaritatis ad diligendū: quam ipsam rationē ubi doctrina mādatōrum dei assumpsit, excolere cum diligentia, & educare cum scientia, & ad perfectionem perducere per gratiam dei solet. Quapropter & nos studium uestrū uelut necessarium ad scopum amplexi, deo dante, & uobis in orationibus simul nos adiuuantibus, occultatam in nobis scintillam diuini desiderij, iuxta datam nobis per spiritū facultatem excitare conabimur. Itaque scire oportet, quod hoc quidem unum est recte factum, uerum potentia omne mandatū perficit ac complectitur. Qui enim diligit me, inquit dominus, mandata mea seruabit. Et rursus: In his duobus mandatis tota lex & prophetarū pendet. Et non nunc exacte rationem adoriri tentabimus: Sic enim non animaduertēremus nos omnem de mandatis rationem in parte ad circulum redigere: Sed quantum competens nobis, & presenti scopo ac intentioni propriū est, uos commonefacimus, de ea quæ debetur à nobis deo dilectione: ubi illud prius dixerimus, quod omnium datorū nobis à deo mandatorū, etiam uires ab ipso antea accepimus, ut neque agraferamus, tanquā nouum quiddam à nobis exigatur, neque efferamur, uelut amplius quid eo quod nobis datum est conferentes. & per has uires recte quidem ac cōuenienter operantes, uitam secundum uirtutem pie complemus: corruptentes autem ipsarū operationem, ad uitium deferimur. Et est hæc uitij definitio, malus & prauus præter mandatū domini usus eorum que in bonum nobis à deo data sunt: quemadmodum sanè uirtutis quæ à deo requiritur, usus eorundem ex bona conscientia secundum domini mandatū. Hoc autem quum ita se habeat, idem etiam de dilectione dicemus. Quum itaq; mandatū ac ceperimus diligendi deum, diligendi uim ac facultatem statim cum prima constructione fundatam in nobis adepti sumus: & demonstratio ipsa non cōtingit forinsecus, sed quisque hoc à seipso & in seipso discere poterit. Bonarum enim ac pulchrarū rerum naturaliter cupidi sumus, etiam si maxime aliud alij bonum ac pulchrum uidetur: & amorem erga familiā ac cognatum citra doctrinam habemus: & benefactoribus ultrò omnem beneuolentiam rependimus. Quid igitur diuina pulchritudine magis admirandū est: quæ notio magnificentia dei gratior: quale animæ desiderium ita acre ac intolerabile est, uelut quod à deo animæ ab omni uitio purgatæ accedit: & ei quæ ex uero affectu dicit, lauciata sum ego dilectione: ineffabiles penitus sunt & inenarrabiles diuina pulchritudinis fulgores, non declarat oratio, non suscipit auris: etiam si luciferi splendores dixeris, & lunæ claritatem, & solis lumen, omnia uilia sunt ad comparationē gloriæ, ac amplius deficientia à ueræ lucis collatione, quam profunda nox, tristisq; ac illudis, à clarissima

simā meridie. Hæc pulchritudo carnis quidem oculis conspici non potest, uerum à sola anima ac mente comprehenditur: quæ si forte aliquem sanctorum circūfussit, & intolerabilem desiderij stimulum in ipsis reliquit, moerentes illi ad præsentē uitam dixerunt: Hæc mihi quia cohabitatio mea elongata est, quādo ueniam & uidebo faciem dei. Et, discedere & esse cum Christo multo magis præstat. Et Sitiuit anima mea ad deum fortem, uiuū. Et, Nunc dimittis seruum tuum domine: uelut carcere hac uita grauati. ita egre contineri impetus eorum potuit, quorum animas diuinum desiderium attingit: qui sane ob infatigabilitatem speculationis diuina pulchritudinis, preces ad omnem æternā uitam fuderunt, ut coextenderetur speculatio iucunditatis domini. Sic quidē igitur naturaliter cupidi sunt rerum pulchrarū homines: proprie autē pulchrum & dilectū est bonum, bonus autem est deus. Bonum autē omnia appetunt, deum igitur omnia apperunt. Quare quod ex proposito recte fit, etiam naturaliter nobis inest, qui nō ex prauitate peruersas cogitationes habemus. Necessariū igitur debitum dilectionis erga deum à nobis exigitur, quod intolerabilissimum omnium malorum animæ destitutæ existit. Nam abalienatio & auersio à deo, etiam pœnis futuris in gehenna intolerabilior est, & grauior ei qui patitur, q̄ oculo lucis priuatio, etiam si dolor non adsit, & animali priuatio uitæ. Si uero & genitoribus naturalis amor à genitis cōtingit, & declarat hoc tum brutorū habitus, tum hominū circa primam ætatem erga matres affectus, ne uideamur rationis magis expertes q̄ infantes, neq; bestijs feriores, sine amore & abalienato animo erga eum q̄ fecit nos affecti. Quem etiam si ex bonitate nō agnosceremus, ob id solum quod ab ipso facti sumus, diligere & amare excellenter debemus: & ex memoria ipsius perpetuò pendere, uelut ex matribus infantes. Præstantior est autē his qui naturaliter diligunt benefactor, & hic non hominū solum propriū est, sed omnium ferè animantium affectus, cōiunctio uidelicet ad eos qui aliquid boni dederunt. Cognouit, inquit, bos possessorem, & alinus præsepe dñi sui. Absit autē ut de nobis dicatur ea quæ sequuntur, nempe: Israel me nō cognouit, & populus me non intellexit. Nā de cane & multis alijs eiusmodi, quid opus est etiā dicere, quantā erga nutritores beneuolentiā ostendunt: Si uero beneuolentiā erga benefactores & amorē naturaliter eligimus, & omnē laborem ad retributionē eorum quæ nobis obtigerūt sufferimus, quæ oratio dona dei pro merito explicare potest: quorū tanta multitudo est, ut numerū effugiant: tanta autē magnitudo, atq; ea ipsa talia, ut etiā unum sufficiat, nos obnoxios in omnem gratiam largitori facere. Atq; alia quidem omittam, quæ etiam si per seipsa excelsa magnitudine & gratia, tamē à maioribus, uelut stellæ à solis radijs superata, gratiæ suam obscuriorem exhibent. Non enim est cōiunctum mihi ut relictis excellentibus, ex minoribus benefactoris bonitatem metiar. Sileantur itaq; solis ortus, & lunæ circuitus, tempēries aeris, temporum uarietates, aqua è nubibus, & alia ex terra, ipsum mare, uniuersa terra, quæ ex terra nascunt, quæ in aquis degunt, quæ in aere genera, innumera animalium differentia, omnia ad ministerium uitæ nostræ ordinata: uerum illud neque uolentibus præterire possibile est, & fieri quidem nequit, ut is qui sana mente præditus est, & rationis compos existit, gratiam ac beneficium sileat, dicere autem aliquid pro dignitate magis impossibile existit. Quod quum secundum imaginem ac similitudinem dei fecerit hominem deus, & sui ipsius cognitione dignatus fuerit, & ratione præter omnia animalia exornarit, & ut in immensis paradisi pulchritudinibus deliciaretur exhibuerit, & uniuersorum in terra principem constituerit, deinde deceptum per serpentem & collapsum in peccatum, & per peccatum in mortem, etiam quæ hoc digna essent non neglexit, sed primum quidem legem in auxilium dedit, angelos in custodiam ac curam cōstituit, prophetas ad coarguēda uitia misit, & ad uirtutis doctrinam, appetentias uitij minis excidit, bonorum promptitudinem promissionibus excitauit, sinem utriusq; sapenūmero in diuersis personis ad aliorum commonefactionem, anticipando manifestauit. Et post hæc & talia omnia perseverantes in inobedientia non auersatus est. Non enim dimissi sumus à bonitate domini, neque dilectionem ipsius erga nos excidit stupiditas ad tanta bona ac præmia, quæ ipsum benefactorem cōtumelia affectit: sed reuocati sumus ex morte, & uiuificati sumus rursus ab ipso domino Iesu Christo, in quo etiam modus beneficentiæ mafus miraculum habet. In forma enim dei existens, nō rapinā arbitratus est, esse se æqualem deo, sed seipsum inaniuit, forma serui assumpta, infirmitates nostras suscepit, et morbos portauit,

& pro

& pro nobis uulneratus est, ut uibice ipsius nos sanaremur, & ex maledictione nos exermi, siens pro nobis maledictio: & ignominiosissimam mortem subiit, ut nos ad gloriosam uitam reduceret: & non contentus fuit solum mortuos existentes uiuificare, sed etiam deitatis dignitatem largitus est, & requiem parauit aeternam, omnem humanam cogitationem laetitia excedentem. Ipse uero adeo bonus est, ut neque retributionem exigat, sed contentus est, si solum modo diligatur propter ea quae dedit. Quae uniuersa ubi mente recolō, (ut meum affectum eloquar) in horrorem quendam ac horrendam animi emotionem delabor, ne quando ex inanimaduertentia mentis, aut occupatione circa res uanas, a dilectione dei elapsus, obprobrium sicut Christo. Qui enim nunc decipit nos, & per mundanas inescationes, obliuionem benefactoris nobis omni studio inducere conatur, in perniciem animarum nostrarum nobis insultans, & in obprobrium nos inuadens, tunc afferet domino nostrum contemptum, et gloriabitur ob inobedientiam ac defectionem nostram, quod neque qui condidit nos, neque qui mortuus est pro nobis, habuerit nos ipsum sequentes, ob inobedientiam ac negligentiam mandatorum dei. Hoc obprobrium quod est contra dominum, & haec iactantia inimici, gehennae poenis grauior mihi uideretur, ut hosti Christi materia iactantiae fiamus, & elationis occasio, contra ipsum qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Cui etiam ob id abundantius debitores sumus, uelut scriptum est. Et de dilectione quidem erga deum haec uenit. Intentio enim est non omnia dicere, impossibile enim hoc est: sed in summa compendiarum comonefactionem, comouentem semper ut diuinum desiderium animus inducat.

Quaestio III

Consequens autem de secundo & ordine & potestate mandato dicere.

Responsio.

Quod quidem igitur lex facultatum seminum modo in nobis existentium agricola est & nutritor, in superioribus sermonibus a nobis dictum est. Quandoquidem igitur diligere proximum uelut nos ipsos nobis praecipit, consideremus an etiam uires ad huius mandati expletionem a deo habeamus. Quis igitur non nouit, quod masculinum & sociale animal est homo, & non solitariū, neque ferum. Nihil enim adeo proprium naturam nostram, uelut munus communicare, & mutuo indigere, & quae eiusdem generis sunt, diligere. Quorum igitur semina ipse dominus anticipatione facta nobis dedit, horum consequenter etiam fructus requirit, dicens: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos mutuo: & ad hoc mandatum excitare uolens animam nostram, declarationem suorum discipulorum, non signa et admirabiles potestates exegit: quantum & horum operationis efficaciam in spiritu sancto largitus: Verum quid dicit: In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem inter uos mutuam habueritis. Atque sic ubique haec mandata conuenit, ut beneficentiam erga proximum in seipsum transferat. Esuriui enim, inquit, et dedistis mihi edere, &c. Deinde inducit: Quantum fecistis unum horum fratrum meorum minorum, mihi fecistis. Itaque per primum quidem perpetrare licet etiam secundum: per secundum uero rursus redire ad primum, & eum qui dominum diligit consequenter diligere etiam proximum: Qui enim me diligit, dixit dominus, mandata mea seruabit: Hoc est autem, inquit, mandatum meum, ut diligatis uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos: & rursus eum qui proximum diligit, licet etiam dilectionem erga deum implere, ipso in seipsum suscipiente beneficium. Quapropter fidelis seruus dei Moyses, tantam ostendit erga fratres dilectionem, ut etiam deleri uoluerit ex libro dei, in quem inscriptus fuerat, si non peccati uenia populo data fuisset. Paulus autem anathema esse a Christo pro fratribus suis secundum carnem optare ausus fuit, commutationem salutis omnium, ad domini imitationem, seipsum fieri uolens, simul autem gnarus, quod impossibile esset abalienari a deo, eum qui propter dilectionem erga ipsum, pro maximo mandato beneficium a deo amisisset, & quod per hoc multiplicia pro his quae dedit recepturus esset. Verum tamen quo usque ad hanc mensuram dilectionis progressi sint sancti, ex relatis sufficienter demonstratum est.

Quaestio IIII. De timore dei.

His igitur qui recens introducunt ad pietatem, processus per timorem utilis est, iuxta sapientis Solomonis admonitionem, qui ait: Principium sapientiae timor domini. Vobis uero uelut transgressis infantiam in Christo, non amplius indigetis lacte, sed per etiam solidum dogmatum alimentum secundum internum hominem perfici, maioribus mandatis opus est, in quibus omnia ueritas dilectionis in Christo perpetratur: nimirum ut caueatis, ne forte copia donorum dei, grauioris

uitoris condemnationis uobis causa fiat, si erga benefactorem ingratorum modo affecti sitis. Cui enim commiserunt multum, inquit, ab ipso abundantius exigent.

Quaestio V. de ministerij sedula intentione.

Illud tamen nosse oportet, quod neque alterius alicuius mandati obseruationem, neque ipsam erga deum dilectionem, neque erga proximum, perficere possumus, alias circa alia mente diuagantes. Neque enim artem aut scientiam exacte assequi possibile est, eum qui aliam ad aliam transit. Imò neque unam assequi poterit, qui non ea quae propria finis sunt, cognouit. Oportet enim consequentes esse ad intentionem actiones, tanquam nihil eorum quae secundum rationem sunt, per impertinentiam recte peragatur. Nam neque fabrilis ferrariae finis per figulinae opera contingere solet, neque corone athleticae ex tibia canendi studio acquiruntur, sed unicuique finis proprius ac congruus labor requiritur. Quare etiam exercitatio complacentiae erga deum secundum euangelium Christi, in secessu a curis mundi, & perfecta ab alienatione a distractionibus, a nobis perficitur. Quapropter Apostolus quum etiam concessae sint nuptiae, & benedictione dignae iudicatae, occupationes tamen ab ipsis, opposuit curis circa deum, uelut non possit his inter se conuenire, dicens: Qui uxorem non habet, curat quae domini sunt, quod domino placeat. Qui uero uxorem duxit, curat quae sunt mundi, quod placeat uxori. Sic etiam dominus discipulis, post sinceram & intentam affectionem, testimonium praebet dicens: Vos non estis ex hoc mundo, & a contrario, impossibile esse ut mundus cognitionem dei suscipiat, et spiritum sanctum capiat testatus est. Pater enim inquit iuste, & mundus te nouit, & spiritum ueritatis quem mundus non potest capere. Exolui igitur oportet ex uinculis consensu uitae, eum qui reuera deum sequi uelit: hoc autem per secessum, & obliuionem ueterum morum peragitur. Quare nisi ab alienauerimus nos ipsos & a cognitione carnali, & a societate uitae, uelut ad alium mundum per habitum transgredientes, iuxta eum qui dixit: Vestrā enim conuersatio in caelis est: impossibile est nos assequi scopum complacentiae erga deum, quum stricte dominus dixerit, Sic omnis ex uobis qui non renunciat omnibus possessionibus, non potest meus esse discipulus. Hoc porro ubi fecerimus, omni custodia cor nostrum seruare conuenit, ut ne quando cogitationem de deo eijciamus, aut memoriam mirabilium ipsius, uanis imaginatiōibus conspurcemus, sed per assiduam ac puram memoriam, sanctam dei cognitionem animis nostris uelut indelebile sigillum impressam circumferamus. Sic enim nobis contingit dilectio erga deum, simul excitans ad mandatorum domini operationem, & ipsa rursus ab illis conseruatur ad durabilitatem ac perpetuitatem. Et hoc ostendit dominus aliquando dicens: Si diligitis me, mandata mea seruauit: aliquid uero, si mandata mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et adhuc grauius, quemadmodum ego mandata patris mei seruauit, & in ipsius dilectione maneo. Ex quibus erudit nos, ut semper proposito operi uoluntatem eius quae praecipit uelut scopum proponamus, & sic ad ipsam studium nostrum dirigamus: quemadmodum etiam alibi dicit: Descendi de caelo non ut facerem uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris. Quemadmodum enim artes in uita scopis quibusdam proprijs sibi ipsis praefixis, consequenter ad illos particulares actiones coaptant: Sic etiam nostris opibus uno termino ac regula incubente, ut mandata complacenter deo faciamus, impossibile est aliter opus exacte pagi, si non ad uoluntatem eius qui praecipit perficiatur. In exacto autem ad uoluntatem dei circa opus studio coniungi deo per memoriam contingit. Quemadmodum enim faber ferrarius in facienda si ita contingat a scia, eius qui tradidit opus memor, ipsumque in animo ferens, & figuram illam & magnitudinem in animo uersat, et ad uoluntatem eius qui operam subiecit, dirigit. Si enim obliuiscatur, aliud quid aut alienum faciet ab eo quod proposuit. Sic etiam Christianus omnem actionem & parua & maiorem ad uoluntatem dei dirigens, simulque actionem sinceritate ornat, & praecipientis uoluntatem conseruat, & implet id quod dictum est: prospiciebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear: & perficit id quod praecipit: Siue editis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Qui uero corrumpit in operando mandati sinceritatem, is manifestum facit se debilem circa memoriam dei. Memores igitur uocis eius qui dixit, Nonne caelum & terram ego impleo, dicit dominus: & eius, Deus appropinquas ego sum, Et, Non procul est deus, Et, ubi duo aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio ipsorum: omnem actionem uelut ob oculos domini fientem, & omnem cogitationem uelut ab ipso inspicitur, perficere oportet. Sic enim & timor perpetuus inerit, odio habes iniquitatem, iuxta id quod scriptum est, contumeliamque ac claritudinem & uias malorum: & dilectio perficitur, implens

implens id quod à domino dictum est, Non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius: qui misit me patris: quum in perpetua certitudine anima existat, quod & bonæ actiones iudici & præmiorum uitæ nostræ datori gratæ sint, & quod contrariæ per se condemnationem suscipiunt. Arbitror autem unam cum hoc etiam illud perfici, quod neque ipsa mandata domini ad placendum hominibus fiât. Nemo enim in certitudine præsentis potioris, ad inferiorem conuertitur. Sed etiam si contigerit ut id quod sit, celebriori personæ gratum ac placitum sit, inferiori uero temerarij ac reprehensione dignum uideatur, pluris faciens præminentis approbationem, inferioris reprehensionem contemnit. Si uero inter hoies sic res se habet, ipsa reuera sobria ac sana anima in certitudine præsentis dei, quando dimittens ad complacentiam dei aliquid facere, ad gloriam ab hominibus conuertetur: quando uero neglectis dei præceptis, humanis moribus seruiet: aut à communi anticipatione superabitur: aut etiam à dignitatibus animo flectetur. Talis affectus erat eius qui dixit: Narrauerunt mihi iniqui fabulamenta, sed non ut lex tua domine. Et rursus, Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundabar.

Quæstio VI. Quod necessarium est priuatam in separata domo, uitam degere.

Porro confert ad sedulam animæ intentionem, etiam priuatam in separata domo uitam degere. Nam permixtam uitam, cum his qui citra timorem ac contemptum ad exactam mandatorum obseruationem affecti sunt, agere nocuum est. Id quod etiam Solomonis sermo ostendit, ita nos docens: Ne sis amicus uiro iracundo, amico autem iracundo ne cohabitabis; ne forte discas uias ipsius, & accipias laqueos animæ tuæ: & illud, exite de medio ipsorum & separamini dicit dominus, ad idem hoc pertinet. Quo igitur neque per oculos, neque per aures, irritamenta ad peccatum suscipiamus, & latenter ipsi aduescamus, & uelut formæ quædam ac figuræ eorum quæ uidentur ac audiuntur, in anima permaneant ad perniciem ac interitum: & ut possimus perseverare in orationis intentione, separemur primam priuatam habitatione. Sic enim & prægressos mores superauerimus, in quibus alieno à mandatis domini modo uiuimus. Non paruum est autem hoc certamen, suam ipsius consuetudinem superare. Consuetudo enim per longum tempus confirmata, naturæ robur accipit. Sed & maculas ex peccato, per sedulam orationem, & perseverantem uoluntatem dei meditationem, exterere poterimus, quam meditationem ac orationem inter multos animam distrahentes, & occupationes rerum mundanarum inducentes, assequi impossibile est. Et illud, si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, quando quis inter hos degens explere potuerit oportet enim nos abnegatis nobis ipsis, & sublata cruce Christi, sic ipsum sequi. Abnegatio autem sui ipsius est perfecta præteritorum obliuio, & à uoluntatibus suis recessus, quem in indifferente consuetudine perficere difficillimum est, ut ne dicam impossibile. Sed & ad tollendam crucem suam, & sequendum domino, impedimento est permixtio ad eiusmodi uitam. Nam præparatio ad mortem pro Christo, & mortificatio membrorum in terra, & compositio ad omne periculum pro nomine Christi nobis accedens affectum esse, & erga presentem uitam non affectum esse, hoc est crucem suam tollere, ad quod magna impedimenta à communis uitæ consuetudine nobis accedere uidemus. Et super omnia alia que multa sunt, ad multitudinem delinquentium respiciens anima primam quidem non habet occasionem ut propria peccata sentiat, & seipsam per poenitentiam ob delicta conterat: uerum in cõparatione deteriorum, etiam quædam recte facti imaginationem acquirit. Deinde præ tumultibus & occupationibus quas communis uita inducere solet, à memorabiliore memoria dei distracta, non solum eius, ut gaudeat et exhalare in deo, damnum patitur, itemque eius, ut delicietur in deo, & uerbis ipsius dulcescat, quo dicere possit, Memor fui dei, et exhilaratus sum, Et, Quam dulcia gutturi meo oracula tua, super mel ori meo: Sed etiam ad contemptum & obliuionem iudiciorum ipsius penitus aduescit, quo nullum maius aut perniciosius malum pati possit.

Quæstio VII

Quando quidem igitur certiores reddit nos sermo, periculosam esse uitam cum his qui contemptum se erga mandata domini habent, consequenter discere aueamus, an oporteat eum qui recessit ab his, priuatim per seipsum degere, aut cum consentientibus fratribus, & qui eundem pietatis scopum delegerunt, uitam ducere.

Responsio

Responsio.

Ad multa utiliore esse considero uitam, quæ simul cum pluribus degitur. Primum quod neque ad corporis necessitates unusquisque nostrum sibi ipsi sufficit, sed in rerum necessariarum suppeditatione alter alterius auxilio opus habet. Quemadmodum enim pes hanc quidem uitam habet, alterius autem indigus est, & citra reliquorum membrorum auxilium, neque suam actionem potentem, aut sibi ipsi sufficientem ad durabilitatem reperit, neque solatium habet defectus: Sic etiam in solitaria uita, & quod adest nobis inutile redditur, & quod deest consolationem non reperit: quum opifex deus decreuerit nos mutua ope indigere, uelut scriptum est, ut etiam inter nos coniungeremur. Et absque hoc, etiam dilectionis Christi ratio non permittit unumquemque quod proprium est spectare. Dilectio enim inquit, non querit quæ sua sunt. At uero priuatim separata uita unum scopum habet, propriam uniuscuiusque necessitatum curam. Hoc uero palam pugnat cum dilectionis lege, quæ a postulo implebat, non querens suam utilitatem, sed multorum, ut saluaretur. Deinde in separatione neque delictum suum unusquisque facile cognoscet, quum non habeat tedarguentem, & cum mansuetudine ac misericordia corrigentem. Nam reprehensio sæpe & ab inimico contigerit, quæ curationis cupiditate ei qui gratus est inducit. Curatio autem erudit, quem in solitudine inuenire difficile est si quis non adunitus sit in uita, quare accidet ipsi illud quod dicitur est: Vae soli, quia si ceciderit non est qui leuet ipsum. Sed & mandata à pluribus quidem simul facile plura fiunt, ab uno autem non ita: in unius enim operatione impeditur alterum, uelut in uisitatione infirmi, exceptio hospitis, & in collatione ac societate & communiõne manuum, maxime ubi per longum tempus ministeria contigerint, studium circa opera. Quare ex hoc maximum et intentum ad salutem mandatum deficit, quum neque eluriens nutriatur, neque nudus amicitur. Quis igitur uoluerit octosam & infrugiferam uitam, fructuose & secundum mandatum Domini fieri præferre: Si uero etiam omnes qui in una uocationis spe assumpti sumus, unum corpus sumus, caput habentes Christum, singuli autem inter nos membra, si non ex concordia ad unius corporis concinnitatem in spiritu sancto coaptati fuerimus: uerum unusquisque nostrum solitudinem elegerit, non secundum quod complacet deo ad communem utilitatem ministerio domestico inseruiens, sed proprii sui beneplaciti affectum explens: quomodo possumus dissidui ac diuisi seruare membrorum inter se mutuum habitum ac ministerium, aut subiectionem erga caput nostrum, quod est Christus? Neque enim ei qui glorificatur congaudere, neque patienti compati possumus, in uitæ separatione, quum non possit unusquisque uelut par est, res proximi cognoscere. Deinde quum etiam unus non sufficiat ad omnia spiritalia dona suscipienda, sed iuxta fidei proportionem in uno quoque suppeditatio spiritus fiat in uitæ societate, unuscuiusque proprium donum, commune sit eorum qui simul conuersantur. Alij enim datur sermo sapientiæ, alteri uero sermo scientiæ, alteri fides, alij prophetia, alij dona sanationum, & cætera. Quorum singula non magis propter seipsum quam propter alios qui accipit habet. Quare necesse est in sociali uita operationem spiritus sancti in uno, in omnes simul transire. Qui igitur per seipsum uiuit, unum fortassis donum habet, & hoc inutile facit per segnitiam in seipso deorsum, quod ipsum quantum habeat periculum nouit omnes qui Euangelia legistis. In plurium autem conuictu, & proprio dono fruitur, multiplicans ipsum per distributionem, & aliorum donis uelut suis ipsius utitur. Habet porro etiam plura bona ea uita quæ à pluribus simul uiuitur, quæ non facile fuerit omnia recensere. Nam & ad conseruationem datorum nobis à deo honorum, utilior est quam solitudo, & ad custodiam ab externis hostis insidijs securior est expergefactio à uigilantibus, si forte contingat ut unus obdormitet somno illo ad mortem, quem à Dauid edocui sumus deprecari ne nobis contingat, dum dicit: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in mortem. Et peccati quidem recessus à peccato magis facilis est, uerenti à pluribus in concordia fientem condemnationem: sufficiens est enim tali hæc poena quæ à pluribus contingit. Si uero qui recte facit, satis est certitudo multa in multorum probatione ac operis assensu, si enim in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum, multo nimirum solidius confirmabitur is qui bonum opus facit per plurium testimonium. At uero solitariam uitam pericula sequuntur supra prædicta, primum quidem & maximum

num, complacentia sui. Quum enim neminem habeat qui ipsius opus probare possit, ad perfectionem mandati se peruenisse putabit. Deinde in exercitum semper habitum conclusum habēs, neque defectus suos noscit, neque profectum in operibus agnoscit, propterea quod omnem materiam operationis mandatorum amputauit. In quo enim humilitatem ostendet, qui neminem habet quo seipsum humiliorem declaret? In quo misericordiam, qui resecus est à pluribus societatē. Ad longanimitatem uerò quomodo seipsum exercerebit, nemine uoluntatibus ipsius resisteret. Si uerò quis dicit contentum se esse scripturarum doctrina ad correctionem morum, simile quid facit ei qui discit quidem fabricare, nunquam autē fabricat: & ei qui docetur quidem artem fabrilem, ad opus autem producere quod didicit non uult. Ad quem dixerit sanē Apostolus: Non auditores legis iusti apud deum, sed operatores legis iustificabuntur. Ecce enim dominus ipse propter excessum benignitatis erga homines, non contentus fuit doctrina solē ex sermone, sed ut exacte & manifeste nobis traderet exemplū humilitatis in perfectiōe dilectionis, ipse cinctus lauit pedes discipulorum. Quem igitur lauabis: quem curabis: cuius ultimus eris, ipse per te ipsum uitam degens. Bonum autē illud & iucundum, ipsa uidelicet fratrum in eodem loco cohabitatio, quam unguento de capite pontificis spiranti, spiritus sanctus assimilat, quomodo in solitaria habitatione complebitur. Stadium igitur certaminis, & profectus prosperitas, & perpetuum exercitium, & meditatio mandatorū Domini, est habitatio fratrum simul in eodem loco, scopum quidem habens gloriam Dei, secundum mandatū domini nostri Iesu Christi qui dixit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est: formam autem conferuans sanctorum, de quibus in Actibus narratur, & de quibus scriptum est: Omnes autem qui credebant erant simul in eodem loco, & habebant omnia communia. Et rursus, Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una, & nullus quicquam rerum suarum sibi proprium dicebat, sed erant ipsi omnia communia.

Quæstio VIIII

Num oportet primū renūciare omnibus, et sic accedere ad cōuersationē secundū deum? Responso.

Quum dominus noster Iesus Christus post longam & per plures tractatus sortem demonstrationem dicat ad omnes. Si quis uenit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Et rursus: Sic igitur omnis ex uobis, qui non renūciat omnibus bonis suis, non potest esse discipulus: arbitramur præceptum ad plura pertinere, quorum abalienatio necessaria est. Nā diabolo præ omnibus renūciamus, & affectibus carnis, qui renūciauimus occultis turpitudinis, et cognitionibus corporalibus et amicitijs hominum, & consuetudini uitæ pugnantia aduersus sinceritatē euangelij salutis. Et quod magis necessarium est, ipse sibi ipsi renūciat qui exiit ueterē hominē cum actibus ipsius, qui corrumpitur secundum concupiscentias fraudis. Renūciat autem & omnibus affectionibus erga mundū, quæ intentionem pietatis impedire possunt. Parentes itaque ueros talis putabit, eos qui in Christo Iesu per euangelium genuerūt ipsum. Fratres autē eos qui eundem spiritum adoptionis in filios acceperunt. Omnibus uero possessionibus uelut alienis, quales sanē sunt, intendet. In summa, Cui propter Christum totus mundus crucifixus est, & ipse mundo, quomodo amplius potest seruus esse partium mundi? quum dominus noster Iesus Christus ad summū producat, & odium animæ, & sui ipsius abnegationem, dum ait: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & tunc inducat & sequatur me. Et rursus, Si quis uenit ad me, & non habet odio patrem suum & matrem, & uxorem ac liberos, & fratres ac sorores, insuper autē & suam ipsius animam, non potest esse meus discipulus. Quare perfecta renunciatio est in recte faciendō citra affectionem ad ipsam uitam, & in habendo sententiā mortis, ut ne in ipso quis fiduciam habeat. Initium autē ab alienatione rerum extarnarū sumit, uelut possessionum, uanæ gloriæ, consuetudinis uitæ, affectu erga inutilia: quemadmodum etiam sancti discipuli domini ostenderunt nobis. Iacobus quidē & Ioannes relicto patre suo Zebedæo, & ipso nauigio quod omnē uitæ sumptū suppeditabat. Mattheus autē ab ipsa publicanorū mensa exurgēs & dñm sequens, non solū lucella officij publicanorū relinquēs, sed etiā picula cōtemnens, quæ imminēbant ipsi ac cognatis eius ex potestate, quæ imperfectas uectigales rationes

rationes relinqueret. Paulo uerò etiā uniuersus mundus crucifixus erat, & ipse mundo. Sic qui uehementer cupiditate sequendi Christum tenetur, ad nihil amplius huius uitæ conuerti potest: non ad parentum aut cognatorū amorem, ubi præceptis domini contrarius fuerit: tunc enim occasionem habet illud, Si quis uenit ad me, & non odio habet patrem suum, et matrem, & reliqua: non ad humanum timorem, ut propter ipsum subtrahatur aliquid utilitū, id quod perpetrarunt sancti qui dixerunt: Obedire oportet deo magis quam hominibus: non ad risum ab externis propter mala, ut ob ipsorum cōtemptum superetur. Si uerò quis uult exactius ac clarius cognoscere firmitatem coniunctam concupiscentiæ eorum qui sequuntur dominū, memor sit Apostoli exponentis res suas ad doctrinam nostrā, ac dicentis: Si quis uidetur fiduciam habere in carne, ego magis: circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem phariseus, secundum emulationē persequens ecclesiam, iuxta iustitiam quæ est in lege, conuersatus sine reprehensione. Sed quæ mihi erant lucra, ea arbitratus sum propter Christum detrimenta. Quinetiam arbitror omnia detrimentum esse, propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini nostri, propter quem omnium damnū feci, et omnia propter tranquillitatis ac reiectamentis habeo, ut Christum lucrificiam. Si enim, ut audax quiddā, sed tamen uerum dicam, si reiectamentis corporis conspuendis, & ad quorū abalienationem maxime festinamus, assimilauit eas quæ a deo ad tempus datae sunt legales prerogatiuas, uelut impedimēta cognitionis Christi, & iustitiæ in ipso, & cōformationis ad mortem ipsius, quid nam quis dixerit de his quæ apud homines recepta sunt? Et quid opus est nostris ratiocinationibus & sanctorū exemplis confirmare sermonē: quum liceat ipsa domini uerba apponere, & per ipsa timidam animā perterrefacere, qui manifeste et citra contradictionē testatur ac dicit: Sic igitur omnis ex uobis qui nō renūciat omnibus bonis, non potest esse meus discipulus. Et alibi post hoc: si uis perfectus esse, Prius dicit: uade uende possessiones tuas & da pauperibus, Et tunc dicit, huc ades sequere me. Et parabola mercatoris omnibus bonis manifesta est huc pertinere. Simile em̄ est, inquit, regnum cœlorum homini mercatori quærenti bonas margaritas, qui inuenta una preciosa margarita, digressus uendidit omnia quæ habebat, & emit illā, Palam est enim quod preciosa margarita ad similitudinē cœlestis regni ascripta est, quod impossibile esse dicit domini sermo ut nobis contingat, nisi omnia simul quæ nobis adsunt, & diuitias, & gloriam, & genus, & si quid aliud est ex his quorum studio plerique tenentur, ad eius commutationem miserimus. Deinde uerò & impossibile esse, mente ad diuersas curas diuisa, recte pagere: id cuius studiosi sumus, ipse dominus pronūciat dum inquit: Nemo potest duobus dominis seruire. Et rursus, Non potestis Deo seruire & Mamona. Vnus igitur thesaurus cœlestis nobis eligendus est, ut in ipso cor habeamus. Vbi em̄, inquit, est thesaurus tuus, illic & cor tuum erit. Si igitur aliquam reliquerimus nobis ipsis possessionem terrenam, & opulentiam aliquam corruptibilem, mente hic uelut in sterquilinio quodam defossa, necesse est animam à speculatione Dei alienam esse, & ad concupiscentiam cœlestium bonorum, et eorum quæ nobis in promissionibus reposita sunt immobilem esse, quorū possessionem nobis contingere impossibile est, si non in distractum & uehementius desiderium nos ad petitionem ipsorum ducat, & laborē propter ipsa leuiorem reddat. Est igitur renunciatio, uelut sermo prægressus indicauit, solutio uinculorū materialis huius & temporariæ uitæ, & liberatio ab humanis officijs, magis idoneos efficiens ad auspicandum uiam ad deum, & acquisitionis ac usus preciosorum occasio impedimēto carens, eorum uidelicet quæ super aurum sunt & lapidem preciosum multum. Et ut in summa dicam, cordis humani ad conuersationem quæ in cœlo est translatio, ut dicere possimus, Nostra enim conuersatio in cœlis est. Et quod maximum est, principium similitudinis ad Christum, qui propter nos pauper fuit, quum diues esset. Quam si non prius adepti fuerimus, impossibile est nos conuersationem secundum euangelium Christi attingere. Quando enim aut cordis contritio, aut mentis humilitas, aut iræ & tristitiæ & curarum, & in summa perniciosorum animæ affectuum liberatio, in diuitijs, & rerum mundanarum sollicitudinibus, & in consensu ac consuetudine aliorum, recte perfici potest? In uniuersum autem, cui neque de ipsis necessarijs sollicitum esse permittitur, uelut alimento & indumento, huc quæ ratio permittit, ut uelut spinis, malis diuitiarum curis detineatur, quæ fructuosam

sitatem seminationis ab agricola animis nostris insitae impediunt. Velut dominus nosse dixit: hi sunt qui in spinas seminati sunt, quia curis & diuitijs, & uoluptatibus uitae suffocantur, & non perficiunt fructum.

Quaestio IX

Num oportet eum qui coniungitur domino dicatis, dimittere indifferenter ingratis cognatis ea quae ad se pertinent.

Responsio.

Quum dominus dicat: Vende possessiones tuas, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ades huc sequere me. Et rursus, Vendite bona uestra, & date eleemosynam: cogito, quod eum qui tali intentione egreditur de proprijs, non oportet contempnim erga ea quae ad se pertinent affici, sed conari ut omnia exacte accepta, uelut domino de caetero consecrata, cum omni pietate dispenset, aut per seipsum, si ea potentia et experientia praeditus sit, aut per delectos cum multa probatione, & qui declarauerunt se posse fideliter ac prudenter dispensare, illius gnarum, quod periculo non uacet, neque dimittere cognatis, neque per uulgarem aliquem dispensare. Si enim is qui regiarum possessionum curam sibi concreditam habet, etiam si nihil ex paratis abalienet, uerum per negligentiam quamdam ea quae acquiri potuerunt dimittat, a crimine non absoluitur; quam condemnationem expectare oportet ferendam ob haec quae iam domino sunt dicata, ab his qui supine & negligenter affecti sunt ad distributionem: Nonne ut rei sint iudicij negligentium iuxta id quod scriptum est: Maledictus omnis qui facit opera domini negligenter. Vbiq; autem obseruandum est nobis, ne unius mandati praetextu alterum dissoluere uideamur. Neque enim pugnare, neque contendere cum perfidis nobis decorum est. Nam seruum Domini non oportet pugnare, sed eum cui ingratitude ac perfidia contigit a cognatis secundum carnem, meminisse oportet domini dicentis: Non est qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, uxorem aut liberos, aut agros, non simpliciter, sed propter me, & euangelium, qui non accipiat centuplum in hoc tempore, & in uenturo seculo uitam aeternam. Attamen perfidis sacrilegij peccatum contestari oportet, iuxta domini praecipuum qui dixit: Si peccauerit frater tuus, uade reprehende ipsum, & caetera. At uero litigare cum ipsis coram iudiciali foro externo, interdixit pietatis sermo dum ait: Qui uult tecum in iudicio contendere, et tunicam tuam auferre, dimitte ei & pallium. Et, audet quis uestrum aduersus alterum negocium habens litigare coram iniustis, & non coram sanctis? sed & coram his in iudicium uocabimus maiorem rationem habentes salutis fratris, quam opulentiae pecuniarum. Nam & dominus ubi dixit: Si te audierit, induxit, lucratus es, non pecunias, sed fratrem tuum. Aliquando tamen ad declarandam ueritatem, dum is qui perfidiam auspicatus est, nos ad commune iudicium uocat, cōdescedimus ad redarguendum, non ipsi auspicati, sed prouocantes sequentes, non proprium irae affectum aut contentionis exultantes, sed ueritatem manifestantes. Sic enim & illum etiam inuitum a malis eximemus, & ipsi mandata non praeteribimus, uelut ministri Dei non pugnaces nec auari, manifestationi ueritatis constanter adstantes, & nusquam de tam studij mensuram excedentes.

Quaestio X

Vtrum omnes accedentes suscipere oportet, aut quos, & statim ipsos admittere, aut cum probatione, & hac quali.

Responsio.

Quum benignus erga homines deus & saluator noster Iesus Christus praedicet ac dicat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, non uacet periculo repellere eos qui ad dominum per nos accedunt, & suauiter ipsi iugum, & mandatorum onus, quod nos ad caelum leuios facit, subire uolunt. Non tamen illotis pedibus sancta dogmata adire permittere oportet. Sed quemadmodum dominus noster Iesus Christus accedentem adolescentem de prioris uita interrogauit, & ubi didicisset quod recte ipsi peracta esset, id quod ad perfectionem deerat adhuc explere praecipit, & tunc sequi permisit: Ita nimirum etiam nos praeteritam accedentium uitam considerare conuenit, & his quidem qui iam aliquid recte fecerunt, perfectiores doctrinas tradere, eos uero qui ex uita praua transeunt, aut ex indifferente ad exactam cognitionem dei uitam procedunt, discernere

discernere oportet, qualibus moribus praediti sint, num instabiles, & ad iudicia ex facili mobiles: inspecta enim in his est procliuitas ad mutandam sententiam, qui supra hoc quod ipsi nihil utilitatis capiant, amplius etiam alijs detrimenti causa sunt, opprobria & mendacia ac blasphemias malas contra opus nostrum diffundentes. Quandoquidem uerbo omnia per diligentiam corriguntur, & timor Dei omnigenos animae defectus superat, neque de his statim desperandum est, sed ducere ipsos ad conuenientia exercitia oportet, ita ut per tempus & laboriosa exercitia, experimentum iudicij ipsorum sumamus, ut si quid firmi circa ipsos inuenerimus, citra periculum ipsos admittamus: sin minus, ut dum adhuc extra sunt ablegentur, quo experimentum citra detrimentum fraternitatis contingat. Experiri etiam oportet, an quis in peccatis praecipuus citra pudorem occulta turpitudinis publicet, & accusator suspensus fiat, simulque pudefaciens ac repudiens malorum operum suorum adiutores, iuxta eum qui dixit: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, & simul securitatem sibi ipsi ad posteram uitam acquirens, ut ne amplius in similia uitia dilabatur. Porro communis in omnibus probationis modus est, si ad omnem humilitatem citra pudorem affecti sunt, ut etiam uilissimas suscipiant artes, & si illorum operationem utilem esse sermo ipse comprobabit. Et postquam per omnem examinationem unusquisque ab his qui talia perscrutari scientificè possunt, uelut uas com modum domino, & ad omne opus bonum paratum, declaratus fuerit, his qui dicarunt seipsum domino connumeretur. Maxime uero ei qui ab illustriore aliqua uita, ad humilitatem secundum similitudinem domini nostri Iesu Christi festinat, quaedam quae ualde probrosa apud externos esse uidentur discernere oportet, et obseruare an cum omni perfectione operarium non pudefientem deo seipsum exhibeat.

Quaestio XI, De seruis.

Quicumque uero sub iugo existentes serui ad fraternitates confugiunt, eos commonefacios & meliores redditos ad dominos remittere oportet: ad similitudinem beati Pauli, qui ubi genuisset Onesimum per euangelium, remisit ipsum Philemoni, dum illi quidem certior reddidisset, quod iugum seruitutis si complacenter domino feratur, regno caelorum dignum facit. Hunc uero exhortatus esset, non solum remittere minas contra ipsum, memorem ueri Dei qui dixit: Si dimiseritis hominibus peccata ipsorum, dimittet & pater uester caelestis peccata uestra: sed etiam meliorem erga ipsum affectionem habere, quum scripserit, Forsitan enim ideo discessit ad tempus, ut aeternum ipsum recipere, non amplius uelut seruum, sed supra seruum, fratrem dilectum. Si tamen malus dominus sit qui aliqua praeter legem praecipiat, & ad transgressionem mandati ueri domini, domini nostri Iesu Christi seruum cogat, sollicitum esse oportet ut ne nomen dei blasphemetur, propter seruum illum qui fecit quid, quod non placet Deo. Perficitur autem haec sollicitudo, aut in eo quod seruus compositus sit ad patientiam afflictionum quae ipsi inferuntur, pro eo quod Deo magis obedire oportet quam hominibus, uelut scriptum est: aut in eo quod hi qui ipsum susceperunt, sustineant uelut Deo placet, tentationes quae ipsis propter illum inducuntur.

Quaestio XII

Quomodo oportet coniugatos suscipere?

Responsio.

Et eos qui in coniugio matrimonij ad talem uitam accedunt percunctari oportet, an ex consensu hoc faciant, iuxta Apostoli praecipuum: proprijs enim corporis, inquit, potestatem non habet, atque sic coram pluribus testibus accedentem suscipere. Nam obedientiae erga Deum nihil praefendum est. Si uero dissenferit altera pars & repugnauerit, minus curans complacitiam erga Deum, producat Apostolus dicens: In pace autem uocauit nos deus, & impleatur praecipuum Domini qui dixit: Si quis uenit post me, & non odio habet patrem suum, & matrem, & uxorem, & liberos, & reliqua, non potest esse meus discipulus. Nam obedientiae erga deum nihil praefendum est. Nos autem nouimus inter multos saepe & per intentam orationem & assiduam ieiunium, praualuisse scopum uitae in castitate, domino eos qui penitus inobedientes sunt, etiam per necessitatem corporalem saepenumero ad assensum recti iudicij subiiciente.

Quæstio XIII

Quod utile est his qui introducuntur etiam exercitatio per silentium.

Responsio.

Bonum est etiam his qui introducuntur exercitium per silentium. Nam & simul demonstrationem continentiam multam exhibent qui linguæ dominantur, et in silentio contente ac intente discunt ab his qui scientificè sermone utuntur: quomodo oportet & interrogare, & unicuique respondere. Est enim & firmitas uocis, & modus sermonis, & temporis aptitudo, & uerborum proprietas, propria ac pertinens ad pios, quam fieri non potest ut discatis qui non consueta dediticistis, quum silentium & simul priorum obliuionem per cessationem inducat, & otium ad discenda bona suppeditet. Quare nisi aut aliqua propria necessitas, tum ad propriam animæ curam, tum ad non negligendam operis quod inter manus est, necessitatem; aut interrogatio quaedam eiusmodi oblata urgeat, in silentio degendum est, excepta uidelicet psalmodia.

Quæstio XIII

De his qui seipsum deo desponderunt, & deinde professionem irritam facere conantur.

Responsio.

Porro unum quicunque ex his ad fraternitatem susceptum, deinde professionem reprobantem, sic spectare oportet uelut qui in deum peccauit, coram quo, & in quem confessionem pactorum collocauit. Si uero in Deum quis, inquit, peccauerit, & quis orabit pro ipso? Qui enim seipsum deo dicitur, deinde ad aliam uitam resiliit, sacrilegus factus est, ipse se ipsum despolians, & donarium deo dictum auferens. Quibus consentaneum est rationi, ut neque fores fratrum amplius aperiantur, neque si per frigoris aliquando transitum, tecti gratia accesserint. Nam apostolica regula manifesta est, iubens ut nos subducamus ab omni inordinato, & non permisceamur ipsi, ut confundatur.

Quæstio XV

A qua ætate permittere oportet despondere seipsum deo, & uirginitatis professionem quando ratam ac firmam ducere oportet.

Responsio.

Quum dominus dicat, Sinite pueros uenire ad me: & Apostolus laudet eum qui a puero sacras literas didicit, & rursum præcipiat educare liberos in disciplina & admonitione domini omni tempore: etiam primæ ætatis tempus ad accedentes suscipiendos idoneum esse censemus, ita ut desitutis parentibus, à nobis ipsis assumamus, ut secundum æmulationem Iob pupillorum patres fiamus. Eos uero qui sub parentibus sunt, dum ab illis ipsis adducuntur, coram multis testibus suscipiamus, ut ne demus occasionem his qui quæ runt occasionem, sed omne os iniustum eorum qui loquuntur contra nos blasphemiam obturetur. Suscipere quidem igitur secundum hanc rationem oportet, non tamen statim ipsos etiam connumerare ac inter corpus fratrum recensere conuenit, ut ne opprobria ex frustrato ipsorum successu, ad uitam secundum pietatem referantur. Sed enutrire quidem ipsos in omni dilectione, uelut communes fraternitatis liberos oportet. Separatas uero esse & domos & diætam, tum masculis pueris, tum foemellis, ut neque fiducia, neque audacia immodica erga seniores ipsis accedat, uerum ob congressus raritatem, reuerentia erga præminentes conseruetur: neque ex pœnis quæ perfectioribus ob officiorum neglectus inferuntur, si quando eos supiores ac sublestiores esse contigerit, facilitas ipsis peccatorum, aut sæpe etiam elatio latenter ingeneretur, quum in his quæ ipsi recte faciunt, seniores sæpe uideant peccantes. Nihil enim differt à puero secundum ætatem is qui puer est mente, quare nihil miri est, etiam eisdem affectus sæpe in utrisque reperiri. Neque iuuenes per conuersationem ante tempus indecore ac temere ad ea festinent, in quibus propter ætatem à senioribus decorum seruatur. Huius igitur dispensationis gratia, & reliquæ reuerentiæ, discretam esse oportet puerorum et perfectiorum habitationem. Et simul neque tumultum habebit exercitatorum pietatis domus, in studio discendi, quod necessarium iuuenibus existit. At orationes communes & pueris & senibus sint, quæ per dispositæ sunt: nam & pueris aduetudo ex feruore perfectiorum ad compunctionem, & posterioribus non paruum auxilium in orationibus à pueris accedit. Exercitationes autem propriæ, & diætæ iuxta somnum & uigilias, & circa tempus & mensuram ac qualitatem alimenti, pueris decetera cernantur

cernantur. Præficiatur autem talibus quispam ætatis prouectia, & experientia præ alijs præditus, & qui testimonium longanimitatis habet, ut paterna quidem misericordia, ratione uero prudenti iuuenem peccata corrigat, proprias unicuique delicto curas adhibendo, ut eadem res increpationem habeat peccati, & exercitium rigiditatis animæ fiat. Velut uerbi causa, iratus est aduersus coætaneum: ut hunc placet, & ipsi iuxta proportionem audaciæ ministret, cogatur. Assuetudo enim ad humilitatem, animæ iracundiam uelut excindit, quum elatio nobis iram inducat. Attingit cibos præter tempus: Ad plurimam diei partem ieiunus pmaneat. Immodice aut indecore cibum capiens cognitus est: iuxta cibi tempus ab edulis prohibitus, alios iuxta scientiam edentes uidere cogatur, ut et abstinentia puniatur et reuerentiam discat. Sermonem ociosum effudit: contumeliâ in proximum: mendacium: aliud quid ex interdictis: & uentre & silentio castigetur. Oportet autem & literarum studium proprium scopum habere, ut & uocabulis ex scripturis utantur, & pro fabulis, admirabilem factorum historiam ipsis exponantur, & sententijs ex proverbijs erudiantur. Sed & præmia memoriæ tum nominum, tum rerum ipsis proponenda sunt, ut cum iucunditate ac remissione citra mororem & offensionem scopum assequantur. Quin & attentio animi, & assuetudo ut non sint sublesti, facile his per rectam institutionem accesserit, si à præfectis assidue interrogentur, ut habeant mentem, & quid in animo uersent. Nam & simplicitas ætatis, fraudis nescia, & ad mendacium inepta, facile prodit animi secreta, & talis ut ne assidue deprehendatur in his quæ interdicta sunt, fugerit sane absurdarum rerum cogitationes, & assidue seipsum ex absurdis reuocabit, reprehensionum turpitudinem reueritus. Itaque dum adhuc facile formari potest, & tenera est anima, & uelut cera leuiter cedit, & conuenientes formæ facile ipsi imprimuntur, ad omnem bonorum exercitationem statim & ab initio induci ipsam oportet: ut ubi ratio accesserit, & habitus discernendi contigerit, cursus existat ex elementis ab initio et traditis pietatis formis, quum ratio quidem quod utile est suggerat, consuetudo uero facilitatem ad recte faciendum inducat. Tunc sane etiam professionem uirginitatis admittere oportet, uelut iam firmam et ex sententia propria ac iudicio fientem, post rationis complementum: postquam & præmia & pœne peccatoribus aut recte facientibus, à iusto iudice, iuxta operum dignitatem dantur. Testes autem sententiæ præfectos ecclesiarum suscipere oportet, ut per ipsos & sanctificatio corporis uelut donarium quoddam deo deditur: & eius quod sit confirmatio per testimonium contingat. In ore enim, inquit, duorum aut trium stabit omne uerbum. Ita enim et studium fratrum blasphemis expolitur non erit, et eis qui seipsum deo desponderunt, ac deinde professionem irritam facere conantur, occasio ad impudentiam non relinquatur. Qui uero non sustinet uitam in uirginitate, uelut non potens curare quæ domini sunt, coram ipsidem testibus dimittatur. Ceterum eum qui professionem facturus est, post multam deliberationem ac considerationem, quam per plures dies ipsi ad seipsum permittere conuenit, ut ne uideatur aliquid secundum rapinam à nobis fieri: sic tandem suscipere oportet, & inter fraternitatem connumerare, ita ut & domus & diætæ eiusdem cum perfectioribus particeps fiat. Porro quod dicere oblitus sumus, neque nunc apponere intemptiuum fuerit. Quod quum quibusdam artibus statim à puero operam dare oportet, postquam sane iam quidam pueri idonei esse apparuerint ad discendum, non interdiximus ut cum magistris artis ipsi per diem conuersentur. Noctu uero necessario ad coætaneos ipsos transferimus, cum quibus etiam ipsos cibum capere necessarium ducimus.

Quæstio XVI

An necessarium sit uolenti pie uiuere, ut continens sit.

Responsio.

Quod necessaria sit continentia ratio, manifestum est. Primum ex eo quod apostolus inter fructus spiritus continentiam numeret. Deinde quod irreprehensibile ministerium ex hac recte petrat dicat, dum inquit, In laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, Et alibi: in labore & erumna, in uigilijs sæpe. Et rursum: omnis qui certat, omnino continens est. Sed & castigatio corporis et macipatio à nulla alia re adeo, uelut à continentia pficitur. Feruor enim iuuentutis & incōtinentia ad motum impetus, uelut freno quodam continentia cohibetur: non enim conducit stulto deliciae iuxta Solomonem. Quid uero stultius est carne in delicijs degere & quæ p iuuentute circūferi? Quæ ppter dicit Apostolus: Et carnis curam ne faciatis

ad concupiscentias. Et quæ uerò in delicijs uiuit, uiua mortua est. Quin & exemplum de liciarum diuitis, necessariam nobis continentiam declarat. Ne forte audiamus id quod diues audiuit: nempe, Receptisti bona tua in uita tua. Quam uerò horrenda res sit intemperantia, etiam Apostolus ostendit, inter proprietates defectionis ipsam connumerans ac dicens: In extremis diebus instabunt tempora periculosa, Erunt enim homines suauitantes. & enumeratis pluribus malicie speciebus, induxit: calumniatores, incontinentes. Sed & Esau ob maximum malum intemperantiam accusatus est, qui propter unum edulium primogeniti prerogatiuam amisit. Et prima inobedientia per intemperantiam in hominem incidit. In continentia uerò omnes sancti martyrij testimonium præbuerunt. Et omnis sanctorum & beatorum uita, & ipsum domini in aduentu in carnem exemplum, ad hoc nobis prodest. Et Moses per longam in ieiunio & oratione perseverantiam, legem accepit, & dei sermones audiuit, uelut si quis loqueretur cum amico suo. Helias uisione dei tunc dignus factus est, quando etiam ipse in æquali mensura continentiae fuit. Quid uero Daniel, quomodo in uisione mirabilium fuit: non post uicesimam ieiunij diem: Quomodo uerò tres pueri uim ignis extinxerunt: non per continentiam? Sed & Ioannis ortus uitæ status à continentia procedebat. Ab hac etiam dominus manifestationem suam aspiciat: Continentiam autem dicimus non omnino in totum ciborum abstinentiam; hæc enim uiolenta quædam est uitæ dissolutio, Sed abstinentiam iucundorum ad pietatis scopum, ob sapientiae carnis demolitionem, adaptatam. Et in summa, quarum rerum fruitiones expetuntur ab his qui secundum affectus uiuunt, earum abstinentia necessaria est his qui diriguntur ad pietatem. Non tamen circa solam ciborum uoluptatem, continentiae exercitatio recte perficitur, sed extendit se etiam ad omnem impediens abstinentiam. Quare qui exacte continens est, non uentri quidem dominabitur, à gloria uerò humana superabitur: non concupiscentiam quidem turpem superabit, diuitias uerò non item, neque aliam quandam ingenerosam affectionem, uelut iram aut tristitiam, aut eas quæ ineruditas animas in seruitutem redigere solent. Ferme enim quod in omnibus mandatis uidemus, quod inter se cohaerent, & diuisim alterum ab altero recte fieri impossibile est, hoc ipsum maxime circa temperantiam cernitur: humilis enim est, qui circa gloriam continens est, & inopiae euangelicam mensuram explet, is qui circa pecunias continenter affectus est, & ira expers est, qui indignationem & iram uincit. Sed & linguæ mensuram, & oculis terminos, & auribus minime curiosam auditionem, exacta continentiae ratio definit. In quibus si quis non perseverat, incontinentens est & proteruus. Vides quomodo circa unum hoc mandatum, omnia uelut in choro inter se mutuo cohaerent.

Quaestio XVII

Quod oportet etiam risus continentem esse.

Responsio.

Sed & quod à multis contemnitur, non modica custodia his qui exercentur dignum est. Nam intemperanti ac immodico risu teneri, intemperantiae signum est, & non sedatorum motuum, et quod animae laxitas non exacte ratione comprimatur. Etenim usque ad hilarem risum animae laeticiam detegere non indecorum est, ut indicetur solum id quod scriptum est: Cordis laeti facies floret. Verum cachinnari uoce, & ebullire corpore, non est eius qui animam sedatam habet, neque probati, neque eius qui sui ipsius potens est. Confirmat autem hunc sermonem sapientissimus Solomon, dum ait: Stultus in risu exaltat uocem suam, uir autem sapiens uix quiete ridebit. Hanc risus speciem etiam Ecclesiastes reprobat, uelut animae stabilitatem maxime euertentem, ait: Risum dixi errorem. Et prouerbiorum scriptor: Sicut sonitus spinarum sub lebetem, sic risus stultorum. Et dominus necessarios quidem affectus carnis sustinuisse uidet, & quicumque uirtutis testimonium habent, uelut laborem ac lassitudinem, & ob afflictos misericordiam: risum uero nunquam admisisse, quantum ex euangeliorum historia constat, imò eos qui à risu tenentur miseros pronunciat. At uerò ne fallat uos risus æquiuocatio: familiare enim est scripturae saepe animae gaudium, & hilarem propter bona affectionem, risum nominare: uelut Sara dicit, Risum mihi fecit deus. Et in hoc Beati qui nunc plorant, quia ridebunt. Et in eo quod apud Iob situm est: uerax os implebit risu. Hæc enim omnes uoces pro hilaritate ob animæ gaudium acceptæ sunt. Quare qui omni affectu superior est, et nullam ex uoluptate irritationem admittit, sed continenter et seuerè erga omnem nocuam fruitionem

fruitionem dispositus est, hic sane continens fuerit. Talis autem nimirum & ab omni alienis est peccato. Aliquando uero etiam ab ipsis concessis & necessarijs ad uitam abstinentem est, quum ob fratrum nostrorum utilitatem abstinentia disponitur. Sic Apostolus, Si cibus, inquit, scandalum afficit fratrem meum, non edam carnes in æternum: & quum haberet potestatem uiuendi ex euangelio, non usus est potestate, ut ne offensionem præberet euangelio Christi. Est igitur continentia, peccati sublatio, affectuum ab alienatione, corporis mortificatio usque ad ipsos naturales affectus ac cupiditates, uitæ spiritualis principium, æternorum bonorum largitrix, in seipsa stimulum uoluptatis disperdens. Voluptas enim est magna illa mali inescatio, propter quam omnes homines facile ad peccatum dilabimur, à qua omnis anima uelut ab hamo, ad mortem trahitur. Quare qui non ab ipsa effeminatur, per continentiam ad omnem peccatorum fugam peruenit. Si uero plurima quidem effugit, ab uno uero tenetur, non continens talis existit: quemadmodum & qui ab uno affectu corporali infestatur, non sanus est: & qui unius etiam uulgaris cuiuscumque imperium fert, liber non est. Reliquæ igitur uirtutes, quia in occulto peraguntur, raro hominibus apparent. Continentia uero ab ipso congressu habentem notum facit. Quemadmodum enim athletam carnositas & coloris bonitas delineat, Sic Christianum macies corporis, & color ex continentia efflorescens, ostendit quod reuera athleta est mandatorum Christi, in corporis debilitate inimicum suum superans, & potentiam in pietatis certaminibus ostendens: iuxta id quod dictum est, Quum infirmus sum, tunc potens sum. Quantum lucrum est uidere solum continentem, uix & paulatim necessaria attingentem, & uelut ministerium onerosum naturæ persoluentem, & ægreferentem tempus immorandis his, & cito à mensa resilientem ad operum studium: Arbitror equidem nullam rationem proterui circa uentrem intantum animam attingere, & ad transmutationem inducere, quantum uel solum continentis occursum. Atque hoc est uelut apparet, ad gloriam dei edere ac bibere, ut etiam in mensa luceant bona nostra opera, ut glorificetur pater noster qui in caelis est.

Quaestio XVIII.

Quod oportet omnia nobis apposita degustare.

Responsio.

Necessario uero etiam illud insuper decernatur, quod ad castigationem corporis negligi non potest à pietatis decertatoribus continentia. Omnis enim qui certat, omnino continens est. Quo uero ne coincidamus in inimicos dei, qui propriam conscientiam caterio inuistam habent, & propterea à cibus abstinent, quos deus creauit assumendos à credentibus cum gratiarum actione: contingere quidem singula oportet, occasione ita ferente, quo ostendatur uidentibus, quod omnia munda mundis, & quod omnis creatura dei bona, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione sumitur. Sanctificatur enim per uerbum & presentiam dei. Et tamen sic quoque continentiae scopum custodire oportet, ita ut uilioribus & necessarijs ad uitam usque ad necessitatem immoremur, & in his satietatis detrimentum declinemus: ab his uero quæ ad uoluptatem parata sunt, penitus abstinemus. Sic enim uoluptatis studiosorum affectum excindemus, & cauterio inuistam habentes conscientiam, quantum in nobis est curabimus, & nos ipsos à suspitione utriusque liberabimus. Cur enim, inquit, libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Continentia ostendit eum qui mortuus est cum Christo, & qui mortificauit sua ipsius membra terrena. Hanc nouimus temperantiae matrem, sanitatis largitricem, fructificationis honorum in Christo impedimenta abunde tollentem: si quidem iuxta domini uocem, curæ huius seculi, & uitæ uoluptates, & concupiscentiae circa reliqua suffocant uerbum, & infructuosum redditur. Ab hac & daemones aufugiunt, quum ipse dominus docuerit nos, quod hoc genus non exit, nisi per orationem & ieiunium.

Quaestio XIX.

Quæ sit continentiae mensura.

Responsio.

In animæ quidem affectionibus una continentiae mensura est, perfecta ab alienatione eorum quæ ad perniciosam uoluptatem tendunt. Verum in cibus, quemadmodum alia aliorum sunt necessitates, secundum ætates ac studia, & ad corporis habitum proprie diuisæ. Sic sane etiam usus mensura diuersa est, itaque modus: ut una regula omnes pietatis exercitatores comprehenderet.

hendere impossibile sit. Decreta autē circa sanos mensura, ab hac euariationem ad ea que singulis accidunt sagaciter fieri ab œconomia præfectis permittimus: neq; enim singula sermone comprehendī possunt, sed quæ à communi & uniuersali doctrina dependent. Nam ægrotorum solatia ex cibis, aut eius qui aliās propter operarum assiduitatem fatigatus est, aut eius qui ad laborem præparatur, uelut profectiōem aut aliud quid laboriosum, præfecti pro necessitatis ratione semper disponunt, sequētes eum qui dixit: Distribuebatur unicuique prout quis opus habebat. Neq; igitur tempus cibi idem omnibus sanciri potest, neq; modus, neq; mensura: uerū communis scopus sit necessitatis expletio. Nam superimpleri uentrem & degrauari cibis, maledictio dignum est, uelut dominus dixit: Væ uobis qui repleti estis nunc, & ipsum corpus inutile ad actionem facit, & ad somnū procliuē, & ad detrimenta paratius. Nec uerò iucunditatē eius finem facere oportet, sed necessitatem ad uitam, reprobata uoluptatis proteruitate. Seruire enim uoluptatibus, nihil aliud est quàm deum facere suum uentrem. Quum enim corpus nostrū dum semper euacuatur ac diffluit, repletionē indigeat, quapropter etiā naturales sunt ciborum appetitus, ipsa recta usus ciborum ratio euacuati expletionem indicit, ad animalis conseruationem, siue siccū siue humidū alimentū inopia facta fuerit. Itaq; quod nos minus curioso apparatus a necessitate liberaturum est, hoc ipsum offerendum est. Declarat autem hoc ipse dominus, dum fatigatā multitudinē epulo excepit, ut ne deficeret in uia, uelut scriptum est. Nam quum posset miraculum extendere in deserto, per sumptuosum apparatus, ita tenuem ac minime superfluum cibum ipsis parauit, ut panes quidem ordea cel essent, & piscis pars ad panem. Cæterum de potu ne mentionem quidem fecit, tanquam per se naturali & necessitatibus sufficiente aqua omnibus propolita: nisi alicui propter infirmitatem nociuus sit talis potus, ut reprobandus sit iuxta Pauli consiliū ad Timotheum. Sed & omnia quæ cunctis conspicuum detrimentum habent reprobanda sunt. Inconscientaneum est enim propter corporis conuersionem cibos eligere, & per ipsos rursus corpus debellare, & impedimento ipsi esse ad mandati ministerium. Idem autē hoc etiam exemplum est nobis, ut animam nostram aduefaciamus fugere nociua, etiam si iucunditatem habeant. Oportet autē omni modo id quod paratu facilius est præferre, ut ne contentiæ prætextu curiosi sumus circa pretiosiora & sumptuosiora, præciosa condimenta edulsa condientes: sed id quod in unaquaque regione facile haberi potest, et uile est, & multis ad usum paratum, eligamus: ita ut ex indutitijs solis his utamur quæ ad uitam necessaria sunt, uelut oleo & huiusmodi, & si quid ad necessarium infirmorum solatium commodum est, atq; hoc si citra curiositatem tumultusq; ac distractiones contingere potest.

Quæstio XX.

Quis sit modus excipiendi in cibis.

Responsio.

Vana gloria, & studium complacendi hominibus, & facere quid ad ostentationē, omnino in omni negotio Christianis interdictum est, quando sanè & qui ipsum mandatum ad hoc ut spectetur ac glorificetur ab hominibus facit, mercedem ob ipsum perdit. At uerò his qui omnem humilitatis speciem propter Domini mandatum susceperunt, præcipue fugiendus est omnis uanæ gloriæ modus. Quando uerò externos uidemus paupertatis humilitatem uerentes, & omnē ciborum uolulentiam ac sumptuositatem apparatus, ubi aliquem peregrinum hospitio exceperint: timeo ne & nos latenter idem affectus attingat, & deprehendamur erubescētes ob paupertatem à Christo beatam prædicatam. Quemadmodum igitur uasa argentea, aut uela purpurea, aut stratum molle, aut uestitum illustrem, extrinsecus comparare non est nobis decorū: sic neq; cibos excogitare multū à nostra diæta euariantes. nā circūcurrere nos perscrutando ea que nō ad necessarium usum requirunt, sed ad miserā uoluptatē & perniciosam uanā gloriā excogitantur, nō solum turpe et dissonū proposito nobis scopo est, sed etiā nō uulgare detrimentū habet: quū hi qui in delicijs uiuunt, et corporis uoluptatibus beatitudinē metuntur, citra eadē curas etiā nos uersari uident, circa quas illi admiratiōe ac stupore ducti hærent: si enim male ac fugientes sunt deliciae, nunq; à nobis eligendæ sūt. Nullū, n. condēnatū ad tēpus comōdū esse potest. Deliciatē, et primarijs unguētis illinunt, & excolatū uinū bibūt, à scriptura accusant: et ob delicias uida uita mortua esse dicūt. Et diues priuatus est paradiso ppter delicias huius uitæ.

Quid

Quid igitur nobis cum sumptuositatibus? Accessit quis peregrinus? si quidem frater est, & eundem uitæ scopum habet, propriam mensuram agnoscat. Quæ enim domi reliquit, ea inueniet apud nos. At fatigatus est ex itinere: tantum ipsum præponimus quantum lassitudo mitigetur. Alius accessit de externa uita: discat per opera, quæ sermo ipsi nō persuasit, & accipiat formam ac picuram sufficientiæ in cibis, permaneant in ipso monumenta mensæ Christianorum, & paupertatis nō pudefientis propter Christum. Si uerò non attendit, sed deridebit, rursus nobis molestus non erit. Nos autē ubi aliquos diuites uiderimus, qui fructiōnē iucundorum inter prima bona ponunt, multū suspiramus ob ipsos, quia in uanitate omnē uitā consumentes, & uoluptates sibi ipsis deum facientes, in hac uita bonorum partē se recipere nō sentiunt, per præsentis delicias ad paratum ignē & in ipso ardorem euntes. Et si occasio ita se obtulerit, neq; ad ipsos illos hæc dicere cunctamur. Si uerò ipsi quoq; in ipsa detineri uoluerimus, & iuxta facultatē in nobis existentē, tum ea quæ ad uoluptatē spectant requirere, tum ad ostentationē parari: uereor ne quæ destruiamus, ea edificare uideamur, et per quæ alios iudicamus, iudicari, quum cōpositē uita uitamur, et aliā aliter transformemur. Nisi fortassis etiā uestitus nostros permutabimus, ubi cū splendidioribus cōgrediemur. Si uero hoc turpe est, multo turpius est propter delicatas mensam nostrā transmutare. Vniuersalis est Christiani uita ac uictus, unum scopū habēs gloriam dei: siue enim editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia ad gloriā dei facite, in Christo loquens Paulus ait. Multi formis autē & uariis est externorum uictus, ut qui aliā aliter ad accedentium complacentiā transformatur. Quare & tu per copiam ciborum & curiositatem, fratis tui mensam ad uoluptatē transmutans, studium uoluptatis in ipso accūtas, et cōtra ipsius gulositatem opprobria diffundis per ea que instruis redarguens ipsius circa hæc uoluptatē. Aut non sæpe specie & modo apparatus conspexit, contemclauimus quis esset, aut quid nam esset, qui uel quod expectaretur? Nō laudauit Martham quæ ad multum ministerium distrahebatur, dominus: sed sollicita es, inquit, & turbaris circa multa. Paucis autē uel uno est opus, paucis quidem ad apparatus uidelicet, uno uerò scopo ut necessitas expleatur. Ipse porro dominus qualem quinque milibus apposuerit cibū non ignoras. Vtrum autem Iacob ad deum est? Si dederis, inquit, mihi panem ad edendum, et pallium ad amictum: non si dederis delicias mihi & sumptuositatem. Quid uero sapientissimus Solomon? Diuitias & paupertatem, inquit, ne dederis mihi, uerū dispone mihi quibus opus habeo sufficientia, ut ne satiatus mendax fiam, & dicā, quis me uidet? aut pauper furer, & peierem nomen dei mei. Diuitias quidem satietatem esse decernens: paupertatem uero perfectam penuriā rerum ad uitam necessariorum: per sufficientiam uero, neq; inopiam, neq; superfluitatem rerum ad uitæ usum requisitarum ostendens. At uerò sufficientia alia alij est, iuxta corporis habitum, & propositam necessitatē. Huic enim ubertiore ac fortiore alimento opus est, propter laborem, illi uerò tenuiore ac leuiore & per omnia cōueniente, propter infirmitatem. In cōmuni uerò omnibus uiliore et parabiliore. In omnibus autē necessaria est diligentia, & proba mensuræ cura, ut nusquā necessitatis terminos transgrediamur. At ipsius exceptionis finis sit, id quod ab uniuscuiusq; accedentium necessitate requiritur. Velut utentes, inquit, mundo hoc, & non abutentes. Abusus autē est sumptus supra necessitatem. Non habemus pecunias: utinam neq; haberemus. Non sunt plena horrea nostra: diarium est enim nostrū alimentum, uictus per manus. Cur igitur datum à deo esurientibus, alimentū ad uoluptates deliciosorum insumimus: utrinq; peccantes, & illis afflictiones ex inopia augentes, & his detrimenta ex satietate intendentes.

Quæstio XXI.

Quomodo oportet se circa sedes & accubitus in tempore prandiorum aut cœnarum habere.

Responsio.

Quādo quidem præceptum est dñi ubiq; ad humilitatē nos aduefaciens, ut & in prædijis accumbētes postremū locum poccupemus: necesse est ut qui oīa secundū mandatum facere studio habet, neq; hoc præceptum negligat. Si quidē igitur mundani quidā nobiscum accumbant, exemplum ipsis etiā ex hac parte fieri nos cōuenit, ut nō extollantur, neq; primum locū querāt. Vbi uero oēs iuxta æquale scopum cōueniunt, quo in omni tempore humilitatis suæ pbatōnē dent, extremū quidē occupare locū ad oēs iuxta dñi præceptum pertinet.

pertinet, & tamen rursus contentiose circa hunc occupandum protrudi, reprobandum est, uelut quod bonam ordinis disciplinā destruat, & tumultus causa sit. Sed & inter nos mutuo pertinaces esse, & de hoc contendere, similes nos faciet his qui de primatu certant. Quapropter oportet etiam hic consideratē id quod nobis decorum est decernēdo ac statuendo, ei qui suscipit permittere etiam accumbendū ordinem, quēadmodum etiam dominus admonuit: patri familias cōuenire dicens, harum rerum dispositionem. Sic enim & mutuo sufferemus nos in dilectione, omnia honeste & secundum ordinem facientes, & non ad multorum ostentationem, neque per lusum humilitatem exercere, per obstinatā ac uehementem contradictionem demonstrabimus, imō magis per obedientiam humilitatem perpetrabimus: maior enim est ex contradictione arrogantiae significatio, quam ex primo accubitu, ubi ex praecepto ipsum susceperimus.

Quaestio XXII

Quod sit decorum Christiano indumentum.

Responsio.

Superiore sermone humilitatem necessariam esse ostendimus, & simplicitatem ac in omnibus uilitatem ac sumptus tenuitatem, ut paucae distractionū occasionēs ex corporalibus necessitatibus nobis contingant. Ad illos igitur scopos etiā indumenti rationem sequi oportet. Si enim studio habere nos conuenit ut omnium postremi simus, nimirum & in hoc extremas praestantissima existit. Quemadmodum enim gloriae cupidi, etiam ex indumentorum amictu gloriae sibi ipsi uenantur, specuari & imitationis exemplum in uirtutis sumptuositate esse ambientes, Sic uidelicet cōuenit eum qui ad extremum uitam suam per humilitatem deiecit, etiam in his postremum omnium eligere. Sicut enim in publica coena Corinthij accusantur, uelut sumptuositate sua eos qui non habent confundentes: sic nimirum & in communi ac in conspicuo indumentorum usu, habitus is qui multos excedit, uelut per comparisonem pauperem pudescit. Quum autem Apostolus dicat: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes: expendat unusquisque aquid se ipsum, utra similitudo cōuenientior sit Christianis, ad eos ne qui in regijs aulis habitant, & mollibus uestibus amicti sunt, aut ad angelum & praecōnē aduentus domini, quo maior inter natos mulierum non surrexit; Ioannem dico Zachariae filium, cuius indumentum erat ex pilis cameli. Sed & ueteres sancti in pellibus ouillis ac caprinis obambulant. Scopum autem usus proposuit Apostolus per unam dictionem, inquiens: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus, tanquam solo tegimento opus habeamus, & non etiam ad interdictum uarietatis & ornatus ex ipsa uitium delabamur, ut ne quid grauius dicam. Haec enim postea per superfluam artium uanitatē in uitam introducta sunt. Manifestus est autē etiam primus tegumentorum usus, quem ipse dominus in digentibus dedit, Fecit ipsis, inquit, deus tunicas pelliceas. Nam ad pudendorum obelationem sufficiebat etiam talis tunicarum usus. Quandoquidē uerō etiam alius incidit scopus, ut per tegumenta foueamur, necesse est utrorumque usum appositum esse, ut contegant nobis pudenda, & auxilio sint aduersus aeris detrimenta. Quando uerō etiam in his ipsis, alia sunt multum utilia, alia minus, consequens est ut praeferamur ea quae ad plures usus trahi possunt, ut neque inopiae ratio laedatur. Et ne alia sint nobis ad ostentationem praeparata, alia uerō ad domesticum usum. Atque haec rursus alia diurna, alia nocturna in tegimenta. Verum unius talis acquisitionem excogitare oportet, quod ad omnia nobis sufficere potest, tum ad decorum ac honestum interdiu amictum, tum ad necessarium in nocte. Ex hoc autem contingit ut nos etiam habitu inter nos communicemus, & ut uelut proprius quidam character etiam ex indumento Christiano incumbat. Nam quae ad unum scopum tendunt multa nobis cōmunia sunt. Utilis est autem & uestitus proprietatis praedicans unumquemque & praecōtestans professionem uitae secundum deum, ut etiam consequenter actio ab his qui nobis obueniunt exigatur. Non enim similiter indecorum & turpitudine in uulgaribus, & in his qui magna profitentur, apparet. Plebeium etenim aut alii quem ex uulgo dantem plagas aut accipientem publice, & uoces indecoras emittentem, & in tabernis uersantem, & alia his consimilia indecore facientem, nemo facile obseruauerit, ut qui ea quae sunt toti uitae proposito cōsentanea expectet. At eum qui in professionis sinceritate positus est, etiam si forte aliquid officiorum neglexerit, omnes obseruāt, & opprobrij

& opprobrij loco obijciunt, facientes id quod dictum est, conuersi rumpent uos. Quare uelut institutio quaedam est infirmioribus, ad hoc ut etiam inuiti a uitijs arceantur, ipsa per habitum professio. Quemadmodum igitur proprium quiddam est militis in uestitu, & alius est senatoris, & alius alterius, ex quibus ut plurimum dignitates ipsorum coniciamus. Sic etiam quandam esse Christiani proprietatem in uestitu, decorum & consentaneum est, quae ornatus honestatem ab Apostolo tradita conseruet. Hic enim nunc Episcopum ornatum esse decernit, nunc mulieres in uestitu ornato esse praecipit, ita nimirum ut ornatus uox iuxta proprium Christiani scopum accipiatur. Eadem autem ratio mihi etiam de calcamentis est, ut quod minime curiosum est & parabilius, & ad necessitatis scopum sufficiens, in omni tempore praefatur.

Quaestio XXIII. De cingulo.

Cinguli usum necessarium esse declarant etiam priores sancti. Ioannes quidem coriaceo cingulo lumbos suos adstringens, Et eo adhuc prior Helias, Scriptum est enim uelut quaedam uiri proprietates, hoc: Vir hirsutus, & zonam coriaceam circa lumbos suos habens. Sed & Petrus cingulo usus ostenditur, uelut patet ex angeli uerbis ad ipsum dicitis: Praecingere & subliga calceos tuos. Et beatus Paulus ex prophetia Agabi de ipso, cingulo usus fuisse apparet. Virum enim cuius est cingulum hoc, sic ligabunt inquit, in Hierosolymis. Et Iob praecipitur a domino ut cingatur. Nam uelut uirilitatis cuiusdam, & ad opera promptitudinis signum: Cinge, inquit, uelut uir lumbos tuos. Et palam est quod omnibus discipulis domini familiaris fuerit cinguli usus, quibus interdictum fuit, non habere as in zonis, & alias eum qui per se aliquid operari uelit, necesse est succinctum & expeditum esse ad motus, ut etiam zona ipsi sit opus, per quam tunica ad corpus contrahatur, & magis sanē ipsum fouebit quae undiquaque circumplicata est, & ut expeditus sit ad motus exhibebit. Nam & dominus quum ad ministrandum discipulis praeparabatur, accepto linteo cinxit se. Caeterum de multitudine indumentorum nihil opus est dicere, quā in tractatu de inopia, antea satis haec res a nobis sit expensa. Si enim ei qui duas tunicas habet praecipitur, ut impertiat ei qui non habet: nimirum plurium sui causa possessio interdicta est. Quibus igitur duas tunicas habere interdictū est, his quod opus est de usu legē ferret.

Quaestio XXIII

Quum haec sufficienter nobis tradita sint, consequens fuerit nos discere de modo mutuae inter nos conuersationis.

Responsio.

Quum Apostolus dicat, Omnia decore & secundū ordinem fiant, illam existimamus decoram esse & ordinatam cōuersationem in credentium coniunctione, in qua membrorum corporis ratio conseruatur, ut alius quidem oculi uim obtineat, is cui cōmunis cura concredita est, tum in examinatione eorum quae facta sunt, tum in prauiuisione ac consideratione fiendorum: alius uerō auris aut manus, tum in audiendo, tum in operando, ea quae ad se pertinent, & deinceps unusquisque uniuscuiusque. Itaque scire oportet, quod quemadmodum inter membra non uacat periculo, si unum quodque officium suum negligat, aut altero non utatur ad id ad quod factum est a conditore deo. Siue enim manus, siue pes, non obediat oculi ductui, illa quidem necessario ob corruptionem totius perniciem incurret, hic uero offendet, aut etiam per praecipitia deferetur. Siue oculus nictauerit ut non uideat, necesse est & ipsum corrumper cum alijs membris praedicta patientibus. Sic neque praefecti negligentia periculo uacat, qui pro omnibus condemnatur, neque obedienti inobedientia detrimento ac damno caret: imō abundantius periculosa est si etiam alijs offendiculo sit. Unusquisque igitur in proprio loco studij diligentiam ostendens, & Apostoli preceptum explens dicitis: Studio non segnes, promptitudinis laudem habebit. Verum in negligentia, contraria, miseri uidelicet praedicationem, & ipsum uae, Maledictus enim, inquit, omnis qui facit opera domini negligenter.

Quaestio XXV

Quod horrendum imminet iudicium praefectio peccantes non coarguentis.

Quapropter qui communem curam sibi commissam habet, sic afficiatur uelut qui rationem reddere debeat de singulis, gnarus quod si inciderit in peccatum unus frater, quum non praedixerit ipsi iustificati onem dei, aut illapsus perseuerauerit, non doctus modum

correctionis, sanguis ipsius ex manibus eius requiretur, uelut scriptum est: & maxime si non propter ignorantiam neglexerit aliquid ex complacentibus deo, sed propter adulationem unā cum uniuscuiusque uitij circumferatur, & administrationis sinceritatem exoluat. Qui enim beatos praedicant uos, inquit, seducunt uos, et semitam pedum uestrorum turbant: qui uero turbat uos, portabit iudicium, quisquis sanē fuerit. Quapropter ut ne hoc patiamur, sequenda est nobis Apostolica regula, in conuersatione cum fratribus. Neque enim unquam, inquit, in sermone adulationis fuimus uelut scitis, neque occasione auaritia, deus testis est, neque quæretes ex hominibus gloriam, neque à uobis, neque ab alijs. Qui igitur ab his affectibus purus est, fortassis ductum minime erroneum, sibique meritorium & sequentibus salutarem perfecit. Qui enim non propter humanos honores, neque ut ne offendant peccantes, quo ipsis iucundus sit & gratus, uerū in dilectione operam locat, is cum dicendi libertate profert sermonem, non fucate et sincere, non optans in ulla re adulationem ueritatem, ut conueniant ipsi etiam ea quæ consequenter dicta sunt. Sed fuimus benigni in medio uestro, uelut si nutrix foueat liberos suos, ita desiderantes uos cupides, uolebamus tradere uobis, non solum Euangelium dei, sed etiam animas nostras. Qui uero non sic se habet, dux est cæcus, & seipsum præcipitans, & sequentes simul inducens. Quantum quidem igitur malum sit, pro ducatu erroris causam fratri fieri, ex relatis signis contemplari licet. Est autem & hoc signum, quod mandatum dilectionis non peragatur: nullus enim pater negligit filium suum in foueam casurum, aut illapsum in ruina dimittit. Quanto autem magis horrendum est, animam in profundum malorum incidere in interitum dimitti, quid attinet dicere? Obnoxius igitur est fraternitati, ut pro animis ipsorum uigilet, & curet quæ ad salutem uniuscuiusque pertinent, uelut rationem daturus, curetque in tantum ut etiam usque ad mortem studium suum pro ipsis ostendat, non solum iuxta communem erga omnes dilectionis Domini rationem, ut quis animam suam ponat pro amicis suis, sed etiam iuxta propriam eius qui dixit: ita desiderantes uos cupides, uolebamus tradere uobis non solum Euangelium dei, sed etiam animas nostras.

Quæstio XXVI.

Quod oportet omnia, etiam occulta cordis referre ad præfectum.

Oportet etiam unumquemque ex subditis, si quidem memorabilem profectum ostendere uelit, & in habitu uitæ secundum domini nostri Iesu Christi præceptum esse; nullum animæ motum occultum apud seipsum seruire, nullumque sermonem citra examinationem proferre, sed occulta cordis denudare his qui fide & autoritate præditi sunt fratribus, ut cum misericordia ac condolentia infirmorum curam gerant. Sic enim quod laubile est confirmatur, quod uero reprobum, conueniente medela curatur: & ex tali exercitatione, accessione paulatim contingente, profectio ipsa nobis accedit.

Quæstio XXVII.

Quod oportet etiam præfectum commonefieri à præminentibus in fraternitate, si quando erret.

Responsio.

Quemadmodum autem præfectus obnoxius est, ut deducat fraternitatem in omnia: Sic rursus etiam ad reliquos pertinet, si quando aliquod delictum suspectum fuerit circa præfectum, ut ipsum commonefaciant. Ut ne autem bonus disciplinae ordo dissoluatur, præminentibus & ætate & prudentia, permittere oportet commonefactionem. Si quidem igitur fuerit aliquid correctione dignum, fratri auxilium & utilitatem tulimus, & nobis ipsis per illum, ubi eum qui uelut regula uitæ nostræ est, & sua rectitudine obliquitatem ac peruersitatem nostram corrigere debet, ad rectitudinem composuerimus. Si uero frustra aliqui ob ipsum turbati fuerint, certiores redditi per manifestationem eorum, quæ non cum ueritate fuerunt suspecta, à discrimine ob ipsum liberantur.

Quæstio XXVIII.

Quomodo affici oportet omnes erga inobedientem.

Responsio.

Cæterum ei qui segniter affectus est ad obediendum mandatis domini, primum omnes condolere oportet, uelut morbofo membro, & per proprias ac priuatas cohortationes præfectum conari, ut infirmitatem ipsius corrigat. Perseuerantem uero in inobedientia,

entia, & correctionem non admittentem, grauius coarguere coram tota fraternitate, & cum omni exhortatione adhibere ipsi medelas. Vbi uero nihil reueretur post multam admonitionem, neque seipsum in operibus sanat, uelut ipsum suum pestem iuxta prouerbum, cum multis quidem lachrymis ac lamentis, attamen uelut membrum corruptum & penitus inutile, ad medicorum imitationem à communi corpore refecare. Nam & illi quodcumque membrum repperint incurabili affectu occupatum, ut ne detrimentum amplius diffundatur, & uicinas partes ob continuitatem corrumpat, sectionibus & uisuris eximere solent. Id quod etiam nobis in aduersantibus mandatis domini, aut impediētibz ipsa, necessario facere licet, iuxta ipsius domini præceptum qui dixit: Si oculus tuus dexter te offenderit, erue ipsum & proijce à te. Nam humanitas erga tales consimilis est ineruditæ benignitati ipsius Heli, quæ erga filios præter uoluntatem dei usus reprehenditur. Proditio igitur ueritatis est, & fraus quæ tenditur communitati, & assuefactio ad id ut uicia in differentia esse putentur, benignitas erga malignos ostensa, quum iam non fiat id quod scriptum est: Non potius luxistis, ut tolleretur de medio uestro qui hoc facinus perpetravit, sed ex necessitate contingat id quod infertur: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Peccantes autem, inquit Apostolus, coram omnibus reprehende. & causam statim subdit dicens, ut et reliqui timorem habeant. In summa, qui non admittit mendaciam quæ ipsi à fratre adhibetur, ipse sibi ipsi dissonus est. Si enim non sustinet subijci, et suam ipsius uoluntatem defendit, cur est cum ipso? cur præsidem ipsum uitæ suæ inscribit? Qui uero semel sustinuit in fraternitatis corpore connumerari, si delectus fuerit ut membrum ministratorium fiat, etiam si supra uires esse uisum fuerit quod præceptum est, reiecto iudicio in eum qui præter uires præcepit obsequium & obedientiam usque ad mortem ostendat, memor domini, quod factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. At uero rebellare ac contradicere, multorum malorum declarationem habet, mortuum fidei, dubitationem spei, elationem & arrogantiam morum. Neque enim inobediens est quisquam, qui non prius consultorem contempserit. Nec uero qui promissionibus dei credit, & firmam in ipsis spem habet, unquam ad ea quæ præcepta sunt piger erit, etiam si laboriosa fuerint, gnarus quod non sunt dignæ afflictiones huius temporis ut comparentur ad reuelandam gloriam. Et qui persuasus est, quod humilians seipsum exaltabitur, ampliore promptitudine respectus eius qui præcepit, ostendit: quum sciat quod præsens afflictionis leuitas, perpetuam gloriæ grauitatem iuxta excellentiam operatur.

Quæstio XXIX.

De eo qui cum elatione aut murmuratione operatur.

At uero eius qui murmurauit, aut in elatione compertus est opificium, non permisceri oportet opificio, ab his qui humiles sunt corde ac contriti spiritu siente, & omnino à pijs non insumi. Propterea quod id quod altum est inter homines, abominatio est coram deo. Et aliud est præceptum Apostoli dicentis: Neque murmurate, quemadmodum alij qui uestrum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et hoc: non ex moerore aut necessitate. Inacceptabile igitur est talium opus, uelut uictima reprehensibilis, quod aliorum opificio ammisceri pijs non est. Si enim hi qui alienum ignem altari adhibuerunt, tantam iram experti sunt, quomodo non fuerit periculosum ab affectu inimico ipsi deo profectum opus, ad mandatorum dispensationem assumi? Quæ enim est societas iustitiæ & iniquitati? aut quæ fors credenti cum incredulo? Quapropter dicit lex, qui sacrificat mihi uitulum, est uelut qui occidit canem: & qui offert simlaginē, uelut qui sanguinem suillum. Vnde necessario pigri & contradicentis opera à fraternitate abalienantur. Atque huius partis diligentem curam præfectos facere oportet, ut neque ipsi dogma corrumpant eius qui dixit: Ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabat in medio domus meæ qui facit superbiam: neque eum qui peccatum præcepto ammiscet, & opificium laboris segnitie inquinat, aut prærogatiuæ elatione, adificent ut per maneant in peruersitate, propterea quod ipsi eum assumunt, neque sinunt ipsum ad propriorum malorum intelligentiam peruenire. Oportet igitur etiam ipsum præfectum persuasum esse, quod non præsidere fratri secundum rationem, grauem ipsi & ineuitabilem iram inducit. Sanguis enim illius ex manibus ipsius requiretur. Et subditum ita præparatum esse oportet, ut ad nullum præceptum quantumuis graue tardus sit, ea fiducia præditus,

quod merces multa est in caelis. Itaque eum qui obedit, exhilaret spes gloriae, ut in omni gaudio & patientia opus domini fiat.

Quaestio XXX

Quo affectu oportet praefectum fratrum curam gerere.

Responsio.

Praefectum ne elatum faciat dignitas, ut ne & ipse à beatitudine humilitatis excidat, aut etiam elatus in iudicium diaboli incidat. Verum illud credat, quod plurimum cura, plurimum est ministerium. Quemadmodum igitur qui multis sauciatis ministrat, & singulorum uulnerum sanies detergit, & auxilia iuxta subiecti mali proprietates adhibet, hoc ipsum ministerium non elationis occasionem sumit, sed potius humilitatis studij ac sollicitudinis: Sic multo amplius is cui medela infirmitatum fraternitatis concredita est, uelut omnium minister, & pro omnibus ratione daturus, meditari ac sollicitus esse debet. Hoc enim modo recte assequetur scopum, uelut dominus dixit: Si quis uult inter uos esse primus, sit omnium ultimus, & omnium minister.

Quaestio XXXI

Quod oportet exhibitum à praefecto ministerium suscipere.

Responsio.

Oportet autem & corporale ministerium, quod exhibetur ab his qui in fraternitate praeminere uidentur, eos qui ex uulgo sunt suscipere. Nam humilitatis ratio & maiorum minister suggerit, & minori ut sibi ministrare permittat non in conueniens ostendit. Exemplum enim domini ad hoc nos deducit, qui pedes discipulorum suorum lauare non esse indignatus, quum illi ad hoc resistere non fuerint auli. Sed & qui ob multam reuerentiam primum non admisit Petrus ipse, statim seipsum ad obedientiam commutauit, ubi inobedientiae periculum didicisset. Non est igitur quod timeat subditus, ne ab humilitatis scopo aberrat, si quando ministerium à maiore admittat. Nam doctrinae gratia aut potius manifesti exempli, magis quam necessarii usus, ministerium ipsi exhibetur. Itaque in obedientia & imitatione humilitatem ostendat, & non reluctans, in humilitatis specie uerba ac arrogantiae opus faciat. Contradictio enim sui ipsius potestatem & nulli subiectum esse ostendit. Inflationis igitur magis & contemptus demonstrationem habet, & non humilitatis, ac obedientiae in omnibus. Quapropter necessarium est obedire ei qui dixit: Sufferentes uos mutuo in dilectione.

Quaestio XXXII

Quomodo oportet erga cognatos secundum carnem affici.

Responsio.

Eos equidem qui semel suscepti sunt in fraternitatem, non permitti oportet à praefecto, ut ad aliquid faciendum se abalienent, neque praetextu uisitationis cognatorum secedant a fratribus, & intestatam uitam degant, neque curas habere permitti ob praefecturam cognatorum secundum carnem. In totum enim reprobatur diuinus sermo, ut meum & tuum in fraternitate dicatur. Erat enim, inquit, credentium cor unum & anima una, neque quisquam aliquid eorum quae possidebant, suum esse dicebat. Itaque parentes alicuius atque fratres secundum carnem, si quidem secundum deum uiuunt, ab omnibus in fraternitate uelut communes patres aut cognati curentur. Quicumque enim fecerit, inquit Dominus, uoluntatem patris mei qui in caelis est, hic frater meus est, & soror, & mater. Sed & horum curam pertinere ad praefectum fraternitatis approbamus. Si uero implicati sunt communi uitae, nulla nobis communis est ratio ad ipsos, qui honestatem & affectionem Domino citra distractionem perficere studio habemus. Nam supra hoc quod illis nullam utilitatem exhibemus, insuper & nostram ipsorum uitam tumultibus & turbatione replemus, & peccatorum occasiones attrahimus. Sed neque uenientes ad uisitationem eorum qui illis aliquando familiares fuerunt, si mandata Dei contempnant, & opus pietatis uilipendant, consentaneum est admittere, ut qui non diligant dominum qui dixit: Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Quae est autem societas iustitiae & iniquitatis aut quae fors credenti cum incredulo? & quia maxime omnibus modis studiosum esse oportet, ut ab his qui adhuc in recte factorum exercitio sunt, occasiones ad peccandum auferamus, quarum maxima est memoria prioris uitae: ne quando patiantur id quod dictum est: Con-

est: Conuersi sunt cordibus suis in Aegyptum: id quod in frequenti conuersatione conuinciorum secundum carnem plerumque contingit. In summa, neque cognatum, neque externum permittere oportet ut sermones aliquos cum fratribus habeat, nisi persuasi fuerimus de ipsis, quod ad aedificationem & componendas animas colloquantur. Si uero sermone opus sit ad eos qui semel in nos inciderunt, ab his qui autoritate ac fide praediti sunt, sermonis beneficium contingat, uelut qui facultatem habent ut cum scientia dicant ac audiant ad fidei aedificationem: quum manifeste Apostolus doceat, non omnibus adesse sermonis facultatem, dum ait: Alij enim per spiritum datur sermo sapientiae, alij sermo scientiae. Et alibi: Ut potens sit exhortari in sana doctrina, & contradicentes redarguere.

Quaestio XXXIII

Quis modus sit congressus ad sorores.

Responsio.

Qui semel nuptias abnegauit, abnegabit nimirum multo prius curas, quas Apostolus ei qui uxorem duxit adscribit, quomodo uxori suae placeat, & purgabit seipsum omnino ab omni sollicitudine ad complacentiam uxoris fiende; timens iudicium eius qui dixit: Dispersit deus ossa eorum qui hominibus complacere student. Quare ne cum uiro quidem congruere ad complacentiam sustinebit. Verum studij gratia quod unicuique à proximo iuxta Dei praecipuum debetur, necessitate exigente, ad congressum deueniet. Nec uero simpliciter prout quisque uoluerit, congressum concedere oportet, neque tempus ad hunc, neque locus omnis idoneus est. Sed si quidem uoluerimus nemini offendiculo esse iuxta Apostoli praecipuum, neque Iudaeis, neque Graecis, neque ecclesiae Dei: omniaque decore ac secundum ordinem facere, & omnia ad aedificationem, necesse est et personam, & tempus, & necessitatem, & locum, decenter deligere, per quae omnia praue suspitionis etiam umbra omnis fugabitur. Reuerentiae autem & temperantiae demonstratio omni modo apparebit in his qui probati sunt ac delecti ad hoc, ut se mutuo uideant, & de complacentibus Deo consulant, & secundum corporis necessitatem, & animarum curam. Sint autem non pauciores quam duo ex unaquaque parte, Nam una persona suspicioni ac calumniae facile exposita est, ut ne quid amplius dicam, & infirmior ad ea quae dicuntur confirmanda: quum scriptura manifeste enunciet, In duobus aut tribus constitui omne uerbum: neque plures quam tres, ut ne studium tractandi operis propter mandatum domini nostri Iesu Christi fiendis impediatur. Si uero usu ueniat, ut alius quis ex fraternitate dicere debeat aut audire, quod ad ipsum priuatim pertineat, illi ipsi ad colloquium inter se ne ueniant, uerum delecti seniores, res ipsorum procurant apud delectas item seniores sorores: atque sic his medijs intercedentibus sermonis usus ac necessitas expleatur. Hi quidem igitur sint supra reliquam in omnibus pietatem ac reuerentiam, etiam prudentes ad interrogandum ac respondendum, fidelesque ac prouidi ad dicendum ad, ministracionem, ut & his qui res suas ipsis concrediderunt necessitas expleatur, & certitudo de his quae tractantur in ipsis existat. Inseruiant autem & corporis necessitatibus alij quidam, etiam ipsi cum approbatione, tum aetatis prouectae, tum habitu ac moribus reuerendi, ut ne uerberent alicuius conscientiam ad suspensionem malam. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia?

Quaestio XXXIII

Quales oportet esse eos qui res necessarias in fraternitate dispensant.

Responsio.

Sed & ex his qui intus necessarias res distribuunt, in singulis ordinibus omnino erunt aliqui, qui imitari possint eos qui in actibus faciunt id quod dictum est: quod distribuatur unicuique prout quis opus habebat: ita ut multam misericordiae & longanimitatis erga omnes prouidentiam faciant, & ut neque suspensionem praebent alicui, affectionis fauoris aut inuitationis erga quosdam, iuxta Apostoli praecipuum qui dixit: Nihil faciens ad inuitationem, aut rursus contentionem: quam uelut minime pertinentem ad Christia nos idem repudiat dum ait: Si quis uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiae dei. Quare per haec, illorum quidem necessitas subtrahetur aduersus quos contentionem habuerint: horum uero excedet, erga quos fauore affectu

& inuitati fuerint. Est autem illud quidem odij fraterni, hoc uerò favoris maxime uttipe-
 rati. Ex quibus nobis cōspiratio fraternitatis ex dilectione diuellitur. Suspicionem autem
 prauā & emulaciones & contentiones, & segnicies ad operandum, introducuntur. Itaq;
 à favoris affectu itemq; contentione, tum propter relata, tum ob alia multa talia acciden-
 tia, ad summum puros esse necesse est eos qui fraternitati res ad usum necessarias distribu-
 unt. Affectus porro talis sibiipsis conscij esse debent, & tantum studium ostendere, tum
 ipsi, tum hi qui alias actiones ad fratrum ministerium perficiunt, tanquam non homini-
 bus, sed ipsi domino inseruiant, qui propter multam bonitatem, in seipsum collatum re-
 putat, studium & honorem dicatis ipsi delatum: & regni caelorum hereditatem pro his
 promittit: Venite enim, inquit, benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à
 factis mundi fundamentis. Nam quatenus fecistis unum horum fratrum meorum minimo-
 rum, mihi fecistis. Vice uersa autem etiam negligentia periculum nosse oportet, memores
 eius qui dixit: Maledictus omnis qui facit opera domini negligenter. Quia non solum è
 regno eijciuntur, sed etiam horrendā ac terribilem illam contra tales pronunciatā senten-
 tiam expectant. Itē à me maledicti in ignem aeternum paratum diabolo & angelis ipsius.
 Si uero hi qui curam & ministerium adhibent, tantū diligentia lucrum reperiunt, & tan-
 tam negligentia condemnationem expectant: quanta sollicitudine opus est his qui mini-
 sterium assumunt, ad hoc ut fratrum domini appellatione seipsum dignos ostendant: per
 domini uidelicet doctrinam qui dixit: Quicumq; fecerit uoluntatem patris mei qui in cae-
 lis est, hic meus est frater & soror ac mater. Nam qui non uoluntatem Dei totius uitae
 scopum proponit, ut & in sanitate laborem dilectionis, per studium operū domini osten-
 dat, & in infirmitate omnem patientiam ac longanimitatem cum gaudio commouet, et
 periculum habet: primum quidem & maximum, quod à deo abalienatus est & à fratrum
 ipsius sorte, ut qui per hoc quod non facit uoluntatem dei, seipsum resecauit. Secundum
 uerò quod indigne audet particeps fieri eorum quae dignis sunt parata. Quapropter eti-
 am in hoc necessarium est meminisse Apostoli qui dixit: Cooperantes autem etiam ex-
 hortamur ne in uacuum gratiam Dei recipiatis: & eos qui in locum fratrum dominu-
 cati sunt talem dei gratiam non uiolare, neq; tantam Dei dignitatem amittere, per negli-
 gentiam uoluntatū dei: imò potius eidem Apostolo obedire dicenti, Adhortor uos ego
 uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis.

Quaestio xxxv

An oporteat in eodem pago plures fraternitates congregare.

Responsio.

Exemplum membrorum in multas partes diductorum, utiliter nobis explicat propo-
 sitionem. Quandoquidem igitur ostendit sermo, quod corpori quod probe & secundum ra-
 tionem ad omnem actionem coaptatum esse debet, opus est oculis, & lingua, & reliquis
 quae necessaria sunt & principalissima. Difficile est autem graueq; inuenire animam mul-
 torum oculorum esse potentem. Si enim & prouidum, & in doctrina uerbi sufficientem,
 & sobrium, & misericordem, & in perfecto corde iustificationes Dei requirentem pra-
 sectum fraternitatis, exacta diligentia requirit: quomodo possibile est in eodem pago plu-
 res tales nancisci? Si uerò etiam contingat aliquando duos aut tres reperiri, id quod fa-
 cile non est, neq; unquam cognouimus: multo melius est: hos curam inter se communi-
 care, & laborem leuiorem reddere, ita ut in alterius peregrinatione, aut occupatione, aut
 in alijs quibusdam calamitatibus, uelut contingit ut unus à fraternitate separetur: alter
 sit in solatium defectus. Aut si hoc non fiat, ut abeat ad aliam fraternitatem duce indigen-
 tem. Multum uerò etiam externorum negotiorum experientia ad propositum scopum
 nobis prodesse potest. Quemadmodum igitur communium artium experti, emulatio-
 nem habent aduersus emulos suos, ipsa re latenter contentiones inducere solente. Sic eti-
 am in tali uita plerumq; contingere solet. Incipientes enim à contentione de uirtutis pra-
 stantia, & studio se mutuo uincendi, aut in excipiendis peregrinis, aut in augendo numero
 eorum qui simul ad pietatem exercetur, aut in alijs quibusdam eiusmodi operibus pro-
 gredientes, ad contentiones deueniunt. Deinde accedentibus fratribus multam ambigul-
 tatem fieri contingit, & pro reque difficultatem, dum animo distrahuntur ad quos acce-
 dere oportet. Nam & praeratio molesta est, & utrosq; certiores facere impossibile est, ma-
 xime

xime ubi festinauerint. His uerò qui ab initio ad conuictum accesserunt, multam anxietate
 rem exhibent, quos oporteat suae ipsorum uitae praefectos eligere, & omnino ex eo quod
 quosdam eligunt, reliquos reprobant. Statim igitur à prima die ad elationem ipsos laedi
 contingit, quum non forment seipsum ad disciplinam, sed ad uelcant iudices & examina-
 toris fraternitatis fieri. Quando igitur nullum bonū est in habitationum diuisione, con-
 traria autem tot ac tanta, separatio inter se penitus inutilis est. Si uero praecupasse ali-
 quam contigerit, festinare oportet ad correctionem, & maxime post detrimentorum ex-
 perientiam. At uero perseverare in iudicij condemnatione, manifesta est contentio. Si ue-
 ro quis uideatur contentiosus esse, inquit Apostolus, nos talem consuetudinem non habē-
 mus, neq; ecclesiae dei. Cuius enim rei gratia dicent se impediri à coniunctione? Num re-
 rum necessariorum: at multo parabiliores sunt in societate, quum una lucerna, et unus fo-
 cus, & omnia huiusmodi, omnibus sufficere possint. Oportet enim ut si quid aliud, etiam
 in his facilitatem omni modo persequi, ita ut ad deptiones rerū necessariorū contrahamus.
 Deinde etiam eorū qui extrinsecus res necessarias fraternitati inducunt, in diuisione qui-
 dem pluribus opus est, in cohabitatione uero dimidia parte. Quod autē difficile sit inue-
 niri uirum non pudefacientem nomen Christi, sed dignum professione facientē cum ex-
 ternis congressum in peregrinationibus: notū est uobis me nullo dicente. Deinde qui per-
 seuerant in seditione, quomodo possunt eos qui in cōmuni coenobij uita sunt edificare?
 aut ad pacē compellentis si quando opus fuerit, aut ad alia mandata exhortantes, quum
 suspensiones prauas exhibeant ex eo quod nō sunt inter seipsum uniti: Et ad haec audimus
 Apostolum scribentem Philippensibus. Implete meū gaudium ut idē sentiat, eandem
 charitatem habentes unanimes, idē sentientes, nihil per contentionem aut uanā gloriā,
 sed per humilitatem quisq; alterum se praestantiorē existimet, non quā sua sunt singuli
 respicientes, sed & quae aliorum. Quae est igitur maior humilitatis declaratio quā ut fra-
 ternitatis praefecti inter se mutuo subditi sint: Siue enim pares sunt in spiritualibus do-
 nis, melius est ut simul decertent. Quemadmodum igitur ostendit nobis ipse dominus,
 qui duos & duos simul misit, ita & alter ipsorum eliget omnino cum gaudio alteri sub-
 ditus esse, memor domini dicentis, quod qui humiliat seipsum exaltabitur. Si uero alte-
 rum minorem esse, alterum uero excellere contingit, commodius est ut debitor à fortio-
 ri assumatur. Quomodo uero non haec manifesta inobedientia est praeccepti Apostolici
 dicentis, Non quae sua sunt singuli respicientes, sed & quae aliorum. Arbitror enim non
 esse possibile ut hoc in diuisione recte perficiatur, quum unum quodque contubernium
 curam pro his qui cum ipsis uiuunt propria faciat, & à cura pro alijs se abalienet, id quod
 manifeste, uelut dixi, contrarium est Apostolico praeccepto, quum uero etiam sancti in a-
 ctis saepe testentur, per ea quae scripta sunt, nunc quidem: Multitudinis credentium erat
 cor unū & anima una. Nunc uero: omnes credentes erant simul, & habebant omnia com-
 munia: manifestum est quod nulla seditio erat inter omnes, neque quisque in propria sua
 potestate degebat, sed sub una & eadem cura omnes gubernabantur, & hoc quum es-
 sent quinquies mille numero, in quibus fortassis non pauca erant, quae iuxta humanam
 cogitationem, impedire uidebantur coniunctionem. Vbi uero intantum deficiunt qui in
 singulis pagis inueniuntur, quae ratio permittit ipsos inter se distare ac separatos esse: Vti
 nam autē possibile esset, nō solum eos qui in eodē pago simul cōgregati sunt, sic esse, sed
 etiā plures fraternitates in diuersis locis cōstitutas, sub una cura eorū qui in offensa ac sa-
 pienter omnium res gubernare possunt, in unitate spiritus, & uinculo pacis edificari.

Quaestio xxxvi

De secedentibus à fraternitate.

Responsio.

Eos porro qui mutuae simul in eodem loco uitae professionē fecerūt, promiscue ac in-
 differenter secedere, nō est possibile, propterea quod nō perseverare in his quae semel uisa
 sunt, duas causas habeat. aut detrimentū ex cohabitatione, aut inconstantiam animi eius
 qui sententiā mutat. Qui igitur propter detrimentū auellitur à fratribus, ne occultet in se-
 ipso causam, sed reprehendat detrimentū iuxta modū à domino traditū, ubi dixit: Si pec-
 cauerit frater tuus, uade reprehende ipsum inter te & ipsum solū, & cetera: & si quidem
 emendatū fuerit id quod requiritur ab ipso, tū fratres lucratus est, tum societate ipsorum.

V 4 nulla

nulla ignominia afficit. Si uero perseverantes ipsos in malo, & correctionem non admittentes uiderit, his qui talia iudicare possunt indicabit: & post plurimum testimonium tunc secedat. Separabitur autem non iam a fratribus, sed alienis, quum dominus perseverantem in malo, gentili ac publicano comparet. Sit enim tibi, inquit, talis uelut ethnicus & publicanus. Si uero ob propriam leuitatem a concordia fratrum resilit, suam ipsius debilitatem curet, aut si hoc non admiserit, a fraternitatibus non suscipiatur. Si uero propter mandatum Domini alius alio trahatur, tales non separantur, sed ministerium implent. Ceterum aliam separationis fratrum causam ratio nulla admittit. Primum, quod nomen domini nostri Iesu Christi quod ipsos coniunxit, ignominia afficitur. Deinde, quod neque conscientia uniuscuiusque ad alterum pura esse potest, sed mutuo inter se suspecti erunt. Hoc autem palam contrarium est precepto Domini, qui dixit: Si offeras donum tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid contra te, dimitte illic donum tuum coram altari, & uade primum reconciliare fratri tuo, & tunc progressus offer donum tuum.

Quaestio XXXVII

An oporteat praetextu orationum ac psalmodiae, negligere opera, & quae tempora orationi sint apta: & primum an oporteat operari.

Responsio.

Quum dominus noster Iesus Christus dicat, dignus est, non simpliciter unusquisque, neque prout contingit, sed operarius alimento suo: & Apostolus praecipiat, laborare & operari proprijs manibus bonum, ut habeatis quod impertatis ei qui opus habet, quod qui dem operari oporteat diligenter, per se clarum est. Non enim segnitiae praetextum, neque laboris fugam, pietatis scopum ducere oportet, sed occasionem certandi, & laborum grauiorum, & patientiae in afflictionibus, ut & nobis dicere liceat, In labore & ærumna, in uigilijs abundantius, in fame & siti: quum non solum propter corporis castigationem utilis sit nobis talis uitae ductus, sed etiam propter dilectionem erga proximum, ut etiam debilibus fratribus per nos exhibeat Deus sufficientiam: iuxta formam in actibus ab Apostolo datam, dum ait, Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet subuenire infirmis. Et rursus: ut habeatis quod impertatis ei qui opus habet, quo digni fiamus audire, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a factis mundi fundamentis: esuriui enim, & dedistis mihi edere. Et quantum quidem malum sit segnitiae, quid uoluptus est diceret, quum Apostolus manifeste praecipiat, non operantem neque edere. Quem admodum igitur necessarium est unicuique quotidianum alimentum: sic necessarium est & pro uitibus opus. Non enim frustra Solomon in laude scripsit, Cibos segnes non comedit. Et rursus de seipso Apostolus: Neque gratis panem comedimus ab aliquo, sed in labore & ærumna, nocte ac die operantes, quamquam habens potestatem, quum Euangelium annunciam, ex euangelio uiuendi. Sed & Dominus segnitiam malicie coniunxit, dum ait, Serue male & piger. Quin & sapiens Solomon, non solum laudat operantem per relata, sed redarguit etiam pigrum comparatione minutissimorum animalium, Vade ad formicam piger. Quare timere oportet, ne forte nobis hoc & in iudicij die obijciatur, eo qui dedit nobis facultatem ad operandum, correspondentem facultati operationem exigente: Cui commiserunt multum, ab eo amplius exigent. Quandoquidem uero quidam orationum ac psalmodiae praetextu recusant opera, nosse oportet, quod in alijs quibusdam quibusdam, uniuscuiusque tempus proprium est, iuxta Ecclesiasten qui dixit, Tempus omnis negocij est: orationis autem & psalmodiae, uelut etiam aliarum plurimum rerum, omne tempus est, ita ut interim commode manus ad opera moueamus, & aliquando etiam lingua, ubi hoc possibile, imò potius utile fuerit ad fidei aedificationem: sin minus, corde in psalmis & hymnis, & spiritualibus cantilenis Deum collaudemus, uelut scriptum est, & orationem inter opus expleamus, gratias quidem agentes ei qui uires manuum ad opera dedit, & sapientiam mentis ad capiendam scientiam, & materiam largitus est, tum in instrumentis, tum eam quae artibus subiecta est quas exercemus: orantes autem ut dirigantur opera manuum nostrarum ad scopum complacitiae erga deum. Sic enim & animae intentione acquiritur, ubi in unaquaque actione successum operis a deo petuerimus, & gratiarum actionem

actionem ei qui dedit ut operaremur persoluerimus, & scopum complacitiae erga ipsum seruauerimus, uelut praedictum est. Nam si non haec hunc habuerint modum, quomodo possunt mutuo inter se contingere ea quae ab Apostolo dicta sunt: nempe, In desinenter orate. & hoc: noctem & diem operantes: Nec uero quia in omni tempore gratiarum actio, & lege praecipitur, & nostrae uitae necessaria secundum naturam & rationem demonstrata est: negligere ob id oportet constituta orationum in fraternitatibus tempora, quae necessario delegimus, unoquoque propriam quandam recordationem bonorum a deo habente. Diluculum quidem, ut primi motus animae ac mentis, oblationes sint Dei, & nihil aliud curandum suscipiamus, priusquam notione de Deo exhilarati simus, uelut scriptum est: Memor fui dei & exhilaratus sum. Neque corpus moueamus ad operationem, priusquam faciamus quod dictum est: Ad te orabo domine, mane exaudies uocem meam: mane altabo tibi. Rursus autem iuxta tertiam horam ad orationem exurgamus, & fraternitatem congregemus, etiam si alij ad alia opera fuerint diuisi, & recordati doni spiritus, qui circa tertiam horam Apostolis datus est, oremus omnes unanimiter, ut digni fiamus etiam ipsi susceptione sanctificationis, petentes ab ipso deductionem ac doctrinam ad id quod utile est, iuxta eum qui dixit: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Et alibi, Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta, atque sic rursus operibus inhareamus. Et si longius alicubi propter operum aut locorum naturam degeneres relicti fuerint, etiam illic necessario explere debent singula quae communiter uisa fuerint, nullo discrimine factio. Nam ubi duo aut tres fuerint congregati, inquit Dominus, in nomen meum, illic sum in medio ipsorum. At uero sexta hora ad imitationem sanctorum, necessariam esse orationem iudicamus, qui dicunt: Vespere, & mane, & meridie, narrabo & annuntiabo, & exaudiet uocem meam. Et: ut liberer ab accidente & damno meridiano, ita ut simul psalmus nonagesimus dicatur. Nona autem hora ab ipsis Apostolis in actus necessaria ad orationem tradita est, ubi narratur, quod Petrus & Ioannes ascenderunt ad templum ad horam orationis nonam. Ceterum completa die, gratiarum actio fiat de his quae in ipsa data sunt nobis, aut recte facta, & publicatio omissorum, siue uoluntarium, siue inuoluntarium, siue etiam latentis peccatum factum est, aut in uerbis, aut in factis, aut circa ipsum cor, ita ut de omnibus his Deum per preces placemus. Magnam enim utilitatem praebet consideratio praeteritorum, ad hoc ut ne rursus in similia delabamur. Quapropter inquit: Quae dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris, comungamini. Rursus autem nocte incipiente petitio fiat, ut inoffensa & ab imaginationibus libera nobis requies contingat, ad quam rem etiam in hac hora necessario nonagesimus psalmus dicitur. At uero medium noctis Paulus & Silas necessarium nobis ad orationem tradiderunt, uelut actuum historia declarat, dicens: Iuxta mediam uero noctem Paulus & Silas laudabant Deum. Et Psalmista dum ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae. Et rursus praenire nos diluculum oportet, & ad orationem exurgere, ut ne in somno ac cubili a die deprehendamus, iuxta eum qui dixit: Praeueniunt oculi mei diluculum, ut meditarer oracula tua. Quorum nullo temporis momento negligentiam facere oportet, eos qui obseruauerunt ad gloriam Dei & Christi ipsius uiuere instituerunt. Utilem autem esse arbitror in orationibus ac psalmodijs iuxta statutas horas diuersitatem ac uarietatem, etiam ea gratia, quod in aequalitate saepenumero torpescit anima & sublesta redditur. In alteratione uero & uarietate psalmodiae ac orationis singulis horis, concupiscentia ipsius renouatur, & uigilantia excitat.

Quaestio XXXVIII

Quum ostenderit nobis sermo sufficienter, & orationem non esse negligendam, & necessarium esse operari: consequens est ut doceamur, quae artes professioni nostrae conueniant.

Responsio.

Speciatim equidem artes aliquas discernere non est facile, propterea quod aliae apud alios requirantur, iuxta commoditatem negociorum in singulis regionibus. Verum com

rum communi ratione electionem harum designare possibile est, quæ pacem ac tranquillitatem uitæ nostræ conseruant, neq; multo negotio ad parandam propriam materiam opus habentes, neq; multa sollicitudine ad ea quæ facta sunt diuendenda, item quæ neq; congressus uirorum aut mulierum indecoros aut nociuos nobis pariunt. Cæterum in omnibus scopum proprium nobis propositum esse putare oportet, ipsam frugalitatem ac uilitatem, ita ut fugiamus ne stultis et noxijs hominum cupiditatibus inseruiamus, per hoc ut faciamus quæ ab ipsis requiruntur. Sed in textoria quidem, id quod in uitæ consuetudine uersatur, non quod ad uenationem & laqueos ac retia à proteruis iuuenibus excogitatur, à nobis assumendum est. Similiter etiam in coriaria, his qui necessaria ad usum requirunt per artem inseruiemus. Aedificatoria, & fabrilis lignaria itemq; ferraria, & agricultura, ipsæ quidem per se ipsas necessariae sunt uitæ, et multam utilitatem exhibent, & propria ratione à nobis reijci non possunt; præterquam ubi aut tumultus nobis inducant, aut uitæ fratrum unitatem distrahant, tunc ipsas necessariò deuitamus, præferentes artes quæ nobis uitam indistractionem & domino assidentem conseruant, & quæ neq; à psalmodia, neq; oratione, neq; reliquo bono disciplinæ ordinæ nos abstrahant, in pietatis exercitio perseverantes. Alioqui ubi primariam uitam nihil ab his lædi contigerit, multum sunt præferenda, & præsertim agricultura, per se habens rerum necessariorum suppeditationem, & à longiore diuagatione & sursum ac deorsum discursione agricolas liberans, solum si quo dixi modo, neq; à uicinis, neque à cohabitantibus, tumultus ac turbas nobis inducat.

Quæstio XXXIX.

Quomodo oportet facere uenditionem eorum quæ per operationem effecta sunt, & quomodo peregrinari.

Responsio.

Oportet & studio habere ut quæ ex operationibus effecta sunt, non procul alicubi dispensemus, neq; nos ipsos diuendendi gratia in publicum exponamus. Decentior est enim in uno loco conuersatio, & utilior tum ad mutuam aedificationem, tum ad exactam quotidianæ uitæ conseruationem, ut eligendum sit potius ut aliquid de precio subtrahatur, quam ut modici lucelli gratia extra terminos peregre proficiscamur. Si uero hoc impossibile experientia ipsa demonstrauerit, & locos & urbes uirorum priorum eligere oportet, ut ne peregrinatio infructuosa nobis fiat, & in præmonstratis conuentibus plures fratres simul concurrere, quorum unusquisque ea quæ propria opera effecit efferat, & ad communem perfectionem emitti, quo & uiam cum psalmis & orationibus & in reliquis aedificatione perficiant, & ubi ad locum deuenerint, eadem diuersoria ac hospitia eligant, tum mutua custodiæ gratia, tum ut nullum orationis tempus neq; diurnum neq; nocturnum nos effugiat, & ut is qui cum pluribus est congressus ægre tractabilem ac auarorum minore detrimento euadat, quam si solus sit. Deuitant enim etiam uiolentissimi, ne militos iniustitiæ suæ testes habeant.

Quæstio XL.

De negotiationibus in conuentibus.

Responsio.

Sed neq; quæ in locis ubi martyres coluntur fiunt mercimonia, nobis conuenire ratio ostendit. Non enim alterius alicuius rei gratia, in martyrijs aut locis circa ipsa apparere decet Christianos, quam orationis causa, & ut ad recordationem constantiæ sanctorum pro pietate usque ad mortem progressi, ad similem æmulationem impellamur, memores horridissimæ iræ domini, quod quum semper & ubiq; mitis esset ac humilis corde, uelut scriptum est, solis uendentibus & ementibus flagrum incussit, uelut mercatura orationis domum in speluncam latronum transmutante. Nec uero quia alij priores corruerunt obtinentem apud sanctos consuetudinem, & pro eo ut orent pro se mutuo, & cum pluribus adorent deum, ut ipsum quidem propitium faciant pro peccatis, gratias autem agant pro beneficijs, aedificent autem per sermonem consolationis, id quod adhuc etiam in nostra memoria seruatum nouimus, pro his inquam omnibus, forum & nundinarum conuentum, & commune emporium, tum tempus, tum locum ipsum faciunt: iam etiam nos ipsos sequi decet, & per societatem rei absurda confirmare, sed imitari conuentus qui de domino

domino nostro in Euangelijs narrantur, & explere ea quæ ab Apostolo uelut ad huiusmodi formam conseruentia præcepta sunt, Scribit autem in hunc modum: Quum conueritis unusquisq; uestrum psalmum habet, doctrinam habet, reuelationem habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad aedificationem fiant.

Quæstio XLI.

De autoritate & obedientia.

Responsio.

In ipsis porro concessis artibus, non unumquemque quam discere uult ipse, permittere oportet, sed ad quæ idoneus esse probatus fuerit. Nam qui abnegauit seipsum, & omnes suas uoluntates deposuit, non quod uult facit, sed quod docetur. Nec uero à seipso deligere quod utile est, ratio permittit ei qui semel suam gubernationem alijs commisit, qui ad quodcunq; cognouerint ipsum in nomine domini idoneum, ad illud ipsum ordinabunt. Nam qui secundum propriam cupiditatem opus eligit, sui ipsius accusationem effert. Primum quidem propriae complacentiæ: deinde quod aut ob gloriam mundanam, aut ob lucrispem, aut tale quiddam, erga id artificium affectus fuit, aut quod propter segnitiam ac socordiam, id quod leuius est præfert. At uero in his esse, demonstratio est non liberum esse à uitio affectionum. Neq; uero abnegauit seipsum, qui proprios appetitus perficere uult. Neq; renunciauit mundi negocijs, siquidem adhuc ad lucrum, & ad gloriam conseruatus est. Neq; autem mortificauit membra sua terrefra, qui laborum in operibus non suffert. Sed & pertinaciæ signum contra seipsum prodit, sincerius putans esse pro seipsum iudicium, quam plurimum experimentum. Siue igitur habet quis artem non condemnata à communitate, resillire ab ipsa non debet: instabilis enim animi & uoluntatis inconstans est uilipendere præsentia. Siue non habet, sibi ipsi ne sumat, sed quod à maioribus probatum est suscipiat, ut in omnibus obedientia conseruetur. Sicut autem sibi ipsis permittere, indecorum esse ostensum est: sic etiam ab alijs approbatum non suscipere, damnata res est. Sed et si habeat quis artem, non placeat autem ipsius usus fraternitati, propter ipsam abijciat: ostendens quod ad nullam mundanam rem affectus est. Nam facere quidem uoluntates mentis, eius est qui spem non habet, iuxta Apostoli sententiam. In omnibus uero obedientem esse, dignum laude est, quum idem Apostolus aliquos collaudet, quod seipso dederunt primum domino, deinde etiam nobis per uoluntatem dei. Vnumquemque uero proprio operi intentum esse oportet, atq; eius cupide curam gerere, & uelut deo inspiciente, impigro studio & attentiore diligentia inculpate absolueret, ut habeat semper dicendi libertatem huius dicti: Ecce sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, & non aliàs ad aliud resillire. Neq; enim natura nostra multa simul studia perficere potest, & unam artem industrie absolueret utilius est, quam multas imperfecte attingere. Nam ad plura diuisio, & aliàs ad aliud transitus, ad hoc quod nullum opus perficit, insuper & morum leuitatem, aut iam præexistentem redarguit, aut etiam non existentem inducit. Si uero aliquando necessitas postularit, etiam alijs artibus auxilium ferre compar est eum qui idoneus ad hoc est, & neq; hoc à seipso, sed si quando inuitatus fuerit, non primordialiter nobis hoc facientibus, sed iuxta calamitatem, uelut etiam in corporis membris, quum labantem pedem manu fulcimus. Et rursum: quemadmodum à seipso insillire, incommodum est. Sic præceptum non suscipere, accusatione dignum est, ut neq; contumaciæ affectus alatur, neq; obedientiæ terminus dissoluatur. Sed & instrumentorum cura principaliter ad cuiusq; artis officium pertinet. Si uero aliquando aliquid neglectum esse contingat, uelut communis possessio, ita ab his qui primum id uiderunt conuenienti prouidentia curetur. Nam etiam si usus ipsorum proprius est, attamen utilitas ex ipsis communis est. Contemnere enim alterius artis instrumenta, uelut nihil ad se pertinentia, ab alienationis signum est. Nec uero eos qui artes tractant, instrumentorum dominum sibi uendicare conuenit, ita ut aut fraternitatis præfatio non permittant ipsis uti ad quodcunq; uelit, aut sibi ipsis permittant ipsa uendere aut permutare, aut alio quodam modo perdere, aut etiam alia ad ea quæ iam ad sunt parare. Cui enim semel uisum est, neq; manuum suarum dominum esse, sed alteri actionem ipsarum gubernare commisit, quomodo talis consentanea fecerit, si in artis instrumentis autoritatem quarat, & dominij dignitate ob ipsa utatur.

Quæstio

Quaestio XLII

Quali scopo & quo affectu, operantes operari oportet.

Responsio.

Illud uero nosse opere precium est, quod qui operatur, non ut suis necessitatibus per opera inferuiat, operari debet, sed ut mandatū domini impleat qui dixit: Esuriui, & dedistis mihi edere, & caetera. Nam pro seipso sollicitum esse, omnino à domino prohibitum est, ubi dixit: Ne sitis solliciti animæ uestræ quid edatis, neque corpori quod induamini, & inserit hæc enim omnia gentes mundi inquirunt. Itaque scopus unicuique propositus esse debet in opere, ministerium eorum qui indigi sunt, non propria sua necessitas. Sic enim et proprii amoris crimen effugiet, & fraternæ charitatis benedictionem à domino accipiet dicente: Quantum fecistis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi fecistis. Et nemo illud apostoli dictum sermone nostro contrarium esse putet, quod sic habet: Ut operantes suum ipsorum panem edant. Hoc enim ad inordinatos ac segnes dictum est, uelut prestabilis sit uita ociosa, ut quisque sibi ipsi saltem inferuiat, & non alios grauet. Audimus enim, inquit, quosdam inter uos esse inordinate ambulantes, nihil operantes, sed curiose agentes. Talibus igitur inquit, præcipimus et hortamur, ut cum silentio operantes suum panem edant. Et illud, Noctem autem & diem operantes ut ne grauarem quempiam, in eandem sententiam tendit, apostolo ob fraternam charitatem, ad excindendos inordinatos, subiiciente seipsum laboribus ultra quam ipsi impositum fuit. Eius autem qui ad perfectionem festinat, est nocte ac die operari, ut habeat quod imperiari ei qui opus habet. Nam qui in seipso & eo qui rerum necessariam curam ostendit, sperat, & aut propriam aut eius cum quo uiuit operationem, sufficientem ad uitam sumptum ducit, quantum in hominum spem ponit, periculum habet ut incidat maledictioni dicenti: Maledictus homo qui spem locat in hominem, & fulcit carnem brachij sui, & à domino recedit anima ipsius. Hæc enim uerba per hoc quidem, qui spem locat in hominem: in alterum spem ponere, per illud uero, & fulcit carnem brachij sui, in seipso confidere interdicit, utrunque uero ipsorum defectu nem à domino nominant. Erunt enim quasi syluestris myrica in deserto, & non uidebitur quæ uenerint bona. Ostendente nimirum sermone, quod tum in seipso, tum in alio quopiam spem ponere, est à domino deficere ac recedere.

Quaestio XLIII

Operationum quidem ratio ac modus sufficienter nobis traditus est, præterquam si quid ab ipsis rebus insuper excogitare doceamur. At uero præfectos fraternitatis quales esse oportet, aut quomodo conuiuentes fratres gubernare, hoc ipsum edoceri nobis opus est, idque ut probe ac discrete facias rogamus.

Responsio.

Dictum quidem est in summa etiam de hac parte, ueruntamen quia probe facientes amplius hanc partem uobis declarari uultis (nam qualis fuerit præfectus ac princeps, tales plerumque fieri solent & subditi) necessarium est non obiter ac oscitanter hanc præterire. Oportet itaque præfectum memorem præcepti Apostoli dicentis: Forma sitis credentium, uitam suam omnis præcepti domini euidentis exemplum exhibere, ut nulli his qui docentur occasionem relinquant, ut aut impossibile, aut contemnendum mandatum domini ducant. Primum quidem igitur id quod primum est, sic humilitatem ab ipso in dilectione Christi perfici oportet, ut etiam tacente ipso, exemplum ex operibus omni doctrina fortius ad docendum propositum sit. Si enim hic est Christianismi terminus, imitatio uidelicet Christi in mensura incarnationis, iuxta id quod congruum est unicuiusque uocationi: hi quibus ductus multorum concreditus est, eos qui adhuc debiliores sunt, per suorum interpositionem, ad assimilationem Christi adducere debent, uelut beatus Paulus dicit: Imitatores mei este, quemadmodum & ego Christi. Primos igitur ipsos traditam à domino nostro Iesu Christo humilitatis mensuram perficientes, exactam effigiem fieri conuenit. Discite enim, inquit, à me, quod mitis sum & humilis corde. Itaque mansuetudo morum & cordis humilitas delimit præfectum. Si enim dominus priorum seruorum minister esse non erubuit, sed sustinuit seruus esse terræ & lutum, quod ipse formauit, & in hominem effinxit, Ego enim, inquit, sum in medio uestrum uelut qui ministrat: quid oportet nos equalibus nostris facientes, ad ipsius imitationem peruenisse putare? Vnum sane hoc

hoc intantum præfectio adesse oportet, deinde misericordem esse conuenit, & patienter sufferentem eos qui per inexperientiam aliquid officiorum reliquerint: non ut consileat ob peccata, sed ut leniter sufferat rebellantes, & medelas ipsis per omnem misericordiam ac modestiam adhibeat. Sufficientem item esse oportet, ut modum medelæ affectioni congruum excogitet, non cum contumacia increpantem, sed cum mansuetudine comonefacientem ac erudientem, uelut scriptum est, uigilantem inter præfentes, prouidum futurorum, sufficientem ad decertandum cum fortibus, et portandum infirmitates impotentium: & omnia facere ac dicere potentem ad componendos ac absoluendos eos qui cum ipso uiuunt, non sibi ipsi sumentem præfecturam ac gubernationem eorum qui in alijs fraternitatibus, & qui sufficientes morum experimentum in prægressa uita dedit: & hi, inquit, probentur prius, deinde ministrent, inculpati existentes. Sic etiam talis præfecturam assumat, & boni ordinis disciplinam fraternitati præscribat, distributionem operum prout quilibet idoneus est faciendo.

Quaestio XLIII

Quibus permittere oportet peregrinationes, & quo modo ubi reuerfi sunt ipsos percunctari.

Responsio.

Peregrinatio permittenda est ei qui potest eam citra detrimentum anime suæ, & ut com modum sit his cum quibus congregatur, perficere. Quare si non affuerit idoneus, melius est in rerum necessariatum inopia omnem afflictionem ac angustiam usque ad mortem sufferere, quam corporalis solatiij gratia, confessum animæ detrimentum negligere. Bonum enim est mihi, inquit Apostolus, magis ut moriar, quam ut gloriationem meam quis euacuet: atque hoc in his quæ in nostra potestate sunt, quanto magis in his quæ mandata sunt: quantum neque hoc citra mitigationem, dilectionis lex dimittat. Si enim non affuerit uni fraternitati qui comode mitratur, hi qui propinqui sunt, defectum suppleant, communes perfectiones et inter se inseparabiles facientes, ut & qui anima infirmi sunt, & qui corpore debiles, in societate cum fortioribus cõseruentur: ita ut hoc longe antea à præfectio sit constitutum, ut ne subito in ipsa necessitate dubium solatiij ex temporis angustia reperiatur. At uero post reditum præfectus peregre profectum percunctetur, quæ actiones, & qualium uirorum congressus ipsi contigerunt, quos sermones ad ipsos fecerit, quales sint animæ ipsius cogitationes, an tota die ac nocte in timore dei uiuens perseverauerit, an alicubi præuaricatus est, aut aliquid ex approbatis immutauerit, aut externis calamitatibus ac circumstantijs indulgens, aut ob propriam segnicem dilapsus. Et quod quidem recte profectum est, laude confirmet, in quo uero errorem aut lapsum admisit, id ipsum cura & scientifica doctrina corrigat. Sic enim peregre profectus uigilantiores erunt ob curam reddendæ rationis, & nos neque separationis tempore, uitæ ipsorum negligentes esse uidebimur. Sed & sanctis hoc familiare fuisse actuum historia tradit, docens nos quomodo Petrus societatis cum gentibus rationem reddit, reuersus Hierosolyma his qui istuc erant. Itæ quomodo Paulus & Barnabas reuersi & congregata ecclesia annunciauerunt quæ deus cum ipsis fecit. Er rursus, quæ consiluerit uniuersa multitudo, & audierit Barnabam ac Paulum exponentes quæ fecit per ipsos deus. Illud porro nosse oportet, quod cauponarij quaestus omni modo fugiendi sunt fraternitatibus.

Quaestio XLV

Quod oportet post præfectum, etiam alium aliquem esse, qui possit in absentia aut occupationibus illius, fratrum curam gerere.

Responsio.

Quandoquidem contigit saepe, aut ob corporis infirmitatem, aut peregrinationis necessitatem, aut iuxta aliam quandam circumstantiam, separari præfectum à fraternitate, sit etiam alius quispiam, cum ipsius approbatione & aliorum qui probationis experimentum facere possunt, delectus ad hoc, ut absente illo fratrum curam suscipiat: ut & presentibus ab uno contingant sermonis cõsolationes, & non in præfecti peregrinatione, popularis status formam fraternitas assumat, ob regulam & traditam disciplinam dissolutionem: uerum ea quæ cum experimento approbata sunt ad gloriam dei seruentur: & ut sit qui aduenientibus peregrinis prudenter respondeat, quo & qui uerbi doctrinam requirunt, pro argumenti dignitate adificentur, & comunitas fraternitatis non confundatur. Nam omnes aequaliter ad dicendum

dicendum profilitre, tumultus causa est, & corrupti ordinis signum: quoniam Apostolus neque dono doctrinae dignos facios plures simul loqui permiserit, dum dixit: Si uero alij reuelatum fuerit, primus sileat; et rursus absurditatem talis confusi ordinis reprehendat, dum dicit, Si igitur ecclesia tota simul conueniat, & omnes loquantur linguis, ingrediatur autem idiotae aut increduli, non dicent quod insanitis. Et si praeter ignorantia etiam alij quaestiones exhibeat peregrinus, atque hic qui ad faciem interrogatus est, habeat quod citra uillum defectum respondeat, tamen boni ordinis gratia ipse sileat, & ostendat eum cui haec pars commissa est: uelut fecerunt apostoli coram domino, ut ordi natus & decorus sermonis usus fiat. Si enim in corporum curatione, neque medicamento neque ferro in infirmis uti cuiusuis est; sed eius qui artem & longo tempore, & experientia, & operum exercitio, & ex eruditorum doctrina affectus est: quam rationem habet, ad curationem per sermonis doctrinam quoslibet indiscriminatim profilitre: in qua re etiam quod minimum est neglectum, maximum detrimentum affert. Nam apud quos neque panis distributio quibuslibet permittitur, sed uni conuenit tale ministerium, cui id creditum est apud hos cum probatione, quomodo non multo plus spirituale alimentum cum delectu ac obseruatione ab uno ex potentioribus exhiberi petentibus oportet? Quare non est uulgaris contumacia, interrogatum de iudicio dei, adeo intrepide & prout contigit, respondere audere, & non ostendere eum cui demandatum est sermonis dispensandi ministerium; qui propterea quod omnino fidelis est ac prudens oeconomicus, delectus est ad hoc, ut det in tempore spirituale alimentum, & dispense sermones suos cum iudicio, uelut scriptum est: Et si fugiat quid eum qui respondere debet, & alius id inuenit, non statim ad redarguendum profiliat: sed priuatim quod sibi uisum est, suggerat. Ex hoc enim elationis occasio contra praeuinentes inferioribus nascitur. Quare etiam si quis utiliter responderit, non autem ex officio, reus est corrupti ordinis poenarum.

Quaestio XLVI

Quod non oportet occultare peccatum fratri aut sibi ipsi.

Responsio.

Omne peccatum referri oportet ad praefectum, aut ab ipso qui peccauit, aut a consociis, si ipsi mederi non possint, iuxta id quod a domino praecipuum est. Malicia enim occultata morbus animae putris est. Quomodo igitur non dixerimus benefactori, eum qui perniciosus in corpore concludit, sed magis eum qui per dolorem ac lancinationem in uertum trahit, ut aut per uomitum rejiciat quod noxium est, aut omnino per affectionis manifestationem, cognitu facilius modus curationis fiat. Sic nimirum etiam occultare peccatum, est simul construere aegrotanti mortem. Stimulus enim, inquit, mortis peccatum. Meliores autem sunt reprehensiones cum dicendi fiducia, ita ut amicitia occultetur. Neque igitur alius alij occultet, ut ne fratricida pro fratris amatore euadat; neque ipse sibi ipsi. Qui enim non latet, inquit, seipsum in operibus suis, frater est eius qui seipsum perdit.

Quaestio XLVII

De his qui non suscipiunt ea quae a praefecto expressa sunt.

Responsio.

At uero eum qui non admittit ea quae a praefecto transacta sunt, oportet manifeste priuatim ipsi contradicere, si quam habuerit rationem ualidam iuxta sententiam scripturarum, aut silentio sibi ipsi imperato id quod constitutum est facere. Si uero ipse erubuerit, alijs quibusdam mediatoribus ad hoc uratur: ut si quidem praeter scripturam fuerit constitutio, eximat & ipse seipsum & fratres illatos. Si uero ostensa fuerit secundum conuenientem rationem facta, & seipsum a uana ac periculosa disceptatione liberauerit: Quia nimirum haesitat, inquit, si ederit, condemnatus est, quia non ex fide: & simplicioribus nullum inobedientiae lapsum induxerit. Expedit enim, inquit dominus, ut suspendatur mola athenaria in collo eius, et demergatur in mare, magis quam ut unum offendat de pusillis istis. Si uero alij perseverauerint in inobedientia, occulte quidem reprehendentes, merorem uero non publicantes: uelut & disceptationis in fraternitate autores, & certitudinem mandatorum concutientes, & inobedientiae ac rebellandi magistri, e fraternitate eijciantur. Ejice enim, inquit, pestem ex concilio, & exhibet cum ipsa contentio. Et rursus: Expelte prauum a uobis ipsis, nam modicum fermentum totam massam fermentat.

Quaestio

Quaestio XLVIII

Quod non oportet curiosum esse de dispensatione ac gubernatione praefecti, uerum proprio operi intentum esse.

Responsio.

Quo uero non facile in eiusmodi haesitationis affectum, ad suipsum ac aliorum detrimentum, quis incidat: illud in uniuersum in fraternitate obseruandum est, ut nullus ab initio praefecti dispensationes curiose inuestiget, neque ea quae fiunt persequatur, exceptis his qui & gradu & prudentia praefecto uiciniores sunt, quos etiam ad consilium ac considerationem de rebus communibus necessario adhibebit, persuasus ab admonitione eius qui dixit, Cum consilio omnia facito. Si enim animarum nostrarum gubernationem ipsi commissimus, uelut deo rationem daturus, absurdissimum penitus est de uilissimis fidem ei non habere, & absurdis suspicionibus contra fratrem, tum ipsum repleri, tum alijs earundem occasionem praebere. Quapropter ut ne hoc contingat, unusquisque ad quod uocatus est, in hoc maneat, & curandis his quae ad se pertinent seipsum totum tradens, alienas dispensationes ne sollicite inuestiget, sanctos domini apostolos imitans, inter quos etiam si res ipsa Samaritanae mulierculae suspensionem inducere posset, tamen nemo, inquit, dixit, quid quare, aut quid loqueris cum ipsa.

Quaestio XLIX

De controuersia patientibus in fraternitate.

Responsio.

Ceterum de controuersis in fraternitate, quoniam discordes aliqui fuerint de re aliqua, non oportet contentio se inter se colluctari, sed potentioribus iudicium seruare. Quo uero neque ordo confundatur omnibus interrogantibus & semper, neque occasio garrandi ac nugandi fiat, unum aliquem esse oportet approbatum ut potens sit, aut ad communem considerationem fraternitati proponere ea de quibus aliqui ambigunt, aut ad praefectum referre. Hoc enim modo congruentior & cum maiore scientia consideratio quaestorum fiet. Si enim in unaquaque re scientia ac experientia opus est, quanto magis in talibus? Et si instructorum nullus commiserit in expertis, multo magis sermonum tractationem potentibus concedere oportet: qui & locum & tempus, & modum interrogandi, cognoscere poterint erunt, & citra contentionem, ac prudenter referentes, & sapienter audientes, diligenter conseruare quaestorum solutiones, ad communitatis aedificationem.

Quaestio L

Quomodo oportet increpare praefectum.

Responsio.

Sed & increpationes non affectibus concitatus praefectus his qui peccauerunt, adhibeat: nam cum indignatione & ira redarguere fratrem, non est illum a peccato liberare, sed seipsum delictis implicare. Quapropter, inquit, in mansuetudine erudiendo eos qui aduersantur: ita ut neque ob ea propter quae ipse contemptus fuit, uehementis sit, neque ob ea propter quae alium contemni uiderit, benignitate erga eum qui deliquit, non ostendat. Imo etiam tunc magis ipsum peccatum agreferat. Sic enim et proprii amoris suspensionem effugiet, & declarabit se non eum qui peccauit odio habere, sed ipsum peccatum auersari, per dissidium suum aduersus alterum. Si uero indignationis dissidium fecerit, non id quod dictum est, sed contrarium: declarat se non propter deum, neque propter peccantis periculum, sed ob suipsum gloriae ac dignitatis studium indignari. Oportet enim emulationem quidem eius qui pro gloria dei ignominia affectus est, in mandati transgressionem ostendendo, uerum fraterni amoris misericordiam pro salute fratris ob peccatum periclitatis habendo, (quia anima peccans ipsa moritur in omni peccato) uelut contra peccatum commoueri, & per uehementiam ultionis, affectus feruorem ostendere.

Quaestio LI

Quomodo oportet corrigere delictum eius qui peccauit.

Responsio.

Sed & correctiones iuxta medicinae rationem uitiosis adhibeat, non irascens debilibus, sed pugnas aduersus morbum; & ex aduerso quidem instans affectibus, per arum nosionem uero uitae ductum, si opus fuerit, animae morbum sanans: uelut uerbi gratia, uana gloriam

X 2 riam

riam per augmentū studiorum humilitatis: uaniloquentiam per silentium: somnū immodicum per uigilias in orationibus: segnicie[m] corporis per labores: esum indecorum per famem: murmurationem per separationem, ut neq[ue] cum ipso aliquis frater operari uelit, neq[ue] ipsius opus alijs ammiscere, uelut prædictum est: præterq[ue] si per pœnitentiam citra pudorem sientem ab affectu liberatus apparuerit: & tunc quidem opera in murmuratio ne facta assumantur, ita tamen ut neq[ue] sic ad ministerium usus fratrum, sed ad alium usum conuertantur. Et horum ratio antea sufficienter demonstrata est.

Quæstio LII

Quo affectu pœnas sufferre oporteat.

Responsio.

Quemadmodū autem diximus præfectum oportere citra affectuum concitationē medelas debilibus adhibere, Sic rursus oportet eos qui curantur, nō ad inimicitia[m] suscipere pœnas, neq[ue] tyrannidem putare curam quæ ex misericordia ad animæ salutē adhibetur. Turpe est enim eos qui corporibus ægrotant tantum medicis confidere, ut siue secent, si ue urant, & amaris medicamentis medeantur, benefactores reputent. Nos autē erga animarum nostrarū curatores, quum per ærumnosā uitā ductum salutem nobis efficiunt, nō eundem affectum habere: quum Apostolus dicat, Et quis est qui me exhilarat, nisi qui contristatus est ex me: Et rursus, Ecce enim hōs ipsum quod secundum deum contristati uos estis, quantum studium in uobis operatum est. Quare ad finem respectu factio, benefactorem conuenit iudicare eum qui mœrorem secundum deum nobis inducit.

Quæstio LIII

Quomodo artium doctores corrigent pueros peccantes.

Responsio.

Oportet autem & eos qui artes docent, coram seipsis reprehendere peccatum, & corrigere errores, quos in ipsam artem cōmittunt hi qui discunt. Quæcūq[ue] uero peccata morum peruersitatem declarant, uelut sunt inobedientiæ & contradictiones, & segnicies circa opera, aut uaniloquentia, aut mendacium, aut aliud quid eiusmodi pijs interdictionibus ad cōmunis bonæ disciplinæ inspectorem producere oportet ac redarguere, ut ab ipso et mensura & modus sanationis peccatorum excogitetur. Si enim animæ medela est increpatio, non cuiusuis est increpare, sicut neque mederi: præterquam si ipse præfectus cum multa probatione alicui id facere permiserit.

Quæstio LIII

Quod oportet præfectos fraternitatis ad res seipfos pertinētes mutuò inter se cōferre.

Responsio.

Bonum est aliquando etiam conciliū, iuxta aliqua statuta tempora ac loca, fieri eorum qui fraternitatibus sunt præfecti. In quibus & negocia præter rationem occurrentia, & mores ægre tractabiles, & quomodo singula disposuerint, inter se mutuò conferent, ut & quod per errorem forte ab aliquo factum est, multorum iudicio fideliter reueletur, & id quod recte factum est, plurium testimonio confirmetur.

Quæstio LV.

An medicina uti iuxta scopum sit pietatis.

Responsio.

Quemadmodū singulæ artes in auxilium nobis ad naturæ debilitatem à deo donatæ sunt: Velut agricultura, quum nō sufficerent ea quæ sponte ex terra nascuntur ad necessitates nostras mitigandas. Textoria uero, quum necessarius esset tegumētorum usus, & ad honestatem, & ad aeris detrimēta. Et similiter ædificatoria: Sic etiam medicina. Nam quum corpus nostrum affectibus expolitū, uarijs detrimentis forinsecus allabentibus, et intrinsecus ab alimentis sientibus subiaceat, & redundantijs ac defectibus affligatur, Ars medica ad formam medelæ animæ, superflui depositionē, & deficientis appositionē suggerens, à gubernate totam uitam nostrā deo concessa est. Quemadmodū enim si essemus in paradiso uoluptatis, nihil sanè industria & labore agriculturæ indiguissemus. Sic etiam si citra affectiones essemus, iuxta beneficiū in opificio ante lapsum, nulla sanè re ex medicina ad solatiū opus haberemus. At quemadmodū postq[ue] expulsi sumus ad hunc locum, & audiimus illud, In sudore uultus tui comedes panem tuum; per lōgam experientiam & labores circa terrā, agriculturæ artem constituimus, in solatiū afflictionū ex maledictione

ctione, deo nobis intelligentiā ac comprehensionem huius artis largiente. Sic etiam postq[ue] iussi sumus in terrā rursus reuerti à qua accepti sumus, & ex dolorosa carne compacti sumus, quæ in corruptionem damnata est ob peccatū, & propterea his affectionibus subiecta est, exhibitū est nobis etiam ex medicina auxilium quod ægrotantibus aliquantulum saltem exhibetur. Non enim sua sponte ex terra germinauerunt herbe, quæ ad singulas affectiones cōmodæ existunt, sed ex uoluntate nimirū opificis ad utilitatis nostræ scopū productæ sunt. Itaq[ue] natura radicum, & florum & foliorū, & fructuum & succorū, & eorum quæ ex metallis aut ex mari ad carnis utilitatem cōmoda esse inuenta sunt, similis est inuentioni eorum quæ eduntur ac bibuntur. At uero quod superflue ac curiose excogitatum est, & multas occupationes inducit, & omnem nostram uitam ad carnis curā uelut conuertit, reprobandū est Christianis, & studendū ut sic arte utamur, si quando opus fuerit, ut non in ipsa omnem causam sanitatis aut morborū ponamus. Sed ut ad gloriam dei, & formam medelæ animarū, usum rerum ab ipsa assumamus. Si uero auxilijs ex medicina destituti sumus, ut nō omnem spem ad molestias ac afflictiones mitigandas, in hac arte habeamus, sed sciamus, q[uod] aut non sinet nos tentari ultra q[uam] sufferre possumus, Aut quem admodum tunc dñs, aliquando lutum faciens illeuit, & in Siloam lauari iussit, aliquando uero uoluntate sola contentos fuit, dicens: Volo, sis mundus: Quosdam autem & in malis decertare dimisit, probatores ipsos per experientia[m] efficiens: Sic etiam nostro tempore, aliquando inuisibiliter ex inconspicuo attingens, ubi hoc animis nostris cōducibile iudicauerit, Aliquando etiam materialibus auxilijs uti in affectionibus nostris nos uolens, uoluntatem suam nobis declarat, per medelæ dilationem, perseverantē beneficij memoriam inducens: aut etiam formam quandam ac curam animæ, uelut dixi, exhibēs. Quem admodū enim in carne, tum alieni depositio, tum deficientis appositio, necessaria est: Sic etiā in anima nostra remouere alienū, & assumere quod secundū naturam est, conuenit. Nam deus fecit hominē rectū, & condidit nos in operibus bonis, ut in ipsis ambulemus. Et quemadmodū illic sectionum & uestionum & amarorū medicamentorum assumptio nem pro corporis medela toleramus. Sic etiam hic, sectiones sermonis reprehensorij, & amaritudines increpationū, propter animæ medelas admittere oportet, id quod in eruditis propheticus sermo exprobrans dicit: Num resina nō est in Galaad: aut medicus non est illic: Cur non accessit sanatio filia[m] populū meū: Quin et in diuturnis affectionibus, per longum tempus & dolorosa auxilia simulq[ue] uaria, expectare sanationē, signum est debere nos etiam animæ peccata, per sedulas preces, & diuturnā pœnitentiam & laboriosum certamen, quod uerbi doctrina abunde nobis ad sanationem suggerit, corrigere. Non igitur quia aliqui arte medica non probe utuntur, fugienda nobis est omnis ab ipsa utilitas. Neq[ue] enim quia arte culinaria ad excogitandas delicias proterui circa uoluptatis studium utuntur, aut in parandis panibus, aut in textura, necessitatū terminum excedunt: iam nos omnes simul artes reprobare oportet. Imò uice uersa ex recto ipsorū usu id quod ab illis corruptū est coarguere. Sic etiam in medicina, beneficiū à deo datum, per malū usum criminari non consentaneū est rationi. Nam & in medicorū manibus sanitatis suæ spem habere, bestiale est, id quod aliquos miseros facere uidemus, qui etiam seruatores ipsos appellare nō recusant: Et omnino ab utilitate ipsius diffugere, contentiosum est. Sed quem admodū Ezechias massam ficuum non primū sanitatis causam dicebat, neq[ue] ipsi causam sanationis acceptā referebat, uerum gratiarum actionem etiam ob ficuum adeptionē gloriæ dei deferebat: Sic & nos ubi à deo bene et prudenter uitam nostrā gubernante plagas accipimus, primū quidem ab ipso petimus cognitionē rationis, ob quam flagella immittit, Deinde à doloribus liberationē, in ipsidemq[ue] patientiā, ut unā cum tentatione exhibeat etiam euentū, quo possumus sufferre. Datam autē nobis sanationis gratiam, aut per uinum & oleum, uelut in eo qui incidit in latrones: aut per ficus, uelut in Ezechia: cū gratiarum actione suscipimus, & nihil differre putamus, siue ex incōspicuo nobis curatio dei cōtingat, siue ex aliquo corporali, quæ corporalia saepe efficacius nos ad intelligendū domini beneficiū ducūt. Sæpe uero etiā ad castigatōnē in morbos collapsi, partem castigatōnis etiā erumnosam curationē sufferre condemnati sumus. Neq[ue] igitur sectiones, neq[ue] uestiones, neq[ue] per acria ac molesta pharmaca dolores, neq[ue] in edias, neq[ue] exactā diætā ac uictus mensuram, neq[ue] corruptentiū abstinentiam recusare recta ratio nobis indicit, si seruetur

rursus, in q̄, scopus utilitatis animæ, quæ uelut in exempli ratione ad suam ipsius curâ erigitur. Periculû est autem nō uulgare, ne mens ad supinitatē ac abalienationem delabatur, uelut omnis affectio auxilijs ex medicina opus habeat. Non enim omnes ægritudines naturæ sunt, neq̄ ex neglecto uictu aut alijs quibusdā principijs nobis accedunt, ad quas sanè aliquando medicinam cōmodam esse uidemus. Sæpe enim & flagella peccatorū sunt ægritudines ad cōuersionē inducta, quem enim, inquit, diligit dominus, castigat. Et, ideo inter uos multi debiles & infirmi, & dormiunt multi. Si em̄ nos ipsos diiudicaremus, non utiq̄; diiudicaremur. At dum iudicamur à domino, castigamur, ne cū mundo condemnemur. Tales igitur quiescere ac dimittere oportet studia medica, & sustinere quæ inducuntur, ubi nostra ipsorū delicta cognouerimus, iuxta eum qui dixit, Iram domini sufferam, quia ipsi peccauit; & ostendere emendationē, per hoc quod faciunt fructus poenitentia dignos, & meminisse domini q̄ dixit, Ecce sanus factus es, nolī amplius peccare, ut ne pelus tibi fiat. Fiunt autē aliquando ægritudines etiam ad prauā aduersarij nostri petitionē, bent gno hominū amatore dño, uelut magnum pugilem cum ipso in certamen cōmittente, & iactantiam ipsius per supremā seruatorum suorum tolerantia destruyente. Id quod in Iob factum esse didicimus. Aut etiam in exemplū eorum qui malorum intolerantes sunt, inducuntur à deo qui possunt usq̄; ad mortem, in ferendis malis patientiā ostendere, uelut Lazarus, qui quum talibus ulceribus scateret, nusq̄; tamen de ipso scriptū est, quod aut peruerit quid à proximo, aut ob præsentē statum morosam displicentiā declararit. Quapropter etiam allequutus est requiem in sinu Abraæ, uelut qui accepisset mala in uita sua. Reperimus porro etiam aliam causam morborū sanctis contingentem, uelut in Apostolo. Vt ne enim uideretur humanæ naturæ terminū transgredi, & ne quis ipsum reputaret aliquid eximium præ alijs in corporis structura habere, quæadmodū Lycaones dum coronas & tauros ei adducūt, ad humanæ naturæ declarationē perpetuò cum ægritudine conflictabatur. Quod nam igitur lucrum talibus à medicina cōtingat; & nō potius periculum, dum abalienantur à recta ratione ad corporis curationē? At uero qui ex praua diæta infirmitatem sibi ipsi cōgregauerunt, his uelut forma quadam & effigie utendū est corporis curatione, ad animæ curam, uelut prius dictum est. Nam abstinentia ab his quæ nocua sunt, secundū medicam rationem etiam nobis utilis est. Item electio utilium, & obsequatio præceptorū. Sed & ipsa carnis ab infirmitate ad habitudinē bonam transmutatio, solatio sit nobis ut ne de anima desperemus, tanq̄; non possit ex peccatis ad propriā rursum integritatē per poenitentia redire. Neq̄; igitur fugienda est omnino ars, neq̄; in ipsa omnes spes ponere consentaneū est. Sed quemadmodū utimur quidem agricultura, petimus autē à deo fructus. Et gubernatori gubernaculum cōmittimus, deum uero rogamus ut ex pelago seruemur. Sic & medicū inducentes, ubi ratio permittit, à spe ad ipsum non discedimus. Mihi uero & ad continentia non parum conferre ars uidetur. Video enim quod & uoluptates amputat, & fatietatē criminatur, & uictus uarietatē, & curiosum cōdimentorum studium uelut incōmodum ablegat. Et in summa, inopiā sanitatis matrem uocat. Quare & secundū hoc, non inutile fuerit nobis consiliū ab ipsa. Siue igitur utimur aliquando medicinæ præceptis, siue reprobamus iuxta aliquā ex relatis rationibus, scopus complacentiæ erga deum seruetur, & utilitas animæ curetur, et præceptum Apostoli compleatur, qui dixit: Siue igitur editis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad gloriam dei facite.

DIVI BASILII MAGNI, QVÆSTIONES COMPENDIO explicatæ. Iano Cornario medico phylisico interprete.

Benignus deus qui docet hominem cognitionē, his quidem quibus docendū donum cōmissum est, præcipit per Apostolum ut perseuerent in doctrina: eos uero qui opus habent ex diuinis dogmatib. ædificatione, per Moysen admonet dicens: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; seniores tuos, & dicet tibi. Quapropter necesse est nos quibus ministeriū docendū uerbi cōmissum est, ex omni occasione promptos esse ad animarū perfectionem; et alia quidem in cōmuni apud totam ecclesiā cōtestari. In alijs uero priuatim exhibere unicuiq̄; nos ipsos, ut liceat illis nos accedere ac interrogare, tum ea quæ ad fidei sanitatem, tum quæ ad conuersationis

uersationis secundū euangelium domini nostri Iesu Christi ueritatem pertinent, ex quibus ambobus dei homo constanter perficitur: Vos autem nihil citra fructum, nihil ociosum ac neglectum uobis ipsis prætermittite, sed ad ea quæ in communi discitis, etiam priuatim de cōducentibus interrogare, & omne uitæ ocium ad utilitatem disponere. Si igitur ad hoc congregauit nos deus, & multa ab externis tumultibus est quies, neq̄; ad aliud quid agendū cōuertamur, neq̄; somno rursus corpora tradamus, sed in sollicitudine & rebus necessarijs expendendis, residuam noctis partem transigamus, explentes id quod dictum est à beato Dauide, nempe, In lege domini meditabitur die ac nocte.

Quæstionum compendio explicatarum capita.

An liceat aut expediat alicui, ut sibi ipsi permittat facere aut dicere quæ bona putat, citra testimonium diuinarum scripturarum.	I
Qualem professionem inter se mutuo exigere oportet eos qui simul secundum deum uiuere uolunt.	II
Peccantem quomodo conuertemus, aut non conuertentem se quō habere oportet.	III
Si quis etiam in minimis peccatis non coarctet fratres, dicendo quod poenitentiam agere debent, nunquid & ipse immisericors est, & charitatem dissoluit.	IIII
Quomodo debet quis poenitentiam agere ob singula peccata.	V
Qui uerbis confitetur se poenitere, peccatum uero non corrigit, qualis est.	VI
Quod sit iudicium eorum qui defendunt peccantes.	VII
Legitime poenitentem quomodo suscipere oportet.	VIII
Quomodo erga peccantem citra poenitentiam afficiamur.	IX
Anima multis peccatis grauata, cum qualibus lachrymis qualiq̄; timore à peccatis recedere debet.	X
Quomodo quis acquirat odium erga peccata.	XI
Quomodo certificetur anima, quod deus dimiserit ipsi peccata.	XII
An oporteat eum qui post baptismum peccauit, de salute desperare, ubi in multitudine uitiorum inuentus est.	XIII
Ex quibus fructibus probari debet uera poenitentia.	XIIII
Quid sit hoc, Quoties peccarit in me frater meus, & remittam ipsi.	XV
Cur aliquando anima etiam id studium nō habens, sua sponte fere illapso dolore cōpungitur, aliquando uero ita doloris expers est, ut etiā dum cogitur, cōpungi nō possit.	XVI
Si quis in animo de edendo cogitet, deinde condemnet seipsum, an etiam hic uelut sollicitus accusabitur.	XVII
An oporteat ei qui deliquit in fraternitate aliquando, curam committere post multam exercitationem, & si oportet, qualem eam tandem.	XVIII
Si quis suspectus sit de peccato, in conspicuo autem hoc nō faciat, an oporteat ipsum obseruare, quo inuentatur id quod suspectum est.	XIX
An oporteat compertum ac tentatum in peccatis, fugere societate illorum qui aliter sentiunt, aut etiam aduersus male uiuentes disceptare.	XX
Vnde sint animi à deo abalienationes & uariæ cogitationes, & quomō ipsas corrigamus.	XXI
Vnde nocturnæ imaginationes indecoræ illæ fiant.	XXII (XXI)
Ex quibus uerbis uaniloquentia iudicatur.	XXIII
Quid est conuictum.	XXIIII
Quid est detractio.	XXV
Qui detrahit fratri, aut detrahentem audit & tolerat, qua re dignus sit.	XXVI
Si quis præfecto detrahat, quomodo ipsi attendemus.	XXVII
De eo qui audaciore uoce & uerbis temerarijs respondet.	XXVIII
Quomodo quis possit non irasci.	XXIX
Quomodo excindamus affectum malæ concupiscentiæ.	XXX
An omnino ridere non liceat.	XXXI
Intempestiua & immodica dormitatio unde sit, & quō ipsam deponamus.	XXXII
Quomodo deprehenditur studiosus ut hominibus complacere.	XXXIII
Quomodo fugiat quis uitium complacendi hominibus.	XXXIIII

Quomodo cognoscitur arrogans, & quomodo curatur.	XXXV
An oporteat honorem quærere.	XXXVI
Quomodo piger ad mandatum, studium ac diligentiam recuperare possit.	XXXVII
Si præcipiatur aliquid fratri, & contradicat, postea uero à seipso abeat.	XXXVIII
Si quis obediens murmuret.	XXXIX
Si frater fratrem offendat, quomodo debeat corrigi.	XL
Si non sustineat se purgare.	XLI
Si se purget qui offendit, & offensus reconciliari nolit.	XLII
Quomodo quis attendere debet expergeficienti ad orationem.	XLIII
Si expergefactus tristetur aut etiam irascatur, qua re dignus sit.	XLIII
De negligente cognitionem uoluntatum dei, ut ne amplius puniatur, uelut qui nouit & non fecit.	XLV
Qui tolerat alterum ad faciendum peccatum, aut reus sit peccati.	XLVI
An oporteat quibusdam peccantibus silere.	XLVII
Auaria quatenus damnatur.	XLVIII
Quid est perperam agere.	XLIX
Si quis preciosiores uestes repudiet, uilem autem siue uestem siue calceum uelit ut ipsi de- corus sit, an peccet, aut quali morbo ægrotet.	L
Quid est Raccha.	LI
Quis sit uana gloria appetens, & quis complacendi hominibus studiosus.	LII
Quid sit inquinamentum carnis, & quid inquinamentum spiritus, et quomodo ab ipsis pu- ri simus. Aut quid sanctificatio, & quomodo ipsam adipiscamur.	LIII
Quid est amor sui, & quomodo notum reddit seipsum amans.	LIII
Quæ sit differentia amarulentia, & indignationis, & iræ, & irritationis.	LV
Quis est qui alta sapit, & quis superbus, & quis arrogans, item quis fastuosus, & quis in- flatus.	LVI
Si quis defectum incorrigibilem habeat, & frequentius condemnatus lædatur, an conse- rat ipsi magis permittere.	LVII
An qui de industria mentitus est, solum iudicetur, aut etiam qui per ignoratiam aliquid absolute citra ueritatem loquutus est.	LVIII
Si quis cogitauerit solum aliquid facere, & non fecerit, an & hic uelut mendax iudicetur.	LIX
De eo qui proterue decreuit aliquid facere displicens deo.	LX
Si quis neq; operari potest, neq; psalmos discere uoluerit.	LXI
Quid fecerit quis, ut uelut qui talentum occultauit condemnetur.	LXII
Quid fecerit quis, ut uelut qui contra postremos murmurarunt condemnentur.	LXIII
Quid est scandalum præbere, & quomodo ipsum uitabimus.	LXIII
Quomodo ueritatem in iniusticia quis continet.	LXV
Quid est lis, & quid contentio.	LXVI
Quid est immundicia, & quid petulantia.	LXVII
Quid proprium indignationis, & quid proprium honestæ indignationis.	LXVIII
De eo qui neq; minus reliquis edit, neq; corpus proiectum habet, & tamen de impoten- tia ad operandum conqueritur.	LXIX
Ab utentem uestibus aut calciamentis quomodo tractare oportet.	LXX
Sunt quidam qui iucunditatem eduliorum præ copia expetunt. Alij uero qui copiam ma- gis quam iucunditatem ob satietatem amplectuntur. Quomodo igitur utrosque perfe- ctos facere oportet.	LXXI
De eo qui irreuerenter circa cibos assumendos diuersatur, & largius se cibo aut po- tu explet.	LXXII
De eo qui non desiderio corrigendi fratrem, redarguit peccantem, sed affectu iustifican- di seipsum.	LXXIII
De his qui recedunt à fraternitate, & uitam solitariam malunt.	LXXIII
An omnis peccati, siue in mente, siue in sermone, siue in actione, satanam autorem esse, di- cere oportet.	LXXV
An oporteat dispensatorem utilitatis uidelicet alicuius gratia mentiri.	LXXVI
Quid	

Quid est dolus & quid malignitas.	LXXVII
Inuentores malorum qui sunt.	LXXVIII
Si quis assidue percipiat, quod dure tractet fratrem, quomodo corrigetur.	LXXIX
Quomodo contingat, ut ueluti deficiant menti cogitationes bonæ, & sollicitudines deo complacentes.	LXXX
An oporteat æqualiter increpare pios ac indifferentes.	LXXXI
Si contigerit aniculum peccare, ac idem cum iuuenula delictum committere, num eidem pœnæ subiacet.	LXXXII
Si quis multa recte faciens, in uno delinquat quomodo ipsum tractabimus.	LXXXIII
De eo qui mores tumultuosos ac turbatorios habet.	LXXXIII
An conueniat proprium quid habere in fraternitate.	LXXXV
Si dicat quis, neq; accipio à fraternitate, neq; do, sed meis contentus sum, quid oporteat er- ga talem obseruare.	LXXXVI
An liceat unicuique ueterem suam uestem dare cui uelit pro mandato.	LXXXVII
Quid est cura temporalis.	LXXXVIII
Quia scriptum est, precium redemptionis animæ uiri sunt propria ipsius diuitiæ, nobis autem hoc non procedit, quid faciemus.	LXXXIX
An liceat nocturnam uestem habere, siue ex pilis factam, siue aliam.	XC
Si frater proprium nihil habens, rogatus fuerit ab aliquo ut det uestem quam gestat, quid facere debeat, maxime si nudus fuerit qui petit.	XCI
Quomodo dñs præcipiat uedere possessiones, quid intelligere oportet, & hoc facere.	XCI
Eum qui semel bona sua repudiavit, & proprium nihil habere professus est, qua mente uti oportet rebus ad uitam necessarijs, uelut ueste & cibo.	XCI
De eo qui tributa reliquit, & fraternitatem accessit.	XCI
An expediat his qui recens accesserunt, statim diuinas scripturas ediscere.	XCV
An omni uolenti permittere oportet ut literas discat, aut lectionibus attendat.	XCVI
Si dicat quis, uolo à uobis ad modicum tempus utilitatem capere, an oporteat ipsum su- scipere.	XCVII
Quali animo ac prudentia præditus esse debeat præfectus, in his quæ præcipit aut con- stituit.	XCVIII
Quo affectu increpantem increpare oportet.	XCI
Extrinsicus aduenientes ac petentes quomodo dimitemus.	C
De dispensatore & mendicis ac petentibus.	CI
De egrediente à fraternitate quacumq; ratione.	CII
Si contingat etiã ipsum seniore in aliquibus labi, an ipsum reprehendi oporteat.	CIII
Quomodo fratribus curas committere oportet.	CIII
An oporteat accedentes ad fraternitatem, statim artes discere.	CV
Qualibus pœnis in fraternitate uti oportet.	CVI
De hoc qui dicit se cupidum esse conuictus cum fratribus.	CVII
An oporteat præfectum loqui cum sorore aliqua, citra præfectæ præsentiam, de his quæ ad ædificationem fidei pertinent.	CVIII
An oporteat præfectum cum præfecta frequenter colloqui.	CIX
An oporteat confitente sorore seniori, adesse etiam seniore ipsam.	CX
An ubi senior quid fieri præcepit inter sorores, citra consensum senioris, siue præfectæ me- rito indignetur ipsa senior.	CXI
An si quis ad uitam secundum deum accedat, par est ut præfectus citra consensum fratrum talem suscipiat.	CXII
An possit is cui animarum cura concredita est seruare hoc, Nisi conuersi fueritis & facti uelut pueri.	CXIII
An oporteat omni & cuiusq; præcipienti obedire.	CXIII
Quando mutua obedientia uti oportet.	CXIII
Quatenus uti oportet.	CXV
Qui non perfectus est in quotidianis ad propositum mandatum præceptis, & artem disce- re uult, quo morbo ægrotet, & an oporteat ipsum tolerare.	CXVI
Qui	CXVII

Qui primus est ad mandatum, & operatur non quod præcipitur, sed quod ipse uult, qualem mercedem ferat.	CXXVIII
An unicuique liceat rejicere datum opus, & aliud petere.	CXXIX
An oporteat aliquo abire citra præfecti commonefactionem.	CXXX
An liceat grauiora opera reprobare.	CXXXI
Si quis poena non accipiendæ benedictionis affectus, dicat: Si non accepero benedictionem non edo, aut oporteat ipsum tolerare.	CXXXII
Si quis tristetur, quod non permittatur facere id quod commode facere non potest, an oporteat ipsum tolerare.	CXXXIII
An oporteat eum qui alicubi fortuito in hæreticos aut Græcos incidit, cibum cum ipsis capere, aut ipsos salutare.	CXXXIII
An eum cui datum est opus, & facit quid citra commonefactionem, præter id quod ipsi præceptum est, opus ipsum habere oportet.	CXXXV
Quomodo quis non superetur à uoluptate eduliorum.	CXXXVI
Dicunt quidam impossibile esse, hominem non irasci.	CXXXVII
Volenti abstinentiam supra uires exercere, ita ut etiam ad propositum mandatum imperdiatur, an concedere oporteat.	CXXXVIII
De eo qui multum ieiunat, & in assumptione cibum tolerare non potest.	CXXXIX
Quomodo ieiunare oporteat, ubi ieiunio opus fuerit.	CXXX
Qui non particeps sit eduliorum quæ fratres edunt, sed aliud requirit, an recte faciat.	CXXXI
Qui dicit, nocet mihi hoc, & tristitia affligitur, si aliud non datum fuerit.	CXXXII
Si quis murmuret propter cibum.	CXXXIII
Si quis iratus recuset accipere necessaria.	CXXXIII
An oporteat ægotantem ipsum amplius quid consuetis requirere.	CXXXV
An necessarium sit omnes hora prandij congregari, & eum qui relictus est & post prandium uenit quomodo tractemus.	CXXXVI
An bonum sit aliquem decernere, ad tantum si ita contingat tempus abstinere ab aliquo cibo aut potu.	CXXXVII
An oporteat in fraternitate aliquem plus alijs ieiunare.	CXXXVIII
Si ieiunium augeatur, imbecilliores euadimus ad opus, Quid igitur magis factio opus est, impedire opus ob ieiunium, aut negligere ieiunium propter opus.	CXXXIX
Si quis non continens sit circa nociua edulia, sed immodice ingerens in afflictionem delabatur, an ipsius curationem facere oporteat.	CXL
An oporteat peregrinos reperiri in officinis.	CXLI
An oporteat artifices assumere ad aliquod opus, citra consensum præfecti.	CXLII
Quomodo curam gerere debent operantes concredite ipsis supellecilijs.	CXLIII
Si quis ex negligentia perdat quid, aut ex contemptu abutatur.	CXLIII
Si à seipso utatur aliquo aut accipiat.	CXLV
Si urgente necessitate præfectus requirat ab ipso supellecilem, & contradicit.	CXLVI
Qui circa opus cellarij aut culine, aut aliud tale occupatus est, si non festinet adesse regulæ psalmodiæ & orationis, an nullum animæ damnum incurrat.	CXLVII
Qualem potestatis mensuram habet in dispensatione is cui cellarij cura concredita est.	CXLVIII
Quæ sit condemnatio dispensatoris, si quid ad personarum respectum, aut contentionem fecerit.	CXLIX
Si idem negligens non det fratri necessaria.	CL
An liceat ministranti maiore uoce loqui.	CLI
De ægotante in ministerio supra uires.	CLII
Cui lanæ concredita sunt quomodo ipsas habere debet.	CLIII
Si contigerit paucos esse fratres, & pluribus sororibus inseruiens ad eam deuenire necessitatem, ut inter se disperantur ad opera diuini, an hoc periculo uacet.	CLIII
Quomodo ægrotos in hospitali domo tractare oportet.	CLV
An eum cui cellarij aut alterius eiusmodi cura concredita est, semper eius curam gerere oporteat, aut permutari.	CLVI

Quo

Quo affectu quis deo seruire debeat.	CLVII
Quo affectu quis poenam suscipere debeat.	CLVIII
Qui tristitia afficitur erga eum qui ipsum increpauit qualis sit.	CLIX
Quo affectu debemus ministrare fratribus.	CLX
Qua humilitate debet quis ministerium suscipere à fratre.	CLXI
Qualem inter nos dilectionem habere nos oporteat.	CLXII
Quomodo quis dilectionem erga proximum acquirere possit.	CLXIII
Quid est, Nolite iudicare, & non iudicabimini.	CLXIII
Quomodo cognoscat quis, utrum ex æmulatione dei commoueat contra peccantem fratrem, aut irascatur.	CLXV
Quo affectu obedire oportet ad opus mandati urgenti.	CLXVI
Qualis debet esse anima, quæ omnino digna facta est in ope dei deprehendi.	CLXVII
Quo affectu uestem aut calceamentum qualecunque fuerit, accipere oportet.	CLXVIII
Si fratri iuniori præceptum fuerit, ut doceat aliquid ætate grandiores, quomodo ipsum adoretur.	CLXIX
An æqualiter attendere oportet, tum ei qui plus, tum ei qui minus recte facit.	CLXX
Si tristetur qui minus recte fecit, pientiore ipsi prælato.	CLXXI
Quo timore, aut qua certitudinis perfectione, aut quo affectu corporis domini participes fiamus.	CLXXII
An oporteat psalmodiæ tempore in domo, colloquium fieri.	CLXXIII
Quomodo possit quis cum affectu ac promptitudine facere mandata dñi.	CLXXIII
Quomodo appareat qui diligit fratrem, iuxta domini mandatum.	CLXXV
Qui sunt inimici, quos diligere nobis præceptum est.	CLXXVI
Quomodo debent potentes gestare impotentium infirmitates.	CLXXVII
Quid est, alterum alterius onera portare.	CLXXVIII
Quomodo potest quis absque dilectione fidem acquirere tantam, ut montes transferat, aut bona sua omnia pauperibus det, aut corpus suum tradat ut exuratur.	CLXXIX
Quo affectu & attentione audire debemus ea quæ assumptionis cibi tempore nobis obiter præleguntur.	CLXXX
Si fuerint fraternitates inter se uicinæ, & altera quidem inops degit, altera uero ad impertendum difficilior fuerit, quomodo oportet in opem erga impertientem affici.	CLXXXI
Ex quibus fructibus, probari debet qui condolenter fratrem peccantem reprehendit.	CLXXXII
Si contigerit aliquos in fraternitate uiuentes inter se discordare, an periculo uacet charitatis gratia cum talibus conuersari.	CLXXXIII
Quomodo possit quis & quomodo adhortatur, & quomodo reprehendit, non solum conari ut scientificè loquatur, sed etiam affectionem debitam conseruare, & erga deum, & erga illos ad quos uerba facit.	CLXXXIII
Si quis in dissertatione audientes coaffici uidens gaudeat, quomodo cognoscat seipsum, an affectu bono gaudeat, aut quodam affectu proprio.	CLXXXV
Pro qualibus amicis animam ponere debemus.	CLXXXVI
An à cognatis secundum carnem unumquemque quid suscipere oportet.	CLXXXVII
Quomodo uideamus eos qui olim nobis cohabitarunt, aut cognatos accedentes.	CLXXXVIII
Si idem inuitarint nos, ad propria ducere uolentes.	CLXXXIX
An oporteat misereri cognatorum secundum carnem, ita ut salutem ipsorum concupiscamus.	CXC
Quis est mansuetus.	CXCI
Quæ est tristitia secundum deum, & quæ sit mundi tristitia.	CXCII
Quale est gaudium in Christo.	CXCIII
Qualem uictum susceperimus, ut beatitudinem digni fiamus.	CXCIII
Quomodo omnia ad gloriam dei quis facit.	CXCIV
Quomodo edit quis ac bibit ad gloriam dei.	CXCV
Quomodo facit dextera, ut ne cognoscat sinistra.	CXCVI
Quid est humilitas, & quomodo ipsam acquiramus.	CXCVII
Quomodo	CXCVIII

Quomodo quis promptus fiat, etiā ad pericula pro mandato dñi subeunda.	CCXCIX
Qui antea in opere dei defatigati sunt, quomodo recens accedentes iuuare possint.	CC
Quomodo assequatur quis in oratione intentionem.	CCCI
An possibile sit obtinere in omnibus & semper intentionem.	CCII
Vtrum recte factorū secundum mādatum domini una mensura in omnibus est, aut alius ampliore habet, alius minorem.	CCIII
Quomodo dignus fiat quis spiritus sancti particeps fieri.	CCIII
Qui sunt pauperes spiritu.	CCV
Quā dñs præcipiat ut ne solliciti simus, quid edamus, aut quid bibamus, aut quid induamus; quatenus tendit mandatum, & quomodo perficiatur.	CCVI
Qua ratione operari oportet.	CCVII
An bonum sit in totum silentium exercere.	CCVIII
Quomodo possimus timere iudicia dei.	CCIX
Qui sit qui ab Apostolo traditus est amicus honestus.	CCX
Quæ est mensura dilectionis erga deum.	CCXI
Quomodo acquiratur dilectio erga deum.	CCXII
Quæ sunt signa dilectionis erga deum.	CCXIII
Benignitas & bonitas in quantum inter se differunt.	CCXIII
Quis est pacificus ille qui a domino beatus prædicatur.	CCXV
In qua re conuerti oportet, ac fieri uelut puer.	CCXVI
Quomodo suscipiamus regnum dei uelut puer.	CCXVII
Qualem prudentiam a deo petere debemus.	CCXVIII
Si beneficiū ab aliquo acceperimus, quō possimus & dño debitam gratiā actionem per ram ac integram reddere, & erga benefactorem perire explere.	CCXIX
An omnibus uolentibus conuenire sorores, permittere id oportet.	CCXX
Quomodo dominus doceat orare ut ne incidamus in tentationem, an oporteat orare ne incidamus in dolores corporales.	CCXXI
Quis est uniuscuiusq; nostrum aduersarius, & quomodo erga ipsum beneuoli erimus.	CCXXII
Qui ob aliquam placentem deo rationem ieiunare uult, ubi ut non uult hominibus uideatur, quid faciet.	CCXXIII
An etiam nunc alij a prima hora operantur, alij ab undecima, & qui sint hi.	CCXXIII
Quomodo dominus dicat, ubi duo aut tres fuerint cōgregati in nomine meo, illic sum in medio ipsorum, quomodo hoc digni fieri possimus.	CCXXV
Quomodo Apostolus dicat, dum obiurgamur benedicimus, dum conuicij impetitur, consolamur, quomodo debet benedicere is qui obiurgatur, aut quid consolari, is qui blasphemij ac conuicij impetitur.	CCXXVI
An oporteat unūquēq; etiam ad alios referre ea quæ sapit, aut eum qui certitudinem de his quæ deo placent habet, apud seipsum continere.	CCXXVII
An in omni re implere oporteat uoluntatē eorum qui scandalo offenduntur, aut sint quædam quæ oportet dissimulare, etiam si aliqui offendantur.	CCXXVIII
An oporteat interdicias actiones impudentius omnibus publicare, aut aliquibus, & his qualibus.	CCXXIX
Quid est cultus diuinus, & quis est rationalis cultus.	CCXXX
Si frater maligne agat in me, & inimicus sit mihi, aut aliquando etiam sacerdos, an liceat mihi data de inimicis mandata, etiam in ipso seruare.	CCXXXI
Si quis iniuria ab aliquo affectus nemini referat, ratione longanimitatis ac patientiæ, & uideatur deo tradere iudicium, an secundum dominum faciat.	CCXXXII
Ex omnibus recte factis si unum deficiat alicui, an ob hoc non seruetur.	CCXXXIII
Quomodo quis mortem domini annuntiabit.	CCXXXIII
An expediat multa discere ex scripturis.	CCXXXV
Qui digni facti sunt quatuor euangelia ediscere, quomodo hanc gratiam suscipere debeant.	CCXXXVI
Qualis anima dirigitur ad uoluntatem dei.	CCXXXVII
An possit	

An possibile sit indefinenter psallere, aut legere, aut serua tractare de uerbis dei, & nullum omnino temporis spacium fieri, ob accidentem aliquam necessitatem sordiorū corporis officiorum.	CCXXXVIII
Quis sit bonus thesaurus, & quis malus.	CCXXXIX
Cur ampla porta & lata uia dicta est quæ ducit ad interitum.	CCXL
Quomodo arcta porta & angusta uia sit quæ ducit ad uitam, & quomodo quis per ipsam ingreditur.	CCXLI
Quid est hoc, fraterno amore mutuo diligentes.	CCXLII
Quid uult Apostolus dum dicit, Irascimini & nolite peccare, Sol non occidat super iram uestram: & quidem quum alibi dixerit, Omnis amarulentia & indignatio ac ira, a uobis tollatur.	CCXLIII
Quid est hoc, date locum iræ.	CCXLIII
Quis est prudens ut serpens, & simplex uelut columba.	CCXLV
Quid est, Charitas non indecore se gerit.	CCXLVI
Quæ est gloriatio in domino, & quæ interdicta.	CCXLVII
Si dominus dat sapientiam, & a facie ipsius est cognitio & prudentia. Et si per spiritum alij datur sermo sapientiæ, alij sermo cognitionis, quomodo obijcit dominus discipulis, adhuc & uos imprudentes estis; & Apostolus aliquos uelut imprudentes acculat.	CCXLVIII
Quid est sanctum, & quid est iustum.	CCXLIX
Quomodo dat quis sanctum canibus, aut proijcit margaritas ante porcos, aut quomodo contingit id quod sequitur: Ne quando conculcent ipsos pedibus suis, & conuersi rum pant uos.	CCL
Quomodo aliquando interdicit dominus portare crumenam & peram ad uitam, aliquando uero dicit: Sed nunc qui crumenam habet, tollat, similiter & peram. Et qui non habet, uendat uestem suam, & emat gladium.	CCLI
Quis est panis quotidianus, quem dari nobis quotidie orare docui sumus.	CCLII
Quid est talentum, & quomodo ipsum multiplicabimus.	CCLIII
Quid est mensa, in quam timuit, inquit dominus mittere pecuniam.	CCLIII
Quo abire iussus est qui audiuit, Tolle quod tuum est & uade.	CCLV
Quæ est merces quam accipiunt etiam hi similiter uelut ultimi.	CCLVI
Qui sunt paleæ quæ exuruntur igni inextinguibili.	CCLVII
Quis est qui ab Apostolo cōdemnatur, uolens in humilitate ac religione &c.	CCLVIII
Quis est feruens spiritu.	CCLIX
Quomodo Apostolus dicat, nunc quidem nolite fieri imprudentes, nunc uero, ne sitis prudentes apud uos ipsos: an possibile sit non esse prudentem ad seipsum, eum qui non est imprudens.	CCLX
Quomodo etiam ipsi sancti quæ petierunt, non acceperunt a domino.	CCLXI
Quæ est differentia egestatis & paupertatis, & quomodo uerū dicit Dauid dum ait: Ego autem egenus sum & pauper.	CCLXII
Quid uult docere dominus per exēpla, ad quæ infert, Sic igitur omnis ex uobis qui non renunciat omnibus bonis suis, non potest esse meus discipulus.	CCLXIII
Quid est sinceritas.	CCLXIII
An ad solos sacerdotes dictum sit, Si obtuleris munus tuum ad altare.	CCLXV
Quid est sal, quem dominus habere præcipit.	CCLXVI
Si alius multas accipiet plagas, alius paucas: Quomodo dicunt aliqui non esse finem supplicij his qui puniuntur.	CCLXVII
Qua sententia dicuntur aliqui filij inobediētiæ, & filij iræ.	CCLXVIII
Quia scriptum est, facientes uoluntates carnis & cogitationum, an aliæ sint carnis uoluntates, & aliæ cogitationum, & quales sint hæc.	CCLXIX
Quid est, dubitantes sed non desperantes.	CCLXX
An omnium peccatorum purgationem per eleemosynam quis reperiat.	CCLXXI
Quando quidem præceptum est domini nō sollicitum esse de crastino, quomodo salubriter hoc præceptum intelligemus.	CCLXXII
Y Quid	

Quid faciendo quis blasphemiam dicit in spiritum sanctum.	CCLXXIII
Quomodo fiat quis in hoc seculo fatuus.	CCLXXIII
An possit propositum sancti impedire fatanas.	CCLXXV
Quid est quod ab Apostolo dictum est, ut probetis uos quæ sit uoluntas dei bona & com- placens ac perfecta.	CCLXXVI
Quale est promptuariū, siue cōclauē, in quod orantem dñs ingredi iubet.	CCLXXVII
Quomodo spiritus alicuius orat, mens uero ipsius instructiuosa est.	CCLXXVIII
Quid est hoc, psallite prudenter.	CCLXXIX
Quis est qui mundus est corde.	CCLXXX
Nolens psallere an cogenda sit.	CCLXXXI
Qui sunt qui dicunt, comedimus coram te ac bibimus, & quibus dicitur, Non noui uos.	CCLXXXII
An qui facit uoluntatem alicuius, socius est illius.	CCLXXXIII
Si inops sit fraternitas, ob aliquam morborum calamitatem, an indiscretū sit & hæsitatio ne careat, ab alijs accipere necessaria: & si oportet, à quibus accipiet.	CCLXXXIII
An oporteat fraternitatē cum fraternitate negocia exercentem, dignum speciei precium curiose inquirere.	CCLXXXV
An oporteat eum qui in fraternitate uiuit, & in corporalem infirmitatem delapsus est, ad hospitalem domum abducere.	CCLXXXVI
Qui sunt digni fructus pœnitentiæ.	CCLXXXVII
Qui uult cōfiteri peccata sua, an oib⁹ cōfiteri debet, & quibus, aut quibus.	CCLXXXVIII
Qui pœnituit ob peccatum, & rursus in idem collapsus est, quid faciet.	CCLXXXIX
Quomodo quis abundat in opere domini semper.	CCXC
Quæ est arundo contrita, aut fumigans linum. Et quomodo quis illam quidem non con- fringet, hoc uero non extinguit.	CCXCI
An oporteat in fraternitate puerorum secularium doctorem esse.	CCXCII
Quomodo oporteat tractare eos qui maiora peccata deuitant, parua uero indifferenter ac indiscriminatim faciunt.	CCXCIII
Qua de causa excidit quis ab assidua dei memoria.	CCXCIII
Ex quibus signis cognoscitur subleuitus.	CCXCIV
Quomodo certior fiat anima, quod à peccatis pura sit.	CCXCV
Quomodo à peccatis conuerti oportet.	CCXCVII
An bona secundum proprium placitum facere scripturæ ratio permittat.	CCXCVIII
Quomodo perficiatur anima, ut ab amore gloriæ discedat.	CCXCIX
Quis sit modus conuersionis, quod de inuisibili sermo sit.	CCC
Si quis dicat, Non cognosceat mea conscientia.	CCCI
An oporteat de dispensatione dare egentibus forinsecus.	CCCI
An oporteat obedire his quæ ab omnibus dicuntur in fraternitate.	CCCI
An pro his qui traditi sunt fraternitati, accipere oportet aliquid à cognatis dare aliquid uolentibus.	CCCI
An oporteat accipere ab externis, aut secundum amicitia gratiam, aut prioris cognatio- nem.	CCCVI
An ex diario auspiciari oporteat psalmodiam aut orationem.	CCCVII
An oporteat danti aliquid in fraternitate retribuere, & an iuxta proportionem domini re- tributionem facere oporteat.	CCCVIII
Si cōsuetæ & quæ secundum naturam sunt, ab aliquo fiant, an audere oporteat ut ad san- ctorum societatem ac communionem accedat.	CCCI
An oporteat ad communem domum deportationem fieri.	CCCI
An oporteat requirere aliquibus ad uisitationem abire.	CCCXI
An oporteat eos qui uisitant laicos exhortari ad orationem.	CCCXII
An oporteat operari uisitantibus quibusdam.	CCCXIII

Quæstio I

An liceat aut expediat alicui, ut sibi ipsi permittat facere aut dicere quæ bona putat, citra
testimonium diuinarum scripturarum.

Responsio

Responsio.

Quum dominus noster Iesus Christus dicat de sancto spiritu, Non enim loquetur à se ipso, sed quæcunque audierit, hæc loquetur: & de seipso. Non potest filius facere à seipso quicquam. Et rursus, Ego ex meipso non sum loquutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar, & scio quod mandatum ipsius est uita æternæ: Quæ igitur loquor ego, uelut dixit mihi pater, ita loquor: Quis nam ad tantam detentat infantiam, ut à seipso audeat quid uel animo cōcipere: qui duce quidem sancto ac bono spiritu opus habet, ut dirigatur in uiam ueritatis & mente & sermone & actione. Cæcus autem & in tenebris degit, citra iusticiæ solem, ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui mandatis suis uelut radijs illuminat. Mandatum enim domini lucidum, inquit, illuminans oculos. Quandoquidē uero ex rebus quæ inter nos uertuntur aliqua sunt à mandato domini in sancta scriptura distincta, aliqua uero silentio præterita: de his quæ scripta sunt, nulla potestas omnino ulli alicui data est, ut faciat quid prohibitum, aut relinquat aliquid præceptum, quum dominus semel præceperit ac dixerit: Et seruabis uerbum quod præcipio tibi hodie, non appones ad ipsum, & non detrahes ab ipso. Horrendum est enim subire condemnationem & feruorem ignis qui esurus est eos qui tale quid audent. Cæterum de his quæ silentio præterita sunt, regulam exposuit nobis apostolus Paulus dum ait: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant, Nemo quod suum est quærat, sed unusquisque quod alterius. Quapropter omni ratione necessarium fuerit deo subijci iuxta mandatum ipsius. Scriptum est enim, Subiecti inter uos mutuo in timore Christi. Et dominus dicit: Qui uult inter uos esse magnus, sit omnium postremus & omnium seruus: ab alienatus uidelicet à proprijs uoluntatibus ad imitationem ipsius domini dicentis: Descendi de caelo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris.

Quæstio II

Qualem professionem inter se mutuo exigere oportet eos qui simul secundum deum uere uolunt?

Responsio.

Eam quæ à domino omni accedenti proposita est dum dixit, Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Vnūquodque autem horum qualem uim habeat, dictum est in quæstione de ipso.

Quæstio III

Peccantem quomodo conuertemus, aut non cōuertentem se quomodo habere oportet?

Responsio.

Velut præceptum est à domino qui dixit, Si peccauerit frater tuus, uade reprehende ipsum inter te & ipsum solum, Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si uero non audierit, alium me tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum testium aut trium consistat omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ: Si autem & ecclesiam non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. Si itaque hoc fiat, sufficiens est tali pœna hæc quæ à pluribus infligitur: quum Apostolus scripserit, Argue, increpa, exhortare, cum omni patientia ac doctrina. Et rursus, Si uero quis non obedit sermone nostro, per epistolam hunc significate, & non commisceamini ipsi, ut confundatur.

Quæstio IIII

Si quis etiam in minimis peccatis non coarctet fratres, dicendo, quod pœnitentiam agere debent, nunquid & ipse immisericors est, & charitatem dissoluit?

Responsio.

Quum dominus affirmet, Iota unum aut apex unus non præteribit de lege, donec omnia fiant: pronunciet autem, quod omne uerbum ociosum quod loquentur homines, reddet de ipso rationem in die iudicij: nihil contemnendum est uelut paruulum. Qui enim cōtemnit rem, inquit, cōtemnetur ab ipsa. Et aliis quale peccatum audeat quis paruulum dicere, quum Apostolus pronunciarit, per transgressionem legis deum ignominia affici. Si uero aculeus mortis est peccatum, non hoc aut illud, sed indefinite omne nimirum peccatum, immisericors est qui silet, non qui reprehendit. Velut qui uenenum dimittit in eo qui à iaculante uenenum bestitia commorsus est, non qui eximit. Sed & charitatem talis dissoluit. Scriptum est enim, qui parcat baculo, odit filium suum, Qui uero diligit, diligenter castigat.

Y 2 Quæstio

Quæstio V

Quomodo debet quis poenitentiam agere ob singula peccata, & quales fructus ostendere dignos poenitentia?

Responsio.

Assumpto affectu eius qui dixit, iniusticiam odio habui & abominatus sum: & perpetratis his quæ in sexto psalmo ac multis alijs dicta sunt, & his quæ cõfessatus est Apostolus pro alio qui peccauit apud eos qui secundum deum cõtristati erant. Ecce enim hoc ipsum, inquit, quod secundum deum cõtristati estis, quantam in uobis peperit sollicitudinẽ, imò defensionẽ, imò indignationẽ, imò desiderium, imò uindictam. In omnibus exhibuistis uos ipsos, ut puri essetis in eo negotio. Item multiplicato oppposito recte factio, uelut fecit Zacharus.

Quæstio VI

Qui uerbis confitetur se poenitere, peccatum uero non corrigit, qualis est?

Responsio.

De hoc scriptum esse arbitror: Si te rogabit inimicus magna uoce, ne credideris ipsi, septem enim malicia sunt in anima ipsius. Et alibi, Quomodo canis quum reuersus fuerit ad uomitum suum, & odibilis factus fuerit. Sic stultus qui propria malicia cõuersus est ad suum peccatum.

Quæstio VII

Quod est iudicium eorum qui defendunt peccantes?

Responsio.

Gratius quam illius opinor, de quo dictum est, Conducit ipsi magis ut suspendatur mola asinaria in collum eius, & projiciatur in mare, quæ ut offendat unum ex paruis his. Non enim increpationem ad emendationem, sed defensionem ad peccati confirmationem, is qui peccauit sumit, & alios ad similia allicit, ut cõueniat defendenti, nisi dignos poenitentia fructus ostenderit, id quod à domino dictum est: Si oculus tuus dexter offenderit te, erue ipsum, & projice à te, Conducit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum conijciatur in gehennam.

Quæstio VIII

Legitime poenitentem quomodo habere oportet?

Responsio.

Velut dominus docuit, dum inquit, Conuocat amicos & uicinos dicens, Congaudete mihi, quia inueni ouem meam deperditam.

Quæstio IX

Quomodo erga peccantem citra poenitentiam afficiemur?

Responsio.

Velut dominus præcipit, dum ait, Si uero & ecclesiam nõ audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. Et sicut Apostolus docuit, dum scripsit: Subducite uos ab omni fratre inordinate ambulante, & non secundum traditionem, quam accepi à uobis.

Quæstio X

Anima multis peccatis grauata, cum qualibus lachrymis qualicq; timore, à peccatis recedere debet, & cum qua spe ac affectu deum accedat?

Responsio.

Primum quidem odisse debet suam priorem condemnatam uitam, ita ut etiam à memoria ipsius abhorreat, eamq; abominetur: Scriptum est enim, iniusticiam odio habui & abominatus sum, legem uero tuam dilexi. Deinde timoris magistras assumere minas eterni iudicij ac supplicij. Lachrymarum autem tempus statuere tempus poenitentia, uelut docuit David in sexto psalmo, ita ut certior facta sit de purificatione peccatorum per sanguinem Christi, in magnitudine misericordia, & multitudine miserationum dei, qui dixit: Si fuerint peccata uestra uelut pãnus puniceus, uelut niuem inalbabo: Si uero fuerint uelut coccinum, uelut lanam inalbabo: & tunc potestatem ac uim complacentiæ erga deum nata dicat hoc, Conuertisti luctum meum in gaudium, dirupisti saccum meum, & cinxisti me læticia, quo psallat tibi gloria mea. Et sic progressa ad deum psallat dicens, Exaltabo te domine, quia suscepisti me, & non latificasti inimicos meos super me.

Quæstio XI

Quomodo quis acquisierit odium aduersus peccata?

Responsio

Responsio.

Semper ex iniucundo ac tristi euentu, odium aduersus talium autores oboritur, Si quis igitur certior factus fuerit quot & quantorum malorum causæ atq; autores sunt peccata, sua sponte & cum affectu odium aduersus ipsa acquirat: uelut ostendit ille qui dixit, Iniusticiam odio habui & abominatus sum.

Quæstio XII

Quomodo certificatur anima, quod deus dimiserit ipsi peccata?

Responsio.

Si contemplabitur ipsum in affectu eius qui dixit, Iniusticiam odio habui & abominatus sum. Qui enim pro remissione peccatorum nostrorum unigenitum filium suum demisit, quantum in seipso fuit anticipando omnibus dimisit. Quandoquidẽ uero misericordiam & iudicium, canit sanctus, ac testatur quod deus, misericors est & iustus, necesse est ea quæ relata sunt ab apostolis ac prophetis in locos de poenitentia, à nobis fieri: ut iudicia iusticia dei declarentur, & misericordia ipsius in remissionem peccatorum perficiatur.

Quæstio XIII

Num oportet eum qui post baptismum peccauit, de salute desperare, ubi in multitudine uitiorum inuentus est? Aut ad qualem peccatorum mensuram, sperare oportet in benignitate dei per poenitentiam?

Responsio.

Si multitudinem miserationum dei numerare, & magnitudinẽ dei metiri possibile est, in comparatione multitudinis ac magnitudinis peccatorum desperatio fiat. Si uero hæc quidem uelut uerisimile est, & mensuræ subijcti, & numerabilia esse contingit, Dei uero misericordiam metiri ac miserationes numerare, impossibile est, nõ desperationis tempus est, sed agnitionis misericordia ac condemnationis peccatorum, quorum remissio propolita est in sanguine Christi, uelut scriptum est. Quod autem non oporteat desperare, in multis locis multiformiter docemur, maxime uero ex parabola domini nostri Iesu Christi, de filio qui accepit paternam hereditatem, & insumpsit in peccata. Cuius poenitentia quali & quanta festiuitate digna facta est, ex ipsis domini uerbis discimus. Sed & per Esaiam dicit deus: Si fuerint peccata uestra uelut pãnus puniceus, uelut niuem inalbabo. Si uero fuerint uelut coccinum, uelut lanam inalbabo. Id quod debemus scire solummodo uerum esse, si poenitentia modus ex affectu abominatẽ peccatum memorabilis fiat, uelut scriptum est eum in ueteri, tum in nouo testamento: & si fructus dignus, uelut in quaestione de hoc dictum est.

Quæstio XIII

Ex quibus fructibus probari debet uera poenitentia?

Responsio.

Mores poenitentium, & affectus recedentium à peccatis, & studium fructuum dignorum poenitentia, relata sunt in proprijs locis.

Quæstio XV

Quid est hoc, quoties peccarim in me frater meus, & remittam ipsi? & in quibus peccatis est meum remittere?

Responsio.

Potestas remittendi non absolute data est, sed in obedientia poenitentis & cõcordia erga eum qui animam ipsius curam gerit. Scriptum enim est de talibus, Si duo ex uobis concordauerint in terra, de omni re quam petierint cõtinget ipsis à patre meo qui in caelis est. At uero in quibus, ne interrogare quidem licet, quum nouum testamentum nullam diffidentiam nobis declararit, uerum omnis peccati remissionem dignam poenitentiam agentibus promittat, & maxime quum dominus ex propria persona de omni re promiserit.

Quæstio XVI

Cur aliquando anima etiam id studium nõ habens, sua sponte fere illapso dolore compungitur, aliquando uero ita doloris expers, ut etiam dum cogitur, compungi nõ possit?

Responsio.

Talis equidẽ compunctio donum dei est, aut ad irritadam cõcupiscentiam, ut anima gustata huiusmodi doloris dulcedine, studium habeat eius exæquandi: aut ad ostendendum quod possit anima per sedulam diligentiam semper in compunctione esse, ut nullam excusationem habeat, qui ob segnitiam illam reiecerunt. At uero cogi & nõ posse, simul arguit nostram

in alio tempore negligentia: Non enim possibile est, ut quis citra meditationem & multam ac frequentem coexercitationem, derepente quid aggressus ipsum assequatur: simul autem ostendit animam quae aliorum affectuum dominium patitur, neque ad ea quae uult, liberam esse ab illis permitti, iuxta illam ab Apostolo relatum speculationem, qui dixit: Ego autem carnalis sum uenditus sub peccatum, Non enim quod uolo, hoc facio, sed quod odi, hoc ago. Et rursus, Nunc autem non iam ego operor hoc, sed inhabitans in me peccatum: Deo ipso etiam hoc in bonum nobis contingere permittente, si quo modo per ea quae inuita patitur anima, ad intelligentiam deueniat dominantis, & cognita seipsa quod inuita seruiat peccato, respiciat ex laqueo diaboli, paratam reperiens misericordiam dei ad suscipiendos legitime poenitentes.

Quaestio XVII

Si quis in animo de edendo cogitet, deinde condemnet seipsum, an etiam hic uelut sollicitus accusabitur?

Responsio.

Si quidem natura non infestante ante famis tempus memoria contingat, manifesta est abalienatio anime, accusans ipsius tum erga praesentia affectionem, tum erga ea quae deo placent segnicem. Parata est autem etiam sic dei misericordia. Vbi enim condemnatur quia seipsum per rationem poenitentiam, absolutus est a crimine: & si uitauerit de cetero lapsus, memor domini qui dixit, Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ut ne peius tibi fiat. Si uero natura cogente, & fame obtinente, sensus memoriam mouet: Superat autem ratio per studium & uacationem circa meliora, Memoria ipsa non est condemnationis causa, sed uictoria laudis.

Quaestio XVIII

Num oportet ei qui deliquit aliquando in fraternitate, curam aliquam committere post multam exercitationem? Et si oportet, qualem eam tandem?

Responsio.

Memores Apostoli dicentis, Ne praebatis offendiculum neque Iudaeis neque Graecis, neque ecclesiae dei, quemadmodum & ego per omnia omnibus placeo, non quaerens meam ipsius utilitatem, sed multorum ut salui fiant: Multam curam habere debemus, ut ne offendiculum aliquod euangelio Christi demus, & ut ne debilibus offensionis occasionem exhibeamus, neque aliquos ad malitiam edificemus. Quapropter necessarium est in talibus spectare ac expendere quod confert ad fidei edificationem, & profectum omnis uirtutis in Christo.

Quaestio XIX

Si quis suspectus sit de peccato, in conspicuo autem hoc non faciat, Num oportet ipsum obseruare, quo inueniatur id quod suspectum est?

Responsio.

Præ suspiciones, & à proposito maleuolo procedentes accusant ab Apostolo. Obseruare autem oportet omnes in dilectione Christi, & cupiditate curationis eius qui suspectus est, eum cui omnium cura demandata est, quo fiat id quod dictum est ab Apostolo, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.

Quaestio XX

Num oportet compertum ac tentatum in peccatis, fugere societatem illorum qui de deo aliter sentiunt, aut etiam aduersus male uiuentes disceptare?

Responsio.

Quum Apostolus dicat, subtrahite uos ab omni fratre inordinate ambulante, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis: In uniuersum omnibus omnis societas, omnis interdicta rei & in animo & sermone & actione nociua et periculosa est. Eos uero qui in peccatis tentati sunt, etiam amplius diligenter seruari conuenit, primum quod magis lubrica est ut plurimum anima ad peccatum, quae ipsi adueta est. Deinde quemadmodum in his qui corpora infirma habent, curatio diligentem obseruationem habet, ut etiam ea quae sanos iuuant, saepe reprobet. Sic etiam in his qui anima agrotant, multo ampliore custodia ac cura opus est. Quantum autem contingat ex societate ad peccantes detrimentum, idem Apostolus ex tali argumento declarat, dum inquit: Modicum fermentum totam massam fermentat. Si uero eorum qui in moralibus errant, tantum est detrimentum, quid dicere oportet de his qui de deo male sentiunt, quos mala opinio neque in alijs

sanos

sanos esse permittit, traditos semel propter ipsam in ignominiam affectus, uelut ex multis locis ostenditur, & ex his quae in epistola ad Romanos de quibusdam relata sunt hoc modo. Et quemadmodum non probauerunt deum habere in noticia, tradidit ipsos in reprobam mentem, ut facerent quae non conueniebant: repletos omni iniquitate, scortatione, malicia, auaricia, nequitia, plenos inuidia, caede, contentione, dolo, malignitate, suffrones, detractores, dei osiores, contumeliosos, superbos, arrogantes, excogitatores malorum, parentibus inobedientes, insipientes, inconstitutos, sine dilectione, sine federe, immiserordes. Qui quum iustitiam dei nouerint, quod uidelicet hi qui talia faciunt, digni sunt morte, non solum ipsa faciunt, sed etiam facientibus assentiuntur.

Quaestio XXI

Vnde contingunt animi à deo abalienationes, & uarię cogitationes, et quomodo ipsas corrigemus.

Responsio.

Contingit animi à deo abalienatio ab ocio mentis non occupatae circa necessaria. Ocio sa est autem mens & curae expers, ex eo quod non credit deum adesse, qui scrutatur corda & renes. Si enim hoc crederet, omnino faceret quod dictum est: Prospiciebam deum in conspectu meo semper, quoniam à dextris meis est, ut ne commouear. Qui autem hoc & huic similia recte facit, neque audebit unquam, neque habebit ocium aliquid cogitare, ex his quae non ad fidei edificationem fiunt, etiam si bonum esse uideatur, nedum ex his quae interdicitur sunt, & deo non placent.

Quaestio XXII

Vnde fiunt nocturnae illae indecorae imaginationes?

Responsio.

Fiunt ex diuturnis alienis animae motibus. Si uero in meditatione iudiciorum dei, pura fuerit ab illis anima, & in assidua cogitatione fuerit rerum bonarum & placentium deo, talia habebit etiam infomnia.

Quaestio XXIII

Ex quibus uerbis uaniloquentia iudicatur?

Responsio.

In summa, omne uerbum quod non conducit ad propositam in domino utilitatem uanum & ociosum est. Et tantum est huiusmodi uerbi periculum, ut etiam si bonum fuerit, non autem ad fidei edificationem edificetur, non propter uerbi bonitatem is qui locutus est, periculum effugit, sed ob id quod non edificet id quod dictum est, spiritum sanctum dei contristat & offendit. Hoc enim manifeste docuit Apostolus, dum dixit: Omnis sermo spurcus ex ore uestro ne procedat, sed si quis bonus est ad fidei edificationem, ut det gratiam audientibus. Et hoc insuper adiecit: Et ne contristetis spiritum sanctum dei, in quo signati estis. Contristare autem spiritum sanctum, quantum malum sit, quid attinet dicere?

Quaestio XXIV

Quid est conuicium?

Responsio.

Omne uerbum quod ex affectu ignominia afficiendi dicitur, conuicium est, etiam si ipsum uerbum non uideatur esse contumeliosum. Et hoc manifestum est ex euangelio dicente de Iudaeis, quod conuicia iaciebant in ipsum, & dicebant ipsi, Tu esto discipulus illius.

Quaestio XXV

Quid est detractio?

Responsio.

Duo tempora esse arbitror, in quibus dicere licet aliquid de aliquo mali. Quum necesse est aliquem cum alijs ad hoc approbatis consilium intrare, quo corrigatur is qui peccauit. Et rursus quum opus fuerit munire aliquos, qui ex ignorantia saepe malo uelut bono ammi feceri possunt: quum Apostolus praecipiat ut ne talibus ammisciamur, ne forte quis capiat laqueos animae suae. Id quod eundem Apostolum fecisse cooperimus, dum ad Timotheum scribit. Alexander faber ferrarius multa mihi mala exhibuit, quem et tu caue. Valde enim restitit sermonibus nostris. At uero extra talem necessitatem, aliquid contra aliquem dicere, ut ipsum hoc criminetur, aut ipsi detrahat, detractor est, etiam si uerum sit id quod dicitur.

Quaestio XXVI

Qui detrahit fratri, aut detrahentem audit & tolerat, qua re dignus est?

Responsio

Y 4

Responsio.

Separatione ac excommunicatione utriusque. Nam detrahentē clam proximo suo, hunc persequebar. Et alibi dictum est, Ne libenter audias detractorem, ut ne e medio tollaris.

Quæstio XXVII

Si præfecto quis detrahat, quomodo ipsi attendemus?

Responsio.

Manifestum est & hoc iudicium ex ira dei in Mariam, quando derisit Moysen, cuius peccatum, neque ipso Moysen precante, impunitum dimisit deus.

Quæstio XXVIII

Si quis uoce audaciore, & uerbis temerarijs respondeat alicui, & de hoc commonefaciat ac dicat, Nihil habeo mali in corde, num ipsi credere oportet?

Responsio.

Non omnes animæ affectus omnibus manifesti sunt, & ne ipsi quidem qui eos patitur, sicut neque corporis. Quemadmodum igitur harum rerum prudentes in corpore signa quædam habent occultarum affectionum & ægri sensum effugientium. Sic etiam anima, etiam si non sentiat proprium affectum is qui peccat, credere tamen oportet domino, & ipsum & eos qui cum ipso sunt certiores reddente, quod malus homo ex malo thesauro cordis sui mala profert. Etenim malus bonum aliquod uerbum aut factum, etiam si sæpe fingat, emittere non potest. At uero ut bonus aliquid mali fingat, impossibile est. Prouidentes etiam bona, inquit, non solum coram domino, sed etiam coram hominibus.

Quæstio XXIX

Quomodo quis poterit non irasci?

Responsio.

Si deum inspectorem, & dominum presentē semper inspicere putat. Quis enim subditus, aliquando audeat ob oculos principis aliquid quod ipsi displicet? Et si non expectet aliorum obedientiam, sed ipse ad obedientiam præparetur, omnes seipsum excellere putat. Si enim ad suum usum requirit obedientiam, noscat quod sermo domini unumquemque alius inseruire docet. Si uero inobedientiæ mādātū domini ulciscitur, non ira opus est, sed miseratione ac condolentiā, iuxta eum qui dixit, Quis infirmus est, & ego non sum infirmus.

Quæstio XXX

Quomodo malæ concupiscentiæ affectum excindemus?

Responsio.

Per feruentem concupiscentiam uoluntatum dei, & talem qualem se habere ostendit qui dixit, Iudicia domini uera simulque iusta, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum. Nam rerum meliorū concupiscentia, in facultate ac potestate habens fruitionem eorum quæ concupiscit, minora cōtemnere ac auerteri cogit, uelut ostenderunt omnes sancti: quanto uero magis mala & pudore digna?

Quæstio XXXI

Num omnino ridere non licet?

Responsio.

Quum dominus eos qui nunquid credent, condemnet, manifestum est quod nunquam tempus risus est credenti, & præsertim in tanta multitudine eorum qui per transgressionem legis deum ignominia afficiunt, & mortificati sunt in peccato, propter quos tristari ac lugere oportet.

Quæstio XXXII

Intempestiua & immodica dormitatio unde est, & quomodo ipsam deponemus?

Responsio.

Talis dormitatio fit, ubi segnior facta fuerit anima circa cogitationes de deo, & ubi iudicia dei contempserimus. Deponimus autem ipsam, ubi genuinam & memorabilem maiestatis dei considerationem assumpserimus, & uoluntatum ipsius concupiscentiam, iuxta eum qui dixit: Si dederō somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inuenero locum domino, tabernaculum deo Iacob.

Quæstio XXXIII

Quomodo deprehenditur studiosus ut hominibus placeat?

Responsio

Responsio.

Quum coram laudantibus diligentiam ostenderit, coram uituperantibus autem piger fuerit. Si enim domino placere uult, semper & ubique idem erit, implens id quod dictum est: Per arma iusticiæ dextra ac sinistra, per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam, uelut impostores, & tamen ueraces.

Quæstio XXXIII

Quomodo effugerit quis uitium complacendi hominibus? & ne circumspiciat laudes ab hominibus proficiscentes.

Responsio.

Per certitudinem presentie dei, & indistinctam curam complacendi deo, & per feruentem concupiscentiam beatitudinis dei. Nemo enim in oculis domini, ad complacentiam conserui, in heri ignominiam, & suis ipsius condemnationem, subleuus est.

Quæstio XXXV

Quomodo cognoscitur arrogans, & quomodo curatur?

Responsio.

Cognoscitur quidem ex eo quod ea quæ ad præminentiam pertinent requirit, curatur autem si crediderit iudicio eius qui dixit: Dominus superbis resistit. Illud tamen scire oportet, quod quomodo cum quis arrogantiam iudicium timuerit, non potest curari uitium, nisi ab omnibus præminentiam studijs secesserit: uelut non potest dediscere linguam, aut qualemcumque artem, qui non perfecte secessit, non solum a faciendo aut loquendo aliquid de illa arte, sed etiam ab audiendo loquentes, & uidendo facientes. Id quod in omni uitio obseruandum est,

Quæstio XXXVI

Num oportet honorem querere?

Responsio.

Retribuere quidem honorem, ei qui tribuit honorem docti sumus, querere autem honorem interdicitur est, quum dominus dixerit: Quomodo potestis uos credere, gloriam alter ab altero accipientes, gloriam autem a solo deo non querentes. Quare querere ab hominibus gloriam signum est incredulitatis, et ab alienata pietatis, uelut Apostolus dixit, Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem. Si uero hi qui accipiunt datam ab hominibus gloriam, sic condemnati sunt, hi qui non datam requirunt inenarrabile iudicium subibunt.

Quæstio XXXVII

Quomodo piger ad mandatum, studium ac diligentiam recuperare poterit?

Responsio.

Si certior factus fuerit de presentia domini Christi qui omnia inspicit, & de minis contra pigrum, & de spe retributionis magnæ a domino mercedis, quæ promissa est per Paulum apostolum, Vnusquisque, inquit, propriam mercedem accipiet iuxta proprium laborem: & quæcumque talia scripta sunt ad uniuscuiusque studium aut patientiam ad gloriam dei.

Quæstio XXXVIII

Si præcipiatur aliquid fratri, & contradicat, postea uero abeat?

Responsio.

In eo quidem quod contradixit uelut contumax, & alios ad idem irritans, statuatur reus esse iudicij illius: contradictiones excitat omnis malus, dominus autem angelum immisericordem immittet ipsi. De eo autem certus sit quod non homini contradicit, aut obedit, uerum ipsi domino qui dixit, Qui uos audit, me audit. Et qui uos reprobat, me reprobat. Et compunctus prius se excuset, & sic si permillum ipsi fuerit, opus faciat.

Quæstio XXXIX

Si uero quis obediens murmurat?

Responsio.

Quum Apostolus dixerit, omnia facite citra murmuraciones ac disceptationes, ab alienatus est & is qui murmurat a fratre unitate, & huius opus ab ipso usu. Palam est autem hunc ex incredulitate laborare, & spei ambiguitate.

Quæstio XL

Si frater fratrem molestia affecerit, quomodo debet corrigi?

Responsio.

Si quidem molestia ac tristitia affecerit, uelut Apostolus, dum dixit, Contristati enim estis secundum

secundum deum, ut nullius rei detrimentum ex nobis perpeffi sitis: non is qui molestia affecit opus habet correctione, sed qui contristatus est debet proprietates tristitię secundum deum ostendere. Si uero in indifferentibus tristitia affecit, recordetur is qui molestus fuit Apostoli dicentis, Si propter cibum frater tuus tristatur, non iam secundum charitatem ambulas: Et cognito hoc peccato impleat id quod a domino dictum est: Si obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid contra te, mitte illic munus tuum coram altari, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc accedens offer munus tuum.

Quaestio XL I

Si uero non sustineat se purgare?

Responsio.

Implere debemus in ipso ea quae a domino de eo qui peccauit, & non poenituit, dicta sunt, dum ait: Si uero & ecclesiam non audierit, sit tibi uelut ethnicus ac publicanus.

Quaestio XL II

Si uero se purget qui molestia affecit, is autem qui contristatus est, reconciliari nolit?

Responsio.

Manifestum est iudicium domini super hoc in parabola serui ad conseruum, qui quosdam rogaretur patientiam habere noluit. Viso autem hoc, inquit, conserui ipsius manifestauerunt domino suo. Iratus autem dominus, suum erga ipsum beneficium reuocauit, & tradidit ipsum tortoribus, donec reddiderit quod debet.

Quaestio XL III

Quomodo quis expergeficienti ad orationem attendere debet.

Responsio.

Si agnoscit quis detrimentum ex somno, quod neque seipsum quis sentit: cognoscit autem lucrum uigiliarum, & maxime praeminentem gloriam, quando adducitur aliquis deo ad orationem: attendet expergeficienti, uelut magna & omnem concupiscentiam excedentia beneficia conferenti, siue ad orationem, siue ad quodcumque tandem mandatum excitet.

Quaestio XL IIII

Si uero tristatus fuerit expergefactus, aut etiam iratus, qua re dignus est?

Responsio.

Interea quidem separatione ac fame, si forte possit compunctus agnoscere quot & quantis bonis seipsum stuide priuat, & sic conuersus, beneficio eius exhilaretur qui dixit: Memor fui dei, & exhilaratus sum. Si uero stupidus esse perseverauerit, amputetur uelut putrefactum ac corruptum membrum a corpore. Scriptum est enim, Expedi ut pereat unum membrum tuum, & ne totum corpus tuum projiciatur in gehennam.

Quaestio XL V

Si quis audito domino qui dixit, quod seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, neque parans se ad ipsius uoluntatem, multas plagas accipiet. Qui uero non scit, digna autem plagis fecit, paucas accipiet: negligat cognitionem uoluntatum domini, num habet quo se soletur?

Responsio.

Palam declarat se talis qui ignorantiam fingit, & peccati damnationem effugere non potest. Si non uenisse enim, inquit dominus, & ad eos loquutus essem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo, quia sacra scriptura ubique omnibus uoluntatem dei annunciet. Quare non cum ignorantibus talis minus damnatur, sed cum illis uehementius damnatur, de quibus scriptum est: Sicut aspidis surdae & obturantis aures suas, quae non exaudiet uocem incantantium, intoxicatur dum incantatur a sapiete. At uero cui commissum est ministerium uerbi, si negligens fuerit eius annunciandi, uelut homicida damnatur, uelut scriptum est.

Quaestio XL VI

Num qui tolerat alterum ad faciendum peccatum, reus est peccati?

Responsio.

Hoc iudicium manifestum est ex domini uerbis ad Pilatum, dum dixit: Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Manifestum est enim ex hoc, quod etiam Pilatus qui tolerabat eos qui tradiderunt, habebat peccatum, etiam minus. Declarat hoc palam etiam Adam qui Eua sustinuit, & Eua quae serpentem tolerauit. Nullus enim ex his uelut insons sine poena dimissus est.

Sed &

Sed & ipsa dei contra ipsos indignatio, exacte hoc indicat. Nam quum Adam excusationis loco proferret hoc, uxor quae dedisti mihi, haec mihi dedit, & comedit: respondet deus, Quia audiisti uocem uxoris tuae, & comidisti de ligno, cuius unius esum tibi interdixi, maledicta terra in operibus tuis, & caetera.

Quaestio XL VII

Num oportet dum quidam peccant silere.

Responsio.

Quod non oportet, manifestum est ex praecipis domini, qui in ueteri quidem testamento dixit, reprehensione reprehendes proximum tuum, & non assumes propter ipsum peccatum. In euangelio uero, Si peccauerit in te frater tuus, uade reprehende ipsum inter te & ipsum solum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si uero non audierit, assume tecum ad huc unum aut duos, ut in ore duorum testium aut trium consistat omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiae. Si autem & ecclesiam non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus, Quanta autem sit condemnatio huius peccati, cognoscere datur primum ex sententia domini qui uniuersaliter dixit: Qui non obedit filio, non uidebit uitam, sed ira dei manebit super ipsum. Deinde etiam ex historijs, quae tum in ueteri tum noua scriptura habentur. Ecce enim Achar quando furatus esset linguam auream & uestem tenuem, ira domini super omnem populum orta est, & quidem ignorantem tum peccatorem tum peccatum, donec praedicus manifestatus esset, & horrendum illum interitum una cum omnibus suis sustinisset. Heli autem etiam si non sileret de filijs suis, qui sane erant pestes, uerum saepe ipsos comonuisset ac dixisset, Nolite filij, non bona audio de uobis, & longiore sermone tum peccati absurditatem, tum inuitabilem condemnationem adstruxisset: tamen quia non penitus ultus esset, neque decentem aemulationem contra ipsos ostendisset, adeo iram dei exacerbauit, ut & populus una cum filijs ipsius disperderetur, et arca ipsa ab alienigenis caperetur, & ipse insuper miseranda morte interiret. Si uero contra eos qui conscij non fuerunt ei qui peccauit, & contra eos qui prohibuerunt ac contestati sunt peccatum, tanta ira exarsit: quid nam quis dixerit de his qui sciunt & insuper conticescunt? Qui certe nisi ostenderint ea quae ab Apostolo ad Corinthios dicta sunt, dum ait: Cur non potius luxistis ut tolleretur de medio uestri qui facinus hoc perpetravit? & quae consequenter idem apud eundem contestatus est, dum scripsit: Ecce enim hoc ipsum, quod secundum deum contristati estis, quantum in uobis peperit studium, imo defensionem, imo indignationem, imo timorem, imo desiderium, imo aemulationem, imo ultionem: periculum est omnino ut & nunc simul omnes in eundem interitum corruant, aut etiam deteriorem, quanto deterior est eo qui legem Mosi spreuit, is qui dominum spernit, & qui idem cum eo qui antea peccauit, & prius condemnatus est, ausus fuit. Septies enim ultio facta est ex Cain, ex Lamech uero septuagies septies, qui simile peccatum commisit.

Quaestio XL VIII

Auaricia quatenus damnatur?

Responsio.

Quum quis transgressus fuerit legis terminum. Contingit autem hoc iuxta uetus quidem testamentum, ubi quis amplius sui ipsius quam proximi curam gerit. Scriptum est enim, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Iuxta euangelium uero, ubi quis plus quam ad praesentem diem opus est, sui gratia conat, uelut is qui audiuit, Stulte hac nocte animam tuam auferent a te, quod uero parasti, cuius erit? Ad quae uniuersaliter infert, Sic qui thesaurum colligit sibi ipsi, & non in deum ditescens.

Quaestio XL IX

Quid est perperam agere?

Responsio.

Quaequid non ob necessitatem, sed propter ornatum assumitur, petulantiae perperam sententis accusationem habet.

Quaestio L

Si quis preciosiores uestes repudiet, uilem autem siue uestem siue calceum uelit, ut ipsi decorus sit, num peccat, aut quali morbo aegrotat?

Responsio.

Qui uult ut decorus sit ipsi uestitus aut calceatus, ad hoc ut hominibus placeat, manifestum se facit qui ex morbo complacendi hominibus aegrotat, & quod a deo abalienatum animam habet, & qui perperam sententis petulantiae uitium etiam in ipsis uilibus perficiat.

Quaestio

Quæstio LI

Quid est Racchar?
Vernaculum uerbum imitatoris contumeliæ erga familiares usurpatum.

Quæstio LII

Quum Apostolus dicat, modo: Ne sitis uanæ gloriæ appetentes, modo: ne in seruitute ad oculum uelut qui hominibus placere studet. Quis est uanæ gloriæ appetens, & quis com placendi hominibus studiosus?

Responsio.

Arbitror quod uanæ quidem gloriæ appetens est, qui nudæ in mundo gloriæ gratia, quæ à uidentibus aut audientibus contingit, aliquid facit & dicit. Verum complacendi hominibus studiosus, qui ad alicuius hominis uoluntatem ad complacentiam ipsius aliquid facit, etiam si ignominia dignum sit id quod fit.

Quæstio LIII

Quid est inquinamentum carnis, & quid inquinamentum spiritus, & quomodo ab ipso puri erimus? Aut quid sanctificatio, & quomodo ipsam adipiscimur.

Responsio.

Inquinamentum sanæ carnis fuerit, ammisceri his qui operantur interdicia, Spiritus uero, indifferentē esse erga eos qui talia sentiunt aut faciunt. Purus est autē aliquis, quum fecerit quod Apostolus dixit, ut cum tali neq; cibū capiat, & quæcūq; eiusmodi sunt: aut quum patietur id quod à Dauide dictū est, Tristitia occupauit me à peccatoribus relinquentibus legē tuam: et quum talem mœrorē ostenderit, qualem ostenderunt Corinthij, quum ipsis uitio uerteretur, quod erga eum qui peccauerat indifferentē affectū fuissent, in omnibus componentes seipsum ut puri essent in negotio. Porro sanctificatio est deditū esse sancto deo ex toto & sine intermissione in omni tempore, per curam & studium eorum quæ ipsi placent. Nam quod mutilatū est inter donaria ac oblationes non recipitur: & quod se mel deo dicatū est in cōmunem ac humanū usum trahere impiū & horrendū facinus est.

Quæstio LIIII

Quid est amor sui, & quomodo notum reddit seipsum sui amans?

Responsio.

Multa abusive dicuntur, uelut hoc: Qui amat animā suam, perdet ipsam. Et, qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aternā seruabit ipsam. Itaq; sui amans est, qui seipsum amat, Notum autē facit seipsum, si ea quæ facit, propter seipsum fecerit, etiam si id quod facit fuerit secundum mandatum. Nam suæ requiei gratia, subterfugere aliquid ex his quæ ad fratris siue animæ siue corporis necessitatem requiruntur, manifestam iam etiam alijs maliciam proprii amoris habet, cuius finis est interitus.

Quæstio LV

Quæ est differentia amarulentia & indignationis & iræ ac irritationis?

Responsio.

Indignationis & iræ differentia fortassis in affectu et impetu sita est, quum iratus quidem in solo affectu habeat uitium, uelut indicat qui dixit: Irascimini & nolite peccare. Is uero qui indignatur amplius iam quiddam ostendat. Indignatio enim ipsis, inquit, ad similitudinem serpentis. Et Herodes ex animi indignatione pugnabat aduersus Tyrios & Sidonios. At uehementior ex indignatione concitatio nominatur irritatio siue exacerbatio. Amarulentia uero grauiorem mali confirmationem declarat.

Quæstio LVI

Quum dominus pronūciarit, quod qui seipsum exaltat, humiliabitur, & Apostolus præcipiat, ut ne alta sentiamus: & alibi dicat, arrogantes, superbi, elati: & rursus, charitas non inflatur: Quis est qui alta sapit, & quis superbus, & quis arrogans. Item quis elatus ac fastuosus, & quis inflatus?

Responsio.

Alta sapiens quidē is fuerit qui seipsum exaltat, q ob recte facta sua magnifice de se sentit, & se effert iuxta pharisæum illum, & nō ad humiles se demittit. Idem etiā inflatus dici poterit, iuxta Corinthiorū crimen. Arrogans autē qui nō procedit iuxta legislatiōes, neq; implet illud, ut iuxta eandē regulam procedat, & idem sentiat, uerum propriā iusticiæ ac pietatis

pietatis uiam excogitat. Superbus uerò qui ob ea quæ ipsi adsunt seipsum faciat, & supra quam est uideri studio habet. Elatus autē ac fastuosus aut idem est cum superbo, aut huic propinquus: iuxta id quod ab Apostolo dictum est, Fastuosus est nihil sciens.

Quæstio LVII

Si quis defectum habeat incorrigibilem, & dum frequentius condemnatur lædatur, num confert potius ipsi permittere?

Responsio.

Hoc etiam alibi dictū est, quod peccantes longanimiter cōuertere oportet, iuxta ostensum à domino modum. Si uerò non suffecerit ipsi ad conuersionem plurium condemnatio ac increpatio, uelut Corinthio illi, talem uelut ethnicū uideri oportet. Nemini autem iuxta ullum aliquem modum tutum est dimittere eum qui à Domino condemnatus est, quum dominus dixerit: Quod expedit ut quis unū oculum, aut unam manū, aut unum pedem non habens, in regnum ingrediatur, quàm ut dum unū ex his parcat, totus mittatur in gehennam ignis, ubi est ploratus & stridor dentium: & Apostolus testetur, quod modicum fermentum totam massam fermentat.

Quæstio LVIII

Num qui de industria mentitus est solum iudicatur, aut etiam qui per ignorantiam aliquid absolute præter ueritatem loquutus est.

Responsio.

Iudicium domini etiam de his qui per ignorantiam peccant manifestum est, dum ait: Qui non nouit, digna autem plagis facit, paucis uapulabit: ubiq; autem memorabilis penitentia firmam remissionis spem habet.

Quæstio LIX

Si quis cogitauerit solum facere aliquid, & non fecerit, num & hic uelut mendax iudicatur?

Responsio.

Si secundum mandatum est id quod facere cogitauit, non solum uelut mendax, sed etiam uelut inobediens condemnatur: scrutans enim corda & renes deus.

Quæstio LX

Si quis præoccupatus decreuerit aliquid facere ex his quæ deo nō placent, quid potius mutare oportet, id quod male decretū est, aut ob mendaciū timorem perficere peccatum?

Responsio.

Quum Apostolus dicat, Nō quod à nobis ipsis sufficientes sumus cogitare quid uelut ex nobis ipsis: & ipse dominus confiteatur, Non possum ego facere à me quicquā. Et rursus, Verba quæ ego loquor uobis, à me ipso non loquor. Et alibi dicat: Descendi de cœlo non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris. Penitentiam agere debet talis, primum quidem quod à seipso audet quid decernere qualecūq; tandem fuerit: neq; enim ipsa etiam bona ex autoritate facere oportet, Deinde uerò etiam uehementius, quod præter id quod Deo placet decernere non timuit. Quod autem euertere oporteat id quod præter mandatum Domini secundum præsumptionem decretum est, manifeste ostenditur in apostolo Petro, qui iuxta præsumptionem quidem decreuit, Non lauabis pedes meos in aeternum. Postquam uerò audiuit dominum pronunciantem, Si non lauero te, non habes partem mecum: statim sententiam mutauit ac dixit, Domine non pedes meos solum, sed & manus & caput.

Quæstio LXI

Si quis neq; operari poterit, neq; psalmos discere uoluerit, quid ipsi facere oportet?

Responsio.

Quū dominus in parabola dixerit de infructuosa ficu: excindito ipsam, ut quid enim terram occupat, adhibere quidem ipsi omnem diligentiam necessarium est. Si uerò non tolerauerit id quod præceptū est, id quod de perseverante in peccato dictum est, etiam in ipso obseruandum est, Nam uacuus bono cum diabolo & angelis ipsius condemnatur.

Quæstio LXII

Quid fecerit quis ut uelut qui talentum defodit condemnatur?

Responsio.

Qui qualemcunq; tandem gratiam Dei apud seipsum in suis ipsius fruitionem detinet

net, & alijs non benefacit, uelut occultans talentum condemnatur.

Quaestio LXIII

Quid fecerit quis ut uelut illi qui contra postremos murmuraunt condemnatur?

Responsio.

Unusquisque ob proprium peccatum condemnatur, et qui murmurauerunt propter murmurationem. Alij autem sepe ob aliam causam murmurant, partim ob pabuli defectum, uelut gulosi & qui uentrem deum faciunt, partim quod aequale cum postremis premium auerunt, inuidiae significatione praebentes quae est focia caedis. Et alij ob aliud quiddam.

Quaestio LXIII

Quum dominus noster Iesus Christus dicat, Expedit ipsi ut suspendatur mola aenaria in collum ipsius, & abijciatur in mare, potius quam ut unum ex parujs his scandalum afficiat: quid est scandalum praebere? aut quomodo ipsum uitabimus, ut ne adeo horrendum iudicium super nos ueniat?

Responsio.

Scandalum praebet quis uerbo aut opere in legem delinquens, & alium ad iniquitatem inducens, uelut serpens Euam, & Eua Adam. Et qui prohibet facere uoluntatem dei, uelut Petrus dominum dum dixit: Propitius sis tibi domine, non continget tibi hoc, & audivit: Vade retrò me Satana scandalum mihi es, quia non sentis ea quae sunt Dei, sed quae hominum. Aut qui aedificat animum infirmi ad aliquid ex interdictis, iuxta id quod ab Apostolo scriptum est ubi dixit. Si quis enim uiderit te qui habes scientiam, in epulo simulachrorum discumbentem, nonne conscientia eius qui infirmus est aedificabitur ad edendum ea quae sunt simulachris dicata? Et infert. Si esca scandalum praebet fratri meo, non manducabo carnem in aeternum, ne fratri meo praebeam offendiculum. Porro scandalum fit iuxta plures causas. Aut enim iuxta scandalum praebentem fit scandalum, aut iuxta eum qui scandalo offenditur scandalum contingit. Et in his rursus diuersimode. Aliquando enim secundum maliciam, aliquando secundum inexperiencem, aut huius aut illius. Aliquando uero in recta uerbi tractatione eorum qui scandalo offenduntur, malicia manifestior redditur, & similiter in ipsis rebus. Aut enim faciente aliquo mandato dei, aut libere utente his quae in potestate sita sunt, offenditur is qui scandalo afficitur. Itaque quum his quae secundum mandatum fiunt aut dicuntur, offenduntur homines, & ob haec scandalum afficiuntur, uelut in Euangelio aliqui ob ea quae à domino iuxta uoluntatem patris fiebant ac dicebantur: tunc sane ipsius Domini memoria nobis succurrat, qui ubi accessissent ad ipsum discipuli ac dixissent, Nosti quod pharisaei audito sermone scandalum perpeffi sunt, ipsis respondit: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis eradicabitur, sinite ipsos, caeci sunt caecorum duces. Caecus caecum si deduxerit ambo in foueam cadent. Et multa huiusmodi & in Euangelijs, & apud Apostolum quis inuenit. Quum uero ob ea quae in nostra potestate sita sunt offensus quis fuerit aut scandalum passus: tunc uerba domini ad Petrum dicta in memoriam reuocare oportet, dum dixit: Vtique liberi sunt filij, ut autem ne simus ipsis offendiculum, profectus ad mare mitte haurum, & eum piscem qui primus prodierit tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum acceptum da ipsis pro me & te. Item quae ab Apostolo ad Corinthios scripta sunt, dum ait: Non edam carnes in aeternum, ut ne fratri meo praebeam offendiculum. Et rursus, Bonum est non edere carnes, neque bibere uinum, neque quicquam in quo frater tuus offenditur, aut scandalum patitur, aut infirmus est. Quam uero horrendum sit, in his quae in potestate sita esse uidentur, negligere fratrem qui ob haec scandalum afficitur, ostendit quidem praecipuum domini, quod in uniuersum omnem scandalum modum interdicit ac dicit: Videte ne contemnat is unum ex parujs his, Dico enim uobis quod angeli ipsorum semper uident faciem patris mei qui in caelis est. Testatur autem & Apostolus, nunc quidem dicēs: Verum hoc iudicate magis ne detis offensionem aut scandalum fratri. Nunc uero per abundantio rem apparatus uehementius interdicens absurditatem dum ait: Si enim quis uiderit te, qui habes scientiam, in epulo simulachrorum discumbentem, nonne conscientia eius qui infirmus est aedificabitur ad edendum ea quae sunt simulachris dicata? & perit infirmus frater ob tuam scientiam, propter quem Christus mortuus est. Et infert: Sic autem peccantes in fratres, & uerberantes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum

in Christum peccatis. Quapropter si esca offendit fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ut ne fratri praebeam offendiculum. Et alibi postquam dixit: Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi? consequenter infert. Sed non uisi sumus hac potestate, uerum omnia sufferimus, ut ne offendiculum demus euangelio Christi. At quum ita horrendum esse ostensum sit, per ea quae in potestate nostra sita sunt scandalum praebere fratri, quid nam quis dixerit de his qui scandalum afficiunt in eo quod interdicitur faciunt aut dicunt? & praesertim ubi is qui scandalum praebet scientiam ampliore habere uideatur, aut in gradu sacerdotali constitutus fuerit, qui uelut regula & forma alijs propositus esse debens, si uel paruam quiddam ex his quae scripta sunt neglexerit, aut id quod prohibitum est fecerit, aut quod praecipuum est reliquerit, aut omnino ob tale quiddam contigerit, etiam in hoc solo tantum iudicium habet, ut sanguis eius qui peccauit, inquit, ex manibus ipsius requiratur.

Quaestio LXV

Quomodo quis ueritatem in iniustitia continet?

Responsio.

Quum quis datus à deo bonis ad proprias uoluntates abutetur, id quod ab Apostolo abnegatum est dum dixit: Non enim sumus uelut plerique, cauponantes uerbum Dei. Et rursus, Neque enim unquam in sermone adulationis fuimus, uelut factis, neque occasione auaritia, deus testis est, neque querentes ex hominibus gloriam, neque à uobis, neque ab alijs.

Quaestio LXVI

Quid est lis, & quid contentio?

Responsio.

Lis est ubi quis ne aliquo minor uideatur, aliquid facere studet. Contentio autem, ex his quae quis facit, ostentatorie aut iactanter prouocare, & irritare alios ad similia. Nam Apostolus aliquando contentiois mentionem faciens, uanam gloriam conuertit, dum dixit: Nihil secundum contentioem aut uanam gloriam. Aliquando uero uana gloria praeposita, cum hac etiam contentioem alio nomine interdicit, inquit: Ne simus uane gloriosi uicissim alter alterum prouocantes.

Quaestio LXVII

Quid est immundicia, & quid petulantia?

Responsio.

Immundiciam lex ipsa ostendit, uoce hac usa de his quae inuitae ex naturali necessitate contingunt. Petulantiam uero sapientissimus Solomon mihi declarare uidetur, iucundam & doloris expertem appellans, ut sit petulantia affectio non habens aut non ferens dolorem athleticum. Quemadmodum intemperantia est, quae non habet imperium contra infestantes uoluptates.

Quaestio LXVIII

Quid est proprium indignationis? & quid proprium honestae indignationis? quomodo saepe ab honesta indignatione auspiciati, reperimur ex indignatione irascentes?

Responsio.

Indignationis proprium est, impetus animae in meditatione faciendi mala contra eum qui irritauit. Indignationis autem prudentis proprium est, scopus correctionis eius qui peccauit ab affectu egregerente id quod factum est. At uero animam incipientem à bono delabi in malum, nihil miri est. Multa enim quis repererit talia. Quapropter diuinæ scripturae meminisse oportet quae dicit: Cohærentia uitae scandala posuerunt mihi. Et rursus, Si uero etiam certarit quis, non coronatur nisi legitime certauerit: & ubique immodestiam & importunitatem ac confusionem uitare. Nam citra relatorum causam, singula etiam quae bona esse uidentur, saepe in malum delabuntur.

Quaestio LXIX

Eum qui non minus reliquis edit, neque corpus proiectum ac macilentum habet, neque affectionibus obnoxius scitur, & tamen de impotentia ad operandum conueritur, quomodo tractare oportet?

Responsio.

Omnis pretextus segnitiae, pretextus est peccati: studium enim usque ad mortem, uelut etiam

patientiam ostendere oportet. Quod autem segnicies prauitati coniuncta segnem ac pigrum damnat, ex Domini uerbis manifestum est, dum dixit: Serue male ac piger.

Quaestio LXX

Abutentem uestibus aut calceamentis quomodo tractare oportet? Nam dum id ei uitio uertitur, parsimoniam eius qui id criminatur & murmurationem suspectam habet. Si uero post conuenientem secundam & tertiam cohortationem in ipsidem perseveret, quid ipsi facere oportet?

Responsio.

Abusum reicit Apostolus dum ait: Velut utentes mundo hoc, & non abutentes. Vnus enim mensura, est ineuitabilis utendi necessitas. Qui uero necessitatem excedit, aut auaritię aut uoluptatis, aut uanae glorię morbum habet, Qui uero perseverat in peccato, iudicium non poenitentis habet.

Quaestio LXXI

Sunt quidam qui iucunditatem eduliorum praecopia expetunt. Alij uero qui copiam magis quam iucunditatem ob satietatem amplectuntur. Quomodo igitur utrosque perfectos facere oportet?

Responsio.

Ambo aegrotant, alter ex uoluptate, alter ex auaritia. Neque autem uoluptuarius, neque auarus, in quacumque re extra condemnationem est. Horum itaque ex consideratione curam gerere oportet, si uero a morbo non curantur, manifestum est iudicium eorum qui poenitentiam non agunt.

Quaestio LXXII

Si quis circa sumendum cibum in fraternitate, irreuerenter se gerat, largius edens aut bibens, num ipsum reprehendere oportet?

Responsio.

Talis non seruat praecceptum Apostoli dicentis: Siue editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Et rursus, Omnia decore & iuxta ordinem fiant, & opus habet correctione, praeterquam si qua necessitas laboris aut uelocitatis urgeat. Sed & tunc diligenter obseruandum est ne cui offendiculo simus.

Quaestio LXXIII

Eum qui non desiderio corrigendi fratrem reprehendit peccantem, sed affectu iustificandi seipsum, quomodo corrigere oportet, ubi post multam commonefactionem in eodem uitio perseverarit?

Responsio.

Velut sui amans & principatus affectator, talis cognoscatur, & correctionis modus ipsi iuxta scientiam pietatis manifestetur. Si uero permanserit in malicia, manifestum est iudicium non poenitentium.

Quaestio LXXIII

Eos qui egrediuntur ex fraternitate, & solitariam uitam uiuere uolunt, aut cum paucis eundem pietatis scopum sequi, num separare oporteat, ex scriptura doceri uolumus.

Responsio.

Quum dominus saepe dixerit, filius a seipso nihil facit. & descendit de caelo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris. Et Apostolus testatur, quod caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem contra carnem. Haec autem inter se opposita sunt, ut ne quae uoluerimus faciamus. Quicquid secundum propriam uoluntatem eligitur, alienum est a pijs. uerum plenius de talibus in his quae in quaestionibus diffuse explicatis relata sunt respondimus.

Quaestio LXXV

Num omnis peccati, siue in mente, siue in sermone, siue in actione, Satanam autorem esse, dicere par est?

Responsio.

In uniuersum arbitror quod ipse per seipsum Satanam autor peccati alicui fieri non potest: uerum existentibus in nobis quaedam naturalibus motibus, quandoque interdicitis affectibus utens, per ipsos etiam ad proprios affectus abducere conatur eos qui non uigilantes sunt. Vtitur autem naturalibus quidem, uelut in domino facere tentauit, quando sensit ipsum esuriens dicens: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Affectibus autem interdicitis

dictis, uelut in Iuda, quem ubi argenti amore laborare cognouisset, hoc affectu usus, etiam ad proditionis casum auarum illum propter triginta argenteos impulit. Quod autem etiam mala ex nobis ipsis exoriantur, manifeste ostendit dominus: Ex corde enim, inquit, egrediuntur cogitationes pravae. Contingit autem hoc his qui ex negligentia naturalia bonorum semina inculta relinquunt, iuxta id quod in prouerbis dictum est: Velut ager, uir insipiens, & uelut uinea, homo indigus rationis. Si dimiseris ipsum, incultus euadet, & totus in herbam inutilem eluxuriabit, & fiet derelictus. At incultam & derelictam animam ex tali negligentia, consequens est ex necessitate spinas ac tribolos producere, et illud perpetui quod dictum est: Et plantaui uineam Sorech, hoc est electam. Consimile huic inuenerit quis & apud Hieremiam ex persona dei dicentem, Ego plantaui uitem fructiferam totam ueram, quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae?

Quaestio LXXVI

Num oportet dispensatorem utilitatis alicuius gratia mentiri?

Responsio.

Sententia domini hoc non permittit, qui semel dixit, quod mendacium ex diabolo est, nullam autem mendacij differentiam declarauit. Et Apostolus testatur dum scripsit, Et si certauerit quis, non coronatur nisi legitime certauerit.

Quaestio LXXVII

Quid est dolus, & quid malignitas?

Responsio.

Malignitas quidem est uelut arbitrator, ipsa prima & occulta morum malicia. Dolus autem ad tendendas insidias curiosa sedulitas, ubi quis bono aliquo simulato, eoque uelut inelatione quadam proposito, per ipsum insidias perfecit.

Quaestio LXXVIII

Inuectores malorum qui sunt?

Responsio.

Qui praeter ea quae plerisque familiaria ac nota sunt mala, alia quaedam insuper excogitant ac inueniunt.

Quaestio LXXIX

Si quis assidue percipiat, quod dure tractet fratrem, quomodo corrigetur?

Responsio.

Res quidem haec contingit, uelut ex ipsa coniecto, aut ab opinione praeminentiam imaginante, aut a tristitia ob delicta eorum qui recte facere debent. Nam contrarium & tristitia quae ex bono aliquo sperato occurrunt, uehementius quodammodo animam percellunt. Cura autem opus est ampliore, ut si quidem primum fuerit, castigemus superbiam uitium. Si uero secundum, ante indignationem in exhortando ac commonefaciendo misericordiam ostendamus. Si uero hic medietatis modus inefficax apparuerit, propter subiecti uitij maliciam, tunc reliquum fuerit ut uehementia indignationis una cum condolentia, ob utilitatem ac correctionem eius qui peccauit, oportune & cum ratione utamur.

Quaestio LXXX

Vnde contingit ut uelut deficienti menti cogitationes bonae, & sollicitudines deo placentes, & quomodo continget ut ne hoc perpetiamur?

Responsio.

Quum Dauid dixerit, Dormitauit anima mea praetadio: manifestum est quod hoc a dormitatione ac stupiditate animae contingit. Vigilanti enim animae & sobriae non sollicitudo deo placens et cogitatio bona deficit, sed seipsam talibus deficientem uidet. Si enim corporis oculus non contentus est spectaculo, etiam paucorum quorundam dei officiorum, neque ubi semel quid conspicatus est satietatem habet, sed quum etiam semper idem uideat, non cessat tamen uidere: Quanto magis animae oculus, si uigilans fuerit et sobrius, non sufficit ad mirabilem ac iudiciorum dei speculationem. Iudicia enim tua inquit, abyssi multa. Et alibi, Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad ipsam. & multa talia. Si autem deficit animae cogitatio bona, nimirum amplius deficit ipsi illuminatio: non quod deficiat quod illuminat, sed quod dormitat id quod illuminari debet.

Quaestio LXXXI

Num oportet aequaliter increpare pios ac indifferentes, ubi in eodem peccato ambo

Z 3 inueniuntur

inueniuntur?

Responsio.

Si respexerimus ad affectum peccantis, & modum peccati, cognoscemus etiam modum increpandi. Nam etiam si idem peccatum esse uideatur, tum indifferentis, tum p̄i, tamē multa est inter ipsos differentia. Pius enim quum pius sit sollicitusq; ac contentiosus de eo ut Deo complaceat, iuxta circumstantiam aliquam & ferme uelut non uolens errauit ac lapsus est. Indifferens autem nullam neq; sui ipsius, neq; dei rationem habens, & nullam differentiam inter peccatum ac recte faciendum ponens, uelut ipsum indicat nomē, ex primis ac maximis malis ægrota, aut contemptu Dei, aut quod deum esse non credit. Duo enim hæc animæ peccandi causam præbent, uelut scriptura testatur dicens, nunc quidem: Non est timor dei ante oculos ipsius. Nunc uero, Dixit insipiens in corde suo non est deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis. Quare aut contemnit, & propterea peccat, aut ipsum hoc quod deus sit negat: & propterea in studijs corrumpitur, etiam si confiteri uideatur. Deum enim nosse confitentur, operibus uero negant. Quibus sic se habentibus, etiam increpandi modum in talibus diuersum esse oportere puto. Pius enim uelut locali quodam auxilio opus habet, & circa ipsam rem in qua errauit, increpationem sufferre debet. Indifferens autē quum totum simul animæ bonum corruerit, & ex ipsis uniuersalioribus malis ægrota, aut uelut cōtempitor, sicut dixi, aut uelut incredulus, & luciu affici, & admoneri, & increpari debet, donec perfici possit, aut quod Deus est iudex iustus, & expauescat ac perterreatur, aut quod omnino Deus est. Sed & illud nosse oportet, quod delicta piorum sæpe fiunt etiam iuxta mysterium ad utilitatem, deo permittente aliquando labi, ad medelā elationis antegresse, quale est id quod à Petro dictum est, & in ipso factum.

Quæstio LXXXII

Quum scriptum sit aniculas habendas uelut matres, si contigerit aniculam idem cum iuuentula delictum committere, num eidem pœnæ subiacet?

Responsio.

Apostolus aniculas uelut matres colere, uelut non facientes aliquid dignum reprehensione docuit. Si uero contigerit aliquando aniculam idem cum iuuentula delictum committere, considerare primum oportet naturalia, ut ita dicam, ætatis delicta, atq; sic conuenientem utriq; ætati mensuram increpationis decernere. Velut uerbi gratia: naturalis ferè est senectæ pigritia, non autem iuuentuti. Quemadmodum uice uersa animi simplicitas ac abalienatio, & turbatio, & audacia, & quæcunq; huiusmodi iuuentuti, non autem senectæ, & uidentur a diuini à naturali iuuentutis caliditate. Quare idem peccatum, pigritia si ita contingat, grauiorem accusationem in iuuentula meretur, quum ætas nihil excuset. Et idem peccatum, mentis supinitas, aut audacia, aut turbatio, maiore condemnatione dignam aniculam facit, quum auxilium ferat ab ipsa ætate ad hoc ut mitis sit ac quieta. Ad hæc & peccati modum, & peccantis affectum expendere in utraq; persona oportet, atq; sic conuenientem medelā modum, per propriam pœnam adhibere.

Quæstio LXXXIII

Si quis multa recte faciens, in uno delinquat, quomodo ipsum tractabimus?

Responsio.

Velut Petrum dominus.

Quæstio LXXXIII

Si quis mores turbulentos ac tumultuosos habens, dum ob id condemnatur dicat, quod deus fecit alios bonos, alios malos, num recte dicit?

Responsio.

Hæc opinio iam olim uelut hæretica damnata est. Nam blasphemia est & impia, & animam ad peccatum lubricam efficit. Quare aut corrigatur, aut tollatur de medio, ut ne fiat illud, Modicum fermentum totam massam adulterat.

Quæstio LXXXV

Num conuenit proprium aliquid habere in fraternitate?

Responsio.

Hoc contrarium est testimonio quod in Actis de credentibus habetur, in quibus scriptum est: Et nemo quicquam eorum quæ possidebant proprium sibi esse dicebat. Qui igitur

igitur proprium quid esse dicit, seipsum alienum ab Ecclesia dei facit, & à domini dilectione, qui & uerbo & opere docuit animam suam pro amicis ponere, nedum externa.

Quæstio LXXXVI

Si dicat quis, neq; accipio à fraternitate, neque dō, sed meis contentus sum, quid erga talem obseruabimus?

Responsio.

Si non sustinuerit doctrinam Domini, qui dixit: Diligite uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos: sustineamus apostolum qui dixit, Tollite prauum ex uobis ipsis, ut ne fiat illud, Modicum fermentum totam massam adulterat.

Quæstio LXXXVII

Num licet unicuique uestem suam ueterem aut calceum dare cui uelit pro mandato?

Responsio.

Dare aut accipere, idq; pro mandato, non cuiusuis est, sed eius qui cum probatione dispensationem sibi commissam habet. Quare siue uetus, siue nouum, hic iuxta proprium singulorum tempus & dabit & suscipiet.

Quæstio LXXXVIII

Quid est cura temporalis?

Responsio.

Omnis cura etiam si nihil ex interdictis habere uideatur, non conferat autem ad pietatem, temporalis est.

Quæstio LXXXIX

Quia scriptum est, pretium redemptionis animæ uiri, sunt propria ipsius diuitiæ, nobis autem hoc non procedit, quid faciemus?

Responsio.

Si quidem hoc nobis studio fuit, & non potuimus, memores simus responsi Domini ad Petrum ob huiusmodi rem sollicitum ac dicentem: Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Respondet autem ipsi hoc modo: Omnis qui dimisit domum, aut fratres, aut forores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, propter me & propter Euangelium, centuplicia accipiet, & uitam æternam possidebit. Si uero per negligentiam hoc non fecimus, nunc studium nostrum ostendamus. Si uero non amplius est, neq; tempus, neq; facultas, consoletur nos Apostolus dicens: Non quaero quæ uestra sunt, sed uos.

Quæstio CL

Num licet nocturnam uestem habere, siue ex pilis factam, siue aliam.

Responsio.

Vestis ex pilis factæ usus tempora propria habet. Non enim corporalis necessitatis gratia horum usus est, sed afflictionis & humiliationis animæ. At quum duarum possessio interdicta sit, an possit usus assumi citra prædictam causam unusquisque apud seipsum expendat.

Quæstio XCI

Si frater proprium nihil habens, rogatus fuerit ab aliquo ut det uestem quam gestat, quid facere debet, maxime si nudus fuerit qui petit.

Responsio.

Siue nudus, siue prauus, & siue ex necessitate, siue ex auidia petat, semel dictum est, quod dare aut accipere nō cuiusuis est, sed eius cui cum probatione talis dispensatio commissa est. Et seruetur hoc, unusquisq; in quo uocatus est, in hoc maneat.

Quæstio XCII

Quum dominus præcipiat uendere possessiones, quid intelligere oportet, & hoc facere, uelut ipsæ possessiones naturaliter lædant, aut propter distractionem ex ipsis animæ contingentem.

Responsio.

Ad hoc primū quidem illud dicere licet, quod unaquæq; possessio, si ipsa per seipsam mala esset, non esset creatura dei. Omnis enim creatura Dei bona, & nulla reijcienda. Dein de uero mandatū domini non reijcere uelut malas & fugere possessiones, sed dispensare

docuit. Et condemnatur quis non quod omnino habuit, sed quod male de ipsis sensit, aut quod non probè ipsis usus est. Nam sanus & non addictus circa ipsa affectus, & dispensatio ipsorum secundum mandatum, ad multa & maxime necessaria nobis conducit: alioquando quidem ad purgationem propriorum peccatorum. Quapropter scriptum est: Veruntamen quæ superflua sunt date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Alioquando uerò ad hereditatem regni cælorum, et acquisitionem thesauri non deficientis, iuxta id quod in alio loco scriptum est: Ne timeas pusille gregem, quia complacitum est patri uestro cælesti dare uobis regnum, Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam, facite uobis sacculos, qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.

Quæstio XCIII

Eum qui semel bona sua repudiavit, & proprium nihil habere professus est, qua mente uti oportet rebus ad uitam necessarijs, uel ueste & cibo?

Responsio.

Recordantem iuxta id quod scriptum est, quod deus est qui dat escam omni carni. Veruntamen cura opus est, ut uelut operarius dei dignus sit alimento suo, atque hoc non in propria potestate sito, sed ab eo qui hanc curam sibi concredita habet distributo, tum pro tempore, tum pro mensura, iuxta id quod scriptum est: Distribuebatur autem unicuique prout quis opus habebat.

Quæstio XCIII

Si quis relictis tributis fraternitatem accedat: cognati autem ipsius pro ipso assignantur ab exactoribus, num afferit hoc discrimen & detrimentum, aut illi, aut his qui eum susceperunt.

Responsio.

Dominus noster Iesus ad interrogantes, Num licet dare censum Cæsari, aut non dicit: Ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem ac inscriptionem. Vbi uerò illi dixissent, Cæsaris; respondit dicens, Date igitur quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ dei deo. Itaque quum ex hoc manifestum sit, quod hi Cæsaris præceptis subiecti esse declarantur, apud quos ea quæ Cæsaris sunt inueniantur: si quidem tale quid ex his quæ Cæsaris sunt, etiam hic ad fraternitatem attulit, debitor sit tributorum. Si uerò relictis omnibus ipsis cognatis abijt, nullum discrimen sit neque ipsi neque his qui eum susceperunt.

Quæstio XCV

Num expedit his qui nos acceperunt, statim diuinas scripturas ediscere?

Responsio.

Et hæc quæstio ex prædictis dirigatur. Nam ad usum unumquemque ediscere ex sacra scriptura consentaneum est & necessarium ad certam pietatis perfectionem, & ut ne huiusmodi traditionibus aduascat.

Quæstio XCVI

Num omni uolenti permittere oportet ut literas discat, aut lectionibus attendat?

Responsio.

Quum Apostolus dicat, ut ne quæ uolueritis hæc faciat: in omni negotio id quod iuxta propriam uoluntatem eligitur, alicui permittere nocuum est. Quicquid uerò à prædictis comprobatum est, id suscipere oportet, etiam si temerarium existat. At uerò crimen incredulitatis etiam huic competit, quum Dominus dixerit: Estote parati, quia quæ hora non putatis, filius hominis ueniet. Manifestum autem se facit, quod diuina tempora sibi ipsi præscribat.

Quæstio XCVII

Si quis dicat: uolo à uobis ad modicum tempus utilitatem capere, num ipsum suscipere oportet?

Responsio.

Quum Dominus dixerit: Venientem ad me non eijciam foras. Et Apostolus exposuit erit, Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subirepserunt ad explorandum libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, quo nos in seruitutem adigerunt. Quibus neque ad horam cessimus per subiectionem, ut ueritas Euangelij permaneat apud uos: concedere quidem ipsi accessum consentaneum est, & propter euentus ambiguitatis: sæpe enim utilitate ex tempore percepta, in totum huius uitæ complacentiam habebit, id quod sæpe factum est, & ad declarandam nostram sinceritatem ei qui fortassis diuersas de nobis suspiciones habet. At uerò

At uerò exactiorem diligentiam etiam in ipso seruare necessarium est, ut & ueritas manifestetur, & suspicio totius indifferentis uitæ tollatur. Sic enim & nos Deo complacebimus, & ille aut utilitatem capiet, aut redarguetur.

Quæstio XCVIII

Quali animo ac prudentia præditus esse debet præfectus in his quæ præcipit aut constituit?

Responsio.

Erga deum quidem uelut minister Christi, & dispensator mysteriorum dei, timens ne quid præter uoluntatem dei in scripturis confessam, aut dicat aut disponat, & inueniatur falsus testis Dei, aut sacrilegus, in eo quod aut alienum quid à domini doctrina introducat, aut aliquid complacens deo relinquat. Erga fratres uerò uelut si nutrix filios suos foueat, uolens dare unicuique iuxta placitum dei, & quod in communi omnibus expedit, non solum euangelium Dei, sed etiam suam animam, iuxta præceptum domini & dei nostri Iesu Christi qui dixit: Mandatum nouum do uobis ut diligatis uos mutuo, quæadmodum ego dilexi uos, Maiorē hac charitatē nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis.

Quæstio XCIX

Quo affectu increpantem increpare oportet?

Responsio.

Erga deum quidem eo qui à Dauide acquisitus est dum dixit: Vidi prauaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Erga eos uerò qui increpantur tali, qualem assumpserit pater & medicus, cum condolentia & misericordia secundum scientiam curas proprium filium, & maxime ubi moeror affuerit, & laboriosus medelæ modus.

Quæstio C

Extrinsecus aduenientes ac petentes quomodo dimitemus? & num unusquisque qui uult debet erogare panem aut quicquid tandem, aut uni etiam hoc commissum esse oportet?

Responsio.

Quum Dominus pronunciarit, quod non est bonum sumere panem filiorum, & projicere canibus, & responsum acceperit: Nam & canes edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum: is cui distributio commissa est cum probatione hoc faciat. Omnis autem qui præter huius sententiam facit, uelut boni ordinis corruptor increpetur, donec suum locum seruare didicerit, quum Apostolus dixerit: Unusquisque in quo uocatus est fratres, in hoc permaneat.

Quæstio CI

Num necesse habet is cui tradita est œconomia implere illud: Omni petenti te dato, & uolentem à te mutuam accipere ne auerferis?

Responsio.

Illud, omni petenti te dato, & uolentem à te mutuam accipere ne auerferis: uelut temptationis locum habet, uelut consequentia connexorum ostendit. Et in malos est hoc præceptum, non primordialiter, sed iuxta circumstantiam fieri debens. Primordiale enim præceptum domini est: Vende possessiones tuas, et dato pauperibus. Et rursus: Vendite possessiones uestras, & date eleemosynam. Si uerò id quod alijs destinatum est, ad alios transferre periculo non uacat: quum Dominus dicat, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et, non est bonum sumere panem filiorum, & projicere canibus. Quid & à seipso quis non iudicat quod iustum est?

Quæstio CII

Num oportet egredientem de fraternitate, ex quacunque ratione, exhortatione ne detinere, aut non? & si oportet, in quibus facere oportet?

Responsio.

Quum Dominus dixerit, uenientem ad me non eijciam foras. Et rursus, Non opus habent ualentes medico, sed male habentes. Et alibi, Quis ex uobis habens centum oues, si aberrauerit una ex ipsis, non dimittit nonaginta nouem, & abiens quærit errandam donec inuenierit? Omni modo oportet debilem curare, & studio habere quo eluxatum, ut ita dicam, membrum reponatur. Si uerò perseverarit in malicia quacunque tandem, uelut alienum dimittere. Scriptum est enim: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis eradicabitur. Sinite ipsos cæci sunt, & cætera.

Quæstio

Quæstio CIII

Quod senioribus usq; ad mortem subijci oportet, hoc iam didicimus. Vbi autem contingat in aliquibus labi etiam ipsum senem: num ipsum reprehendere oportet, & quomodo, & à quibus, doceri rogamus? Si uerò non admiserit, quid fieri oportet?

Responso.

De his abunde ac clare dictum est in diffusiore responsione.

Quæstio CIIII

Quomodo fratribus curas committere oportet, solo ne præfecto probationem faciente, aut etiam fratribus suffragium ferentibus. Similiter autem & de sororibus.

Responso.

Si unusquisque ea quæ meditatur ad alios referre doctus est, quanto magis talia cum probatione idoneorum ad hoc fieri oportet: tanquam œconomia Dei secundum deum committi debeat his qui iam demonstrarunt se posse complacenter domino id quod commissum est gubernare. Et in summa, in omni negotio præfectum scripturæ meminisse necessarium est, quæ dicit, Omnia cum consilio facito.

Quæstio CV

Num oportet accedentes ad fraternitatem statim artes discere?

Responso. Præfecti probabunt.

Quæstio CVI

Qualibus poenis in fraternitate uti oportet ad peccantium conuersionem?

Responso.

In præfectorum examinatione & tempus & modus decernatur, iuxta ætatem, & corporis ac animæ habitum, & peccati differentiam.

Quæstio CVII

Si quis cupidum se esse dicit conuictus cum fratribus: uerum propter obsequium erga cognatos secundum carnem, aut etiam propter tributa sæpe impediatur, seipsum semel tali uitæ committere: num oportet ipsi permittere ingressum ad fratres.

Responso.

Equidem boni appetentiam excindere periculo non uacat. Nec tamen ei qui ingressus est tempus dare, ut externa & aliena à uita secundum deum curet, tutum est. Si uerò ingressus seipsum tradiderit internis, nihil externorum circumferens, spem habebit meliorem.

Quæstio CVIII

Num oportet præfectum loqui cum sorore aliqua, citra præfectæ præsentiam, de his quæ ad fidei ædificationem pertinent?

Responso.

In his non seruatur Apostoli præceptum qui dixit: Omnia decore & secundum ordinem fiant.

Quæstio CIX

Num oportet præfectum cum præfecta frequenter colloqui, & præfertim si quidam ex fratribus ex hoc lædantur?

Responso.

Quum apostolus dixerit, ut quid em libertas mea iudicatur ab alia conscientia: bonum est imitari ipsum dicentem: Non uisumus hac potestate, ut ne offendiculum aliquod daremus euangelio Christi, & quantum eius fieri potest, rariores ac breuiores facere congressus.

Quæstio CX

Num oportet confitente sorore seniori, adesse etiam ipsam senio rem?

Responso.

Magis decore ac pie per ipsam senio rem ad ipsum senio rem publicatio fiet, qui prudenter modum poenitentiae & correctionis suggerere potest.

Quæstio CXI

Num ubi senior quid fieri præcepit inter sorores, citra consensum senioris siue præfectæ, merito indignatur ipsa senior?

Responso.

Responso.

Et ualde merito.

Quæstio CXII

Num si quis ad uitam secundum deum accedat, par est ut præfectus citra consensum fratrum talem suscipiat: aut oportet etiam prius ad ipsos referre?

Responso.

Domini in poenitentiam agente conuocari amicos ac uicinos docet: quare multo magis necessarium est, ut scientibus his qui unanimes sunt, accedens suscipiatur, ut & congaudeant inter se mutuo, & simul comprecantur.

Quæstio CXIII

Num potest is cui animarum cura concredita est, seruare hoc: nisi conuersi fueritis & facti uelut pueri, quando quidem multas & diuersas personas habet?

Responso.

Quum sapientissimus Solomon dixerit, Tempus in omni re est: nosse oportet quod & humilitatis, & potestatis, & reprehensionis, & exhortationis, & parsimoniae, & libertatis dicendi, & benignitatis, & seueritatis, & in summa omnis rei tempus proprium est. Quare aliquando quidem ea quæ humilitatis sunt ostendere oportet, & in humilitate pueros imitari, & maxime ubi tempus est mutui honoris & officiorum, & ministerij ac curæ circa corpus, quem admodum Dominus docuit: aliquando uerò potestate uti, quam Dominus dedit ad ædificationem, & non ad destructionem, quum necessitas requirit dicendi libertatem, Et in tempore quidem exhortationis, ostendere benignitatem. In tempore uerò securitatis ostendere emulationem & zeli feruorem, & in singulis alijs consimiliter.

Quæstio CXIII

Quum Dominus præcipiat, si quis te coegerit miliarium unum, uade cum ipso duo: & quum Apostolus doceat, ut subditi simus alter alteri in timore Christi, num oportet omni et cuiuscumque præcipienti obedire?

Responso.

Præcipientium differentia nihil imminuere debet eorum quibus præcipitur obedientiam. Neque enim Moses neglexit Iothor bona consulentem. Quum autem præceptorum differentia non exigua sit. Alia enim contraria sunt mandato Domini, aut corruptentia ipsum, aut inquinantia multipliciter per prohibiti ammixtionem: alia uerò coincidunt cum mandato. Alia autem etiam si palam non coincidunt, tamen conferunt, & uelut auxiliium quoddam mandati existunt. Necessarium est meminisse Apostoli dicentis: Prophetias ne uispendite: omnia autem probantes quod bonum est tenete, ab omni opere malo abstinete. Et rursus, Cogitationes ac consilia destruentes, & omnem altitudinem effrentem se contra cognitionem dei, & captiuam ducentes omnem intelligentiam ad obedientiam Christi. Quare si quidem quid coincidens cum mandato domini, aut conferens, nobis præceptum fuerit, uelut uoluntatem Dei studiosius ac diligentius suscipere oportet, ita ut impleamus id quod dictum est, sufferentes alter alterum in dilectione Christi. Quum uero quid contrarium mandato domini, corrupens aut inquinans ipsum, nobis ab aliquo præceptum fuerit, tunc tempestiuum est dicere: Obedire oportet Deo magis quam hominibus: memores domini dicentis, Alienum autem non sequetur, sed fugiant ab ipso, quia non noscunt alienorum uocem: & Apostoli qui propter nostram securitatem etiam ipsos angelos compescere ausus fuit, dum dixit: Etiam si nos ipsi aut angelus ex celo, aliud euangelium uobis annunciet præter id quod predicauimus uobis, anathema sit. Ex quibus erudimur, quod etiam si multum legitimus sit & excellenter gloriosus, qui prohibet id quod à domino præceptum est, aut impellit ad faciendum quod ab ipso prohibitum est: fugiendus aut etiam abominandus est unicuique diligenti dominum.

Quæstio CXV

Quomodo mutua obedientia uti oportet?

Responso.

Velut seruus erga dominum, iuxta id quod à Domino præceptum est: Qui uult inter uos esse ma-

esse magnus, sit omnium ultimus. Et durius adhuc infert, Quæadmodum filius hominis non uenit ut ipsi ministrarent, sed ut ipse ministraret. Et iuxta id quod ab Apostolo dicitur est: Per dilectionem spiritus alter alteri uicissim seruite.

Quæstio CXXVI

Quatenus obedire oportet in regula complacentiæ erga Deum?

Responsio.

Apostolus ostendit proponens nobis Domini obedientiam, qui factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Et paulo ante dixerat: hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu.

Quæstio CXXVII

Qui non perfectus est in quotidianis ad propositum mandatum præceptis, & artem discere uult, quo morbo ægrotat? & num oportet ipsum tolerare?

Responsio.

Talis & contumax, & sibi ipsi placens, & incredulus est, quia non timet iudicium domini qui dixit: Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Si enim quotidie & singulis horis expectat quis Dominum, sollicitus est quomodo hodiernam diem ociosus non prætereat, & nihil amplius curiosus est. Si uero præcipitur ipsi artem discere, in obedientia habeat lucrum complacentiæ erga deum, & non in dilatione iudicii.

Quæstio CXXVIII

Qui pronus est ad mandatum, & operatur non quod præcipitur, sed quod ipse uult, qualem mercedem fert?

Responsio.

Eius qui sibi ipsi placet. Quum autem Apostolus dicat: Unusquisque uestrum proximo placeat in bonum ad edificationem; & abundantius nos compescat per hoc quod infert: Nam & ipse Christus sibi ipsi non placuit: cognoscere debet periculum suum is qui sibi ipsi placet. Idem etiam inobediens arguitur.

Quæstio CXXIX

Num licet unicuique recusare commissum opus, & aliud requirere?

Responsio.

Quum obedientia uelut dictum est, usque ad mortem habeat mensuram, is qui commissum recusat, & aliud requirit, primum obedientiam corrumpit, & declarat se non abnegasse seipsum. Deinde etiam aliorum plurimum malorum sibi ipsi ac alijs autor fit. Nam sanam contradictionis plerisque aperit, & seipsum ad hanc assuefacit. Et quia non potest unusquisque probare quod utile est, sæpe nocuum opus sibi ipsi deligit. Sed & inspectiones malas fratribus inducit, uelut adductus sit magis operi quod requirit, quam his cum quibus operari necesse est. Quare in summa non obedire, multorum & magnorum malorum radix est. Si uero rationem aliquam se habere putat, cur opus illud detrectet, declarat ipsam præfectis, & illis expendendum relinquat.

Quæstio CXXX

Num oportet aliquid abire citra præfecti commonefactionem?

Responsio.

Quum dominus dicat, Neque a me ipso ueni, sed ille me misit, quanto magis unusquisque nostrum sibi ipsi permittere non debet? Qui enim sibi ipsi permittit, manifestum se facit, quod magnifice de se sentit, & subiectus est iudicio domini qui dixit: Quod inter homines altum est, abominatio est coram deo. Et in uniuersum permittere sibi ipsi crimine non caret.

Quæstio CXXXI

Num licet grauiora opera recusare?

Responsio.

Qui legitimus est in dilectione erga deum, et constans in certitudine retribuendæ a domino mercedis, non his quæ sunt contentus est, sed semper additionem requirit, & amplius appetit: & quamuis supra uires quid facere uideatur, non negligens est uelut qui mensuram impleuit, uerum semper sollicitus est, uelut destitutus eo quod sit pro dignitate, dominum præcipientem audiens: Quum feceritis omnia quæ præcepta sunt, tunc dicite serui inutiles sumus, quod debebamus facere fecimus: & Apostolum cui mundus crucifixus erat, & ipse mundo, qui non erubuit dicere, Ego me ipsum nondum arbitror assequutum esse, unum autem ago, ea quidem quæ a tergo sunt obliuiscens, ad ea uero quæ a fronte sunt con-

sunt contendens, iuxta scopum persequor ad brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Qui tamen potestatem haberet, quum Euangelium prædicaret, ex euangelio uiuendi, in labore & erumna, inquit, nocte ac die operantes, non quod non habeamus potestatem, sed ut nos ipsos formam demus uobis ad imitandum nos. Quis igitur adeo stupidus est & incredulus, ut unquam contentus sit his quæ iam fiunt, aut ut recuset quid uelut grauius aut laboriosum?

Quæstio CXXXII

Si quis poena non accipiendæ benedictionis affectus, dicat, Si non accepero benedictionem non edo: num oportet ipsum sufferre?

Responsio.

Si quidem tanta poena dignum fuerit peccatum, ut etiam ab edendo prohibeatur, is qui poenam constituit omnino expendet. Si uero sola benedictione quis indignus iudicatus est, & permissum est ipsi ut edat, atque hoc non sufferat, uelut inobediens in hoc & contentiosus iudicetur, simul & notum seipsum reddens & cognoscens: quia non medetur sibi ipsi hoc requirens, sed peccatum peccato coniungit.

Quæstio CXXXIII

Si quis tristetur quod non permittitur facere, id quod commode facere non potest, num oportet ipsum sufferre?

Responsio.

De hoc multis in locis dictum est, quod in uniuersum uoluntate propria uti aut sibi ipsi permittere, præter sanam est doctrinam. Et approbationi plurimum non subijci inobediendiæ ac contradictionis periculum habet.

Quæstio CXXXIII

Num oportet eum qui alicubi fortuito in hæreticos aut Græcos incidit, cibum cum ipsis capere, aut ipsos salutare?

Responsio.

Salutationem quidem communem uidelicet illam, in nullo dominus interdixit, ubi ait: Si salutaueritis amicos uestrorum solum, quid eximium facitis? Nonne etiam ethnici sic faciunt? Ceterum de cibum unum capiendum habemus præceptum Apostoli, in quibus hoc recusare oportet, dum dixit: Scripsi uobis in epistola ut ne permisceremini scortatoribus, & non omnino scortatoribus huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolorum cultoribus. Si quis qui nominatur frater, aut scortator est, aut auarus, aut simulachrorum cultor, aut conuicator, aut ebriosus, aut raptor, cum huiusmodi ne cibum quidem capiat.

Quæstio CXXXV

Num eum cui concreditum est opus, & facit quid citra commonefactionem, præter id quod præceptum est, aut supra ipsum, opus ipsum habere oportet?

Responsio.

Sibi ipsi quidem sumere in uniuersum displicet deo, & neque conuenit neque expedit his quibus studium est uinculum pacis conseruare. Si uero proteruus esse perseverarit, expedit ut opus ab ipso tollatur. Non enim seruat præceptum eius qui dixit: Unusquisque in quo uocatus est fratres, in hoc maneat: & qui adhuc grauius scripsit, Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, prout cuique deus mensuram fidei diuisit.

Quæstio CXXXVI

Quomodo quis non superatur a uoluptate eduliorum?

Responsio.

Si decreuerit rationem utilitatis ducem ac doctorem habere semper eorum quæ in usum assumuntur, siue iucunda, siue iniucunda ea fuerint.

Quæstio CXXXVII

Dicunt quidam impossibile esse hominem non irasci.

Responsio.

Si possibile est ut miles in conspectu regis irascatur, neque sic rationem habet id quod dicitur. Si enim hominis conspectus æqualis secundum naturam, propter dignitatis eminentiam impedierit uitium, quanto magis si quis certior factus sit, quod deum habeat motum suorum inspectorem? Multo enim magis Deus qui scrutatur corda & renes, uidet animi

mae motus; quam homo ea quae sunt ad faciem exposita.

Quaestio CXXXVIII

Veluti abstinentiam supra vires exercere, ita ut etiam ad propositum mandatum impediatur, num concedere oportet.

Responsio.

Quaestio haec non proprie mihi facta esse uidetur. Abstinentia enim non sita est in absurdorum eduliorum summotione, in qua contingit ea quae ab Apostolo damnata est corporis infatigabilitas; sed in perfecto secessu a proprijs uoluntatibus. Quantum autem habeat periculum, ob propriam uoluntatem a mandato Domini excidere, manifestum est ex his quae ab Apostolo dicta sunt dum ait: Facientes uoluntates carnis & cogitationis, & eramus natura filij irae.

Quaestio CXXXIX

Qui multum ieiunat, & in assumendo cibo commune edulium sufferre non potest, utrum magis eligere debet, num ieiunare cum fratribus; & edere cum ipsis, aut propter immodicum ieiunium, alijs edulij opus habere in assumendo cibum?

Responsio.

Ieiunij tempus non est uniuscuiusque uoluntas, sed necessitas eorum qui ad diuinum cultum accedunt, quemadmodum etiam acta Apostolorum narrat, & ab electo Dauid discimus. Si igitur quis iuxta talem rationem ieiunauerit, etiam ut id facere possit omnino dignus fiet, Fidelis enim est qui hoc professus est.

Quaestio CXXX

Quomodo oportet ieiunare, ubi opus fuerit ieiunio ad aliquid eorum quae ad diuinum cultum requiruntur, num uelut qui cogitur, aut cum promptitudine?

Responsio.

Quum dominus dicat, Beati esurientes & sitientes iustitiam; quicquid ad pietatem conducit si non cupide ac studiose fiat, periculosum est. Quare ieiunantem non prompte hoc facere, periculo non uacat. Ieiunare autem in tempore talis necessitatis necessarium est, quum Apostolus cum alijs suis recte factis, etiam hoc ad doctrinam nostram recensuerit, in ieiunij saepe.

Quaestio CXXXI

Qui non particeps sit eduliorum quae fratres edunt, sed aliud requirit, num recte facit?

Responsio.

In uniuersum requirere cibum praeter mandatum est, quum dominus dixerit, Ne inquiratis quid manducetis & quid bibatis, & ne sitis solliciti: & horribilus adhuc induxerit, Haec enim omnia gentes inquirunt. At uero praefecti est diligenter implere illud: Distribuebatur unicuique prout quisque opus habebat.

Quaestio CXXXII

Qui dicit, Nocet mihi hoc, & contristatur si aliud datum non fuerit, quid est?

Responsio.

Apparet quod non perfectus est in spe Lazari, non nouit dilectionem eius cui omnium & ipsius cura concredita est. In summa autem; neque de nocente, neque de iuuante, aliquis sibi ipsi probationem permittere debet, sed praefecto ad probandum quid unicuique utile est, qui principaliter utilitatem animae inquirat, atque ita secundaria ratione ea quae ad corporis usum necessarium pertinent dispensat ac ministrat ad uoluntatem Dei.

Quaestio CXXXIII

Si uero murmurauerit propter cibum?

Responsio.

Iudicium eorum qui in deserto murmurauerunt habet. Dicit enim Apostolus: Nolite murmurare, quemadmodum quidam illorum murmurauerunt & interempti sunt ab exterminatore.

Quaestio CXXXIIII

Si quis iratus recusat accipere necessaria?

Responsio.

Talis dignus est ut etiam si requirat non accipiat, donec praefectus probauerit quod curatum est uitium, imò potius uitia.

Quaestio

Quaestio CXXXV

Num oportet aegrotantem ipsum amplius quid consuetis requirere?

Responsio.

Si retribuenda a deo mercedis gratia languorem suffert, non inde laboris solatium ac mitigationem requirere debet, sed ad mercedis a domino retributionem seipsum componere: gnarus quod uelut retributione pro labore, ita & consolatione pro angustia, a benigno deo dignus fiet. At uero qui praefectus est, ut faciat hoc: distribuebatur unicuique prout quisque opus habebat, necessario singulos languentes cognoscere debet, & conuenienter curare.

Quaestio CXXXVI

Num necesse est omnes hora praedij congregari, & eum qui relinquitur ac post prandium uenit, quomodo tractabimus?

Responsio.

Si quidem iuxta loci aut operis necessitatem relictus est, uelut obseruans praecipuum eius qui dixit: Vnusquisque in quo uocatus est fratres, in hoc maneat: communis disciplinae inspector examinatione facta ignoscat. Si uero quum uenire potuisset non festinauit, uelut qui negligentiae crimen incurrit, imò prandium maneat, usque ad constitutam horam sequentis diei.

Quaestio CXXXVII

Num bonum est aliquem decernere, ad tantum si ita contingat tempus abstinere ab aliquo cibo aut potu?

Responsio.

Quum dominus dixerit, Non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui me misit: omne iudicium propriae uoluntatis periculosum est. Cuius rei gnarus Dauid dixit: Iuravi & statui seruare iudicia iustitiae tuae, non meas uoluntates.

Quaestio CXXXVIII

Num permittere oportet in fraternitate, ut alius plus alijs ieiunet aut uigilet, iuxta propriam uoluntatem?

Responsio.

Quum dominus dixerit, Descendi de caelo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit patris, quicquid secundum propriam uoluntatem quis fecerit, hoc facientis quidem proprium est, uerum a pietate alienum, & timor est ne quando audiat a deo de eo quod facere uidetur, Ad te uersio ipsius, et tu dominaberis ipsius. Sed & in comparatione aliorum plus uelle etiam in ipsis bonis, contentiois uitium est a uana gloria contingens, id quod Apostolus interdictum ostendens ait: Non enim audemus inferere aut comparare nos ipsos quibusdam qui se ipsos commendant. Quapropter dimissis proprijs uoluntatibus, & eo quod uelimus super alios aliquid facere uideri, Apostolo obedire oportet admonenti ac dicenti: Siue editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Contentio enim & uana gloria, & placere sibi ipsi, omnino aliena sunt ab his qui bonum certamen legitime decertant. Quapropter ait aliquando quidem: Ne fiamus inaniter gloriosi: aliquando uero, Si quis uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesiae dei, & alibi, Non debemus nos nobis ipsis placere. Et grauius adhuc infert, Nam & Christus sibi ipsi non placuit. Si uero quis se amplius onere opus habere putat, siue in ieiunio, siue in uigilijs, siue in quacunque alia re, reuelat hanc rem his quibus communis cura commissa est, ob quam uidelicet putat se amplius onere opus habere, & quod ab ipsis approbatum fuerit obseruet. Saep enim alio potius modo, id quod sufficiens est necessitati fieri oportebit.

Quaestio CXXXIX

Si ieiunium augeatur, imbecilliores euadimus ad opus. Quid igitur magis factio opus est, impedire opus ob ieiunium, aut negligere ieiunium propter opus?

Responsio.

Et ieiunium, & esum, cum propria pietatis ratione assumere oportet, ut ubi quidem mandatum Dei per ieiunium perfici oportuerit, ieiunemus. Vbi uero rursus mandatum dei esum corpus potens reddentem exigit, edamus, non uelut gulosi, sed ut operatores dei. Seruare enim oportet id quod ab Apostolo dictum est: Siue editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Aa 2 Quaestio

Quaestio CXL

Si quis non continens sit circa nociua edulia, sed immodice ingerens in afflictionem delabatur, num ipsius curationem facere oportet?

Responsio.

Intemperantia manifestam habet malitiam, & huius uitij primario curam gerere necesse est ut curetur. Nam benignus deus uolens ostendere quantum malum est non esse continentem, dimittit saepe animam, etiam in his quae corpus laedunt, intemperantiae afflictione affici, si quomodo possit per corporalem afflictionem, quam ex intemperantia sustinet, ad proprii detrimenti intelligentiam peruenire, & ad continentiam in omnibus deduci. At uero curam corporis in his qui ex intemperantia laeduntur, cito quidem facere par est & benignitatem decens, non autem citra probationem, sed sollicitè, ne forte in corporis curatione, animam incuratam relinquamus. Quare si quidem conspexerit quis talem ex corporis cura erudiri, & in proprijs afflictionibus etiam animae benigne curam habere, adhibenda est ipsi corporalis cura. Si autem corporalem curam suscipiens, deprehendatur animam contemnere; melius est talem in doloribus dimitti, quas ex propria intemperantia suffert, si quo modo possit per tempus ad sui ipsius & aeterni supplicij cognitionem progressus, sanitatis animae curam suscipere. Dum enim iudicamur, à domino castigamur, ut ne cum mundo condemnemur.

Quaestio CXLI

Num peregrinos in officinis reperiri oportet? aut etiam aliquos ex fraternitate relicto proprio loco.

Responsio.

Excepto eo qui designatus est ad operantium uisitationem, aut operum dispensationem, quisquis hoc facere reperitus fuerit, uelut harmoniae membrorum bonum ordinem dissoluens, etiam à concesso progressu prohibeatur, & desidens in loco quodam consulto, ad castigationem idoneo, intente & solito laboriosius opus reddat ac absoluat, donec didicerit seruare id quod ab Apostolo dictum est: Unusquisque in quo uocatus est, in hoc maneat.

Quaestio CXLII

Num oportet artifices suscipere ab aliquo opus, citra consensum eius cui horum cura demandata est?

Responsio.

Iudicio furis, aut furi concurrentis, uterque subiaceat, & qui dat, & qui accipit.

Quaestio CXLIII

Quomodo curam gerere debent operantes concredita ipsis suppellectilibus?

Responsio.

Primum uelut deo deuotae ac dicatae. Deinde uelut non potentes absque ipsa debitum impigrum studium ostendere.

Quaestio CXLIII

Si uero ex negligentia perdat quid, aut ex contemptu abutatur?

Responsio.

Qui abutitur, uelut sacrilegus: qui uero perdidit uelut sacrilegij causa iudicetur, omnium deo nuncupatorum ac dedicatorum.

Quaestio CXLV

Si uero à seipso utatur, aut accipiat?

Responsio.

Velut temerarius & contumax iudicetur. Haec enim propria sunt eius cui cura demandata est dispensatoris.

Quaestio CXLVI

Si uero urgente necessitate praefectus requirat ab ipso, & contradicat?

Responsio.

Qui seipsum & membra sua aliorum usui tradidit in dilectione Christi, quomodo de suppellectile contradicere potest, ad quem etiam suppellectilis cura pertinet?

Quaestio CXLVII

Qui circa officium cellarij aut culinae, aut aliud tale occupatus est, si non festinat adesse

adesse regulae psalmodiae & orationis, num nullum animae detrimentum incurrit?

Responsio.

Unusquisque in suo opere ac officio propriam regulam seruat uelut membrum in corpore, & damnum quidem incurrit ipse neglecto eo quod commissum est, sed & communitati insidias struens amplius periclitatur. Quare in mente impleat quae scripta sunt, Cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino. Si uero corporaliter non festinat concurrere cum alijs, in nulla re prohibeatur quum faciat quod dictum est: Unusquisque in quo uocatus est in hoc maneat. Cauere autem oportet, ne quum forte possit implere quod ipsi demandatum est, oportune & ad formam aliorum, praetextat operis occupationem, in offendiculum aliorum, & incidat in iudicium negligentium.

Quaestio CXLVIII

Qualem potestatis mensuram habet in dispensatione, is cui cellarij cura commissa est.

Responsio.

Erga eum quidem qui commisit, formam ab illo cum probatione expressam, memor ipsius domini qui dixit: Non possum ego facere à me quicquam. Erga eos uero quorum curam gerit, uniuscuiusque necessitatem: scriptum est enim, Distribuebatur unicuique prout quisque opus habebat. Eadem ratio sit ad omnes qui eiusmodi curas sibi commissas habent.

Quaestio CXLIX

Quae est condemnatio dispensatoris, si quid ad personarum respectum aut contentiosem fecerit?

Responsio.

Quum Apostolus nunc quidem praecipiat nihil facere ad preces, nunc uero pronuntiet, Si quis uideretur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesiae dei, alienus ab ecclesia Dei decernatur talis donec correctus fuerit. Oportet autem cum multa consideratione probare ad quid unusquisque idoneus sit, atque sic quodcumque opus ac officium committere, ut neque hi qui committunt alicui quod non conuenit, uelut mali ceconomii condemnentur, dum & animarum & mandatorum domini curam male dispensant. Neque hi quibus officium committitur, praetextum peccati hinc reperire sibi uideantur.

Quaestio CL

Si uero negligens non det fratri necessaria?

Responsio.

Hoc iudicium manifestum est ex uerbis Domini qui dixit: Abite à me uos maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis ipsius. Esuriui enim, & non dedistis mihi edere: sitiui, & non dedistis mihi potum. & quae sequuntur. Et, Maledictus omnium qui facit opera domini negligenter.

Quaestio CLI

Num licet ministranti cum maiore uoce loqui?

Responsio.

Vocis mensuram decernit audientium necessitas. Itaque si quidem minor fuerit, uelut languidior, propinqua est sibi et digna condemnatione. Si uero supra necessitatem, quum possit auditor etiam placide loquentem audire, clamor fit reprehendendus, nisi languiditas audientis eo necessitatis nos adducat, ut clamore utamur, & uelut ex somno hinc excitemus. Hoc enim et dominus fecisse narratur, uelut ait Euangelista: Iesus autem clamauit & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit.

Quaestio CLII

Si quis ministerium diurnum in culina explens supra uires labore, ut impediatur ipse ad dies aliquot à consueto opere, num oportet ipsi tale ministerium imponere?

Responsio.

Dictum est, quod oportet eum cui operum dispensatio demandata est, solerti coniectura tum aptitudinis, tum uitium operantis facta, designare praecipua, ut ne audiat, qui fingit laborem in praecipuum. At eum cui quid praecipuum est, contradicere non oportet. Nam obedientia usque ad mortem terminum habet.

Quaestio CLIII

Cui lanæ concredita sunt, quomodo ipsas habere debet, & quomodo operantibus attendere?

Aa 3 Responsio

Responsio.

Lanas quidem uelut cui depositum dei concredutum est, citra cōtentionem autem et absque personarum acceptione unicuique forori proprium opus designans ac disponens.

Quaestio CLIII

Si contigerit paucos esse fratres, & pluribus fororibus inferuientes ad eam deuenire necessitatem, ut inter se disparentur ad opera diuina, num hoc periculo uacat?

Responsio.

Si cura à mandato domini testimonium habet, & secundum deum elaboratur, unicuique operantium in proprio opere complacētia erga deum recte peragitur, & unitas ipsorum inter se in hoc quod omnes unanimes sunt consistit, & quod idem sentiunt, ac implent id quod ab Apostolo dictum est: Etsi enim in carne absum, tamen spiritu uobiscum sum.

Quaestio CLV

Quandoquidem docemur nos qui aegrotis in hospitali domo inferuimus, ut cum tali affectu seruiamus, uelut fratribus Domini ministrantes, si non fuerit talis is cui inferuimus, quomodo debemus ipsi attendere?

Responsio.

Quum dominus dixerit: Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est, hic meus est frater, & soror, & mater, si non quis talis; sed peccans deprehenditur, dignus existens sententia illa: Qui facit peccatum, seruus est peccati, primum quidem admonitione opus habet à praefecto. Si uero perseverauerit in ipsis, manifestum est in ipso iudicium eiusdem domini inferentis: Seruus autem non manet in domo. Et Apostoli praecipientis: Tollite prauum ex uobis ipsis: sic enim nulla ministrantibus haesitatio, & omnibus conuictoribus securitas continget.

Quaestio CLVI

Num eum cui cellarii aut alterius eiusmodi cura concredita est, semper eius curam gerere oportet, aut permutari?

Responsio.

Si boni ordinis scientiam, & regulę sinceritatem seruat, permutari superfluum est, imò potius graue ac difficile factum. Verum ut aliquē affectum habeat qui particulatim ad eam curam effingatur necessarium est, ut ne ubi necessitas requirit successorem, in inopia eius constituti turbemur. Saepē uero etiam ineptum ad hoc adhibere ad opus cogimur, ut ne cessatio cōtingat, citra huius inexperience, tum sinceritatem corumpi, tum rationalem boni ordinis disciplinam dissolui.

Quaestio CLVII

Quo affectu debet quis seruire deo, & omnino affectus hic quid est?

Responsio.

Affectum bonum esse arbitror concupiscentiam uehementem complacendi deo, & insatiabilem ac fixam & immutabilem. Acquiritur autem hic in contemplatione assidua ac perpetua maiestatis gloriae dei, cogitationibusque pijs, & indesinente memoria bonorum contingentium à deo. Ex quibus innascitur animae illud, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua, iuxta eū qui dixit: Quem admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Cum tali itaque affectu seruire oportet deo, ita ut expleamus id quod ab apostolo dictum est: Quis separabit nos à dilectione Christi? Tribulatio aut angustia, aut persecutio, aut nuditas, aut periculum, aut gladius? & cætera.

Quaestio CLVIII

Quo affectu quis poenam sufferre debet?

Responsio.

Eo qui decet agrum & sollicitum de uita, dum à patre ac medico curatur, & quamuis amarus ac dolorosus fuerit medelae modus, in perfectione dilectionis ac experientiae eius que increpat ac punit, & in sanationis cupiditate.

Quaestio CLIX

Qui tristitia afficitur contra eum qui ipsum increpauit, qualis est? Responsio. Neque periculum peccati nouit, & praesertim erga deum, neque poenitentiae iuerit, neque credit ei qui

ei qui dixit, Qui uero diligit diligenter castigat: & alienum ab utilitate seipsum constituit eius qui dixit, Castigabit me iustus in misericordia & redarguet me. Et talis cum detrimento in fraternitate uersat, ab exercitatione auocans eos qui cum timore solliciti decertant.

Quaestio CLX

Quo affectu debemus seruire fratribus?

Responsio.

Velut ipsi domino exhibentes ministerium, qui dixit: Quatenus fecistis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi fecistis. Ad hoc uero recte faciendum confert quod etiam tales sint hi quibus ministerium contingit. Quapropter oportet praefectos diligentius ipsorum curam gerere, ut ne uelut corporum amatores: uentri & uoluptatibus seruiant. Sed uelut dei & Christi amatores, per patientiam perfectam fiant gloriatio Domini, in obprobrium diaboli, uelut iustus Iob.

Quaestio CLXI

Qua humilitate debet quis ministerium suscipere à fratre?

Responsio.

Velut seruus ab herode, & qualem ostendit Petrus apostolus domino ministrante, in quo etiam periculum eorum qui ministerium non admittunt, discimus.

Quaestio CLXII

Qualem inter nos dilectionem habere nos oportet?

Responsio.

Qualem dominus ostendit ac docuit, dum ait: Diligite uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos. Maiorem hac charitatem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Si uero animam ponere oportet, quanto magis promptitudinem in particulatim ostendere necessarium est: non ad humana officia, sed ad id quod unicuique condicis, iuxta scopum complacendi deo?

Quaestio CLXIII

Quomodo poterit quis dilectionem erga proximum acquirere?

Responsio.

Primum quidem si timeat iudicium praetergradientium mandatum domini, qui dixit: Qui non credit filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super ipsum. Deinde si querat ac uideat uitam aeternam. Nam mandatum ipsius uita aeterna est. Primum autem est magnum mandatum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnibus uiribus tuis, Et secundum simile huic: Diliges proximum tuum uelut teipsum. Et si concupiscat assimilari domino qui dixit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos. Insuper autem & ex talibus rationibus, si quidem benefactor est frater, debemus ipsi etiam secundum hominem charitatem, quam etiam Graeci seruant, quemadmodum in Euangelio dominus ostendit dicentis: Et si diligentes uos diligitis, qualis uestra gratia est? Nam & peccatores eos qui diligunt ipsos diligunt. Si uero maleficus, etiam sic non solum propter mandatum, sed etiam uelut maiorum beneficiorum collatorē diligere debemus, si modo dño credimus qui dixit: Beati estis quia opprobria in uos iecerint & persecuti fuerint, & dixerint omne prauum uerbum contra uos, mentientes propter me, Gaudete & exultate, quia merces uestra multa est in caelis.

Quaestio CLXIII

Quid est, nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini?

Responsio.

Quum dominus aliquando dicat, Nolite iudicare, & non iudicabimini: aliquando iustum iudicium iudicare praecipiat, non à iudicando in totum prohibemur, sed iudicij differentiam docemur. In quibus autē iudicare oportet, & in quibus non, manifeste tradidit nobis Apostolus: In his quidem quae in uniuersumque potestate sita sunt, & à scriptura non distincta dicens: Tu autē quid iudicas fratrem tuum? Et rursus: Non amplius igitur alter alteram iudicemus. In his uero qui displicent deo, condemnans eos qui non iudicant, & ipse suū iudicium producit dum ait: Nā ego quidē ut absens corpore, praesens autē spiritu, iam iudicauit uelut praesens, ut is qui sic hoc perpetravit, in nomine dñi nostri Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu, cum potestate dñi Iesu, tradatur Satanę ad interitum carnis,

Aa 4 ut spie

ut spiritus seruetur in die domini Iesu. Quare si quidē quid in nostra potestate situm est, aut etiam sæpe obscurum est, ob hoc fratrem iudicare nō oportet, iuxta id quod ab Apostolo de his quæ ignorantur dictum est: Quare non ante tempus quid iudicatis, donec uenerit Dominus, qui & illuminabit occulta tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. At uero iudicia dei damnare, inexcusabilis necessitas est, ut ne simul particeps fiat iræ dei is qui conticescit. Præterq̄ si quis eadem faciens cum eo qui in crimine hæret, dicendū libertatem non habeat ad iudicandum fratrem, quum audierit dominum dicentem: Eijce primum trabem ex oculo tuo, & tunc conspicias ut eijcias festucam ex oculo fratris tui.

Quæstio CLXV

Quomodo cognoscat quis, utrum ex æmulatione Dei commoueat contra fratrem peccantem, aut irascatur?

Responsio.

Si contra omne peccatum perpeffus fuerit id quod scriptum est: Colliquefecit me æmulatione tua, quia obliuisti sermonū tuorum inimici mei; manifesta est Dei æmulatio. Ad ministracione autē etiam hic prudenti ac solerti opus est, ad fidei ædificationem. Vbi autem hic affectus non prius animæ inest ac ipsam mouet, motus quidem inæqualis est; in nulla uerò re scopus pietatis ac diuini cultus seruatur.

Quæstio CLXVI

Quo affectu obedire oportet ad opus mandati urgenti?

Responsio.

Quanto affectu puer à fame detentus obedit nutrici uocanti ad sumendum cibum, & omnis homo qui quærit uictum, obedit ei qui largitur ea quæ ad uitam conferunt; imò etiam multò plus, quanto præstantior præsentis, est uita æterna. Nam mandatum dei, uelquit dñs, uita æterna est. Quod uerò est in pane eius, hoc est in mandato operatio, ipsorum sus domino dicente: Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me patris.

Quæstio CLXVII

Qualis debet esse anima, quod omnino digna facta est in opere dei deprehendi?

Responsio.

Qualis erat quæ dicit, Quis sum ego domine mi domine, & quæ est domus mea, quod dilexisti me; implens id quod scriptum est, gratias agentes patri qui sufficientes fecit nos ad portionem sortis sanctorum in luce, qui liberauit nos ex potestate tenebrarū, & transtulit ad regnum filij dilectionis ipsius.

Quæstio CLXVIII

Quo affectu uestitum aut calceamentum qualecunq̄ fuerit, accipere oportet?

Responsio.

Si quidem minora aut maiora quàm pro statuta sunt, necessitatem cum conuenienti mansuetudine manifestet. Si uerò de utilitate contendit, aut quod non sunt noua, memor sit domini dicentis, Dignus est, non simpliciter omnis, sed operarius alimento suo; & percunctetur seipsum an pro dignitate præceptorum Dei aut promissionum quid operatus sit. Et tunc non alia requireret, sed de his quæ data sunt sollicitus erit, uelut qui præter meritum accipiat. Nam quod de alimento dictum est, in omni re corpori necessaria, uelut reugulam habere oportet.

Quæstio CLXIX

Si fratri iuniori præceptum fuerit, ut doceat aliquid natu grandiore, quomodo ipsum aggredietur.

Responsio.

Velut qui implet ministerium iuxta præceptum domini dei, timēs ne cadat sub iudicium eius qui dixit: Maledictus omnis qui facit opera domini negligenter; cautus autem ne forte casu tumens in iudicium diaboli incidat.

Quæstio CLXX

Num æqualiter attendere oportet, tum ei qui plus, tum qui minus recte facit?

Responsio.

Quod in remissione peccatorum dominus decreuit dum ait: Dimittuntur peccata ipsius quia dilexit multum; cui autem parum dimittitur, parum diligit. Et quod de senioribus Apostolus

Apostolus constituit dum dixit: Qui bene præsumt seniores duplo honore digni sunt, maxime qui laborant in sermone ac doctrina: hoc in omnibus talibus seruare par esse arbitror.

Quæstio CLXXI

Si autem tristetur qui minus recte fecit, pietiore ipsi prælato, quo modo ipsi attendemus.

Responsio.

Talis manifestum se facit quòd ob maliciam condemnatus est, ex similitudine parabolæ in euangelio, in qua dominus ad contristatos, quod aliqui æquale cum ipsis premium accepissent, ait: Num oculus tuus malus est, quod ego bonus sum. Et manifestum est in hoc & talibus iudicium dei per prophetam dicentem: Annihilatus est coram ipso omnis maligne agens, eos uerò qui timent dominum glorificabit.

Quæstio CLXXII

Quali timore, aut quali certitudinis perfectione, aut quo affectu, corporis ac sanguinis Christi participes fitemus?

Responsio.

Timorem quidem docet nos Apostolus dicens: Qui edit ac bibit indigne, iudicium sibi ipsi edit ac bibit. At uerò certitudinis perfectionem inducit fides uerborum Domini qui dixit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Et quum testimonium Ioannis prius gloriam uerbi testatum sit, & in carnationis modum induxerit, dum dixit: Et uerbum caro factum est, & habitauit inter nos, & uidiuimus gloriam eius, gloriam uelut unigeniti à patre, plenū gratia & ueritate. Et quum Apostolus scriperit: Qui quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui assumpta, in similitudinem hominum constitutus, et habitu repertus ut homo, humiliavit seipsum, factus obediens usq̄ ad mortem, mortem autē crucis. Quum igitur anima his & talibus uerbis credens, maiestatem gloriæ didicerit, & excellentiam humilitatis ac obedientiæ admirata fuerit, quòd talis ac tantus obediuit patri usq̄ ad mortem pro nostra uita, Arbitror quòd acquisierit affectū ad dilectionem, tum erga deum & patrem, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, tum erga unigenitū ipsius filium, qui obediuit usq̄ ad mortē, pro nostra redemptione ac salute. Et potest sic apostolum sufferre, qui uelut terminum quendam sanis exposuit bonā in his conscientia, dum inquit: Dilectio em̄ Christi cōtinet nos illud iudicantes: Quod si unus pro omnibus mortuus est, ergò omnes mortui erant, & pro omnibus mortuus est, ut uiuentes nō amplius sibi ipsis uiuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Talem affectum ac preparationē habere debet is qui particeps sit panis & poculi.

Quæstio CLXXIII

Num oportet psalmodiæ tempore in domo, colloquium fieri?

Responsio.

Neutiquam oportet, exceptis his quibus cura demandata est, & obseruatio boni ordinis, & administrationis ac operum: atq̄ hoc iuxta necessitatem urgentē, & neq̄ tunc in circumspice, sed confectione facta & loci, & bonæ disciplinæ, & reuerentiæ ac uitandę offensionis. Reliquis omnibus necessarium est silentium. Si enim in tempore differendi, & in his quibus demandata est doctrinæ ratio, præceptum est ut sileat primus, si alij reuelatum fuerit, quanto magis in tempore psalmodiæ silentium multis necessarium est.

Quæstio CLXXIII

Quomodo poterit quis cum affectu & promptitudine facere mandata domini?

Responsio.

Secundum naturam est experimentum iucundū ac utilis, & ipsa talium rerum expectatio inducit animę affectum harum ac cupiditatem. Si igitur quis odio habuerit & abominatus fuerit iniquitatē, & purus fuerit ab omni peccato, à quo uelut à morbo corpus pendit cibi appetentiam, & patitur ciborum infucunditatem: Sic etiam anima patitur circa iustitias dei segniciem ac tarditatē; & certior factus fuerit, q̄ mandatū dei uita æterna est, & omnia promissa seruātibz ipsum certa ac uera, acquiruntur ab ipso affectus eius qui dixit: Iudicia dñi uera iustificata in idem, desiderabilia sup̄ aurum, et lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauam. Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

Quæstio

Quomodo apparet qui diligit fratrem iuxta Domini mandatum, & quomodo deprehenditur qui non sic diligit.

Responsio.

Dilectionis duo haec praecipua sunt: tristari quidem & sollicitum esse ob ea in quibus laeditur is qui diligitur. Gaudere autem contendere pro ipsius utilitate. Beatus igitur qui luget ob peccantem, cuius periculum horrendum est: & qui gaudet super recte faciente, cuius lucrum incomparabile, uelut scriptum est. Testatur autem & Paulus apostolus dicens: Si afflictum fuerit unum membrum, compatuntur omnia membra: pro ratione omnino dilectionis in Christo. Et si glorificatum fuerit unum membrum, iuxta scopum uidelicet complacentiae erga Deum, congaudent omnia membra. Qui uero non ita affectus est, manifestum se facit quod fratrem non diligit.

Quaestio CLXXXVI

Qui sunt inimici quos diligere nobis praecipuum est? & quomodo diligemus inimicos beneficentia erga ipsos solum, aut etiam ipso affectu, & num hoc possibile est?

Responsio.

Inimici proprium est nocere ac insidiari. Omnis igitur quocumque laedens aliquem, inimicus dici poterit, praecipue uero qui peccat. Nam quantum in ipso est, laedit per diuersos modos, & insidiatur ei cum quo uersatur ac congregitur. Quandoquidem autem ex corpore & anima constat homo, secundum animam quidem diligamus tales, redarguentes ipsos ac commonefacientes, omnique modo ad conuersionem inducentes: secundum corpus uero benefacientes ipsis, ubi opus habent rebus ad uitam necessarijs. Quod autem dilectio in affectu est, omnibus manifestum est. Possibilitatem uero ostendit ac docuit dominus, qui dilectionem patris & suam ipsius in obedientia usque ad mortem declarauit pro inimicis, non pro amicis. Velut testatur Apostolus dicens: Declarat autem suam dilectionem erga nos, quod quum adhuc essemus nos peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Et nos ad idem hoc adhortatur, dum dicit: Este igitur imitatores dei uelut filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum & Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationem & sacrificium deo. Neque uero precepisset bonus ille et iustus, si non possibilitatem largitus esset, quam etiam in natura coactum sitam esse declarant. Nam benefactores etiam bestiae naturaliter amant. Quid uero tantum benefacit amicus, quantum inimici: qui propinat nobis beatitudinem, uelut dominus dixit: Beati estis quum persequuntur fuerint uos, & contumelia affecerint, & dixerint omne uerbum malum contra uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in caelis.

Quaestio CLXXXVII

Quomodo debent potentes gestare impotentium infirmitates?

Responsio.

Si gestare ac portare est tollere ac curare: iuxta id quod scriptum est, Ipse infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit: non suscipiendo in seipsum, sed in patientes curando haec sita sunt. Atque hic poenitentiae modus ac ratio congruet, per quem curantur impotentes ex potentiorum cura.

Quaestio CLXXXVIII

Quid est illud, alter alterius onera portare? & qualem legem impleuimus hoc facientes?

Responsio.

Idem est cum praedicto. Graue enim est peccatum trahens animam ad fundum inferni, quod alter ab altero tollat ac auferat, ad conuersionem ducendo peccantes. At uero portare pro tollere, familiare est etiam in uernaculo usu, uelut saepe a multis ipse audiuimus. Legem autem Christi impleuimus qui dixit: Non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam: & legem nobis posuit, si peccauerit frater tuus, uade reprehende ipsum: si audierit te, lucratus es fratrem tuum.

Quaestio CLXXXIX

Quomodo potest quis absque dilectione tantam fidem acquirere, ut montes transferat, aut bona sua omnia pauperibus det, aut tradat corpus suum ut exuratur?

Responsio.

Responsio.

Si recordamur domini qui dixit: Faciunt enim ut spectentur ab hominibus, Et responsi ipsius ad eos qui dixerunt: Domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo daemonia eiecimus? & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? ad quos dicit: Non noui uos unde sitis. Non quod mentiebatur, sed quod dei gratia ad proprias uoluntates abusi fuerant, id quod a dilectione erga deum alienum est: non difficulter conemplari quae dicta sunt possumus. At uero donum Dei frustra accipere & indignum, nihil miri est. Deus enim in tempore bonitatis & longanimitatis solem suum exoriri sinit super bonos & malos. Saepè uero etiam ad utilitatem, aut illius ipsius qui donum suscipit, si forte bonitatem Dei reueritus pelliceatur ad curam complacendi ipsi, aut etiam aliorum, iuxta id quod ab Apostolo dictum est: Quidam propter inuidiam & contumeliam: quidam uero etiam propter bonam uoluntatem Christum praedicant. Quibus paulo post subiungit: Veruntamen omni modo, siue praetextu, siue in ueritate Christus annunciat, etiam in hoc gaudeo.

Quaestio CLXXX

Quo affectu & attentione audire debemus ea quae assumptionis cibi tempore nobis obiter praeguntur.

Responsio.

Ampliore uoluptate quam qua edimus ac bibimus, ut demonstretur mens non abalienata ad corporis uoluptates, sed quae amplius exhilaretur uerbis domini, iuxta affectum eius qui dixit: Et dulciora super mel & fauum.

Quaestio CLXXXI

Si fuerint fraternitates inter se uicinae, & altera quidem inops degit, altera uero ad impediendum difficilior fuerit, quomodo oportet inopem erga impertientem affici?

Responsio.

Qui docti sunt in dilectione Christi etiam animam alter pro altero ponere, quomodo corporalibus rebus parcere possunt? uelut obliti eius qui dixit: Esuriui, & non dedistis mihi edere, &c. Si uero contingat hoc, patientes esse oportet eos qui inopes sunt, in certitudine solati in futuro seculo, imitantes Lazarum.

Quaestio CLXXXII

Ex quibus fructibus probari debet qui condolenter fratrem peccantem reprehendit?

Responsio.

Primum quidem ex praecipuis condolentiae affectibus, iuxta id quod ab Apostolo dictum est: Si afflicto fuerit unum membrum, compatiuntur omnia membra. Et quis scandalo afficitur, & ego non uror? Deinde uero si ob omne peccatum similiter coneratur, & propter omnes peccantes, tum in ipsum, tum in alios similiter contristet ac lugeat, & si dum reprehendit non corrumpat traditum a Domino modum.

Quaestio CLXXXIII

Si contingat aliquos in fraternitate uiuentes inter se discordare, num periculo uacat charitatis gratia cum talibus conuersari?

Responsio.

Quum dominus dixerit, Da pater, ut quemadmodum ego & tu unum sumus: sic etiam ipsi unum sint in nobis. Et quum Apostolus scripserit: Vnanimis idem sentientes. Et quum Acta referant, quod erat creditum cor unum, & anima una, hi quidem qui discordant alieni a relatis sunt. Dilectio uero secundum rationem contingens, seruat quod dictum est: Qui autem diligit, diligenter castigat. Quae uero non contingit secundum rationem, qualiscumque tandem fuerit, reproba est: domino ipso dicente, Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus.

Quaestio CLXXXIII

Quomodo poterit quis, & quum adhortatur, & quum reprehendit, non solum conari ut scientificè loquatur, sed etiam affectionem debitam conseruare, & erga Deum, & erga illos ad quos uerba facit?

Responsio.

Si memor fuerit Apostoli qui dixit: Sic uos reputet homo, uelut ministros Christi, &

dispensatores mysteriorum dei, non uelut propriam aliquam scientiam ex autoritate dispensent, sed uelut ministerium Dei in cura animarum sanguine Christi redemptarum impleat, cum timore ac tremore erga deum, iuxta eum qui dixit: Sic loquimur, non uelut hominibus placētes, sed deo probanti corda nostra, & cum affectu & misericordia erga audientes faciens quod dictum est: Velut si nutrix foueat filios suos, sic desiderātes uos uolumus tradere uobis non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras.

Quaestio CLXXXV

Si quis in dissertatione audientes coaffici uidens gaudeat, quomodo cognoscet seipsum, an affectu bono gaudeat, aut quodam affectu proprio.

Responsio.

Si in laudibus solis gaudium statuerit, manifestus est quod proprio affectu mouetur. Si uero laudantium statim quidem circa audiendum prudentiam, spem obedientiae subleuantem doctus exhilaratur, postea uero de utilitate sollicitus, & aut cōsentanea laudibus recte facta in ipsis reperiens, gaudeat, aut nullam utilitatem cepisse laudatores uidens, tristetur; gratias agat deo, quod uelut amans deum et fratres, dignus factus est commoueri, non quarens gloriam suam, sed gloriam dei & fratrum aedificationem.

Quaestio CLXXXVI

Quandoquidem talem dilectionem habere docemur, ut etiam animam pro amicis ponamus, discere auemus, pro qualibus amicis hoc uelle oportet?

Responsio.

Affectum quidem aut modum huius recte facti, certum est esse diuersum: alia enim saepe pro peccatoribus suscipere licet, & alia pro iustis conari debemus. At uero dilectionem usque ad mortem ostendere, & pro peccatoribus, et pro iustis docemur nullo discrimine facere. Declarat enim dilectionem suam, inquit, erga nos deus, quod quum adhuc peccator res essemus, Christus pro nobis mortuus est. Caterum ad sanctos dicit Apostolus: Velut si nutrix foueat filios suos, sic desiderātes uos uolumus tradere uobis non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras, propterea quod charissimi nobis facti estis.

Quaestio CLXXXVII

Num à cognatis secundum carnem, unumquonque aliquid suscipere oportet?

Responsio.

Ut dent quidem cognati ea quae ad ipsos pertinent, his qui ad dominum accesserunt, necessarium est, & ut nihil subtrahant, ut ne sacrilegij iudicium subeant. At uero consumi haec in conspectu illorum ad quos pertinere uidentur, plerumque & illis ipsis elationis causa fit, & pauperibus qui ad eandem uitam accesserunt tristitia occasio. Quare coningit illud, ob quod reprehenduntur Corinthij ab Apostolo, dum dixit: Pudefacitis eos qui non habent. Quapropter is cui cura ecclesiarum in loco demandata est, si fidelis fuerit, et prudenter dispensare potens, hunc ad imitationē eorum qui in actis sunt tractet, qui sanctos ferentes ponebant ante pedes Apostolorum. Si autem talia dispensare non est omnium, sed solum eorum qui cum probatione ad hoc designati sunt, etiam id quod à talibus datum est, hic prout probauerit dispensabit.

Quaestio CLXXXVIII

Quomodo uidebimus eos qui olim nobis cohabitarunt, aut cognatos accedentes?

Responsio.

Velut dominus ostendit ac docuit, quum annunciatum esset ipsi: Mater tua & fratres tui foris stant uidere te uolentes: ad quos obiurgatorio modo respondit, Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est, hic meus frater & soror & mater est.

Quaestio CLXXXIX

Si uero etiam inuitarint nos ad propria abducere uolentes, num oportet ipsos ferre?

Responsio.

Si quidem propter aedificationem fidei, is qui potest sic abire cum probatione mittatur. Si uero propter officium humanum, audiat Dominum dicentem ad eum qui dixit: Per mitte mihi ut abeam prius & renunciem his qui sunt domi meae. Nemo admota ad aratrum manu, & respiciens ad ea quae post tergum sunt, idoneus est ad regnum dei. de eo

de eo qui semel renunciare uoluit, tale iudicium est, quid oportet dicere de hoc?

Quaestio CXC

Num oportet misereri cognatorum secundum carnem, ita ut salutem ipsorum concupiscamus.

Responsio.

Qui natus est ex spiritu iuxta domini uocem, & potestatem accepit fieri filius dei, eum cognationis secundum carnem pudet. Cognatos autem statuit eos qui cognati sunt fidei, de quibus dominus testatus est, dum dixit: Mater mea & fratres mei hi sunt qui audiunt ac faciunt sermonem dei. Et miseretur hic omnium quidem qui à domino elongantur, sed & cognatorum secundum carnem, uelut omnium. Si uero quis amplius erga hos affectus, proprii affectus patronum habere se putat Apostolum dicentem: Optarim enim ego ipse anathema esse à Christo, pro fratribus meis cognatis secundum carnem: talis discat ex his quae sequuntur, quod non cognationem secundum carnem, sed ipsum Israel, & egregia dei in ipsum facta Apostolus magnificat ac honorat. Nec quoniam cognati ipsius essent ipsi Israelitae, sed quia Israelitae erant qui eius secundum carnem cognati erant, et quia tot ac tantis beneficijs à deo affecti essent. Nam ipsorum erat adoptio in filios, & gloria, ipsorum legislatio & cultus, ipsorum testamenta et promissiones, ipsorum patres, ex ipsis Christus, quantum ad carnem attinet. Quapropter tanti ipsorum salutem facit, non ad cognationem respiciens, sed ad domini pro ipsis incarnationem, qui dixit: Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel.

Quaestio CXCI

Quis est mansuetus?

Responsio.

Qui immutabilis est in iudicijs eorum quae ad complacendum deo studio habemus.

Quaestio CXCI

Quae est tristitia secundum deum, & quae mundi?

Responsio.

Tristitia secundum deum est, quum quis ob mandati negligentiam ac contemptum tristatur, iuxta id quod scriptum est: Tristitia occupauit me praeter peccatoribus relinquentibus legem tuam. At uero mundi tristitia est, ubi quid humanum & mundo dignum fuerit quod tristitia afficit.

Quaestio CXCI

Quale est gaudium in domino, & quid ubi fecerimus gaudere debemus?

Responsio.

Gaudere his quae secundum mandatum domini ac gloriam dei fiunt, gaudium in domino est. Quum igitur mandata domini fecerimus, aut propter nomen domini aliquid perpetiemur, gaudere & alter alteri congaudere debemus.

Quaestio CXCI

Qualem luctum susceperimus ut beatitudine digni fiamus?

Responsio.

Continetur haec quaestio in tristitia secundum deum, quum ob peccata lugemus, aut ob ignominiam dei, quod per legis transgressum quis deum ignominia afficit, aut ob periclitantes in peccato: Anima enim, inquit, peccans, ipsa morietur; imitantes eum qui dixit, Et lugebo multos qui prius peccauerunt.

Quaestio CXCV

Quomodo omnia ad gloriam dei quis facit?

Responsio.

Quum omnia propter deum secundum mandatum dei fecerit, & in nulla re laudes ab hominibus respexerit. Vbi que uero domini memor fuerit qui dixit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est.

Quaestio CXCVI

Quomodo edit ac bibit quis ad gloriam dei?

Responsio.

In memoria benefactoris, & in tali animae affectu qui testatur ex corporis statu, quod non uelut curarum exors edit, sed uelut qui habet inspectorem deum. Sed & in scopo assumptionis

sumptionis, quum nō uelut seruus uentris propter uoluptatem edat, sed uelut operarius dei, propter firmitatem in operibus secundum mandatum domini.

Quaestio CXC VII

Quomodo facit dextera, ut ne cognoscat sinistra?

Responsio.

Quum minime sublesta & intenta cupiditate complacendi deo, mens ex toto sollicita ne à conuenienti officio excidat, legitime decertat: Tunc nullius rei ac ne partis quidem alterius corporis cogitationem suscipit, nisi illius solum quæ ad propositum conducit. Quemadmodum artifex in singulis operibus ad solum illud respicit instrumentum quod ipsi ad opus absoluendum confert.

Quaestio CXC VIII

Quid est humilitas, & quomodo ipsam acquiramus?

Responsio.

Humilitas quidem est putare omnes sibi ipsi præminere, iuxta Apostoli definitionem. Acquisierit autem quis ipsam, primum si recordatus fuerit mandati domini qui dixit: Discite à me quod mitis sum ac humilis corde: id quod multis locis ac modis, & demonstrauit & docuit. Et si crediderit quod qui humiliat seipsum, exaltabitur. Deinde, si ex æquo & indefinenter in omni negotio, humilitatis studijs deditus fuerit, & in ipsis se exercet, vix enim hoc modo per assiduam meditationem humilitatis habitum adipisci poterit; quemadmodum etiam in artibus fieri solet. Idem modus acquisitionis etiam in omni uirtute secundum mandatum domini nostri Iesu Christi existit.

Quaestio CXC IX

Quomodo quis promptus fieri poterit etiam ad pericula pro mandato dñi subeunda?

Responsio.

Primum quidem si recordatus fuerit, quod ipse dominus pro nobis obediuit patri, que ad mortem. Deinde si certior factus fuerit de potestate mandati, quod uita æterna est, uelut scriptum est. Deinde si crediderit domino qui dixit: Quicumque uoluerit animam suam seruare, perdet ipsam. Qui uero perdiderit animam suam propter me, et euangelium, hic seruabit ipsam.

Quaestio CC

Qui antea in opere dei defatigati sunt, quomodo recens accedentes iuuare possunt?

Responsio.

Si quidem robusti sunt corpore, in eo quod impigrum studium ostendant, & formam seipsum exhibeant omnis recte facti. Si uero debiles sunt, in tali animæ statu, ut appareat & in facie, & in omni motu, certitudo de inspectione dei, & præsentia domini, & in proprietatibus charitatis ab Apostolo enumeratis, dum dixit: Caritas patiens est, benigna est, non inuidet, non agit perperam, non inflatur, non inhoneste se gerit, non quarit quæ sua sunt: non irritatur, non reputat malum, non gaudet in iniusticia. Congaudet autem ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit. Hæc enim omnia etiam in debili corpore perfici possunt.

Quaestio CCI

Quomodo poterit quis assequi in oratione intentionem?

Responsio.

Si certus fuerit ob oculos esse deum. Si enim quis principem uidens aut præfectum, et cum ipso loquens, intentos oculos habet, quanto magis is qui adoratur deum, minime sublesta mentem habebit ab eo qui scrutatur corda & renes, implens id quod scriptum est. Eleuant sanctas manus absque ira & disceptionibus.

Quaestio CCII

Num possibile est in omnibus & semper obtinere intentionem, & quod quis hæc acquirat?

Responsio.

Quod possibile est ostendit is qui dixit: Oculi mei semper ad dominum. Et, conspiciebam dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, ut ne commouear. Quomodo autem possibile sit, prædictum est. Nempe in eo quod quis non dat tempus oculi animæ, à meditatione de deo, & operibus dei ac donis, & à confessione ac gratiarum actione pro omnibus.

Quaestio

Quaestio CCIII

Verum recte factorum secundum mandatum domini una mensura in omnibus est, aut alius ampliores habet, alius uero minores?

Responsio.

Quod non est una mensura in omnibus, sed alij plus concrediti sunt, idemque plus ostendit, alij uero minus, ex domini uerbis manifestum est, qui nunc quidem dixit: Qui uero in terram bonam seminatus est, hic est qui uerbum audit & intelligit, qui sanè fructum fert & facit, alius centuplum, alius sexagesuplum, alius trigecuplum, id quod etiam in eo qui misericordiam suscepit reperitur: Nunc uero, alij quidem dedit quinque talenta, alij duo, alij unum.

Quaestio CCIII

Quomodo dignus sit quis spiritus sancti particeps fieri?

Responsio.

Dñs noster Iesus Christus docuit ubi dixit, Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, spiritum ueritatis quem mundus non potest capere. Quãdiu igitur omnia mandata dñi non seruamus, neque sumus tales ut testimonium ab ipso feramus, nimirum uos non estis ex hoc mundo: spiritus sancti participes fieri ne speremus.

Quaestio CCV

Qui sunt pauperes spiritus?

Responsio.

Quum dominus dicat, nunc quidem, uerba que ego loquutus sum uobis, spiritus sunt & uita: Nunc uero, spiritus sanctus docebit uos omnia, & commonefaciet de his que dixerit uobis: Non enim loquetur, inquit, à semetipso, sed quæcumque audiet à me, hæc loquetur: Hi pauperes sunt spiritu, qui non ob aliam causam pauperes facti sunt, sed propter doctrinam domini qui dixit, Vade, uende omnia que habes, & da pauperibus. Si uero quis etiam quomodocumque accedentem paupertatem susceptam gubernet ad uoluntatem dei, uelut Lazarus, neque hic à beatitudine alienus est.

Quaestio CCVI

Quum dñs præcipiat, ut ne solliciti simus, quid edamus aut quid bibamus, aut quid induamus, quatenus tendit mandatum, aut quomodo perficitur?

Responsio.

Mandatum quidem tendit usque ad mortem, uelut etiam omne mandatum. Nam & dñs obediuit usque ad mortem. Perficitur autem per confidentiam in deum. Nam dominus ubi sollicitudinem interdixit, adiungit promissionem dicens: Nouit enim pater uester quibus opus habetis, antequam uos petatis ipsum. Talis erat Apostolus dicens: Sententiam mortis habuimus, ne confidentes essemus in nobis ipsis, sed in deo qui suscitatur mortuos: iuxta iudicium quidem & animæ promptitudinem quotidie moriens, iuxta bonam uero dei uoluntatem seruatus. Quapropter cum fiducia dixit, uelut morientes, & ecce uiuimus. Adiuuat autem talem promptitudinem etiam seruens studium, & inexplebilis concupiscentia circa mandata domini, à qua detentus neque otium habet, ut sollicitus sit de corporis cura.

Quaestio CCVII

Itaque si neque sollicitum esse oportet de necessarijs ad uitam, & aliud præceptum est domini qui dixit: Operamini non cibum qui perit: superfluum est operari?

Responsio.

Ipsè dominus in utroque loco præceptum suum declarauit. Illic enim postquam interdixit, querere ea que pertinent ad uitam dum ait: Ne querite quid edatis aut bibatis, hæc enim omnia gentes mundi requirunt, imperauit dicens: Verum querite regnum dei & iusticiam ipsius. Quomodo uero querere oportet, per eos qui digni facti sunt, declarauit. Hic uero ubi prohibuit operari cibum qui perit, docuit operari cibum qui permanet in uitam æternam. Quem ipse rursus in alio loco indicauit, dum dixit: Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit patris. Si autem uoluntas dei est esurientem nutrire, sitientem potare, nudum uestire, & reliqua: omnino necesse est imitari Apostolum dicentem: Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet subuenire infirmis: & obedire ipsi dicenti. Imò potius laboret operans proprijs manibus bonum, ut habeat quod impertiat ei qui opus habet. His igitur sic nobis à domino per euangelium & Apostolum traditis, manifestum

B b 2 nifestum

nifestum est quod suis ipsius causa sollicitum esse aut operari, omnino interdictum est. Verum iuxta mādātum domini propter necessitatem proximi sollicitum esse, ac diligentius operari oportet, maxime quum in seipsum recipiat studium in eos qui ipsi sunt dicati, & pro hoc regnum cœlorum promittat.

Quæstio CCVIII

Num bonum est in totum silentium exercere?

Responsio.

Silentij bonitas tempore & persona probat, uelut ex diuina scriptura discimus. Tempore quidem, ut quum dicat: prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. Et rursus, posui ori meo custodiam, quum consisteret peccator aduersum me. Persona uero uelut quum scribat Apostolus, Si uero alij reuelatum fuerit sedenti, primus taceat. Et rursus, Mulieres uestræ in ecclesijs taceant. Aliquando uero etiam in his qui in temperantio rem linguam habent, & hoc seruare non possunt: Omnis sermo prauus ex ore uestro ne procedat, sed qui bonus est ad fidei ædificationem: necessarium est perfectum silentium, donec in hoc à uitio petulantia in sermonibus curentur, & discere per ocium possint, quando & quid, & quomodo loqui oportet, quo uelut scriptum est, Det gratiam audientibus,

Quæstio CCIX

Quomodo poterimus timere iudicia dei?

Responsio.

Omnis mali expectatio secundum naturam timorem inducit. Sic enim & bestias timeamus, & principes, mali alicuius experientiam ex ipsis expectantes. Si igitur quis crediderit ueras esse minas domini, & expectauerit horrendam ac uehementissimam ipsorum experientiam, timebit iudicia.

Quæstio CCX

Quis est qui ab Apostolo traditus est amictus honestus?

Responsio.

Uisus ad proprium scopum decorus, qui coniectat tempus, locum, personam, necessitatem. Non enim eadem approbat ratio tempore hyemis ac aestatis. Neque idem est habitus operarij & quiescentis, militis & priuati, uiri & foeminae.

Quæstio CCXI

Quæ est mensura dilectionis erga deum?

Responsio.

Supra uites semper animam extendere ad uoluntatem dei, iuxta scopum & conceptuscentiam gloriae ipsius.

Quæstio CCXII

Quomodo acquiritur dilectio erga deum?

Responsio.

Si cum bona conscientia & bono animo affecti fuerimus ob ipsius beneficia, id quod & in brutis contingit. Videmus enim & canes panem solum dantem diligentes. Discimus etiam hoc ex his quæ per Esaiam prophetam reprehensorio modo dicta sunt, sic: Fides hos genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem, & asinus præsepe domini sui. Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Quem admodum enim boui & asino, ex beneficentia altoris dilectio erga ipsum sua sponte innascitur, Sic & nos si intelligentes ac grati beneficia susceperimus, quomodo deum tot ac tantorum benefactorem non diligemus, quum secundum naturam, ut ita dicam, & citra doctrinam talis affectus sanæ animæ innascatur.

Quæstio CCXIII

Quæ sunt signa dilectionis erga deum?

Responsio.

Ipsæ domini docuit nos ubi, inquit: Si diligitis me, mandata mea seruare.

Quæstio CCXIII

Benignitas & bonitas quatenus inter se differunt?

Responsio.

Quum Dauid dixerit, nunc quidem, Benignus est dominus uniuersis, Et, benignus homo

homo qui miseretur ac commodat: Nunc uero, Benefac domine bonis. Et Hieremias, bonus est dominus sustinentibus ipsum: amplius seipsam dilatare arbitror benignitatem ad ipsum factum, erga quoscumque tandem qui hac opus habent. Contractam autem esse bonitatem, & iusticiæ rationibus in beneficijs utentem.

Quæstio CCXV

Quis est pacificus ille qui à domino beatus prædicatur?

Responsio.

Qui domino cooperatur, iuxta Apostolum qui dixit, pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliemini deo. Et rursus, Iustificati ex fide pacem habeamus erga deum. Nam pax quæ aliter se habet, relata est à domino, ubi ait, Pacem meam do uobis, non uelut mundus dat ego do uobis.

Quæstio CCXVI

In qua re conuerti oportet ac fieri uelut pueros?

Responsio.

Ipsa euangelij tractatio docet nos propositum, declarans ad quid dictum sit hoc, ut ne quæramus preminentiam, uerum naturæ equalitatem cognoscamus, & equalitatem amplectamur erga eos qui in quibusdam inferiores esse uidentur. Tales enim sunt etiam pueri inter se, qui sanè nondum sunt adueti ad maliciam in mundo diuersantium.

Quæstio CCXVII

Quomodo susceperimus regnum dei uelut puer?

Responsio.

Si tales siamus ad doctrinam domini, qualis est puer in disciplinis, non contradicens, neque contendens aduersus præceptores, sed fideliter & obedienter suscipiens doctrinas.

Quæstio CCXVIII

Qualem prudentiam à deo petere debemus, aut quomodo ipsa digni fieri possumus?

Responsio.

Prudentiam quidem ab ipso deo per Prophetam discimus dicentem: Ne gloriatur sapiens in sapientia sua, & ne gloriatur fortis in fortitudine sua, & ne gloriatur diues in diuitijs suis. Sed in hoc gloriatur qui gloriatur, quod intelligat ac cognoscat dominum. Et per Apostolum dum ait, Sed intelligentes quæ sit uoluntas domini. Possumus autem hac digni fieri, si fecerimus id quod scriptum est: Operam date & cognoscite quod ego sum deus: Et si crediderimus uerum esse omne uerbum dei. Si enim non crederis, inquit, non intelligetis.

Quæstio CCXIX

Si beneficium ab aliquo acceperimus, quomodo poterimus & domino debitam gratiarum actionem puram ac integram reddere, & erga benefactorem perire explere, ita ut neque relinquamus neque transgrediamur mensuram?

Responsio.

Si deum quidem & principem & autorem omnis boni esse certo cognouerimus. Iustum uero uelut ministrum actionis dei agnouerimus.

Quæstio CCXX

Num omnibus uolentibus conuenire sorores,mittere id oportet? Aut quis, & quando, & quomodo sorores conueniet?

Responsio.

De his dictum est in quæstionibus diffuse explicatis, quod neque uirum uir, ita ut cuique pro potestate liceat, simpliciter & prout contigit, alter alterum conuenire debet, uerum cum probatione is qui potest iuuare & iuuari, nedum mulierem. Si uero quis memor est domini qui dixit, Omne ociosum uerbum quod loquentur homines, reddent de ipso rationem, in die iudicij: is in omni negotio tale iudicium timuerit, & obedit Apostolo qui dixit: Siue editis, siue bibitis, siue aliquid facitis, omnia ad gloriam dei facite: Et alibi, Omnia ad ædificationem fiant: & nihil sustinet facere ociose & inutiliter. At uero quis, & quando, & quomodo, ut tempus & locus & persona probetur, à quibus alicuius mali ne suspicio quidem erit, & offendiculum in omnibus cauebitur, & congressus ad fidei ædificationem continget, Sed neque unam personam cum una congregandi doctrina ratio permittit.

Boni sunt duo, inquit, potius quam unus, simul autem & fidei digni. Væ autem uni, quia si ceciderit, non est qui leuet ipsum.

Quæstio C C X X I

Quum dominus doceat orare, ut ne incidamus in tentationem, num oportet orare ut ne in corporales dolores incidamus? Si uero quis incidit, quomodo transibit?

Responsio.

Non distinxit tentationis qualitatem, uerum uniuersaliter præcepit, Orate ne intretis in tentationem. Inductum autem unam cum tentatione etiam euentum sufferre posse à domino petendum est, ut perficiatur nobis illud, Qui uero usque in finem perseverauerit, hic saluus erit.

Quæstio C C X X II

Quis est uniuersalisq; nostrum aduersarius, aut quomodo erga ipsum beneuoli erimus?

Responsio.

Obseruanter hic dominus aduersarium uocat eum qui auferre quid conatur ex his quæ ad nos pertinent. Beneuoli autem sumus erga ipsum, si seruauerimus præceptum domini qui dixit: Qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam accipere, ei dimitte etiam pallium; & in omni huiusmodi re similiter.

Quæstio C C X X III

Quum dominus dixerit, Tu uero quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunare; qui ob aliquam placente deo rationem ieiunare uult, quemadmodum etiam sancti sæpe fecisse comperiuntur, ubi ut non uult ab hominibus uideatur, quid facere debet?

Responsio.

Hoc præceptum pertinet ad eos qui studio habent facere mandatum dei ad hoc ut ab hominibus uideantur, ut à uitio complacendi hominibus curentur. Nam quod mandatum domini ad gloriam dei fiens secundum naturam, ineptum est ad hoc ut coelestis apud eos qui deum amant, dominus ostendit dum ait: Non potest ciuitas occultari quæ supra montem sita est, neq; accendunt lucernam, & ponunt ipsam sub modium.

Quæstio C C X X IIII

Num etiam nunc alij à prima hora operantur, alij ab undecima, & qui sunt hi?

Responsio.

Fortassis notissimum est hoc omnibus, ex his quæ in diuina scriptura narrantur, quod multi quidem sunt iuxta Apostoli testimonium, qui à puero sacras literas discunt. Multi uero ad Cornelij similitudinem, qui naturalibus motibus integre utuntur, uerum ad perfectionem secundum scientiam tardi sunt, propter defectum præceptorum. Quomodo enim credent, inquit, si non audierint? Si igitur contigerit aliquos esse ad Cornelij similitudinem, qui circa nullum malum occupati sint, & in concupiscentia perfectionis, ea quæ ipsis possibilis sunt, & in ipsorum noticiam ueniunt bona legitime ostendat, his deus largitur ea quæ & Cornelio, non reputans præteritum tempus ad segriciei crimen, nam non ipsorum culpa ueluti dixi, admissa est, sed contentus concupiscentia declarata per ea quæ oportune studio habuerunt, & ob finem diligentius perfecerunt.

Quæstio C C X X V

Quum dominus dixerit, ubi duo aut tres fuerint congregati in nomine meo, illic sum in medio ipsorum, quomodo hoc digni fieri poterimus?

Responsio.

Qui in nomine alicuius congregati sunt, omnino scire debent scopum eius qui ipsos congregauit, & ad ipsum seiplos componere, ut complacentiæ gratiam inueniant, & non maliciæ aut negligentie iudicium incidant. Quemadmodum enim qui uocati sunt ab aliquo, si quidem scopus metendi propositus fuerit ei qui uocauit, ad ipsum seiplos præparat. Si uero scopus ædificandi, ad ædificationem se parant. Sic nos qui uocati sumus à domino, memores esse debemus Pauli dicentis: Adhortor uos ego uinctus in domino, ut digne uocatione ambuletis, qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia sufferentes uos mutuo in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, unum corpus, & unum spiritum, quemadmodum & uocati estis in una spe uocationis uestræ

uestre. Clarius autem ostendit nobis totam rem dominus per promissionem ad unum dicens: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diliget ipsum, & ad ipsum ueniet, & mansio apud ipsum faciemus. Sicut igitur mansio sit apud hunc ex mandatorum obseruatione, sic etiam duobus aut tribus congregatis, in medio ipsorum est, si ad uoluntatem ipsius se composuerint. Qui uero non digne uocatione, neq; ad uoluntatem domini congregati sunt, etiam si in nomine domini simul congregati esse uideantur, audiunt tamen, Quid me uocatis domine domine, & non facitis ea quæ dico.

Quæstio C C X X VI

Quum Apostolus dicat, dum obiurgamur, benedicimus, dum conuicti impetitur, consolamur; quomodo debet benedicere is qui obiurgatur, aut quid consolari is qui conuicti ac blasphemis impetitur?

Responsio.

In uniuersum arbitror Apostolum hic docere nos à suis ipsis factis, omnes patientia malorum uti, & bona rependere his qui mala faciunt, ut non solum in conuictante hoc fiat, sed etiam in omni perperam agente, ut impleatur id quod dictum est: Ne uincaris à malo, sed uince in bono malo. Consolationis autem uocem usurpare solet scriptura non iuxta consuetudinis usum, sed ad inducendum cor ad certitudinem ueritatis, uelut in hoc, Consolamini populum meum dicit deus. Sed & Apostolus dicit, Desidero enim uidere uos, ut impertiar uobis donum aliquod spirituale, ad confirmandum uos, hoc est ut consolationem capiat in uobis per fidem mutuam uestram & meam. Et alibi: Sed qui consolatur humiles, consolatus est non deus in præsentia Titii.

Quæstio C C X X VII

Num oportet unumquemque etiam ad alios referre ea quæ sapit, aut eum qui certitudinem de his quæ deo placent, habet, apud seipsum continere?

Responsio.

Memores sententiæ dei qui dixit per Prophetam, Væ uobis qui prudentes estis in uobis ipsis, & coram uobis ipsis scientes: & Apostoli dicentis, Desidero enim uidere uos, ut impertiar uobis donum aliquod spirituale ad confirmandum uos, hoc est ut consolationem capiat in uobis per fidem mutuam, uestram & meam: arbitramur necessarium esse referre nos ad unanimes, & eos qui fidem ac intelligentiam declarauerunt, ut aut quod errorum corrigatur, aut quod sincerum est confirmetur: & nos effugiamus prædicium iudicium, quod est contra eos qui sibi ipsis prudentes sunt.

Quæstio C C X X VIII

Num in omni re implere oportet uoluntatem eorum qui scandalo offenduntur, aut sunt quædam quæ oportet dissimulare, etiam si aliqui offenduntur?

Responsio.

Manifestam in his differentiam in proprio loco interrogati declarauimus, & exactam de hoc rationem quantum uires nostræ tulerunt, tradidimus.

Quæstio C C X X IX

Num oportet interdicias actiones impudentius omnibus publicare, aut aliquibus, & his quibus?

Responsio.

Publicatio peccatorum hanc rationem habet, quam habet demonstratio affectionum corporalium. Sicut igitur affectiones corporis non omnibus reuelant homines, neq; quibusuis, sed his qui curationis ipsarum experientiam habent. Sic etiam publicatio peccatorum fieri debet, coram his qui mederi possunt, iuxta id quod scriptum est: Vos qui potentes estis, infirmitates impotentium portate, hoc est tollite per curationem.

Quæstio C C X X X

Quid est cultus diuinus? & quis rationalis cultus?

Responsio.

Latria, id est cultus, est uelut arbitror, intēta & ppetua ac minime sublesta cultura eius quod colitur. At uero differentiam rationalis cultus & irrationalis declarat nobis Apostolus dum ait, nunc quidē: Scitis quod quum gentes eratis, ad simulachra muta abducebamini, prout ducebamini. Nunc uero, ut exhibeatis corpora uestra hostiā uiuentē, sanctā, placentē deo, rationalē cultū uestrū. Qui enim abducit prout ducit, irrationalē cultū præstat, ut qui non præte ratione, proprio impetu ac proposito mouet, sed ducentis potestate.

quocumque ducatur, et ut non uult fertur. Qui uero cum ratione sana & consilio bono multa cura semper & ubique spectat ea quae deo placent, eaque peragat, hic implet mandatum rationalis cultus, iuxta eum quod dixit, Lucerna pedibus meis lex tua, & lumē semitis meis. Et rursus, Consilium meum iustificationis tuae.

Quaestio C C X X X I

Si frater maligne agat in me, & inimicus sit mihi, aut aliquando etiam sacerdos, num licet mihi data de inimico mandata, etiam in ipso seruari?

Responsio.

Domini in mandatis de inimicis, neque inimici, neque inimicitiae differentiam insinuat. Imo potius in praeminentibus gradibus idem peccatum grauius esse definiuit, dum dixit ad ipsos. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem uero in oculo tuo non uides? Maxime igitur in talibus & his qui uidentur esse praeminentiores studio ac consideratione opus est, ut & debitam curam ipsorum siue in consolando, siue in redarguendo, cum conueniente longanimitate faciamus, & reliquis omnibus secundum dominum mandatum in ipsis obseruatis, inculpabiles nos ipsos etiam hac parte seruemus.

Quaestio C C X X X I I

Si quis iniuria ab aliquo affectus nemini referat, ratione longanimitatis ac patientiae, uideatur autem deo iudicium deferre, num secundum dominum facit?

Responsio.

Quum dominus dixerit, aliquando quidem, dimittite si quid habetis contra aliquem, aliquando uero, Si peccauerit in te frater tuus, uade redargue ipsum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si uero non audierit, assume tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium testium stet omne uerbum. Si uero non audierit ipsos, dic ecclesiae. Si autem & ecclesiam non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus: Longanimitatis fructum ostendere oportet, ita ut deo oratione pro eo qui iniuriam fecit, ex uero affectu offeramus ac dicamus. Domine ne statuas ipsi peccatum, ut ne uelut irascens fratri nostro, iudicij rei fiamus. Consolationem autem & redargutionem adferre ei qui iniurius fuit consentaneum est, ut & illum ab ira ueniente super filios inobedientiae liberet. Si uero neglexerit, & ratione uidelicet propriae longanimitatis contigerit, duplex peccatum committit. Et quod ipse mandatum transgreditur quod dicit, Redargutione redargues proximum tuum, & non assumes propter ipsum peccatum: & particeps peccantis fit per silentium. Et quod eum quem poterat fortassis lucrari per redargutiones, uelut dominus praecipit, in mundo perire dimittit.

Quaestio C C X X X I I I

Ex omnibus recte factis, si unum deficiat alicui, num ob hoc non saluatur?

Responsio.

Quum multa sint tum in ueteri, tum in nouo testamento, quae nos de hoc certiores reddere possint, sufficere arbitror credenti, etiam solum illud de Petro iudicium, qui in tota tantis recte factis, & talibus praedicationibus ac laudibus domini, ubi in uosolo non obediuit, atque hoc neque ob seigniciem, neque ob contemptum, sed propter reuerentiam ac honorem domini, ob solum hoc audit: Si non lauero te, non habes partem mecum.

Quaestio C C X X X I I I I

Quomodo mortem domini quis annunciat?

Responsio.

Sicut dominus docuit dum dixit, Si quis uenit ad me, abneget seipsum, & tollat crucem suam: & Apostolus declarauit ubi confessus est hoc, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: id quod in ipso baptismo iam ante pacti sumus. Quicumque enim, inquit, baptisati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptisati sumus. Ad que subiungit interpretans quid est in mortem domini baptisari, nempe, Vetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut non amplius seruamus nos peccato, uerum ab omni ad uitam affectu mundi, digni fiamus testimonio Apostoli qui dixit: Mortui enim estis, & uita uestra occultata est cum Christo in deo, ut confidentes libere dicere possimus, uenit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Quaestio

Quaestio C C X X X V

Num conducit multa edificare ex scripturis?

Responsio.

Quum duo ordines uniuersales sint, tum eorum quibus praefectura demandata est, tum eorum qui ad obediendum ut subditi sint, ordinati sunt in diuersis donis: arbitror quod is cui praefectura & cura plurimum concredita est, ea quae ad omnes pertinent scire ac discere debet, ut omnes doceat uoluntates dei, ita ut singulis ostendat ea quae ad ipsum pertinent. Vnusquisque autem aliorum memor Apostoli qui dixit, Ne quis plus sapiat quam oportet sapere, sed sapiat ad modestiam prout unicuique deus diuisit: ea quae ad se pertinent, diligenter discat ac faciat, de nulla re amplius curiosus, quo dignus fiat uoce domini qui dixit, Huc ades serue bone, super pauca fuisi fidelis, super multa te constituam.

Quaestio C C X X X V I

Qui digni facti sunt quatuor euangelia edificare, quomodo hanc gratiam suscipere debent?

Responsio.

Quum dominus pronunciarit, Cui commissum est multum, ab eo abundantius exiget, amplius timere ac studiosi esse debent, uelut Apostolus docuit, dum dixit, Cooperantes autem etiam adhortamur ne in uanum gratiam dei suscipiatis: Hoc autem contingit, si crederimus domino dicenti, Si haec scitis, beati estis si ipsa facitis.

Quaestio C C X X X V I I

Qualis anima dirigitur ad uoluntatem dei?

Responsio.

Quae suscepit praefecturam ac praecipitum domini qui dixit, Si quis uenit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Si enim quis non antea perfecerit illud, abnegare seipsum: & tollere crucem: multa ex seipso inuenit sequendi impedimenta.

Quaestio C C X X X V I I I

Num possibile est indefinenter psallere, aut legere, aut seria tractare de uerbis dei, & nullum omnino temporis spatium fieri ob accidentem aliquam necessitatem sordidiorum corporis officiorum.

Responsio.

De hoc Apostolus nobis regulam praescribit, dum ait: Omnia honeste & secundum ordinem fiat. Quare oportet magis honestatis ac boni ordinis curam habere, tum pro tempore, tum pro loco.

Quaestio C C X X X I X

Quis est bonus thesaurus, & quis malus?

Responsio.

Intelligentia quidem omnis in Christo uirtutis ad gloriam dei, thesaurus bonus est. Intelligentia uero malicie eorum quae interdicta sunt a domino, thesaurus malus est. Ex quibus proueruntur iuxta domini uocem, in proprijs utriusque factis ac uerbis, aut mala, aut bona.

Quaestio C C X L

Cur ampla porta & lata uia dicitur quae ducit ad interitum?

Responsio.

Domini propter multam humanitatem nominibus & uerbis rerum quae fiunt usus est, ad ueritatis dogmata declaranda. Quemadmodum igitur digressio a recta uia in terram multam amplitudinem habet: Sic, inquit, qui digreditur a uia ducente ad regnum caelorum, in multa amplitudine erroris reperitur. Amplam autem & latam eandem esse arborum. Nam latum etiam apud externae eruditionis doctos, amplum dicitur. Regio igitur, hoc est locus erroris amplus est, cuius finis interitus est.

Quaestio C C X L I

Quomodo arcta porta & angusta est uia, quae ducit ad uitam? & quomodo quis per ipsam ingreditur?

Responsio.

Rursus etiam hic arctum et angustum, non aliud & aliud quid significant, sed arctitudinis intensionem angustum declarat, in tantum uia coarctata, ut prematur, hoc est in angustis concludatur uiator utrinque, omni digressionem periculosa existente, siue ad dexteram, siue ad sinistram, uelut in ponte, undiquaque subterlabente fluuio declinantem suscipiente. Quapropter, inquit Dauid, contigua uia scandala posuerunt mihi. Oportet igitur eum qui per arctam & angustam uiam ingredi ad uitam proposuit, seruire seipsum

seipsum ab omni digressione ac prauaricatione mandatorum domini, implentem id quod scriptum est: Ne declines ad dexteram, neque sinistram.

Quaestio CCXLI

Quid est hoc, fraterno amore mutuo diligentes?

Responsio.

Dilectio de intento amore dicitur, in concupiscentia ac affectu ignito diligentis erga eum qui diligitur. Vt ne igitur leuis sit fraternus amor, uerum affectu praeditus ac feruendus, dictum est illud, fraterno amore mutuo diligentes.

Quaestio CCXLIII

Quid uult Apostolus dum dicit, Irascimini & nolite peccare, Sol ne occidat super iram uestram, & quidem quum dixerit, Omnis amarulentia & ira & indignatio tollatur a uobis?

Responsio.

Ad imitationem domini arbitror Apostolum hic usurpasse sermonem. Quemadmodum enim in euangelio dominus ubi prius dixit, Dicitum est antiquis hoc, deinde inducit, Ego autem dico uobis hoc. Sic etiam hic Apostolus ubi prius ueteris mentionem fecit, & eius quod tunc dictum fuit, Irascimini & nolite peccare; paulo post infert id quod a se ipso nobis congruit dicens: Omnis amarulentia, & indignatio, & ira & clamor tollatur a uobis.

Quaestio CCXLIIII

Quid est hoc, dare locum irae?

Responsio.

Aut non resistere malo, uelut scriptum est, sed & percutienti in dextram maxillam, aduertere etiam alteram, &c. Aut quum persecuti fuerint uos in hac ciuitate, fugite in aliam.

Quaestio CCXLV

Quis est prudens ut serpens, & simplex uelut columba?

Responsio.

Prudens quidem ut serpens est qui cum consideratione & cognitione potentiae a bono doris ad audientium obedientiam administrat doctrinam. Simplex autem uelut columba qui ne cogitat quidem de uiscendo eum qui insidias struxit, sed in beneficentia perseverat, iuxta Apostoli praecipitum, uos autem ne defatigemini benefaciedo. Nam dominus mittens discipulos ad praedicandum, haec ipsis praecipit, ubi & sapientia opus erat ad persuadendum, & tolerantia malorum erga insidiatores. Vt quemadmodum illic serpens nouit, & facie blandiore accedere, & probabiliter loqui, ad abducendum a deo, & subiugandum peccato. Sic & nos & personae faciem & locum & tempus deligamus, & omnibus modis doctrinas cum iudicio administremus, ad abducendum a peccato, & reducendum ad deum. At uero patientiam in tentationibus usque in finem perducamus, uelut scriptum est.

Quaestio CCXLVI

Quid est hoc, Charitas non indecore se gerit?

Responsio.

Aequale ac si dicas, a proprio habitu non excidit. Habitus autem charitatis sunt proprietates charitatis, quae in eodem loco ab Apostolo enumeratae sunt.

Quaestio CCXLVII

Quum scriptura dicat, Nolite gloriarum, & ne loquimini alta. Et Apostolus aliquando confiteatur, Quod loquor, non secundum dominum loquor, sed uelut in insipientia, in hac audacia gloriationis. Et rursus, factus sum insipiens gloriano. Aliquando uero praecipiat, Qui gloriatur, in domino gloriatur: Quae est gloriatio in domino, & quae interdicta.

Responsio.

Apostoli quidem instantia ad uitia secundum necessitatem, manifesta est. Non enim uelut ipsum commendat haec dicit, sed ut audaciam ac temeritatem arrogantis quorundam & elationem destruat. Gloria autem in domino est, quum quis recte facta non sibi ipsi, sed domino defert, dicens: Omnia possum in eo qui me potentem facit Christo. Interdicta uero gloriatio duplicem habuerit rationem, aut iuxta hoc, Laudat peccator in concupiscentiis animae suae: & hoc, quid gloriatur potens in malicia? Aut iuxta hoc, faciunt ut uideantur ab hominibus: per hoc quod uolunt laudari ob ea quae faciunt, uelut gloriati in his quae fiunt. Tales autem etiam saecilegi fuerint dona dei propria sibi facientes, & gloria quae debet deo in seipsum rapietes.

Quaestio

Quaestio CCXLVIII

Si dominus dat sapientiam, et a facie ipsius est cognitio & prudentia. Et si per spiritum alij datur sermo sapientiae, alij sermo cognitionis, quomodo obiicit dominus discipulis, adhuc & uos imprudentes estis. Et Apostolus aliquos uelut imprudentes accusat?

Responsio.

Si quis bonitatem dei nouit, qui uult omnes homines saluari, & ad ueritatis cognitionem peruenire: & spiritus sancti diligentiam didicit, in diuisione & actione donorum dei, hic cognoscit prudentiam tarditatem, non circa segnicie beneficioris, sed circa incredulitatem eorum quibus beneficia contingunt. Et recte accusatur imprudens, uelut qui orto sole oculos claudit, ut in tenebris degat, & non aperiens oculos ut illuminetur.

Quaestio CCXLIX

Quid est sanctum? & quid est iustum?

Responsio.

Sanctum esse arbitror, id quod decet & quod debetur ab inferioribus praeminenti, iuxta praeminentiae rationem. Iustum autem quod pro operum merito ac dignitate unicuique redditur. Et sanctitatis quidem optimorum tantum est gratitudo ac retributio. Iustitiae uero etiam malorum probatio ac retributio.

Quaestio CCL

Quomodo dat quis sanctum canibus, & proijcit margaritas ante porcos, aut quomodo contingit id quod sequitur: Ne quando conculcent ipsas pedibus suis, & conuersi rumpant uos.

Responsio.

Manifeste tradit nobis Apostolus, dum his quae ab ipso dicta sunt ad Iudaeos infert, Qui in lege gloriaris, per transgressionem legis deum ignominia afficis. Itaque ignominiam qua per legis transgressionem sanctos domini sermones afficimus, dominus hic interdixit. A qua transgressionem contingit etiam, ut hi qui alieni sunt a fide, simulque contemnenda ducant domini dogmata, & ab illis ipsis maiore audacia contra nos insurgant, & transgressorem obprobrijs ac redargutionibus uelut rumpant.

Quaestio CCLI

Quomodo aliquando interdicit dominus portare crumenam & peram ad uitam, aliquando uero dicit: Sed nunc qui crumenam habet, tollat, similiter & peram. Et qui non habet, uendat pallium suum, & emat gladium.

Responsio.

Hoc declarat idem dominus dum ait, Oportet enim adhuc hoc perfici in me, nempe, cum iniquis reputatus sum. Statim enim postquam completa fuit prophetia de gladio, dicit Petro, Conuerte gladium tuum in uaginam suam. Omnes enim qui gladium accipiunt, gladio peribunt: ut non sit praecipitum, Sed nunc qui habet crumenam tollat, aut tollit: Sic enim multa exemplaria habent: sed prophetia praedicantis domini, quod apostoli obliti donorum & legis domini, gladios arrepturi essent. Quod autem imperatiua sermonis specie prophetica saepenumero usa est scriptura, ex multis locis manifestum est. Velut est illud: Fiant filij ipsorum orphani. Et, diabolus stet a dextris ipsius. Et quaecumque talia.

Quaestio CCLII

Quis est panis quotidianus, quem dari nobis quotidie orare docui sumus?

Responsio.

Quum is qui operatur memor domini dicentis, Ne sitis solliciti animae uestrae quid manducetis, aut quid bibatis: & Apostoli praecipientis operari, ut habeamus quod impertiamur ei qui opus habet, non propriae necessitatis, sed mandati domini gratia operatur, nam dignus est operarius alimento suo: Tunc essentialem siue quotidianum panem, hoc est, eum qui ad quotidianam uitam, essentialis siue naturae nostrae utilis est, non sibi ipsi permittit, sed a deo hunc petit, & ostensa ipsi inopiae necessitate, sic edit id quod datur ab eo qui cum probatione singulis diebus sibi demandatum habet ut illud faciat, distribuatur unicuique prout quisque opus habebat.

Quaestio CCLIII

Quid est talentum, & quomodo ipsum multiplicabimus?

Responsio

Responſio.

Arbitror parabolam ad omne donum dei dictam eſſe, ut unusquiſq; quaecunq; gratiam habere à deo probatus fuerit, eam multiplicet, ad beneficentiam ac utilitatem plurimum prolata. Nemo enim eſt qui non particeps ſit benignitatis dei.

Quæſtio CCLIII

Quæ eſt menſa in quam timuit, inquit dominus, mittere pecuniam?

Responſio.

Parabolæ non in ſpecie ſpeculationes explent, uerum ad propositum mentem deducunt. Quemadmodum igitur pecunia conſequentiam habet ut detur nûmularijs ad quaſtum, Sunt enim, uelut in Alexandria noui, qui recipiunt & hoc faciunt. Sic neceſſe eſt ut qui quamcunq; gratiam ſuſcipit, impertiat ei qui opus habet, aut illud faciat quod dictum eſt ab Apoſtolo de uerbi doctrina: Hęc cõmenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, etiam alios docere. Non enim ſolû in uerbi doctrina hoc fieri ſolet, ſed etiam in omni negotio, Quod alij id habent ut poſſint, alij uero experientiam diſpenſandi acceperunt.

Quæſtio CCLV

Quo abire iuſſus eſt qui audiuit, Tolle quod tuum eſt, & uade.

Responſio.

Fortaſſis eò quo etiam qui è ſiniſtris ſteterunt, abire iuſſi ſunt, qui propter ſegniciam ad faciendâ bona accuſati ſunt. Omnis autem qui inuidet fratri, peior eſt ſegni, quû ſcripturæ mos ſit in multis locis, inuidiam ad eadẽm locare.

Quæſtio CCLVI

Quæ eſt merces quam accipiunt etiam hi ſimiliter uelut ultimi?

Responſio.

Fortaſſis ut non accuſentur, propter ea quæ quis fecit bona, cõmune eſt omnium obedientium. Nam coronari proprium eſt eorum qui bonum certamen legitime decertauerunt, qui curſum perfececerunt, qui fidem ſeruauerunt in dilectione Chriſti Ieſu domini noſtri. Poſſunt autem pacta merces eſſe etiam centuplicia illa, quæ in hoc tempore receptoros eſſe, promiſit dominus his qui propter mandatum ipſius dimiſerunt quodcunq; tandem ex rebus præſentibus; ut tolle quod tuum eſt, de hac mercede dictum ſit. Quãdoquidem uero ex inuidiâ uitio ægrotarunt hi qui ſibi prædefatigati eſſe uidebantur, aduerſus eos qui æqualem fructum conſequeuti ſunt, ipſos non amplius æternam uitam ſortiri inuuit, ſed ſola centuplicia illa nunc accipientes, in futuro cõdemnari propter inuidiam, & audire illud, uade.

Quæſtio CCLVII

Qui ſunt paleæ quæ exuruntur igni inextinguibili?

Responſio.

Qui utiles quidem ſunt his qui digni ſunt regno cœlorum, uelut paleæ frumento, Verum non in affectu dilectionis erga deum et proximũ hoc faciunt, ſiue in ſpiritualibus donis, ſiue in corporalibus beneficijs. Atq; ſic imperfectos ſeipſos dimittunt.

Quæſtio CCLVIII

Quis eſt qui ab Apoſtolo condemnatur, uolens in humilitate ac religione, & cætera.

Responſio.

Arbitror id quod ſubſequitur declarare propositum quod hoc loco indicatur, nam in progreſſu nominat eos qui corpori non parcunt, quales ſunt Manichæi, & ſi qui his ſimiles exiſtunt.

Quæſtio CCLIX

Quis eſt feruens ſpiritus?

Responſio.

Qui feruenti promptitudine, & inexplebili cõcupiſcentiâ, & impigro ſtudio facit uoluntatem dei in dilectione Ieſu Chriſti domini noſtri, iuxta id quod ſcriptum eſt, In mandatis eius uolet nimis.

Quæſtio CCLX

Quum Apoſtolo dicat, nunc quidem, nolite fieri imprudentes: nunc uero, Ne ſitis prudentes apud uoſipſos: Num poſſibile eſt nõ eſſe prudentem apud ſemetipſum, eum qui non eſt imprudens.

Responſio

Responſio.

Vnumquodq; præceptum proprium habet terminũ. Nam ad hoc, nolite fieri imprudentes, ſubiungit, ſed intelligentes uoluntatẽ dei. Et ad illud, Ne ſis prudens apud teipſum, inferit hoc, Verum time dominum, & declina ab omni malo. Quare imprudens quidem eſt, qui nõ intelligit uoluntatẽ domini, prudens aut apud ſemetipſum, omnis qui proprijs rationibus utitur, & non iuxta fidem procedit ſecundum uerba dei. Si igitur uult quis ne que imprudens eſſe, neque prudens apud ſeipſum, intelligere debet uoluntatem domini per fidem in ipſum, & in timore dei imitari Apoſtolum dicentem: Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus cognitionem dei, & captiuam ducentes omnem intelligentiam ad obedientiam Chriſti.

Quæſtio CCLXI

Quum dominus promiſerit, Omnia quaecunq; petieritis in oratione credentes accipietis. Et rursus, Si duo ueſtrum conſenſerint in terra, de omni re quamcunq; petierint conſtinget ipſis: quomodo etiam ipſi ſancti quæ petierunt non acceperunt? uelut etiam Apoſtulus dum ait: pro hoc ter dominũ rogauit, ut diſcederet à me: & uoti compos factus non eſt. Sed & Hieremias propheta, & ipſe Moſes.

Responſio.

Quum dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit in oratione, Pater ſi poſſibile eſt, trãſeat à me calix iſte. Deinde induxerit, Verũtamen non uoluntas mea ſed tua fiat. Primũ noſſe oportet, quod non omne quod uolumus, petere nobis præceptũ eſt, Neq; uero quod nobis conducit, petere omninõ nouimus. Nam quid oramus, prout oportet neſcimus. Quare cum multa conſideratione ſecundũ uoluntatem dei, petitiones facere oportet. Si uero non audimur, noſſe oportet quod aut perſeuerantia opus eſt, aut etiam firma intentione, iuxta domini parabolam ad hoc quod oportet nos ſemper orare, & non deſatigari. Et iuxta hoc quod alio loco ab ipſo dictũ eſt, Quod propter impudentiã ipſius excitatus dabit ipſi quantũ opus habet. Aut etiam correptione & cura, iuxta id quod per Prophetã à deo ad aliquos dictum eſt, dum ait: Quum extederetis manus ueſtras ad me, auertam faciem meam à uobis, & ſi preces multiplicaueritis, nõ exaudia uos. Manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt, lauate, mundi eſte, & quæ ſequuntur. Quod autem & nunc ſunt, & ſunt multorum manus ſanguine plenæ, nihil ambigere oportet eos qui credunt iudicio dei, q̄ contra eum cui præceptũ fuit prædicare populo & contigit, pronunciauit. Nimirũ, ſanguis peccatoris ex manibus ſpeculatoris requiratur. Id quod uerũ & inuitabile eſſe certior factus Apoſtulus dixit: Mundus ego ex hoc tempore ſum à ſanguine omnium, Non enim ſubduxi me ab eo ut non annunciarẽ uobis omnem uoluntatem dei. Si aut qui contigit ſolum, reus ſanguinis peccantium reperitur, quidnam quis dixerit de his qui per ea quæ faciunt aut quæ loquuntur, ſcandalo alios afficiunt. Aliquando uero & propter indignitatem petentis non acquiritur petiitũ. Velut in Dauide qui petiuit ædificare domum deo, & prohibitus eſt, & à complacentiã quidem erga deum abalienatus non eſt, non tamen etiam illo uoto dignus iudicatus eſt. At uero Hieremias propter maliciã illorũ pro quibus precatus eſt, nõ exauditus eſſe uidetur. Sæpe uero etiam temporis occasione per ſocordiam neglecta, iuxta quam facere petitionem oportebat, poſtea inopportune ac fruſtra petere comperimur. De eo uero dicto, pro hoc ter dominũ rogauit, ut diſcederet à me, noſſe oportet, Quod calamitatũ tum externarum, tum circa corpus, multa & uaria eſt ratio, deo aut inducente, aut permittente, propter diſpenſationem meliorem q̄ remiſſio eſt circa hæc. Si quidem igitur poterit quis cognoſcere, quod per orationem ac petitionem à calamitate liberari oportet, exauditur, uelut duo cæci in euangelio, & decẽ leproſi, & multi alij. Si uero quis non cognouerit rationem, iuxta quam incidit in tentationem: Sæpe enim & per patientiã corrigi ab ipſo ſcopus eorum quæ inducuntur debet, & quum oportuerat uſq; in finem ſufferre, recuſat ac deprecatur calamitatẽ: nõ exauditur, quia non reſpondet ſcopo humanitatis ac benignitatis dei. Illud uero, Si duo ueſtrum conſenſerint, ipſa tractatio declarat, nam de redarguente peccatorẽ & de redarguto uerba facit. Quod deus nõ uelit mortem peccatoris, ſicut ut conuertatur & uiuat, ſi is qui reprehẽſus eſt anima compungatur, & correfpondeat ſcopo redarguentis, de omni re, hoc eſt de omni peccato, cuius petierint remiſſionẽ, dabitur ipſis à benigno deo. Si em̄ non conſenſerit is qui

Cc reprehens

reprehendit cum reprehendente, non amplius remissio contingit, sed ligatio, iuxta id quod subiungitur: Quęcunq; ligaueritis in terra, erunt ligata in celo, ita ut impleatur iudicium illud, Si uero & ecclesiam non audierit reprehensus, sit tibi uelut ethnicus & publicanus.

Quæstio CCLXII

Quum scriptura inter res laudatas ponat egestatem & paupertatem, uelut in hoc, Beati pauperes. Et in hoc, desiderium pauperum exaudiisti domine. Et rursus, Egenus & pauper laudabunt nomen tuum. Quare est differentia egestatis & paupertatis? & quomodo uerum dicit Dauid dum ait, Ego autem egenus sum & pauper?

Responsio.

Quum recordor Apostoli qui dixit de domino, quod propter nos egenus factus est, quum diues esset: arbitror quod egenus quidem est qui a diuitiis ad egestatem deuenit. Pauper uero qui ab initio in egestate fuit, & talem calamitatem ad complacentiam domini gubernauit. Dauid autem egenus & pauper se esse confitetur, fortassis in domini personam etiam hoc dicens: qui egenus quidem nominatur secundum illud, Qui propter nos egenus factus est quum diues esset: pauper uero propterea quod non diuitis alicuius, sed fabri lignarij filius secundum carnem appellatus est. Fortassis autem etiam quandoquidem secundum Iob res suas in thesaurum recedere non nouerat, neque attendere diuitiis uelut proprijs, uerum dispensaret omnia secundum uoluntatem domini.

Quæstio CCLXIII

Quid uult docere dominus per exempla, ad quare infert, Sic omnis ex uobis qui non renunciat omnibus bonis suis, non potest esse meus discipulus. Si enim qui turrim aedificare uult, aut praelium committere cum alio rege, preparari debet aut ad aedificationem, aut ad bellum. Si uero non fuerit potens, licet ipsi, aut non iacere fundamentum ab initio, aut pacem petere. Num itaque & qui uoluerit discipulus domini fieri, renunciare debet? Si uero senserit ad hoc egre seipsum dispositum esse, licet ipsi ne ab initio quidem discipulum domini sentiat.

Responsio.

Scopus in his exemplis domino est, non ut potestatem det fieri discipulum domini, aut non, sed ut demonstret impossibilitatem complacentiae erga deum in his quare animam distrahit. In quibus etiam periculum est, ne quis per diaboli insidias facile capiat, & ritu ac subfannatione dignus, propter earum rerum quarum studio teneri uidetur imperfectionem, declaretur. Id quod ne sibi accideret deprecans propheta dixit: Ne forte gaudeant inimici mei de me. Et, dum commouerentur pedes mei, in me magna iactantia uili sunt.

Quæstio CCLXIII

Quum Apostolus dicat, ut sitis sinceri: & rursus, sed uelut ex sinceritate. Quid est sinceritas?

Responsio.

Sincerum esse arbitror id quod immixtum est, ac summe purgatum ab omni contrario, coactum autem & ordinatum ad solam pietatem, Et non hoc solum, sed & ea quare in singulis temporibus ac rebus ad pietatis scopum exacte requiruntur, ita ut neque ad cognata officia abalienetur is qui ad aliquid horum ordinatus est. Declaratur autem prius quidem ex ipsa consequentia. Infert enim ad hoc, sed uelut ex sinceritate, illud: Sed uelut ex deo, in conspectu dei in Christo loquimur: posterius uero ex eo quod alibi dicit, Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, ut unicuique diuisit deus mensuram suam: & ex his quare ad haec sequuntur.

Quæstio CCLXV

Num ad solos sacerdotes dictum est, Si obtuleris munus tuum ad altare, & isthic recordatus fueris, quod habet aliquid frater aduersus te, dimitte illic munus tuum coram altari, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc accedens offer munus tuum: aut etiam ad omnes? & quomodo unusquisque nostrum offert ad altare?

Responsio.

Hoc praecipue quidem ac primario ad sacerdotes referre consentaneum fuerit, quoniam scriptum est, Vos autem sacerdotes domini uocabimini, ministri dei omnes, & sacrificium laudis glorificabit me. Et rursus, Sacrificium deo cor contritum. Sed & Apostolus ait, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabilem cultum uestrum. Quorum sane quum unumquodque commune omnibus sit, necesse est unumquemque nostrum tale peragere.

Quæstio

Quæstio CCLXVI

Quid est sal quem dominus praecipit dum ait: Habete in uobis ipsis salem, & pacem uestram habete. Et Apostolus dum inquit, Sermo uester semper in gratia salem sit conditus?

Responsio.

Et hic per ea quare singulis capitibus coniuncta sunt, sententia manifesta redditur, nam in uerbis domini, nullam causam aut occasionem mutuae dissolutionis ac dissidij exhibere, sed semper in uinculo pacis ad unitatem spiritus conseruari docemur. In uerbis autem Apostoli si recordatus fuerit quis eius qui dixit, Si comedetur panis sine sale, Si uero, est & sapor in uerbis inanibus: docebitur dispensare sermones ad fidei aedificationem, ut det gratiam audientibus, tempore accommodato & ordine honesto utens, quo obediētiōres fiant audientes.

Quæstio CCLXVII

Stultus multas accipiet plagas, alius paucas, quomodo dicunt aliqui non esse finem supplicij his qui puniuntur?

Responsio.

Quare ambigua sunt, & recte dicta esse in quibusdam diuinae scripturae locis uidentur, ea ab alijs locis manifestis declarantur: Quum igitur dominus pronunciet aliquando, quod hi deuenient ad supplicium aeternum: aliquando uero aliquos demittat in ignem aeternum paratum diabolo & angelis eius: & alibi nominet gehennam ignis, & inferat, ubi uermis non moritur, & ignis non extinguitur. Insuperque olim per prophetam de aliquibus praedixerit, quod uermis ipsum non morietur, & ignis non extinguetur. Haec & huiusmodi quum in multis diuinae scripturae locis habeantur, unum est & hoc ex diaboli insidijs, quod plerique homines uelut oblitii tot & talium domini uerborum ac sententiarum, quo magis peccare audeant, finem supplicij sibi ipsis praescribunt. Si enim aeterni supplicij erit aliquando finis, finem habebit omnino etiam uita aeterna. Si uero de uita hoc accipere non admittimus, qualem rationem habet supplicio aeterno finem dare? Nam aeterni appositio in utrisque pariter habetur: deueniens inquit, hi ad supplicium aeternum. Iusti uero in uitam aeternam. His itaque sic confessis, nosse oportet quod & hoc, multas accipiet plagas, & illud, paucas accipiet, non finem, sed supplicij differentiam significant. Si enim deus iustus iudex est, non solum bonis, sed etiam malis reddens unicuique iuxta actionem ipsius, potest esse aliquis igne inextinguibili dignus, & eo aut molliore, aut magis ardente: alius uero uermem non morientem, atque hoc rursus aut mitius affligente, aut uehemētius, iuxta unicuiusque meritum: & alius gehenna quare uaria ac diuersa penitus supplicia habet: & alius exterioribus tenebris, ubi alius in fetu solum, alius uero etiam in dentium stridore propter dolorum intentionem existit. Sed & exteriores tenebrae, indicant omnino esse quasdam etiam interiores. Quin & quod in prouerbij in fundum inferni dictum est, indicat quod sunt quidam in inferno quidem, sed non in inferni fundo, leuiorem poenam perferentes. Huius rei similitudinem etiam nunc in corporis affectionibus sumere licet. Nam alius febricitat cum accidentibus symptomatibus ac alijs affectionibus. Alius febricitat solum, & hic non similiter ut alter. Et alius non febricitat quidem, uerum dolore alicuius membri affligitur, & hic rursus alio plus aut minus. Dicitur est autem & hoc a domino (multas & paucas uidelicet) iuxta consuetudinis usum, uelut etiam alia quaedam huiusmodi. No uimus enim talem sermonis speciem, saepe etiam de his qui ab uno aliquo malo affliguntur usurpari: uelut quum de quodam febriciente solum, aut oculum dolente dicimus admirantes quanta pertulerit mala, aut quantas sustinuerit necessitates. Quare multas & paucas plagas accipere, rursus repeto quod dixi, non in temporis extensione aut complemento, sed in supplicij differentia contingit.

Quæstio CCLXVIII

Quare sententia dicuntur aliqui filij inobedientiae, & filij irae?

Responsio.

Filios aliquos nominare solet dominus qui faciunt uoluntates ipsius siue bonae, siue male. Si enim filij, inquit, Abraam essetis, opera Abraam faceretis. Et rursus, Vos ex patre diabolo estis, & concupiscentias patris uestri facere uultis. Quare etiam inobedientiae filij estis, qui inobedientiae opera operatur. Fortassis autem quemadmodum non solum peccator, sed

Cc 2 etiam

etiam ipsum peccatum diabolus nominatur, propterea quod princeps, ut opinor, fuerit peccati: Sic etiam ipsa inobedientia dici poterit diabolus propter eandem causam. Filius autem iræ est quis, prout seipsum dignum iræ fecit. Quemadmodum enim dignos dno. & factores opera lucis ac diei, filios lucis, & filios diei Apostolus appellauit: Sic consentaneum est intelligere etiam hoc, eramus filij iræ. Scire autem oportet quod filius inobediens, idem est qui filius iræ, quum dñs pronunciauerit, Qui nō obedit filio, non uidebit uitā, sed ira dei manet super ipsum.

Quæstio CCLXIX.

Quando quidē scriptum est, facientes uoluntates carnis & cogitationū, num alię sunt carnis uoluntates, & alię cogitationum? & quales sunt hæc?

Responsio.

Carnis quidē uoluntates in alio loco particulatim ac nominatim recēset Apostolus, dicens: Manifesta autē sunt opera carniū, quæ sunt, adulteriū, scortatio, immundicia, proteruitas, simulachrorū cultus, ueneficium, inimicitia, lites, emulationes, indignationes, contentiones, dissidia, sectæ, inuidia, cædes, ebrietates, comestiones, & quæ his similia sunt. Et alibi cōpendiosius, Sapientia carnis inimicitia aduersus deum. Legi enim dei nō subiunguntur, neq; enim possunt. Cogitationū uero uoluntates, consilia sane fuerint, quibus testimonium nō prebet scriptura, qualia sunt illa de quibus dictum est: Cōsilia destruentes, & omnem altitudinē extollentem se contra cognitionem dei: & intelligentiæ quæ nō carpitur ad obedientiam Christi. Quapropter necessarium & tutum est, semper & ubiq; seruare illud quod à Dauide dictum est: Consilium meum iustificaciones tuæ.

Quæstio CCLXX.

Quid est dubitantes, sed non desperantes?

Responsio.

Perfectionem ac certitudinem suæ in deum confidentiæ, ex oppositione humana sapientiæ ostendens Apostolus, singula quæ in hoc loco habentur, sic ponit. Nam quo ad humanam sapientiam, dum in omnibus premimur ait, Verum quo ad confidentiā erga deum, sed non anxij reddimur. Rursus quantum ad humanā sapientiam, dubitantes. Verum quantum ad confidentiam in deum, sed non desperantes. Et reliqua similiter. Qualia sunt etiam illa alibi ab ipso dicta, uelut moriētes, & ecce uiuimus. Velut egeni, uerum multos ditantes: uelut nihil habentes, & omnia possidentes.

Quæstio CCLXXI.

Quum dominus dicat, Verum tamen quod superest, date elemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis: Num omnū peccatorum purgationē per elemosynā quis reperit?

Responsio.

Ipsa consequentia eorum quæ præcedunt, declarat quod dictū est. Quū enim antea dixisset, qd purgatur externa poculi & patinæ pars, quod uero intra uos est, plenum est rapina doloq; ac malicia, sic induxit, Verum tamen quod superest, date elemosynā, & ecce omnia munda uobis sunt. Omnia uidelicet hæc quæ rapiendo & auaricia peccamus ac male agimus. Declarat hoc etiam Zacchæus, dum ait, Ecce dimidiū bonorū meorum do pauperibus, & si quem defraudaui, reddo quadruplum. Quare quæcunq; talia sunt peccata, quæ dissolui possunt, & pro quibus licet reddere multiplex, hoc modo purgatur. Et hoc, inquam modo, non ipso per seipsum sufficiente ad purgationem, uerum egente primordiallyter misericordia dei, & sanguine Christi, in quo etiam aliorum omnium habemus redemptionem, si ob singula dignos poenitentia fructus fecerimus.

Quæstio CCLXXII.

Quum præceptū domini sit, ut ne solliciti simus de crastino: quomodo salubriter præceptum hoc intelligemus? uideamus enim quod multum studium habemus rerum necessariarum gratia, ut deponamus etiam quæ ad longius tempus sufficere possunt.

Responsio.

Qui suscepit domini doctrinā qui dixit, Querite primum regnum dei, & iusticiā eius: & certus est de ueritate promissionis ipsius dum subiungit, & hæc omnia adijcentur uobis: nō in temporalibus curis rationem suffocantibus & infructuosam facientibus animam occupat. Verum in bono certamine cōplacentiæ erga deum decertans, credit dño qui dixit, Dignus est operarius alimento suo, & nihil huius gratia sollicitus est. Operatur

autem & sollicitus est, non propter seipsum, sed propter mandatū Christi, quæadmodum ostendit ac docuit Apostolus dum ait: Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet succurrere infirmis. Nam propter seipsum sollicitus esse, proprii amoris crimen est. Verum propter mandatū sollicitus esse, & operari, laus est amantis Christi, & affectus amoris fraterni encomium.

Quæstio CCLXXIII.

Quid faciendo quis blasphemiam dicit in spiritum sanctum? Responsio. Ex ea quæ tunc facta est blasphemia à pharisæis, ob quos etiam hoc iudiciū prolatum est, manifestū est qd etiam nunc ille blasphemus est in spiritum sanctū, qui actiones & fructus sancti spiritus contrario defert, id quod pleriq; facimus: probum quidem sæpe uanæ gloriæ cupidum periculose appellantes: eius uero qui bonam emulationē ostendit, iram emittentes, & alia eiuismodi in prauis suspicionibus falso producentes.

Quæstio CCLXXIII.

Quomodo sit aliquis in hoc sæculo fatuus?

Responsio.

Si timuerit iudiciū domini dicentis, Væ uobis qui prudentes estis in uobis ipsis & coram uobis scientes. Et imitabitur eum qui dixit, Brutus factus sum apud te: & omni prudentiæ opinione reiecta, non prius quicq; propriarum cogitationū uelut bonum approbauerit, imò neq; omnino cogitauerit, priusq; ab ipso domini præcepto assuefactus fuerit ad id quod deo placet, siue in opere, siue in sermone, siue in cogitatione, uelut Apostolus dixit: Fiduciam autem talem habemus per dominū ad deum, non quod à nobis ipsis sufficientes sumus cogitare aliquid uelut ex nobis ipsis. Sed sufficientia nostra ex deo est, qui docet hominem cognitionem uelut scriptū est.

Quæstio CCLXXV.

Num potest impedire propositum sancti satanas, quia scriptum est, Ego quidem Paulus proposui uenire semel atq; iterum, & impediuit nos satanas?

Responsio.

Ex recte factis in domino, alia proposito ac iudicio animæ perficiuntur, alia per corpus fiunt, aut in studio, aut in patientia. Quæcunq; igitur in proposito animæ sita sunt, ea nullo modo impedire satanas potest. In his uero quæ per corporalem actionem peraguntur, sæpe permittit deus impedimentū fieri ad probationem ac reprehensionem eius qui impeditur, ut aut mutato bono proposito redarguatur, uelut hi qui supra petram seminati fuerunt, qui ad breue quidem tempus sermonem cum gaudio susceperunt, cōtingente uero afflictione, statim defecerunt: aut perseveras in bonis, in recte factorum studio laudetur, quemadmodum ipse Apostolus, qui sæpe proposuit uenire ad Romanos, & impeditus uelut ipse cōfessus est, tamen non destitit à uoluntate, donec quod proposuerat impleuit. In patientia uero, uelut Iob, qui tanta mala à diabolo perpeffus, cogente loqui aliquid blasphemii, aut ingratiū esse deo, etiam ad extremas usq; calamitates non destitit à pio iudicio, & à sana de deo sententia. Scriptū est enim de ipso, In omnibus his nihil peccauit Iob labijs suis coram deo, & non dedit insipientiam deo.

Quæstio CCLXXVI.

Quid est quod Apostolo dictum est, ut probetis quæ sit uoluntas dei bona, & complacens ac perfecta.

Responsio.

Multa sunt quæ uult deus, alia quidem per longanimitatem ac benignitatem, quæ & bona sunt & dicuntur, alia uero per iram propter peccata nostra, quæ nominantur mala. Ego enim sum, inquit, qui facio pacem & creo mala. Mala autem, non propter quæ punimur, sed per quæ erudimur. Quæ uero erudiunt & per afflictionem ad conuersionem ducunt, cedunt in bonum. Quæcunq; igitur longanimus & benignus deus uult, hæc & nos uelle ac imitari necesse est. Estote enim, inquit, misericordes, sicut & pater uester misericors est. Et Apostolus, estote, inquit, imitatores dei, uelut filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum etiam Christus dilexit nos. Quæcunq; uero per iram propter peccata nostra inducit, ea mala, uelut dixi, appellata pro afflictionis ratione, nō omnino etiam nobis facere licet. Non enim quia uoluntas dei est, sæpe fame, aut peste, aut bello, aut alio quoptiam huiusmodi perdere homines, ob id uoluntati huic nos inferuire cōuenit. Nam ad talia etiam ministris malis deus utitur, iuxta id quod scriptum est: Emisit in ipsos iram

Cc ; indignationis

indignationis suae. Indignationē & iram & tribulationē, immisionē per angelos malos. Itaq; primū quærere oportet quæ sit bona dei uoluntas. Deinde ubi cognouerimus bonam, expendere an bona hæc complacens est etiam deo. Est enim quid quod propria quidam ratione & uoluntas dei est, et bonū est. Quum uero aut præter personam, aut præter tempus factum fuerit, nō amplius etiam complacens deo est. Velut uerbi causa, uoluntas dei erat, & bonum erat suffire deo, sed non erat complacens deo, quod Dathan & Abiron hoc facerent. Et rursus, uoluntas dei est, & bonum est dare elemosynam. Verum hoc facere ut ab hominibus glorificeris, non amplius deo complacet. Et rursus, uoluntas dei erat, & bonū erat, discipulos id quod in aurem audiuisent prædicare in domibus, uerum ante temporis occasionem dicere aliquid, nō item complacens erat deo. Nulli enim dixeritis, inquit, uisionem hæc donec filius hominis à mortuis resurrexerit. Et in summa, Omnis uoluntas dei bona, tunc etiā cōplacens est, ubi impletū fuerit in ipsa id quod ab Apostolo dictū est, Omnia ad gloriā dei facite. Et, omnia decore & secundū ordinē fiant. Rursus uero, quū & uoluntas dei quid fuerit, & bonum fuerit, & cōplacens fuerit, neq; negligentem esse oportet, sed contendere ac curare, quo perfectum ac nō defectuosum hoc sit in mensura, aliquando eius quod sit, an prout præceptum est fiat, aliquando uirū eius qui facit. Diliges enim, inquit, dominū deum tuum ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex toto robore tuo, & ex tota mente tua, & proximum uelut dominus in euangelio secundum Ioannem docuit. Sed & omne mandatum quemadmodū scriptum est: *Facite autem, inquit dominus, quem ubi uenerit dominus reperiet sic facientem.*

Quæstio CCLXXVII

Quale est promptuarium siue conclauē, in quod orantem dominus ingredi iubet?

Responsio.

Promptuarium siue conclauē consuetudo nominare solet, domū uacantem ac separatam, in qua reponimus quæcūq; asseruare uoluerimus. Aut in qua quis occultari potest, iuxta id quod in Propheta dictum est: *Vade populus meus, ingredere in promptuarium tuum, occultare.* At uero uim mandati ipsūm propositum declarat, nam ad eos qui ex uicio complacentiæ humane agrotant, sermo est. Quare si quidem quis ab illo uicio infestetur, probe facit si secedat & solitarius sit in oratione, donec potuerit assumere habitum, ut non respiciat ad laudes ab hominibus procedentes, sed ad solum deum respiciat qui dixit, *Ecce sicut oculi seruatorum in manus dominorū suorum, sicut oculi ancillæ in manus dominae suae. Sic oculi nostri ad dominū deum nostrum.* Si uero quis per gratiam dei purus sit à uicio illo, non habet opus occultare bonum, id quod docens ipse dominus dicit: *Non potest ciuitas occultari supra montem sita, neq; accendat lucernam, & ponunt sub modium, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui sunt in domo. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificet patrem uestrum qui in caelis est.* Eadem sententia est & in elemosyna & in ieiunio, quæ in eodem loco habetur, & in uniuersum in omni negotio pietatis.

Quæstio CCLXXVIII

Quomodo spiritus alicuius orat, mens uero instructiuosa est?

Responsio.

Hoc de his qui in lingua audientibus ignota orationes adunt, dictum est. Dicit enim, si orem lingua, spiritus meus orat, mens uero mea instructiuosa est. Quū enim ignota fuerint præsentibus uerba orationis, instructiuosa est mens orantis, quum nemo utilitatem capiat. Quum uero presentes intellexerint orationem prodesse audientibus potentem, tūc is qui orat, fructum habet, quod hi qui utilitatem capiunt, meliores redduntur. Similiter autem & in omni pronūciatione uerborum dei, scriptum est enim, *Sed si quis bonus est ad fidei ædificationem.*

Quæstio CCLXXXIX

Quid est hoc, psallite prudenter?

Responsio.

Quod in edulij est sensus qualitatis uniuersuiusq; edulij, hoc in uerbis sancte scripturæ est intellectus. Gula enim, inquit, cibos gustat, mens uerba diiudicat. Si igitur quis sic cōfectus fuerit anima per potestatem uniuersuiusq; uerbi, uelut coafficitur gustu per quæritatem

litatem uniuersuiusq; edulij, talis impleuit mandatum quod dixit psallite prudenter.

Quæstio CCLXXX

Quis est qui mundus est, corder?

Responsio.

Qui nonprehendit seipsum in reprobatione, aut defectu, aut negligentia mandati dei.

Quæstio CCLXXXI

Nolentem psallere num cogi oportet?

Responsio.

Si nō cum cupiditate uenit ad psallendū, & si non apparet ipse affectus in ipsa eius qui dicit: *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo. Et si non magnum damnum ducit segniciū, aut corrigatur, aut tollatur, ut ne modicum fermentū totam massam adulteret.*

Quæstio CCLXXXII

Qui sunt qui dicunt, comedimus coram te ac bibimus, & qui audiunt, Non noui uos?

Responsio.

Fortassis illi quos descripsit Apostolus in propria persona dum ait: *Si linguis hominum loquar & angelorum, &c. Et si habuero omnem cognitionē, & omnem fidem, & si distribuero in alendos pauperes omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut exuram, charitatē autem non habeo, nihil mihi prodest. Id quod eruditus est Apostolus à domino qui de aliquibus dixit faciunt enim ut uideantur ab hominibus, Amen dico uobis, habent mercedem suam. Nam quod nō propter dilectionē erga deum, sed ob laudem ab hominibus fit, qualecūq; fuerit, nō pietatis laudem reperit, sed complacentiæ humane, aut complacentiæ propriæ, aut contentionis, aut inuidiæ, aut cuiusdam talis causæ iudicium habet. Quapropter etiā iniustitiæ opus tale dominus nominat, dicens ad eos qui dixerunt, *Comedimus coram te, &c. Discedite à me omnes operatores iniquitatis. Quo modo enim non sunt operatores iniquitatis, qui donis dei ad propriam uoluptatem negotia abutuntur? Quales erant illi de quibus dicit Apostolus, Nō enim sumus uelut plebs cauponantes uerbum dei. Et rursus, qui putant quæstum esse pietatem, & multa eiusmodi. A quibus omnibus purus demonstratus est nobis idem Apostolus dum dicit, *Non uelut hominibus placentes, sed deo qui examinat corda nostra. Neq; enim unquā in sermone adulationis fuimus uobis, uelut scitis, neq; prætextu auariciæ, deus testis, neq; quæretes ex hominibus gloriam, neq; à uobis, neq; ab alijs.***

Quæstio CCLXXXIII

Num qui facit uoluntatem alicuius, socius ac particeps est illius?

Responsio.

Si credimus domino dicenti, *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Et rursus, Vos ex patre diabolo estis, & cōcupiscentias patris uestri facere uultis: scimus qd nō simpliciter socium, sed dñm suum & patrē inscribit illū cuius opus facit, iuxta ipsam dñi uocem. Testatur aut hoc manifeste etiā Apostolus dicens, *Non scitis qd cui præbuisis uos ipsos seruos ad obedientiā, serui estis cui obeditis, aut peccati ad mortem, aut obedientiæ ad iusticiam?**

Quæstio CCLXXXIII

Si inops sit fraternitas ob morborū calamitatem, num indiscriminatū est, & hælitatio, ne caret, accipere ab alijs necessaria, & si conuenit, à quibus accipiet?

Responsio.

Qui memor est dñi qui dixit, *In quantū fecistis uni horum fratrum meorum minimorū, mihi fecistis: is multam curam cum ampliore studio ac diligentiā facit, ut dignus sit fratri dñi locum obtinere. Si igitur quis fuerit talis, ne hælitet accipere, sed gratias agat. A quibus aut accipere oportet, & quando, & quomodo, is qui cōmunem curam sibi demandatam habet, expendere debet, ita ut memor sit Dauidis qui dixit: *Oleum peccatoris ne pinguefaciat caput meum. Et rursus, Qui ambulat in uia inculpata, hic ministrabat mihi.**

Quæstio CCLXXXV

Num oportet fraternitatē cum fraternitate negotia exercentē, dignū speciei precium, curiose inquirere?

Responsio.

An quidem concedat uerbi doctrina, emptionē ac uenditionem mutua fratres inter se exercere, non habeo quid dicā. Cōmunicare em̄ mutuo inter nos docemur ad usum ac

necessitatem iuxta id quod scriptum est: Vestra redundantia in illorum defectum, & illorum redundantia, in uestrum defectum, ut fiat æqualitas. Si uero coincidit aliquando talis necessitas, oportet e mentē magis sincerum esse, ne minus quā pro dignitate precium det, quā uendentem. Ambo autē memores sint eius qui dixit: Damno afficere uirum iustum, non est bonum.

Quæstio CCLXXXVI

Num oportet eum qui in fraternitate uiuit, & in corporalem infirmitatē delapsus est, ad hospitem domum abducere?

Responsio.

Consecrationē facere oportet uniuscuiusque loci & scopi proprii, ad hoc quod in commune conducit ad gloriam dei.

Quæstio CCLXXXVII

Qui sunt digni fructus poenitentiae?

Responsio.

Opposita peccato opera iustitiae, quae poenitentiam agens fructificare debet, faciens quod dictum est: In omni opere bono fructificantes.

Quæstio CCLXXXVIII

Qui uult confiteri peccata sua, num omnibus confiteri debet & quibuscumque, aut quibus?

Responsio.

Scopus benignitatis dei in peccantibus manifestus est, iuxta id quod scriptum est, Non uolo mortem peccatoris, sicut ut conuertatur ipse & uiuat. Quandoquidē igitur & conuersionis modus proprius esse debet peccantis, sed & fructibus opus est dignis poenitentiae, iuxta id quod scriptum est: Facite fructus dignos poenitentiae: ut ne in fructuum defectu contingant minae quae subsequuntur. Omnis enim arbor quae non facit fructum bonum excinditur, & in ignem mittitur: necessarium est confiteri peccata his quibus administratio mysteriorum dei concredita est. Sic enim & qui olim poenitentiam egerunt, coram sanctis fecisse cōperiuntur. Scriptum est enim, in euāgelio quidem, quod Ioanni Baptistae confitebantur peccata sua. In actis uero, apostolis ipsis, a quibus etiam omnes baptisabantur.

Quæstio CCLXXXIX

Qui poenitentiam egit ob peccatum, & rursus in idem peccatum delapsus est, quid faciet?

Responsio.

Eum qui semel poenitentiam egit, idem peccatum rursus facere, significatio est quod prima peccati illius causa non expurgata est, a qua rursus uelut a radice qua dā necesse est aqua produci. Quemadmodum enim si quis arboris ramos secare uoluerit dimissa radice, nihil minus radix manens illos rursus producit. Sic quandoquidem aliqua peccata non in seipsis habent principium, sed ex alijs nascuntur, necesse omnino est eum qui ab ipsis purus esse uult, primas peccatorum illorum causas tollere. Velut exempli causa, Lix autem inuidia, non a seipsis exordium capiunt, sed ex radice ambitionis pullulant. Nam qui gloriam apud homines querit, is litigat cum eo qui clari nominis est, aut inuidet eidem, & maior. Si igitur quis semel seipsumprehendit in inuidia aut lite, & rursus in eadem uitia incidit, manifestum se facit, quod ex prima inuidiae aut litis causa, ipsa uidelicet ambitione, in profundo aegrotat. Et oportet sane ipsum ex contrario per humilitatis exercitia, (Exercitium enim humilitatis est in uisioribus negocijs conuersatio) ambitionis uitium curare, ut sic in humilitatis affectu existens, non amplius excidat in praedicta ambitionis germina. Quae res se eodem modo in singulis huiusmodi peccatis habet.

Quæstio CCXC

Quomodo abundat quis in opere domini semper?

Responsio.

Aut datam gratiam multiplicando per utilitatē ac profectum eorum quibus ipse beneficit. Aut ex humanorum studiorum cōparatione, amplius studium in opere domini ostendendo.

Quæstio CCXCI

Quae est arundo contrita, aut fumigans linum? Et quomodo quis illam quidem non confringet, hoc uero extinguit?

Responsio.

Contritam arundinem arbitror esse eum qui in uitio aliquo mandatum dei facit: quem confringere

confringere & abscindere non oportet, sed magis curare, uelut dominus docuit, dum ait: Attendite ne elemosinam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab ipsis. Et Apostolus precipit dicens, Omnia facite sine murmurationibus ac disceptationibus. Et alibi, Nil per contentionem aut uanam gloriam. Linum uero fumigans esse puto, quum quis fecerit mandatum non seruenti cupiditate, & perfecto studio, uerum segnus quo dāmodo & lazius: quem non conuenit cōpescere, sed magis excitare cōmonestando de iudicijs dei, ac promissionibus ipsius.

Quæstio CCXCII

Num oportet in fraternitate puerorum secularium doctorem esse?

Responsio.

Quum Apostolus dixerit, Vos patres ne prouocetis ad iram filios uestrorum, sed educate ipsos in disciplina & correctione domini: Si qui filios adducunt, tali scopo adducunt, & qui eos suscipiunt, perfectionem habent, quod possunt eos qui offeruntur in disciplina ac correctione domini educare, seruetur id quod a domino preceptum est, dum ait: Sinite pueros uenire ad me, & ne prohibete ipsos: talium enim est regnum caelorum. At uero citra talem scopum & huiusmodi spem, neque deo placens hoc, neque nos decens, neque utile nobis arbitror.

Quæstio CCXCIII

Quo tractare oportet eos qui maiora peccata deuitant, parua uero indifferenter ac in discriminatim faciunt?

Responsio.

Primum quidem scire oportet, quod in nouo testamento hanc differentiam discere non datur. Vna enim sententia contra omnia peccata habetur, quum dominus dicat, Quod qui facit peccatum, seruus est peccati. Et rursus, Sermo quem locutus sum, ille iudicabit ipsum in extrema die. Et Ioannes clamat, Qui non obedit filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super ipsum, inobedientia non in peccatorum differentia, sed in negligentia minas habente. In summa, si permiserimus dicere paruum & magnum peccatum, sequetur demonstratio cui contradicere non est, Vnicuique magnum esse quod unquam superat, & paruum hoc cui unusquisque dominatur. Quemadmodum inter athletas, qui uincit fortis est, victus uero debilius superante est, quisquis tandem fuerit. Oportet igitur in omni peccante quaecumque peccatum, seruare iudicium domini qui dixit, Si peccauerit frater tuus, uade argue ipsum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si uero non audierit, assume tecum unum aut duos, ut in ore duorum aut trium stet omne uerbum. Si uero non audierit ipsos, dic ecclesiae. Si uero etiam ecclesiam non audierit, sit tibi uelut ethnicus ac publicanus. Seruetur autem in omnibus talibus id quod ab Apostolo dictum est, Cur non potius luxistis, ut tolleretur e medio uestrum, qui hoc facinus commisit. Couenit enim longanimitatem & misericordiam superferri seueritati.

Quæstio CCXCIII

Qua de causa excidit quis ab assidua dei memoria?

Responsio.

Si quis immemor fiat beneficiorum dei, & sine conscientia repertus fuerit erga beneficentiam.

Quæstio CCXCV

Ex quibus signis cognoscitur subleuus?

Responsio.

Quum negligens fuerit quis eorum quae ad complacentiam dei pertinent, quum Propheta dixerit, Prospiciebam dominum in conspectu meo semper, quia a dextris meis est, ut ne commoueat.

Quæstio CCXCVI

Quomodo certior reddetur anima, quod a peccatis pura est?

Responsio.

Si consideret quis in seipso affectum Dauidis qui dixit, Iniquitatem odio habui & abominatus sum. Aut consideret num perpetrarit in seipso id quod ab Apostolo preceptum est, dum ait: Mortificate igitur membra uestra terrena, scortationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & auariciam, quae est simulachrorum cultus, propter quae uenit ira dei: Quo loco etiam contra omne peccatum dilatam tale iudicium, induxit: super filios inobedientiae, ut dicere possit, Non adhaesit mihi cor prauum, declinatem a me malignum non cognoscebam. Cognoscit autem seipsum quis in tali affectu consistentem, si etiam aduersus peccantes eandem

cura

cum sanctis horrendam condolentiam assumpserit, quum Dauid quidem dixerit: Videbam prauaricatores & contabescere, quia eloquia tua non custodierunt. Apostolus autem dicat: Quis infirmus est, & ego non infirmus sum? quis offenditur, & ego non uor? Si enim reuera anima praestantior est corpore, uideamus autem in corpore quod omnes fordes auersamur & abominamur, omnis autem lancinationis & omnium insidiarum speculatio contritionem ac tristitiam in corde operatur, quanto magis par est ut praedicta ob peccantes patiantur is qui Christum amat, & fraterno amore praeditus est, ubi uiderit peccantium animam uelut a bestiis fauciari ac corrodi, & uelut saniosum cruorem ac putredinem ostendere, Dauide quidem dicente, Iniquitates meae supergressae sunt caput meum, uelut onus graue grauatae sunt super me, computruerunt & oluerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. Miser factus sum & curuatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Apostolo uero scribente, stimulus mortis peccatum est. Quum igitur aut ob propria peccata, aut ob aliena, prout praedictum est ab initio, ita animam suam affectam cognouerit, tunc certus sit quod a peccato purus existit.

Quaestio CCXXCVII.

Quomodo a peccatis se conuertere oportet?

Responsio.

Declarando affectum Dauidis primum quidem dicentis, Iniquitatem meam cognitam tibi feci, & peccatum meum non abscondi, dixi, confitebor a duersus me iniustitiam meam domino. Deinde in recensendo mores sexti psalmi, & tum per alios multiformiter, tum per Apostolum discendo haec, quae ad Corinthios testatus est pro alieno peccato dum dixit: Quae enim secundum deum est tristitia, poenitentia ad salutem haud poenitentia operatur. Et tristitia proprietates subinfert: Ecce enim hoc ipsum, quod secundum deum contristati fuistis, quantum in uobis genuit sollicitudinem, imo defensionem, imo indignationem, imo uirum morem, imo desiderium, imo amulationem, imo uindictam. In omnibus enim exhibuistis uos ipsos quod puri sitis in negotio. Quare ex his manifestum est, quod non solum secedere oportet a peccato, & pro peccantibus talia pati, sed etiam ab ipsis peccantibus discedere, quum Dauid quidem hoc declarauerit, dum dicit: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Apostolus autem praeeperit, ut cum tali neque cibum sumamus.

Quaestio CCXXCVIII.

Num bona secundum proprium placitum facere scripturae ratio permittit?

Responsio.

Qui sibi ipsi placet, homini placet. Homo enim & ipse unusquisque est. Quemadmodum igitur, Maledictus est homo, qui spem habet in hominem, & fulcrum ponit carnem brachii ipsius: id quod superius confidentiam significat. Et subiungit, & a domino recedit anima ipsius. Sic etiam qui alij placet, aut secundum propriam complacentiam aliquid facit, a pietate excidit. faciunt enim, inquit dominus, ut spectentur ab hominibus. Amen dico uobis, habent mercedem suam. Sed & Apostolus confitetur, Si adhuc hominibus placerem, Christus seruus non essem. Grauius porro minus habentur in diuinitus inspirata scriptura, quae dicit, quod dispersit deus ossa eorum qui placendi hominibus studio tenentur.

Quaestio CCXXCIX.

Quomodo perficietur anima, ut ab ambitione & gloriae amore discedat?

Responsio.

Si sustinuerit dominum dicentem, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Et Apostolum precipientem, siue editis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia ad gloriam dei facite: quo ipse pius neque praesentem neque futuram gloriam ambiens, uerum dilectionem erga deum, omnibus rebus praefrens, fiduciam habeat dicendi cum propositis etiam hoc, Neque praesentia neque futura poterunt nos separare a dilectione dei quae est in Christo Iesu domino nostro. Quum ipse dominus noster Iesus Christus dixerit, Ego autem non quaero gloriam meam. Et, Qui a seipso loquitur, gloriam propriam quaerit. Qui uero quaerit gloriam eius qui misit ipsum, hic uerus est.

Quaestio CCC.

Quis est modus conuersionis, quod de inuisibili sermo est?

Responsio.

Modus quidem conuersionis in illa quaestione declaratur, quomodo uidelicet a peccatis

cautis se conuertere oportet. Quod autem de inuisibili sermo sit, recordabimur domini quod nihil est occultum, quod non cognoscetur, & quod ex abundantia cordis os loquitur.

Quaestio CCCI.

Si uero dicat, Non cognoscit conscientia mea?

Responsio.

Hoc etiam in corporalibus affectionibus contingit. Multae enim sunt affectiones, quas non sentiunt agrotantes, & tamen medicorum notis credunt potius, quam suae ipsorum stupiditati attendant. Sic etiam in animae affectionibus, hoc est in peccatis, etiam si quis non cognoscat seipsum, non percipiens peccatum, credere tamen debet his qui ipsius uirtus plus uidere possunt. Atque hoc ostenderunt sancti apostoli, quum in certitudine suae sincerae erga dominum affectionis essent, & audissent: Unus ex uobis tradet me uerbis domini crediderunt magis, & dissidebant contendendo dicentes, Nunquid ego sum domine. Manifestius autem docet nos hoc sanctus Petrus, qui seruente quidem humilitate ministerium domini dei ac magistri recusat. Certitudine autem ueritatis uerborum domini audita, Si non la uero te, non habes partem mecum, dicit: Non pedes solum meos, sed & manus & caput.

Quaestio CCCII.

Num conuenit de dispensatione dare egentibus forissecus?

Responsio.

Quum dominus dixerit, non sum missus nisi ad oues quae perierunt, domus Israel. Et, Non est bonum sumere panem filiorum, & projicere canibus: ea quae ordinata ac constituta sunt dicatis deo, non necessarium est in indifferentes promiscue insumere. Si uero fieri poterit id quod a laudata in fide muliere dictum est, Etiam domine, nam & catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum: in dispensationis probatione positum sit, accedente communi praesentium post eum sententia, quo ex redundantibus soliorum, uelut scriptum est, super malos & bonos.

Quaestio CCCIII.

Num oportet obedire his quae ab omnibus dicuntur in fraternitate?

Responsio.

Haec quaestio multam respondendi difficultatem habet, primum quidem quod confusionis significationem palam exhibet, in eo quod ab omnibus aliquid dicitur: quum Apostolus dicat, prophetae duo aut tres loquantur, & alij disjunctim dicent. Et idem in gratiarum distributionibus, proprium uniuscuiusque loquentis ordinem constituat, dum dicit, unicuique prout deus partitus est fidei mensuram. Et in exemplo membrorum corporis manifeste declarat particularem esse sortem dicentis. Et exactius discerniminet in eo quod dicit: Siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, &c. ut manifestum ex his sit, non omnia omnibus permissa esse. Verum unumquodque in propria uocatione manere, & diligentius id quod a domino concreditu est, perficere. Oportet igitur communitatis praefectum, et omnibus praepositum, cum multa experientia haec curam commissam sibi habere, ita ut pro singulis iuxta officium sollicitus uigilet, quo ad complacentiam dei, & coniectura aptitudinis ac uirtutum uniuscuiusque facta, ad communem utilitatem ordinet ac praecipiat. Subditos uero seruata boni ordinis disciplina, & obedientia propria mensuram noscentem, meminisse domini dicentis: Oues meae uocem meam audiunt, & ego cognosco ipsas, & sequuntur me, & ego uitam aeternam do ipsis: Et antea loquuti, alienum autem non sequuntur, sed fugient ab ipso, quia non noscunt alienorum uocem: Et Apostoli dicentis, Si quis aliud docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quae secundum pietatem est doctrina, is inflatus est nihil sciens: Et post ea quae accidere solent inducentis, discede a talibus. Et tursus alibi, prophetas ne uilipendite, omnia probate, quod bonum est tenete, ab omni mala specie abstinete. Quare si quidem quid est secundum mandatum domini dictum, ad mandatum directum, etiam si mortis minas habeat, obedire oportet. Si uero quid praeter mandatum est, aut mandatum laedit, etiam si angelus ex caelo, aut quis ex apostolis praecipiat, etiam si uitae promissionem habeat, etiam si mortis minas, nequaquam sufferre oportet, quum Apostolus dixerit: Etiam si nos ipsi, aut angelus ex caelo praedicet uobis aliud quam quod praedicaui uobis, anathema sit.

Quaestio CCCIII.

Num pro his qui traditi sunt fraternitati, accipere aliquid oportet a cognatis dare aliquid uolentibus.

Responsio.

Huius rei cura & probatio pertinet ad praefectum, uerum pro mea sententia, arbitror quod magis

magis offendiculo caret apud multos, & ad si dei ædificationem utilius est talia beneficia repudiare. Nam ex acceptione primum quidem contingit etiam obprobriū contra communitatem sæpe proferri. Deinde etiam elationis occasionem exhibet cognato eorū qui aliquid attulerunt. Ad hæc, iuxta id quod dictum est ab Apostolo, de his qui in cōmune propria edunt ac bibunt sit hoc, pudefacitis eos qui non habent. Et multa huiuscemodi. Quum aut tot occasiones ad peccatum contingant, bonum est talia nō suscipere, uerum permittere præfecto ut probet & expendat à quibus accipere, & quō dispensare oportet.

Quæstio CCCV

Num accipere oportet ab externis, aut secundum amicitia gratiam aut prioris cognitionis.

Responsio.

Hoc quæstio similem uim habet cum quæstione præcedente, nam à cognatis aliquid accipere oportet.

Quæstio CCCVI

Quomodo intentio firma ac minime sublesta acquiritur?

Responsio.

Si quis electi Dauidis animū assumat qui dixit: Prospiciebam dominum in conspectu meo semper, quoniā à dextris meis est ne cōmouear. Et alibi, Oculi mei semper ad dñm, quia ipse extrahet pedes meos à laqueo. Et rursus, Ecce sicut oculi seruorū in manus dominorum suorū, Sicut oculi ancillæ in manus dñæ suæ, ita oculi nostri ad dominū deum nostrum. Et ut minore exemplo maiora diligentius perpetrare studeamus, quisq; apud seipsum reputet, qualis est coram presentibus, etiam si æquales sint, quomodo se à cōtempu eximere studet, & in stando, & in ambulando, & in cuiusq; membri motu, & in dicendo. Quemadmodum aut hæc coram hominibus seruari studemus, Sic etiam multo amplius, si quis certus sit se habere deum inspectorem, scrutantem corda & renes, uel ut scriptum est: & unigenitū filium dei implentem promissionē, ubi duo aut tres fuerint congregati in nomine meo, illic sum in medio ipsorū. Et spiritum sanctum presidentē & partentem dona ac operantem. Et angelos obseruatores uniuscuiusq; iuxta id quod dictum est à domino: Videte ne cōtemnatis unum ex paruis his. Dico enim uobis, q; angeli ipsorum in celo semper uident faciem patris mei qui in celis est: multiplex & uehementius certamen habet, quomodo complacentem deo pietatem acquirat. Atq; sic intentio uehementior ac sincerior confirmatur. Insuper aut si studuerit implere hoc, benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et hoc, Meditabitur in lege ipsius die ac nocte: ut præ æquali & perpetua meditatione ac speculatione uoluntatum ac gloriæ dei, non reperiat mens ab alienationis occasionem.

Quæstio CCCVII

Num ex diario auspiciari oportet psalmodiam, aut orationem?

Responsio.

Hoc quæsitum in multitudine dignorum bonam ordinis disciplinam seruet, ut neq; ut se ac indifferens res putetur, neq; æqualitas in una atq; altera persona, suspicionem præbeat arrogantia præfecti, & contemptus reliquorum.

Quæstio CCCVIII

Num oportet danti aliquid in fraternitate retribuere? & num iuxta proportionem doni retributionem facere oportet?

Responsio.

Hæc tota quæstio humana est, an aut gratitudinis significationē præbere oporteat, in dispensatore litum sit experimentū, & accipiendi ea quæ datur, & retribuendi ei q; dedit.

Quæstio CCCIX

Si consueta & quæ secundum naturam sunt ab aliquo fiant, num audere oportet ut ad sanctorum societatem ac communionem accedat?

Responsio.

Meliores ac superiorē natura & cōsuetudine ostendit Apostolus esse eum q; in baptismo cum Christo cōsepultus est, aliquādo quidē in loco de baptismo in aqua, post proposita dicēs: Hoc cognoscetes qd uetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleret corpus peccati, ut nō amplius seruiamus nos peccato. aliquādo uero precipiēs: Mortificate igitur membra uestra terrena, scortationē, immundiciā, libidinem, cōcupiscentiā malam, & auar-

& auaritiā, quæ est cultus simulachrorum, propter quæ uenit ira dei super filios inobedientia. Aliquando uerò terminum præscribens dum dicit. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis. Ego autem noui quod hæc recte peraguntur per gratiam Christi, & in uiris & in foeminis, per genuinā in dominum fidem. At uerò aliquem in immundicia degentem accedere ad sancta, etiam ex ueteri testamento horribilius iudicium docemur. Si autem amplius templo hic est, horribilius nimirū erudit nos apostolus dum ait: Qui edit ac bibit indigne, iudiciū sibi ipsi edit ac bibit.

Quæstio CCCX

Num ad communem domum deportationem fieri oportet?

Responsio.

Quemadmodum nullum commune uas scripturæ ratio permittit ad sancta deferri: sic neq; sancta in communi domo perfici, quum uetus testamētum manifeste præcepto dei nihil tale fieri pmittat, domino dicente itidem, plus templo hic est. & Apostolo scribente: Nunquid domos non habetis ad manducandum ac bibendum? quid dicam uobis, lau dabo uos in hoc? non laudo. Ego enim tradidi uobis quod & accepi. & quæ sequuntur. Ex quibus erudimur neq; communem cœnam in ecclesia edere ac bibere, neq; dominicam cœnam in domo contumelia afficere. Præterquam si quis in necessitate delegerit puriorem locum, aut domum in tempore oportuno.

Quæstio CCCXI

Num oportet requirentibus aliquibus ad uisitationem abire?

Responsio.

Uisitare equidem res est complacens deo. Oportet autem uisitorē prudentem esse auditorem, & sapientem in responsionibus, explentem id quod dictum est: Sit sermo uester in gratia sale conditus, ut sciatis quomodo oportet unicuiq; respondere. At uerò aut propter cognationē, aut propter amicitiam uisitationē facere, alienum est à nostra pessione.

Quæstio CCCXII

Num oportet eos qui uisitant laicos, excitari ad orationem.

Responsio.

Si amici dei sunt, par hoc est & consentaneum, quum Apostolus scripserit ipsis: Orate & pro me, ut mihi detur sermo in aperitione oris mei, ad loquendū cum fiducia mysteriū dei.

Quæstio CCCXIII

Num oportet operari uisitantibus quibusdam.

Responsio.

Nihil ex his quæ secundum mandatum fiunt omittere oportet, propter eos qui amici officij gratia superueniunt. Nisi propria aliqua animæ cura corporale studium, iuxta domini præceptum prauertat, quum sancti Apostoli in actis dixerint: Non placitum est, ut nos relicto sermone dei, mensis ministremus.

Finis quæstionum compendio explicatarum, diui Basilij Magni, Iano Cornario medico physico interprete.

D BASILII MAGNI CONSTITVTIONES EXER

CITATORIÆ, AD EOS QUI COMMVNEM IN COENO

bio uitam, itemq; solitariam degunt, Iano Cornario medico

physico interprete.



Ad Christi philosophiam extollendam, & mentē supra temporales cupiditates ac uoluptates & curas altius eleuandam, & affectuum carnalium penitus remouendorum ac excindendorum studio, sæpe quidem ad uos multos sermones habui, inquirens quomodo oporteat certaminis instantem contentionem perficere, ita ut nusquam carnalibus cupiditatibus per corpus ad animam obrepentibus capereris: & quid primum quàm maxime obseruandum sit, & quid post primum. & quæ bona imitanda, ut per illorum quidem obseruationem, absurdorum operum fugias actionem. Per horum

Dd uerò

uerò imitationem, perficias bonorum operationem. Postea uerò cupiuit etiam conscri-
ptam tibi nostri de hac re consilij fieri expositionem. Quapropter etiam ipsi induci sumus
ad bonum feruorem æmulationis tuæ non contemnendum, sed & eos quos iam habes
mores nostris consilijs fulciendos ac confirmandos. Non uelut sufficientem ad propo-
situm rationem ac doctrinam exhibentes, sed uelut eam quæ in nobis est non occultantes,
per silentium uelut aggerem quandam cõtecliam, atq; hac uia pœnarum minas ei qui ta-
lentū in terram abscondit intentas euitantes. Pretextus itaq; plerunq; hominibus circa
mundanas concupiscentias ac uoluptates & curas occupatis, sunt nuptiæ. Neq; enim ue-
hementiorem ac uiolentiorem aliam quis inuenerit cupiditatem naturæ corporis insitã,
quàm est in uiris fœminæ, aut in fœminis masculi, & ualde sanè meritis, nempe circa for-
bolis productionem consistentem (Nuptiæ itaq; familiarissimam habentes actionem, etiam
impetum uehementiorem inducunt) neq; curas grauiiores hominibus accedentes,
quàm sunt hæ quæ propter coniugiū acruatim aduolant, uelut Paulus ait: Qui uxorem
duxit sollicitus est de his quæ sunt mundi, curis oneratus. Nam qui solus degit, suis ipsius
solum & propriarum corporis necessitatū curam gesserit, aut fortassis etiam has contem-
perit, seipsum ad hoc facile persuadere potens. Qui uerò uxoris ac liberorum curam ge-
rit, non amplius propriæ mentis dominus existit, sed necesse habet ut illi quidem ad uolu-
ptates inferuiat, & circa liberorum curam occupatus, multam curarum abyssum exhau-
riat, quas recensere longius fuerit, quàm præsens fert occasio. Itaq; qui à mundi uinculis
liber esse cupit, nuptias uelut pedicas quasdam fugit: his autem relictis, uitam suam Deo
consecrat, & castitatem proficitur, ut neq; facultas ipsi sit cõuersionis ad nuptias, sed om-
ni modo hereat ex certaminibus pro castitate aduersus naturam luctans, eiusq; impetus
uiolentiores. Talis em̄ amator dei existens, & illius ab affectibus puritatem uel leuissimè
acquirere desiderans, & spiritualem sanctitatem tranquillitatemq; ac quietem et mansue-
tudinem, & eam quæ ex his gignitur læticiã ac gaudium degustare cupiens, ab omni ma-
teriali ac corporali affectu animam turbante, cogitationes procul abducere studet. Puro
autem & minime obfusato animæ uisu res diuinas contempletur, & lumine hinc ema-
nante inexplebiliter satietur. Et ubi ad talem habitum ac statum animam exercuit, iuxta
similitudinem homini possibilem, deo assimilatur, amabilisq; ac charissimus ipsi fit. Nem-
pe qui magnum ac arduum quoddam certamen sustinuit, & ex materiali commixtione,
sincera ac separata mente à corporalium affectionum mixtura cum deo conuersari potue-
rit. Decens itaq; ac par est, ut is qui ad talem habitum per prædictam exercitationem de-
uenit ac ascendit, non rursus per carnis irritamenta ad affectuum illius societatem detra-
hatur, neq; illinc exhalantes uapores suscipiens, uelut per profundissimam aliquam caly-
ginem, animæ oculo obfusctur, & à diuina ac spiritali speculatione excidat, dum ab af-
fectuum fumo rationis uisus exasperatur.

Constitutionum exercitatoriarum capita.

Quòd oportet orationem omnibus præponere.	Caput I
De cogitationibus cohibendis, & quòd non malum est corpus, uelut quidam pu- tant.	II
Quòd non oportet mulierum congressus incautè facere.	III
Quòd ex corporis uiribus continentiam metiri oportet, & quòd bonum ac legiti- mum est ipsa corporis operatio.	IIII
Quòd conuenit exercitatore operum decentium studiosum esse.	V
Quòd non cum omnibus hominibus incautè conuersari conuenit exercitorem.	VI
Quòd non oportet frequentes & inexaminatos facere progressus.	VII
Quòd inconstantibus exercitatoribus non conuenit impertiri confidentiam, ac dicendi libertatem, sed etiam hos uitare.	VIII
Quòd neuti quam conuenit exercitorem cupere potestatem fratrum aut præfe- curam.	IX
Quòd non uanæ gloriæ respectu æmulari bona conuenit.	X
De sermonum oportunitate.	XI
Quòd	Quòd

Quòd non conuenit exercitorem ad facetias respicere.	XII
De mansuetudine, & quomodo dilectio consistit.	XIII
De prudentia.	XIIII
De fide & spe.	XV
De humilitate.	XVI
Quot modis prauæ cogitationes consistunt.	XVII
Ad regulares in cœnobio.	XVIII
Quòd oportet exercitorem firmo iudicio accedere ad exercitationem, & de obe- dientia.	XIX
Quòd non oportet ad cognatos seculares conuersationes persequi, aut illorum res curare.	XX
Quòd non oportet à spiritali fraternitate recedari.	XXI
De obedientia plenius.	XXII
Quòd etiam uisita opera cum multa promptitudine et alacritate eligere ac suscipere exercitorem oportet.	XXIII
Quòd non conuenit exercitorem honores ac prærogatiuas quærere.	XXIIII
De frugalitate ac simplicitate circa edulia.	XXV
Quòd respicientem ad perfectionem, progressus nihil lædere potest.	XXVI
Quòd non oportet priuatas occupationes habere exercitorem.	XXVII
Quòd oportet præfectum paterna beneuolentiã, subditorum res ac negocia di- spensare ac administrare.	XXVIII
Quòd non conuenit duorum aut trium fratrum societates in una congregatione ex- ercitatoria esse.	XXIX
Quòd non conuenit indumentorum aut calceamentorum electionem expetere exercitorem.	XXX
Quòd oportet præfectum iuxta uirium corporis portionem præcepta constituere, & de his qui uires suas occultant.	XXXI
Quòd non oportet contristari fratres, dum debilibus in corporis indulgentiam aliquid conceditur.	XXXII
Quòd non oportet præfectos exercitatoribus propriam congregationem dese- rentibus, libertatem tradere, aut ipsos ad uitæ societatem suscipere.	XXXIII
Quòd non oportet exercitorem in congregatione degentem priuatum aliquid rerum aut materiarum possidere.	XXXIIII

QUOD OPORTET ORATIONEM OMNIBVS PRÆPONERE, CAPVT I.



OMNIS actio, omnisq; sermo seruatoris nostri Iesu Christi, pietatis ac uirtutis
regula est. Et propterea incarnatus est, uelut in imagine describens nobis pie-
tatem ac uirtutem, quo unusquisq; & unaqueq; uidentes, pro uiribus archety-
pum ac exemplar imitemur. Ob hoc enim nostrū fert corpus, ut & nos ipsius
uitam quantum eius fieri potest imitemur. Tu itaq; ubi audieris sermonem aut actionem
ipsius, ne oscitanter ac simpliciter prout contigit audias, sed ad speculationum profundit-
tatem descende, fias particeps eorum quæ mystice tradita sunt. Martha equidem domi-
num suscipit; desidet autem ad pedes ipsius Maria. In duabus sororibus bona est prom-
ptitudo: uerum distingue res ipsas. Martha etenim ministrabat, præparans quæ ad cor-
poralis ipsius necessitatis solatiū pertinebāt. Maria uerò desidens ad pedes ipsius, sermo-
nes eius audiebat. Illa igitur respiciebat quod apparebat; hæc inuisibili seruebat: erat em̄
reuera & homo & deus qui præsens erat. Idem dominus utriusq; mulieris promptitudi-
nem suscepit & amplexus est. Verum Martha dum labore premeretur, mediatorem fieri
dominū adhortabatur, ut ministerij auxiliariam propriam sororem assumeret. Dic, in-
quit, ipsi ut exurgens unã mecum ministret. Dominus autē ad ipsã: Martha Martha sollicita
es & turbaris circa multa, uno autē opus est. Maria em̄ bonam partē elegit, quæ non aufe-
retur ab ipsa. Neq; em̄ ob id adsumus, ut in stragulis recumbamus, & uentrem nutriamus,
sed assumus ut uos sermone ueritatis nutriamus & mysteriorū speculatione. Illã quidem
Dd 2 non

non auertit ab his quæ faciebat. Hanc uerò amplexus est propterea quod attendebat. Vide mihi itaq; duas portiones per duas mulieres inductas. Altera quidem minus ministerii corporalius illud eligentem, ueruntamen etiam ipsum utilissimum. Alteram uerò melius & spiritalius, ut quæ ad mysteriorum speculationem ascendit. Hæc tu qui auditor es spiritaliter accipe, & utrum uis elige. Si quidem uolueris ministrare, ministra nomine Christi. Ipse enim dixit, In quantum fecistis uni horum fratrum meorum minorum, mihi fecistis. Siue enim peregrinos susceperis, siue egenos refeceris, siue ob dolentes fleueris, siue in necessitate ac calamitate constitutis auxiliarem manum porrexeris, siue infirmis inseruieris, omnia in seipsum Christus recipit. Si uerò Mariam imitari uolueris, quæ corporis ministerium reliquit, & ad spiritalium speculationem contemplationem ascendit, legitime rem ipsam tracta. Relinque corpus, siue agriculturam, obsoniorum structuram et apparatus. Deside ad pedes domini, et audi sermones eius, ut deitatis mysteriorum particeps fias. Nam speculatio disciplinarum Iesu, corporis ministerium transcendit. Accepisti itaq; dilecte exempla ac demonstrationem. Imitare utrum uoles, aut minister sis pauperum, aut amator Christi dogmatum. Si uerò poteris utraq; imitari, utrinq; auferes salutis fructum. Primus tamen est spiritalis sermo, reliqua omnia posteriora. Maria enim, inquit, bonam partem elegit. Si igitur & tu Christi mystes esse uolueris: deside ad ipsius pedes, suscipe ipsius euangelium, relinques totam uitam tuam, & absq; sollicitudine deges, obliuisceris autē & proprii corporis. Et sic poteris cū speculationibus ipsius colloqui, ut imiteris Mariam, & supremæ gloriæ fructum capies. Cæterū orans uide ne alia pro alijs petas, & dominum ne irrites, non pecunias, non humanam gloriam, non potentatum, non aliud quid rerum fluxarum, sed pete regnum dei, & omnia ad corporis necessitatem pertinentia ipse tibi exhibebit, quæadmodum ipse dominus dicit: Querite regnū dei, & iustitiam ipsius, & hæc omnia adiciantur uobis. Orationis autem duo sunt modi, alter glorificationis cum humilitate, alter petitionis illo inferior. Orans igitur ne statim ad petitionē deuentas, id quod si nō feceris, detegis propositū tuum, quod à necessitate coactus deum adoras. Vbi itaq; incipis orationē, relinque teipsum, uxorem, liberos, siue terram, transcendende cœlum, relinque omnem uisibilem ac inuisibilem creaturam, & incipe à glorificatione conditoris uniuersorum, & ubi glorificaueris ipsum, non uagus mente huc et illuc, neq; Græcorum more fabulans, sed à factis scripturis eligens ac dicens: Benedico te domine longanimum & tolerantem malorum, qui pateris me quotidie peccantē, & das nobis omnibus pœnitentiæ potestatem. Propterea enim taces, ac sustines nos domine, ut te generis nostri salutem disponentem glorificemus, qui aliquando per timorem, aliquando per admonitionē, aliquando per prophetas, postea uerò per præsentiam Christi tui uisitasti. Tu enim fecisti nos, & non nos: tu es deus noster. Quum autē glorificaueris ex scripturis ut potes, & miseris laudem ad deum: tunc incipe cum humilitate, et dic: Ego quidem domine non sum dignus ut loquar corā te, quia ualde peccator sum, et si nullus mali tibi conscius sis, sic te dicere conuenit. Nemo enim sine peccato est, nisi solus deus. Multa enim peccantes, plurima neq; intelligimus. Quapropter dicit apostolus: Nullius rei mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: hoc est, multa pecco, & nō intelligo. Vnde etiam propheta ait, Delicta quis intelliget: Quare non mentiris si teipsum peccatorem dicitis: si enim intelligis etiam hoc ipsum peccas, quod dicitis Non sum peccator. Verum potius dic: super omnes peccatores ego sum, qui transgredior diuinum præceptum quod iubet, Quum omnia recte feceritis, dicite inutiles serui sumus, quæ enim debemus facere fecimus. Sic te semper cogitare oportet, Inutilis sum. Et apostolus rursus: Per humilitatem alius alium se præstantiorē esse ducat. Adora itaq; deum cum timore & humilitate. Quum igitur sermonem humilitatis produxeris ac dixeris, Gratias ago tibi dñe, quod patiens fuisti ob peccata mea, & usq; ad hoc tempus me impunitum dimisisti. Ego enim dignus erā olim innumera mala pati, & à facie tua abijci. Verum tolerās malorum benignitas tua erga humanū genus patiens fuit ob me. Gratias ago tibi, etiam si non sum sufficiens ad gratiarum actionē pro illa malorum tolerantia tua. Et ubi duas partes absolueris, glorificationis & humilitatis, Tunc deinceps pete quod debes petere, non diuicias uelut antea dixi, neq; gloriam terrenā, non corporis sanitatē. Ipse enim te fecit, & tuæ salutis curā gerit: & nouit quod unicuiq; cōducit, siue sanum esse, siue aegrotare. Sed pete quemadmodum

modum tibi præceptum est regnum cœlorum solum. Et de necessitate corporis tui uelut prædixi, ipse curat. Munificentissimus est enim rex noster, & indignatur si quis paruum quid ab ipso petat, si quis non solum de nihil attinentibus ipsum sollicitet. Ne igitur in oratione tua indignationem tibi ipsi inducas, sed pete tibi ipsi digna rege deo. Petens autē digna deo, ne desiteris donec accipias. Hoc enim inueniens dominus in Euangelio dicit: Quis ex uobis habebit amicum, & uadet ad ipsum media nocte, & dicet ipsi: Amice da mihi mutuo tres panes, quia amicus me accessit de uia, & non habeo quod apponam ipsi. Et ille intus respōdeat. Noli mihi molestus esse: iam enim ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Dico uobis etiam si non dabit ipsi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamē eius surget, ac dabit ipsi quotquot opus habet. Exemplum dat nobis dominus, ut doceat nos robustos esse ac contentiosos in fide. Exemplum enim sumit ab homine ad hominem, ut discas nunquam desperare, ut ubi petieris et non acceperis, non desistas donec accipias. Veruntamen si petieris ea, quæ deus uult, & non dixeris, peccator sum, & non audior. Ut enim ne desperes, ob id dicit: Etiam si eo quod amicus eius sit non dabit ipsi, tamen propter improbitatem eius dabit ipsi quotquot opus habet. Igitur siue mensis tempus intercesserit, siue annus, siue triennij, siue quadriennij tempus, siue plures anni, donec accipias ne cessaueris, sed cum fide pete, semper quod bonum est operans. Sæpe enim ex nobis aliquis in iuuentute delictus fuit temperantiæ, deinde subintrauit uoluptas, commotæ sunt naturales cupiditates, elanguit oratio, accitum est iuuentuti uinum, perijt temperantiæ, & euasit homo alius pro alio. Sic mutationes sunt, propterea quod non generoso animo resistamus affectibus. Quare de seipso quidem omnia inferre oportet, ad deum uerò clamare ut ipsi auxilium ferat. Si quis enim per molliem seipsum concupiscentijs dedat, et seipsum hostibus prodat, huic deus auxilium non fert, neq; exaudit. Nam per antegressum peccatum à deo seipsum abalienauit. Qui enim à deo auxilium expectat, decorum non amittit. Qui autem decorum non amittit, diuino auxilio nunquā destituitur. Oportet itaq; in nulla re à propria conscientia condemnari, atq; sic diuinum auxilium inuocare. Inuocare autē non segniter, neq; mente sublesta huc & illuc nutante: nam talis non solum non accipiet petitionem, sed grauius etiam dominum exasperat. Si enim coram principe quis constitutus ac dicens, cum multo timore consistit, & externum et internum animæ oculum minime uagum sed intentum habens, ne forte periculum incurrat: quanto magis coram deo cum timore & tremore stare oportet, totam mentē ad ipsum solum intentum habendo, & nullamquam aliā. Propterea quod non solum externum hominem uidet, uelut homines, sed etiam internum inuuetur. Si itaq; sic uelut conuenit steteris coram deo, & de teipso omnia intuleris, ne desiteris donec petitionem tuam acceperis. Si uero à propria conscientia tua condemnaris, uelut qui contemnas: & si sublesta mente ad orationem steteris, quū non subleste stare possis, ne au deas stare coram deo, ut ne cedat oratio tua tibi in peccatum. Si autem à peccato debilitatus, non poteris orare citra distractionem, quantum potes teipsum cogea constans sis stans coram deo, mentē ad ipsum habens, & teipsum apud teipsum colligens. Et deus ueniam dat, quia non ex contemptu, sed ex debilitate, non uales uelut conuenit stare coram deo. Si sic coegeris teipsum ad omne opus bonum, ne desiteris donec acceperis petitionem tuā, sed patienter pulsa ostium ipsius, petens petitionem tuam. Omnis enim qui petit, accipit inquit, & qui querit inuenit, & pulsati aperietur. Quā enim aliam rem assequi uis præterq; solam secundū deum salutem? Vis discere o dilecte quomodo patientes fuerint sancti & nō desperarunt? Abraam deus iuniorem uocauit, & ipse sum ex Assyriorum terra in Palestinā transtulit, dixitq; ad eum: Tibi dabo terrā hanc, & semini tuo post te, & uelut sidera cœli, sic erit semen tuū, quod nō enumerabitur. Et præterijt multus annorum numerus, & mortificata fuit ipsius natura, præ foribus autē ipsius erat mors, & non dixit: Dñe semper mihi filios promittis, et patrem me omnium gentium futurum p̄dicis: mortui sunt mei propter senectā, naturæ motus, & Sara uxor mea non amplius aliquid muliebre suffert propter senectā, quare falsa est promissio tua: duo enim senes qualē spem habemus? Non dixit hæc, non cogitauit, sed fide in cōmotus permāsit, & ætate quidem senescebat, spes autē iuuenescebat. Et corpus quidem ad debilitatē ueniebat, & desperationē inducebat: fides uero & animā & corpus uelut neruis firmabat. Deus

Dd 3 inquit

inquit, est qui promissit, Dominus ipse natura, et aliter fieri non potest. Ipse est qui etiam impossibilia possibilia facit: nam facit omnia, & prout uult transmutat. Imitare fidem Abraham. Quia igitur debilitata esset natura, et mortificati essent motus, tunc uixit promissio dei. Suscipe exempla. Nos autem annu oramus & secedimus, duos annos ieiunamus, & desinimus. Ne igitur deficiamus ad promissionem dei: nam qui illi promissit multiplicare seminem ipsius, etiam nobis promissit petentibus exhibere petitionem nostram: dicit enim, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Nam quum tu longe ab ipso abesses, ob languentem te & peccati onere grauatum misericordia motus, te accessi uis, ut te onere leuaret, & de cetero requiem largiretur. Et tu non credis ipsi? At enim etiam amli tacere uoluerimus, a conscientia nostra redarguimur. Non enim fidem non habemus ipsi, uelut non potenti reficere nos, sed subterfugimus tollere iugum ipsius in nos ipsos bonum illud & leue, et per angustam portam ingredi in regnum dei. Malimus autem peccatorum onus portare, & per uoluptuarios affectus lata uia ire, et per amplam portam ingredi ad inueneritum. At saepe inquis petiui, & non accipi. Omnino quia male petiui, aut inexploriter, aut subleste, aut ea quae tibi non conducunt. Si uero etiam conducibilia saepe petiui, at non perseueraui. Scriptum est enim: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Et, qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Si nouit deus orantium cor, quid igitur inquis, non frustra petitione opus habet deus? Si non nouit quibus opus habemus, quis usus est petitionis? Nouit quidem deus quibus opus habemus, & omnia corporalia opulenter nobis fruenda exhibet, & quum bonus sit, pluit super iustos & iniustos, et solem suum oriri sinit super bonos & malos, etiam antea quam nos petamus. At fidem & recta uirtutis facta, & regnum caelorum, nisi petieris cum labore & multa perseuerantia, non acciperis. Oportet enim prius desiderare, & habito desiderio quaerere ex ueritate, in fide & patientia omnia de se ipso inferendo, ita ut in nulla re quis a propria conscientia iudicetur, uelut aut negligenter aut oscitanter petat, & tunc accipere ubi dominus uult. Melius enim ea quae conducunt tibi nouit quam tu. Et fortassis ob id dare differt, perseuerantiam tuam erga ipsum hoc modo excogitans, et ut agnoscas quid est dominus dei, et quod datum est cum timore custodias. Quicquid enim cum multo labore quis acquirit, hoc custodire debet, ut ne deperdito ipso, perdat etiam multum suum laborem, & gratia dei reprobata, indignus fiat uita aeterna. Quid enim prodest Solomoni ut cito acciperet sapientiae gratiam, quum perdidit ipsam? Ne igitur pusillanimis sis, si non accipias cito petitionem. Si enim nouisset bonus dominus, quod cito accipiens gratiam, non perderes ipsam, promptus esset etiam antequam tu peteres ipsam exhibere. Nunc autem tui cura gerens hoc facit. Si enim is qui talentum accepit, & saluum ipsum seruauit, propterea quod non negocia exercuit per ipsum, condemnatus est. Quanto magis condemnabitur is qui ipsum perdidit. Haec igitur scientes, siue citius, siue tardius acciperimus, perseueremus gratias agentes domino. Nam omnia quae facit dominus, pro nostra salute disponit, modo nos non pusillanimes a petendo desistamus. Propterea enim dominus parabolam de uidua dixit, quae per perseuerantiam suam iniquum iudicem flexit, quo & nos per perseuerantiam, petitionem nostram accipiamus. Hinc enim & fides nostra, & dilectio erga deum ostenditur, ubi etiam non cito accipientes, perseuerauerimus gratias ipsi agere. Itaque gratias ipsi semper agamus, ut aeterna ipsius bona assequi digni fiamus, nam ipsum decet gloria in secula seculorum, Amen.

De cogitationibus cohibendis, & quod non malum est corpus, uelut quidam putant.

Cap. II

Primum quidem igitur omnibus modis continenda est cogitatio, ita ut uigilantem mentis uisitationem praeficiamus, ut ne permittat animam, quo facile per inconsiderantes impetus ad corporis retractiones inclinaret ac emolliat. Visus etenim corporis est oculus: uisus uero animae est mens ipsi insita, sed non ut alterum in altero, sed idem est & anima et mens, uis quaedam naturalis existens, & non inductitia rationalis anime partis. Quando enim anima sua ipsius mentem commouens, (quae naturaliter ipsi a sancta trinitate quae ipsa creauit insita est) ea quae oportet ac conueniunt deliberat, tunc corporis insultus effugit, & inordinatos ipsius motus, respiciens ac reprimens, tum quietem ipsam decentem agit, tum in ocio minime tumultuario, in speculationibus, secundum naturam existit, partim in sancta et adoranda trinitate pro uirtutibus, intente intuetur, et diuinae maiestatis inaccessibilitatem, propter splendorem excellentiam reputans

reputans beatitudinis pelluciditatem, sapientiae infinitatem, quietis firmitatem ac tranquillitatem, puram ab affectibus & immobilem naturam. Cui enim nihil ex improviso accidere poterit, nempe habenti apud se repositam & praesentium & futurorum omnium agnitionem, & complexum unitiuerfam, & omnia sub manu habenti: & cui nihil omnino resistere, aut saltem uisum obuertere potest: huic consentaneum est adesse tranquillitatem ac perpetuam quietem. Nam rerum inexpectatarum repentinae calamitates, turbationes hominum mentibus inducere solent. Quare quem nullum uitium infestat, uerum omnis uirtus & omne bonum sequitur, hic utique merito immutabili ac indefinente laetitia exhilarari poterit. Virtutis enim & bonitatis comes laetitia, quemadmodum propheta dicit, Laetabitur dominus ob opera ipsius. Anima itaque mentem suam in uigilantia & conuenientibus actionibus conseruans, tum in praedictis speculationibus consistet, & mores suos ad rectitudinem & iustitiam, honestatemque ac pacem exercebit. Quando autem a cogitatione ac integritate conuenientium speculationum destiterit: tunc corporis affectus insurgentes, uelut canes temerarii & audaces amisso praefecto, multum animae allatrant, & uariis modis ipsam dilaniare conantur: ita ut unusquisque affectus uitalem ipsius uim ad seipsum trahat. Duplicem enim ego animam uim esse arbitror, quum una & eadem existat. Alteram quaedam corporis uitalem siue uiuificam, alteram uero rerum speculatiuam, quam etiam rationalem nominamus. Verum uiuificam quidem uim, quoniam permixta est corpori anima, naturaliter propter commixtionem, & non ex proposito suppeditat. Quemadmodum enim non est possibile, ut sol affluens non illuminet hoc in quod splendores emisit, Sic impossibile est animam non uiuificare corpus in quo fuerit. At uero speculatiua uis in proposito motum habet. Si quidem igitur semper speculatiuam & rationalem uim suam uigilare effecerit, uelut propheta dicit, Neque dormitabit qui custodit te: duplices sepius corporis affectus. Nam & speculatio ipsius de melioribus ac commodis occupata est, & ea quae confusiones corporis inspicit, has castigat ac sedat. Si uero ocio amplexa, speculatiuam uim immotam habeat, affectus corporis uiuifica uim paulatim reperta ac inter se distributa, nemine praesidente ac prohibente, animam simul ad proprios impetus ac operationes detrahunt. Quare sunt quidem affectus corporis uiolenti, ratione in nobis ocio agente: obediens uero illa ordinante ac gubernante. Non itaque reprehendi meretur corpus, si qui recte de ipso iudicare uelint. Decet enim per consilii expositionem, etiam uanas opiniones eorum qui male de corpore sentiunt tollere. Quemadmodum enim, o dilecte, bona res est equus, & quanto natura uegetior ac calidior fuerit, tanto melior. Opus autem habet moderatore ac gubernatore, nempe rationis expertus existens. Vbi uero incenderit ipsum auriga, ipse natura uti conabitur. Siquidem igitur auriga impetus iumentum conuenienter gubernauerit, & sibi ipsi ad utilitatem utitur, & propositum scopum assequitur. Sed & ipse seruatur, & iumentum ad usum optimum conspicitur. Vbi uero auriga male rexit pullum, saepe & ipse pullus a publica uia praeruaricatur, & ad inuia dilabatur, aliquid quando uero etiam ipsum sefforem simul defert, & utriusque periculum fit aurigae negligentiae. Sic etiam de anima & corpore intellige. Corpus enim naturales impetus accepit non absurdos, sed omnino ad aliquod bonos ac utiles. Et rationis hoc expertus est, quo anima ob rationis praerogatiuam colatur. Si enim ipsa corporis impetus decenter gubernauerit, & ipsum conseruat, & ipsa extra pericula permanet. Si uero praefectura negligens fuerit, & somno uicta per seccordiam corporis gubernationem dimiserit, tum ipsum uelut ratione destitutum a recta uia aberrat, & animam aequalibus erroribus inuoluit: non ex propria malicia, sed propter illius negligentiam. Siquidem enim essent affectus corporis tales, ut ab anima domari non possent, merito sane culpam haberet corpus. Quum uero multis subditi facti sint, qui ipsis dominari studuerunt, innoxium quidem est corpus apud eos qui ipsum uelut maliciam principem criminari conantur. Reprehensione autem digna est ob negligentiam anima, cui dominium corporis alligatum est, quae neque ipsa ex natura malum in seipsa habet, sed ob defectum boni in hoc consistit. Vitium enim nihil aliud est quam defectus uirtutis.

Quod non oportet mulierum congressus incaute facere. Cap. III

De cohibendis quidem cogitationibus, & affectuum corporis gubernatione, & amplitudine ac tranquillitate interni hominis, & de speculatione ac studio eorum quae ad ipsum pertinent

Dd 4

pertinent, sufficienter pro uiribus nostris praediximus. Oportet autem non solum cogitationes moderari, sed etiam a rerum conuersatione quantum eius fieri potest discedere, maxime earum quae accedentes nos, & ad affectuum recordatione ducetes, rationem turbant ac confundunt: & bella ac anxietates animae inducunt. Nam bellum quidem quod inuitis nobis accidit, sufferre fortassis necessarium fuerit. Verum ultraneum sibi ipsis accerere, absurdissimum existit. In priore enim etiam si quis superetur forte, uenia assequetur. Absit autem hoc a Christi athleticis: in hoc uero si quis capiatur, supra hoc quod id maxime ridiculum est, etiam uenia nulla patet. Oportet igitur etiam mulierum conuersationes & congressus quos maxime fugere, nisi aliqua inuitabilis necessitas ad congressum cogat. Quae si etiam contingat, uelut ab igne cauere conuenit, ita ut celeres ac repetinos discessus faciamus. Considera uero quid de hoc sapientia ipsa, inquit: Deligabit quis ignem in sinu, & uestimenta non comburent? Aut ambulabit quis super prunas ignis, & pedes non comburent? Si uero quis dicit se ex congressu ac conuictu muliebri amplius non laedi, hic aut non particeps est masculinae naturae, & est res quaedam maxime admiranda, in conspectu utriusque naturae consistens, quales eunuchos ex natiuitate dicunt, si sane etiam illis demus, quod sint ab affectibus ac motibus erga foemina puri. Desiderium enim eunuchum est de uirgine puellam, inquit sapiens. Aut si particeps est, uitijs immerfus non sentit, ebrios aut phrenitide correptos imitans, qui quum grauissima perpetuantur, extra afflictionem se esse putant. Concedamus autem rationi id quod extra rationem est: esse aliquem qui non stimuletur a masculino affectu. At etiam si ipse non patitur, non facile utique etiam alius persuaserit, quod non patitur. Caeterum nullo uirtutis facto proposito multis scandalo esse, non arbitror periculo carere ei qui hoc facit. Deinde etiam aliud uidere contingit, quod etiam si uir non suscipiat corruptionem in cogitationibus, ita non iam etiam de muliere nobiscum contendet, quod ipsa quoque corporis affectuum experta sit. Sed saepe illa debili ratione praedita, & affectum facile repentem habens, patitur aliquid ex eo qui incaute congressum fecit: & ipse quidem non fauciatur, fauciat autem saepe sicut non nolet. Et stimulata nimirum spiritali dilectione muliercula saepe ad pietatis exercitorem accedens, per oculos peccato impleri incipit, & lasciuo aspectu proximi speciem depascitur, & internam uirginem, quam maxime sponsus amat, impuris cogitationibus corrumpit. Quo igitur nihil reatorum contingat, cauere conuenit, si quidem id fieri possit, ex toto, si minus, frequentes saltem & longas mulierum conuersationes ac congressus non uelut odio habeamus ipsum genus, Absit; neque uelut abnegemus illarum cognationem: sed uelut praesidentes & opem pro uiribus ferentes omnibus quidem humanae naturae confortibus, praecipue uero his qui certamina pro castitate susceperunt, uelut quae communia nobiscum certamina subeunt. Congressum autem uitantes, ut ne affectum quem reculauimus, & cui renunciauimus, in memoriam reuocemus.

Quod ex corporis uiribus continentiam metiri oportet, & quod bona ac legitima res est corporis operatio.

Cap. IIII

Consequens porro est etiam uentri dominari: uentris enim custodia, affectuum est castigatio. Affectuum autem castigatio, est quietas ac tranquillitas animae, foecundissimum uirtutum fons existens. Continentia autem uestris optima est, quae unicuique ad corporis facultatem praescribitur. Aliquibus enim etiam intenta afflictio iucunda uisa est, & remissio magis quam labor putata, propter structurae ac uirium corporis firmitatem ac pertinaciam. Verum quod his tolerabile fuit, alijs periculorum causa factum est. Corporum enim ad corpora tantam differentiam quis inuenit, quantam aeris ac ferri ad samenticia ligna. Quare continentiam eligere conuenit pro ratione earum quae nobis adsunt uirium. Nam uirtutes quae in sola anima peraguntur, omnes in omnibus aequalem locum habent: uelut mansuetudo, aequitas, humilitas, bonitas, fraternus amor, sinceritas, ueritatis amor, condolentia, benignitas, & erga homines amor. Has enim praecipuas animae uirtutes dicimus, quando quidem ad ipsarum acquisitionem ac perpetuationem, nihil amplius confert corpus animae, quam quod consilij locus ac curia est ipsi de illis consideranti. At uero continentiam unicuique iuxta corporis uires praescribet, ut neque minus quam pro uiribus decertemus, neque ultra uires nos extendamus. Hoc enim arbitror considerare conuenit, ut ne per immodicam continentiam uiribus corporis resolutis, segne ipsum ac inualidum ad uirtuosas actiones reddamus. Non

Non enim deus quum faceret hominem, segnem & immobilem ipsum esse uoluit, sed actiuum esse ad officia sua, ut qui iusserit in paradiso Adam operari, et ipsum cauere (Nam etiam amissio speculatio huic dicto adest, attamen & peculiare aemulatione ac studio dignum est) post elapsum uero illinc, in sudore uultus panem comedere pronunciauit. Quod autem ea quae ad Adam dicta sunt, omnibus ex ipso generatis dicta sunt, hinc manifestum est. Etenim mortem decreuit quidem contra illum, dum dixit: Terra es, & in terram reuertaris. Omnes autem ex ipso generati consimiliter uelut ille afflictionis participes facti sunt. Conuenit itaque nihil inno uare praeter naturam, & terminos benefactoris naturae, sed in his permanere, & actiuum suum corpus habere, quod nusquam per immodestiam resoluatur. Hoc enim optima aeternitatis esse arbitror, positos modos ac terminos sequi, cum alias, tum quod ex diuina scriptura plura nobis suppetunt testimonia, quae sermonem nostrum confirmant. Diuina enim scriptura operari quidem iubet ac corpore moueri, & magis aliorum fulcire debilitate, quam alterius opus habere manu. Verum contabescere hoc, & immodicis eliquationibus resolueri, nequaquam. Atque huius rei fide dignissimum tibi adducam testem sanctum Paulum, alicubi dicentem: Audimus quosdam inter uos inordinate ambulantes, nihil operantes: & segnicie confusionem ordinis pronunciantem. Non enim inordinati fuimus, inquit, inter uos, neque gratis panem comedimus ab aliis, sed in labore & erumina nocte ac die operantes. Et quod hoc amplius est: Necessitatibus meis & his qui mecum sunt inseruerunt manus hae. Et alibi rursus, Ut operantes, inquit, suum panem comedant. Et rursus alibi: Quiescere ac facere propria, & operari manibus uestris. Ab omni fastu, alienum esse conuenit pietatis exercitorem, et mediam reuera ac regiam uiam ambulantes ad neutram partem nusquam declinare, neque remissionem amplectentem, neque per continentiae excessum corpus inutile reddentem. Si quidem enim bonum esset corpore resolutum esse, & spirantem ac uiuum mortuum iacere, deus nos ab initio omnes tales creauit. Si uero non fecit sic, omnino quod bonum nouit, hoc etiam perfecit. Si autem quod bonum est, hoc nos effecit, peccant qui quod bene factum est, uelut expedit non seruant. Vnum igitur pietatis exercitorem consideret. Num alicubi malicia per negligentiam in anima nidificauit. Num uigilantia & intenta mentis ad deum extensio exoluta est. Num spiritus sanctificatio, & quae illinc animae accessit illuminationis obscurata est. Nam si quidem praedicta uiguerint bona, nequaquam occasio nem habebunt corporis affectus ut contra insurgant, quum anima ad superna occupata sit, & occasionem non concedat corpori, ut insurgant affectus. Si enim dum nos aliquid rerum in uita intenta cogitatione ratio cinamur, saepe & uisus & auditus a sua actione discedunt, & tota anima in cogitatione haeret, sensibus desertis relictis: quanto magis si diuinus amor in anima nostra uiguerit, ne modicam quidem circa affectus cogitationem habebimus. Si uero etiam hi paululum insurrexerint, citro per animae prudentiam sedantur. Quid enim melius est, dic mihi, imitari arbores fructuosas, quae & ipsae opulente sunt, & alios fertilitate exhilarant? Aut similem esse oleribus quae ab aestu & siccitate contabescunt? & esse iuxta Prophetam, uelut betam semicoctam, neque proprijs uisibus inseruire potentem? Atque haec quum perfectam propriae medelae potentiam a natura habeamus, ex dimidio saltem, anima sola, & non etiam corpore philosophiam operari. Si quidem enim extra corpus constituti essemus, necessario per animam solam optima conaretur. Quando quidem uero duplex est homo, duplex esse conuenit etiam uirtutis studium, quod & corporis laboribus, & animae exercitijs pagitur. Labores autem corporis sunt, non otium, sed ipsum opus. Oportet autem & hoc considerare, quod non praetextu corporis necessitatibus, ad uoluptatum ministerium deferamur. Si quidem enim in perpetua indigentia degentes, debitas operationes corpore perficere possemus, hoc sane optimum esset. Quum uero per paucorum corporum sit tali uictu non concidere, oportet & moderate ieiunare, & auxilium maxime necessarium corpori afferre, non uoluptate circa edulia peunte, sed ratione necessitate exacte describente, et uelut prudens aliquis medicus, per conuenientiam citra fauoris affectum infirmitatem curare: ubi enim talis affectus in anima fuerit, is qui cibum sumit, in nulla parte posterior eo quod non sumit, ad philosophiam apparet. Sed per intentionem quidem, non solum perpetuum ieiunium, sed etiam alimenti neglectum perpetravit, per prouidentiam uero circa corpus optimae dispensationis laudem habet. Non enim solet moderatus corporis uictus et abstinentia, concupiscentias accendere, et affectus indomitos

indomitos efficere. Auaritię enim & deliciarum hoc est. Atq; hoc quidem ex natura legibus, & diuinę scripturę testimonijs confirmare, nunc nobis propositum est. Quando quidem uerò oportet non solum per sermonum monitus relata corroborare, sed etiam actiuis & efficacibus exemplis consiliū ipsum confirmare: ad ipsam iam progredior Seruatoris nostri uitam, quam secundū carnem transactam, omnibus pie uiuere uolētibus, uirtutis formam ac prescriptū proposuit, ut reliqui ad illas figuras respicientes, similem per uitas suas speciem exprimāt, nusquam exemplar per imitationis euariationem peruertentes. Quod enim propriam uitam Seruator optimę uitę imaginem omnibus ipsi obedire uolētibus proposuit, audi ipsam palam hoc docentē. Si quis enim, inquit, mihi ministrat, me sequatur. Non sequelam secundum carnem indicans: erat enim omnibus imperuia, quum dominus nunc in coelis esse secundum corpus cognoscatur: sed exactam uitę quantū eius fieri potest imitationē. Quomodo igitur seruator noster uixit, & quomodo conuersatus est? Peccatum quidem non fecit. Quomodo enim iusticia à peccato superari possit? Quomodo uerò mendacium ueritatem uinceret? Quomodo potentia à debilitate debellaretur, aut quomodo id quod non est, eo qui est superius euideret? Nam deus semper existens, & substantię terminum non habens, finem non admittens. Peccatum uero est quidem nunquam, neq; in propria substantia deprehenditur. Verum infirmitatibus ipsum, magis q̄ in his quibus male fit, per defectum boni subsistentiam habens, tenebrę intelligibiles per iniustitias exprimuntur, quę per iustitię lumen dissoluuntur. Nam lux in tenebris lucet, unā cum sine absurditatem discurrens. Sedatis enim prauis actionibus, etiam substantia peccati simul deletur: Quęretur, inquit, peccatum ipsum, & non inuenietur; etiam si supplicium ob peccata peccantibus referuatum sit, & indissolubilis propter iniquitates pœna. Peccatum itaq; non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius. Longanimitatis autem & tolerantie malorum, & benignitatis, mansuetudinisq; ac amoris erga homines, & lenitatis; humilitatis itē ac prudentię, & omnis summam uirtutis multa exēpla exhibuit, quę clarē in Euangelijs recensentur. Et longanimitatis quidem ac tolerantie malorum est, quod tulit Iudæorum insidias, posterioribus excessibus semper priores malignitates tegetibus. Et redarguit quidē ipsos leniter, quo malignitatem coerceat, & ne leuiter quidem ulciscitur ac reos peragit, sed beneficij illorum in humanitatem, & bonorum suppeditatione prauitatis incrementum uincere contendit: & postremum crucem pro his qui ipsum crucifixerūt assumit. Mansuetudinis autem & lenitatis est, quod omnes cum decente ipsum benignitate admittit, & colloquēdi auidam prębet non solum Iudæis, sed etiam his quibus turpissima studia familiaria ac conuersata erant. Sic itaq; scorta ac publicani accesserunt, non ut libidinis aut auaritię morbum auerent, sed ut animę morbum deterrerent: & non magis confundebatur ob prauitatis conscientiam, quam confidebant propter medelę spem. Inueniebāt enim etiam experientiam spe altiorē. At amoris erga homines & misericordię ipsius quę sunt exemplaria: Quod nunc quidem in deserto his qui prę fame exoluebatur mensam copiosam ex tempore instruxit, quę duplici modo inuitaret, tum necessitatis luculentia, tum suppeditationis miraculo. Quod item ob facetes misericordia commouebatur, quod erant dispersi ac dissipati uelut oues non habentes pastorem, & quod corporales infirmitates sanabat, cladesq; ac mutilationes membrorum corrigebat, & animę morbos, & indissolubilia peccatorum uincula, & uiolentorum contractu illaqueamenta ac obligationes, quas ad patrem peccati diabolum fecimus, soluebat. Humilitatis autē quanta sunt exempla, quod non solum uoluerit carne indui, sed etiam humiliti iuxta presentem habitū parentum filius, partim fieri, partim putari: fieri quidem matris, putari autem appellati patris. Prudentię uero, q̄ Saducęos deridere resurrectionem conantes figmento septem fratrum ab una uxore mortuorum, redarguit: & q̄ Pharisæorum discipulos cum Herodiantis pudore confudit, quando ambiguam quæstionem proponentes: Num Cæsari censum dare oporteret, aut non? respōsum ambidextrū acceperunt, quod in utraq; partem amentiam illorum trahere posset, nō dare, sed reddere præcipiens. Reddite enim, inquit, quę Cæsaris sunt Cæsari: nam numisma Cæsaris erat cuius imaginem & inscriptionem ferebat. Et præcipua quidē animę uirtutis facta hæc sunt, & his infinito numero adhuc plura. At corporis quot ac quanta: quorum gratia maxime productum est exemplū. In prima

ma quidem ætate subditus parentibus, omnem laborem corporalem mansuete & obedienter sustinuit. Quum enim homines illi essent iusti quidē ac pii, uerum pauperes & rebus necessarijs nō abundantes: cui rei testis est præsepe quod uenerādo partui inseruit: merito laboribus corporis assiduus dediti erant, per hos necessarias res sibī ipsi acquirentes. Iesus autem his subditus, uelut ait scriptura, omnino etiā simul perferendo labores, obedientiam declarabat. Progressu uerò temporis etiam heriles & diuinas beneficentias denudans, & deinceps discipulos eligens, & regnum celorum prædicare cogitans, non in uno angulo positus, et corpore exolutus, aliorum ministerio opus habebat, sed nunc quidem iter pedibus faciens & assidue peregrinans, & simul discipulis ministrans, uelut ipse dixit: Ego autem sum in medio uestrū uelut qui ministrat. Et: quemadmodū filius hominis non uenit ut ipsi ministraret, sed ut ipse ministraret: nunc uerò lauans pedes discipulorū. Rursus autē in docendo diutius perseuerauit, locumq; ex loco impigre permurauit, idq; propter salutem nostrā fecit. Semel autem iumento, eoq; ad breue tempus usus esse uidetur, non ut corpus reficeret, sed ut ipsis operibus prophetiā obsignaret. Quid uero Apostoli, nōne dominū imitati sunt? nōne in laboribus assidue uersati? Considera Paulum in destinate operantem, iugiter iter facientem, nauigantem, periclitantem, hibernam tempestatem ferentem, fugatum, flagellatum, lapidibus petiitū, promptitudine animę omnibus tentationibus sufficientem, itemq; corporis firmitate. Si uerò ex immodestia, corporis uires exoluisset, non utiq; ob hæc coronatus fuisset. Bonum est igitur dominū eiusq; discipulorum Apostolorū uitam, tum per animę uirtutes, tum per corporis exercitia imitando, strenuum exhibere corpus optimis actionibus inseruendo. Animę etenim est deligere bona; quę corpore cooperante perficiunt; corporis uero, operari quę anima elegit. Vbi uero infirmum est hoc ad operandum, semiperfectum est uirtutis factum, ut quod in proposito occultatur, quemadmodum germen quoddā quod in terra sinibus emarcescit, & non ad usum eorum procedit, propter quod productum est. At inquit aliquis, & dominus in ediam longā perulit, & Moses nihilo minus, et Helias propheta. Verum tu etiam hoc considera, quod dominus noster semel tantū hoc fecit. Et Moses ac Helias similiter. Reliquo uero uniuerso tempore in cōuenienti ordine gubernantes corpus, & strenuum hoc exhibentes, in laboribusq; ac erumnis semper uersantes: sic animę uirtutes per corporis cooperationem illustrarunt, actiua uitam sigillum & perfectionē spiritualis uitę faciētes. Atque hoc Moses, hoc Helias, hoc ipse Ioannes fecit, qui inenarrabili mysterio longam conuersationem in deserto duxit: post mysterij uero complementū, ad regionē cultam progressus, prædicansq; ac baptizans, ab agendo & ex dicēdi aduersus Herodem libertate, certamen finiuit ac cursum consummauit. Hoc item totus sanctorū catalogus, & ipse Iesus fecit, in agendo nimirū perseuerans, ut undiquaq; manifestum sit, & ex naturę legibus, & diuinarum scripturarū doctrina, & ex omnium sanctorum factis, & ex ipsius seruatoris nostri uita, & ex regula pie degentium uitę, quod bonum et cōducibile magis est, firmo & excitato corpore esse quàm exoluto, & hoc ipsū ad bonas actiones exhibere strenuum, quàm ultro defes ac pigrum efficere.

Quod conuenit exercitatore, operum decentium studio sum esse. Cap. v

Operari porro pietatis operatorem conuenit opera decentia, quę ab omni arte carponaria, & longioribus distractionibus, ac turpi lucro aliena sunt, quę sub recto manibus nobis ut plurimū perfici possunt, ut & opus compleatur, & quies seruetur. Si uero oportuerit ob necessariū usum, etiam opus aliquod sub dīo perficere, neq; hoc philosophiam impedit. Nam exactus philosophus scholam & sedem animę habens corpus, etiam si in foro fuerit, siue in cōuentu, siue in monte, siue in agro, siue inter magnam multitudinem, in naturali monasterio desidet, intus contrahens mentem, & ipsum decentia cōmentans. Possibile est enim etiam domi desidentē, foris cogitationibus oberrare, & in foro existentem, modestum uelut in solitudine esse, & ad seipsum, & ad deum solum se conuertere, & tumultus ex sensibus animę allabentes, sensibus non suscipere.

Quod non cum omnibus hominibus incaute conuersari continet pietatis exercitatore, Cap. vi

Concredere autē non hominibus omnibus seipsum, neq; denu dare, neq; incaute reuelare conuenit: multos enim insidiatores habet qui secundū deum uitam degit, atq; eos saepe familia

familiarissimos uitae suae exploratores. Conuenit itaque non inexploratos facere ad exterius nos congressus. Si enim seruator, uelut Euangelium dicit, non omnibus seipsum concredidit: Ipse enim, inquit, Iesus non concredebat seipsum ipsis, si ille purus, inculpatus, irreprehensibilis, iustus, in totum ipsa uirtus: quomodo nos peccatores, ad lapsum faciles, quibus non semper iuxta scopum prospere procedit, partim propter naturalem debilitatem, partim ob eum qui maligne & incessanter aduersus nos luatur, nos ipsos curiosi hominibus exponentes, non malas calumnias attrahemus, & nobis ipsis offendicula defigimus? Saepem enim maligni etiam ea quae bene fiunt calumniari conantur, & minutissimos errores conuictis profcindunt. Oportet itaque cautas facere conuersationes cum externis. Accidit enim ipsis etiam aliud quoddam uitium praerationis inesperienza de his qui de uita hac secesserunt: Arbitrantur enim non mentem transmutatam esse in his qui uitam transmutarunt, sed naturam omnino humanam ipsis transformatam esse: & non iudicant exercitatores pietatis in istis quidem affectibus uersari, uerum animae uirtutibus & ab alienatione a uoluptatibus illis dominari, Sed putant affectus naturae corporis ipsorum penitus amotos esse. Vnde sane etiam si parum quid a bono spiritualis delinquant, statim omnes etiam qui prius feruentissimi erant laudatores ac admiratores, amarulentius & aculeatores fiunt, & redarguunt seipsum, quod neque prius ueras laudes effuderint. Quam admodum enim ubi athleta aliquis lapsus est, statim aduersarius insurgit feriens ac amplius prosternens ipsum. Sic etiam illi ubi uiderint eum qui in uirtutis exercitio uiuere paululum a bono deliquisse, aggrediuntur conuictis ac calumniis uelut spiculis impetentes, non reputantes secum quod ipsi quidem singulis diebus infinitis sauciantur affectuum sagittis: pietatis uero decertatores, etiam si ab istis obsideantur affectibus, aut parum, aut saepe nihil ab his laeduntur, atque hoc quum aduersarium uehementiorem quam illi sustineant. Nam hi quidem certamen aduersus illum professi sunt, et magna laus fuerit aduersario si uictoriam de his ferat. Rursus autem si superetur, grauissimam plagam ipsis incuriat, uelut ex toto et omnibus uirtutis partibus uictio. At uero bellum aduersus eos qui se huius uitae addixerunt, contemptile est, partim quod plerique ipsorum sua sponte ad uictoriae amissionem currunt, uariis uoluptatibus ac concupiscentiis ad peccatum inelati, & minime laboriosam uictoriam illi de seipsis praebentes: partim quod etiam hi qui parum contra peccatum reniti uidentur, uariis distractionibus facile a palaestra abstrahuntur, & terga uertentes, & pertinaciter sagittis petiti, multas & turpes amissiones uictoriae notas ferunt. Si uero forte aliqui impetu distractionum huius uitae domito, aduersus maligni illius bellum faciem obuerrere potuerunt, attamen non talia certamina pertulerunt, sed multa & infinita mensura exercitatoris certaminibus minora. Alius enim ut in iustis rebus dominetur ac obtineat studio habet, & contentiose decertat in disceptationibus circa praesentia. Alius uero etiam disceptantibus de iustis cedit, implens illud: a tollente tua ne repete. Alius uerberatus reuerberat, & iniuria affectus rursus iniuriam infert, atque hac uia aequalitatem habere se putat. Alius tolerat haec donec iniuriati ac ferienti satietatem inducat. Et alius quidem omnibus corporis dominari studet. Alius uero in uoluptatum satietate uersatur. Quomodo igitur uel decertator censerit possit secularis aliquis, si ad pietatis exercitorem comparetur. Considera uero etiam aliud, quod pati familiare est his qui praesenti uitae dediti sunt, ubi exercitatorum res expendunt. Quum enim exercitator bonum esse duxerit corpus ex longa fame alimento suffulcire, tanquam omnino incorporeus sit & immaterialis, aut alimento non participare, aut penitus modico uolunt: & si uiderint exercitorem non omnino crudeliter corpus tractare, sed in parte saltem aliqua praesentem indigentiam curare, conuiciantur ac calumniantur, & heluones ac ingluuiosos appellant, contumeliam ac debaccharionem contra unum in omnes extendentes: non reputantes quod ipsi bis, aliqui uero ex ipsis etiam ter in die cibum capientes, & edulsi crassissimis ac pinguisissimis ingentibus carnum mole seipsum exfatiantes, & uini immodicam copiam infundentes, sic ad mensas hiant, uelut canes post longam famem a uinculis emissi. At qui reuera pietatis sunt exercitatores, & alimento siccissimo utuntur, & quod cum debilitate modice nutrit, et per totam diem semel, etiam si hi qui uitam ordinate degere stauerunt, & moderate ac prudenter cibum sumunt, merito ac iure optimo praeter cibi sumendum tempus, necessarium ciborum usum cum conscientiae libertate corpori suppeditant. Quapropter

Quapropter conuenit, ut ne libertas nostra ab alia conscientia iudicetur. Si enim nos in gratia participamus, quid reprehendimur propter ea pro quibus gratias agimus: qui indigentiam & cibi uilitatem cum tanta hilaritate eligimus, cum quanta neque illi splendidum & omnigenum multis obsonijs instructa mensa apparatus. Si uero quis ex relictis hominibus ob prudentiam ac pietatem notus sit, & nostram uitam in reuerentia habeat, cum hoc mensa participem fieri circumspicere, si ita opus fuerit, a ratione alienum non est.

Quod non oportet frequentes & inexploratos progressus facere, Caput VII

Oportet autem neque praetextu uisitationis fratrum, & congressus cum ipsis, multas & frequentes facere peregrinationes. Est enim & hoc diabolicum quoddam inuentum, conuante inimico per tales insidias constantiam nostram & ordinatam uitam dissoluere, & in uoluptates ac uarias cogitationum seditiones immittere: uerum in quiete cum nobis ipsis conuersari, considerareque ac corrigere animae peccata. Qui enim nuper uinculum per affectum reliquit, ab inclinatione quidem ad bona laudem habet, nondum autem perfectionem uirtutum acquisiuit. Saepem uero neque de modo cogitauit ipsas acquirere, sed opus habet ut consideratione sui in quiete habitata, inordinatos animae motus ac impetus insperet, ipsisque strenue reluctetur, & melioribus cogitationibus ordinis confusionem corrigat. Ordo enim animae est uirtutis compositio. Qui igitur semper in peregrinationibus est ac transitionibus, & semper animae meditationem ac prudentiam uentilat & diffundit, & ad uoluptates corporis paulatim respicere aduersum se, quomodo seipsum inspicere potest? aut cognoscere ea quae non recte habentur aut ipsa ad id quod decet accommodare: quum animam amplius irritet ad uitiosos affectus? Oportet itaque ut plurimum in quiete manere, & unumquodque in propria sede persistere, ut hoc habeat constantiae morum testimonium, Non penitus tamen conclusum esse, sed necessarios progressus libere facere, in quibus conscientia nihil impingit, & optimos ac utilissimos propter uitae sinceritatem fratres uisitare, ita ut uirtutum exempla ex utili congressu sumat, moderatos uelut diximus, & irreprehensibiles progressus faciendo. Saepem enim & tardum animae insitum progressus ipse dissoluit, & rursus uelut coalescere ac paululum respirare exhibens, certamina pro pietate alacriter adire facit. Si uero quis ob id quod domo non progrediatur, sibi magnopere placeat, sciat se ob inanem rem inflari. Nam neque non progredi, per seipsum bonum, aut tempestiue prodire, bonum aut malum operari nouit: sed constans & immutabile circa bonum, iudicium: neque uice uersa facilem ad transitionem esse, probum aut malum efficit. Si uero quis bonum animae firmiter insidens habens, & per diuturnum exercitium experientiam gubernandi affectus adeptus, & qui corporales intemperantias domuit, & animales confusiones frenauit, & rationis freno confusus, frequentiores progressus facere uelit ad fratrum aedificationem ac uisitationem: talem impellet magis uerbi doctrina ad progressum, ut lucernam super candelabrum ponens, omnibus lumen doctrinae bonorum suppeditet, si modo confidentiam habuerit, quod & sermone & opere, uirtutum doctorem possit seipsum his cum quibus congregatur exhibere, & sic munierit seipsum, uelut Apostolus dixit, ne forte alijs praedicans ipse reprobus fiam.

Quod inconstantibus exercitatoribus non conuenit impertiri confidentiam ac dicendi libertatem, sed etiam hos uitare,

Caput VIII

Vitare porro conuenit etiam inconstantes, & alias ad alios fratres transeuntes, et inde inuentibus ac perpetuis motibus semper monasteria circueuntes, & spiritualis uidelicet dilectionis praetextu, uoluntates carnis explentes, nihil constans, nihil firmum, nihil ordinatum, nihil prudentia ornatum in animis habentes, sed quicquid curiosum ac malignum est, mentisque occupatione ac absurditate refertum, dolo item ac simulatione, mendaciosoque ac fraudulenta adulatione. Hi lingua quidem inruditi, uentre uero incontinentes, anima autem alati ac uentilati, cogitationes ad uespertilionum uolatus similitudinem habentes, nusquam ad rectitudinem respicientes, sed oblique ac per uerse uolantes, imò quae circa primos motus apparent, & ad aliud propter facilem mentis mutationem praeter omnem opinionem feruntur, multum repentes, & nihil progredientes. Similes sunt item iumentis quae circum molas aguntur, quae multum itineris conscientia, semper in eodem

Ec loco

loco reperuntur: & corpus quidem oberrat, breuem autem regionem nequaquam transgrediuntur. Sic etiam illi semper circa corporis affectus inuolunt, nihil ad spiritualem altitudinem proficiunt. Verum circulum infinitum currunt, dum una cum corporis concupiscentijs ac uoluptatibus circumuoluntur, & ab ipsidem ad eadem rursus feruntur, & a praua seruitute non liberantur, propter propositi malignitatem. Hi habitum ouillum ad spectantium inescationem præcedentes, intus auidam ac malignam & fraudulentam uulpeculam occultant, & multos ad æqualem maliciam peruertere student, qui rationis gubernaculo priuati, & bene et male ducenti facile accedunt, hoc bonū arbitrati, quod quis aut recte, aut probabiliter exposuerit. Itaque etiam hos ad proprium peruersitatis suę barathrum detrahere conantur, propriam suam excusationem esse putantes, & prauitatis societatem criminum inminutionem. Hos igitur omni modo uitare conuenit, ut neq; alios lædant per animalis pestis distributionē, & ipsi undiquaque prohibiti, uel sero ad bonum conuertantur, paedagogum pudorem suscipientes, et q; boni ipsos auersantur, pro admognitione capientes ut à malicia discedant. Hoc em̄ etiam Paulus docuit, loquens de his qui nihil operant, sed curiose agunt: Hunc inquit, notate, & ne pmisceamini ipsi, ut confundat.

Quod neuiquam conuenit exercitatorē pietatis cupere potestatem aut præfecturam fratrum.

Cap. I X

Potestatem uerò aut præfecturam fratrum desiderare exercitatorū neuiquam conuenit, diabolicus enim morbus est, & ambitionis crimen, quod suprema diaboli malicia signum est. Nam & ille ab hoc uitio in conspicuam ruinam delatus est: & qui ab hoc uitio tenetur, æqualiter cum illo ægrotat. Deinde uerò & inuidios, & cōtentionos, & accusatores, & impudentes, & calumniatores, & adultores, & uaria molientes, & præter decorum humiles, & seruiles, & arrogantes, & infinitis turbis plenos, facit hoc uitium eo correptos. Nam talis inuidet dignis, & calumniatur ipsos, sæpe uero etiam mortem ipsorum precatur, ut ob penuriam idoneorum ad id opus, suffragia ad ipsum deueniant. Adulabitur autē his apud quos electionis dominium est, & propterea seruilis erit. Audax uerò fit contra minores, si relucientur. Dolos igitur consuet, turbasq; ac suspensiones innumeras habebit, & animæ tranquillitatem dissoluet. Et deus pacis fugabitur, nō habens ubi acquiescat. Cognito itaq; detrimento fugiamus cupiditatis absurditatem. Si uerò deus aliquem ad huiusmodi delegerit, nouit indultius ille quomodo exhibeat aliquem dignum, ita ut nos nequaquam nobis ipsis conscij simus, quod aliquid tale affectauerimus, aut omnino concupiscentiam in anima habuerimus, nam & hic aīa morbus grauissimus est, et à bonis lapsus.

Quod non uana gloria respectu æmulari bona conuenit.

Caput X.

Vanam gloriam quam maxime fugere conuenit, quæ non ante labores à laborando abducit: nam hoc minus mali erat, sed post labores coronis spoliata, ægre capi potens salutis nostræ insidiatrix, quæ apud cœlestes orbes insidias cōtra nos locat, & uirtutes ad cœlum usq; ramis suis progressas deijcere contendit. Vbi enim uiderit pietatis mercatorem omnibus uirtutum mercibus onerariam mentis nauem impleuisse, tunc cōmota sua procella, euertere ac submergere nauem conatur. Nam mentem nauem superni regni, ad inferna & humanas glorias respicere persuadens, omnes animæ diuitias de repente diffiat, & uirtutum fundamentis ad terram detractis, labores ad cœlum extentos diruit, mercedem ob peractos labores ab hominibus petere instruit eos, quos oportebat ad deum solum respicere, et huic nostra recte facta recōdere, & ab illo solo pro merito accipere. Nos autem operari propter hominum gloriam, præferentes ei ut propter deum bonarum rerum studio teneamur, ab illis inanem laudis mercedem exigētes, merito & iure à diuinis retributionibus excidimus, non deo laborantes, sed hominibus nos ipsos operarios statuentes, à quibus detrimentum mercedis pro mercede ferentes, quid etiam à deo exigemus, cui nihil operari proposuimus? Et quod hoc uerum est, audi sacrum Euangelium, quod de his qui propter homines faciunt bona dicit: Amen dico uobis, habent mercedē suam. Fugiamus igitur uanam gloriam, dulcem illum spiritualium diuitiarum prædonē, iucundum animarū nostrarum hostem, uirtutum uernem, cum uoluptate bona nostra deprædantem, qui propriæ fraudis uenenum melle colorat, & mentibus hominum perniciosum poculum porrigit, ut uitio uelut opinor inexplebiliter exsatiarentur. Dulcis em̄ res est humana

humana gloria ineruditis, et aliās captos ab ipsa à recto iudicio facile aberrare facit. Nam qui hanc desiderat, proprium iudicium destruit, id uerò eximium putat, quod sane obuiam uenientes admirantur, ut si quidem prauis sint aut temerarij qui admirantur mala, hoc omnino faciat qui laudatur, quod priorū studiorū iudices bonum censuisse putat, ut inanis gloria non solum sit bonarū actionum extirpatrix, sed etiam malarum dux. Quapropter conuenit ad rectam rationem, & ad deum rectæ rationis præceptorem respiciendo, hac uia ire qua deus præit ac ducit: et siue laudent quidam talem uiam, illorū laudem non magni facere, respectu ad supernum laudatorem factio, uerum solum ipsis de recto bonorum iudicio congaudere: siue uituperent alij nequaquam confundi, uerum misereri ipsorum, quod uero iudicio careant, & tenebras mentis grauissimas sufferant.

De sermonum oportunitate, Caput XI

Hæc quidem igitur capita sunt recte factorum, quæ nō ad propriæ uirtutis magnitudinem prolata sunt, uerum ad nostræ facultatis mensurā. Quæ porro deinceps sequuntur uirtutes, quæ uulgatos mores ornant, facile ab omnibus ut puto uidentur, uelut est sermonum oportunitas & ad utilitatem prolatio. Vtile autem fuerit aut de uirtute in tempore differere, aut ad instantem & urgentē necessitatē uerba facere, aut etiam omnino ad auditū adificationē. Reliquos uerò sermones uelut supfluos et inutiles reprobare oportet.

Quod non conuenit exercitatorē ad facetias respicere. Cap. XII

Ab omni facetia ac urbanitate abstinere conuenit. Contingit enim ut multi circa talia occupati à recta ratione aberrent, anima ad risum mouendum diffusa, & prudentiæ meditationem ac puritatem destruyente. Sæpe uero malū hoc uia procedens, & in turpiloquentiam & extremam absurditatem desinit, ut non competant in eodem, animæ sobrietas, & per facetias diffusio. Si uero alicubi opus fuerit exhilaratione per sermones, ut paululum tristitia remittatur, sit sermo uester gratia refertus spirituali, & euangelico sale cōditus, ut internæ sapientis gubernationis fragrantiam afferat, & dupliciter auditorem exhilaret, tum per remissionem, tum per prudentiæ gratiam.

De mansuetudine & quomodo dilectio consistit, Cap. XIII

Mansuetudine quam maxime plenum esse oportet exercitatorē, quum mansuetudinis spiritus aut particeps factus est, aut particeps fieri desideret, & conuenit huius hospitium ei qui hospitio excipitur simile esse. Si uerò alicubi etiam indignatione opus fuerit, cōtra secedem nobis uidelicet subditum, sit ratione temperata indignatio. Nam gladijs utuntur & homicidæ, & medici. Verum illi ubi ira & crudelitate feruentes enses corripuerint, omnium absurdissima faciunt, eos qui eiusdem generis sunt interficientes. Hi uerò ubi per rationem ad ensis actionem perueniunt, maximam hinc utilitatem inducunt: periclitantes em̄ conseruant. Sic & qui cum ratione indignari nouit, magnopere prodest ei contra quem indignationem fecit, segnitiam aut maliciam corrigens. Qui uerò iræ uitio captus est, nihil sani operatur. Quod autem & hos qui mansuetudinis curam gerunt, decet oportuna indignatio, hinc clarū efficitur. Moses enim qui mansuetudinis testimonium ab omnibus hominibus tulit, occasione postulante indignatus est, & ad tantā concitationem processit, ut contribulium eade indignatione finiuerit, partim quū uitulum erigebant, partim quum ex Beelphegor inquinati essent. Quare potest etiam mansuetus cum ratione excalescere, & mansuetudinis uirtutem non corrumpere. At uerò immobilis manere, aut decenter & ubi oportet nō indignari, hebetudo naturæ fuerit, non mansuetudo. Ad mansuetudinem porro etiam tolerantia malorum sequi solet: mansuetudo enim tolerantia malorū mater est. Nihilominus aut in his q; reuera mansueti sunt, & nō se ueritate percussos mores habet, etiam benignitas permixta est. Benignitas em̄ materia est mansuetudinis. hæc aut inter se pmixta ac cōposita, optimā uirtutē ipsā dilectionē efficiunt.

De prudentia, Cap. XIV

In omnibus porro quæ aguntur prudentiam præire conuenit. Nam citra prudentiam omnia etiam quæ bona esse uidentur, ad uitium per importunitatem ac immodestiam dilabuntur. Quum autem ratio & prudentia tempus & mensuram bonis præscribat, mirabile quoddam usus ipsarum lucrum, tum dantibus, tum accipientibus contingit.

De fide & spe, Caput XV

Omnes uerò aggressiones pcedat fides in deum, et bonā spem comitetur, ut per fidem

Ec 2 quidem

quidem animæ vires fulciamus: per bonam uerò spem ad bona alicres reddamur. Neque enim conatus hominum circa bona, citra supernum auxilium perficietur. Neque superna gratia ad non studiose agentem accesserit, sed utraq; permixta esse conuenit, tum studium humanum, tum supernum auxilium, ad uirtutis perfectionem per fidem descendens.

De humilitate, Cap. xvi

In omnibus tamen quæ a nobis recte fiunt, anima recte faciendæ causas ad dominum referat, nihil omnino se recte facere ex propria potètia putans. Talis enim affectus humilitatem nobis inducere solet. Humilitas autem uirtutum thesaurophylacium est. Hęc tibi de nobis, ut ita dixerim semina sunt, sermonum ac tractationis de uirtute. Tu uerò his hinc acceptis, multiplicem nobis fructum profer, & illum sapientiæ sermonem exple, qui dare iubet sapientibus occasiones, ut sapientiores fiant.

Quot modis prauæ cogitationes in anima consistunt, Cap. xvii

Quandoquidem iam ante de cogitationibus tractauimus, non distinximus aut quos modis praua consilia in rectis cogitationibus exoriantur, nunc etiam hoc apponere iustum duximus, ut perfectissima sit huius partis tractatio. Duo igitur sunt modi per quos inter cora consilia rectas cogitationes infestant, aut anima secundum propriam negligentiam circa non conuenientia errante, & in absurdas imaginationes ex imaginationibus incident: aut iuxta diaboli insidias, qui res absurdas menti ostendere conat, & hanc à rerum laudatarum speculatione ac cõsideratione abducere. Quum igitur anima densitate ac firmitate mentis laxata, memorias occurrentes & uulgarium rerum susceperit, tum cogitatio inerudite & imprudenter ad res cõmemoratas delata, & in his diutius occupata, errores ex erroribus longos transmutat, & sæpe in turpitudines, & postremum in notiones absurdas definit. At talem quidem animæ negligentiam ac diffusionem, densiore ac coactiore mentis cohibitione corrigere ac reducere oportet, & per honorum cõsiderationem semper ad presens destinare. Quum autem diabolus insidiari aggreditur, & cum multa uehementia suas cogitationes, uelut ignita quædam spicula, quiescenti ac silenti animæ immittere nititur, & hanc de repente incendere, longasq; ac ægre dissolubiles memorias earum quæ semel immixtæ sunt efficere, tunc uigilantia ac animaduertentia intensiore tales insidias subterfugere oportet, uelut athleta quispiam per diligentissimam custodiam, et corporis agilitatem, aduersariorum aggressiones euitat, & in uniuersum orationi & superni auxiliij inuocationi deferre hostis subuersionem & spiculorum auersionem. Hoc enim nos Paulus docuit dicēs: Super omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia spicula maligni illius ignita extinguere. Itaq; etiã in ipsis orationibus prauas imaginationes suggerit, ne desinat anima ab orando, neq; putet propriam esse agriculturam prauas hostis cõseminationes, et uersuti illius miraculorum editoris imaginationes. Verum reputans per impudentiam illius prauitatis reperoris fieri absurdarum notionum imaginationem, magis intendat supplicationem, rogetq; Deum ut dissipet ipsi prauam memoriæ absurdarum cogitationum structuram, quo citra impedimentum, per mentis motum repente nulla tēporis mora interposita, ad deum penetrare possit, nusquam prauarum cogitationum insidias prohibita. Si uero etiã augetur talis cogitationum insultus propter aduersarij impudentiam, neq; sic desperare, neq; semel perfecta relinquere certamina conuenit, sed eo usq; tolerare, donec deus hostra instantia cõspecta, per gratiã spiritus affulgeat, quæ & insidiatorē fugat, & mentē nostrā purgat, ipsamq; diuino lumine implet, & cogitationem imperturbata tranquillitate deo cū lætitia ser

Ad regulares in cœnobio, Cap. xviii

(uite præbet. De singulari exercitatore pietatis, & eo qui solitariam uitam amplexus est, in superioribus pro uiribus exposuimus, quod & animam ad bonum exercens, & corpus ad id quod oportet gubernans, exactum philosophum nobis exprimere possit. Quando uero plurimi exercitatores in cõgregationibus degunt, studia inter se mutuo ad uirtutes exactiores, & recte factorum oppositione seipos ad boni profectum concitantes, iustum esse duximus etiam his exhortationem per sermones afferre. Oportet autem ubi prius cognouerint seipos quantum ac quale uendicant sibi bonum, sic exhortationem ad hoc suscipere, ut promptitudinem ac studium dignum uirtute recte factorum declarent ac designent. Primum quidem igitur ad bonum quod secundum naturam est reuertuntur, societatem ac communem uicium amplectentes. Societatem enim uitæ perfectissimam appello ego, in qua possessionis proprietatis ex-

terminata est, & mentis contrarietas fugata: omnis aut turbatio & contentio ac lites abfunt. Communia uero uniuersa sunt, animæ, sententiæ, corpora, & ea quibus corpora nutriuntur ac curantur. Communis deus, cõmunis pietatis negotiatio, cõmunis salus, cõmunia certamina, cõmunes labores, cõmunes coronæ: multi unus, & unus non solus, sed in pluribus. Quid huic uitæ comparandum: quid beatius: quid conuictione & unitate sincerius: quid morum & animarum conspiratione gratiosius: Homines ex diuersis generibus ac regionibus orti, ad tantam identitatis sinceritatem coaptati sunt, ut una anima in multis corporibus conspiciatur, & multa corpora unius animæ ac sententiæ instrumētum ostendantur. Qui infirmus est corpore, multos habet affectu coagrotantes. Qui anima ægrotat ac concidit, multos habet sanantes ac erigentes ipsum. Inter se mutuo æqualiter serui, æqualiter domini, & in libertate in expugnabili sinceritatem seruitutem inter se uicissim declarant, quam uim non calamitatis necessitas induxit, quæ multam affert his qui ea apprehensi sunt tristitiam, sed mentis liberum arbitrium cum lætitia produxit, charitate liberis inter se mutuo subiugante, & libero arbitrio suam libertatem seruante. Tales nos ab initio deus esse uoluit, & ad hæc creauit. Hi uetus reuocant bonum primi parentis Adæ peccatum occultantes. Diuisio enim & dissensio atq; bellum non essent inter homines, si peccatum naturam non diuisisset. Hi sinceri imitatores seruatoris & uitæ ipsius in carne existunt. Quæadmodum enim ille cõgregato discipulorum cœtu, cõmunia omnia, & cõmune seipsum apostolis exhibuit: sic & hi præceptori obediētes, qui sanè probe regulam uitæ obseruant, apostolorum domini uitam sinceritate imitantur. Hi angelorum uitam æmulantur, societatem uelut illi exacte obseruantes: non est inter angelos lis, non contentio, non ambiguitas, sed unusquisq; quæ omnium sunt habet, & omnes integra apud seipos bona recondunt. Non enim sunt materia circūscripta angelorum diuitiæ, quæ seorsum opus habet, ubi ipsam pluribus distribuere opus est. Sed immaterialis possessio, & mentis diuitiæ. Et ob id bona apud singulos integra manentia, omnes æqualiter diuites efficiunt, minime ambigua & citra contentionem ipsis propriam possessionem exhibentia. Nam speculatio summi boni, & uirtutum manifestissima cõprehensio, angelorum est thesaurus, ad quæ respicere omnibus licet, ita ut ipsorum cognitionem & possessionem unusquisq; accipiat. Tales sunt qui reuera sunt exercitatores, non terrestria uendicantes, sed de cœlestibus disceptantes, & indiuisibilibus distributionibus eadem omnes apud seipos integra unusquisq; reponentes. Virtutis enim est possessio, & recte factorum diuitiæ, & auaritia illa laudata, & rapina sine lachrymis, & insatietas quæ coronatur, & reus non uiolētus: omnes rapiētes, & nemo qui iniuria afficitur, & propterea pax diuitiis seruēt. Hi promissi regni bona præcipiunt, uirtuosam uitam suam ac societatem, exactam imitationem uitæ ac status eius qui illic est exhibentes. Hi inopia perfecte acquisierunt, nihil proprium habentes, sed inter se communia. Quorum bonorum largitrix seruatoris incarnationis nobis fuit, hi humanæ uitæ palam ostenderunt, contractam hominum naturam, & in innumeras partes dissectam, quantum in ipsis est rursus coagmentantes, tum ad seipsam, tum ad deum. Hæc enim summa est administrationis mysterij secundum carnem ipsius saluatoris, ut humanam naturam & ad seipsam, & erga sese reconciliaret, & maligna exempli dissectione, priscam unitatem reuocaret, quemadmodum optimus quispiam medicus corpus in multis partibus diuisum, salutaribus medicamentis religans. Atq; hæc recensui non ut glorier aliquid, & cœnobitarum recta facta uerbis extollam: neq; enim tanta mihi adest dicendi facultas, ut magna ornare possim: imò potius obscuro ipsa per meam ad dicendum infirmitatem: sed ut pro uiribus recensere ac ostendam huius uirtutis altitudinem ac magnitudinem. Quid enim ex æquo cum hoc bono comparari possit? Vbi enim pater quidem unus imitans supernum parentem, filij uero multi beneuolentia circa præsidem se mutuo uincere studentes, filij ad seipos consentientes, & patrem uirtuosis actionibus excipientes, non naturam conuictionis causam inscribentes, uerum uerbi doctrinam firmiorem unitatis autorem ac custodem facientes, & spiritus sancti uinculo colligati, quamnam similitudinem terrestriarum rerum habere possint ad recte factorum uirtutis declarationem? Imò rerum terrenarum nulla reperiri potest similitudo, reliquum itaq; est ut solum aliqua sit in supernis. Ab affectibus purus est supernus pater, sine affectibus est & hic, doctrinæ ratione uniuersos adducēs. In corrupti sunt filij superni parentis, integritas etiã hos ad-

ptaunt. Charitas cōnectit superna, charitas etiam hos inter se coaptat. Reuera ad talem phalangem etiam ipse diabolus desperat, non sufficiens ad tot certatores adeo cōpositi ac per unum plausum cōgregatos, aduersus illum militātes, & in tantum charitatis testudine tectos, & spiritu septos ac munitos, ut neq; minimū accedendi locum illius icibus exhibeant. Considera mihi septem Maccabæorū cōcordem pugnam, & inuenies apud hos concordiam feruentiorem. De his Dauid propheta in odis exclamauit dicens, Ecce quid bonum, aut quid iucundum, quā habere fratres simul: per bonum quidem, uitę integritatem declarans: per iucundum uero, concordie & unitatis letitiam. Qui horum uitam cum sinceritate exercent, hi supremam uirtutem mihi æmulari uidentur.

Quod oportet exercitorem firmo iudicio accedere ad
exercitationem, & de obedientia. Cap. xix

His equidem qui perspicaci mente præditi sunt, in prægressa expositione de uitæ proprietatibus, sermo noster uitæ regulā præscripsit. Quandoquidē uero conuenit propter simpliciores fratres, etiam manifestius exponere uitę regulam in unoquoq; ad hoc sanè conuertemur. Conuenit itaq; præ omnibus eum qui ad talem uitam accedit, stabilem ac firmum & immobilem animū habere: & iudiciū, quod spiritus prauitatis inuadere ac mutare non possint: & martyrum instantiam per animæ firmitatē usq; ad mortem ostendere, ita ut mandata dei amplectatur, & obedientiam præuentibus præceptoribus exhibeat. Hæc enim uitæ summa est. Quemadmodū igitur deus pater omnium & existēs, & uocari uolens, exactissimā a seruis suis exigit obedientiā: sic etiam spiritualis pater inter homines, ad dei leges suas constitutiones adaptans, minime dubiā obedientiā requirit. Si enim is qui arti alicui mechanicæ: ex harum uidelicet numero quæ ad præsentem uitā utiles sunt: seipsum tradit, omni modo obedit artifici, & in nulla re aduersatur illius præceptis, & neq; paululum ab hoc discedit, sed omni tempore in oculis magistri est: cibumq; ac potum & reliquam diætā eandem suffert, quā ille præscripserit: multo magis qui ad pietatis & sanctitatis disciplinā proficiscitur, ubi semel sibi ipsi persuaserunt quod talem scientiam a præceptore discere poterint, omnem obedientiā & circa omnia exactissimam subditiōnem sibi exhibebunt: & non rationem præceptorum exigent, sed opus ipsum præceptorum perficient, nisi quantum honeste & cum decenti pudore interrogent ac erudiantur, si quid ignorent ex his quæ ad salutem attinent.

Quod non oportet ad cognatos seculares cōuersationes p̄sequi, aut illorū res curare. Ca. xx

A cognatis porro & amicis ac parentibus in tantum affectu separatos esse conuenit, quantum mortuos a uiuentibus disparatos esse uidemus. Nam qui se reuera ad uirtutis certamina accinxit, & uniuerso mundo cū omnibus in mundo renunciauit, & (ut plene dicam) seipsum mundo crucifixit, mortuus est mundo, & omnibus quæ sunt in mundo, siue parētes sunt, siue fratres, siue tertium aut quartum aut minimum & ultimum cognationis gradū obtinentes. Siquidem igitur desliterint parētes a uita sua, & ad filij uitam transferint, uere sunt cognati, non parentum, sed fratrum locum obtinentes. Pater enim est uerissimus, primus quidem uniuersorū pater. Secundus uero post illum, qui in spirituali uita præit: si uero manserint cognati in prioris uitæ cōplexu, pars sunt mundi, a qua nos separati sumus, & nulla parte nobis cognati qui carnalē hominē deposuimus, & cognationē ad illos exuimus. Qui autem seculariū amicitiam exacte amplectitur, & cum his semper cōuersari desiderat, is illorum affectus per assiduam cōuersationem in animam introducit, rursusq; mundana sapientia mente repletus, a bono proposito excidit, & a spirituali sapientia separatur, & priorem uomitum animę affricat, & ab hoste lauciat, qui per carnalem cognationē uitam spiritualem cōturbat. Cognatis itaq; precamur optima: iustitiam inquam, & pietatem, & ea quæ nos preciosa fecimus. Hæc enim decet nos precari, & illis utile est a nobis ferre. Verum ipsi a cura & sollicitudine de illis cogitationes liberemus. Nam diabolus ubi cōspexit nos omnē temporalem curam exuisse, & succinctos ad cælum currere, cogitationē de cognatis nobis inducit, & ubi illorū res curare nos fecit, etiam de temporalibus curis mentem cogitare ac sollicitam esse subornat: nepe quæ sit cognatorū opulentia, & num sufficiens aut indiga, & quæ sint ex cōmercij ipsis accidentia lucra, & quantum ea diuitias augeant, & quæ detrimētā ex uitæ calamitatibus accidant, & quantū ea præsentē opulentiam imminuant. Et successibus quidem

dem ipsorū nos cōgaudere facit, ob infortunia uero contristari, & ut inimicis ipsorū inimici simus, atq; hoc cum iubeamur nullū inimicū habere: & congaudeamus amicis qui sæpe indigni sunt spirituali cognatione: & ut gaudeamus propter iniusta & fraudulenta ipsorū lucra: & omnes malos seculariū propolitorū affectus, quib. exutis spirituales meditationes introduximus, rursus ille cogitationibus inducit, & materialibus ac mundanis studijs rursus in anima effectis, internū exercitatorē pessundat, & statuā solum exercitatoris habitū circūferre facit, nullatenus uirtutibus animatā. Sæpe uero propter intentas erga cognatos beneuolētias ausus fuit exercitator etiā sacrilegiū cōmittere, quo cognatorum inopiā mederetur. Nam quæ in sanctos qui seipfos deo dicarūt reponūtur, sacra & reuera oblationes & donaria intelligūtur ac appellātur. Qui igitur taliū quid aufert, unus est ex his qui sacrilegiū perpetrare audēt. Cū itaq; sciamus affectus circa cognatos intolerabile damnū, fugiamus curā de illis, uelut quæ telū diaboli existat. Nam ipse dñs talē habitū ac consuetudinē interdixit, qui uni ex discipulis neq; hoc ipsum solū pmisit, ut res domi suę disponeret, alteri uero neq; ut corpori patris mortui terram inijceret. Illi enim qui res suas cōponere ac ordinare uolebat, dixit: Nemo qui admota ad ararū manū retro respexerit, aptus est ad regnū dei. Ei uero qui sepelire patrem uolebat, Sequere me, inquit, & sine mortuos sepelire mortuos suos: quanquā uterq; probabilissimas ac iustissimas preces facere uideretur. Sed nō approbauit seruator, neq; minimo tēporis momento permisit a se separari alūnos regni cœlorū, ut ne quid humili⁹ alta & cœlesti meditatione, aut facerēt aut cogitarēt, per inclinationē ad terrenos & carnales affectus. Tanq; nō liceat cœlestia curātes, aliqua habere rerū terrenarū rationē, uelut iam trāsmutatos, & mēte supermūdānos factos. Si uero dixerit quis, quō igitur lex iubet cognatorū curā gerere, dicēs: Et cognatos seminis tui ne despicias, similiter itē Apostolus, Si quis propteris & maxime cognatis nō prospicit, fidē abnegauit, & est deterior nō credēte: cōpendiū respōsum præbebimus, qd̄ diuinus apostolus ad seculares, ad materiales diuitias habētes, & cognatorū inopiā mitigare potētes, hoc dixit. Similiter etiā lex hæc dicit, & ut cōpendiosius dicā, ad uiuētes, nō ad mortuos. Omnes enim tales huic debito nō sunt obnoxij. Tu uero mortuus quidē es, & crucifixus uniuerso mūdo. Dum em̄ materialib. diuitijs renūciasti, inopiā amplexus es: idū uero te ipsum deo dicasti, thesaurus dei factus es. Itaq; uelut mortuus liber es ab omni collatione in cognatos, uelut inops nihil habes quod suppedites. Sed & cum ipsum corpus obtuleris, & neq; illius de cetero potestātē habēas, uelut donarij & oblationis, nefas est illud in hominum usum trahi. Solis autē his qui eosdē mores habent, uelut etiā ipsis deo in totū dicatis, cōuiuere conuenit. Vnde igitur tibi conuenient recitata sacra scripturæ uerba: aut quomodo non peccabis, siquidē uitam ipsius professionem circa exercendam pietatem irritam facis?

Quod non oportet a spirituali fraternitate refecari. Cap. xxi

Oportet porro etiā hoc palā credere, q̄ is q̄ semel ad uinculū ac cōiūctionē spiritualis fraternitatis deuenit, nullo modo refecari poterit ac separari ab his q̄bus coaptat⁹ est. Si enim homines in societate huius materialis uitæ cōueniētes, nō poterūt citra pacta separari, & q̄ hoc facit reus erit præfinitarū poenarū: multo magis q̄ ad spiritualis conuictus pactū deuenit, q̄ indissolubilē & ppetuā conuictionē possidet, nō poterit seipsum separare ac refecare ab his q̄bus p̄mixt⁹ est: aut si hoc facit, grauis. seipsum supnis poenis subijcit. Si em̄ mulier quæ ad uiri societate puenit, & carnalē ipsi⁹ cōiūctionē habet, huic insidias struere deprehēsa, morte cōdēnat: quāto magis q̄ spirituali societati cōiūct⁹ est, ipso spiritu teste ac mediatore, re⁹ ob secessū fit: Quēadmodū igitur corporis mēbra nature uinculo colligata, a corpore abrupti nō possunt, aut si abrupta fuerint, mortuū sanē id qd̄ abruptū euadit: sic & exercitator q̄ fraternitati cōnectit, & pacto spūs nature uinculo fortiore tenet, nō utiq; habuerit potestātē, ut refecet ab his q̄bus coaptat⁹ est: aut si hoc facit, mortu⁹ est anima, et priuat⁹ spūs gratia, nimirū pactū suū irritū faciēs. Si uero dixerit q̄s, q̄ mali sūt qdā ex fratrib⁹ (nō em̄ oēs accusabit, neq; em̄ ob maliciā faciet societate, ut oēs cōcorditer mali existat) Si igitur dixerit, q̄ mali sūt aliq̄ ex fratrib. et incaute bonū dissoluētes, et honestatis negligētes, et decētē exercitatores sinceritatē contēnētes, & propterea cōuenit a talibus separari: is non sufficientē habet hanc excusationem separationis a se excogitatam. Neq; enim Petrus, aut Andreas, aut Ioannes, propter Iudæ prauitatē, a reliquo

apostolorū choro discesserunt. Neq; alius quispiam apostolus hanc defectionis causam fecit, neq; quicquā ad obediendum Christo ab illius nequitia impeditus est: sed domini obediētes doctrinis, pietatem & uirtutem emulabantur, nec uero ad illius prauitatem conuertebant. Sic qui dicit, propter malos à spiritali coniunctione separari cogor, non probabilem prætextum propriæ incōstantiæ excogitauit, uerum est ipse terra petrosa, ueritatis doctrinam propter mentis incōstantiam educare non ualens, sed per modicæ tentationis appulsū, aut affectuum intemperantiā, modestam uitam non sufferens, statimq; recens productum doctrinæ germē, per affectuum æstum resecatur, prætextus uanos & non sufficientes ad excusationē coram tribunali Christi, iuxta propriam certitudinem excogitans, & seipsum facile fallens. Nihil enim facilius q̄ seipsum fallere. Nam unusquisq; sibi ipsi iudex benignus est, iucunda iudicans esse conducibilia. Sit itaq; talis condemnatus à ueritate ipsa iudicante, uelut offendiculorū occasio pluribus consistens, aut per malum exemplum ad æqualium absurditātū imitationē irritans semper, & ipse uocis Væ hæres fiens: & collucit ipsi magis ut mola asinaria suspendatur ad collum ipsius, & demergatur in profundum maris. Vbi enim anima ad defectionē aduenerit, multa intemperatiā repletur avariciāq; & gulositatē, mendaciāq; ac omni malignitate. Et postremū in fundum definit prauitatis, extremis malis infixā. Qui igitur talium dux consistit, consideret quot animarum interitus reus fiat, qui neq; ad suæ ipsius animæ penas sufficere potest. Cur enim non magis talis magnum Petrum imitatur, & constantis fidei exemplum & instatiā circa bona, reliquis euadit: ut lumine recte factorum illius lucente, etiam hi qui in tenebris prauitatis degūt, ad melius deducātur. Deinde uero Noe iustus ille, non dixit ad deū, Oportet me exire de mundo, nam omnes sunt prauitatis: sed magis athletico ac generoso animo perseuerauit, & inter prauitatis abyssum pietatem inaxaram conseruauit: & aduersus dominū nequaquā seditionem mouit, sed patientia ac tolerantia inter fluctus impietatis, pietatis curā seruauit. Et Loth in Sodomis inter tantam impietate iniquitatēq; ac iniustitiā degens, uirtutē incorruptā custodiuit, nullatenus malis insidijs capram. Sed inter hospitiū occisores, & eos qui cōtumelia ac proteruitate multa contra naturā leges ferebantur, sanctitatē impollutā tum ipse cōseruauit, tum reliquis pro uiribus exposuit, factis ante sermones bonum ac uirtutē edocens. Tu uero præter fratrum negligentias, aut existentes, aut à te cōfictas, defectionē meditans, & tuæ ipsius prauitatis, & segniciei ad labores pro uirtute subēdos uelamentū, fratrum calumniā facis. Quare talis per exempla ad modestiā reuocatus, spiritus harmoniā complectatur, cui seipsum circa primas cœlestis fœturæ in fascias inuolutiōes adaptauit. Neq; enim si contigerit in manu unum digitū aliquid moleste pati, iam etiam alius refecari cōtendit. Sed primum quidem sectionis dolorem effugiet, deinde uero & firmiter permanebit, ut & pro periclitatē usum corpori exhibeat, & manus non penitus naturalibus ramis spoliata, proprio & cognato ornatu priuetur. Transfer itaq; exemplū ad pietatis exercitiorē, & considera quantum dolorem & turpitudinē sensituis animis per refectionē operetur: & quomodo seipsum mortuū ac uitæ exortem ostendit. Quod autem præceptor non uelit discipulū suum ad prauitatē inducere, ut praua præceptoris institutio, secessus ac defectiōis occasio discipulo fiat, hoc modo si ita uideretur cōsideremus: pater equidem & præceptor siue pædōtriba, uterq; alter quidē filio, alter uero discipulo, precari ac uelle meliora studet. Natura enim est patribus ut optent filios q̄ optimos & prudētissimos fieri, honestissimosq; & modestissimos: quo filij quidem clari euadant, patres uero celebriores fiant, per filij uirtutum ad ipsos relationē. Studium autē est & pædōtribis, ut fortissimi & artificiosissimi fiant hi qui ab ipsis exercent: quo robore & experientia dextro certamine pacto, splendidi uictores aduersariorū declarētur, & horū legitima decertatio, manifesta præceptorū laus fiat. Natura est autē omni qui docere proposuit, q̄ discipulos ad exactissimā doctrinarū pceptionē puenire uelit. Cum itaq; patrū natura hanc rationē obtineat, quō non sanctitatis doctor optarit, ut is qui ab ipso erudit optimus tēperatissimusq; & prudētissimus circa spiritalē sapientiā reddat: & quidē cum palā sciat, q̄ ubi talis euaserit discipulus, & apud homines celebris erit, & à Christo splendidas coronas suscipiet, ut qui famulos eius, imō potius fratres, nā & hoc Christus uoluit, dignos ipsius cōfortio per diligentiam suam effecit. Sed & aliud cōsideremus: quod si malus euaserit discipulus.

discipulus præter ipsius institutionem, ignominiam immitigabilem habebit præceptor coram orbis terrarū publico conuentu circa iudicij tempus. Et sanctitatis doctor coram uniuersali cœlitum congregatione, & non solum pudore confundetur, sed etiam punietur. Vnde igitur cōtinget ut præceptor non uelit honestum & æquum esse suum discipulum: Et alius minime cōmoda est præceptor discipuli prauitas. Quum enim mutuū inter se conuictū elegerūt, cuius prauitatis particeps factus fuerit discipulus, eius fructus primū impertit præceptor. Quem admodum uenenū eiāculantia reptilia fouentibus primū immittit uirus. Vt undiquaq; manifestū fiat, tum ex rerū naturā, atq; ex utilitate doctoris, quod optabit & omni modo studio habebit, ut equū & honestū eum qui ab ipso instituitur efficiat. Si quidem enim maliciæ ac prauitatis esset Aliptra, ad hunc omnino finem perducere eos qui ab ipso exercentur studeret. Si uero uirtutis & iustitiæ est doctor, non utiq; contrarium studijs suis finem in discipulum euenire optauerit, uelut mea fert opinio. Omnis itaq; probabilis prætextus & excusatio sublata est ei qui uult à spiritali congregatione separari. Causa autem talis sententiæ ipsi demonstrata est, affectuum intemperantia, & laborum negligentia, & iudicij impuritas ac incōstantia. Non enim audiuit hic à propheta Dauide, Beati qui seruant iudicium, qui seruant, nō qui destruunt. Hi sunt qui fatuis assimilati sunt, qui super arenam incōstantiæ mentis, fundamentum spiritalis ædificationis posuerunt, quod paucę tentationum guttæ, & modicus insuluum maligni illius torrentis, subtractio fulcro dissoluit ac dissipat.

De obedientia plenius Cap. XXXI

Quomodo quidem igitur conuenit eum qui semel spiritali congregationi unitus est, unionem indissolubilem seruare pro uiribus admonuimus. Nunc uero rursus sermo nem de obedientia exerceamus, prius quidē breuiter perstrictum, nunc uero perfectius explicantes, & ostendentes quantā obedientiā ab exercitatoribus erga præfectū exacta doctrinæ ratio exigat. Ex ipsa enim sacra scriptura huius mensurā declarabo. Paulus Apostolus Romanis scribens, præcipit omnib. potestatibus præminentibus subijci. potestatis mundi, nō spiritalibus. Atq; hoc ex his quæ sequuntur declarauit, ubi de tributis ac uectigali loquitur, & eum qui se uel in minimo potestati opponit, deo se opponere pronunciat. Si itaq; mundi huius principibus, qui secundum humanā legē principatum acceperūt, tantā subiectionē à p̄is diuina lex decreuit, atq; hoc tunc in impietate degentibus: quantā obedientiā pietatis exercitator debet principi à deo cōstituto, & qui ex legibus illius potestatem accepit: Quomodo uero nō restiterit ordinationi dei, qui se præceptoris opponit: quū alius etiā palā Apostolus iubet spiritalibus ducib. obedire in omnibus. Obedite enim inquit, præfectis uestris, & subiecti estote. Ipsi enim uigilant pro animis uestris tanquā rationē reddituri, ut cū gaudio hoc faciant, & nō gementes. Inutile enim hoc uobis est. Si igitur nō exacte obedire inutile est, cōuenit ut nos quod utilius est persequamur. Inutile enim uelut ego puto, magnū damnū pœnitentiāq; ac correctionē significat. Aemulari autē cōuenit maxime sanctorū obedientiā, quam erga deū declararūt, si modo uelimus sufficienti exemplo circa propositū utentes, obedientiā probe declarare. Et nemo putet me ad corroborandā erga præfectos obedientiā, immensa producere exempla, et obedientiæ erga deum cōtumaciter audere assimilare obedientiā erga homines. Nō enim ex propria sententiā impulsus, sed ex ipsis diuinis scripturis hanc similitudinē feci. Considera em̄ quid dñs in Euangelijs dicit, obedientiā erga seruos suos uaticinās. Qui uos suscipit, me suscipit. Et rursus alibi, qui uos audit, me audit. & qui uos reprobat, me reprobat. Quod autē id qd Apostolis dixit, de omnib. post ipsos præficiēdis sanciuit, ex multis et minime ambiguis sacra scripturæ testimonijs, atq; euidentissimis signis pbare licet. Quare cōsequēter ad diuinas uaticinatioes etiā nos sermonē fecimus, ubi diximus oportere nos sanctorū erga deū obedientiā, exemplū obedientiæ erga præfectos proponere. Quomodo igitur sancti obedientiā domino præstiterunt? Considera mihi Abrahā iustum relinquere domū, patriā, opes, possessiones, cognatos, amicos, & persequi his cōtraria, exterrere nos, ignotos, errores, paupertatē, timores, pericula, & molestias quæ ad peregrinationes sequuntur: cōsidera in quā mihi, & propter obedientē, & domesticā felicitatē ac quietē relinquerē, eligentē autē pro hac erūnas & errores in terra aliena. Vides exercitatorē exactissimū, et uniuersæ mūdane felicitatis cōtēptorē, ppter deū: Sed recēseamus quæ sequuntur. Occupat

Occupat quidem Palaestinam, locum à Deo demonstratum ad cohabitationem. Quum autem fames inuasisset regionem, in Aegyptum transmigrat, & illic uxore ablata, nihil pusillanimitas redditur, neque gubernationem dei increpat, uelut pro obedientia tales uicissitudines experiatur. Sed leniter etiam hanc iniuriam omnium grauissimam pertulit, non semel, sed rursus etiam à Gerarorum rege illatam. Quum enim semel decreuisset obedire deo, non considerabat quid ob ipsum disponeret Deus, sed quomodo ipse exactissimam ac irreprehensibilem obedientiam afferret. Et propterea postremum accipit filium Isaac, longae orationis ac fidei praemium ac donum. Quum autem uideret ipsum ad aetatis uigorem progredientem, & parentibus bonam successione spem exhibentem, & generis ad posteros propaganditunc post tantas spes iubetur à deo, ut ipsum ad montem altum perducatur, et ei qui ipsum dedit immolet. Accepta autem crudeli hac uoce, & horrendo ministerio, & non solum iussione quam pro natura fortiore, sed etiam fama: quomodo leniter tulit, quomodo non mente motus est, quomodo non animo concidit, sed uelut agnum aliquem maciaturus, sic quieto & imperturbato animo obedientiae iugum imponens, ibat cum filio quod imperatum erat expleturus, nihil ob hoc de Dei iudicio curiosus, neque indignans, sed quod suum erat respiciens, quod nulla parte obedientiam dissolueret. Sic itaque & splendendam coronam accepit, per fidei ac obedientiae columnam in uniuerso terrarum orbe consecratus. Poterat igitur etiam reliquorum sanctorum qui in ueteri historia claruerunt obedientiam recensere, ad obedientiam exercitatorum minime ambigua erudiendam: sed ut ne longum sermonem faciamus, unum quendam haec discere uolentem ad sacrarum scripturarum auscultationem demittentes, ipsi ad discipulos seruatoris nostri orationem conuertemus, ostensuri quomodo obediuerunt, & quomodo subditi fuerunt. Dicebat ipsis Iesus adhuc in principio disciplinae consistentibus, ac sperantibus dominum quantum adhuc nondum regnaturum esse, & putantibus, quod etiam ipsi nihil perpeffuri essent, neque piclitaturi, neque laboraturi. Atque hoc indicat Petrus increpans Iesum, quoniam de propria passione uerba faciebat. Assumens enim ipsum, inquit, Petrus cepit increpare ipsum dicens, Propitius sis tibi domine, non erit hoc. Ostendens per hanc uocem quod nihil penitus mali expectabat. Inducant hoc etiam filij Zebedaei, matrem intercedentem ac orantem pro ipsis adducentes, ut sede ex dextris ac sinistris honorarentur: si enim non statim ualde ipsum regnaturum esse putassent, non utique hoc petere ausi fuissent, de sede saluatoris ex dextris patris in caelis non cogitantes. Quid igitur haec expectantibus, ipsis ac sperantibus dicebat: Ecce ego mitto uos uelut oues in medio luporum. Et quum rem sua spe maxime contrariam audiuisset, non dixerunt, ob alias spes te accessimus, & contraria his quae sperauimus nobis praecipis: remissionem sperauimus, & ad pericula emittis: honores expectauimus, et ignominias imittis: regnum sperauimus, et fugari ac omnium seruos esse iubes: Nihil tale dixerunt, & quidem quum alia relatis ampliora ac grauiora audiuisset, uelut hoc: Tradent uos in tribulationes, & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum. Et ad duces ac reges duceimini, propter me. Haec itaque omnia praeter expectationem ubi audiuisset, inclinata mentis ceruice iugum subierant: & prompte ad pericula, ad forum & tribunalia, ad contumelias, ad lapidationes, ad ignominias, ad cruces, ad uarias mortes processerunt, & cum tanta alacritate haec sustinuerunt, ut gauisi sint ac splendida festa celebrarint, quoniam Christi passionum participes fieri digni facti sunt. Gaudebant, nam inquit, quod dignificati fuissent, pro nomine ipsius ignominia affici. Haec obedientia à pietatis exercitatore exigitur, ut ipsa praefectio exhibeat. Christus enim uoluit discipulos hanc uitam imitari, uelut iam diximus, hominibus ipsam designans: praefectus enim nihil aliud est, quam qui seruatoris personam obtinet, & mediator dei et hominum factus est, & qui salutem obedientium ipsi sacrificat. Atque hoc ab ipso Christo docemur, qui Petrum pastorem ecclesiae suae post seipsum constituit: Petre enim, inquit, amas ne plus his: pasce oues meas: & omnibus deinceps pastoribus ac doctoribus aequalem potestatem exhibuit. Et huius rei signum est, quod omnes similiter uelut ille ligati ac soluiunt. Quod admodum igitur oues pastori obediunt, ea pergentes qua duxerit ipsas pastor. Sic conuenit exercitatores pietatis obedire praefectis, non curiose inuestigando praecipia, ubi à peccato fuerint pura, sed cum omni alacritate ac studio explendo ea quae sunt mandata. Quemadmodum enim faber lignarius aut aedificator uno quoque artis instrumento utitur ad propriam uoluntatem, & non dixerit instrumentum, quod non impleturum sit usum, ad quem artifex ipsum usurpat, sed paret manui ducetis: sic conuenit exercitatore, uelut instrumentum conferens

conferens artificii, ad spiritualis aedificij complementum: in omnibus obedire in quibus praefectus ministerium ipsius requisierit, ne spiritualis operis perfectionem corruptum patis proprium sui usum non conferens. Et quemadmodum instrumentum non sibi ipsi eligit quod operari oportet ad artis collationem: sic etiam conuenit exercitatore non sibi ipsi opera eligere, sed cedere prudentiae ac gubernationi artificis, ut de seipso statuatur quod uelit. Nam qui prudenter praefecti officium agit, uniuersumque & mores, & affectus, & animales impetus exacte expendere nouit, & ad haec etiam de seipso ministerium unicuique adaptare. Quapropter conuenit ipsius constitutionibus nullatenus aduersari, sed persuasum esse, quod omnium difficillimum est seipsum cognoscere ac curare, propterea quod ingenitus est hominibus sui amor, et quisque per fauorem erga seipsum ueritatis iudicium celat. At uero ab alto cognosci ac curari facile est, quum proprii amoris affectus in his qui alios iudicat, uera diuotione non perturbet. Haec enim concordia in exercitatoria congregatione consistente, facile et pax inter ipsos diuersabitur, et salus cum charitate et consensu uniuersorum acgretur.

Quod etiam uilia opera cum multa promptitudine & alacritate eligere ac suscipere exercitatore oportet, Cap. XXXII

Conuenit porro exercitatore etiam uilia opera cum multa eligere promptitudine ac studio, hoc scientem, quod quicquid propter deum fit, non est paruum, sed magnum, & spirituale, & caelo dignum, & mercedem illinc nobis trahens. Itaque etiam si iumenta oneraria ad communem utilitatem sequi oporteat, reluctari non conuenit, ita ut cogitemus, quomodo Apostoli prompte obediuerunt domino pullum adducere iubenti, & reputemus quod etiam hi propter quos nos iumentorum curam suscipimus, fratres seruatoris sunt, & beneuolentia ac studium erga hos relationem ad dominum habet, qui dixit: In quantum fecistis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi fecistis. Si uero ea quae minimis sunt nobis deo coniungunt, multo magis ea quae electis fecimus, nos ipsi coniungent, modo non ministerium indifferentiae occasione putauerimus, uerum in omni uigilantia nos ipsos munuerimus, ut & nobis ipsis & conuersantibus nobiscum utilitas contingat. Si uero aliquod uiliorum operum facere oportuerit, nosse oportet quod seruator discipulis seruauit, & uilia opera facere dedignatus non est. Et profectio magnum est homini, imitatore fieri dei, dum per humilia haec in altitudinem imitationis illius perducitur. Quis uero dixerit de cetero humilia ea quorum deus actionem attigit.

Quod non conuenit exercitatore honores ac prerogatiuas quaerere, Cap. XXXIII
Honores nullo modo quaerere exercitatori conuenit. Si enim hic laborum ac reuerentiarum retributiones quaerit, uere miserabilis ob mercedis repensionem est, propter temporalia aeternorum damnum patiens. Si uero delegerit hic quidem decertare, in caelo autem coronas ferre, non solum honores quaerere non debet, sed eos etiam qui dantur reculare ac repellere, ut ne praesens honor, gloriae quae illic est imminutio fiat. Nam praesens uita tota operum ac certaminum est. Futura uero coronarum ac retributionum, quemadmodum magnus ille Paulus praesentem uitam consummaturus, & ad ea quae illic sunt transiturus dixit: Certamen bonum decertauit, cursum perfecit, fidem seruauit, de cetero reposita est mihi iustitiae corona, quam reddet mihi dominus non hic, sed in illa die iustus iudex. Et rursus ipse seruator ait, In mundo hoc tribulationem habebitis. Et rursus ipse apostolus: per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum caelorum. Si itaque regnare uis in futurum, hic remissionem & honorem ne quaeras, sed etiam si tribuleris in praesens propter doctrinam, ueritatis uidelicet, scias quod regnabis postea. Praesentis enim propter uirtutem afflictionis haec merces constituta est. Si uero non affligeris, ne expectes illic coronas, ut qui non fueris hic constitutus ob coronas certaminibus, ac laboribus obiectus. Honores itaque neutiquam requirat exercitator, hec ut reliquis praefatur, Omnis enim qui seipsum exaltat, humiliabitur: qui uero humiliat seipsum, exaltabitur. Si seipsum exaltauerit exercitator, grauem & potentem habet humiliatorem, & qui usque ad ortum demergere potest: si uero seipsum humiliauerit, splendide et excellenter exaltabit, deo ad propriam potestatem humiliatum exaltante. Expecta igitur probe exaltationem o exercitator, et nullatenus ad praesentia pusillanimitas sis. Athleta, n. es et oparius Christi, qui totam diem decertare, et totius diei aestum sufferre patius es. Cur cum nondum diei mensuram impleueris, remissionem postulas? Expecta uesperam sine huius uita, & patet famulas progreffu mercedem tibi numeret: uespera, n. factio dixit dominus uineae procuratori suo: Vocat

Voca operarios, & redde ipsis mercedem: non in meridie, neq; in principio conductio- nis. Expecta igitur finem uitae, & tunc reuersus mercedem aufer. Nunc uero occupa ex- tremum locum, ut tunc accipias primum.

De frugalitate ac simplicitate circa edulia. Cap. xxv

Eduliorum porro uarietatem nullatenus requirere exercitator debet, & per continen- tia simulationem ciborum alterationem. Hoc enim euersio est communis disciplinae & scandalorum causa, & ipsius uae haeres fit, is qui in exercitatoria congregatione tales tur- barum causas ferit. Verum etiam si obsonium hoc falsamentarium, quod a sanctis patribus pro alio quopiam condimento approbatum est, uel minimum edulij inijci, reliquo cibo aquae aut olerum immixtum contingat, ne praetextu uanae uidelicet & uoluntariae pieta- tis, uelut qui carnes recuset, edulia preciosiora ac meliora requirat, sed iusculo minimi fru- sti falsamenti, panis frustum citra animaduersionem madefaciens, cum omni gratiarum ad- one assumat. Nam minimum illud frustum, in tantam aquae multitudinem, aut oleracei, si ita contingat, edulij copiam iniectum, non praedicat delicias, sed exactissima est reuera misera exercitatorum continentia. Oportet itaque talia non uitare sanctitatis exercitatorum, non enim a talibus abstinemus ludatzantes, sed deliciarum satietatem fugientes.

Qui respicientem ad perfectionem, progressus nihil laedere potest. Cap. xxvi

Si uero dicat pietatis exercitator se laedi progressibus aut peregrinationibus, propter necessarios communitalis usus sientes, & propterea progressum recuset, nondum obedi- entiae sinceritatem intelligit, neque nouit quod hoc recte factum per talem molliciem non per- ficitur. Respiciat itaque exempla sanctorum, quomodo obedientiam praestiterunt, ad nullum quantum uis difficile praecceptum, ne minimum quidem contradicentes aut reluctantes, & di- scat obedientiae perfectionem. Si uero quis etiam uere laedat, roget fraternitatem ut pro ipso deum orent. Sed & ipse petat deum cum spe pertinaci, ut fiat uas tum in omnibus spiritalibus recte factis, tum in corporalibus circa bona opera ministerijs, efficax & utile. Et om- nino is qui suscipit promptitudines eorum qui quaerunt bonum, dabit potentiam & uires, quum ipse ad petendum inhortatus sit ac dixerit: Petite & dabitur uobis, pulsate & aperietur uobis. Et rursus alibi, Si cui uestrum deest sapientia, petat a deo dante omnibus simplici- ter, & non exprobrante, & dabitur ipsi. Petat autem in fide nihil discriminans, & in omnibus summam, in quibus mens labat circa perfectam obedientiam: aut quae promptitudinem impe- diunt obtundens ac relidens. Hoc auxilio utentes deum placemus, & petamus dari nobis recte factorum facilitatem, et ut configantur carnes nostrae timore dei, & ut interea ac minime uaga sit mens nostra, ita ut nullatenus carnalibus concupiscentijs ac uoluptatibus capiatur. In mente enim uaga ac sublesta mundanae concupiscentiae animae innascentes, uarias inaequa- litates in cogitationibus efficiunt, & pigros nos ad bona opera reddunt. Ne itaque recusemus ut unusquisque ad communes et necessarias corporis usus proprium auxilium afferat, sed roge- mus deum ut auxiliandi uires sumamus. Nam si oes ad priorum imitationem recularint, quis explebit ea quae sunt necessariae & alias ab exemplo hoc discere expedit. Nam miles qui recens in ordinem militarem allectus est, non eos qui in exercitu sunt ad proprium habitum trans- ferre conatur, sed ipse ad ordinis instituta ac consuetudinem se adaptat. Conuenit itaque etiam in spiritualem congregationem allectum, nos illos ad suos mores adaptare uelle, sed pro- prios mores, ad formas ac consuetudines quae in congregatione sunt assimilare.

Quod non oportet priuatas occupationes habere exercita- torem. Caput xxvii

Potestatem autem sui ne ad minimum quidem temporis momentum habeat pietatis exer- citator, ut proprijs occupationibus immoretur. Neque enim instrumentum citra artificem moueri poterit. Neque membrum totius corporis ad breue saltem tempus separari poterit aut moueri, propter uoluntatem interni artificis, & praefecti totius corporis. Neque exercita- tor praeter uoluntatem praefecti faciendi aut operandi quid locum habet. Si uero dicat pro- pter corporis infirmitatem, inualidum esse ad praeccepta, praefectio permittet probationem suae firmitatis, & aliam reputationem scripturae facta, se ipsum impellet ac cohortabitur, ad ea quae mandata sunt explenda, quum audiet scripturam dicentem: Nondum usque ad san- guinem restitistis decertantes contra peccatum. Et rursus alibi: Quapropter laxatas ma- nus, & resoluta genua corrigite.

Quod

Quod oportet praefectum paterna beneuolentia subditorum res ac negocia dispensare ac administrare. Cap. xxviii

Sed & ipse praefectus, uelut pater legitimorum filiorum curam gerens, singulorum fra- trum necessitatem uisitabit: & conuenientem curam ac medelam pro uiribus afferet: & quod reuera infirmum est membrum, siue animaliter, siue corporaliter, cum charitate & decente paterna beneuolentia sustentabit.

Quod non conuenit duorum aut trium fratrum societas, in una exer- citatoria congregatione esse. Cap. xxix

Conuenit porro fratres charitatem inter se mutuam habere, non tamen ita ut duo aut tres simul conuersantes, societas aliqua constituant. Non enim hoc charitas est, sed se- ditio & diuisio, & maliciae conuersantium declaratio. Si enim tales communitatem boni or- dinis ac disciplinae diligerent, communem utique & aequalem erga omnes dilectionem habe- rent. Si uero reserantes ac separantes se ipsos, congregatio in congregatione fiunt: malum est talis amicitiae conuenticulum, & alia quaedam praeter communem rem tales conciliat, nempe nouatio praeter eam quae obtinet stabilitatem. Conuenit itaque neque tales societas in congregationibus concedere, neque charitatis obseruationem ad societatem aliquam uenture, si frater maligne agere uelit, & communis disciplinae statuta adulterare. Verum usque quo uniuersi in bono permanerint, uniuscuiusque ad uniuersos societatem ac unionem esse. Si uero quis obtinenti statui aduersari uolens, fratrem simul attrahit, hunc primum quidem a sano, uelut ratione egrotantem in arcano admoneri oportet. Si uero non uelit priuatum curari, etiam alios fratres prudentiores ad ipsius curam assumi, iuxta sacri euangelij doctrinam: Si autem non audierit te, assume tecum adhuc unum aut duos. Si uero neque ipsis obe- diat, praefecto morbum animae ipsius notum fieri. Si autem neque praefectum sustinuerit, uelut ethnicum & publicanum ipsum reputari, & uelut ouem peste correptam ab ouili ar- ceri, ut ne etiam reliquis morbum affricet. Si uero nullus fuerit qui prauo hoc exemplo laedatur, tunc solum ob ipsum & post relata, patientia locum habebit, propter spem cor- rectionis. Verum patientia in eo ut non reseremus ipsum, non in eo ut non admoneamus ac castigemus per legitimas poenas.

Quod non conuenit indumentorum aut calceamentorum electionem expe- tere exercitorem pietatis. Cap. xxx

Ceterum ex indumentis ac calciamentis non electa expetere oportet, sed eligere uiliora, ut etiam hac parte humilitatem ostendamus, & non fucatorum & se amantium & fra- terni amoris exortium opinionem auferamus. Qui enim primaria cupit, a charitate & hu- militate separatus est.

Quod oportet praefectum iuxta uirium corporis portionem, praeccepta con- stituere, & de his qui uires suas occultant. Cap. xxxi

Praefectum porro animaduertere oportet, ut ne maioribus mandatis quam pro corporis uiribus constitutis, infirmum ad contradictionem irriter. Sed uelut pater omnibus aequa- liter beneuolus ac legitimus, uniuscuiusque corporis uires inspiciat, & sic mandata impo- nat ac distribuatur. Iudicium autem maximum habebunt hi qui praesentes corporis uires a deo datas negant, & contra praefectos impudenter se gerunt, & mandatis non obediunt. Si enim praefecto periculum ingens & intolerabile affert, si occultet doctrinae talentum, & non antea significet uenientem ob peccatum gladium: multo magis periculum afferet ei qui uires corporis a deo accepit ad communitalis utilitatem, si has abolet & occultat.

Quod non oportet contristari fratres, dum debilioribus in corporis indul- gentiam aliquid conceditur. Cap. xxxii

Minime uero conuenit tristari fratres ac indignari, ubi praefectus imbecillioribus con- uenientia demandat ministeria, & indulgentia hos dignatus fuerit, necessitate sic expe- tente. Imo decet potentiores uelut membrum debilioribus parcere in digentibus indulgen- tia, atque hanc spiritualem charitatem explere. Neque enim pes in corpore contra manum inlur- git, aut hanc ad proprium ministerium coegerit. Neque manus uniuersa minimo digitulo pro- priae actionis onus imponet. Verum unumquodque membrum uim quam a natura sortitum est, hanc operatur sufferens debiliora. Hic ordo si in spirituali congregatione seruetur, de- monstrabitur quod reuera sumus corpus Christi, & membra ex parte, coniunctionis harmo- niam & unionem seditionis experte inter nos semper conseruantes. Ff Quod

Quod non oportet perfectos exercitatoribus propriam congregationem deferentibus, libertatem tradere, aut ipsos ad uitam societatem suscipere. Cap. XXXIII.

Oportet autem & spiritualium congregationum perfectos, mutuam exercentes benivolentiam, & mutuam assumentes curam, alterum alterius studia non destruere, neque simpliciter & sine experimento desciscere fratres ab alijs suscipere. Hoc enim est perfecta confusio ac dissolutio, & spiritualis operis subuersio. Nam prudentiores fratres timore dei retenti, constanter in bono perseverant. Segniores autem & pigriores, etiam ex pudore ad homines, & necessitate ex hominibus impendente, ad bonum erudiuntur ac diriguntur. Si itaque segnior uiderit sibi licere ut libere effugiat labores semel electae congregationis, & transire ad aliam sedem, uiuereque incaute ac incotinenter, facile abrumperetur, & interitus ipsius reus erit qui ipsum prompte suscipit, & malum hoc saepe progrediens etiam eos qui recta uia procedunt, a recta ac iusta uia decedere facit: & interitus omnium in eum qui lapsibus occasione dedit cumulabit. Ut igitur hoc ne fiat, desertores fratres aut commonefaciamus aut reducamus eum unde exierunt. Aut non obediens nobis uitemus & auersemur, & congressum ipsorum recusemus, et ad hoc fratres omnes adhortemur. Quo ipsi illi per talem auersionem castigati reuertantur ad proprium uisum, & a delectio pastore pascantur. Aut si illi in reprobatione spiritualis societatis perseverarint, saltem reliqui conspecto eo quomodo abominabiles facti sunt, per exemplum modesti fiant & fugiant imitationem, turpitudinem effugientes. Quod autem non sint mei hi sermone, sed euidentes leges spiritus, ipsa Pauli uerba apponam, per que intemperanter uiuentes castigauit, una cum alijs etiam ebrios & conuiciatores poenis subiiciens. Si enim quis frater fuerit scortator, aut conuiciator, aut ebrius, cum tali neque cibum sumatis. Et rursum alibi, de nihil operantibus sed curiose inquirantibus dixit: Hunc notate, et nolite cum ipso permisceri. Quod autem is qui spiritualia pacta diuellit, peiora auidet quam conuiciatores, & ebriosi, & qui in segnicie uitam transigunt, omnibus sane manifestum est. Quare consequenter ratio ipsa adhortatur nos, ut eos qui spiritualem boni ordinis disciplinam destruunt, a conuersatione eorum qui ipsam conseruant arceamus ac prohibeamus. Tunc autem solum irreprehensibilem manere conuenit fratris separationem, quum ex iudicio perfecti ob aliquam administrationem facta fuerit.

Quod non oportet exercitorem in congregatione degentem, priuatim aliquid rerum aut materialium possidere. Cap. XXXIII.

Conuenit autem exercitorem qui propositam societatem delegit, ab omni priuata rerum materialium possessione liberum esse. Si enim non hoc facit, primum quidem exactam ac sinceram societatem per possessionis proprietatem corrumpit. Deinde uero etiam incredulitatis magna signa contra seipsum producit, uelut diffidens deo, quod in nomine ipsius congregatos non enutriet: & qui non audiuit Dauidem prophetam dicentem: In minor fui, etenim consenui, & non uidi iustum derelictum, neque semen ipsius quarens patres: aut spirituales intelligentia, aut sensibiles quibus corpus nutritur. Si enim ubi duo aut tres sunt in nomine Christi congregati, in medio ipsorum est, multo magis ubi longe amplior ac frequentior est congregatio. Aut itaque nihil necessarium deficiet praesente nobis Christo: Siquidem neque Israelitis in deserto aliquid rerum utilium defuit: Aut etiam defecerit, ad probationem nostri melius est nos indigere, & esse cum Christo, quam citra illius societatem omnibus mundi rebus ditescere. Sed & talis possessio non haecenus detrimentum sistit, sed ulterius producit. Qui enim proprium quid habere studet, nihil aliud quam separationem ac defectionem cogitat. Qui enim ad hoc non respicit, quid nam possederit, gnarus quod per gratiam Christi, serui ipsius in omni rerum necessariorum ubertate semper degunt: Declarat igitur talis, quod refecit ac mortificationem propriae anime meditatur, & quod propter paucos obolos propria salutem amittit, & concedite mihi ut paulo audetius loquar, quod secundus quispiam Iudas fit, a furto in initium faciens (furtum est enim priuata illa possessio) & in prodicionem desinens. Nam & ipse ueritatis doctrinam prodit, uelut ille dominum. Quum enim regula uitae habeat, neque separari a congregatione, cum qua coniunctus sumus, neque priuata aliquam possessionem comparare, neque omnino clancularium aliquid perpetrare, aut in detrimentum fratrum malum exemplum conuersantibus exhibere: Deinde quis contempto

contempto timore dei, & statutis sancti spiritus, primum quidem defraudationem (Defraudatio enim est qualitercumque & undecumque collecta priuata possessio) deinde uero etiam defectionem ac separationem meditatus est, quomodo non ueritatis doctrinam prodidit: & secundus Iudas factus est, quum quantum possibile fuit, ueritatem prodiderit. Oportet itaque omni modo fugere, ne quicquam priuatim possideamus, praeter ea quae in communi omnibus suppeditantur: & non hac parte solum mentem immaculatam seruare, sed etiam internum hominem ab omnibus inquinamentis expurgare, partim a cogitationibus impuris ac prauis, quae internum spiritum habitaculum conspurcant; partim a dolo & simulatione, inuidiaque & contentione, quae charitatem radicibus euellunt, & deum ab horum anima fugant. Si enim deus charitas est, qui charitatem non habet, diuina gratia priuatus est. In omni autem humilitate & sanctificatione, ac promptitudine circa bona opera, unumquemque animam suam conseruare oportet, & ad praesentia cogitationem concludere, ita ut consideret ne iuxta praesentem occasionem ab aliqua uoluntate dei aberret, & instantiam uitae ac conuersationem dilaniet. Talis enim animae status ab omni supinitate nos liberabit, & in reuerentia ac firmo studio omnia bona persequi faciet; ubi hoc praeter omnibus in anima firmatum habuerimus, quod deus bonus est, & omnium bonorum autor, mali autem penitus nullius, etiam si nos ad correctionis utilitatem ac riorem medelam gustauerimus. Nam quum medicus sit humanarum animarum deus, ad naturam morborum, medicamentorum uim sufficientem temperat; expurgans grauissimam maliciam, ubi hoc opus fuerit. Huius itaque rei palam gnari gratias agamus semper, etiam si uehementiore medelam percipiamus, dum a negligentia expurgamur. At uero tentationem ac experimentum sufferre, ualde paucorum & Abrahami corum hominum est. Haec igitur sunt quae diuina gratia nostrae mentis humilitati ad exhortationem uestram qui communem ac socialem uitam amplexi estis, suppeditauit. Quae uita uelut ratio & nostra mens perspexit, nulla splendidior, neque iucundior ac gratiosior, neque sublimior conuersatio, inter homines reperiri poterit. Quandoquidem uero etiam his qui solitaria uitam degunt, exhortationem pro uiribus attulimus, unus autem & idem utriusque est scopus, nempe complacere Christo, & cognatae sunt etiam horum institutiones: etiam sermonem ad ipsos habitum relegamus; fortassis enim etiam illinc aliquid utile ad hunc sermonem referetur, ad hanc uitam amplius illustrandam ac exornandam.

Diui Basilij Magni, poenae in delinquentes exercitatores pietatis statutae, Iano Cornario medico physico interprete.

- I. Si quis sanus corpore neglexerit orationes, aut edificare psalmos, praetextens praetextus in peccatis, hic excommunicetur, aut ieiunet hebdomada unam.
- II. Si quis redarguatur ob errorem cum dilectione, & non susceperit reprehensionem cum omni reuerentia, rogans ac petens ueniam propter delicta: etiam ipse excommunicetur hebdomada unam.
- III. Si quis conscius fuerit alicui in peccato, & non correxerit ipsum, aut redarguerit in pace cum charitate in Christo, sed cum tristitia ac molestia, uelut qui triumphum magis ducat de fratre, quam qui curet autorem peccati: etiam ipse simul excommunicetur cum eo qui deprehensus est in peccato, ad hebdomadas duas: quia uelut hostis, non ut melia afficiat aut contradicat, & non obediat cum omni in Christo gaudio, uelut certum faciens ipsum de uoluntate sua, similiter excommunicetur hebdomada unam.
- IV. Si quis inaniter garrat, aut facetijs ludat, non seruans cum timore ac tremore doctrinam beati Pauli & euangeliorum; etiam ipse excommunicetur hebdomada unam.
- V. Si quis praeter est & non, aliud iniurandum iuret, etiam ipse hebdomada una excommunicetur.
- VI. Si quis conscius alicui fratri erroris, postea in mediū progresso exprobrarit, uelut obiter glorians ac se ostentans: etiam ipse uelut incondolens et in alienis malis gaudens, hebdomada unam excommunicetur.
- VII. Si quis conscius fuerit alicui de peccato, & uidet ipsum indifferenter ferre, & non cum cordis contritione ac multis lachrymis placare deum, adhortetur & admoneat ipsum ut poenitentiam agat, & poenitentiae opera ostendat. Si uero his factis, negligens fuerit

fuerit ille suæ salutis, talis excommunicetur penitus à congregatione. Modicū enim fermentum totam massam fermentat, uelut sanctus ille dixit.

IX. Si quis progrediatur citra necessarias causas intempestiue circūiens, talis excommunicetur, ut quiescant in domo pedes ipsius, uelut scriptum est.

X. Si quis temere irascatur, & non euectigib̄ cōsoletur fratrem quem cōtristauit, ut dimittat ipsi peccatū, quod in ipsum peccauit, excōmunicetur etiam ipse hebdomada unā.

XI. Si quis iniuria affectus fuerit à fratre, & in hortatus à congregatione non remiserit peccatū, recordatus eius qui dicit, Si quis aduersus aliquem habuerit querelam, quem admodum & Christus condonauit: & ipse similiter excōmunicetur hebdomada unam.

Pœnæ in regulares uirgines statuta.

I. Quæ iurauit uulgare iusiurandum, excommunicetur hebdomadas duas.

II. Quæ maledixit alicui ex senioribus, cui res exercitatoriae domus curandæ commissæ sunt, excommunicetur hebdomada unam.

III. Quæ detrahit forori, dicens aliquid intentione ipsam calumniandī, excommunicetur hebdomada unam.

III. Quæ uulgarem aliquā contumeliā intulit, excōmunicetur hebdomada unam.

V. Quæ cōtra fororem absentē dicit intentione gubernandī, exceptis senioribus quæ rebus curandis præfectæ sunt, & quæ alia susurrans comperta fuerit, excommunicetur hebdomada unam.

VI. Quæ citra necessariam causam, intempestiuum colloquium proponens, inaniter garrat, excommunicetur hebdomada unam.

VII. Quæ facetas loquitur, aut risum indecorū mouet, excōmunicetur hebdomada unam.

VIII. Quæ in opere ministerij existens, & necessariū usum habens, cum (unam proxima colloquetur, aut cum clamore aut temerario sermone, excōmunicetur hebdomada unam.

IX. Quæ defendit eam quæ condemnata est ob errorem, ab his quibus administratio & cura rerum demandata est, simul excōmunicetur cum illa quæ defendit hebdomadas duas.

X. Quæ cum aliqua forinsecus accedēte colloquetur, priusq̄ pmissum ipsi fuerit ab ea cui cura demandata est, in omni bonæ disciplinæ potestate, separetur hebdomada unam.

XI. Quæ reperta fuerit murmurans ob angustiam rerum necessariarum, aut ob laborem operum, separetur siue excōmunicetur hebdomada unam.

XII. Quæ reluctatur præcepto præfectarum, excōmunicetur hebdomada unam.

XIII. Quæ cōtemptim nō quietam uidelicet implet præceptū excōmunicetur hebdomada unam.

XIII. Quæ se effert ac iactat, semel atq̄ iterum cōmonefacta, corā præfecto redar.

XV. Quæ citra uoluntatem præfectarū curæ publicæ, ad matrem aut sororem abiit, excōmunicetur hebdomada unam.

XVI. Quæ maligno oculi nutu proxima est, excōmunicetur hebdomada unam.

XVII. Quæ post absolutam communionem cum aliqua externa muliere conuersatur, separetur hebdomadas duas.

XVIII. Quæ ab opere ad opus transit, citra iussionem earum quibus cura rerum demandata est, excōmunicetur hebdomada unam.

XIX. Quæ pœnam reiecit, aut contradixit, aut murmurauerit, non agnoscens suam ipsius utilitatem in correctione, excōmunicetur hebdomadas duas.

Pœnæ incerti auctoris & inscriptione carentes, inter Basilij scripta repertæ.

I. Si quis egrediatur de monasterio, nō accepta benedictione, aut non dimissus ab Archimandrita, hoc est patre & præfecto monasterij, sit excōmunicatus.

II. Si quis possidet aliquid in monasterio, aut extra monasterium, sit excōmunicatus.

III. Si quis priuatim agit cum aliquo, de recedendo à monasterio, ob aliud quoddam malum, sit excōmunicatus.

III. Si quis ex cubiculorū præfectis inueniat aliquem turbas facientē aut colloquentem in cubiculo, & non eiecit ipsum extra cœtum, ipse careat benedictione.

V. Si quis careat benedictione castigationis gratia, & ex cōtemptu se nō excusarit, & acceperit benedictionem, excōmunicetur.

VI. Si

VI. Si quis apponit in mensa aut sibi ipsi aut alteri, si non permissum fuerit ipsi ab Archimandrita, careat benedictione.

VII. Si quis absq̄ capitis uelamine opus faciat in quocūq̄ loco, careat benedictione.

VIII. Si quis cum externis aut proprijs accedentibus conuersatur, non permissus ab Archimandrita, exceptis ad hoc designatis, careat benedictione.

IX. Si quis tulerit aliquid à fratre, & occultauerit, careat benedictione.

X. Si quis non acceperit benedictionē, & comedit citra castigationē, excōmunicetur.

XI. Si quis non acceperit benedictionē, ad ordinem ministerij sui, careat benedictione. Si uero necessitatis gratia id intermisit, se excuset.

XII. Si quis inueniatur noctu priuatim cum aliquo agens, aut locum ubi dormit mutans, præter uoluntatem ad hoc designatorum, excōmunicetur.

XIII. Si quis immittat seipsum ad aliud opus, non permissus, careat benedictione.

XIII. Si quis permutet aliquid cum aliquo, aut quid largiatur, præter uoluntatem Archimandritæ, careat benedictione.

XV. Si quis uesperis post pater noster, inueniatur colloquens, excōmunicetur.

XVI. Si quis ex sanis extra oratorium dormit, sit excōmunicatus.

XVII. Si quis in mensa comedens nugatur, suscitetur ut exurgat ad orationem.

XVIII. Si quis caruerit benedictione, & contristatus castigantē rursus castigauerit, aut contradicens nō susceperit, excōmunicetur. Si uero immeritō se castigari dixerit, notam faciat causam Archimandritæ, & iuxta Pauli decretum sustineat.

XIX. Si quis habet aduersus aliquem offensam, eamq̄ contemnens non reconciliatur ante ministeriū, aut dicit causam Archimandritæ aut cubiculorū præfecto, excōmunicetur.

XX. Si quis in die oblationis impederit seipsum à communionē, præter uoluntatem Archimandritæ, careat benedictione.

XXI. Si quis e scripturis contentiose disputat, careat benedictione. Si uero commotus perseueret, uelut inobediens excōmunicetur.

XXII. Si quis lauat aut alterius aut suam uestem, præter uoluntatem Archimandritæ, careat benedictione.

XXIII. Si quis absit à mensis non dicta causa, maneat ieiunus.

XXIII. Si quis aliquid perdidit, idq̄ non inuentum, non ad Archimandritā detulerit, careat benedictione.

XXV. Si duo reperti fuerint simul inter se conuersantes, & commoniti non secesserint, sint excōmunicati donec corrigantur.

XXVI. Si quis uesperis non accesserit ad pater noster, absq̄ aliqua causa, sistatur in orationem donec omnes dormierint.

XXVII. Si quis in tempore communionis, offensam habens aduersus fratrem non dederit ipsi pacem, sit excōmunicatus.

XXVIII. Si quis remouet fratrem suū ab ordine ministerij, exceptis his quibus publica cura demandata est, careat benedictione.

XXIX. Si quis nouerit fratrem clam secedere de monasterio uolentem, & nō significauerit Archimandritæ, aut præfectis, excōmunicetur.

XXX. Si quis surgit de mensa, præter uoluntatem Archimandritæ, sistatur in orationem usq̄ ad tempus lucernarum.

XXXI. Si quis post communionem egreditur de ministerio, quousq̄ omnes acceperint benedictionem, extra humanam necessitatem, solus per seipsum cibum sumat.

XXXII. Si quis facit aliquem benedictione carere importune, ipse careat benedictione.

XXXIII. Si quis inuentus fuerit loquens in cellas, exceptis his qui faciūt ipsas, aut his qui quietem ac silentium imperant, careat benedictione.

XXXIII. Si quis facetas loquatur, aut inaniter garrat, careat benedictione.

XXXV. Si quis inuētus fuerit detrahens aliquibus, aut aliquos detrahētes audiēs, & non increpans ipsos, aut indicans Archimandritæ, unā cum ipsis excōmunicetur.

XXXVI. Si quis repertus fuerit in horto loquēs cum aliquo, aut cum aliquo psallens, aut dormiens, exceptis operantibus, & qui ad ipsos designati sunt hortos, careat benedictione.

Ff 3 XXXVII. Si

XXXVII. Si quis egressus fuerit ad ostiarium siue ianitorem, si non permissum fuerit ipsi à designatis præfectis, careat benedictione. Si uero egressus fuerit ad munitiois prospectum, excommunicetur.

XXXVIII. Si quis dederit foras aliquid aut acceperit, præter uoluntatē Archimandrita, excommunicetur.

XXXIX. Si quis cum accedētibz peregrinis cōgressus colloquatur, præterquam quo det pacem, exceptis ad hoc designatis, careat benedictione.

XL. Si quis molestus est Archimandrita, prætextu diurnæ operæ, excepto cellario aut hebdomadis præfecto, careat benedictione. Quo uniuscuiusq; diurnæ operæ præfectus ipse hebdomadis ac procurator, de omni necessitate diligentem curam gerant, ut ne in iudicium negligentiae incidant.

XLI. Si quis importunè uenit in culinam, aut in cellariū, exceptis designatis, aut his qui disciplinæ boni ordinis curam gerunt, careat benedictione.

XLII. Si quis expergefactus ab aliquo in tempore ministerij, aut lectionis, agreferat, excommunicetur.

XLIII. Si quis superflue post uisitationem matutinam ingreditur in ægrotorum refectorium, exceptis his qui silentium imperant, & rerum curam sibi demādatam habent, careat benedictione.

XLIII. Si quis præter uoluntatem curatoris ægrotorū, ingressus in Nosocomium, ubi ægri curantur, illic requiescit, careat benedictione. Si uero affligitur aut ægrotat, indicet id prius curatori.

XLV. Si quis male habentium mutat locum ubi dormit, præter uoluntatem curatoris, excommunicetur.

XLVI. Si quis ex designatis ad seruiendū in nosocomio, apponit aliquid fratri, præter uoluntatem curatoris, careat benedictione.

XLVII. Si quis ex ægrotātibus inuentus fuerit comparans aliquid aut mutans, præter uoluntatem curatoris, aut alicuius ex designatis ad ministerium, careat benedictione.

XLVIII. Si quis inuentus fuerit scribens aut suscipiens literas, excepto Archimandrita, sit excommunicatus.

XLIX. Si quis mittit alicui benedictionem, aut accipit aliquid alicunde, excepto Archimandrita, careat benedictione.

FINIS TERTII TOMI OPERVM DIVI BASILII

Magni, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, Iano Cornario medico physico interprete.

DIVI BASILII MAGNI
CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHI

EPISCOPI, OPERVM TOMVS QVARTVS,

Continens epistolas eius, itemq; Gregorij theologi quæ extant omnes:
quibus etiam alia quædam ad finem adiecta sunt.

Iano Cornario medico physico interprete.

INDEX QVARTI TOMI

Epistolæ diui Basilij, & Gregorij theologi.

HIS ACCESSERVNT, QVAB NEC GRÆCE
nec latine antehac usquam sunt editæ.

Epistola D. Basilij ad Chilonem discipulum suum.

Admonitio ad adolescentes monasticæ uitæ deditos.

Epistola ad monachum elapsam.

Epistola alia ad alium monachum elapsam.

Epistola ad uirginem elapsam.

Oratio aduersus eos qui calumniantur nos, quod tres deos dicimus.

627 EPISTOLAE SANCTO

RVM PATRVN NOSTRORVM, DIVI BASILII MAGNI

& Gregorij theologi, Iano Cornario medico physico interprete.

BASILIVS MAGNVS GREGORIO THEOLOGO, EPISTOLA I.



GN OVI epistolam tuam, quemadmodum hi qui amicorum
liberos, ex apparente ipsis similitudine ad parentes cognos-
cunt. Nam loci situm non magnum quid esse dicere, ad
inducendam animo tuo appetentiam, quo nobiscum uiuas,
priusquam de modo ac uitæ ratione addiscas, reuera tua ani-
miq; tui sententia est, qui omnia in hac uita pro nihilo ducit,
ad comparationē eius quæ nobis in promissionibus reposita
est beatitudinis. Ego uero quæ ipse in hac extremitate noctu
ac interdiu facio, scribere erubesco. Reliqui equidem urbis
conuersationes, uelut infinitorum malorum occasiones, me
ipsum uero nondum relinquere potui. Verum similis sum his qui præ inexperientia na-
uigandi e mari discedūt ac nauſeant; quicq; magnitudinem nauigij grauius ferunt, tanquā
multam cōmotionem exhibentem, & inde in lembum aut paruam nauiculam tranſeun-
tes, ubiq; nauſeant ac desperant. Simul enim cum ipsis trahit moleſtia impatientia ac bi-
lis. Ad hunc igitur modum & res nostræ se habent: domesticas em affectiones simul cir-
cumferentes, ubiq; in similibus turbationibus sumus. Quare nullam ad eō magnam utili-
tatem ex hac solitudine cōpimus: quæ tamen facere oportebat, & unde contingit no-
bis inhære uestigijs eius qui ad salutē nobis præiuit. (Si quis enim inquit, uult post me
uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me) hæc sunt. Conuenit
conari ut mentem in quiete habeamus. Quemadmodum enim oculum assidue circum-
actum, et nunc in obliqua circumlatū, nunc sursum ac deorsum frequenter tranſuerſum,
impossibile est euidenter uidere, sed uisum applicari oportet rei obiectæ, si certam ipsius
inspectionem facere debeat: Sic & hominis mentem ab infinitis mundi curis distractam,
impossibile est euidenter ueritati intentam esse. Verum eum qui nondū uinculis nuptia-
rum coniugatus est, rabioſæ concupiscentiæ, & impetus qui agrè contineri possunt, &
amores quidam infeliciter torquētes perturbant, Eum uero qui coniugio occupatus est,
alius curarum tumultus excipit: si liberis careat, liberorum concupiscentia: si liberos ac-
quirat, de educandis sollicitudo, uxoris custodia, domus cura, seruorum ac familia guber-
natio, commerciorum detrimenta, contentiones cum uicinis, litium in foro iudiciali con-
flictus, negociationis pericula, agriculturæ labores. Omnis dies propriam suo accessu te-
nebrōsitatem animæ affert, & noctes diurnas curas excipientes, in iisdem imaginationi-
bus mentem fallunt. Horum unica fuga est, separatio à toto mundo. Verum secessus à
mundo, nō est corporaliter extra ipsum esse, sed animam à consensu ad corpus auellere,
& esse extorem, sine domo, sine re priuata, sine amicorum sodalitate, in opem, uitæ negli-
gentem, à negocijs alienum, ab omnibus uitæ commercijs separatum, humanarū doctri-
narum indoctum, paratum ad suscipiendas in corde formas, quæ ex diuina doctrina im-
primuntur. Preparatio autem cordis est, dediscere doctrinas quæ ex praua consuetudine
ipsum præoccuparunt. Neq; em in cera scribere possibile est, in litis prius characteribus
non deleris. Neq; animæ diuina dogmata apponi, anticipationibus ipsius ex consuetudi-
ne non prius exemptis. Ad hoc sanè maximam utilitatem nobis solitudo exhibet, & affe-
ctiones nostras sopiens, & rationi ocium præbens, ut ipsas penitus ex animo excindat.
Quemadmodum enim serpentium genera facile uinci possunt ubi sunt perfrigerata: Sic
cupiditates & iræ & timores ac tristitia, uenenum iactantia animæ reptilia, per quietem
sopita, & assidua irritatione non efferrata, per uitam rationis facilius superari possunt. Sit
igitur locus talis qualis est etiam noster, ab hominum commercio liber, ut ne ab ullo ex-
trinfeco exercitationis continuas dirimatur. Exercitatio autem pietatis, animam diui-
nis cogitationibus alit. Quid igitur beatius quam angelorum tripudium in terra imitari?

statim quidem ubi dies exordium sumit ad preces procedendo, & hymnis ac cantilenis conditorem honorando. Deinde sole pure illucescente ad opera conuertitur, ita ut ubiq; preces simul adsint, & operas per hymnos uelut per salem, condiamus: hilarem enim ac iucundum animam statum hymnorum consolationes largiuntur. Quies igitur principium est purgationis ac expiationis animae, quum neq; lingua res humanas loquatur, neq; oculi pulchritudinem symmetriamq; ac congruentiam corporum circumspiciant, neq; auditus animae firmitatem exoluat, per auditum cantilenarum ad uoluptatem factarum, aut uerborum hominum festiuorum ac ridiculorum, quibus maxime animi firmitas exolui solet. Etenim mens ad externa non dispersa, neq; a sensibus in mundum diffusa, redit ad seipsam, per seipsam uero ad dei notionem ascendit, & dum illa pulchritudine circumstratur ac illustratur, etiam ipsius naturae obliuionem capit, neq; ad alimentorum curam, neq; ad amictus sollicitudinem, animam detrahens. Sed ab omnibus terrenis curis ocium agens, omne suum studium ad aeternorum bonorum adeptionem transfert, quomodo temperantiam ac fortitudinem perpetret, quomodo iustitiam et prudentiam, & reliquas uirtutes, quae generalibus his subdiuiduntur, & uiro bono singula in uita decenter transgenda subiiciunt. Maxima autem uia ad officij decens inuentionem, est meditatio ac studium scripturarum diuinitus inspiratarum. In his enim & actionum praecipua inuenitur, & beatorum uirorum uitae literis tradita, uelut imagines quaedam uiuae diuinae publicae, ad bonorum operum imitationem propositae sunt. Itaq; in quacumq; re se unusquisq; indignum esse senserit, si in illis conuerteretur, uelut ex communi medicamentaria officina, medicamentum aegritudini commodum reperit. Et qui quidem temperantiae amator est, historiam de Ioseph assidue reuoluit, & ab ipso temperantiae actiones edocetur, quum reperiat ipsum non solum continenter se habere ad uoluptates, sed etiam habitualiter ad uirtutem dispositum. Fortitudinem uero discit a Iob, qui non solum quum uita ipsi in contrarium mutata esset, pauperq; ex diuite, et orbis ex pulchros liberos habere, in uno temporis momento factus esset, idem permansit, inuicta ubiq; animi constantiam seruans, sed neq; amicis ad consolandum ipsum uenientibus, ipsiq; insultantibus, & dolorem exacerbantibus, exasperatus est. Rursum si quis consideret quomodo mitis in eadem re & simul magnanimus fiat, ut animi quidem indignatione aduersus peccatum utatur, lenitate uero erga homines, inuenit Dauid generosum quidem in uiribus belli factis: mitem uero & immobilem in hostibus retaliandis. Talis erat et Moses magno quidem animo contra eos qui in deum delinquant exurgens, leni uero animo calumnias contra se sustinens. Et ubiq; uelut pictores quum imaginem de imagine pingunt, frequenter ad exemplar respicientes, lineamentum inde ad suum opificium transferre studio habent, Sic oportet eum qui studio habet seipsum omnibus uirtutis partibus perfectum efficere, ad sanctorum uirtutes, uelut statuas mobiles & actiuas respicere, & illorum bona per imitationem sua facere. Preces rursus lectionibus succedentes, fortiores & uigentiores animae desiderio ad deum commotam suscipiunt. Bona autem est precatio, quae euidentem dei notionem animo inducit, & hoc est dei inhabitatio, nimirum deum per memoriam sibi ipsi insidentem habere. Sic efficimur templum dei, quum non curis terrenis memorie continuitas dirimatur, neq; inopinatis affectionibus mens turbetur, sed amans deum omnibus relictis ad deum secedat, expellens prouocantes nos ad intemperantiam affectiones, & in studijs ad uirtutem ducentibus conuerteretur. Et primum quidem omnium studiosum esse conuenit, ut ne circa sermonis usum rudes simus, sed et citra contentione interrogemus, & citra ambitionem respondeamus, non interpellato eius sermone qui nobiscum disputat, ubi utile quid dixerit. Neq; uero nos ea cupiditas incessat ut nostrum sermonem cum ostentatione interferamus, sed modum definitum dicendi, tum audiendi habeamus. Discendum est autem citra pudorem, & docendum citra inuidiam. Et si quid ab altero edocui simus, id ipsum non occultandum est, uelut improbe mulieres spurios partus subiiciunt, sed dicat parens cum gratitudine praedicetur. Vocis porro tonus medijs preferendus est, ut neq; praeparitate auditum diffugiatur, neq; distentionis magnitudine onerosi simus. Id uero quod dicendum est prius nobiscum expendamus, atq; ita sermonem proferamus. Caeterum in colloquijs ac congressibus compellatui facili esse conuenit, in concionibus dulcem, non ut per urbanitatem dulcedinem ueniamur, sed per beniuolam cohortationem blandi simus, ubiq; asperitate etiam si oburgare oporteat repulsa

teat repulsa. Vbi enim teipsum per humilitatem praecipaueris, ita curatione opus habenti toleratu facilis eris. Saepem uero etiam utilis est nobis castigatiois prophetae modus, qui Dauid peccanti non a seipso induxit condemnationis modum, sed personae submissione usus, ipsum suipsum peccati iudicem constituit, ut ipse contra seipsum sententia lata non amplius haberet cur increpanti indignaretur. Sequitur autem ad humilem ac deiectum animum, uisus tristis et ad terram pronus, habitus neglectus, coma squallida, uestis sordida, ut ea quae lugentes de industria faciunt, in nobis sponte appareant, tunica per cingulum ad corpus adstricta. Cinctura tamen neq; supra illa sit: muliebrem enim id est, neq; laxa, ut diffuata tunica, hoc enim stultorum existit. Et incessus ipse neq; segnissimus sit, ut animae exolutionem declaret, neq; rursus uehemens ac insolens et cocitatus, ut temerarios ipsius impetus ostendat. Scopus uestitus unus sit, ut tegumentum carnis sit aduersus hyemem et aestatem sufficiens. At uero neq; in colore floriditate persequi oportet, neq; in structura tenuitatem ac molliem: nam in uestitu colorum pulchritudinem spectare, simile est muliebri ornatum, cuius illae studiosae sunt, alieno flore genas ac capillos suos tingentes. Sed et eam crassitudinem tunica habere debet, ut non opus sit ipsi socio ad fouendum ea indutum. Calceus uilis quidem sit pretij, uerum qui usum sui citra defectum suppleat. Et in summa, quae admodum in indumentis praecipue conuenit usus necessitatem: sic in uictu panis necessitatem explebit, & aqua medebitur siti hominis sani, & quae cumq; ex seminibus obsonia, robur corpori ad necessarios usus conseruare possunt. In edendo autem non est rabiosa gulosis detegenda, sed ubiq; stabilitas & mansuetudo ac continentia circa uoluptates conseruanda, & neq; tunc animus a meditatione de deo ociosus habendus est, sed ipsorum eduliorum natura, & corporis ea sciipotentis structura, occasionem facere oportet glorificationis dei: quomodo uariae ciborum species proprietati corporum conuenientes ab eo qui omnia gubernat excogitate sint. Praecipue ante cibum fiant pro dignitate donorum ac largitionum dei, tum eorum quae nunc dantur, tum eorum quae ad futurum recondidit. Preces etiam post cibum, gratiarum actionem prodatis habentes, et petitionem promissorum. Hora una sit ad capiendum cibum destinata, eademq; per circuitum reuertens, ut ex uiginti quatuor horis diei ac noctis, uix haec sit quae in corpus insumatur: reliquas in mentis operationibus pietatis exercitator consumere debet. Somni leues sint & qui facile excludantur, naturaliter ad dietam ac uictus moderationem consequentes, qui de industria per sollicitudines de magnis rebus dirimantur. Nam graui somno detentum esse, ita ut solutis membris, ocium absurdis imaginationibus exhibeat, in quotidiana morte sic dormientes constituit. Verum quod alijs est tempus matutinum, hoc exercitatoribus pietatis sit medium noctis, quum nocturna quies maxime ocium animae largiatur, & neq; oculi neq; aures, noctis auscultationes autem spectacula in cor demittant, sed mens sola per se cum deo uersetur, & per memoriam delictorum seipsam corrigat, sibiq; terminos ad declinandum malum praestituat, et auxilium a deo ad perficienda ea quae studio habet imploret.

Basilii Gregorio theologo, Epist. 11

Nonquam ignorauero quando ad prudentiam tuam scripsi, quod omnis uox theologica minor est intelligentia ac cogitatione dicentis, minor item desiderio inquirentis, propterea quod oratio debilis quodammodo exequi solet mente concepta. Si igitur debilis est nostra intelligentia, inferior autem adhuc haec lingua ipsa, quid oportebat expectare nostram in dictis sententiam, & non orationis paupertatem uitio ueritatis: non tamen propterea possibile erat mihi silentio praeterire ipsum quaesitum. Periculum enim consequens est, ut suspensius proditoris, in hoc quod non prompte responsiones de deo reddimus, his qui diligunt deum. Illa quidem igitur siue sufficienter habere uidentur, siue exactiore quodam additamento indigent, proprio tempore ad correctionem opus habent. Verum in praesens adhortamur te, uelut etiam iam inhortati sumus, ut teipso toto ad ueritatis patrocinium ueraris, & ut motibus menti tuae a deo insitis, ad boni constitutionem contentus sis, et a nobis nihil amplius inquiras, qui minores esse plerumque suspicatur existentes, nostra debilitate magis laedimus uerbum, quam quod robur aliquod per patrocinium nostrum ueritati addamus.

Basilii Gregorio theologo.

Litera uenerunt mihi a te, exacte tuae, non adeo propter manus characterem, quantum Iob epistolae proprietatem: pauca enim erant uerba multa sententia exhibentia. Ad quas statim quidem non respondebamus, propterea quod ipsi quidem peregrinabamur, qui uero

ipsas attulerat, data ubi ex familiaribus nostris epistola abierat. Verū nunc per Petrū alloquimur te, simul appellationis debitū persoluentes, simulq; secundarū literarū occasionē exhibentes. Omnino autē nullus labor est epistolę Laconicę, quales sunt quę a te semper ad nos perueniunt. **Basiliius Gregorio theologo, Epist. IIII**

Quis dabit mihi alas ueluti colūbę: aut quomō senectia mea renouari poterit: ut ad uestram dilectionem transire queam, & desiderium quod ob uos habeo reficere, & molestias animi narrare, & per uos aliquam tribulationum consolationem inuenire. Ob dormitionē enim beati Eusebii episcopi, nō paruus timor nos occupauit, ne quādo hi qui aliquando ecclesię Metropolis nostrę insidiantur, & ipsa hareticis zizanij cōplere uolunt, occasionem adepti, pietatem multo labore in animis hominum conseminatam, prauis suis doctrinis eradicent, & huius quoq; unitatē excindant, quod ipsum etiam in multis ecclesijs fecerunt. Quandoquidē uero etiam literę ad nos peruenerunt sortis & electio- nis, adhortantes ut nihil in tali occasione negligenter agatur, circūcirca negotio ex- pento, uestrę dilectionis memor fui, & rectę fidei ac feruoris, quem semper pro ecclesijs dei habetis. Atq; ea gratia dimisi dilectū Eustachiū in ministerio confortē, ut exhortetur ue- stram grauitatē exoretq; ut omnibus pro ecclesijs susceptis laboribus, etiam presentē ad- datis, & senectam meā uestro cōgressu ac colloquio reficiatis, & rectę ecclesię celebrem pietatem disponatis, ita ut detis ipsi nobiscū (si modo digni facti fuerimus uobiscū bonū opus adiuuare) pastore iuxta uoluntatem dñi qui populū ipsius dirigere possit. Habemus quidem ob oculos uirū, quē neq; ipsi ignoratis: quem si adipisci digni facti fuerimus, se- cū magnam fiduciā ad deum acquiramus, & apud populū qui nos inuocauit maximū beneficiū deponemus. Verum adhortor & rursus & saepe, ut omni curatione dilata, nos accedatis & hyemis difficultates anteuertatis.

Basiliius Eusebio episcopo Samosatensium, Epistola IIIII

Quomodo tacere possim in presentī rerum statu: & quū continere me non possim, quomō dignam aliquā rebus orationē reperī, ut nō suspitio similis sit uox nostra, sed lamentationi grauitatē mali sufficienter declaranti: Perit nobis etiā Tarsus, et nō hoc solum graue est, etiā intolerabile existat. Nam eo adhuc grauius est, urbem tantā, tali felicitate præditā ut Ilauros & Cilices Cappadocesq; ac Syros per seipsam cōiungat, unius aut duorum hominū uecordia, stragis accessione factam esse, dum nos cunctamur et con- sultamus, & inter nos mutuo respectu facto deliberamus. Optimū igitur fuerit iuxta me- dicorum solertiā (Est autē larga omnino mihi talium exemplorū, ob morborū familiarita- tem, ubertas) qui ubi doloris magnitudo super excesserit, agrōtanti stuporē ad percipien- dos dolores excogitat, etiam nostris ipsorū animis malorū stupiditatē comprecari, ut ne intolerabilibus doloribus cōprimantur. Verū tamen etiā reuera misere afflictū sumus, unica consolatione usi sumus, ad tuā nimirū mansuetudinē respiciendo, et ex cogitatione de te ac tuī memoria, animę tristitiā mitigando. Quē admodum em̄ oculis, si quādo in- tēte splendida inspexerint, ad cęruleos ac herbidos colores reuersio refocillationē quan- dam affert: sic & animis nostris uelut lenis quidā contactus dolorē eximens, est memoria tuę mansuetudinis ac cōcinnitatis, et presertim quū cogitemus quod totum quantū in te fuit perfecisti. Ex quibus abunde etiam nobis demonstrasti, si modo eandē res ipsas tu- dicare uolumus, quod nihil ex tua culpa perijt: & q; magnā tibi ipsi mercedem a deo pro prōpitudine ad honesta acquisiisti. Porro rogamus ut dñs te nobis & ecclesijs suis do- net, in uitę utilitatē & animarū nostrarū correptionē, et dignetur nos rursus utili tuo con- gressu ac colloquio. **Basiliius Eusebio episcopo Samosat. Epistola V**

Quando per gratiam dei, & precum tuarū auxiliū, paululum ex infirmitate cōuale- scere mihi uisus sum, et uires meas recolligebā: tunc sanē hyemis successit, domi nos concludens, & in regione manere cogens. Quamuis em̄ multo leuior solito obuiam pro- cessissem, at certe satis magnū mihi impedimentū fuit, quod nō solum non uiam per me ipsum ingredi poterā, sed ne paululum quidē ex domo prospicere. Est autē neq; hoc mihi paruum solatiū, quod dignus iudicor qui per colorū conspectū cum pietate tua conuer- ser, & quod in retributionū spe iam ante requiescā. Si uero etiā tempus oportunū permis- serit, & uitę tēpus me nō defecerit, & fames nobis uiam non imperuiam reddiderit, for- tassis precum ac orationum tuarum desiderium consequemur, & ubi te intra ædes depre- henderimus

henderimus, per multum ocium magnis sapientię tuę thesauris exsatiabimur.

Basiliius Eusebio episcopo Samosat. Epistola VI

Si omnes ex ordine causas scriberem, a quibus usq; in præsens tempus retentus sum, & hoc ualde ad pietatem tuam accedere gestiens, infinitam historię longitudinē per- ficere possem. Morborum quidem uicissitudinem, & hyemis sæuitiam, & negotiorū oc- cupationes dicere relinquo, quū nota sint & iam ante perfectioni tuę manifestata. Nunc uero etiam matrem, quam solam uitę solatium habebam, præ peccatis meis amisi. Et ne derideas me uelut qui hac ætate orbitatem lugeam. Verum ignosce mihi animę separati- onem impatienter ferenti, cui nihil comparandum in his quę reliqua sunt uideo. Rursus igitur reuersi sunt morbi, & rursus in lecto decumbo, extinguis admodū uiribus fluctuans, & tantum non singulis horis necessarium uitę finem expectans. At uero Ecclesię ferme cōsimiliter cum corpore meo affectę sunt, bona quidem spe nulla apparente, rebus uero semper in peius diffluentibus. Interim autem Neocæsarea & Ancyra successores eorum, qui abierunt habere uisę sunt, & huc usq; conquiescunt. At neq; nobis insidiantes, usq; in præsentia dignum, atque huius rei causam tuis pro ecclesijs deprecationibus palam acceptum ferimus. Quare pro ecclesijs orate, & Deum placare ne desideris. Et dignos factos ministrare ac inleruire sanctitati tuę frequenter alloquere.

Basiliius Eusebio episcopo Samosat. Epistola VII

Quam ualem animam me habuisse puras, quū pietatis tuę epistolam accepit: Nam quū tum ad affectum in ipsis literis respiciebā, statim recta ad Syros auolare gestiēbam, quū uero ad corporis infirmitatem, a qua illigatus decumbēbā, non solum non uolare, sed ne conuertere quidem in lecto me posse sentiebam. Quinquagesimum enim hunc diem in ægritudine agebam, in quo ad me uenit dilectus & optimus frater noster ac comminister Eupidius, multum quidem febre consumptus, quæ ob penuriā nutrientis ipsam materię, aridę huic carnī, uelut Thriallidi uitę & ad lucernarum funiculos aptatę, circumuoluta, tabificam & longam ægritudinem induxit. Deinde uero uetus plaga mea insuper accē- dens, exclusit me a cibis, fugauit somnum ab oculis, & in uitę ac mortis confinis me de- tinuit, tantum uiuere permittens, quātum molestias ex ipsa percipiebam. Quare & aquis usus (um sponte naturę calidis, & aliquas a medicis curationes suscepti. Omnia tamen su- perauit ingens hoc malum, quod consuetudine præsentē alius fortassis ferre potuisset, ex improuiso uero allapsū, nullus adeo Adamantinus est, ut sufferre possit, a quo multo tempore uexatus, nunquam sic tristitia afflictus sum quantum nunc, impeditus ab ipso a- uerę dilectionis tuę congressu. Quali em̄ priuatus sum animi uoluptate noui etiam ego, quamuis summo digito dulcissimi mellis ecclesię uestrę anno præterito fructum perce- perimus. Ego uero etiam aliorum necessariorum negotiorum gratia opus habebam ut te conuenirem, & ut multa cōmunicarem, & multa discerem. Neq; enim hic ueram dile- ctionem consequi datur. Quum autē quis etiam ualde diligentem inuenit, non est qui similiter perfectę prudētię ac experientię tuę, quam ex multis circa ecclesias laboribus collegisti, sententiam nobis ac consilium de ppositis dare possit. Et reliqua quidem scri- bere non expediebat, quæ uero efferre tutum est, hæc sunt. Senior Euagrius filius Pam- piani Antiochenis, qui aliquando ad occidentē cum beato Eusebio profectus est, redijt nunc ex Roma, exigēs a nobis epistolam, ea quæ ab illis scripta sunt habentē ad uerbum. Reportauit autē nobis retrō ea quæ a nobis scripta sunt, uelut nō placentia acutioribus ex his qui isthic degunt: dixitq; legationem quandam per uiros memorabiles iam urgeri ac mitti, quo ad faciem astantem impetus occasionē habeant uiri nostram sententiam se- quentes. Sebasteni nobiscum sentientes, Eustathij putri malarū opinionum ulcere denu- dato, expetunt quandam a nobis ecclesiasticam curam. Iconium ciuitas est Pilsidæ, olim post maximam prima: nunc uero etiam ipsa præsidet parti, quæ ex multis particulis col- lecta, proprię prouincię gubernationem suscepit. Hæc uocat etiam nos ad uisitatio- nem ut ipsi Episcopum demus. Mortuus est enim Faustinus. An igitur non oporteat cunctari & segnem esse in electionibus extra terminos faciendis, & qualem nam oporteat dare Sebastenis responsionem, & quomodo erga Euagrii sententias affici conueniat, opus erat mihi discere, ita ut ipse per me ipsum præstantiam tuam conue-

nirem, quibus omnibus priuatus sum propter presentem infirmitatem. Si quidem igitur adipisci poteris aliquem qui cito ad nos perueniat, dignare de omnibus responsiones mihi remittere; sin minus, precare ut mihi in mentem ueniat, quod placitum sit dño. Porro in concilio memoriã nostri fieri iubeas, et tu ipse quoque ora pro nobis, simulque populi assidue, quo reliquos dies aut horas cõbabitatiõis nostrę, digni fiamus seruire, prout beneplacitum est domino. **Basilius Eusebio episcopo Samosat.**

Ostendit etiam in nobis dominus, quod non derelinquit sanctos suos, quum magna & potenti manu sua uitam sanctitatis tuę protexit. Ferme enim consimile hoc ducimus ei quod in uentre ceti illæsus permansit sanctus, & quod in uehementi flamma incolumes uiuunt timentes dñm, quando sanè etiam tuã pietatem, undiqueque circum uos ut audio bello diffuso, incolumem conseruauit, & cõseruet etiam rogamus, deinceps nobis ipse potens deus optabile hoc spectaculum, si superuixerimus, aut saltem alijs, qui reditu tuum uelut propriam suam salutem expectant. Credo enim quod lachrymis Ecclesiarum, & suspirijs quibus pro te omnes ingemiscunt, attentus ille hominum amator, conseruabit te in uita, donec dederit gratiã his qui nocte ac die ipso opus habent. Quæ quidẽ igitur usque ad aduentũ dilecti nobis fratris Libanij consortis ac cõministri facta sunt aduersus uos, per ipsum in accessu satis edocti sumus. Quæ uerò ab illo tẽpore acciderunt discere a uenimus: maiores enim & grauiores afflictiones interiecto tempore factas esse audimus circa locos, quas si quidem possibile fuerit, citius: sin minus, saltem per pientissimum fratrem Paulum presbyterio cõsortem reuertentẽ cognoscere nobis cõtingat, uelut Paulus presbyter, optamus, nimirũ quod uita uestra incolumis & inoffensa conseruet. At uero quia audiuimus omnes uias p̄donibus et internũcijs plenas esse, reuertit sumus aliquid in manus fratris immittere, ne ipsi mortis causa fiamus. Si uerò dederit Dominus mediocrem tranquillitatem, uelut audimus exercitus discessum, curabimus etiam nostrorum aliquem emittere, qui uos uisitet, & singula nobis de uobis annunciet.

Basilius Eusebio episcopo Samosat. Epistola VIII.

Dedit nobis dominus, etiam nunc per charissimum ac pientissimum fratrem nostrum Antiochum in presbyterio cõsortem, alloqui pietatem tuam, & te quidem adhortari ut consueta facias, ac pro nobis ores: nobis ipsis autẽ inuenire aliquã longæ derelictionis consolationem, ex colloquio quod per literas contigit. Illud autẽ primum ac maximum precibus a te cõtendimus. Pete a domino ut nos ab absurdis ac malignis hominibus liberemur, qui in tantum populis dominantur, ut ad nihil aliud quã Iudaicam captiuitatem, res nostrę assimilari possint. Quanto enim ecclesię debiliores fiunt magisque diffiunt, tanto amplius imperandi libido in hominibus efflorescit. Et ad infelices homines seruos seruatorum dominatorum Episcopatus nomen nunc deuenit, nemine ex seruis dei aut repudiatis seipsum contrã inducere uolente. Quales sunt qui nunc immissi sunt ab Anytio filio Euippij, & Erdicio parnasseno, quem qui ecclesijs p̄fecit, malum sibi ipsi future uite uaticium immisit. Hi nunc fratrem meum ex Nyssa expulerunt, & pro eo induxerunt uirum, imò potius mancipium paucis obolis dignum, fidei uerò corruptionem cõsimilem his qui ipsum p̄fecerunt. Doaris autẽ pago, hominem perniciosum, pupillarum famulum, a dominis suis fugitiuum, propter impię mulierculę blandicias, quæ prius quidem Georgio ad propriam uoluntatem usa erat, nunc uerò hunc habebat, successorem illius miserunt, miserabile episcopatus nomen cõtumelia afficientes. At uerò Nicopolitarum res quis digno luctu proficere possit? Misero illo Phortone primum quidem ueritatis patrociniũ quã maxime fingente; postremum uerò turpiter & fidem & seipsum prodente, & proditiõis mercedem accipiente, ipsam uidelicet ignominia notam. Suscepit equidem ab ipsis episcopatus dignitatem uelut putat. Factus est autem per gratiam Dei communis abominatio totius Armeniæ. Veruntamen timidus neque sibi ipsi aliquid, neque ipsis qui officijs indigent opitulari potest. Ceterum reliqua de Syria melius quã nos & nouit et exponet frater noster Antiochus. At uerò cum occidentalibus ipse prior colloquutus es, quum omnia narrauerit frater Dorotheus. O quales epistolas rursus dare oportet abeunt. Fortassis enim uia socius futurus es optimo Sacrestimo, qui multo studio orientem circuit, & a singulis insignioribus subscriptiones & epistolas colligit. Quæ igitur literis per ipsos significare oportet, & quomodo quum epistolas mittentibus paciscant.

paciscendum sit, ipse quidem dubito. Si itaque cito reperias aliquos qui huc transeant, dignare nobis id ipsum notum facere. Mihi equidem illud Diomedis dicere in mentem uenit. Nec supplex huic esse uelis, propterea quod inquit, superbus & cõtumax ille uir est. Reuera enim mores fastuosi dum obsequium ipsis contingit, magis seipsis contumaces euadere solent. Etenim si nobis propitius fuerit dominus, quali alio additamento ac auxilio opus habemus? Si uerò perseuerauerit ira dei, qualem opem nobis occidentale supercilium feret? qui ueritatem neque sciunt, neque discere sustinent. Verum falsis suspitionibus p̄occupati, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello, ad eos quidem qui ueritatem ipsis annunciant contentiosi, hæresim uerò per seipsos confirmantes. Ego quidem ipse, citra communem formam, uolebam principi ipsorum per epistolam significare, de ecclesiasticis quidem rebus nihil, præterquam quantum obiter insinuare possem, quod neque sciunt rerum apud nos ueritatem, neque uitam per quam discant admittunt. Verum in summa de eo quod non conueniat his qui a tentationibus depressi ac humiliati sunt insidias struere, in ipsosque irruere, neque magistratum & dignitatem, iudicare factum ac superbiam, peccatum etiam solum sufficiens ut inimicitiam aduersus deum faciat.

Basilius Eusebio sodali, Epistola IX.

Quam tristitiam in animo concepi, ex eo quod statim ad pedes tui discessus urbem ingressus, te non comperi, quid opus est dicere ad utrum uerbis non indigentem, sed qui experientia nouit similia se passum esse? Quanti enim precij mihi fuerat optimum Eusebium uidere & amplecti? & rursus ad iuuentutem per memoriã reuerti, & illorum dierum meminisse, in quibus nobis & domus una, & focus unus, & idem p̄dagogus, & remissio et studium, & uoluptas & inopia, & omnia nobis ex æquo inter nos fuerunt. Quanti me æstimare putas, omnia hæc per tuum cõgressum in memoriã reuocasse? & de rursus graui hac senectate, iuuenem rursus ex fene factum esse mihi uideri? Verum illorũ quidem omnium fruitio me effugit. Quod uero per literas eloquentiam ac ingenium tuum uiderim, id ipsum facit ut solatio penitus non priuatus sim, idque per congressum uenerabilis Cyriaci nostri in presbyterio consortis, quem erubescit tibi commendare & familiarem per me ipsum facere, ne forte uidear superfluum quid facere, adducens tibi tua propria ac p̄cipua. Verum quoniam etiam in testem ueritatis esse oportet, & coniunctis mihi spiritualiter quæ habeo maxima largiri, innocetiam quidem ac integritatem uiri circa sacerdotium, arbitror etiam tibi manifestam esse, atque ego sanè confirmo, me nullam penitus cognouisse contrã ipsum calumniam, ex his qui omnibus manus immittunt ac dominum non timent. Quãquam si quæ etiam ab ipsis facta fuisset, neque adeo indignus esset hic uir. Nam inimici domini confirmant magis acies instructas quas bello impetunt, quã ut auferant aliquid gratiæ quæ ipsis ex spiritu adest. Veruntamen ueluti dixi, ne excogitatum quidem est quicquam contra uirum. Itaque tanquam presbyterum integrum & nobis coniunctum, ac omni ueneratione dignum, sic dignare ipsum uidere, & tibi ipsi commodans, & nobis gratificans.

Gregorius theologus Nicobulo, Epistola X.

Quam semper Magnum illum Basilium mihi ipsi p̄tulerim, etiam si illi cõtarium uideatur, etiam nunc p̄fero, non minus propter ueritatem quã ob amicitiam. Quapropter prepositis illius epistolis, meas subiungo: cupio enim ubique nos mutuo cõiunctos esse, & simul exemplum exhibeo alijs modestiæ ac submissionis.

Gregorius theologus Nicobulo, Epistola XI.

Laconismus non est hoc quod puras, paucas syllabas scribere, sed de plurimis paucas: Sic ego breuiloquentissimũ Homerum dico, & longum Antimachum. Quomodo rebus longitudinem iudicans, non scriptis.

Theologus Celeusio principi, Epistola XII.

Quandoquidem silentium mihi exprobras ac rusticitatẽ, ò belle & urbane: age sanè fabulam tibi recensebo, non ita a Musis alienam, an forte per hanc possim nugas tuas comperere. Cauillabantur hirundines in cygnos, propterea quod non uellent conuersari cum hominibus, neque Musicã publicare, sed circa prata degeret ac flumina, & solitudinem amplecterent, et quæ breuia quædam canerent, atque ea etiã quæ canerent, in seipsis canerent.

canerent, uelut ipsos Mulices pueret. Nostræ autem, in quibus sunt urbes, & homines ac thalami: & circa homines loquimur, & res nostras ipsis exponimus; priscas sanè has & Atticas, Pædionem, Athenas, Terea, Thraciam, peregrinatione, dolorem, iniuriam, linguæ executionem, literas, & ad hæc omnia ipsum Ilyn, & quomodo ex hominibus uolucres factæ sumus. At uerò illi loquacitatem ipsarum perosi, uix quidem alloquio ipsas dignati sunt. Postquam uerò dignati sunt, At nos, inquit, sumus o bonæ, quorum gratia uel in solitudinem quis accesserit, ut Musicam audiat, quæ Fauonio alas expandimus ut iucundum quid ac concinnum inspiret. Quare si non multa & inter multos canimus: at hoc ipsum in nobis optimum est, quod mensura ac certo modo cantilenâ tractamus, et Musicam tumultibus non permiscemus. Vos autem etiam cohabitantes, homines agere ferunt, et canentes auerantur, atque hoc ualde merito, ut quæ neque excisa lingua silere possitis, sed ipsæ ob uestram afflictionem, & quod mutæ factæ estis lamentantes, deinde quoniam ex mulicis ac sonora lingua præditis loquaciores estis: Intellige quod dico, inquit Pindarus, et si repereris meam taciturnitatem meliorem esse tua garrulitate, desine silentium nostrum nugis tuis insectari, aut pro uerbum tibi dicam maxime quidem uerum, maxime item compendiarium: Tunc canent cygni, quum tacuerint graculi.

Theologus Nestario, Epistola XIII

RES quidem nostræ habent ut habent, circa bellum et negotia desideramus, silentium tuum præmium omnibus præferentes, quæquam etiam utilitatem ex quiete accepimus, per misericordiam dei sufficienter sanitati restituti. Tu uerò prospere procede & regna, uelut diuinitus David dicit: & tibi coadministret sacerdotium qui te honorauit deus, omni calumnia altius hoc ipsum largiens. Quo uerò mutæ inter nos confidentiæ exemplum demus, & ne quid humanum patiamur deo assistentes, Ego quidem hæc apud te uelut legatus ago: tu uerò mihi prompte annue. Genuini filij nostri Pancratij magnam curam gerimus, necessario hoc multis de causis facientes. Hunc & beniuolè admittere uelis, & præstantioribus amicis commendare, ut scopum contingat & assequatur. Scopus autem est, ut expeditioni cuidam militari occupationes nostras indicet, quandoquidem nullum uitæ genus calumnia apud malos uacat, quod etiam ipse nosti.

Theologus Nestario, Epistola XIII

QUIDNAM fecisses si præsens ipse negotia habuiffem: Aut manifestum est, quod omne studium huc collocares, ut me a calumnia liberares, si quidem sanè ex prægressis coniecturam facere oportet. In hoc etiam nunc nobis gratificare per honestissimam consobrinam nostram, quum ipsa tibi per nos supplex fiat: reueritus ætatem supplicis, reueritus mores & pietatem, quam non in multis mulieribus reperias, reueritus etiam supra alia occupationes mulieris & curas, & quod nunc ex familiaribus ac necessarijs negotia habet: præ omnibus uerò nostram exhortationem. Maior autem gratia fuerit, celeritas ipsa beneficentiæ quam exigimus. Nam humanitatem etiam iniustus iudex in euangelio uiduæ exhibuit, sed post multam supplicationem & perseverantiam. A nobis autem contingat celeritas, ut ne diutius curis uexetur & afflictionibus, in peregrina regione. Quamquam satis clarè sciam, quæ pietas tua etiam peregrinam, ipsi domesticam ac familiarè faciet.

Theologus Helladio, Epistola XV

GAUSUS sum literis tuis, quomodo uerò non gaudere deberem, propterea quod memoria apud te sit etiam mortuorum: eorum uerò qui adsunt & festiuitatis participes sunt, amplior est gratia. Verum adde his quæ dedisti, etiam ea quæ petis. Ora autem pro nobis, ut si quidem utile est, rursus nos commonefaciamus ac commonefaciamus uicissim de festiuitate: sin minus, ut ad ea quæ illic sunt transferamur, & ueram festiuitatem aut accipiamus, aut uideamus, ubi omnium lætorum est habitatio, Vitæ enim ueritatum saturi sumus.

Theologus Helladio, Epistola XVI

EA quæ speramus procul uidere edocui (utar enim tuo proœmio) etiam his quæ iam adsunt lætamur. Nam sanctam paschatis diem ad quam uenimus, honorum quæ istis hic sunt mysticum ductum ac disciplinam esse noui, ut quæ transitus festiuitas existat, De quibus probe fecisti, quod etiam ipse nos literis ac scriptis tuis commonefecisti. Ego uerò multa

multa iam paschatis festa pertransiui, & ex hoc longioris uitæ utilitatem percepi. Nunc autem sincerius concupisco, Aegyptum hanc uitæ grauem ac tenebrosam egressus, & a luto ac lateritia in qua illigatus sum officina liberatus; ad terram promissionis transmigrare. Hanc nobis à deo ora, si quid tibi curæ est ut in maximis nobis beneficia. Tibi uerò uita comite contingat ut unâ cum communi Ecclesia sæpe hanc festiuitatem celebres. Vt uerò nam autem daretis mihi ut senectam hæc in bono consumerem, designato in Episcopum ecclesiæ huius eo quem demonstrat spiritus sanctus: in hoc certe bonum opus perage retis, & paternis benedictionibus, ut ita dicam, dignum.

Basiliius Magnus Gregorio theologo, Epistola XVII

QUUM Gregorius frater ad me scripserit, diu iam te cupere nobiscum conuersari, apposueritque quod etiam sibi ipsi hoc ita uisum sit, Ego quidem partim ob id quod iam sæpe deceptus sum, segnior ad id credendum existens, partim uerò & per occupationes distractus, expectare non potui. Oportet enim me in Pontum proficisci, in quo fortassis aliquando deo uolente ab errore uagandi delinemus. Vix enim tandem uana spe, quam in te aliquando habebam reprobata, imò si quod uerius est dicere oportet, somnium reprobatis (Laudo enim eum qui dixit, spes uigilantium somnia esse) ad inquirendam uitam in Pontum deueni. Vbi sanè mihi deus locum ostendit, exactè moribus meis congruentem. Quare qualem sæpe soliti fuimus per ocium ac simul colludentes mente effingere, talem reuera uidere est. Est enim mons altus densa sylua contextus, frigidis ac pellucidis aquis ad septentrionale latus profluentibus: Ad huius infimam partem campus planus prostratus est, humiditatibus ex monte perpetuo pinguescens. Sylua uerò circum illum sua sponte enascens uariarum ac omnis generis arborum, ferè septi ac ualli loco ipsi exiit, ut exigua sit ad hunc collata Calypsonis insula, cuius pulchritudinem amplius omnibus alijs Homerus admiratus esse uidetur. Etenim neque multum abest ut insula sit, propter ea quod undiquaque munitimè conclusus sit. Valles enim profundæ à duabus ipsius partibus circum distractæ sunt. A latere uerò præcipitio fluuius subterfluens, munimentum est etiam ipse perpetuum & quod difficulter superari potest. Ex eo uerò quod, in utraque partem extensus est mons, & per cubitos ac angulos instar lunæ falcatos uallibus coniunctus, per uias infimas montis partes munit: unus autem est in hac peruia parte introitus, cuius nos sumus domini. Porro habitatione ceruix quædam alia suscipit, alium uerò in summitate tendit erigens ac extendens, ut campus ille ad oculos expansus situs sit, et ex sublimi etiam fluuium ipsum subterlabentem conspicere liceat, non minorem uoluptatè, quantum sanè mihi uidere uideo, exhibentem, quam his qui ex Amphipoli Strymonem contemplantur. Hic enim lentiore fluxu circumstagnans, ferè eo quod fluuius est præ quiete spoliatur. Ille uerò omnium quos ego uidi fluuiorum celerrimè fluens, parum quid ad uicinatam petram exasperatur, à qua dum diffunditur in uorticem profundum deuoluitur, & aspectum omnium spectaculorum iucundissimum mihi exhibens, & utilitatè indigenis ac incolis sufficientissimam: piscium uerò copiam inenarrabilem in uorticibus nutrens. Quid autem referre opus est respiraciones ex terra: aut auras ex fluuiis? Cæterum florum, aut canorarum uolucrum multitudinè, alius quispiam fortassis admiretur. Mihi uerò non uacat his animu aduertere. At uerò quod maximè de hoc loco dicere possum, hoc est, quod ad omnem fructu fertilitatè idoneus existens, propter situs oportunitatè, iucundissimam mihi omnium fructuum quietè ipsam nutrit. Non solum ob id quod ab urbium tumultibus liber ac semotus est, sed quod neque uiatorè aliquè transmittit, exceptis his qui in uenatione nobis ammittentur. Rursus enim supra reliqua etiam feras nutrit, non uos aut uos uestros, Absit, sed ceruorum greges & caprarum syluestrium. Itemque lepotes pascit, & si quid his simile existit. Nonne igitur tecum cogitas ad quatum periculum deuenim uanus ego, pro tali loco, Tiberinem orbis tetrarum barathrum permutare contendens. Ad quem sanè locum nunc festinanti mihi ignoscas: omnino enim neque Alemeon ubi Echinadas iuenisset, amplius uagandi errorè sustinuit. Gregorius theologus Basilio magno, Epist. XVII

VT mandatum tuum perficiat, partim in nobis situm est, partim uero, & ut arbitror maior pars, i tua pietate. In nobis quidè alacritas et promptitudo: neque, n. alias unquam congressum tuum fugimus, sed hæc semper persequimur, et nunc ipsum amplius desideramus. In tua uero sanctitate, ut res nostre corrigantur: assidemus enim dñæ matri, quæ in longo tempore ex egitudine laborauit, & nunc

& nisi ipsam in ambiguo relicta simus, praesentia damnum non perpetuemur. Tu modo precibus, illi quidem ad sanitatem recuperandam, nobis uero ad iter perficiendum, auxilium affer.

Theologus Basilio Magno, Epistola XIX

Mentitus sum fateor promissionem comparandi apud te & simul philosophandi, pro missione facta ex Athenis adhuc, & amicitia ac coniunctione illic habita. Nihil enim habeo quod his magis proprie dicam. Mentitus autem sum non uolens, sed legem uincens, ea quae parentes colere iussit, illa quae est societatis & consuetudinis. Non tamen omnino mentiar, hoc ipsum si susceperis: partim enim nos tibi aderimus, partim tu ipse nobis, Velis modo ut sint omnia amicorum communia, & amicitiae aequalitas: sic enim continget, ut & illis tristitiam non inferamus, & tecum coniuncti conuersemur.

Theologus Basilio Magno, Epistola XX

Non fero Tiberinem mihi exprobrari, & quod hic est lutum & tempestates, huius tu ualde luti exors, & in summa superficie gradiens, & latas crustas pedibus pulsans, & alate deo leuis, ac sublimis, & uolucris sagittae comparande, ut qui Cappadox sis, ea quae Cappadociae sunt fugeris. Aut iniuriam facimus, quod uos quidem palletis, et anguste respiratis, & eleuari estis ad solem. Nos autem pingues sumus, & saturamur, & non circumscripti sumus, imò uero haec uestra sunt. Deliciamini, & ditescitis, & in foro uersamini: hoc non laudo. Aut igitur desine lutum nobis exprobrare, neque enim tu urbem condidisti, neque nos tempestatem. Aut etiam nos tibi afferemus pro luto, pelo Graecis appellato, Capeles id est Caupones, & quae cunctae mala urbes ferunt.

Theologus Basilio Magno, Epistola XXI

TV quidem cauillare & obrecta rebus nostris, siue ioco siue serio: nihil molesti est. Ride modo & iusu fatiare, & amicitia nostra frui. Omnia nobis iucunda sunt quae de te ueniunt, qualiacumque tandem fuerint, & quomodo cumque habuerint. Nam mihi ea quae hic sunt subfannare uideris, non ut subfannes, sed ut ad te ipsum trahas, si quid ego te intelligo, quemadmodum qui stuenta obturant, ut alio transferant. Talia nobis semper tua existunt. Ego uero tuum Pontum admirabor, & ponticam tenebrosam sterilitatem, & exilio dignam mansionem, & colles super caput eminentes, & feras quae fidem uestram probant, & subiectam extremitatem siue murum speluncam, cum ueneradis nominibus monasterij & scholae: & syluestrium arborum lucos, & montium praecipitium coronam, a qua non coronamini, sed concludimini: & mensura concessum aerem, & desideratum solem, quem uelut per fumarium aspicitis. Pontici Cimnerij & sole carentes, & tantum non semel nocte condemnati, quod sane de quibusdam proditur, imò ne partem quidem uitae sine umbra habentes. Verum noctem unam longam, omnem uitam habentes, & reuera umbram mortis, ut illud scripturae usurpem. Laudo etiam angustam & arctam uiam, non scio an ad regnum aut ad orcum tendentem: tua tamen gratia ad regnum tendat. Et fontem qui in medio est, & in quatuor principia diuiditur, ex quo terrarum orbis irrigatur, quid uis utrum Edem mentiens nominabor, aut aridam & siccam solitudinem, quam Moses aliquis mansuefaciet, petra per uirgam in fontem conuersa: Est enim quantum quidem petras perlabitur, torrens: quantum uero alueos, spinetum, quantum super spinas, praecipitium. Et super hoc uia praerupta & in utraque partem instar trutinæ inclinans, quae uiatorum mentem excitat ac colligit exercetque ad securitatem. Fluuus uero inferne resonat. Hic tibi Amphipolites Strymon est & quietus, & non magis piscifer quam lapidifer, neque in stagnum diffunditur, sed in profundum deuoluitur. O nimium alto loque, tu & nouorum nominum poeta. Est enim magnus & horrendus, & eorum qui in super nis psalmos canunt uociferationes longe excedens. Nihil ad hunc collatae sunt cataractae & petrae praeruptae aquarum fragore qualiferae, in tantum contra uos fragorem ac sonitum edens, die ac nocte uos superat. Asper quidem existens, uerum imperuus, & turbidus quidem, uerum impotabilis. Cuius ea saltem humanitas est, quod mansionem uestram non detrahit, quum torrentes ac tempestates ipsum furiosum reddunt. Quae quidem igitur de beatis his insulis, siue de uobis beatis nouimus, haec sunt. Tu uero ne mireris cubitos illos instar lunae falcatos, qui imam montis peruiam partem magis uobis suffocant quam muniunt, & ueritatis eminentem tendinem, qui tantaliam uobis uitam facit, & exhalantes de

res de fluuio auras, & terrae respirationes, quae uos animo delinquentes refrigerant: & canoras uolucres, canentes quidem, sed famem, & circūuolantes quidem, sed solitudinem. Accedit autem nullus homo inquis, nisi in uenatione. adde etiam, ut uos mortuos uisitet. Haec longiora fortassis sunt quam pro epistolae ratione, breuiora uero comedia. Tu uero si quidem moderate fers lusum ac iocum, recte facies. Sin minus, etiam plura addemus.

Theologus Basilio Magno, Epistola XXIII

Quando quidem moderate fers lusum, etiam consequentia addemus. Ex Homero autem sit prooemium.

Eia age transgredere hinc, internos concine cultus,

Tugurium tecto carens & fores non habes, & focum sine igne & fumo, parietes igne siccatos, ut ne luti aspergine impetamur. O uos Tantalij in medijs aquis sitientes, & in miserabilem illam omnium rerum penuriam condemnati, ad quam e Cappadocia uocati sumus, non ut ad Lotophagorum paupertatem, sed uelut ad Alcinoi mensam, nos iuuenes naufragi & miseris afflicti. Reminiscor enim panum illorum ac iusculorum, sic enim nominabantur, sed & memor ero, dilabentibus etiam dentibus a moribus, qui sane postea emergebant & uelut ex caeno extrahebantur. Tu ipse haec altius per tragœdiani celebrabis, utpote cui ex proprijs afflictionibus uocalitas adest. Ex quibus nisi cito nos magna illa & reuera pauperum nutrix liberasset, matrem tuam dico, quae nobis tempestate uerxatis uelut portus tempestiue apparuit, iam dudum mortui essemus, non magis ob ponticam fidem laudabiles quam miserales. Quomodo praeteriero hortos illos non hortos & oleribus carentes: & Augeae finum ex aedibus expurgatum, quo hos impleuimus alii quando, montanum illud plaustrum, ego Botryo & tu Lamyrus, his ceruicibus & his manibus, quae laborum uestigia adhuc ferunt. O terra & Sol, uir & uirtus, tragice enim paululum loquar, non ut hellepontum iungamus, sed ut praecipitium exaequemus. His dicis si quidem non grauaberis, omnino neque nos grauabimur. Si uero grauaberis aliquid quantulum facis, nos etiam plura omittemus, ob reuerentiam aliorum multorum quorum uoluptatem percipimus.

Theologus Basilio Magno, Epistola XXV

Quam prius de pontica conuersatione scripsimus, iudentium erant, non serio agentium. Quae uero nunc scribo, etiam ualde serio agentium sunt. Quis me posuerit in mensam praeteritorum illorum dierum, in quibus tecum in afflictionibus delicia bar? Nam uoluntariae molestiae inuoluntariae uoluptate potiores existunt. Quis dabit psalmodias illas, & uigilias, & ad deum per preces peregrinationes? & illam uelut incorpoream uitam? Quis fratrum consensum ac unanimiorem, qui a te deificatur ac exaltatur? Quis certamen uirtutis, quo uelut ad cotem exacuimur, dum praescriptis finibus ac regulis muniti sumus? Quis diuinorum oraculorum studium? & lucem quae in ipsis reperitur, per spiritus ductum? Aut ut minora & uisiora dicam, quis familiam & diurnas manuarum operas? Quis lignorum uecturas & lapide idinas? Quis plantarum curas, & riuorum atque aquarum ductus? Quis platanum illam auream & Xerxis platano praefendam, sub qua non rex delicias sedebat, sed monachus solitarius detritus: quam ego plantaui, Apollo rigauit, tua nimirum praestantia. Verum utinam deus augeat in honorem nostrum, ut monumentum apud uos conseruet nostri studij ac laboris: quemadmodum uirga Aaron in arca germinasse dicitur ac creditur. Haec autem optare quidem facillimum est, assequi uero non procliu. Caeterum tu mihi adsis, & conspires ac coopereris uirtutem, & quam aliquando collegi utilitatem per orationem conferues, ut ne paulatim uelut umbra declinante die dissoluamur. Sic ego te spiro magis quam aerem, & hoc solum uiuo, quod tecum sum, aut praesens aut absens cum simulachris.

Theologus Basilio Magno, Epistola XXVI

Quomodo res tuae parui botryunculi nobis sunt, o diuinum ac sacrum capitulum? Dentibus elapsum est tibi uerbum quale rogamus: aut quomodo hoc dicere ausus es? Et ut ipse etiam paulo confidentius dicam, quomodo mens tibi concitata est? aut atramentum scripsit: aut charta excepit? O eloquentia & Aethnae & uirtutes & eloquentiae sudores. Ferme enim me tragœdum per ea quae scribis facis. Vtrum nos ignoras aut te ipsum? Tu orbis terrarum oculus, tu magna uox ac tuba;

Hh tu elor

tu eloquentiæ regia, parua sunt Gregorio res tuæ. Quid igitur aliud quis omnium super terram rerum admiratione dignum censuerit, si non te Gregorius? Vnū quidem est Ver inter tempora, unus Sol inter astra, unum omnia ambiens ac complectens cœlum. Vnā autē aduersus omnes uox tua, si quid ego talia iudicare possum, nec me fallit amoris philum, quod tamen non puto. Si quidem hoc exprobras quod non pro dignitate admiratur, exprobras etiam omnibus hominibus. Neque enim etiā alius quispiam digne admiratus est aut admiratur, nisi tu & magnifica uox tua, si quidem decorum esset seipsum laudare, & hoc eloquentiæ leges permitterent. Si uero nobis tui contemptus uitio uertitur, cur non infania potius obijcitur? At propterea quod studij de diti cōmentamur ac philosophamur indignaris? perimite dicere, hoc solum etiam eloquentia tua altius existit.

Theologus Magno Basilio, Epistola XXVII.

LAudo epistolæ tuæ proœmiū, quid uero ex rebus tuis non est laudabiliter? Et tu deprehenfus es quæadmodum etiā nos inter scribendū, ubi ad presbyterij gradū coacti sumus, quanquā sanè non hoc nobis studio fuit. Sumus enim nos inter nos, ut si qui alij, fide digni testes, quod pedestri ac inferius manentē philosophiā amauimus. Verū hoc quidē non factum fuisse, fortassis melius esset, Aut non scio quid dico, donec spiritus dispensationem cognouero. Postquā uero factum est, ferre necesse est, uelut mihi uidelicet uideretur, & maxime propter tempus, quod multas nobis hæreticorū linguas producit, ita ut neque credentium spes, neque uitam nostram pudefaciamus.

Theologus Basilio Magno, Epistola XXVIII.

Tempus est boni cōsilij ac tolerantiæ, & ut nemo nobis fortior appareat, neque multos sudores ac labores in breui tēpore superet. Cur uero hæc & unde scribo? Pientis, episcopus noster Eusebius (ita enim oportet de ipso deinceps & sentire et scribere) ualde cōcorditer & amāter erga nos affectus est, & uelut ferrū igne, tēpore mollitur. Et puto etiā literas ad te uerturas esse, cōsolationis & uocationis, uelut & mihi indicauit, & plerique nos persuadet ex his qui rerū illius probe cōscij existūt, quæ sanè præuertamus, aut præfentes aut per epistolas. Magis uero epistolis præmissis, deinde præfentes, ut ne pudefaciamus postea uicti, quū liceat uincere, hoc est, honeste & sapiēter uinci, quod à multis exigimus. Venias igitur à me persuasus, & propter hoc, & propter tēpus ipsum, Nā cōgregatio hæreticorū cōtra ecclesiā cōcurrat, & partim iā præfentes sunt & turbationes moriuntur, partim aduerturū sunt, uelut fama refert, estque timor ne uerbu ueritatis detrahat ac subuertatur, si non quàm celerrime commotus fuerit spūs Beſeleel, sapientis Architecti talium sermonum ac dogmatum. Si uero tibi uisum fuerit, ut ego adsum & hæc exequar, & simul iter faciam, neque hoc recusabimus.

Theologus Eusebio episcopo Cæsareæ, Epist. XXXI.

Quandoquidem ad uirum uerba facio, neque mendacium amantem, & id in alio deprehendere omnium acutissimum existentem, etiam si maxime sapientibus ac uarijs labyrinthis implicetur. Insuperque neque mihi ipsi gratiam sit artificium, (dicam enim etiam si fastuosius hoc sit) sic partim à natura disposito, partim per uerbum efformato: ob id ex tempore quicquid in mentem uenit scribo, & suscipe quæso meam in dicendo fiduciam. Aut sanè iniuriam facies, libertate me priuans, & mororis dolorem conceptum in meipso detinere cogens, uelut morbum aliquem putrem ac malignum. Ego gaudeo quidem à te honorari, si quidem homo sum, & uocari ad cōcilium ac spirituales conuentus: Non patior autem contumeliam uenerandissimo fratri Basilio factam, & adhuc à pietate tua sientem, quem & uitæ & studiorum & altissimæ philosophiæ socium, tum ab initio elegi, tum nunc habeo. & neque mihi ipsi ob iudicium de ipso indignor, sic enim dicere moderatius est, ut ne meipsum laudare uidear; dum illum admiror. Tu uero consimile mihi facere uideris, dum illum ignominia afficis, nos uero honoras, uelut si quis unius uiri altera manu demulceat caput, altera genam cædat. Aut etiam si quis subtrahat fundamentis domus, parietes pingat, & externas partes accurate ornet. Si quid igitur mihi creditis, hoc facies: Credere autē omnino te uolo: Etenim iustum est, si illum ueneraberis merito, etiā ab illo coleris. Quod uero ad me attinet, sequar uos uelut umbræ corpora, quū & parui simus, & ad pacem paratiores. Neque enim ita misere nobiscum agitur, ut in cæteris quidem philosophari uelimus, & melioris partis esse, negligamus autem rem, quæ nostræ

nostræ doctrinæ caput est ipsam dilectionem ac charitatem, quæ aliis, tum erga uirum sacerdotem & tantum, quem & uita & doctrina atque ipsa canicie, omnium quos nouimus optimū esse scimus. Nam tristitia affectum esse nullas ueritati tenebras obducet.

Theologus Cæsariensibus, uelut ex persona sui patris. Epistola XXX

SVM quidem pastor modicus, & ouili exiguo præfectus, & unius è multis inter spiritus ministros. Gratia uero non angusta est, neque locis circūscribitur. Quapropter de tur etiam paruis dicendi libertas, quum aliis, tum ubi de communibus ac tantis rebus tractatio habetur, & ubi illi cum tam profunda canicie consiliū afferant, quæ fortassis aliquid amplioris prudentiæ supra uulgus habet. Non de paruis neque uulgaribus consultatis, sed de his ad quæ prout bene aut male habent, necesse est etiam rempublicam illo uel hoc modo se habere. De ecclesia enim uobis cōsultatio est, pro qua Christus mortuus est, & de eo qui hanc Deo conciliauit & adduxit. Lucerna enim corporis est oculus, uelut aut diuinus, non solum hic qui corporaliter uidet ac uidetur: sed etiam qui spiritualiter speculatur & consideratur. Lucerna autem ecclesiæ Episcopus, quod manifestum uobis est etiam si nos non scribamus. Quemadmodum igitur illo puro existēte, necesse est corpus recte ducti, ubi uero purus non est, non recte. Sic sanè etiam cum ecclesiæ præside, utro modo se habeat, omnino necesse est aut compericlitari, aut unā conseruari. Omnis quidē igitur Ecclesiæ, uelut corporis Christi cura habenda est, maxime autē nostræ, quæ mater ferme omnium Ecclesiarum & ab initio fuit, & nunc esse censetur: & ad quam respublica respicit, quemadmodū circulus centro circūscriptus, Non solum propter rectam de fide sententiam ab antiquo omnibus prædicatam, sed etiā concordia gratiam, manifeste ipsi ex deo datam. Quandoquidē igitur etiam nos uocatis ad cōsiderationem ac consultationem de hac re, recte id facientes ac regulariter; detinemur autem à senectute & infirmitate, si quidem etiam ipsi affuerimus, spiritu sanitatem ac robur largiente, (nihil enim credentibus incredibile est) hoc utique omnibus melius fuerit, & nobis iucundius, quo & unā uobiscum aliquid afferamus, & ipsi benedictionis participes fiamus. Si uero infirmitate uincente relicus fuero, quæcunq; ab absentibus fieri possunt conferemus. Credo equidem etiam alios esse apud uos prædientia dignos, uelut ex urbe tanta & sic, & a talibus, ab antiquo instituta. Verum neminem ex his qui apud uos honorantur, unī præferre possumus piētissimo filio nostro Basilio presbytero, dico autem deum testem statuens, uito & uita et doctrina purgato, et solo ex omnibus quàm maxime in utraq; parte stare potēte, ad hoc tempus, & ad eas quæ nunc obtinent hæreticorum nugas. Hæc et sacerdotibus scribo & solitariam uitam degentibus, & his qui ex dignitatū ac consiliatorum ordine sunt, & ex omni populo delecti. Si quidem igitur hoc simul uisum fuerit, & suffragiū nostrum obtinuerit, ita integre ac recte se habens uelut cum deo suffragiū ferimus: & adsum ipsi ritualiter et adero. Imò etiam iam manū imposuit, et confido spiritui. Si uero aliud quid & non hoc uisum fuerit, et inter fraternitates ac cognationes talia iudicata fuerint: ipsa turbatrix manus rursus decretum detrahat, & uos ex uestra sententia quod placuerit facite, nos uero delecto animo in arcium contrahemur.

Theologus Episcopis, uelut ex persona sui patris. Epistola XXXI

Quam suaues uos & humani, et dilectione prestantes, uocatis nos ad Metropolim, uelut arbitror de Episcopo consiliū inuituri, hoc enim de uobis percipio, qui neque quod adesse oportet, neque ob quam causam, neque quando denunciantes, de repente nobis quod animum ad faciendum aliquid induxistis, manifestastis: uelut homines qui non honorare didicerint, aut habere nos studio habeant, sed adesse accelerantes, quo neque in uolentes ac paratos nos incidatis. Vestrum quidem igitur factum tale est, & feremus contumelia affecti. Nostræ autem res quomodo se habeant proponemus. Alij equidem alios proponunt, singuli iuxta suos mores aut commoda, quod ipsum in eiusmodi rebus fieri solet. Nos autem neminem præferre possumus (neque enim piū est) uenerandissimo filio nostro Basilio in presbyterio cōsorti. Quem enim ex his quos nouimus reperiamus, aut uitæ magis probata, aut doctrina præstantiorem, & undiquaque ad uirtutis pulchritudinem exercitatum? Si uero debilitas causa loco prætextitur: non atletam designabitis, sed doctorem. Et simul hoc fieri potest, ut spiritus debiles ubi tales facti fuerint: corrobore-

ret & suffulcat. Si hoc suffragium susceperitis, et adero et adiuuabo, aut spiritualiter aut corporaliter. Si uero iam certa ac decreta conditione procedetis, & uicturæ sunt seditiones præterita iustitia: gaudemus nos esse cōtēptos. Vestrū sit opus, pro nobis uero orate.

Theologus Magno Basilio, Epistola xxxii

Ego te & uitæ præceptorem, & doctrinæ magistrum, & quicquid honesti quis dicere possit, & ab initio statui, & nunc statuo. Et si quis alius tuarum rerū laudator est, aut mecum omnino est, aut post me. In tantum uictus sum à tua pietate, adeoque pure tuus sum. Et sane nihil miri est. Cuius enim amplior est consuetudo, eius etiam amplius est experimentum. Cuius autem experimentum largius est, eius etiam perfectius est testimonium. Et si qua est alia uitæ utilitas, cuius gratia uiuere uelim, ea est tua amicitia ac consuetudo. Atque circa hæc quidem sic affectus sum. Quæ uero nunc scribo, scribo quidem non uolens, scribo tamen. Et ne mihi quicquam indigneris, aut ipse ualde indignabor, si non ex beneuolentia hæc & dicere & scribere, apud te suspectus sum. Multi damnant nos uelut circa fidem non fortes nec constantes, qui sane res nostras communes & nihil ab alijs differentes faciunt, recte in hoc facientes. Et alij quidem impietatem manifeste exponunt. Alij uero timiditatem. Et impietatem quidem qui neque sane ac integre dicere nos credunt. Timiditatem uero qui tergiversationem accusant. Et quid ea quæ à reliquis dicuntur referre opus est: Quod recte accidit id ipsum tibi exponam. Conuiuuiū erat, & in conuiuio aderant non pauci ex illustribus & amicis nostris. Inter hos uero etiam uir quidam, ex eorum numero qui nomine et habitu pietatis amicitur. Nondum coeperat potus, & sermo erat de nobis, (id quod in symposiis contingere solet) pro omnibus alijs introductis consuetis, propositus. Quis uero omnes tuas res admirarentur, & apponerent quoque nos uelut æqualiter philosophantes, & producerent amicitiam & Athenas, & in omnibus conuersionem ac concordiam: graue quoddam factum philosophus ille designat. Et quid hoc inquit, o uos, forti admodum uoce sublata, quam ualde mendaces uos & adulatoris estis, in reliquis quidem collaudentur hi uiri si ita uidentur, neque ipse contradico. Quod uero maximum est non concedo. A recte fidei sententia falso laudatur Basilius, falso Gregorius, alter perdens fidem per ea quæ loquitur, alter simul perdens per ea quæ tolerat. Vnde hoc inquam, o uane tu & nouelle Dathan, & Abiron dementia? Vnde nobis uenis arbiter: quomodo te ipsum tantorum iudicem facis? Ex concilio inquit, iuxta Euplychium nunc uenio testis, (etenim habebat se sic res ipsa) & illic audiui Magnum Basilium de deo loquentem, de patre quidem & filio optime ac perfectissime, & quomodo non facile alius quispiam dixerit, spiritum uero detrahentem ac euerentem: Et apponebat quandam similitudinem: uelut fluuij qui petras prætereunt, arenam uero cauāt. Aut quid tandem tu o admirande inquit, (ad me oculos conuertens) iam manifeste de spiritu differis? Et quum quidam ex meis mihiq; commorans, uelut in multorum hominum concilio de deo differuisset, deindeq; de spiritu celebre hoc protulisset, nepe, usquequo sub modio lucernam occultabimus? Et ille quidem spiritum euertit, hic uero obscure subindicat, & uelut adumbrat doctrinam, non autem libere profert ueritatem, ciuilius magis quam pietate aures colluens, & eloquentiæ facultate fraudem integens. Ego equidem inquam, in abscondito positus & plerisque ignotus, quum neque quæ dico, neque quod omnino dico ferme cognoscat, citra periculum in philosophia uersor. Illius autem amplior est doctrina, utpote illustrioris & ex seipso, & ab ecclesia, & omne quod dicit publicum est, multumq; circa ipsum bellum est, quum heretici etiam nudam uocem ipsius Basilij prehendere querant, quo hic quidem ab ecclesia depellatur, qui solus ferme relicus est ueritatis scintilla, & uelut uax potentia omnium in circuitu comprehensorum. Radices autem agar malum in urbe, & ab hac ecclesia uelut quoddam propugnaculo omnem terrarum orbem percurrat. Melius igitur est dispensari ueritatem, paululum cedentibus nobis temporari uelut nebulæ, q̄ manifesta prædicatione pessundari. Nobis enim nullum detrimentum est etiam ab alijs scripturæ locis qui hoc colligunt, deum esse spiritum ipsum cognoscere. Non enim in solo magis quam mente sitam esse ueritatem. Ecclesiæ uero magnum damnum accidere si propter unum uirum ueritas persecutione patiatur. Non susceperunt dispensationem præsentem, uelut friuolam & ipsi illudentem, sed contra nos proclamabant, tanquam qui magis timiditatem

timiditatem quam doctrinam uerbi dispensemus. Multo enim melius esse, ut nostrum conseruemus per ueritatem, quam ut hoc inutile faciamus, & alienum non assumamus, per hanc scilicet dispensationem. Singula quidem igitur quæ dixi, & quæ audiui, & quomodo indignatus sum aduersus resistentes, ultra consuetudinis etiam meæ mensuram, longum fuerit nunc recensere, & fortassis non necessarium. In summa, illos quidem sic reptidauit: Tu uero o diuinum ac sacrum caput doce nos, usquequo progrediendum sit nobis in spiritus theologia, & quibus uocibus utendum sit, & usquequo dispensandum, ut habeamus hæc aduersus contradicentes. Ego enim si opus haberem nunc hoc discere, quum maxime omnium & te & tua cognoscam, & de his sæpe certitudinem declarauerim dederimq; ac susceperim, rudissimus utiq; & miserrimus omnium essem.

Basilium Magno Theologo, Epistola xxxiii

Accepi literas pietatis tuæ per uenerabilem fratrem Hellenium, & quum audierimus ea quæ nobis ipse manifestasti, atque ea nudis uerbis declarasti, oino ambigere non potes quomodo affecti fuerimus. Veruntamen quia decreuimus dilectionem erga te, omnimodis ac molestia potiorē facere, suscepimus & hæc uelut par erat, & rogamus sanctum deum ut reliqui dies aut horæ sic nobis conseruentur in affectu erga te, uelut in superiori tempore, in quo neque parui neque magni defectus aut offensæ nobis ipsis conscij fuimus. Si uero ille qui nuper ad uitam Christianorum respicere conatus est, & ex eo quod nobiscum conficiatur autoritatem sibi parere putat, tum quæ non audiuit affirmat, tum quæ non intellexit recenset, nihil miri est. Verum illud mirabile & præter omnem opinionem, quod horum auditores habet genuissimos ex fratribus meis apud uos, & non solum auditores, sed etiam discipulos uelut apparet. Etiam si enim aliis mirum sit, talem esse doctorem, tales qui tolerant, me qui euerter, & cui detrahitur: at certe temporum status erudit nos, ut ne nihili rem ægreferamus, iam diu enim magis ignominiosa his, nobis familiaria fuerit propter peccata nostra. Ego itaque si quidem nondum fratribus ipsius experimentum meæ de deo sententiæ dedi, neque nunc habeo quid quod respondeam. Quos enim non persuasit longum tempus, quomodo breuis epistola persuadebit? Si uero illa sufficit, nunc quæ censeantur ea quæ nobis à calumniatoribus obijciuntur. Veruntamen si permittemus ut ora effrenata & corda ineredita loquantur de quibus uelint, & paratas habuerimus ad suscipiendum aures: non solum nos res aliorum suscipiemus, sed etiam alij nostras. Horum uero causa illa est, quam iam olim nos non admittere debere in hortatus sum, nunc uero renuntiatione facta taceo, quod uidelicet inter nos mutuo non conuersamur. Si enim iuxta uetus pactum, & iuxta eam quæ nunc ecclesijs à nobis debetur curam, maximam annipartem simul transigeremus, calumniatoribus aditum non dedissemus. Tu uero si ita uideatur, illos quidem ualere sinito. Ipse autem admonitus sis ut auxiliarius nobis adsis in præsentem certamine, & nobiscum incurras in eum qui contra nos arma mouet. Si enim uictus solum fueris, impetum ipsius compeces, & eos qui ad patriæ res euerendas congregantur dissipabis, notum ipsis faciens, quod ipse per gratiam dei, nostri conuentus ac militum delectus dux eris, & obturabis omne os loquentium contra deum iniquitatem. Si hæc facta fuerint, res ipsa indicabit quis te sequatur in perpetrandis honestis, & quis claudicet ac prodat ob timiditatem, doctrinam ueritatis. Si uero res ecclesiæ prodita ac amissa fuerint, parum mihi curæ est ut per uerba persuadeam eos qui tantum te faciunt, quantum coluerint homines, qui nondum seipsos metiri didicerunt. Nam non longe postea per gratiam dei, ipsa demonstratio per opera calumnias declarabit ac redarguet, quia speramus pro doctrina ueritatis fortassis etiam amplius quid nos passuros esse. Sin minus, omnino tamen ab ecclesijs ac patrijs fugandos ac expellendos esse. Si uero nihil eorum quæ speramus factum fuerit, non longe abest Christi iudicium. Quare si quidem propter ecclesias congressum nostrum requiris, paratus sum te conuenire, ubicunq; tandem nos aditocaueris. Si uero ut calumnias diluam, non est ocium mihi de his respondere.

Theologus Magno Basilio, Epistola xxxiiii

Hoc erat sane quod alius quidem quispiam ex prudentioribus suspectum habuisset. Ego uero ualde ineptus ac stultus ad te scribere non sum ueritus. Molestam tibi at tulerunt literæ, uerum ut ego sentio non recte nec iuste, sed etiam omnino superflue: & irritam non confessus quidem es, uerum occultasti, etiam si sapienter hoc fecisti, per pudor

rem uelut laruam quandam mœroris faciē occultans. Ego uero si hoc dolose ac maligne feci, non magis à tua tristitia q̄ ueritate damnum patiar. Si uero simpliciter & cū cōsuetā beneuolentiā, peccatū meum, non tuā affectionē accusabo. Veruntamen corrigere hæc melius fuerat, q̄ consiliū dantibus indignari. Quod igitur ad te pertinet, etiā ipse uidebis, quū etiā alijs eadem consilere potēs sis. Me uero promptū habes, si uoluerit deus & affuturū, & simul decertaturū, & quæ nostræ facultatis fuerint collaturū. Quis enim inuolens sit, & quis non confidat sub te & unā tecum, de ueritate dicere ac contendere.

Theologus Magno Basilio, Epistola xxxv

Non desines nobis maledicere, uelut ineruditis ac rudibus minime q̄ amicis, & neq̄ uita dignis, propterea quod ausuimus intelligere ac indicare quæ passi sumus. Neque enim aliud quicq̄ iniuste fecimus, quod ipse etiā testaberis. Neq̄ ullius nobis cōfessum aut parui aut magni circa te facti mali, neq̄ confessi fuerimus. Verū hoc solū nouimus quod decepti sumus, sero quidē ualde, cognouimus autē, & thronū accusamus, uelut qui te cōfessum altiorē nobis fecit. & dolemus quod tua nobis exprobratur, eaq̄ defendimus, aduersus eos qui manifeste sciunt, & prima nostra & præsentia. Hoc em̄ ex his quæ patimur maxime ridiculū est, aut potius miserrimū, eosdē & iniuria affici, & accusari, id quod etiā nobis accidit. Obijciunt autē alijs aliud quid, & quod quisq̄ uoluerit, iuxta suos mores, aut mensurā iræ contra nos. Qui uero humanissimi sunt, despectū & cōtempitum & quod abiecti sumus post usum, quæ admodum uilissima uasa et nullius amplius pensi, aut sustentacula illa super quæ testudines firmantur, quæ factio stabilimēto subtrahuntur ac conspuuntur. Illos quidē igitur ualere sinemus, ac dicere quicquid uoluerint ac dixerint tandē. Nemo cōpescet linguæ libertatē. Et tu mihi mercedē exolue, beatas & inanes spes, quas contra maledicos excogitasti, uelut propter dignitatē contumelia afficiens leues nos, & ad talia ferenda expositos. Ego uero mentē meam tibi declarabo, & nihil mihi irascaris. Dicam enim ea quæ confessi in ipsa affectione protuli, non adeo aut ira feruens, aut factio cōsternatus, ut mens mihi subducta fuerit, ac ignorauerim quæ dicebam. Neq̄ arma comparabo, neq̄ rem militarem discam, quam prius non didici, quando magis tempestiuū id esse uidebatur, quū omnes armarentur ac insanirent. Nosti debilitatē firmitates. Neq̄ bellicosum Anthimum sustinebo, quamq̄ immaturus sit bellator, quum ipse nudus sim & belli rudis, & ad uulnera magis idoneus. Verū aduersus illū ipse bellū suscipe, si id tibi placet. Nam etiā infirmos multoties necessitates faciunt bellatores. Aut quare bellū gesturos, ubi tuos mulos corripuerit, angustias seruans, & uelut Amalecille Israelem prohibens ac arcens. Nobis autē pro omnib. des quietē. Quid enim opus est pugnare pro lacertibus & uolucris, & hoc alienis, tanq̄ sane pro animis ac legibus inuolabiliter conseruandis? Quid uero illustre Salimorū metropolim spoliare, aut denudare ac reuelare mentis arcanum, quod abscondere oportebat? Caterū tu quidē uiriliter age & confortare, atq̄ omnia ad tuam gloriam trahe, quemadmodum flumina torrentes, neq̄ amicitiam neq̄ consuetudinem honesto ac pietati præferens, neq̄ curiosus existēs, de eo qualis nam ex eo quod hæc facis, uideberis: sed unius spiritus existens. Nos autem hoc solum ex amicitia tua lucratur, ut neq̄ amicis credamus, neq̄ quicquam deo magis cōlendum esse sentiamus.

Theologus Basilio Magno, Epist. xxxvi

Exprobras nobis ocium & segniciam, quod non saluta tua inuasimus, neq̄ uelut episcopos decet concitamus, dum uos uelut esca canibus in medium proiecta, contra uos mutuo arma induitis. Mihi uero maxima actio est ocium. Et ut scias aliquid mearū uirtutum, adeo ipso ocio glorior, ut putem me etiam legem esse omnibus magnanimitatis circa hoc ipsum. Et si omnes nos imitarentur, neq̄ negocia ecclesiis essent, neq̄ fides distraheretur, proprietarum cuiq̄ contentionum scutum existens.

Theologus Magno Basilio, Epistola xxxvii

Quam calidum & equestre exilis in literis, & nihil mihi est, te recens gustata gloria, nobis ostentare uelle, quam nam gloriam repereris, quo te ipsum sic augustiorē ac maioris autoritatis facias. Quemadmodum pictores qui horas ac pulchritudines pingunt. Mihi uero omnia episcoporum facta recensere, & ea quæ in epistola habentur, ob quæ tu indignaris, & unde incepimus, & quo progressi sumus, & ubi desiuimus, longius quam

quam pro epistolari ratione esse uidetur, & non magis Apologiæ q̄ historiæ opus. Quæ uero cōpendio declarem, Venit ad nos generosissimus ille Anthimus cum quibusdam episcopis, siue ut patrem meum uisitaturus, nam & hoc uisum, siue serio acturus ea quæ egit. Multo autem & de multis experimēto summissis, de parœcijs ac cohabitationibus, de Salimorū stagnis, de nostra electione, largitus, precatus, miratus, lite intentata, uirtutibus emissis, laudibus effusis, circulis sibi ipsi circumscriptis, tanquam oporteret nos ad ipsum solum respicere, & ad nouam metropolim maiorem existentem: Quid in quā, circum scribis nostram ciuitatem, quum & nos ecclesiam faciamus reuera ecclesiarum matrem, idq̄ ab antiquo. Tandem abiit rebus infectis, multa spirans, & Basiliū nobis uelut philippinum obijciens. Num hoc iniuste facere tibi uidemur? nō arbitror. Vide uero etiā epistolam quomodo habuit à conuictatoribus nostris. Vocationē ad conciliū efformant ad nos. Me uero contradicente, & iniuriam hac re nobis fieri proferente, tamen rursus cupierunt ut per me aduocarem uos de his cōsulturi: hoc promisi, ut ne fieret prius illud, toto negotio in uobis collocato, an uelitis cōgregare ipsos, & ubi et quam diū id quod honorantis erat, non contumeliam facietis. Quandoquidē uero neq̄ hoc iniuste facimus, dic reliquum. Si à me hoc discere uos oportet, ipsam uobis legā Anthimi epistolam, quam quum stagna occupasset, renunciantibus nobis ac interminantibus, ac nos misit, & conuictans & contumeliosus afficiens, & uelut carmen quoddā uictoriale contra nos uelut uictos canens. Et quā rationē habet, illum quidē offendere propter uos, uobis autē displicere, uelut illi gratificantes? Hæc prius discere oportebat o admirāde, & neq̄ tunc conuictis incescere, si non aliam ob causam, saltem ut seniores. Si uero ostentatorum more glorioso te geris, & ex altis uos alloqueris, uelut Metropolitēs & magnæ urbis episcopus, nobis Micropolitēs & paruæ urbis præsidib. aut etiā urbe carentib. est etiā nobis supercilium qd̄ cōtra obtedemus. Facillimū em̄ hoc omnib. est, & fortassis etiā honestius.

Theologus Magno Basilio, Epistola xxxviii

Postquam cognoui te in altum thronum collocatum, & uicit spiritus qui lucernam super candelabrum publicauit, quæ neq̄ prius obscure lucebat, gausus sum fateor. Cur uero non deberem? quum cōmunitatē ecclesiæ male habere uiderē, & tali manu ductione indigere. Accurri autē non statim, neq̄ accurā neq̄ sanē hoc ipse exegeris. Primum quidem, ut tibi autoritatē conferuem, & ne tui studiosos congregare uidearis, præ calore quoddā & ambitione, quod dicere possint calūniatores. Deinde uero, ut mihi cōparem stabilitatē, & deposito liuore candorē. Quādo igitur uenies, fortassis dices, & usq̄ quo recuabis? donec deus iusserit, & ubi præterierint umbræ eorū qui nūc inuidias tendunt ac inuident. Nō enim diutius resistēt leprosi satis scio, Dauidi Hierusalē ocludentes.

Theologus Magno Basilio, Epist. xxxix

Audio te turbati à recentī inuouatione, & negocia habere ex quadam sophistica, eorum qui cōsuetam curiositatem obtinent. Et nihil mihi est. Neque enim ignoram inuidiam, & quod multi ex his qui circa te sunt, res suas per te curant, & scintillam pusillanimitatis accendunt. Illud igitur non timeo, ne quid facias in rebus tristibus à philosophia alienum, & te ipso ac nobis indignum. Verum arbitror nunc sanē quā maxime notum fieri meum Basiliū, & quam per omne tempus collegisti philosophiam demonstraturum esse, & calumnias uelut altis undis superaturum, atq̄ alijs turbatis immortum mansurum. Si uero uidebitur, etiam ipse adero: Fortassis etiam cōsiliū aliquod impertiturus, si quidem mari opus est aqua, & tibi consultore: omnino autē opem laturus & simul philosophaturus, eo quod simul contumeliosus afficior.

Theologus Magno Basilio, xl

Ne miretis si quid præter opinionē dicere uidebor, & nō prius ab aliquib. dictū. Mihi uideris tu gloriā quidē habere uiri certi ac muniti, et mēte firmi ac cōstātis. Multa uero cōsultare ac facere simplicius, potius q̄ securius aut firmius. Qui enim à malitia alienus est, tardius maliciā ac uitiū reprehendit. Quale est etiā quod nunc instat. Vocasti nos ad metropolim, cōsultatione de episcopo proposita, et res ut decēs est ita uerisimilis, ægrotare uisus es & postremū spiritū ducere, & desiderare tū uidere nos, tū exitū atq̄ extremā uerba effari. Nō noui autē cur id fiat, et qd̄ pntes rei cōferamus. Ego uero cōcitatū fui, ob rē ipsam dolore affectus. Quid em̄ mihi uita tua altius est, aut decessu ē uita tristius

Hh 4 accidere

accidere possit & lacrymarum fontes effudi, & plorauit, & nunc primum percepi alie-
no à philosophia modo me affectum esse. Et quid non epitaphiorum perfecit? Postquam
uero sensi episcopos concurrere ad urbem, retractus sum ab impetu alacritate. Miratus
autem sum, primum quidem quod non respexisti decorum, neque multorum ac uulgi lin-
guas uirasti, quæ celerime simplicioribus calumnias struunt. Deinde uero quod non eadem
& tibi & nobis conuenire putas; quibus & uita & doctrina & oia cõmunia, sic ex deo ab
initio cõiunctis. Tertio, liceat enim & hoc dicere, quod pietiorum putasti tales esse præ-
xtus, non potentiorum ac multitudini addictorum. Ego quidem igitur propter hæc puppim
pulsauit, & terga uerto. Tibi uero si uideretur, etiã hoc ipsum probetur, fugere uidelicet me-
dicos tumultus, & prauas suspiciones. Porro pietatẽ tuam tunc uidebo quã negocia seda-
ta quieuerint & tempestiuum fuerit, & exprobrabo sane plura & grauiora.

Magnus Basilius Maximo philosopho, Epistola XLII

Imagines animarũ reuera sunt sermones. Cognouimus igitur te per literas, uelut autẽ,
lex unguibus leonem, & gausi sumus quod te compererimus circa prima ac possibi-
lia bona non segniter affectum esse, nempe dilectionem & erga deum, & ad proximum.
Signum autem facimus prioris quidem, dexteritatem tuã circa nos, posterioris uero, stu-
dium tuum circa scientiam. Quod uero in duobus his totum situm est, notum est cuius
Christi discipulo. Ceterum quæ requiris Dionysii scripta, peruenere quidem ad nos,
& ualde multa, non tamen ad sunt libri ipsi, quapropter non misimus. Sic autẽ sententiã no-
stra est. Non omnia admiramur eius uiri. Imò sunt quædã quæ penitus abrogamus, ferẽ
enim eius quæ nunc uulgata est impietatis (de ea quæ inæqualitatem docet dico) hic pri-
mus, quantum nos scimus, hominibus semina exhibuit. Causam uero arbitror, non mentis
malignitatẽ, sed quod uehemẽter uoluit resistere Sabellio. Solitus itaq; sum ego assimila-
re ipsum arborum plantatori, nouellæ plantæ torturam corrigenti, deinde ob inmoder-
ratam retractionem à medio aberranti, & germen ad contrariam partem abducẽti. Tale
quid etiã circa hunc uirum factum esse comperimus. Dum enim uehemẽter resistit Li-
byis impietati, non animaduertit seipsum ad contrarium malum præ nimio uincendi stu-
dio deferri. Cui sanè tantum satis est iudicare, quod non idem est subiectio pater & filius,
& hæc habere contra blasphemum uicioris signa. Ille uero unum ualde manifeste ex ab-
undanti obtinet, & non solum substantiarum diuersitatem ponit, sed etiã essentiaẽ disse-
rentiam, & potentiaẽ diminutionem, & gloriaẽ ac maiestatis euationem. Quare ex hoc
contigit, ut ipse malum malo permutarit, à rectitudine uero doctrinaẽ aberrarit. Quapro-
pter etiã uariis est in scriptis, nunc quidem destruens coessentialitatem, per ea quæ ob
substantiarum reprobationem male ab ipso usurpata sunt. Nunc uero admittens, in apo-
logia ad sibi cognominem. Ad hæc etiã de spiritu emisit uoces, spiritui minime conuen-
nientes, exterminans ipsum e deitate quæ adoratur, & paulo post alicubi, creatæ ac mini-
stranti naturæ annumerans. Vir igitur ipse talis est. Ego uero, si meã propria opinionem
dicere debeo, simile secundum essentiam, si additum habet, citra enarrationẽ accipio uo-
cem uelut idem cum coessentiali significantem, iuxta sanam uidelicet coessentialis signi-
ficationem. Quæadmodum etiã eos qui in Nicæno concilio dixerunt, lumen de lumine,
& deũ uerũ de deo uero, & talibus uocibus unigenitũ appellarunt, consequenter coessen-
tialem inducere. Neque igitur luminis ad lumẽ, neque ueritatis ad ueritatẽ, neque essentiaẽ uni-
geniti ad eã quæ patris est, unquẽ aliquã euationẽ mente concipere possibile est. Si quis
sic uelut dixi acceperit, admitto uocem ipsius. Si uero quis à simili, uocẽ non euanians re-
scindat: quod ipsum Constantino politani fecerunt: suspectũ habeo uerbum, uelut quod uni-
geniti maiestatem imminuat. Nã & obscuris similitudinibus, & multum ab archetypo ac ex-
emplari deficientibus, sepe numero simile animo cõcipere solemus. Quãdoquidẽ igitur mi-
nus puto ipsum mali quid circa coessentialitatẽ cõmississe, sic etiã ipse usurpo. Ceterũ cur
non accedis nos o optime, ut præsentem nos inter nos de his colloquamur, & non literis in-
nimis concredamus, quum aliã non ita ualde res nostras publicare nouerimus. Quo igitur
non Diogenis illud ad Alexandrum, etiã ipse nobis dicas, Quod tantundẽ uiaẽ est
à uobis huc, & ad uos hinc: Nos quidẽ præ infirmitate ferme uelut plantæ semper in eo-
dem loco detinemur, & simul illud, uiue latens, inter prima bona ducimus. Tu uero
sanus es uelut dicunt, & quum te ipsum orbis terrarum ciuem feceris, merito etiã
huc

huc ad nos accesseris, uelut ad tuã ipsius portionem. Si enim uos, qui in actu rerum uer-
samini, & populi & urbes docent, quibus actiones secundum uirtutem ostenditis, At cer-
te ad speculationem & mentis actionem, per quam deo coniungimur, bonus auxiliarius
est quies, quam multam & luculentam in hac extremitate colimus, atque uitam ipse no-
biscum. Si uero omnino oportet potentatus circuire, & nos humi politos contemneres
tu saltem alia scribas, atque sic nobis delectationem afferas.

Basilius Magnus Maximo philosopho, Epistola XLII

Annunciauit mihi honestus ac bonus Theotecnus præstantia tuã statũ, & cõgres-
sus tui desiderium mihi induxit, animæ tuæ figuram per sermonem manifeste deli-
neans, & in tantum amorem meum erga te incendit, ut nisi senectute grauarer, & à conu-
trita debilitate detinerer, & infirmitas circa ecclesiã curis illigatus essem, nihil me remora-
tum fuisset quo minus ipse te accessissem. Nam reuera non est paruum lucrum, ex domo
magna & genere illustri ad angelicam uitam transgressum, ratione iuuentutem refrena-
re, & carnis affectus rationis seruos facere, & humilitate uti quæ decet Christianum, qui
de seipso uelut par est sentit, unde productus est, & quo abibit. Naturæ enim cõsideratio
animæ quidem tumorem reprimat, omnem uero arrogantiam ac contumaciam extermiti-
nat, & in summa, discipulum Christi facit, qui dixit. Discite à me, quia mitis sum & humili-
lis corde. Reuera enim charissime fili, solum studio dignum & laudabile est, perpetuum
bonum, hoc autem est præmium à deo. Verum humana hæc, umbra obscuriora sunt, &
somnia fallaciora. Iuuenta enim citius uernis floribus defluit, & corporis pulchritudo,
aut morbo aut tempore marcescit. Et diuitia inconstabiles sunt. Et gloria facile mutari ac cir-
cumuerti potest. Et opera per artes effecta unã cum tempore absoluuntur ac finem sortiuntur.
Sed & eloquentia cuius studio omnes tenentur, usque ad aures gratiam habet. Virtuti-
tis autem exercitatio, preciosa possessio est habenti, & iocundissimũ spectaculum his qui
in ipsam incidunt. Cuius si curam habueris, efficies te ipsum dignum bonis in promissio-
nibus à deo repositis. Ceterum quomodo ad honorum adeptionem peruenire possis, et
quomodo acquisita conseruaueris, longiorem orationem requisierit, quã pro præsentibus
stituto. Porro hæc uisum est mihi ad te scribere, propter ea quæ à fratre Theoteco audi-
ui, quæ semper quidẽ opto uerũ dicere, maxime uero in sermonibus, quos de te facit, ut pro-
pter te deũ amplius glorificetur, qui à radice aliena preciosis, pietatis fructibus turges.

Basilius Magnus Gregorio fratri, de essentia & substantia differentia, Epist. XLIII

Quandoquidem multi societatem essentiaẽ in mysticis dogmatibus à substantiarum
ratione non discernentes, in eadem coincidunt suspiciones, & nihil differre putant
essentiam aut substantiam dicere, Vnde etiam quibusdam citra expansionem talia reci-
pientibus placuit, quemadmodum unam essentiam, ita etiam unam substantiam diceret
Et uice uersa, qui tres substantias suscipiunt, etiam essentiarum diuisionem iuxta eundem
numerum, ex hac confessione decernere oportere putant: Quapropter ut ne etiam tu si-
milia facias, breuem tibi commentarium de hac re feci. Est igitur ut paucis rem declarem,
talis harum uocum significatio. Omnia nomina quorum res de pluribus & numero dif-
ferentibus dicuntur, uniuersaliorem quãdam significationem habent, uelut homo. Qui
enim hoc dixit, communi natura per nomen ostensa, non circūscripsit hac uoce aliquem
hominem, qui priuatim à nomine hoc notus reddatur. Non enim magis Petrus homo
est, quã Andreas & Ioannes ac Iacobus. Communitas igitur eius quod significatur, si-
militer in omnes in idem nomen ordinatos procedens, sub distinctione opus habet, per
quam non uniuersalem hominẽ, sed Petrum aut Ioannem cognoscamus. Quædam uero
nomina peculiarem habent indicationem, per quam non naturæ communitatem in si-
gnificato speculamur, sed cuiusdam rei circūscriptionẽ, quæ nullam ad id quod eius-
dem generis est, iuxta suam proprietatem, habet cõmunitatem. Velut Paulus aut Timo-
theus. Non enim amplius hæc uox ad naturæ communitatẽ fertur, sed comprehensiuam
significationẽ cõplexa, quarundã circūscriptarũ rerũ indicationẽ, per nomina declarat.
Quũ igitur duo aut plures simul in eodem loco fuerint, uelut Paulus, & Sylluanus & Ti-
motheus, & de essentia hominum ratio inquisita fuerit, non aliam quis reddet essentiaẽ in
Paulo rationem, aliam in Sylluano, & aliam in Timotheo, sed per quæ uerba Pauli
essentia

essentia demonstrata fuerit, ea etiam alijs conuenient, & sunt inter se coessentialis, quia eadem essentia ratione describuntur. Vbi uero quis cognita communitate, ad peculiaria conuerterit speculationem, per qua alterum ab altero separatur, non amplius rationi qua unumquemque notum reddit, cum ea qua de alio redditur, conuenient, etiam si in quibusdam communitatem habere comperta fuerit. Hoc igitur quod peculiariter dicitur, substantia uerbo significari dicimus. Qui enim hominem dixit, dispersam quandam notionem, propter significationem indefinitam auribus immisit; ut natura quidem ex nomine declarata sit, substantia uero & res qua peculiariter a nomine declaratur, non sit significata. Qui uero Paulum dixit, in re qua a nomine significatur subsistentem naturam ostendit. Hoc igitur est substantia, non indefinita essentia notio, nullam ex communitate eius quod significatur stabilitatem reperiens, sed id quod commune & incircumscriptum in aliqua re est, per apparentes proprietates declarans ac circumscribens. Quem admodum etiam scriptura huiusmodi facere familiare est, quum in multis alijs locis, tum in historia Iob. Postquam enim de ipso narratura erat, communis prius mentione facta, & ubi dixit homo, statim secut per proprietatem, in eo quod apponit quis, Verum essentia quidem descriptionem, uelut ad propositum sermonis scopum nihil utilitatis conferentem, silentio praeteriit, particularem uero hominem per propria signa delineat, & locum cum dicens & morum notas, & quaecumque externa coassumpta, disparatura ac separatura erant ipsum a communi significatione, ut ex omnibus euidentibus eius de quo narratur descriptio fieret, ex nomine, ex loco, ex animae proprietatibus, ex his qua forinsecus circa ipsum uisebantur. Si uero essentia rationem dedisset, nulla sane relatorum mentio facta esset in naturae declaratione. Idem enim fuisset sermo, qui etiam de Balda Sanchita, & Sophar Minnao, & de singulis quorum isthic mentio fit hominibus. Quam igitur in rebus nostris cognouisti rationem in essentia ac substantia, eam si etiam ad diuina dogmata transferis, non aberrabis. Quomodo igitur essentiam patris qualemcunque tandem suggerit tibi mens tua (Nam ad nullum destinatum intellectum animam fulcire datur, propterea quod credat ipsam super omnem intellectum esse) hanc etiam in filio intelliges, hanc similiter etiam in spiritu sancto. Nam non creati & incomprehensibilis ratio, una & eadem est, & in patre & filio & spiritu sancto. Non enim aliud magis incomprehensibile ac increatum est, aliud uero minus. Quandoquidem uero per peculiaria signa, inconfusam in trinitate comparisonem habere oportet, id quidem quod communitate speculamur, uelut est increatum esse, & omnem comprehensionem excedere, aut si quid huiusmodi est, non simul ad peculiare iudicandum assumemus, sed ea solum inquirimus, per qua notio uniuscuiusque clare & impermixte, ab ea quam simul contemplamur secerneretur. Recte itaque mihi habere uidetur, ut sic inuestigemus rationem. Omne bonum quod ad nos ex diuina potentia peruenerit, gratia omnia in omnibus operantis actionem esse dicimus, quemadmodum dicit Apostolus, quod haec omnia operatur unus & idem spiritus, diuidens peculiariter unicuique sicut uult. Quarentes autem an ex solo spiritu sancto, bonorum suppeditatio principium sumens, sic dignis contingat, rursus a scriptura manu ducimur, ad hoc ut suppeditationis bonorum qua spiritus in nobis operatur, principem & autorem unigenitum deum esse credamus. Omnia enim per ipsum facta esse, & in ipso consistere, a sacra scriptura edocti sumus. Quum itaque ad hanc intelligentiam exaltati fuerimus, rursus a diuinitus inspirata manu ductione inducti docemur, quod per illam quidem potentiam omnia ex non existentibus ad esse producuntur, non tamen ex illa citra principium. Sed est quaedam potentia ingente & sine principio subsistens, qua sane causa est uniuersorum existentium causa. Ex patre enim est filius, per quem omnia, cum quo semper spiritus sanctus inseparabiliter cointelligitur. Non enim potest quis de filio cogitare, qui non prius sit spiritu illuminatus. Quandoquidem igitur spiritus, a quo omnis bonorum contributio in creaturam scaturit, ex filio dependet, cum quo inseparabiliter comprehenditur, esse uero ex patris causa appensum habet, unde etiam procedit hoc proprietatis secundum substantiam signum notum ipsum reddens habet, quod per filium & una cum ipso cognoscitur, & quod ex patre subsistit. Filius uero qui ex patre procedente spiritu, per seipsum & una cum seipso notum reddit, solus unigenite ex ingenita luce

luce relucens, nullam in signorum proprietate, ad patrem aut spiritum sanctum societatem habet. Sed ex relatis signis solus cognoscitur. Deus uero super omnes, praecipuum quoddam substantiae suae signum solus habet, quod pater est, & ex nulla causa subsistit. Et per hoc rursus signum etiam ipse peculiariter cognoscitur. Quapropter in essentiae communitate, discordia & inconstabilia esse dicimus signa cognitionis qua in trinitate specularum, quorum proprietates declaratur, quum una quaecumque in fide tradita persona, propriis cognitionis signis discrete comprehenditur. Quare per relata signa, separatio substantiarum inuenta est. Verum iuxta immensitatem & incomprehensibilitatem, & quod in creati sunt, & nullo loco constructi, quod etiam omnibus talibus nulla sit alteratio in uiuifica natura, in patre dico & filio & spiritu sancto, sed perpetuam quandam & inseparabilem societatem in ipsis speculemur. Et per quas sane cogitationes quis maiestatem unius ex his quos in sancta trinitate credimus considerauerit, per eandem procedet, citra euariationem in patre & filio & spiritu sancto maiestatem uidentem, in nulla distantia inter patrem & filium & spiritum sanctum mente per uacua eunte. Propterea quod nihil est quod per medium horum interseratur, neque alia quaedam res subsistens praeter diuinam naturam, ut ipsam ad seipsam per alieni interlapsum diuidere possit; neque spacia cuius substantia carentis uacuitas, qua diuinam essentiae harmoniam ad seipsam hiare faciat, per uacui interpolationem, ipsam continuitatem dirimens. Sed qui patrem mente concepit, tum ipsum in seipso mente concepit, tum filium simul suscepit. Qui uero hunc dicit, a filio spiritum non diuisit, sed consequenter quidem, secundum ordinem, coniuncte uero, secundum naturam, trium in idem commixtam in seipso fidem expressit. Et qui spiritum solum dixit, comprehendit simul hac confessione, etiam eum cuius est spiritus. Et quandoquidem Christi est spiritus, & ex deo, quemadmodum dicit Paulus; sicut in catena, qui unam extremitatem contigit, etiam alteram extremitatem simul attraxit. Sic qui spiritum traxit, uelut ait Propheta, per ipsum etiam filium & patrem simul attraxit. Et si filium uere quis apprehenderit, habebit ipsum utrinque, ab altera quidem patre, suum ipsum patrem, ab altera uero, spiritum sanctum simul adducentem. Neque enim a patre is qui semper in patre est dissectus esse poterit, neque a spiritu unquam separabitur proprio, is qui omnia in ipso operatur. Similiter autem & qui patrem suscepit, etiam filium & spiritum potentia simul suscepit. Non enim excogitari potest sectio aut diuisio iuxta ullum aliquem modum, ut aut filius sine patre mente concipiatur, aut spiritus a filio disiungatur. Sed arcana quaedam ad imperceptibilis tum communitas, tum discretio, in his comprehenditur, neque substantiarum differentia, naturae coniunctionem diuulente, neque communitate secundum essentiam, signorum proprietatem confundente. Neque uero mireris si idem & coniunctum, & discretum esse dicimus, & quaedam uelut in aenigmate excogitamus nouam admirabilem discretionem coniunctam, & coniunctionem discretam. Si quis enim non contentiose & ad calumniam audit sermonem, etiam in sensibilibus fieri potest ut tale inueniat. Et uerba mea accipite uelut exemplum & umbram ueritatis, non uelut ipsam rerum ueritatem. Non enim fieri potest ut per omnia quaedam id quod in exemplis speculamur, ad ea ad qua exemplorum usus assumitur. Vnde igitur dicimus discretum simul & coniunctum, ex his qua sensui nostro apparent, reputari: si unquam arcus in nube splendorem in uere uidisti, illum arcum dico quem communis sermo itrim cognominare solet; quem tunc generari dicunt qui harum rerum scientiam iactant, quum humiditas aliqua ad aerem fuerit ammixta, uentorum uolentia id quod in uaporibus crassum ac humidum est, nubilosum iam factum, in pluuiam exprimente. Generari uero dicunt hoc modo. Quum Solis radius densitatem ac umbrositatem nubis per obliquum subtergressus, deinde per directum nubi cuidam proprium circumulum impreserit, uelut flexura quaedam ac reditus lucis ad seipsam fit, splendore uice uersa ab humido ac lucente effulgente. Quandoquidem enim flammis splendoribus ea natura est, ut si cui laeti allabantur rursus ad seipsos refringantur, circularis autem est haec figura, per radium in humiditate ac laetate aeris fiens; necessario iuxta solaris circuli figuram, etiam propinquum nubi aer per relucentem splendorem circumscribitur. Haec itaque splendor & coniunctus est ad seipsum, & diuisus quoque est. Multicolor enim ac multiformis existens, uarijs tincturae floribus, inconspicue ad seipsum contemperatur, diuersorum colorum inter

inter se commissuram, ex oculis nostris latenter subtrahens, ut non cognosci possit inter medius inter glaucum ac rutilum locus, qui per seipsum miscet ac separat colorū diuersitatem, aut rutili ad purpureum, aut illius ad electrinum, Omnium enim splendores simul in eodem uiuantur, & lucidi sunt, & coniunctionis inter se signa occultantes, deprehensionem effugiunt, ut impossibile sit inuenire, usquequo consistat rutilus aut smaragdinus splendor, & unde initium sumat, non amplius talis existens, qualis in lucido conspicitur. Quemadmodum igitur in hoc exemplo, & colorum differentias manifeste dinoscimus, & distantiam alterius ad alterum sensu comprehendere nō datur: Sic intellige mihi, possibile esse etiam de diuinis dogmatibus ratiocinari. Substantiarum quidem proprietates, uelut florem quendam ex his qui in iride apparent, in unoquoque ex his quos in sancta trinitate credimus effulgere. Verum proprietatis secundum naturam, nullam alterius ad alterum differentiam mente concipi, sed in essentia communitate, notorias proprietates in unoquoque elucere. Nam & illic in exemplo, Vna essentia erat quae ueritatis illius splendorem effundebat, nimirum per solarem radium refracta. Color uero apparet multiformis, erudiente nos per creaturam ratione, ut ne inanem laborē insumamus in dogmatibus rationibus exquirendis, ubi in difficilem speculationem illapsi, ad eorum quae dicuntur assensum uertigine affecti fuerimus. Quemadmodum enim in his quae oculis apparent, potior uidetur experientia quam ratio causa: Sic in sublimibus dogmatibus potior est ratio nationū comprehensione ipsa fides, quae & separationem in substantia, & coniunctionem in essentia docet. Quandoquidem igitur ratio aliud commune, aliud propriū, in sancta trinitate speculata est, communitatis quidem ratio ad essentiam reducitur, substantia uero propriū uniuscuiusque signū est. At fortassis putat quis redditā rationem non conuenire sententiae scripturae Apostoli, ubi dicit de domino, quod sit splendor gloriae ipsius, & character substantiae. Si enim substantiam tradidimus esse concursum proprietatum uniuscuiusque, confessum autem est, quod uelut in patre est quid quod proprie speculamur, per quod solus cognoscitur, iuxta eundem modum etiam de unigenito pariter creditur: quō hic substantiae nomē soli patri scriptura attribuit, filium uero formā substantiae dicit, nō in proprijs, sed in patris signis cognitionis, expressam imaginem habentem? Si enim substantia propriū uniuscuiusque substantiae signum est, patris uero proprium signū, unigenitum esse, confessum est, formatum est autem filius patris proprietatibus: nūm permanet patri praecipuum illud in ipso solo, quod unigenitus dicitur, si quidem proprietate patris, etiam unigeniti substantia figuratur? At nos haec dicimus, quod uerba Apostoli hoc loco aliter scriptum habent, ad quem intuens his uocibus usus est, gloriae splendorem & substantiae characterem dicens, quem sanē scopum si quis diligenter considerauerit, nihil comperiet his quae à nobis dicta sunt pugnantem, sed in quadam propria notione sermonem transigentem. Non enim quomodo inter se discernantur substantiae, per apparentia signa, apostolicus sermo tractat, sed quomodo geminus & inseparabilis ac coniunctus filij ad patrem habitus intelligatur. Quemadmodum enim non dixit, qui gloria existens patris: quāquam reuera sic habeat: sed hoc uelut confesso relicto, non aliam quādam gloriae speciem in patre, & aliam in filio intelligere docens, ipsius patris gloriae splendorem, unigeniti gloriae decernit, ex lucis exemplo id adstruens, quod filius inseparabiliter unā cum patre intelligatur. Quemadmodum enim ex flamma quidem est splendor, non tamen posterior post flammam est ipse splendor, sed simul ut flamma effulset, etiam lux simul resplenduit. Sic uult etiam ex patre quidem filium intelligi, non tamen aliqua interuallari distantia à patris substantia unigenitum separari, sed semper una causa id quod ex ipsa est apprehendi. Iuxta eundem igitur modum, uelut consequenter interpretans sententiā prius traditam, etiam substantiae characterem dixit, corporalibus exemplis ad inuisibilem cognitionem nos manuducens. Non enim corpus omnino est in figura, sed alia figura, alia corporis est ratio. Si quis enim utriusque horum definitionem tradiderit, neutiquam ad eam quae alterius est deferri poterit. Veruntamen etiam si ratione figuram à corpore discreueris, natura discretionem non admittit, sed coniuncte alterum cum altero intelligitur. Sic Apostolus conuenire putat, etiam si fidei doctrina inconfusa, diuisam substantiarum differentiam doceat, attamen etiam coniunctionem & uelut concretionem unigeniti ad patrem per praedicta declarat, non uelut non sit in substantia etiam unigenitus, sed uelut qui

non

non admittat medium quid inter suam ad patrem unionem. Quare qui ad characterem unigeniti per animae oculos intente respicit, ex patris substantia cogitationem concipit, quod non permittatur, neque permiscetur proprietates quam speculamur in ipsis, ut aut patri natiuitas, aut filio unigenitum esse, formam inducat, sed quod fieri non possit, ut altero ab altero disiuncto, in seipso solum id quod reliquum est comprehendat. Neque enim possibile est eum qui filium nominat, non etiam de patre cogitare, quum appellatio haec habitualiter etiam patrem simul ostendat. Quādoquidem igitur qui filium uidit, uidet & patrem, uelut in Euangelij dominus dicit, propterea unigenitum substantiae patris characterem esse dicit. Et quo sane magis cognosci possit sententia, etiam alias Apostoli uoces simul assumemus, in quibus imaginem dei inuisibilis, & bonitatis ipsius rursus imaginem dicit. Nō quod differat imago ab exemplari, iuxta inuisibilitatis & bonitatis rationem; sed ut demonstretur quod idem cum exemplari est, etiam si aliud sit. Non enim imaginis ratio conseruari possit, si non per omnia euentiam & inuariabilitatem haberet. Qui igitur imaginis pulchritudinem considerauit, cogitationem de exemplari concipit. Et qui filij uelut formam mente concepit paternae substantiae characterem impressit, uidens per hunc illum, nō quod unigenitus est pater, in imagine cernens: Sic enim certe idem per totum esset, & non aliud, sed unigenitam pulchritudinem in genita uidens. Quādoquidem qui in puro speculo stentem formae apparitionem considerauit, euentem personam cuius imago reddita est, cognitionem habuit. Sic qui filium cognouit, characterem paternae substantiae per filij cognitionem in corde suscepit. Omnia enim quae patris sunt, in filio conspiciuntur, & omnia filij, patris sunt, quandoquidem & totus filius in patre manet, & totum habet rursus in seipso patrem. Quare filij substantia, uelut forma & persona sit cognitionis patris. Et patris substantia, in filij forma cognoscitur, manente ipsius proprietate quā speculamur, ad euentem substantiarum discretionem.

Basilij Magnus Gregorio fratri, Epistola XLIII.

Quomodo aduersus te per scripta pugnare possim? quomodo te pro merito reprehenderim, propter eam quam circa omnia habes simplicitatem? Tertium dic mihi quis in eadem reia incidit? Tertium quis in eisdem laqueos incidit? ne brutum quidem aliquid facile hoc faciat. Vnam mihi concinnatam à te epistolam obtulisti, uelut à uenerandissimo & communi nostro auunculo, decipiens me nescio qua gratia. Suscepi uelut ab episcopo & communi patre per te allatam. Cur enim non deberem? ostendi multis amicis praegaudium, & gratias egi deo: deprehensum est figmentum, ipso episcopo per propriam uocem negante, pūdefacti sumus ob illam. optauimus nobis debiscere terram, malicia & fraudis ac mendacij obprobrio circumdati. Secundam rursus reddidisti mihi, uelut per famulum tuum Asterium, ab ipso episcopo mihi missam, neque illam uere ipse episcopus miserat, uelut uenerabilissimus frater Anthimus nobis annunciauit. Tertiam rursus Adamantius uenit ad nos portans, quomodo oportebat me suscipere per te & tuos missam: optabam enim lapideum cor habere, ut neque praeteritorum meminissem, neque praesentia perciperem, quo omnem plagam in terram pronus uelut pecora ferrem. Sed quid faciam contra meum ipsius animum, post unum atque alterum experimentum, nihil potentem citra examinationem admittere? Haec simplicitatem tuam obiurgans scripsi, quam neque aliam Christianis conuenientem, praesenti tempori minime quadrare uideo. Quo igitur de cetero & te ipsum custodias, & mihi parcas, oportet enim me libere ad te loqui, minime fide dignus es talis minister. Veruntamen si qui sunt, qui epistolas miserint, respondimus ipsis merito. Siue igitur ipse experimentum mihi summissisti, siue reuera ab episcopo acceptam epistolam misisti, habes responsiones. Verum par erat te in praesenti alia curate, quum & frater sis, & nodum naturae oblitus, neque in hostium sorte nos aspicias, quandoquidem ad uitam peruenimus, conterentem quidem corpus nostrum, conterentem autem etiam animam, propterea quod uires nostras excedat. Attamen quandoquidem sic me ad bellum paro, ea gratia oportebat te nunc adesse, & negociorum socium esse, fratres enim inquit, in necessitatibus utiles sint. Si uero congressum nostrum reuera expectant uenerandissimi episcopi, & locum nobis definitum ac tempus constituent, & per proprios nos homines accersant. Quemadmodum enim ipse obtinam uenire auunculo meo nō reueto, sic nisi cum decenti forma uocatio fiat, non feram.

Ii

Basiliius Magnus Gregorio auunculo, Epistola XLV

ET prius libenter uidi fratrem meum, cur enim non deberem, quum & frater meus sit & talis? Et nunc eodē affectu aduenientē suscepī, nihil mutato meo amore. Absit enim ut tale quid faciam, quod me naturā obliuisci, & bellum aduersus domesticos parare faciat. Sed & corporis infirmitatum, & aliorum animā dolorum solatium, uiri aduentum esse existimaui, & praestantię tuę literis per ipsum allatis ualde delectatus sum, quas multo iam tempore uenisse cupiebam, non alterius cuiusdam rei causa, quam ut ne etiam nos tristem aliquam narrationem uitę apponamus, tanquā sane sit familiarissimis ac maxime necessarijs inter se seditio, inimicis quidem uoluptatem afferens, amicis uero calamitatem, displicens autem deo, qui in perfecta dilectione characterem ac notam suorum discipulorū posuit. Quapropter rescribo etiam necessariō, orare te pro nobis exhortas, & aliarum quoque rerum curam gerere uelut propriarum. Ceterum sententiam eorū que scripta sunt, quandoquidem ipsi prę ruditate intelligere non possumus, illam ueram esse putare decreuimus, quam ipse nobis exponere dignaberis. Necessē est autem etiam res qua per industriam tuam definiri, congressum nostrum inter nos, & tempus decens, & locum idoneum. Siquidem igitur omnino sustinet reuerentia tua descendere ad humilitatem nostram, & consilium quoddam nobis impertiri, siue cum alijs, siue per te ipsum, fieri congressum uolueris, obediemus, quum semel hoc nobis ipsis consulerimus, seruatiuros nos esse tibi in dilectione, & facturos omni modo, ea quę ad gloriam dei a pietate tua nobis scribuntur. Venerabilissimum fratrem nihil coegimus de lingua nobis dicere, propterea quod neque prius uerba ipsius operum testimonium habuerunt.

Basiliius Magnus Gregorio auunculo, Epistola XLVI

Silui, num & semper silebo ac tolerabo, molestissimū silentij damnum diutius contra me ipsum confirmans, neque ipse scribens, neque alloquentem audiens? Ego equidem quum usque in presentem in tristi hoc dogmate tolerans fuerim, arbitror etiam mihi conuenire ut prophete uerba dicam. Tolerari uelut pariens, semper quidē concupiscens aut congressum, aut consilium, semper uero compos non fiens, propter mea peccata. Non enim aliam aliquam causam excogitare possum cur hæc fiant, quam ut credam me ueterū peccatorum pœnas persolvere, in dilectionis tuę separatione. Si etiam nominare oportet se parationem, sanctam in te & quocumque tandem ex uulgaribus, nequim in nobis, quibus ab initio patris loco fuisti. Verum peccatum meum nunc uelut profunda aliqua nubes obtinens, omnium illorum ignoratiā ac obliuionē induxit. Quum enim ad rem hanc respexero, quod præterquam quod mihi mœrorem affert, nihil aliud ex ipsa peragitur, quomodo non merito uitij meis presentia adscribor? Ceterum siue peccata, eorum que contigerunt causa sunt, hic mihi finis sit malorum. Siue quid rerū que a te geruntur, completum penitus sit id cuius studio teneris. Non enim modicum est dampni tempus. Quapropter non amplius occultans, prior uocem rupi, exhortans ut & nostri ipsorū memor sis & tu ipsius, qui amplius quam cognatio nostra expetere uidetur, per omnem uitā nostri curam demonstrasti, & urbem nunc nostri gratia diligas, & non propter nos te ipsum ab urbe alienes. Si qua igitur consolatio in Christo, si qua societas spiritus, si qua uiscera & miserationes, exple uotum nostrum, res tristes hic dissolue, principium quoddam dato alacrioribus ad successionem ac te sequendum, & alijs pręuius sis ad optima, & non alium sequens ad ea quę non oportet. Nam neque corporis character proprius sic alicuius reputatus est, uelut animę tuę, pax & mansuetudo. Decet igitur talem, alios trahere ad se ipsum, & exhibere te accedentibus, ut morum tuorum dexteritate uelut ungenti cuiusdam fragrantia impleantur. Nam etiam nunc aliquid est quod resistit, at paulo post etiam ipsum pacis bonum cognoscetur. Quousque uero ex seditione calumnię locum habet, necesse est semper suspensiones in peius coaugeri. Itaque neque illis decorum est nos negligere, uerum maxime omnium præstantiam tuam id non decet. Nam si quidem peccamus quid, meliores erimus dum admonemur. Hoc autem fieri non potest citra congressum. Si uero nihil iniuste facimus, qua gratia odio habemur? Hęc quidem igitur proprię meę ambiguitati prætendo, Quę uero pro seipsis ecclesię dicere possint, non suo commodo nostrę seditionis participes fietes, melius est silere. Non enim ut molestus sim, uerbis uitor, sed ut molestias sedem. Tuam uero prudentiam nihil fugit, sed multo maiora ac perfectiora

fectiora his quę nos sentimus, ipse mente tua excogitaueris alijsque dixeris, qui sane & ante nos uidisti ecclesię detrimentū, & magis quę nos tristarit, olim prædictus a domino, ut nihil ex minimis contēnas. Nunc autē dampnū non in uno aut altero circūscribitur, sed totę ciuitates ac populi nostrarum calamitatū participes sūt. Nā famā apud externos quid opus est referre, qualis de nobis erit. Decet igitur tuam magnanimitatē, contentionis studium alijs cedere, imō potius etiam illorum animis extimere, si id fieri possit: ipsum autem per malorum tolerantiam, molestias omnes superare. Nam iudicare quidem, cuiusuis irati est, uerum ira etiam superiorem esse, hoc tuum solius est, & si quis tibi uirtute consiliis existit. Illud porro non dicam, quod ille qui nobis indignatur, in eos qui nihil iniurię fecerunt iram immittit. Itaque siue presentia tua, siue literis, siue uocatione ad te ipsum, siue quocumque uolueris modo, animam nostram consolari dignare. Nostrum equidem uotum est ut pietas tua in ecclesia appareat, & nos unā tecum, & ut populum ipso conspectu ac sermonibus gratię tuę curet ac placet. Siquidem igitur hoc fieri poterit, hoc optimum existit. Si uero aliud quid uisum fuerit, etiā illud suscipiemus, solum de eo admonitus sis, ut quod prudentię tuę uisum fuerit, id firmiter nobis notum facias.

Basiliius Magnus Magno Athanasio, Epistola XLVII

Incidi in pietatis tuę literas, per quas contra Libyę ducem infamem illum uirum ingemuiti, & indoluitis quidem ob patriam tuā, quod talium malorum mater est & nutritrix: indoluitis autem & ob uicinam nostrę patrię Libyam, quę uestrorum malorum particeps sit, & ferinis uiri moribus tradita est, qui in crudelitate simul ac proteruitate degit. Hoc igitur erat illud Ecclesię sapiens dictum, Væ tibi ciuitas cuius rex iunior est, & principes non a nocte comedunt, sed in media die lasciuunt, brutis & pecoribus magis absurdē in alienas nuptias esturentes. Illum equidem flagra a iusto iudice expectant, pari mensura rependēda, quę ipse prior sanctis ipsis incussit. Cognitus autem factus est etiā ecclesię nostrę, ex pietatis tuę literis, & abominandum ipsum omnes putant, non ignem, non aquā, non tecum cum ipso cōmune habentes. Si tamen aliqua utilitas est his qui a deo subiugati tenentur, cōmunis et paribus suffragijs decretę condēnationis. Sufficiens autē ipsi statua sunt literę ipse quę ubique leguntur. Non enim cessabimus ipsas omnib. & familiarib. & amicis itemque peregrinis ostēdere. Omnino autē etiam si non attigerint ipsum pœnæ euestigio uelut Pharaonē, at in posterū aliquādo grauē ipsi ac dolorosam retributionē feret.

Basiliius Magnus Magno Athanasio, Epistola XLVIII

Neminem arbitror adeo presentē ecclesię statum tristitia afficere, quantum præstantiam tuam, dum comparas quidem presentia præscis, reputasque in quantum hæc ab illis immutata sunt, & quod si iuxta eundem motum res in peius defluerint, nihil fuerit quod prohibeat, quo minus intra modicum tempus ecclesię penitus ad altam formam transmutentur. Hęc sane sæpenuerō mecum ipse cogitauī, quod si nobis adeo miserabilis ecclesię peruersio apparet, qualem nam uerisimile est animam habere propter hæc, eum qui ueteris boni status & concordię ecclesię Dei circa fidem experimentum fecit. At quemadmodum multa tristitia præstantiã tuã incumbit: ita arbitror cōuenire, ut etiam maior pars curę pro ecclesijs ad tuam prudentiam pertineat. Iam olim noui & ipse, iuxta eam quę in nobis mediocriter est rerum intelligentiam, unicam auxiliij uiam me cognouisse ecclesijs nostris, occidentalium nimirum episcoporum conspirationem. Si enim uellent eum feruorem & zelum, quem super uno aut altero in occidente, in mala opinione de religione deprehensio susceperunt, etiam super nostrarum partium parocis ac cohabitationibus ostēdere, fortassis aliqua rebūs communibus utilitas inde oboriatur, quum & hi qui dominantur, multitudinis circa fidem dignitatem reuerentur, et qui ubilibet sunt populi, ipsos citra contradictionem sequerentur. Quis igitur ad hæc perficienda potentior est prudentia tua? quis acutior ad ea quę opus est intelligenda? quis ad ea quę utilia sunt agēda efficacior? Quis ad cognitionem fratrum magis condolens? quis reuerenda canicie tuę toti occidenti uenerabilior? Relinque aliquod memoriale posteris dignum uita tua præstantissime patet, innumera illa pro pietate certamina, uno hoc factio cōfirma, demitte aliquos ex sancta Ecclesia tua uiros in sana doctrina præstantes, ad occidentis episcopos, ut incumbentes nobis calamitates ipsis exponant. Sugere modum conuenientem. Fias Samuel ecclesijs, unā cum bello infestatis populis, ma

um concedit, iuxta usum & in tempore progressum, rursus autē in eum unde egressum est, reuersum, neque ante exitum esse, neque post reditū subsistere. Atque huius rei demonstratio, sunt libri iniusta illius opinionis apud nos repositi. Attamen hunc nequaquam reprobare uisi sunt, & ob id culpam incurrun, uelut qui per ignorantiam ueritatis ab initio, etiam in ecclesiasticam societate ipsum susceperunt. Illius igitur & decenter meminisse, res praesentes postulant, ut ne habeant occasionē hi qui uolunt occasionē, ex eo quod sani ad quam sanctitatem se adiungunt: & eos qui ad uerā fidem claudicant omnibus manifestos facere, ut de cetero nos cognoscamus consentientes nobiscum, & non uelut in nocturna pugna, nulum amicorum ac hostium discrimen habeamus. De hoc solum admonemus ut statim ad primam nauigationem praedictus diaconus ac minister emittatur, ut per consequentem saltem annum degustare possit, ea quorum ipse uidelicet studio teneris. quo praesides ecclesiarum (si deus uoluerit) non immittant ecclesiis dissensiones, sed eos qui eadem sentiunt omnibus modis ad unionem compellant, itaque eos quos proprias inter se dissensionum occasiones habere compere, rint: ut ne recte de fide sentiens populus in multas partes scindatur, una cum praefectis discedens. Omnia enim serio agere oportet, ut paci omnia posthabenda ducamus, & praefectis ecclesiae Antiochensis curam habere oportet, ut non debiles sint in ipsa qui rectam partem quae circa personas finditur, sequuntur. Imo potius horum omnium etiam ipse in posterum curam gerens, postquam quod optamus cooperante tibi deo, oēs coeperis qui status ecclesiarum tutelam gerunt.

Basilii Magni Athanasio episcopo Ancyrae, Epistola LIII

Denunciauerunt mihi quidam qui ex Ancyra ad nos uenerunt, multi autem sunt hi, & quos neque numerare facile sit, concorditer uero omnes loquentes, te charum caput (quod enim satis gratiose dixerim) non quod suauissime nostri mentionem fecisse, neque pro tuo more. Me uero nihil rerum humanarum probe nostri perturbat, neque inexpectata est mihi ullius alicuius rei mutatio, qui iam olim naturae debilitate, & ex facili ad contraria conuersionem didici. Quare neque si quid nostrarum rerum transmutatum est, et ex priore honore, concutia ac commelata circa nos nunc sunt, hoc ipsum magni facio. Verum illud mihi reuera admirabile ac immane uisum est, te esse qui sic erga nos te habeas, ut irascaris nobis ac indigneris, iam uero etiam quid mineris, uelut hi qui audiuerunt narrant. Minas quidem igitur etiam ualde, ut quod uerum est dicam, derisi. Professio enim ualde puer essem, si eiusmodi terribilamenta formidarem. Illud uero mihi etiam horrendum & multa cura dignum uisum est. Quod sinceritas tua, quam inter paucos scilicet rectitudinis, & ueteris ac uerae dilectionis semen, ad consolationem ecclesiarum seruari credidimus: intantum praesentis status particeps est, ut blasphemias a uulgaribus, potiores ducat nostra longa experientia, & ad absurdarum rerum suspicionem, contra probationes deducatur. Quanquam quid dico suspicionem? Qui enim indignatus est ac minatus uelut dicunt, non suspicatus, sed palam iam & contra contradictionem persuasi, iram quodammodo ostendisse uidetur. Verum uelut dixi, in hunc temporis statum causam rescimus. Nam quanti laboris erat o admirande, in breui epistola, de quibus uolebas, uelut solum soli uerba facere. Aut si res ipsas literis non credebas, nos ad te accersere. Si uero omnino etiam hoc non oportebat, & ire inconscientia dilationi tempus non dabat, at uno saltem ex familiaribus & talia continere solitis, sermonum ad nos perferendorum ministro uti licebat. Nunc uero ad cuius aures non diuulgatum est, ex his qui iuxta quam cuncti tandem necessitatem ad uos proficiunt, quod nos noxas ac Atas quasdam scribimus aut componimus. Hoc enim uerbo te usum esse autem, qui uerba tua recenserent. Me uero ad multa mentem ac cogitationem meam conuertentem, nihil a consilij ac mentis inopia liberat. Quare tale quid mihi in mentem uenit, Num quis haereticus maligne suis scriptis meum nomen adscribens, rectitudinem tuam tristitia affecit, & ad illam uocem emittendam perduxit. Non enim de his quae scripta sunt a nobis, contra eos qui inaequalem secundum essentiam dicere ausi sunt, filium & deum deo & patri: aut contra eos qui creaturam & opificium esse spiritum sanctum blasphema lingua prodiderunt: hoc utique conuicium proferre sustinuisse, qui magna illa & celebria certamina pro recta fide pertulisti. Solues porro tu nobis hanc mentis ac consilij inopiam, si uolueris ea quae te ad hoc ut nobis molestus esses commouerunt, manifeste declarare.

Basilii Magni Athanasio patri Athanasij Ancyrae episcopi, Epist. LIIII

Quod quidem humanam uitam calumnijs superiorum esse, difficillimum est, ut ne dicam

cam impossibile, & ipse persuasus sum, & integritatem tuam minime ambigere arbitror. Verum nullam exhibere ex seipsis ansam, neque his qui diligenter res nostras obseruant, neque his qui per calumniam nostris lapsibus insidiatur, hoc & possibile est, & proprium prudentium, & eorum qui iuxta pietatis scopum uitam suam transigunt. Nos autem ne adeo faciles putes, neque ita leuiter adduci posse, ut citra examinationem a quibusque detractiones admittamus. Memores enim sumus spiritualis praecipii, non oportere uanam auditionem admittere, adhortantis. Veruntamen quoniam uos ipsi qui circa dicendam rem studiosi estis, ea quae apparent obscurorum signa esse dicitis, hoc ipsum probamus, & ne feras grauitate si quid in doctrinae specie a nobis dicitur. Imbecillia enim mundi, & annihilata elegit deus, & per hos saepe disponit salutem eorum qui seruatur. Quod uero dico ac praecipio hoc est, ut omnem sermonem, & omnem actionem decentem circumspecte perficias, & iuxta Apostolicum praecipium, nullam in ulla aliqua re offensionem des. Hoc enim decorum esse duco uiro, qui multum in eloquentiae studijs insudauit, & genitum ac urbium magistratus direxit, & ad magnam progenitorum uirtutem aemulationem habet, quod uita ipsorum proposita est uirtutis exemplum. At uero affectionem erga liberos, non sermone nunc ostendere debes, qui sane iam olim ostendisti, ex quo pater factus es, non solum naturali amore usus, quem etiam bruta soboli suae exhibent, uelut & ipse dixisti, & experimentum demonstrat: Sed etiam augere dilectionem, ex proposito uel delicta ac uoluntate, in his quae talia esse uides, ut digna sint paternis ad deum precibus. Quare non opus est nos de his persuaderi. Sufficiens est enim ex ipsis quae sunt testimonium. Illud tamen non intempestiuum fuerit ueritatis gratia apponere, quod non est frater Timotheus ille Chorepiscopus qui ad nos diuulgata illa detulit. Neque enim in congressu neque per literas, paruum quid aut magnum cum calumnia coniunctum, unquam de te locutus esse uisus est. Quare audiuisse quidem non negamus, non tamen Timotheum esse qui calumnias tibi construxit. Quam autem omnino audiuerimus, si non quid aliud, saltem illud Alexandri nos dicemus, alteram autem integram calumniam perpeffo conseruamus.

Basilii Magni Ambrosio episcopo Mediolanensi, Epistola LV

Magna semper & multa domini nostri dona, & neque magnitudo ipsorum mensurari, neque multitudo numerari potest. Vnum autem maximum donum est, si quis non stupidis sensibus gratias suscipiat, etiam praesens hoc. Quod nos locorum suorum longissime distantes, mutuo inter nos coniungi dedit, per literarum colloquium: Et cognitionis modum duplicem nobis largitus est, unum quidem per casum et famam, alterum uero per literarum colloquium. Quando quidem igitur cognouimus te per ea quae loquutus es, & cognouimus non corporali figura memorie nostrae impressa, sed interim hominis pulchritudinem, ex eloquentiae uarietate edocuit, (Nam unusquisque nostrum ex superabundantia cordis loquitur) glorificauimus deum nostrum, qui per singulas nationes elegit eos qui ipsi complacent. Qui prius quidem ex ouium gregibus suscitauit principem populo suo, & Amos ex capris per spiritum potentem reddens, ad prophetam exaltauit. Nunc uero uirum ex regnante urbe, cui totius gentis principatus concreditus fuit, altum prudentiam, generis splendore, utque claritudine, eloquentiae uiribus, factis uitae conspicuum, ad ouilium Christi curam traxit, qui abiectis omnibus uitae bonis ac possessionibus, ipsa detrimentum esse ratus, ut Christum lucrificeret, gubernaculorum magnae ac celebris nauis praefectus factus est, ecclesiae dei in fide in Christum. Age igitur o dei homo, quando quidem non ab hominibus accepisti, aut edocuit es Euangelium Christi, sed ipse te dominus, a iudicibus terrae, ad primam apostolorum sedem transtulit, decerta honestum certamen, corrige populi infirmitates, si forte aliquem Arianae insaniam morbus attigit. Renoua uetera patrum uestigia, et quod iecisti fundamentum dilectionis erga nos superaedificare stude, per alloquendum nos frequentiam ac assiduitatem. Sic enim poterimus spiritu inter nos uicini esse, etiam si habitatione terrena psumus seiuuimus.

Basilii Magni Meletio episcopo, Epist. LVI

Saliquo modo manifesta fieret pietatis tuae laticiae magnitudo, quam nobis inducis quoties ad nos scribis, scio quod nunquam allapsam ac oblatam literarum occasionem pretermitteres, sed excogitares etiam quomodo semper multas ad nos epistolas facere possis, quum scias mercedem in requie tribulatum a benigno deo repositam esse. Oia enim in hac uita dolore

repleta sunt, & sola est nobis malorum auersio, cogitatio de seueritate tua, quā euidētiorē nobis inducit colloquium tuum ac cōuersatio per literas omni sapiētia ac gratia refertas. Quare quum epistolā tuā in manus acceperimus, primū quidem mensuram ipsius inspicimus, & tantum ipsam diligimus, quanto sanē copia magis abundauerit. Deinde perlegentes, sermone quidē semper nobis occurrēte gaudemus, ad finē uero epistolae accedentes indignamur. Ita quicquid modo dixeris, in literis bonū inest. A bono enim corde bonū est quod redundat. Si uero per preces tuas ad Deū digni facti fuerimus donec in terra sumus, etiam tuo ad oculos congressu, & ab ipsa uiua uoce utilia dogmata accipere, aut uaticina tum ad presentem tum ad futuram uitā, hoc sanē maximū honorū iudicauerimus, & procerum beneuolentiā a Deo nobis ipsis statuimus, et sanē iam ex huius motus ac instituti alacritate habebamus, uelut ingenuissimi & per omnia charissimi fratres nos inuocant, quorū ut ne in literis publicem propositum ac uoluntatē, exposui fratri Theophrasto ut singula praestantiae tuae denunciet.

Basiliius Magnus Meletio Episcopo. Epistola LVII

Hactenus quidem uoluimus retinere apud nos pientissimū fratrem Dorotheum in ministerio cōsortem, ut ad finem peractorū eo ablegato, singula quae facta sunt per ipsum praestantiae tuae nota faceremus. Quandoquidem uero de die in diem dilatione facta, ad multum tempus prolati sumus, & simul propositarū rerum gratia, demissimus praenominatum uirum ut uestram sanctitatem alloquatur, & per seipsum singula referat, & motus ac tractationes nostras indicet, ut si commode se habere uisa fuerint ea quae a nobis sunt excogitata, per studium ac sedulitatem praestantiae uestrae ad opus perueniant. Quo uero compendio dicam, sententia obtinuit, ut Romam proficiscatur idem hic frater noster Dorotheus, ut excitet aliquos ab Italia ad nostram uisitationem, qui mari utantur, quo lateant impediētes. Nam eos qui potentes sunt apud obtinentes nunc principes, uidi nihil uolentes, neque potentes ipsum commonefacere de eieciis, sed ut ne quid deterius fieri in ecclesijs uideant, pro lucro ducentes. Si igitur etiam tuae prudentiae utile esse consilium uisum fuerit, dignaberis & epistolas formare, & monitus faciendorum indicare, de quibus ipsum uerba facere oportet, & ad quos & quando. Quo uero fidedignae fiant literae coalumes etiam sic nobiscum concordēs, etiam si non affuerint. Caeterum res hic incertae sunt & in obscuro, quum Euippius aduenerit quidem, nihil uero haecenus manifestauerit. Manantur autē & concursus quendā eorū qui idem cum ipsis sentiunt, & ex Armenia Te trapoli & Cilicia.

Basiliius Magnus Meletio Episcopo. Epist. LVIII

Literas accepi a pientissimo episcopo Eusebio, imperātes rursus scribi occidētalibus, de quibusdam Ecclesiasticis, & uoluit a nobis efformari epistolam, subscribi uero ab omnibus nostrae societatis. Quandoquidē igitur non inueni quomodo scribam de his quae praecipit, demissi cōmonefactionem ad pietatem tuam, ut & ipsam adeptus, & his quae a charis. in presbyterio cōsorte sanctissimo referētur attendens, ipse digneris prout in mentem uenerit ac de his uidebitur formare. Nos certe propti sumus et ad assentiendū tibi ipsi, & procurandū ut celerrime perferatur ad societatem, ut is qui ad occidentales episcopos profecturus est omnium subscriptioes habeat. Quod igitur uisum fuerit sanctitati tuae, id cecleriter nobis cognitū reddi iube, ut ne quae tibi uisa fuerint ignoremus. Caeterū de eūtibz aut etiā iam praeparatis contra nos in Antiochia, aperiet idem frater praestantiae tuae, si non praegressa rerum fama, ea quae facta sunt manifesta faciet. Nam prope est spes euentus eorum quae minati sunt. Nosse autē uolo pietatem tuā, quod bonus frater Anthimus, Faustum qui uersatus est apud papam, Episcopū elegit, ne suffragijs quidem susceptis, & electione contra uenerandissimū fratrem Cyrum facta, ut Armeniam seditione compleuerit. Vide igitur ne contra nos mentiantur, neque ipsi confusionis rerū conuictū toleremus. Haec praestantiae tuae nota reddidi, manifestum uero est quod etiam ipse reliquis nota facere dignaberis. Arbitror enim multos tristitia affecturam esse hanc confusionem.

Basiliius Magnus Meletio Episcopo. Epistola LIX

Noueram quod consternatum erat ob nouitatem praestantiae tuae aures, quod nunc exortum ac nos adortum est crimē, ex eo quod omnia leui Apollinario dixi. Nam neque ipse ante hoc tempus habere me noui. Verū nūc Sebasteni alicūde ipsum perscrutatū in mediū protulerūt, & circūferunt librum, ex quo maxime etiā nos condemnant uelut

uelut eadē sentientes, qui uoces tales habet. Quare ubiq; cōiuncte, magis tero unte cum diuersitate, necessariū est intelligere, primā identitatē & secundā & tertīā, eandē dicendo. Quod enim primario est pater, hoc secundario est filius, & tertio spiritus sanctus. Rursus autē: Quod primario est spiritus, id secundario esse filiū, in quantum sanē spiritus est Deus. Et uelut uehementius significat arcanū, patrem paterne filiū esse, filiū uero filialiter patrē. Et similiter de spiritu, in quantum sanē unus deus est trinitas ipsa. Haec sunt illa diuulgata, quae nunquā credere possum proferentiū figmenta esse, etiam si ex calumnia contra nos, nihil arbitrer ipsos non audere. Scribentes enim suas ipsorum sententias & apponentes contra nos calumnia, induxerunt talia quidem uerba haereticorū nominātes, parentē uero libri occultantes, ut apud uulgus nos putemur esse autores. Verum tamē non usq; ad uiciorum compositionē processit ipsorum industria, uelut me ipsum per sua deo. Unde & propulsandae inualescētis cōtra nos blasphemiae gratia, & ut ostendā omnibus quod nihil nobis cōmune est cū his qui illud dicūt, coacti fuimus meminisse uiri, uelut ad Sabellij impietatem accedētis. Atq; haec quidē haecenus. Caeterum ex castris uenit quidā nuntius, in primo motu principis ac praedominantis, quo cōmouerūt ipsum qui calumnias nobis diffundunt, factā esse unam quandā atq; alteram sententiā, ut ne traderemur nos accusatoribus, neque traderemur nos illius uoluntati, quod ipsum erat ab initio decretū: sed factā esse quandā haecenus dilationē. Si igitur aut haec permanserint, aut aliquid humanius factū fuerit, significabimus tuae pietati. Si uero priora praualuerint, neque hoc te clam erit. At uero frater sanctissimus omnino est apud uos iam diu, & quae exigit manifesta facta sunt praestantiae tuae. Si igitur Epistola ad occidētales necessariū quid habere uidetur, pro dignitate ipsam efformatā ad nos mitte, ut faciā ipsam subscribi a cōcordi societate, & paratā habeat subscriptionē in charta expressam, quā cōnectere possim cum ea quae a fratre Dorotheo in presbyterio cōsorti circūfertur. Ego equidē quū non inuenire in cōmonefactione sententiā quā cōplecti debet, non habebā quod occidētalibus scriberē. Necessaria enim iam praesumpta sunt & nos anteuertērūt. Superflua autē scribere penitus uisū est. De ipsdē uero scribere, num etiam ridiculū fuerit. Illud uero uisum est mihi uelut in exercitū esse argumētū, & locū epistolae dare, ut adhortemur ipsos ne societates citra iudiciū suscipiant eorū qui ex oriente perueniunt, sed semel una parte electa, reliquos ex testimonio societatis assument, & non omni fidem scribenti, ob recte fidei sententię praetextū assentiantur. Sic enim reperit cū pugnantibz, inter se, societatem habere: qui uerba quidē saepe eadē praedēdūt, pugnant autem inter se quantū qui longissime distant. Quo igitur non diutius Haereticus decipiat, dum hi qui inter se dissiēt, literas ab ipsis mutuo praetendunt: admonere ipsos oportebat, ut cum iudicio faciant, cum his qui ad ipsos perueniunt societates, & eas quae cum scriptis sunt iuxta ecclesiae ritum ac formam.

Basiliius Magnus Antiochenium Ecclesiae. Epistola LX

Quis dabit mihi alas uelut columbae: & uolabo ad uos & reficiā desiderū quod habeo ob uestrae dilectionis congressum. Nunc uero non solum alarū indigus sum, sed & ipsius corporis, iam olim quidē mihi praelonga infirmitate confecti, nunc uero ab alicuius tribulationibus penitus contriti. Quis enim adeo adamantina anima praeditus est: quis adeo penitus in condolens ac immittis, ut audiens gemitum undiquaque nos impetentem, uelut a quodam choro tristi, communem quandam lamentationem ac consonā accinentem, non animo doleat, & ad terram incuruetur, & immensis his aërumnis penitus colliqueat. At potens est sanctus Deus dare aliquam difficultatum solutionem, & largiri quandam a longis laboribus respirationem. Quare etiam uos cupio eandem adhortationem habere, & ob spem cōsolationis praesentes tribulationum dolores cum gaudio nos sustinere. Siue enim peccatorū pendimus poenas, sufficiētia sunt flagella ad exoluendam de cetero Dei in nos iram. Siue certamina pro pietate per has tentationes confirmamus, iustus est certaminū praeses ac arbiter, ut ne sinat nos tentari supra quae sufferre possumus, sed pro his quae perpessi sumus reddat nobis patientiē et spei in ipsum coronā. Ne igitur laqueamus ad certamina pro pietate decertanda, neque per desperationē ea quae nobis elaborata sunt perdamus. Neque enim una fortitudinis actio, neque breuis animae labor fortē declarat. Sed qui probat corda nostra, per longā & extensā experiētiam uult nos iustitiae athletas coronatos declarari. Solum pertinax seruetur constantia nostra, firmamentum fidei nostrae

stra in Christum inconcussum seruetur, & ueniet cito defensor noster, ueniet & non conturbabitur. Expecta tribulationem super tribulationem, spem super spem, adhuc parum, adhuc parum. Sic enim spiritus sanctus per futuri promissionem, alumnos suos consolari nouit. Post tribulationes spes, ex propinquo autem adsunt quae speramus, etiam si enim totam quis humanam uitam dicat, minimum est spatium, comparatione illius infiniti seculi in spe repositi. Fidem porro nos neque ab alijs scripta nobis recentiore suscipimus, neque ipsi nostrae mentis sobolem tradere audemus, ut ne humana arbitrentur esse pietatis uerba; Sed quae à sanctis patribus edocti sumus, ea interrogantibus nos annunciamus. Est igitur ex patribus ecclesiae nostrae hic conuersanti, fides haec à sanctis patribus scripta, qui apud Nicæam conuenerunt, quam putamus etiam apud uos in ore esse, non recusamus autem, ne seignicie crimen auferamus, etiam ipsa uerba epistolae inscribere. Sunt autem haec. Credimus in unum deum patrem omnipotentem, & uisibilem omnium & inuisibilem creatorem. Et in unum dominum nostrum filium dei, genitum ex patre unigenitum, hoc est ex essentia patris, lumen de lumine, deum uerum ex deo uero, genitum non factum, coessentialem patri, per quem omnia facta sunt, quae in caelo sunt & in terra: qui propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de caelis, incarnatus est, homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad caelos, uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Caeterum dicentes erat aliquando quando non erat, & priusquam genitus esset non erat: & quod ex non existentibus factus, aut ex altera substantia aut essentia esse dicentes, aut mutabilem aut alterabilem filium dei: Hos reprobat ac detestatur catholica & apostolica ecclesia. His credimus. Quandoquidem uero indefinitus est de spiritu sancto sermo, quum nondum tunc contra spiritum pugnantes apparuissent: quod oporteat reprobari eos qui dicunt creaturae ac seruilis naturae esse spiritum sanctum, contuerunt. Nihil enim ex toto diuinae ac beatæ trinitatis creatum est.

Basilii Magni fratribus ac episcopis in occidente. Epist. LXXI

Bonus ille deus, qui semper tribulationibus consolationes adiungit, dedit etiam nunc nobis in multitudine dolorum, moderatam aliquam consolationem reperire, ex litteris quas à uestra rectitudine uenerandissimus pater noster Athanasius episcopus suscepit ad nos transmisit, sanæ fidei testimonium, & irreprehensibilis concordiae ac conspirationis declarationem habentes, ut & pastores declaremini uestigia patrum sequentes, & populum domini cum scientia pascentes. Haec omnia intantum exhilararunt nos, ut tristitiam nostram dissoluerint, & leuem quendam risum animis nostris induxerint à tristitia hoc rerum statu, in quo nunc consistimus. Auxit autem nobis consolationem dominus, etiam per pietissimum filium ac in ministerio confortem Sabinum: qui bonis apud uos diligenter expolitis, animas nostras nutriuit. Sed & idem nostrarum rerum per experientiam gnarus, manifeste uobis denunciabit ipsas, quo praecipue quidem per prolixas ac sedulas preces ad dominum nobiscum decertatis, deinde quantum eius fieri potest, consolationem afflictis ecclesijs afferre necesse est. Elanguit enim hic reuerendiss. fratres, & desperauit ecclesia, ad assiduos aduersarios incurfus, dum uelut nauigium in medio pelago assiduis undarum plagis torquetur, nisi uelox aliqua contingerit bonitatis domini uisitata. Quae admodum igitur nos proprium nostrum bonum facimus, uestram inter uos mutuam conspirationem ac unitatem: Sic oportet uos cum nostris diuisionibus conspirare, & non quia locorum situ se iuncti sumus, nos à uobis ipsis separare, sed quia societate secundum spiritum unimur, ad unius corporis consonantiam nos assumere. Nota autem sunt quae nos tribulant, etiam si nos nulli dicamus. In omnem enim terrarum orbem resonauerunt. Contempta sunt patrum dogmata, apostolicae traditiones annihilatae sunt, nouorum hominum inuenta in ecclesijs regnant. Pastores excussa crucis gloria fugantur. Introducuntur autem pro ipsis lupi graues diuidentes ouile Christi, aedes sacrae precibus destinatae desolatae sunt, solitudines lamentantibus refertae. Seniores lugent uetera praesentibus comparantes, Iuuenes miserabiliores, ignorantibus quibus priuati sunt. Haec sufficientia sunt ad commouendos ad condolentiam eos qui Christi dilectione eruditi sunt. Verum si conferantur uerba rerum ueritati, multum à dignitate ipsarum absunt. Si quod igitur solatiu dilectionis, si qua societas spiritus, si qua uiscera ac commiserationes, commouemini ad nostram protectionem, accipite feruorem

uorem pietatis, eximite nos ab hac tempestate. Dicatur & apud nos cum libertate, bonum illud patrum praeconium, quod infamem Arii haereseim subuertit, ecclesias uero in sana doctrina confirmauit, in qua filium coessentialem patri confitemur, & spiritus sanctus aequaliter connumeratur ac colitur: ut quam dedit uobis dominus fiduciam dicendi pro ueritate, & gloriationem ob confessionem ueritatis & salutaris trinitatis, hanc etiam nobis per uestras preces, & per auxilium uestrum largiatur. Porro singulatum haec omnia uestra dilectioni idem praedictus comminister noster denunciabit. Sed & omnibus, quae regulariter à uestra reuerentia facta sunt, assensimus, apostolicum uestrum pro recta fide feruorem amplexi.

Basilii Magni ecclesiae Neocæsareae. Epistola LXXII

Exigebant quidem ea quae contigerunt, nostram ipsorum praesentiam, ut & honorem Macario ipsi una cum uobis mihi coniunctissimis ac familiarissimis perloquerem, & tristitiae ob afflictionem, in ipso rerum tristitiae speculo, particeps fierem, & ut necessaria consilia uobis communicarem. Quandoquidem uero multa sunt quae corporalem coniunctionem impediunt, reliquum erat per litteras uobis praesentia communicare. Ipsa quidem igitur uiri miracula, propter quae etiam maxime damnum uobis intolerabile factum esse arbitramur, neque epistolae mensura susceperit, & alias intempertiuum est ad uirilium factorum copiam sermonem conuertere, quum ita collapsa ac contracta sit anima nostra ob merorem. Quid enim illius tale est, ut aut ex memoria nostra elabi, aut sileri, aut proferri ac copari possit. Omnia enim ac ueritatem semel dicere, impossibile est. Verum ex parte dicere, timeo ne quid amittat ueritatis. Perijt uir omnium sui temporis, omnibus simul humanis bonis excellentissimus, firmamentum patriae, ecclesiarum ornatus, columna et fundamentum ueritatis, sustentaculum fidei in Christum, familiarium securitas, inexpugnabilis aduersarijs, custos legum paternarum, hostis inuolutionis. In seipso ostendens ueterem ecclesiae formam, à ueteri statu uelut sacra quaedam imagine, speciem ecclesiae ipsi subditae efformans, ut hi qui cum ipso uixerunt, una cum his qui ante ducentos & ultra annos instar luminarium effulserunt, uixisse sibi uisi sint. adeo nihil ex seipso, neque recentioris mentis inuentum, ille uir praetulit, sed iuxta Moysi benedictionem, nouerat proferre ex adytis cordis sui bonos thesauros, uetera ueterum, & uetera à nouis personis. Quae propter etiam praerelationem, non secundum aetatem in aequalium conuentibus dignus iudicabatur, sed omnes excedebat uetere sapientia, ex communi concessione primas ferens. Quantum uero eiusmodi instituti sit lucrum, nemo requisierit qui ad uos respexerit. Sollemni quos nouimus, aut cum ualde paucis, in hac rerum tempestate ac procella, tranquillam uitam per illius gubernationem transigistis. Non enim contigit uos haereticorum uentorum tempestas, quae demersiones ac naufragia animis quae facile circumuertuntur inducit, neque contingat unquam opto omnium dominum, qui seruo tuo Gregorio, qui ab initio basim ecclesiae probe circumposuit, constantem quietis gratiam dedisti. quam ne amittatis uos in praesenti tempore, neque ob immodicas lachrymas, & uos totos rebus tristibus deditos faciendo, necessariorum occasiones insidiantibus dimittatis. Verum si oportet omnino lamentari, uelut sane non sentio, ut ne in hoc his qui spem non habent similes fiamus: Vos si uideatur uelut chorus quispiam lugens, principe uestro praefecto, cōcinnius cum illo id quod accidit deplorabit. Quamquam autem non ad extremam senectutem peruenerit uir ille, attamen temporis gratia quo uobis praefectus fuit, non defectu uosam uitam habuit. Corporis autem intantum particeps fuit, ut animae robur in ipsius afflictionibus ostenderit. Fortassis autem aliquis uestrum suspicatur, quod etiam tempus augmentum condolentiae, & ad ditamentum amoris, non occasio satietatis, tentatis existit. quare quanto longiori tempore beneficentiam experti estis, tanto magis orationem percipitis. Corporis uero iusti etiam umbra qua uis re digna pijs est. Et sit sane plerisque ex uobis in hac sententia esse, neque enim ipse uirum negligenter habendum esse sentio, sed humano more consulo tristitiam sufferre. Nam quae dicere possunt deplorantes damnum, neque me ipsum latent, silet equidem lingua instar fluminis aures colluens, cordis autem profunditas nemini comprehensibilis, somnibus debilior (quantum sane ad homines) peruolans abiit. Quis illo acutior ad prauidendum futurum? Quis in adeo stabilibus ac firmis moribus, fulgure citius res aggredi potens? O ciuitas multis quidem iam praecoccupata afflictionibus, à nulla tamen adeo in ipsas principales uitae partes danum peressa. Nunc defloruit tibi ornatus pulcherrimus, ecclesia autem

nicat, & conuentus tristes sunt, & facer confessus principem desiderat. Sermones uero mystici expositorem expectant, pueri patrem, senes coetaneum, illustres ducem, populus praefectum, uicinus indigi alumnum, omnes ex proprijs suis nominibus ipsum implorantes, ob propriam afflictionem, propriam ac conuenientem ipsi lamentationem unusquisque dicit. At quo mihi oratio praelachrymarum iucunditate effertur? non respicimus? non nostri ipsorum erimus? non respiciemus ad communem dominum? qui unumquemque sanctorum propriae nationi ac aetati ministrare permittit, debitis temporibus rursus ad seipsum reuocat. Nunc in oportuno tempore uocum illius memores estote, qui pro concione ad uos uerba faciens semper praecipiebat, uidete inquit canes, uidete malos operatores. Multi sunt canes. Quid dico canes? Lupi equidem graues in ouium cute dolum occultantes, ubique terrarum ouile Christi diuellentes, qui cauendi uobis sunt per uigilantis alicuius pastoris praefecturam, quem uestrum quidem est petere, ita ut ab omni contentione & primatus studio animas puras habeatis, domini uero est ostendere: qui a magno illo ecclesiae uestrae praeside Gregorio, usque ad hunc Macarium, alium super alium apponens ac semper coadaptans, uelut ex quodam preciosorum lapidum monili, mirum qualem pulchritudinem ecclesiae uestrae largitus est. Quare neque de successuris desperandum est. Nouit enim dominus qui ipsius sunt, & perduxerit utique in medium eos a nobis, qui fortassis non expectantur. Iam diu uolentem me a scribendo cessare, dolor cordis non permittit. Verum impero uobis per patres, per rectam fidem, per hunc Macarium, erigatis animam, ita ut unusquisque suum ipsius proprium iudicet id quod studio habetis, putetque seipsum primum participem futurum esse euentus rerum in utramuis partem, neque ad proximum communium rerum curam detrudat, id quod plerique facere solent: deinde contingat ut dum unusquisque in animo suo negotiorum negligens est, omnes proprii uobis ipsius malum per negligentiam attraxisse non animaduertatis. Haec siue ut ex uicinorum condolentia profecta, siue ut ex eorum qui idem uobiscum sentiunt societate, siue quod & uerius est, ut ex dilectionis lege persuasorum, & periculum ex silentio declinantium, cum omni beneuolentia suscipite, persuasi quod gloriatio uestra estis, quemadmodum & nos uestra, ad domini dicitur: & quod ex eo qui dabitur uobis pastor, aut amplius dilectionis uinculo uniemur, aut ad perfectam seditionem perueniemus, quod absit, neque per gratiam dei continget, neque sane ipse nunc dixerim aliquid blasphemum. Hoc autem nosse uos uolumus, quod etiam si ad pacem ecclesiarum concurrentem nobis Macarium non habebamus, propter quasdam uelut ipse nobis affirmavit anticipationes ac animo ipsius impressas notiones: Attamen a concordia ad ipsum de fide sententia, & ab eo quod socium semper in certaminibus aduersus haereticos ipsum inuocauerimus, teste deo & hominibus quibus nos noti sumus, nullo unquam tempore defecimus.

Basilii Magni clericis in Neocaesarea, Epistola LXXIII

Concordia quidem odij contra nos, & quod ad unum omnes sequimini praefectum belli contra nos, persuasit me aequaliter ad omnes conticere, & neque literis amicis, neque aliqua conuersatione lacessere, sed in silentio merore meum concoquere. Quando quidem uero ad calumnias conticere non oportet: non ut per contradictionem nos ipsos defendamus, sed ut ne mendacio succedamus permittamus, & deceptos in damno non linamus: necessarium uisum est mihi & hoc proponere omnibus, & uestra prudentia scribere, etiam si nuper ubi omnibus presbyteris scripsimus, nullo a uobis responso digni facti fuerimus. Ne assentimini fratres his qui praua dogmata animis uestris inducunt, neque admittite ut contemnat in uestra cognitione ac uobis scientibus populum dei per impia dogmata subuertit. Sabellius Libys, & Marcellus Galata, soli ex omnibus ausi fuerunt, & docere haec & scribere, quae nunc apud uos uelut propria sua ipsorum inuenta proferre conantur praecipitantes populi, resonantes lingua, & neque ad probabilem structuram perducere haec sophismata & deceptiones sufficientes. Hi & dicta & non dicta contra nos concionantur, & omnibus modis congressum nostrum declinant. Qua gratia? Non ob mala sua dogmata reprehensionem uerentes? qui sane in tantum a nobis confusi sunt, ut etiam somnia quaedam contra nos confinxerint, calumniantes doctrinas nostras uelut noticias. Qui etiam si omnia solifluorum mensura phantasmata ac uisa in capitibus suis suscipiant, nullam nobis poterint blasphemiam affricare, quum multi sint in singulis ecclesiis testes

testes ueritatis. Quod si causam interrogetur belli huius nec indicti & implacabilis, psalms dicunt & melodiae modum, a consuetudine apud uos obtinente immutatum, & talia quaedam, propter quae ipsos obelari oportebat. Porro uitio uertitur nobis etiam, quod homines habemus exercitatores pietatis, qui renunciauerunt mundo ac omnibus temporalibus sollicitudinibus, quas spiritus assimilat dominus, non permittentibus uerbo, ut ad fertilitatem perueniat. Tales mortificationem Iesu in corpore circumferunt, & leuata cruce sua sequuntur deum. Ego uero totius uitae meae precio aestimauerim, meas esse has iniurias, & habere apud me ipsum uitos, qui sub me praecceptore exercitationem hanc elegerunt. Nunc autem in Aegypto talem esse audio uirorum uirtutem. Et fortassis quidam etiam in Palaestina uitam secundum euangelium rite peragunt. Audio uero etiam in Mesopotamia esse uitos perfectos ac beatos. Nos autem pueri sumus, ad perfectiorum sane comparationem. Si uero & mulieres sunt euangelice uiuere eligentes, uirginitatem nuptijs praefereutes, elationem carnis in seruitutem redigentes, & in luctu qui beatus praedicatur uiuentes, beatissimae ob hoc propositum ubicunque terrarum fuerint. Apud nos uero parua haec, elementariorum adhuc eorum qui introducuntur ad pietatem. Si uero dedecus aliquod uitae mulierum inferunt, pro ipsis quidem respondere non sustineo. Illud autem apud uos confessor, quod quae usque in hunc diem satanas mendacii pater dicere non sustinuit, ea impauida illa corda & effrenata ora, semper intrepide loquuntur. Notum autem uobis esse uolo, quod nos optamus & uirorum & mulierum congregationes habere, quorum conuersatio est in caelis, qui carnem crucifixerunt una cum affectionibus ac cupiditatibus, qui non solliciti sunt de cibis ac indumentis, sed in distractis existentes & assidentes domino, noctem ac diem in orationibus perseuerant: quorum os non loquitur opera hominum, sed psallunt hymnum deo nostro, assidue operantes suis manibus, ut habeant quod impertiantur indigentibus. Ceterum ad obiectum in Psalmody's crimens quo maxime simpliciores terrent calumniatores nostri, illud dicere habeo. Quod consuetudines obtinentes nunc in omnibus ecclesiis concinne sunt ac consonae. Ex nocte enim surgunt apud nos populus ad domum orationis, & in labore ac tribulatione & assiduis lachrymis confitentes deo, postremum surgentes ab orationibus ad psalmodiam perueniunt. Et nunc bifariam diuisi, alterna uicissitudine inter se psallunt, simul quidem meditationem oraculorum inde corroborantes, simul autem & attentionem, & cordis ab alijs rebus abalienatam intentionem sibi ipsis parantes. Deinde uni permittentes auspiciant, & in summa omnes apud quos uigiliae, & preces, & communes psalmodiae in honore sunt. At non erant, inquit, haec tempore Gregorii Magni. Sed neque supplicationes quas uos nunc facitis. Et non accusans uos dico, optarem enim omnes uos in lachrymis uiuere & in assidua poenitentia. Nam & nos nihil aliud, quam pro peccatis nostris supplicamus: praeterquam quod non humanis uerbis uelut uos, sed oraculis spiritus deum nostrum placamus. Quod uero haec non erant temporibus admirandi illius Gregorii, quae testimonia producere potestis? Nihil enim illius institutorum usque ad hoc tempus conseruatis. Gregorius non cotegebatur in adorationibus, quomodo enim id faceret ille apostoli discipulus genuinus qui dixit, omnis uir orans aut propheta uelato capite, dedecore afficit caput suum. Et uir quidem non debet uelate caput suum, imago & gloria dei existens. Fugiebat iusiurandum pura illa anima, & digna spiritus sancti societate, contenta uerbis, ita, & non, propter praecceptum domini qui dixit. Ego autem dico uobis ne iuretis omnino. Non sustinebat ille fratrem suum appellare fatuum, timebat enim minas domini. Indignatio & ira & amarulentia ex ore illius non proficiebatur, conuictum odio habebat, uelut ad regnum caelorum non inducens. Inuidia & arrogantia ab illa doli ex parte anima fugata erat. Non altitisset utique altari priusquam reconciliatus fuisset frater. Falsum sermonem & artificiosum ob calumniam aliquorum excogitatum, sic abominabatur, uelut gnatum quod mendacium ex diabolo genitum est, & quod dominus perdet

omnes loquentes mendacium. Horum si nihil est in uobis, sed puri estis ab omnibus, reuera estis discipuli, discipuli mandatorum domini. Sin minus, uidete ne culicem coletis, circa sonum quidem uocis circa psalmodias, exactam rationem perscrutantes, maxima uero mandata dissoluentes. In hos sermones perduxit me necessitas respondendi, quo doceamini eijcere trabem de oculis uestris, & tunc alienas eximere festucas. Veruntamen omnia concedimus, etiam si nihil non examinet deus. Solum sana sint precipua, & inuocationes circa fidem obticete, substantias ne reprobate, nomen Christi ne abnegate, Gregorij uoces ne falso exponite. Sin minus, donec sane inspirauerimus et loqui poterimus, fieri non poterit, ut ob tantam animarum perniciem sileamus.

Basiliius Magnus precipuis in Neocæsarea, Epistola LXXIII

In totum equidem nihil opus habebam, ut uobis sententiam meam publicarem, & ut causas dicerem, propter quas nunc in his locis sum. Nam neque altius ex eorum numero sum qui se libenter manifestant, neque res ipsa tot testibus digna est, uerum puto, non quae uolumus facimus, sed ea ad quae nos inuitant autores ac praecipuos. Mihi enim id magis studio est ut penitus ignotus sim, quam ambitiosus ut illucescant. Quandoquidem uero audio ad omnium in urbe uestra aures diuulgatum esse, & sunt quidam fabularum fictores, opifices mendacij, ad hoc ipsum conducti, qui res meas uobis exponunt, non parum oportere uos negligere, qui opinione praua et uoce sordida erudimini, sed meisum dicere res meas quomodo se habent. Ego & propter consuetudinem quam a puero ad hanc regionem habeo, hic enim educatus sum apud meam nutricem: & postea propter diuinam conuersationem, quando fugiens ciuiles tumultus, ubi hanc regionem idoneam ad philosophandum, propter solitudinis quietem didicissem, multorum consequenter annorum tempus contriui: & propter securam hoc tempore in habitationem breuem respirationem ex detinentibus nos occupationibus nactus, libens ad hanc extremitatem perueni, non ut alijs negocia exhibiturus, sed ut desiderium meum curaturus. Quid igitur opus est ad somnia confugere, & somnispices mercede conducere? & in publicis epulationibus uinariam fabulam nos facere? Ego uero etiam apud alios calumniae mihi constructae essent, uos sane meae uoluntatis ac doctrinae testes produxissem. & nunc cupio unum queng uestrum uetera illa in memoriam reuocare, quando uocabat nos uobis haec ad adolescentium curam, legatioque a derat uirorum apud uos illustrium. Postea uero quomodo passim omnes circum nos diffusi, quid non dantes? quid non promittentes? detinere tamē nos non potuerunt. Quomodo igitur qui tunc uocabar, & non obediebam, nunc extra uocationem apud uos cohabitare conarer? Quomodo uero qui laudates ac admirantes me effugi, nunc persequar calumniantes? Ne putetis o optimi, non ita uisita sunt nostra, Neque enim quis prudens nauigium gubernatore carens inscenderit, neque ecclesia se obtulerit, cui fluctus & tempestatem ipsi qui ad gubernacula sedent inducunt. Unde enim tumultu repleta est ciuitas, quando alij fugiebant nemine persequente, alij se subtraherent nemine inuadente, arioli uero & somnispices omnes perterebant? Unde aliunde haec aut non etiam puero notum est, quod ex duobus multitudinis: quorum inimicitiae causas, mihi quidem dicere non decorum est, uobis uero contueri etiam ualde procliu. Quum enim amarulentia & dissidium nullum reliquum habet ad fauittiam excessum, causae autem expositio in consistens omnino ac ridicula fuerit, manifestum est animae esse morbum, ob aliena quidem bona contingentem, proprium autem & primarium malum possessorum existentem. Quibus etiam aliud quid festiuum adest. Dum enim lancinantur & dolent in profundo, manifestare calamitatem non permittuntur praepudore. Haec quidem igitur animae ipsorum affectio, non solum ex his quae contra nos faciunt, sed etiam ex reliqua uita nota est. Si uero etiam ignota esset, non magnum accederet rebus detrimentum. Maximam autem causam propter quam congressum nostrum fugiendum censent, quae fortassis multos uestrum latet, ego docebo. Verum audite, fidei peruersio apud uos exercetur, inimica apostolicis ac euangelicis doctrinis, inimica traditioni Magni reuera Gregorij, & eorum qui illi successerunt, usque ad Macarium Musonij, cuius doctrinae etiam nunc nimirum in auribus uestris resonant. Nam Sabellij malum olim quidem commotum, traditione autem Magni illius extinctum, nunc hi renouare conantur, ob reprehensionis timorem, somnia contra nos fingentes. At uos uino grauata capita, quae uapor ex crapula sursum latus;

deinde

deinde exastuans, imaginationibus replet, ualere sinētes, a uigilantibus & propter timorem dei tacere non potentibus, damnum uestrum audite. Iudicium est Sabellius, qui in Christianismi praetextu, euangelica praedicatione introducit. Qui enim unam rem multarum personarum, patrem et filium & spiritum sanctum dicit, & unam trium substantiam proponit, quid aliud facit? nonne negat quidem unigeniti ante secula substantiam? negat autem & mysterialem ipsius ad homines accessum, descensum ad inferos, resurrectionem, iudicium? Negat autem & proprias spiritus operationes. Porro apud uos nunc audio etiam grauiora his quae Sabellius uana sapientia sua ausus fuit tentare. Narrat enim uelut hi qui audierunt dicunt, sapientes apud uos uehementer contendere ac dicere. Quod nomen quidem unigeniti non traditum est, nomen autem aduersarij est. & propter hoc quidem latari ac se iactare uelut proprium inueniunt. Dicitur enim inquit, Ego ueni in nomine patris mei, & non recepitis me, si alius uenerit in proprio nomine, illum recipietis. Et propterea quod dictum est, docete omnes gentes baptizantes ipsos in nomen patris & filij & spiritus sancti; manifestum est inquit, quod unum est nomen, non enim dictum est in nomina, sed in nomen. Haec erubescens scripsi uobis, quia de sanguine nostro sunt qui his sunt obnoxij, et ingemisco propter animam meam, quod cogor uelut hi qui contra duos pugnant, prauaricationes doctrinae in utraque parte redargutionibus pullare ac deicere, & conueniens robur ueritati contribuere. Hinc enim nos inaequalitatis doctor lancinat, illinc Sabellius uelut apparet. Ceterum uos adhortor ut abominandis his & neminem peruertere potentibus sophismatis ac commentis animam ne aduertatis, Verum sciatis quod est nomen Christi, quod super omne nomen est, hoc ipso uocari ipsum filium dei, iuxta Petri uerba, Neque est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo saluari nos oportet. Ad hoc uero quod dictum est, Ego ueni in nomine patris mei, illud nosse oportet. Quod principium sui ipsius ac causam inscribens patrem, haec dicit. Si uero dictum est, profecti baptizate in nomen patris & filij & spiritus sancti, non propterea putare oportet unum nobis nomen traditum esse. Quemadmodum enim qui dixit, Paulus & Sylluanus & Timotheus, tria quidem nomina dixit, colligauit autem haec inter se per syllabam &, Ita qui dixit nomen patris & filij & spiritus sancti, tria loquutus, connexuit ipsa per coniunctionem, unicuique nomini proprium subiectum esse significatum docēs. Nam rerum sunt significatiua ipsa nomina. Res uero propriam & perfectam substantiam habere, nemo qui uel parum prudentiae particeps est ambigit. Patris enim & filij & spiritus sancti, natura quidem eadem & deitas una, nomina uero diuersa, definitas ac absolutas notiones nobis declarantia. Impossibile est enim mentem quae non in unius cuiusque proprietatibus uersatur, inconfusam posse patri & filio & spiritui sancto glorificationem persoluere. Si quidem igitur negauerint quod haec non dicant, nec sic doceant, peracta sunt nobis ea quae uolebamus. Quanquam difficilem ipsis esse uideo negationem, propterea quod multos habeant horum sermonum testes. Veruntamen non consideramus praeterita, praesentia solum sunt sana. Si uero in istis perseverarint, necesse est etiam ad alias ecclesias nos exclamare eam contra nos calamitatem, & facere ut a pluribus episcopis literae ad uos perueniant, quae magnitudinem eius quae constructur impietatis diruat. Aut enim aliquid operae precij studio nostro consequemur, aut omnino praesens testimonium dimittet nos a culpa in iudicio. Iam uero etiam in priuatis libellis harum sententiarum fundamenta iecerunt, quos sane etiam demiserunt primum ad hominem dei Meletium episcopum, & acceptis ab ipso conuenientibus responsis, quae admodum monstrorum matres ob naturae mutilationes pudescerent, sic etiam ipsi turpes suos partus, conuenientibus tenebris occultatos enutriunt. Demiserunt autem & experimentum quoddam per epistolam ad unanimum nobiscum Anthimum Tyanorum episcopum, tanquam Gregorius in fidei editione dixerit, patrem & filium mentis quidem cogitatione esse duos, substantiam uero unum. Hoc autem non ex decreto, sed contentione dictum esse, in disputatione aduersum Aelianum, intelligere non potuerunt illi qui ob mentis subtilitatem seipso beatos praedicant. In qua disputatione multi sunt eorum qui descriperunt errores, uelut in ipsis dictionibus demonstrabimus nos, si deus uoluerit. Deinde uero Hellenem persuadens, non putabat oportere exacte circa uerba disceptare, sed alicubi etiam concedere moribus eius qui inducitur, ut ne reluctetur ad principalissima. Quapropter etiam multas isthic

Kk 2 inuenias

inuenias uoces, quæ nunc maximū robur hæreticis præbent, uelut sunt, creatura & opificium, & si quid eiusmodi est. Multa quoque ex cōiunctione ad hominem dicta, ad deitatis rationē referūt hi qui inrudite ea quæ scripta sunt intelligunt. Quale est & hoc quod ab his circumfertur. Probe enim etiā hoc nosse oportet, quod quem admodū qui cōmunitatem essentiæ non confitetur, ad multitudinem deorum excidit. Sic qui proprietatem substantiarum non concedit, ad iudaismum defertur. Oportet enim mentē nostram uelut alicui subiecto innixam, & figuris ipsius manifestis impressis, sic de eo quod desideramus cogitare. Non enim ubi mente concepimus paternitatem, neque ubi cogitamus circa quem assignata est hæc proprietates, possibile est aliquo modo de deo notionem suscipere. Non enim sufficit differentias personarum enumerare, sed oportet unāquamque personam in uera substantia existere confiteri. Nam affectionem personarum non subsistentem, neque Sabellius reprobauit, quum dixit, Eundem deum unum subiecto esse, qui ad necessitates semper accidentes transformetur, & nunc quidem uelut patrem, nunc uero uelut filium, nunc ut spiritum sanctum loqui. Hunc olim extinctum errorem renouant nūc infamias huius seculi reprobatores, qui substantias reprobant, & nomē filij dei abnegant. Quos nisi cessauerint loqui contra deum iniuriam, deplangere oportet cum his qui Christum abnegarunt. Hæc necessariō scripsimus uobis, quo detrimenta ex malis dogmatibus caueatis. Reuera enim si praua dogmata, perniciosis medicamentis assimilare oportet, quem admodum uestri somnifices dicunt. Hæc autem sunt Cicuta & Aconitum, & si quod aliud est pharmacum hominem occidens. Hæc animarum uenena nō sunt nostræ doctrinæ, uelut ebria cerebellorum ipsorum inuolucra exclamant, propter affectionem multis imaginationibus referta. Quos si quidem prudentes essent, nosse oportebat, quod in puris & ab omni macula purgatis animis prophetica gratia illucescit. Neque enim possibile est ut speculum sordidum imaginum aspectus suscipiat. Neque ut anima temporalibus curis præoccupata, & cui ex sapientiæ carnis affectibus tenebræ offusæ sunt, spiritus sancti illuminationes suscipiat. Nō enim omne somnium statim propheta est, ut inquit Zacharias: Dominus fecit imaginationem & pluuiam hybernā, quia proloquentes loquuti sunt labores, & somnia falsa loquebatur. Hi uero etiā illud ignorant, qui secundū Esaiam somniant, & in cubili dormitare solent, quod sepe actio erroris demittitur in filios inobedientiæ, & est spiritus falsus, qui in falsis prophetis existens ipsum Achaab decepit. Hæc sanè gnaros non oportebat in tantum extolli, ut sibi ipsis prophetiæ testimoniū attribuerent, qui indicat etiam somnificus Balaam se longe inferioris certitudine esse, qui a rege Moabiturum magnis muneribus propositis accersitus, non sustinuit emittere uocē præter dei uoluntatem, neque execrare Israel quem non execratur dominus. Si quidem igitur imaginationes ipsorum in somno, mandatis domini correspondent, contenti sunt Euangelij, quæ nullo auxilio ad fidem ac dignitatem ex somnijs opus habent. Si uero dominus pacem suam nobis dimisit, & mandatum nouum nobis dedit, ut mutuo diligamus: Somnia autem pugnam & seditionem & dilectionis dissipationem denarrat, ne dent occasionem diabolo inuadendi animas ipsorum per somnum, neque potiores faciant ab ipso inductas imaginationes doctrinis salutaribus.

Basilus Magnus Sozopolitanis, Epist. LXXV

Adeptus sum literas uestras fratres uenerandissimi, quas de rebus uestris scripsistis. Et quod quidē nos socios curarū suscepistis, ad necessariorū uobis ac studio dignorū curā, gratias agimus dño. Ingemuimus autē ubi audiuimus, quod ad eā quæ ab Ariani introducta est ecclesiis perturbatiō, & ad confusiōnē quā illi circa fidei doctrinā fecerunt, etiā alia adhuc quædam uobis apparuit nouitas, quæ ad multā anxietatē immitit fraternitatē: quā homines quidā uelut nobis scripsistis, noua & credentiū auribus incōsuetā, uelut ex scripturarū uidelicet doctrina, falso inducant. Scripsistis autē esse quosdam apud uos, qui salutare dispensationis mysteriū domini nostri Iesu Christi dissoluunt, quantum eius per ipsos fieri potest, & qui magni mysterij beneficiū reprobant: quod quidē a seculis tacitū fuit, manifestatū est autē proprijs tēporibus, quādo dominus omnia pergressus quæ ad totius generis humani curā pertinent, super omnia propriū largitus est nobis aduentū. Auxiliū enim tulit suo ipsius plasmati ac figmento, primū quidē per patriarchas, quorū uitæ, exēpla ac regulæ propolita sunt, his qui uestigia sanctorū sequi uolunt, & iu

xia

xia consimilem illis feruorem peruenire ad bonorum operum perfectionem. Dein de legem in auxilium dedit, per angelos ipsam ordinans ac constituens in manu Moysi. Dein de prophetas prædenunciantes futuram salutem. Iudices. Reges. Iustos. Facientes uirtutes in manu occulta. Post omnes hos in extremis diebus manifestatus est ipse in carne, natus ex muliere, existens sub lege, ut eos qui sub lege essent redimeret, ut adoptionem in filios acciperemus. Si itaque non factus esset dominus in carne aduentus, non sanè dedisset liberator pro nobis precium mortis, non discidisset per seipsum mortis regnum. Si enim aliud quidē erat quod sub mortis regno erat, aliud uero quod à domino assumptum est: non utique desuisset mors operari ea quæ sua sunt, neque nostrum lucrū factæ essent deiferæ carnis passiones, non occidisset peccatum in carne, non uiuificati essemus in Christo, qui in Adam mortui eramus, non reformatum esset quod fuit collapsum, non erectum esset quod fuit contrafactum ac dirutum, non coniunctum esset deo quod per seipsum fraudem fuit alienatum. Hæc enim omnia tolluntur ab his qui dominū cœlestis corpus habentem aduenisse dicunt. Quis uero usus fuisset sanctæ uirginis, si non ex massa ipsius Adam Christifera caro assumenda erat? At quis est qui ita audax est, ut olim silentio sopitum Valentini dogma, nunc rursus per sophistica uerba, & per testimonium uidelicet scripturarum renouet? Nō enim recentior quàm putatis est hæc impietas, sed iam olim ab inaniter sapiente Valentino initium sumpsit, qui paucas Apostoli dictiones diuellens, impium figmentum sibi ipsi construxit, formā dicens serui, & non ipsum seruum suscepisse, & in figura dicens dominum natum esse, sed non ipsum hominem ab ipso susceptum esse. His cognata uidentur etiā hi loqui, quos deplorare conuenit, recentiores nobis turbationes superinducentes. At uero dicere, in ipsam deitatem trāsire hominum affectus ac passiones, eorum est qui nullatenus seruant intelligentiæ consequentiā, & qui non sciūt, quod aliæ sunt carnis passiones, & aliæ carnis animata, & aliæ animæ corpore utentis. Carnis quidem igitur proprium est, secari & imminui, ac dissolui. Et rursus carnis animata, fatigari, & dolere, & esurire & sitire, & somno superari. Animæ uero corpore utentis, mœrores, & anxietates & cura, & quæcunq; eiusmodi. Quorum aliqua naturalia sunt & animalia necessaria, alia ex praua uoluntate, propter uitam male institutam, & quod ad uirtutem in exercitati sumus, superinducuntur. Vnde apparet dominum naturales quidem affectus suscepisse, ad confirmationem ueræ & non imaginariæ incarnationis. Verum malitiæ affectus qui uitæ nostræ puritatem fœdant, uelut indignos immaculata deitate repulsi. Quapropter dictum est, in similitudine natum esse carnis peccati. Non enim in similitudine carnis, uelut his uidetur, sed in similitudine carnis peccati. Quare carnem quidem nostram assumpsit, unā cum naturalibus ipsius affectibus, peccatum uero nō fecit. Sed quemadmodū mors in carne per ipsum Adam in nos transmissa absorpta est à deitate, sic peccatum consumptum est à iustitia in Christo Iesu: ut nos in resurrectione recipiamus carnem, neque obnoxia morti, neque subdita peccato. Hæc sunt fratres ecclesiæ mysteria. Hæc patrū traditiones. Cōtestor apud oēs homines timētes dñm, & iudiciū dei expectantes, ut ne uarijs doctrinis in errore deferantur, & si quis alia docet, & nō accedit sanos de fide sermones, sed detrudens spiritus oracula, propriā doctrinā euangelicis dogmatibus, potiorē facit, ut talē deuitet. Opto autē ut dñs præbeat, ut aliquando simul inter nos cōueniamus, quo ea quæ nūc sermonē nostrū effugerunt, per congressum ob oculos expleamus. Nā pauca de multis, uobis scripsimus, modū epistolæ excedere nolentes, & simul persuasi quod timētib; dñm sufficit per pauca cōtingens cōmonefactio.

Basilus Magnus Nicopolitis, Epist. LXXVI

Qum uideo malum prospere procedere, & uestram pietatem fatigatam esse, & ad assiduam persequutionem renunciaſſe, tristitia repleor. Quū uero rursus magnam dei manum mecum animo expendo, & quod nouit erigere contraſtos ac dirutos, & diligere ac amplecti iustos, conterere autem arrogantes, & deponere potentes de sedibus, rursus tranſmutatus spe leuior euado. Et noui quod per preces uestras, celerem ostendet uobis dñs tranquillitatē, solū ne defatigemini orando. Sed quorū uerbis estis doctores, eorū in præſenti tempore, manifesta exempla omnib; ipſo factō proponere studete.

Basilus Magnus Ecclesiæ Ancyræ, LXXVII

Per multum tempus silentium nobis induxit perturbatio ob grauissimū nunciū eius

Kk 3 quod

quod accidit malis. Postquam uero paululum quodammodo ex taciturnitate nos recollegimus, quam uelut magno tonitruo auribus percussis passi sumus, necessario nunc ob id quod accidit ingemuimus, & interim lugentes epistolam hanc uobis demisimus, non consolandi gratia. Quae enim oratio inueniri possit ut tantae calamitatis medicus existat? Sed dolorem cordis nostri, quantum eius fieri ex hac uoce potest, uobis significantes. Nunc opus habebam Hieremiae lamentationibus, & si quis sane alius beatus uir calamitatis magnitudinem condolenter deplaxit. Cecidit uir columna & firmamentum ecclesiae, imò potius ipse ad beatam uitam à nobis sublatus abiit. Periculum autem non paruum est, ne multi hoc fulcramento sublato corruant, & putria quorundam manifesta fiant. Clausum est os iusta dicendi libertate, & uerbis gratiae, ad fraternitatis aedificationem scaturiens. Perierunt mentis consilia, quae reuera in deo commouebatur. O quoties in mentem uenit mihi (accusabo enim me ipsum) indignari contra uirum, quod totus in desiderio constitutus, ut dissolueretur & esset cum Christo, non potius duxit in carne permanere propter nos. Ad quem de cetero curas ecclesiarum superimponemus? Quem socium rerum tristium accipiemus? quem modestae distributorem? O horrendam reuera ac tristem solitudinem. Quomodo exacte assimilati sumus pellicano solitudinis. At uero ecclesiae coniuncta membra, ab illius praesidentia uelut anima aliqua, ad unum consensum & exactam societatem coadaptata, & conseruantur per pacis uinculum firmiter ad spiritualem concordiam, & conseruantur semper, deo hoc largiente, ut firma maneant & incommota beatae illius animae opera ac facta, quae in ecclesiis dei decertauit. Veruntamen aliud certamen non paruum instat, ne lites aliquae ac seditiones, ad praesidis electionem exurgentes, omnem simul laborem ex contingente rixa subuertant.

Basilii Magni Senatui Thyranorum, L X V I I I

Qui reuelat occulta, & manifesta facit consilia cordium dominus, dedit etiam humilibus intellectum machinamentorum quae aegre cognosci poterant, uelut quidam putant. Nihil igitur nos latuit, neque quicquam factorum occultum est, attamen nos neque uidemus neque audimus aliud quidquam pacem dei, & quae ad ipsam tendunt ac conferunt. Nam etiam si alij potentes sunt & magni & in seipsis fiduciam habentes, tamen nos qui nihil & nullius precij sumus, nunquam tantum de nobis ipsis praesumpserimus, ut soliti negotia superare possimus, exacte gnari quod plus nos uniuscuiusque fratris auxilio opus habemus quam alterius altera manus. Nam ex ipsa corporis nostri structura, societatis necessitatem dominus nos docuit. Quum enim ad ipsa haec respexerimus membra nostra, quod nullum ex ipsis sibi ipsi ad actionem sufficiens est, quomodo me ipsum reputabo sufficere mihi ipsi ad uitae negotia? Neque enim pes tuto gressum fecerit, non simul suffulciente altero, neque rursus oculus integre uiderit, non habens alterum socium, & cum ipso concorditer uisibilia impetens. Et auditus exactior est qui per utrosque meatus uocem naturalibus, neque ex his quae ex proposito peraguntur, citra conspirationem eorum quae eiusdem generis sunt, perfici uideo. quando sane etiam ipsa ad deum oratio non habens concinentes, multo seipsa debilior est. Et dominus promisit se medium fore, duobus aut tribus inuocantibus ipsum in concordia. Sed & ipsum dispensationis mysterium dominus assumpsit, quo pacificaret per sanguinem crucis suae, & quae in terra sunt, & quae in caelis. Quare propter omnia haec, in pace manere reliquos dies nostros optamus. In pace item fieri obdormitionem nostram precamur. Pro hac neque laborem quemcumque tandem subterfugere statui, non humile quicquam loqui aut facere, non peregrinationis longitudinem supputare, non aliud quid molestiarum declinare, quo mercedem pacificationis adipiscar. Et si quidem quis sequutus fuerit nos haec praecipientes, hoc optimum & uoti finis existit. Si uero ad contrarium distaxerit, ego neque sic ab eodem iudicio desistam. Vnusquisque autem propriae actionis fructus, in die retributionis ipse cognoscat.

Pientissimis ac sanctissimis fratribus, in ministerio consortibus per Italiam ac Galliam unanimis episcopis, Meletius, Eusebius, Basilius, & reliqui in domino gaudium, Epistola L X I X

Fert equidem consolationem quandam afflictis animis, etiam suspirium saepe numero ex profundo cordis emissum, & aliquando etiam lachryma effusa multitudinem tribulationis

tribulationis discussit. Nobis autem non quantum suspirium & lachryma solatiū habet, quod nostras afflictiones apud uestram dilectionem proferimus, Sed nos etiam blandior quaedam spes fouet, fore ut ubi aduersitates nostras uobis denunciauerimus, ad protectionem nostri uos excitemus; quam olim quidem à uobis ecclesiis orientalibus affuturam sperauimus, nunquam autem assequuti sumus, omnino fortassis deo res nostras gubernante, iuxta inestimabilia iustitiae suae iudicia, ad longius tempus has tentationes nobis extendi disponente. Nec enim ignorastis fratres uenerandissimi rerum nostrarum statum, quarum fama etiam ad extremas orbis terrarum partes peruenit. Neque sane condolentiae uos expectes erga unanimes fratres estis, quum Apostoli discipuli sitis, qui complementum legis esse docet erga proximum dilectionem. Verum uelut diximus, inhibuit uestram alacritatem iustum dei iudicium, constitutum nobis propter peccata nostra tribulationem ad complementum dimittens. At nunc saltem, & ad feruorem pro ueritate, & ad condolendum nobis, excitari uos hortamur, ubi omnia didiceritis etiam quae antea aures uestras effugerunt, à pientissimi fratre nostro in ministerio consorte Sabino, qui poterit uobis etiam ea quae epistola effugerunt, de seipso exponere, per quem exhortamur uos ut induamini uiscera misericordiae, & omnem cunctationem deponatis, assumatis autem laborem dilectionis, & neque uitae longitudinem, neque domesticas occupationes, neque aliud quid rerum humanarum supputetis. Non enim de una ecclesia periculum est, neque duae aut tres in grauem hanc tempestatem collapsae sunt. Nam ferme à finibus Illyrici usque ad Thebaidem, haereticarum malum depascitur. Cuius praua semina prius quidem infamis Arius iecit, acris autem profundum radicibus. dum multi in medio impietate studiose excoluerunt, nunc perniciosos tructus protulerunt. Euerfa enim sunt pietatis dogmata, confusae sunt pietatis leges. Ambiguitates autem eorum qui dominum non timent praesidentias inuadunt, & in propatulo de cetero impietatis praemissum proposita est prima sedes. Quare qui grauioribus blasphemias protulit, ad populi episcopum potior habetur. Perijt autoritas sacerdotalis, defecerunt qui paciscunt cum scientia ouile domini, dum hi qui primos locos ambiunt aconomias pauperum in proprias uoluptates et munerum distributiones insumunt, annihilata est canonum sinceritas, licentia peccandi multa est. Nam qui hominum studiis ad principatum accedunt, in hoc ipso studij gratiam rependunt. Perijt iudicium iustum. Vnusquisque in uoluntate cordis sui ambulat, prauitas immensa est. Populi admoneri nolunt. Praesides dicendi libertatem non habent. Serui enim sunt eorum qui beneficium contulerunt, hi qui per homines sibi ipsis potentiam comparant. Iam uero à quibusdam uelut scutum, mutui inter ipsos belli, excogitata est defensio rectae uidelicet de fide sententiae, & proprijs inimicis occultatis, pro pietate inimicitias gerere se conserunt. Alij uero reprehensionem ob turpissima declinantes, populos ad mutuam contentionem excitant, quo per communia mala, proprio umbras obducant. Quapropter etiam implacabile bellum est, dum hi qui mala operati sunt, communem pacem uelut occultam ipsorum turpitudinem reuelantem uerentur. Ob haec rident increduli, fluctuant hi qui modicae sunt fidei, ambigua est fides, ignorantia in animas diffusa est, propterea quod imitantur ueritatem hi qui doctrinam in malicia adulterant. Silent enim piorum ora, permissum est autem dicere omni blasphemae linguae, profanata sunt sacra, fugiunt domus orationum populi sani, uelut doctrinam impietatis locos. Verum in solitudinibus, ad dominum in caelis cum gemitibus & lachrymis manus eleuant. Peruenit autem iam credo etiam ad uos fama eorum quae in plurimis urbibus fiunt. Quod populi cum uxoribus ac mulieribus & pueris & ipsis senibus, ante portas effusi, sub dio preces faciunt, omnes ex aere afflictiones multa longanimitate ferentes, & auxilium à domino expectantes. Quae lamentatio his calamitatibus digna esse possit? qui fontes lachrymarum tantis malis suffecerint? Donec igitur adhuc aliqui stare uidentur, donec adhuc uestigium ueteris statutus conseruatur, priusquam perfectum naufragium Ecclesiae accedat, festinate ad nos, festinate iam reuera fratres germanissimi, date manum inclinatis in genua, commoueantur propter nos fraternae uestra uiscera, profundantur lachrymae condolentiae, & ne negligite ut media pars orbis terrarum ab errore deuoretur, ne sustinere extinguere fidem, apud eos ubi primum effulsit. Quid igitur factio opus sit ut res nostras defendatis, & quomodo condolentiam erga afflictos ostendatis, non à nobis omnino opus erit uos discere, sed ipse spiritus sanctus uobis suggeret, praeterquam quod celebritate opus est

ad conseruandos relictos, & plurium fratrum presentia, ut concilij numerum expleant qui huc proficiscuntur, ut non solum ex eorum qui ipsos miserunt autoritate, sed etiam ex proprio numero, ad res corrigendas fidedigni fiant. Qui & fidem in Nicæa à patribus uestris scriptam renouabunt, & hæresim extirpabunt, & ecclesijs ea quæ ad pacem faciunt tradent, eos qui eadem sentiunt ad concordiam congregantes. Hoc enim profecto omnium miseratione uel maxime dignum est, quod sanum esse putatum est, in seipsum diuisum est. Et circūstant nos uelut apparet consimilia mala his quæ aliquādo Hierosolymitas circūdederunt, dum à Vespasiano obsiderentur. Nam & illi simul externo bello comprimabantur, simulq; interna inter se seditione consumebantur. Nobis autem ad manifestū hæreticorum bellum, amplius etiā id quod ab his qui idem sentire uidentur exortum est, ad extremam debilitatem ecclesijs perduxit. Ad quæ sane mala etiam maxime uestro auxilio opus habemus, quo hi qui Apostolicam fidem confitentur, dissolutis sectis quas excogitauerunt, de cætero autoritati Ecclesiæ subditi sint, ut integrum fiat corpus Christi omnibus membris ad integritatem reuersum. Et non solum apud alios prædicemus bona, id quod nunc facimus, sed etiam nostras ipsorum ecclesijs, ueterem de recta fide gloriationem recepisse uideamus. Reuera enim suprema beatitudine dignum est id quod uestre pietati à domino datum est, nimirū adulterinum à probo sinceroq; ac puro discernere, patrum uero fidem citra aliquam detractionem prædicare, quam etiam nos suscipimus, & cognouimus ex Apostolicis notis efformatā, cōsentientes & ipsi, & omnibus in concilij scripto regulariter ac legaliter decretis.

Pientissimis reuera ac Charissimis fratribus, & in ministerio consortibus, unanims per Galliam & Italiam Episcopis, Basilius Cæsareę Cappadocię Episcopus.

Epistola LXX

Dominus noster Iesus Christus, qui corpus suum sustinuit nominare omnem Dei Ecclesiam, et singulos nos inter nos membra esse ostendit, dedit etiam nobis ut ad omnes familiariter nos geramus, iuxta membrorum uidelicet cōcordiam. Quapropter etiam si plurimum inter nos habitationibus disparati sumus, tamen ratione coniunctionis propinqui inter nos sumus. Quando quidem igitur caput dicere nō potest pedibus, non est opus mihi uobis: omnino neque uos sustinebitis nos repudiare. Sed tantum cōdolebitis tribulationibus nostris, quibus traditi sumus propter peccata nostra, quātum nos congaudemus uobis, qui glorificamini in pace, quam largitus est uobis dominus. Iam quidem igitur etiam aliās uestram dilectionem implorauimus, ad defensionem nostri & ad condolendum, uerum omnino quia non impleta est ultio nostra, non permisi estis exurgere ad ferendum auxilium. Expetimus enim maxime quidem etiam ipsi Imperatori terræ nostrę, manifestam fieri per uestram pietatem, nostram cōsusionem. Si uero hoc difficile est, attamen uenire aliquos à uobis ad uisitationem ac consolationem afflictorum, ut oculis subiiciant afflictiones orientis, quas auribus suscipere impossibile est, propterea quod nullus sermo reperiatur, qui uobis res nostras euidenter declaret. Persequutio nos apprehendit fratres uenerandissimi, & persecutionum horrendissima: persecutionem enim patiuntur pastores, ut dispergantur oues gregis: et quod grauissimum est, neque qui malis uexantur, in perfectione martyrij afflictiones suscipiunt, neque populi in martyrum loco athletas hos colunt: propterea quod Christianorum nomen persecuentibus incumbit. Vnum est crimen quod nunc uehementer damnatur ac punitur, diligens obseruatio traditionum patrum. Ob hoc fugantur patris pij, & ad solitudines habitationem transferunt. Non canicies apud iudices iniquitatis uenerabilis est, non exercitatio pietatis, non uita iuxta Euangelium à iuuentute usque ad senectam peracta. At maleficus quidem nullus citra hoc ut de crimine conuictus sit, condemnatur. Episcopi uero ex sola calumnia capti sunt, & nulla comprobatione criminum inducta supplicij traduntur. Quidam uero neque nouerunt accusatores, neque uiderunt iudicium, neque omnino calumniam perpessi sunt, sed intempestiue noctu uiolenter rapti, in exilium fugati sunt, ob afflictiones ex solitudine, traditi in mortem. Quæ uero ad hæc consequuntur, nota omnibus sunt etiam si nos taceamus, fugæ presbyterorum, fugæ diaconorum, & totius cleri depopulationes. Necessè est enim aut adorare imaginem, aut prauæ flagellorum flammæ tradidit. Gemitus fiunt populorum, lacrymæ

chrymæ affidua, & domi & publice, omnibus inter se deplangentibus ea quæ patitur. Nemo enim ita lapideo præditus est corde, ut patre priuatus, leuiter ferat orbitatē. Sonitus est lamentantium in urbe, sonitus in agris, in uis, in solitudinibus. Vna uox, miserabilis ac tristitia omnibus proloquentibus. Ablatum est gaudium & læticia spiritalis. In lætium conuersæ sunt nostræ festiuitates. domus orationum conclusæ sunt. Vacua sunt altaria spiritali cultu. Non amplius conuentus fiunt Christianorum, non amplius doctorum prædientia, non dogmata salutaria, non festa, non hymni nocturni, neque beatum illud gaudium, quod in conuentibus ac communione spiritalium gratiarum, animis creditum in dominum accedit. Nobis conuenit dicere, quod nō est in hoc tempore princeps, neque propheta, neque dux, neque oblatio, neque suffumigium, non locus sacrificandi in conspectu domini, & inueniendi misericordiam. Hæc scietibus scribimus, quia nulla terrarum orbis pars est, quæ nostras de cætero calamitates ignoret. Quare non docendi gratia sermones hos nos facere, putare uos conuenit, neque ut cōmonestiamus uestram dilectionem. Nouimus enim quod nunquam obliuiscimini nostri, nō magis sanè quàm mater filiorum uentris sui. Sed quandoquidem hi qui dolore aliquo detinentur, per suspiria leuare quodammodo dolores solent, hoc etiam nos facimus, mœroris grauitatem uelut remouemus per hoc quod multiformes nostras calamitates dilectioni uestræ denunciamus, si quo modo ad precēs pro nobis uehementius commoti, placare possitis dominum ut nobiscum reconcilietur. Si quidem igitur tribulationes solæ essent quæ nos conficiunt, consuluissemus utiq; nobis ipsis, quietem agere ac gaudere ob afflictiones pro Christo. Nam non sunt dignæ afflictiones huius temporis ut comparentur ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nos. Nunc uero timemus ne quando augetur malum, uelut flamma, quædam per ardentem materiam penetrans, ubi apprehenderit ac consumperit uicinia, attingat quoque ea quæ procul distant. Depascitur enim hæresis malum, & timor est, ne ubi ecclesijs nostras exedit, deinceps serpat & sanam partem paræciæ ac cohabitationis apud uos inuadat. Fortassis e quidē propterea quod abundauit apud nos peccatum, primi traditi sumus in cibum crudiuoris dentibus inimicorum Christi. Fortassis autem & quod magis uerisimile est, quandoquidem Euangelium regni à nostris locis initio factio, in omnem exiuit terrarum orbem, propterea communis animarum nostrarum hostis, defectio nis semina ab ipsidem locis initio sumpto, in omnem terram distribui contendit. In quos enim effulsit illuminatio cognitionis Christi, in hos etiam impletatis tenebras uenturas cogitat. Vestras igitur reputate esse nostras afflictiones, uelut genuini discipuli domini. Non propter pecunias, non propter gloriam, non propter aliud quippiā rerum temporalium bello infestamur, sed propter communem thesaurum paternæ possessionis, sanā uidelicet fidem, consistimus decertantes. Condolete nobis o uos fraterno amore insignes, quia clausa sunt apud nos piorum ora, aperta est autē omnis audacula & blasphemia lingua eorum qui loquuntur iniusticiam contra deum. Columnæ & fundamentum ueritatis dispersa sunt, Nos ob tenuitatem contempti, libertatem dicendi non habemus: Decertate pro populis, & non solum quomodo uobiscum agitur cōsiderate, quod in portibus tranquillitatis stationem habetis, gratia dei omnem uobis protectionem à tempestate uentorum prauitatis largiente: sed etiam ecclesijs tempestatem ferentibus manus porrigite, ne quando penitus relicta, fidei naufragium perpetiantur. Ingemiscite propter nos, quod unigenitus blasphematur, & non est qui contradicat. Spiritus sanctus ignominia afficitur, & qui potest redarguere fugatur. Multitudo deorum inualuit. Magnus deus apud ipsos est et paruus. Filius nō est nature nomē, sed dignitatis appellatio esse receptū est. Spiritus sanctus nō creditur cōplere sanctā trinitatē, nec socius esse diuinæ & beatæ nature, sed una aliqua ex creaturis, temere & prout contingit, patri et filio adiecta esse. Quis dabit capiti meo aquā, & palpebris meis fontē lachrymarū, & deplorabo populū diebus multis, qui unā cū prauis his doctrinis ad interitū detruditur. Distrahuntur simpliciorū aures, in cōsuetudinē de cætero uenerūt hæreticæ impietatis. Infantes ac pueri ecclesiæ conuertuntur doctrinis impijs. Quid em faciāt? Baptismi sunt apud illos. Deductiones peregre proficiscentiū, uisitationes infirmorū, cōsolationes afflictorū, auxilia oppressorū, protectiones omnigenæ, mysteriorū coiones. Oia quæ per illos perficiuntur, uinculū sūt populis cōcordiæ ad ipsos, ad eō ut paruo tēporis pgressu, ne si cōtingat quidē aliqua libertas, spes

spes superstitiosos qui diuturna dilectione detenti sunt, rursus ad ueritatis agnitionem reuocandi. Quapropter multos ex nobis oportebat ad uestram reuerentiam concurrere, & unumquemque suum ipsius negotiorum ac molestiarum narratorem esse. Nunc uero etiam hoc exemplum afflictionis uobis sit in qua degimus, quod neque peregrinationis domini sumus: si quis enim uel breuissimum tempore ab ecclesia sua discesserit, populos insidiatibus expositis dimittet. At per gratiam dei, unum misimus pro multis; piensimum & dilectum fratrem Dorotheum in presbyterio consortem. Qui etiam ea quae litteras nostras effugerunt, sua narratione poterit explere, quum obseruauerit omnia diligenter, & recte fidei sit aemulator, quem exceptum in pace citissime remittite, ita ut studij ac diligentiae uestrae, quam ad protegendam fraternitatem habetis, bonum nuncium nobis afferat.

Basiliius Magnus Alexandrinis, Epistola LXXI

Fama equidem earum quae factae sunt per Alexandriam ac reliquam Aegyptum persequutionum, iam olim ad nos peruenit, & animas nostras ita affecit uelut par erat. Expendimus enim artem diabolici bellii: quomodo postquam uidit in hostium persecutionibus ecclesiam multiplicari ac magis florere, transmutauit consilium suum, & non amplius ex propatulo bellum gerit, sed occultas nobis insidias struit, occultans insidias per nomen quod circumferunt, ut & patiamur eadem quae patres nostri, & non uideamur pati pro Christo, propterea quod Christianorum nomen habeant etiam persequentes. Haec reputantes multo tempore confestim ob nunciu factorum perturbati ac consternati. Nam reuera ambae aures nostrae insonuerunt, ubi didicimus impudentem & hominum odio rabientem haereticum, eorum qui uos persequuti sunt: quod non aetatem reueriti sunt, non in canicie labores, non populorum dilectionem, sed torserunt corpora & ignominia affecerunt, & in exilium miserunt, & diriperunt bona eorum quos inuenire potuerunt, neque hominum reprehensionem reuerentes, neque horrendam iusti iudicis retributionem prauidentes. Haec nos consternarunt, & ferè mente emouerunt. Et dum haec considerarem, simul etiam illa cogitatio in mentem uenit. Nunquid dominus ecclesias suas penitus reliquit. Nunquid extremum tempus instat, & defectio per haec ingressum sumit, ut de caetero reueletur iniquus ille filius perditionis, aduersarius & qui esset aduersus omnem qui dicitur deus aut numen. Veruntamen siue temporaria est tentatio, sufferte ipsam uos boni Christi pugiles: siue etiam in perfectum interitum res traduntur, ne negligamus praesentia, sed expectemus reuelationem ex caelis & aduentum magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Si enim omnis creatura dissoluetur, & figura mundi huius transmutabitur, quid miri est etiam nos qui pars creaturae sumus, communes afflictiones perpeti, & tribulationibus tradi, quas iuxta mensuram uirium inducit nobis iustus iudex, non sinens nos tentari supra quam ferre ualeamus, sed dans unam cum tentatione etiam euentum ut sufferre possimus. Expectant uos fratres, & aduentum coronae, parati sunt chori confessorum, ad porrigendum uobis manus & suscipiendum uos in proprium numerum. Memores esse ueterum sanctorum, quod nullus delictis aut adulatoribus deditus, patientiae coronis dignus factus est, sed omnes per magnas tribulationes progressi, probationem ostenderunt: alij enim illusionum & flagellorum experientiam ac tormenta pertulerunt, alij torti sunt, secti sunt, in caede gladii mortui sunt. Haec sunt gloriationes sanctorum. Beatus qui dignus factus est afflictionibus pro Christo. Beatior qui abundauit in afflictionibus, quia non sunt dignae afflictiones huius temporis ut comparentur ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nos. Si quidem igitur fieri potuisset ut ipse ad uos accessissem, nihil sane potius uestro congressu duxissem, ut & uiderem athletas Christi, & amplecterer, & orationum ac spiritualium gratiarum particeps fierem. Quandoquidem uero corpus mihi praeter longa aegritudine consumptum est, ut neque de lecto descendere possim: & qui insidiantur nobis multi sunt, uelut lupi rapaces, temporis occasione obseruantes, quo ouiculas Christi rapere ualeant: necessario ad uisitacionem per litteras deueni, adhortans uos primario quidem, ut intentas pro me orationes faciatis, ut dignus fiam reliquos saltem dies aut horas seruire domino secundum Euangelium regni. Deinde uero etiam ut ignoscatis defectui meo, & harum litterarum tarditati. Vix enim copiam habuimus hominis, potentis desiderio nostro inseruire. Dicimus autem filium nostrum Eugenium solitariam uitam degentem, per quem adhortor uos ut

oretis

oretis pro nobis & uniuersa ecclesia, & uicissim rescribatis nobis de rebus uestris, ut his cognitis laetiores degamus.

Basiliius Magnus Magno Euaisenis, Epistola LXXII

TAmetsi magna sit multitudo negotiorum quibus detinemur, & infinitis curis mens nostra prematur, tamè nunquam ex memoria nostra eiecimus de uestra dilectione sollicitudinem, rogantes deum nostrum ut uos in fide perseueretis, in qua consistitis & gloriamini ob spem gloriae dei. Nam reuera difficile de caetero est & ualde rarum, uidere ecclesiam synceram, nihil ex temporum difficultate detrimenti passam, sed integram, & intactam conseruantem apostolicam doctrinam, Qualem uestram ostendit in praesentibus temporibus, is qui in singulis nationibus ac generationibus, sua uocatione dignos ostendere solet. Et dabit utique dominus uobis bona supernae Hierusalem, propterea quod falsas calumnias contra nos excogitatas, in mentientium capita remisistis, non concessio ipsas in corda uestra introitu. Et noui & persuasus sum in domino, quod merces uestra multa erit in caelis propter hoc factum. Considerastis enim hoc sapienter apud uos ipsos, quod etiam reuera ita est. Quod retribuentes mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea erga ipsos, calumniantur nunc ac criminantur me propter ea, in quae ipsi reperiuntur conscriptas confessiones edidisse, & non solum in hanc inciderunt contrarietatem, proprias scriptas contestatas confessiones nobis accusationis loco offerentes, sed quod etiam omnium suffragijs ab his qui ad Constantinopolim conuenerunt euersti, non susceperunt depositionem ac euerisionem suam, synodum ac concilium ignominia afficientium appellantes, & non sustinentes ipsos episcopos dicere, ut ne contra ipsos latum suffragium confirmarent, & causam addiderunt cur non essent episcopi, propterea quod haereticus, inquit, praue praesides existunt. Haec autem facta sunt ante decem & septem non totos annos. Fuerunt autem principes ex his qui ipsos deposuerunt, Eudoxius, Euippius, Georgius, Acacius, & reliqui nobis ignoti. Qui uero nunc ecclesias obtinent, illorum sunt successores, partim pro ipsis electi, partim ab illis ipsis producti ac euecti. Nunc igitur qui nobis falsae de fide sententiae crimen obijciunt, dicant nobis. Quomodo haeretici fuerint illi quorum depositionem non susceperunt, & quomodo Orthodoxi ac recta fide praediti, hi qui ab illis sunt euecti, & qui eandem quam patres ipsorum sententiam conseruant. Si enim Orthodoxus fuit Euippius, quomodo non Laicus Eustathius qui ab illo depositus est? Si uero haereticus ille, quomodo socius Eustathio eratis, qui per illius manum productus est? Verum hi sunt lusus qui contra ecclesias dei luduntur, ab his qui ad suam utilitatem, & calumnias struere hominibus, & rursus commendare eosdem conantur. Basilidae Paphlagonis altaria euerit in Paphlagonia profectus Eustathius, & in proprijs mens ministerium sacrorum perficiebat. Et nunc supplex est Basilidae ut suscipiatur. Excommunicauit Elpidium piensissimum fratrem, propter coniunctionem eorum qui in Amasea sunt, & nunc supplex est Amaseorum expetens ipsorum coniunctionem. Praeconiia & edicta contra Euippium, etiam uos ipsi scitis quae erant horrenda, & nunc eos qui cum illo sentiunt ob fidei rectitudinem magnificat, si modo restitutionis ipsius studium adiuuent. Nobis autem calumniae struuntur, non quia nos aliquid iniuriae facimus, sed quia hoc sibi utile fore putauit, apud Antiochenes. Porro quos anno superiore ex Galatia accersuerunt, uelut per ipsos potentes episcopatus facultatem recuperare, tales sunt, quales nouerunt hi qui uel modice ipsis conuersati sunt. Mihi uero nunquam tantum officij praebet dominus, ut ipsorum facta recenscam. Veruntamen stipati satellitibus, uenerandissimis ex ipsis & in mysterio coniunctis symmyctis, deducti per omnem ipsorum regionem pertransiimus, episcoporum & dignitatem & cultum habentes. Introducti autem sunt splendide in urbem, & concionati sunt cum autoritate, traditus est enim ipsis populus, tradita altaria. Qui ubi usque ad Nicopolim progressi, nihil potuissent eorum quae promiserant praestare, quomodo reuersi sunt, & quomodo in reditu aspectu sint, norunt qui praesentes fuerunt. Sic semper ad suam ipsorum utilitatem facere uidentur. Si uero poenitentiam se egisse dicunt, ostendant suam conscriptam poenitentiam, & detestationem fidei in Constantinopoli, & separationem haereticorum, & ne decipiant simpliciores. Et illorum quidem res tales sunt. Nos autem dilecti fratres parui quidem & humiles sumus, semper tamè fidem per gratiam dei, nunquam simul cum rerum immutationibus coacti fuimus. Fides apud nos non alia in Seleucia, alia in Constantinopoli, & alia in Zelis, & alia in Lampaco, & alia in Rhomae, & quae

& quæ nunc circumfertur non diuersa est à prioribus, sed una & eadem. Sicut enim traditum à domino accepimus, sic baptizamur. Sicut baptizamur, ita credimus. Sicut credimus, ita glorificamus, neque separantes à patre & filio spiritum sanctum, neque patri præponentes, aut antiquiorem filio esse spiritum dicentes, uelut blasphemorum lingua adstruunt. Quis enim ita audax sit, ut dominica legislatione protrusa, proprium audeat nominibus ordinem excogitare? Sed neque creatum dicimus spiritum, qui cum patre & filio loquutus est, neque seruilem audemus dicere eum qui est principalis. Et uos exhortamur ut minarum domini memores sitis, qui dixit. Omne peccatum & blasphemia remitteretur hominibus, uerum blasphemia in spiritum sanctum non remitteretur, neque hoc in seculo, neque in futuro. Custodite igitur uos ipsos à prauis spiritus dogmatibus. Cōsistite in fide, circumlustrate orbem terrarum, & uidete quod parua est hæc pars ægrota. Reliqua uero uniuersa ecclesia à sinibus usque ad extremos terminos, suscepto Euangelio, in sana hac & imperuersa doctrina perstat. E quorum societate etiam ut nos non excidamus precamur, & unà uobiscum oramus ut portionem accipiamus, in die domini nostri Iesu Christi iusta illa, quando ueniet ut det nobis, unicuique iuxta facta sua.

Basilii Magni exercitatoribus sub seipso, Epistola LXXIII

Potens est equidem sanctus deus, etiam læticiam per congressum nobis largiri, qui desideramus & uidere uos semper, & de uobis audire, Nam in nulla alia re animarum refectioem habemus, quam in uestro profectu, & per Christi mandata perfectio. Quam diu autem hoc nobis non licet, necessarium ducimus, per genuinos & timentes dominum fratres nostros, uos uisitare, & per literas cum dilectione uestra colloqui. Huius igitur ipsius rei gratia demissimus piensissimus & genuinum fratrem nostrum & cooperatorem in Euangelio, Meletium in presbyterio consortem. Qui exponet uobis nostrum desiderium quod habemus propter uos, & animarum sollicitudinem, quod noui ac indefinenter rogamus dominum pro profectu uestro, quo & nos habeamus fiduciam in die domini nostri Iesu Christi per salutem nostram, & uos effulgeatis in splendore sanctorum, dum approbatur opus nostrum à iusto dei iudicio. Simul autem multam sollicitudinem inducit nobis presentis temporis difficultas, in quo omnes ecclesie commotæ sunt, & omnes animæ concutiuntur. A peruerunt enim aliqui immodice ora sua contra conseruos, narratur mendacium intrepide, ueritas occultata est. Et qui quidem accusantur, condemnantur citra iudicium. Qui uero accusant, fidem reperiunt citra examinationem. Vnde sane etiam ego quum audissem, quod multæ epistolæ contra me circumferuntur, quæ pungunt ac notant & accusant nos propter scripta, quorum defensionem coram ueritatis iudicio paratam habemus: constitui silere, id quod etiam feci. Tertius enim iam hic annus est, in quo calumnijs impetratis, accusationis flagella fero, contentus quod dominum habeo occultorum cognitorem, calumnie testem. Quandoquidem uero uideo quod multi silentium nostrum ad calumniarum confirmationem susceperunt, & non ob longanimitatem putauerunt nos silere, sed quod non possim os diducere ad ueritatem, ea gratia conatus sum scribere uobis, adhortans uestram in Christo dilectionem, ut calumnias ex una parte sientes non omnino suscipiatis uelut ueras. Nam quemadmodum scriptum est, neminem iudicat lex, nisi primò audierit & nouerit quid fecerit, quam candido iudici sufficiunt ipsæ res ad ueritatis manifestationem. Quare etiam si nos taceamus, licet uobis ad res ipsas quæ sunt respicere. Qui enim nobis malam de fide opinionem obijciunt, hæreticorum sectæ palam uisi sunt addidit esse, qui propter aliena scripta nos condemnantes, proprijs confessionibus quas conscriptas nobis proposuerunt, aduersari uidentur. Considerate consuetudinem eorum qui hæc audent, quod mos est ipsis semper ad potentem partem transire, & debiles quidem amicos conculcare, potentibus autem inseruire. Nam qui uulgatissimas illas epistolas contra Eudoxium & omnem ipsorum societatem conscripserunt, & ad omnes fraternitates demiserunt, contestatiq; sunt se fugere ipsorum societatem uelut animarum perniciem, & propterea non suscepisse suffragia ob ipsorum depositionem prolata, quia ab hæreticis essent data, uelut nos tunc peruerserunt: hi nunc omnium obliui, cum ipsis conuersati sunt, & nulla ipsis reliqua est negatio. Palam enim reuelarunt uoluntatem suam, in Ancyra domestica ipsorum societates amplexi. Quando igitur in communitatem ab ipsis ita suscepti sunt, interrogate ipsos

ipsos. Si orthodoxus nunc est Basilides socius ille ex merito, cur hi qui à Dardania reuersi sunt, altaria illius in Gangrenorum regione subuerterunt, & suas mentas posuerunt? Cur usque ad hoc tempus accedunt ad ecclesias Amaseæ & Zelorum, & ex seipsis constituunt presbyteros & diaconos? Si enim uelut cum orthodoxis societatem habent, qua gratia uelut hæreticos persequuntur? Si uero uelut hæreticos deprehenderunt, quomodo societatem ipsorum non auersantur? Hæc nonne etiam puerili intelligentiæ manifesta sunt uenerandissimi fratres? quod semper ad propriam utilitatem respicientes, aut calumnias struere, aut commendare aliquos solent. Et à nobis itaque defecerunt, neque indignati, hoc enim est ob quod maxime se exacerbatos esse dicunt, neque quod chorepiscopus quos se misisse dicunt, non suscepimus. Quamquam dabunt rationem domino qui hoc adstruunt. Vnus enim est Eustathius qui missus est, & literas collegio Icarij dedit, tres dies in urbe moratus, & iam ad propria reuersurus, summa uespera me iam dormiente aedes meas accessisse dicitur. Vbi uero audiuisset quod dormirem, digressus non amplius postridie nos cōuenit. Sed sic re apud nos defunctorie acta reuersus est. Atque hoc est crimen quod nos iniuste agimus, & longanimitati illi non contra expenderunt ad hoc peccatum colatam, antea præstitam seruitutem nostram, qua ipsis in dilectione seruimus. Sed adeo iram contra nos aggrauarunt, ob hoc peccatum, ut in omnibus orbis terrarum ecclesijs, quantum in ipsis situm fuit, nos diffamarint ac excommunicarint. Non tamen hæc est reuera seditionis ac dissidij causa. Sed quoniam putauerunt se tunc acceptos fore apud Euzonium, si seipso à nobis abalienassent, illas sibi ipsis causas excogitauerunt, quod aliquam apud ipsos commendationem reperirent per bellum aduersum nos. Itaque etiam fidem in Nicæa calumnijs insectantur, & nos coessentialistas appellant, propterea quod in illa fide, unigenitum filium deo patri coessentialis esse, confessio habetur: non uelut una essentia in duas diuisa, absit fratres. Non enim hoc sensit sancta illa & piensissima synodus, sed ut quod est secundum essentiam pater, hoc debeat etiam intelligi filius. Ita enim nobis illi ipsi interpretati sunt quum dixerunt, Lumen de lumine. Est autem Nicæna fides, quæ ab ipsis de occidente allata est, quam dederunt concilio in Tyanis, propter quam etiam suscepti sunt. Verum sapiens quoddam dogma ad eiusmodi suas transmutationes habent. Quod uerbis fidei uelut medici utuntur pro temporis occasione, aliàs aliter ad subiectos affectus accommodantes. Huius autem sophismatis ac commentii putorem, non conuenit me redarguere, sed uos intelligere. Dabit enim uobis dominus intellectum, ad cognoscendum, quæ recta sit doctrina, & quæ obliqua ac peruersa. Si enim aliàs oportet alias fides conscribere, & pro occasionibus alterari, falsa est sententia eius qui dixit: Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Si uero illa uera sunt, nemo uos decipiat inanibus uerbis. Calumnias enim de nobis proferunt, uelut qui noua tradamus de spiritu sancto, Interrogate igitur quæ sit nouitas. Nos enim cōstemur quod etiam traditum accepimus, cum patre & filio locatum esse spiritum paraclatum, non cum creatura numerari. Nam in patrem & filium & spiritum sanctum credimus, & baptizamur in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quapropter nunquam à coniunctione ad patrem & filium, paraclatum auellimus. Mens enim nostra illuminata à spiritu ad filium respicit, & in ipso uelut in imagine uidet patrem. Neque igitur à nobis ipsis excogitamus nomina, sed spiritum sanctum etiam paraclatum nominamus, neque debitam ipsi gloriam reprobari admittimus. Hæc sunt nostra cum omni ueritate. Propter hæc accusans accuset, persequens nos persequatur, credens calumnijs contra nos, ad iudicium præparetur. Dominus prope est, nihil solliciti sumus. Si quis in Syria libros componit, hoc nihil ad nos. Ex sermonibus enim tuis iustificaberis inquit, & ex sermonibus tuis condemnaberis. Mei sermones me iudicent, propter alienos errores nemo condemnet, neque epistolas ante uiginti annos à nobis scriptas, ad probationem prætendat, quod nunc socij simus nos illorum qui illa scripserunt. Nos enim ante æditos libros Laici existentes, ad Laicos scripsimus, antequam etiam suspicio aliqua talis contra ipsos commoueretur, & scripsimus nihil de fide, Neque talia qualia nunc in calumnijs contra nos circūferunt illi, sed nudas salutationes, dilectionis significatiuam compellationem implentes. Nos enim æqualiter & eos qui Sabellij morbo laborant, & eos qui Arii dogmata defendunt, uelut impios fugimus ac detestamur. Si quis eundem patrem dicit & filium & spiritum sanctum, & unam rem multorum nominum supponit

ac pronunciat, & unam substantiam quæ tribus appellationibus pronuncietur: talem nos in sorte Iudæorum locamus. Similiter etiam si quis inæqualem dicit secundum essentiam filium patri, aut ad creaturam deducit spiritum sanctum, eum execramur & Græco errori propinquum esse censemus. At uero ut ora accusantium nos cohibeantur per uestras literas impossibile est. Immo magis uerisimile est etiam irritari ipsos propter defensiones nostras, & maiora ac grauiora contra nos parare ac moliri. Vestras autem aures custodiri non est difficile. Quare quod in uobis est, hoc facite. Integrum nobis & in præoccupatum calumnijs cor uestrum conseruate: & ad ea quæ obijciuntur crimina, à nobis correctiones exigite. Et si quidem apud nos inueneritis ueritatem, ne detis locum mendacio. Si uero inualidos nos ad defensionem perceperitis, tunc accusatoribus nostris uelut uera dicentibus credatis. Vigilat illi ad hoc ut nobis mala faciât. Hoc à uobis non exigimus: Qui mercatoriam uitam exercent, nostram calumniam obiter supra iustas merces sibi comparant; uos autem domi manere, & in quiete decenter degere, opus domini explentes adhortamur, congressus autem ipsorum qui dolose ad evertendos auditores fieri solent declinare: quo & dilectionem erga nos integram conseruetis, & patrum fidem infractam custodiatis, & apud dominum accepti, uelut ueritatis amici appareatis.

Basilii Magni Episcopi Occidentis. De Eustathio Sebasteno, & Apolinario, & Paulino, & uniuersisq; horum hæresi, Epistola LXXIIII

Dominus deus noster in quem speramus, tantam unicuique uestrum gratiam largiatur, ad propositam spem assequendam, quanto ipsi gaudio corda nostra impleuitis, tum ex literis quas per charissimos nobis in presbyterio consortes nobis misistis, tum ex condolentia afflictionum uestrarum, qua condoluitis nobis, uelut uiscera misericordie induti, quemadmodum prædicit nobis annunciauerunt. Tamen enim uulnera uestra similia permanent, tamen affert nobis aliquam refecillationem, quod promptos habemus medicos, qui si temporis occasionem adipiscantur, celerem dolorum sanationem inducere possint. Quapropter etiam rursus uos per dilectos & alloquimur, & adhortamur, ut si quidem dederit uobis dominus facultatem ad nos proficiscendi, ne curamini nos uisitare. Maximum enim præceptum est, ipsa debilitatio uisitatio. Si uero bonus deus & sapiens uitæ nostræ gubernator, gratiam hanc in aliud tempus reseruat, attamen scribite nobis quæ à uobis scribi decet ad tribulatum consolationem, & contritorum correctionem. Multa enim iam contritiones ecclesiæ factæ sunt, & multa est uestra propter ipsas tribulatio, & expectatio auxilij aliunde nusquam, si non dominus per uos legitime ipsi seruientes medelam demiserit. Violentia itaq; ac impudentia hæresis Ariano- rum palam à corpore ecclesiæ diffracta, manet in proprio errore, & parum nos lædit, propterea quod omnibus manifesta est ipsorum impietas. Qui uero pelle ouilla amici sunt, & superficiem mansuetam ac lenem prætendunt, intus uero crudeliter ouilia Christi dilaniant, & propterea quod ex nobis progressi sunt, simplicioribus facile damnantur inferunt, hi sunt qui graues sunt ac ægre cauere possunt, quos cupimus per uestram sinceritatem ad omnes Orientis ecclesias publicari: quo aut rectam uiam ingressi, legitime sint nobiscum, aut manentes in peruersitate, in seipsis solis detrimentum habeant, non potentes ex incauta societate proprium morbum appropinquantibus affricare. Necessè est autem horum nominatum meminisse, quo & ipsi cognoscatis eos qui turbas apud nos & scandala operantur, & ecclesijs nostris manifestos faciatis. Nam noster sermo suspectus est plerisque, tanquam fortassis propter aliquas priuatas contentiones, pusillanimitatem ad ipsos arripimus. Vos autem quanto longius ab ipsis habitatione distatis, tanto plus apud populos fide digni estis, supra hoc quod gratia dei auxiliatur uobis ad oppressorum curam. Si uero etiam concorditer plures simul eadem decerneretis, manifestum est quod multitudo eorum qui decreuerunt, dogmatis susceptionem apud omnes talem efficiet cui contradici non possit. Est itaq; unus ex his qui multum mœroris inducunt, Eustathius ex Sebestea in minore Armenia, qui olim edocus ab Ario quum floruit in Alexandria, & prauas contra unigenitum componens blasphemias, illum sequutus & inter legitimos ipsius discipulos numeratus, postquam reuersus est in patriam suam beatissimo episcopo Cæsareæ Hermogeni, iudicanti ipsum male de fide sentire, confessionem exhibuit fidei sanæ. Atq; ita quum Eustathius electionem ab ipso accepisset, post illius

obdor

obdormitionem, statim ad Eusebium in Constantinopoli decurrit, qui etiam ipse nullo inferior impium Arij dogma profiteretur. Deinde illinc ob quascunq; tandem causas fugatus, progressus ad patriam rursus se purgauit, impium quidem animum occultans, uerum rectitudinem quandam uerborum præcedens, & nactus fortuito episcopatum, statim apparet scripsisse execrationem coessentialis, in concilio ab ipsis in Ancyra facto. Et illinc ad Seleuciam profectus, perfecit cum suis complicibus ea quæ omnes sciunt. In Constantinopoli uero rursus pactum fecit cum his quæ ab hæreticis sunt proposita. Et sic fugatus ab episcopatu, per hoc quod in Meletina præpurgatus esset, uiam sibi ipsi restitutionis excogitauit, ad nos accessum. Et quædam equidem sunt quæ proposita sunt ipsi à beatissimo episcopo Liberio, quædam uero quæ ipse pactus est ignoramus, præterquam quod epistolam attulit ipsum restituentem, qua in concilio Tyano ostensa restitutus est in locum. Hic nunc depopulatur fidem illam propter quam susceptus est. & his qui reprobant ac detestantur coessentialiam adest, ac cum ipsis conuersatur, & præfectus est pugnantium contra spiritum sanctum. Quandoquidem igitur illinc contigit ipsi potentia iniuriam inferendi ecclesijs, & facultate ipsi à nobis data utitur ad multorum eversionem, necesse est illinc uenire etiam correctionem, & scribi ecclesijs, quænam propter quæ susceptus est, & quomodo nunc transmutatus irritum facit beneficium quod ipsi tunc per patres datum est. Secundus post ipsum est Apolinarius, non parum etiam ipse ecclesias mœrore afficiens. Scribendi enim facilitate ad omnes, materiâ habens sufficientem ipsi linguam ipsam, repleuit quidem scriptis suis orbem terrarum, negligens Ecclesiasten qui dicit. Caue facere libros multos. In multitudine autem nimirum etiam multa peccata sunt. Quomodo enim possibile est ex multiloquio effugere peccatum? Habent equidem ipsius de Theologia scripta non ex scripturæ probationibus, sed ex humanis impetibus ac causificationibus constitutionem. Sunt autem & de resurrectione tradita, fabulose ab ipso composita, immo potius Iudaice, in quibus dicit nos rursus ad legalem diuinum cultum reuersuros esse, & rursus nos circumcidendos esse, & sabatum constituturos esse, & ab edulsijs abstinenturos, & sacrificia deo oblaturus, & adoraturus in Hierosolymis in templo, & in summa, ex Christianis Iudæos futuros esse. Quibus quid magis ridiculum fieri possit, & magis ab Euangelico dogmate alienum? Deinde etiam ea quæ de incarnatione tradidit tantam induxerunt fraternitati turbationem, ut pauci ex his qui in eum inciderunt, ueterem de cætero pietatis figuram conseruent; plerique nouitatibus intenti, conuersi sunt ad quæstiones, & contentiosas sectas inutilium horum uerborum. At uero Paulinus an quid reprehensione dignum circa electionem habeat, uos sanè dixeritis, nobis autem tristitiam inserit Marcelli dogmatibus confusus, & ipsum sequentes indiscriminatim ad illius societatem dimittens. Nouistis fratres uenerandissimi, quod Marcelli dogma omnis spei nostræ reprobationem habet, neq; filium in propria substantia consistens, sed progressum & rursus reuersum unde processit: neq; paraclitum proprie subsistere concedens. Quare non utiq; peccarit, qui hanc hæresim à Christianismo penitus alienam pronunciat, Iudaismum autem corruptum ipsam appellat. Horum curam à uobis fieri ac contingere nobis expetimus. Contigerit autem sanè si scribere dignati fueritis omnibus ecclesijs Orientis, ut si quidem corrigantur qui hæc adulterant, socij sint & communitatis participes. Si uero contentiose perseuerare uoluerint, separentur ab ipsis. Et quod quidem oportebat nos uestræ prudentiæ assidentes, in communi consideratione de his rebus tractare, neq; ipsi ignoramus. Verum quoniam tempus non permittit, & differre nocuum est, quum detrimentum ab ipsis radices egerit: necessariorum misimus fratres, quo ea quæ nostram per literas declarationem effugerunt, de seipsis edocentes, pietatem uestram commoueat ad exhibendum auxilium quod pro ecclesijs dei à uobis expetimus.

Basilii Magni Neocæsariensis, Epist. LXXV

Multo iam tempore consiliuimus inter nos fratres uenerandissimi ac nobis charissimi, quemadmodum hi qui ad iram sunt concitati. Quamquam quis adeo graui præditus est ira, & ita irreconciliabilis est erga eum qui offendit, ut ferme per totum uitæ humanæ spacium iram ex odio extendat: quod circa nos uidere est factum, quum nulla iusta diuisionis causa existat, quantum sanè ipsi nouimus, sed uice uersa multa & magna

L. I. 2 ad

ad summam nostram amicitiam ac unionem ab initio extent. Vnum quidem, quod maximum & primum domini præceptum expresse dicat. In hoc cognoscent omnes quod mei discipuli estis, si diligitis uos mutuo: & quod rursus Apostolus manifeste dilectionis bonum nobis proponit, partim ubi pronunciat complementum legis esse dilectionem, partim quum præponit omnibus simul magnis dilectionis bonum, dum inquit. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æ resonans aut cymbalum tinniens. Et si habeam prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuam in pauperes alendos omnes facultates meas, & tradam corpus meum ut exuratur, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio. Non quod possint unquam singula enumerata citra dilectionem perfici, sed quod uult sanctus, uelut ipse dixit per excessus modum, excellentiæ testimonium supra omnia huic mandato præbere. Secundum uero, quod si magnum quid confert ad coniunctionem eisdem nactus esse præceptores, isdem & nobis & uobis sunt, tum doctores mysteriorum dei, tum patres spirituales qui ab initio ecclesiam uestram fundauerunt, Gregorium dico illū Magnum, & quicumque consequenter ab illo in episcopatus apud uos throno successerunt, & alius super aliū uelut stellæ quædam exorientes, isdem uestigijs insisterunt, ut cognitu difficilia relicta sint uitæ ac conuersationis ipsorum signa his qui ipsa cognoscere cupiunt. Si uero etiam corporales necessitudines non cõtemnerent, sed multum ad infractam coniunctionem & uitæ societatem conducunt, & hæc iura uobis ad nos contigerunt. Cuius igitur gratia ó clariss. urbs (per uos enim urbem totam alloquor) non literæ uestræ illinc, non uox dextra, uerum aperta sunt aures uestræ calumniatoribus, ut tanto plus ingemiscere debeam, quanto magis uideo etiam id quod studio habent ab ipsis peragi. Nam calumniæ factum manifestum habet autorem, qui ex multis iniquitatibus notus existens, ab hac maxime malitia insignitur, ut etiam nomen ipsi peccatum fiat. Veruntamen uos sustinete meam dicēdi libertatem, qui utraq; aures calumniatoribus nostris expandistis, & omnia citra expensionē animis suscepistis, & nemo est qui mendaciū à ueritate discernere studeat. Quis unquam malis criminibus destitutus fuit solus litigans: quis mendaciū conuictus est non præsentē eō cui calumniæ struntur: quod uerbū non est credibile audientibus: si conuictor quidem iureiurando contenderit ac affirmauerit rem ita habere, is uero cui conuictū sit neq; affuerit, neq; blasphemias audierit. Neq; ipsa uitæ consuetudo erudit nos ad hæc. Nam oportet eū qui æquus & cõmunis auditor fieri uolet, non totum abduci à præoccupante in dicendo, sed expectare etiam responsum eius qui accusatur, quo sic ex collatione utriusq; sermonis ueritas demonstratur, iudicium rectum iudicate. præceptum est unum maxime necessarium ad salutem. Atque hæc dico non oblitus apostolicorum uerborum, quod fugiens ille humana iudicia, totam suam uitam ad infallibilis iudicij censurā referuabat, dum inquit, Mihi uero pro minimo est ut à uobis iudicet, aut ab humana die. Attamē quia prægressæ falsæ calumniæ aures uestras occupauit, & calumnias passa est uita nostra, calumnias item passa est nostra circa deum fides, gnarus quod tribus simul personis detrimentum calumniator affricat: nam & eum de quo calumnias profert iniuria afficit, & eos ad quos uerba facit, & ipse seipsum: de meo quidem detrimento conticuissem uelut probe nostis, non quod contemnam uestram de me opinionem, quomodo enim hoc faciam, qui ut ne eius damnum patiar, hæc nunc scribo ac contendo: sed quod uideam quod ex tribus qui læduntur, is qui minimo damno afficitur ego sum. Ego enim uobis, uos autem ueritate priuamini. Et qui horum autor est, me quidem à uobis seiungit, seipsum uero à domino alienat. Non enim potest quisquam ex his quæ interdicia sunt deo coniungi. Vestri igitur magis quàm me ipsius causa uerba facio, & ut uos ab intolerabili detrimento exitam. Quod enim maius malum quis perpeti possit, si preciosissimæ rei ipsius ueritatis damnū sit passus: Quid igitur dico fratres: Non quod sine peccato sum ego, neq; quod uita mea nō plena est innumerabilibus delictis. Noui enim me ipsum, & nō cesso lacrymas effundere pro peccatis, si quomodo possim placare deum meum, & pœnarum minas effugere: Sed quod is qui nostra iudicat, si quidem purum se habere oculū affirmat, festucas de

oculo

oculo nostro colligat, confitemur enim multa sanctorū cura nos opus habere. Si uero hoc quidem non dixerit, & tanto sanè amplius nō dicet, quāto magis fuerit purus: Nam proprium est perfectorum seipsum nō efferre, alioquin omnino arrogantia pharisæi rei fiet, qui seipsum iustificans, publicanum condemnabat: neq; meum medicum quærat, neq; ante tempus iudicet, donec ueniat dominus, qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Memor autem sit etiam eius qui dixit, Ne iudicatis, ut ne iudicemini, & ne condemnetis, ut ne condemnemini. In summa uero fratres, si quidem sanabilia sunt nostra delicta, cur non creditis ecclesiarum doctores dicenti, argue, increpa, exhortare: Si uero incurabilis est nostra iniquitas, cur non in faciem nobis resistit, & publicatis nostris delictis, liberat ecclesias à detrimento ex nobis: Ne itaque sustineatis conuictiū quod sub dentibus contra nos proferitur. Hoc enim ancilla una ex molendino facere poterit, & aliquis ex rabulis forētib; cum excessu designarit, quibus lingua ad omne conuictum exacuta est. Verum sunt episcopi, uocent ad auscultationem. Est clerus per omnem dei parociam ac cohabitationem. Congregentur probatissimi quicq; dicat cū libertate qui uult, ut redargutio sit quod fit, & non conuictum. sub oculos proferantur occulta meæ maliciæ: & neq; tunc odio nos persequatur, sed commonefaciat uelut fratrem. iustus utiq; est ut misericordiam reperiamus apud beatos & peccatum non habentes uiros, si peccatores sumus, quāto ut indignationem feramus. Si uero circa fidem est error, demonstreret nobis liber, rursus æquum & commune iudicium consideat, legatur crimen, examinetur, an ne ob ignorantiam potius criminantis, crimen esse uideatur, quàm quod ex natura sua condemnari mereatur id quod scriptum est. Multa enim bona non uidentur esse talia his qui animi iudicium non sincerum habent. Nam & æqualiter graues moles, non æquales esse uidentur, quum non æquale inter se momentum habuerint lances. Et mel iam quibusdam amarum uisum est, qui gustus sensum ab affectione corruptum habuerunt. Sed & oculus non sanus existens, multa eorum quæ sunt non uidet, & multa quæ non sunt, esse putat. Itaq; & in librorum facultate consimile saepe contingere uideo, ubi iudex eorum qui conscripserunt habitu inferior est. Oportet enim ferme ex eadem præparatione cõitari ac procedere, tum eum qui de libris ac scriptis iudicat, tum ipsum scriptorem, Aut agriculturæ quidem opera non poterit iudicare qui non est agricola, & dissonantiam ac consonantiam modulationum in Musica, non dinoscet qui musices scientiam non habet. Scriptorum uero ac librorum iudex statim quicumq; uolet erit, qui neq; præceptorem suum ostendere poterit, neq; tempus in quo didicit, neque omnino paruum aut magnum quicquam de conscribendorum librorum ratione audivit. Amplius porro & in oraculis spiritus non cuius licet contingere eorum quæ dicta sunt examinationem, sed ei qui spiritum habet discretionis, quemadmodum docuit nos Paulus, qui in diuisionibus gratiarū dixit. Huic equidē per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alij uero fides in eodem spiritu, alij uero dona sanationum in eodem spiritu, alij acutiones uirtutum, alij prophetia, alij discretionēs spirituum. Quare si quidem spiritualia sunt nostra, ostendat seipsum habere donum discretionis spiritualium qui nostra uult iudicare. Si uero uelut ipse conuictiatur, à sapientia huius mundi sunt, ostendat se expertum esse mundanæ sapientiæ, & tunc ipsi suffragium iudicij permitteremus. Et nemo putet hæc ad fugam reprehensionum à nobis excogitari. Vobis enim permitto charissimi fratres, ut eorum quæ obijciuntur nobis examinationem apud uos ipsos faciatis (sic intelligentia hebetes estis ut omnino aduocatis opus sit uobis ad ueritatis inuentionem) Et si quidem apparuerint uobis talia quibus contradicere non possit, persuadete mordaces illos nugatores ut omnem contentionem dimittant. Si uero quid uisum fuerit ambiguum esse, interrogate nos per mediatores quosdam, qui possunt nostra fideliter exequi, aut etiam conscriptas si ita uideatur, à nobis comprobationes exigite. Omnino autem omni modo studete, ut ne in expensa hæc relinquantis. At uero fidei nostræ quæ possit esse euidentior comprobatio ac demonstratio, quàm quod nos educati sumus sub nutrice beata muliere, à uobis originem ducente, Macrisam dico celebrem illam, à qua edocti sumus beatissimi Gregorij uerba, quæ usq; ad ipsam per memoriam consequentiam seruata, tum ipsa custodiebat, tum nos adhuc paruulos existentes pietatis dogmatibus effungebat ac efformabat. Postquam uero etiam

L1 3 ipsi

ipsi sapientiae ac intelligentiae facultatem accepimus, ratione nobis per aetatem completa, multam terram ac mare pergressi, si quos inueniebamus iuxta traditam regulam pietatis ordine procedentes, eos & patres inscripsimus, & duces animarum nostrarum ad iter ad deum fecimus. Et sane usque in hanc horam, per gratiam eius qui nos uocauit uocatione sancta ad sui cognitionem, nullum dogma sanae doctrinae contrarium, nos in cordibus nostris suscepisse nouimus, neque unquam infami Arianorum blasphemiam animam nostram inquinatam esse. Sed si quos aliquando ex illo doctore profectos in societate suscepimus, occultantes morbum in profundo, & loquentes uerba pia, aut his quae a nobis dicuntur non aduersantes, sic ipsos admisimus, non omne nobis ipsis contra tales iudicium permittentes, sed iam antea lata de ipsis a patribus nostris suffragia insequentes. Ego enim susceptis literis beatissimi patris Athanasij Alexandriae episcopi, quas etiam in manibus habeo, & requirentibus pregendo ac propono, in quibus manifeste pronunciauit, si quis ex Arianorum haeresi uelut conuerti confitens fidem a patribus in Nicea promulgatam, hunc admittendum esse, ita ut nihil discriminis ob ipsum fiat: & quod idem huius dogmatis socios ac participes mihi declararit Macedoniae ac Achaiae episcopos uniuersos: arbitratu necessarium esse tantum uirum sequi, propter fidem ac dignitatem eorum qui hanc legem tulerunt, simul autem etiam pacificationis mercedem suscipere cupiens, eos qui hanc fidem confitentur in portione communitatis connumerari. Iustus est autem res nostras iudicari, non ex uno aut altero qui non recte ambulant ad ueritatem, sed ex multitudine episcoporum per orbem terrarum nobis coniunctorum, per gratiam Christi. Examinentur autem Pisdiae, Lycaones, Isauri, Phryges, utriusque Armeni, quantum nobis uicinum est, Macedones, Achaiae, Illyrii, Galli, Hispani, Italia uniuersa, Siciliae, Aethiopiae, Aegypti pars sana, Syriae reliquiae: qui & ad nos literas mittunt, & rursus a nobis accipiunt. Ex quorum literis licet uobis discere, tum ex his quae illinc afferuntur, tum ex his quae hinc rursus remittuntur ad ipsos, quod concordēs omnes sumus, unum & idem sentientes. Quare qui societatem nostram deuotam, is ne lateat sinceritatem uestram, quod se ipsum a tota ecclesia abrupit. Circumspicite igitur fratres, ad quos uobis est societas. Vbi a nobis non suscepti fueritis, quis de cetero uos agnoscat? Ne perducite nos in necessitatem, ut triste quid de charissima nobis ecclesia statuamus. Ne facite me quae nunc in corde meo occulto, in me ipso ingemiscens & lugens temporis maliciam, quod ex nulla causa maximae ecclesiae, & quae ab antiquo inter se fratrum locum obtinuerunt, nunc disparatae ac diuinctae sunt: Ne facite inquam, me haec ad omnes simul societatis participes deplorare. Ne cogatis me uerba emittere, quae usque huc rationis freno occultata apud me ipsum contineo. Melius est nos summoueri, ecclesias uero inter se consentire, quam propter iuueniles nostras pusillanimitates, tantum malum populis dei induci. Interrogate patres uestros & annuntiabunt uobis, quod etiam si situ loci diuisae esse uidebantur parociae ac cohabitationes, tamen fastigio unum erant, & una doctrina gubernabantur. Et assidue quidem erant populi conuentiones, ipsis uero pastoribus tantum redundabat mutua dilectio, ut uterque ipsorum altero magistro ac duce ueretur, in his quae ad dominum pertinent.

Basiliius Magnus Episcopus sub se ipso. Ut ne eligant propter pecunias.

Epistola

LXXVI

REi de qua scribo absurditas, propterea quidem quod omnino suspecta ac relata fuit, dolore animam meam impleuit, haec enim minime credibilis mihi uisa fuit. Itaque literas de ipsa conscius sibi ipsi, uelut medelam suscipiat, non conscius autem, uelut praeseruatium. Indifferens uero, quod opto ut ne inter uos reperiat, uelut contestationem. Quid autem est quod dico? Aiunt aliqui quosdam uestrum accipere pecunias ab his qui eliguntur, umbram autem obtendere per nomen pietatis. Hoc uero peius est. Si quis enim malum in praetextu boni facit, duplicata poena dignus est. Propterea quod & non bonum operatur, et utitur ad perficiendum peccatum, ipso bono (ut ita dicam) co-operatore & auxiliario. Haec si ita se habent, de cetero ne fiant, sed corrigantur. Alioquin necesse est dicere ad capientem, quod dictum est ab Apostolis ad eum qui dare uolebat, quo spiritus sancti accessionem emeret, Pecunia tua tecum sit in perniciem. Leuior enim & tolerabilior est qui propter inexperiencem emere uult, quam qui uendit dei donum.

Venditio

Venditio enim facta est, & quod tu gratis accepisti, si uenum proposueris, uelut qui farinae uendidisti, gratia priuaberis. Cauponariam enim rebus spiritualibus superinducis, itemque ecclesiae ipsi, ubi co creditum est nobis corpus & sanguis Christi. Haec sic fieri non oportet. Quae uero sit uersutia dicam. Putant se non peccare propterea quod non praesumunt, sed post electionem accipiunt. Accipere est quodcumque tandem accipere. Adhuc igitur ut hunc redditum & accessum, immo potius adductionem in geennam, deponatis. & ne ubi manus talibus capturis inquinauitis, uos ipsos indignos ad magna mysteria perficienda faciatis. Ignoscite autem mihi, primum quidem uelut qui non credam, deinde uero uelut persuasus minor. Si quis post hanc meam epistolam, tale quid fecerit, ab his quidem quae hic sunt altaribus secedet, quare autem ubi dei donum uenum exponens diuendere possit. Nos enim & ecclesiae dei talem consuetudinem non habemus. Porro ubi unum adhuc addidero desinam. Propter auariciam haec fiunt. Auaricia autem radix est omnium malorum, & nominatur idololatria. Ne igitur Christo Idola praeferatis, propter exiguam pecuniam. Neque rursus Iudam imitami, ob quatum rursus prodentes eum qui semel pro nobis crucifixus est. Nam & ager, & manus eorum qui hos fructus suscipiunt, Acedama uocabuntur.

Basiliius Magnus Episcopus Maritimis,

Epist. LXXVII

Multa mihi affuit congressus uestri appetentia, & semper aliquod fuit impedimentum, quod promptitudini meae obstitit. Aut enim corporis debilitas me prohibuit, quae omnino non ignoratis, quanta mihi a prima aetate usque ad hanc senectam adsit, conuicta mihi, & erudiens me, iuxta iustum iudicium eius qui omnia in sapientia gubernat dei. Aut ecclesiarum cura. Aut contra insurgentes aduersus doctrinam ueritatis certamina. Quapropter usque in praesens in tribulatione multa ac moerore dego, quod uestra coniunctio ne destitutus sum. Ego enim quum audierim a deo, qui propter hoc aduentum per carnem assumpsit, quo etiam exemplis eorum quae facienda sunt uita nostra concinnaret, & per propria uoce nobis Euangelium regni annunciarer: quod in hoc cognoscere omnes quod me discipuli estis si dilectione inter uos mutuam habueritis: & quod postremi exitus ac ualedictionis donum, complectur iam mysterium dispensationis in carne, pacem suam discipulis suis dominus reliquit, quum dixit, Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non possum persuadere me ipsum, quod sine mutua inter nos dilectione, & citra pacificationem, (quantum eius ad me attingit) ad omnes, possum dignus uocari seruus Iesu Christi. Multo equidem tempore expectaui, si quando & a uestra dilectione fieret aliqua ad nos uisitatio. Non enim ignoratis quod publice propositi omnibus, quae admodum prominentes in mari scopuli, indignationem ac furorē haereticarum undarum nos suscipimus, quae circum nos diffractae, ad ea quae retro nos sunt non inundant. Nos autem quum dixero, non ad humanas uites refero, sed ad gratiam dei, qui in hominum debilitate, potentiam suam ostendit, quae admodum propheta dicit ex persona domini loquens. Aut me non timebitis qui posui arenam terminum mari? Debilissima enim ac uili re ipsa arena, magnus & graue mare potens ille illigauit. Quandoquidem igitur tales nostrae res sunt, compar erat et a uestra dilectione aliquos genuinos assidue demitti, a d nostri qui opprimimur uisitacione, & literas dilectionis significatiuas frequentius ad nos accedere permitti, quae partim promptitudinem nostram fulciant, partim etiam si quid erramus corrigent. Non enim negamus nos infinitis erroribus subiectos esse, quum homines simus, & in carne uiuamus. Ceterum quando ante hoc tempus, aut decori ignaris uobis, praeterita sunt quae nobis debentur fratres uenerandissimi. aut propter progressas ab aliquibus contra nos calumnias, indignos nos esse censuistis dilectionis significatiua uisitacione, Ecce nunc per literas etiam prouocamus ipsi, & attributas nobis culpas confitemur, parati ad hoc ut coram uobis exuamur, ac excutiamur, modo admiserint qui nobis contumelias faciunt, ut coram uestra pietate ad faciem praesentes consistant. Coniuncti enim nos peccatum nostrum agnoscemus, & uos post factam redargutionem ueniam habebitis apud dominum, ex peccatorum nostrorum societate uos ipsos subducentes. Et qui redarguerunt mercedem habebunt, uelut qui occultam nostram maliciam publicauerunt. Si uero antequam conuicti sumus, nos condempnaueritis, nos quidem nulla iniuria affecti erimus, praeterquam quod preciosissimam nobis possessionis, dilectionis erga uos damnum patiemur, & uos quoque idem patiemini nos non habentes, & contra Euangelium pugnare uidebimini, quod dicit, Num lex nostra iudicat hominem si non

LI 4

prius

prius audierit & nouerit quid fecit: Et qui cōtra nos conuicia effundit, et de his quæ de nobis dicit nos non conuincit, apparebit malam sibi ipsi appellationē inducere ex absurdo hoc uerborum usu. Nam calumniāntem quomodo aliter appellare conuenit, quā ea appellatione quam sibi ipsi ex re cuius studio tenetur indit: Neque igitur qui nobis conuiciatur calumniator sit, sed accusator. Imò neque accusatoris nomen suscipiat, sed frater sit in dilectione admonēs, & ob correctionem inducens redargutionem: Neque uos conuiciorum fatis audiores, sed redargutionum examinatores: Neque nos incurati relinquamur, dum peccatum nostrum nobis non manifestatur. Ne enim illa cogitatio animi uestrum occupet, nos qui maritimam regionem habitamus, alieni à multorum affectione sumus, & nihil aliorum auxilio opus habemus, quare quid indigemus aliorum societate? Nam dominus insulas quidem à continente per mare disparauit, Insulares uero cum continentis habitatoribus per dilectionem colligauit, Nihil nos separat fratres, nisi per uoluntatem sustineamus separationem. Vnus est noster dominus, una fides, eadem spes, siue caput uos ipsos uniuersalis ecclesiæ aestimatis, non potest caput dicere pedibus, nō est mihi uobis opus. Siue etiam in alio ordine ac loco Ecclesiasticorum membrorum uos ipsos collocatis, non potestis dicere his qui in eodem uobiscum corpore locati sunt, nihil uobis opus habemus. Nam & manus mutuo auxilio indigēt, & pedes se mutuo fulciunt, & oculi in concordia euidentem apprehensionem habent. Nos equidem confitemur nostram ipsorum debilitatem, & conspirationem uestram requirimus. Nouimus enim quod etiam si corpore non adsitis, tamen per precum auxiliū magnam exhibetis nobis in maxime necessarijs occasionibus utilitatem: Vobis autē neque apud homines decorum est, neque deo placens, talibus uocibus uti, quibus ne gentes quidem uitantur quæ deum non nouerunt. Verum illas audimus, etiam si ad omnia sufficientem regionem incolant, futurorum incertitudinis gratia, mutuam aliorum cōcederentem amplecti, & societatem uelut aliquid lucri habentem persequi. Nos autem qui ex illis patribus nati sumus, qui per modica signa sanciuerunt societatis symbola à finibus terræ usque ad eiusdem fines circūferri, & omnes omnibus conuicues ac necessarios esse, nunc nos ipsos ab orbe terrarum refecamus, & neque ob solitudinem pudeamus, neque damnum afferre concordie diuisionem expendimus, neque quod in nos ueniet horrenda domini nostri prophetia exhorrescimus. Is enim dixit, quod propter multiplicationem iniquitatis, frigescet multorum charitas. Ne fratres uenerandis, ne sustinente hoc, sed & propter præterita, pacificis literis nos consolamini, & per dilectionis significatiuas salutationes, uelut lenem quandam contactum, cordis nostri ulcus, quod ex præterita negligentia nobis induxistis, mitigate. Et siue ipsi uolueritis ad nos accedere, & per uos ipsos morbos nostros perferuari, an reuera tales sint quales audiuitis, aut ex mendacijs addita mentis grauiora denuncientur uobis peccata nostra, fiat & hoc. Parati nos sumus supernis manibus aduentum uestrum suscipere, & proponere nos ipsos ad exactum experimentum, tantummodo dilectio dux sit eorum quæ fiunt. Siue etiam uultis per uos ipsos locum aliquem ostendere, in quo comparentes, & quod debetur nobis uisitacionis debitum persoluamus, & nostrum ipsorum experientiam quantum eius fieri potest exhibeamus, ut & præterita sanentur, & nullus de cætero calumnie locus relinquatur, fiat etiam hoc. Omnino enim etiam si debilem circunferimus carnem, attamen donec spiritum duxerimus, obnoxij sumus, nihil relinquere ex his quæ ad ecclesiarum Christi ædificationem pertinent. Itaque ne temere exhortationem hanc nostram recusetis, ne ad necessitatem nos perducatis, ut etiam ad alios dolorem nostrum eloquamur. Hucusque enim sciatis fratres, in nobis ipsis mœrorem occultamus, erubescetes his qui procul absunt socijs, ab alienationem uestram à nobis declarare, ut ne & illos tribulemus, & his qui odio nos habent gaudium inducamus. Hæc solus nunc scripsi, uerum ex sententia omnium in Capadocia fratrum scripsi, qui commonefecerunt me ut non uulgari literarum perferendarum ministro ac tabellario uter, sed uiro qui poterit ea quæ per epistolam omisitimus, uerentes ne nimium uerborum excessum committeremus, per suam ipsius prudentiam, quam ex gratia dei habet, explere. Dicimus autem chariss. nobis ac pietiss. fratrem Petrum in presbyterio consortem. Quem in charitate suscipite, & ad nos pacifice remittite, ut nobis honorum nuncijs contingat.

Exemplar

Exemplar fidei pronuntiata à Magno Basilio, cui subscripsit Eustathius
Sebastæ Episcopus, Epist. LXXVIII

Quia ut præoccupati sunt altera fidei confessione, & ad rectorū coniunctionē transi-
trudere cupiunt, aut etiam nūc primum Catechismo ac instructioni doctrinæ ueritatis se
congregato scriptam. Idem hoc utile fuerit etiam ad eos qui suspecti sunt sanæ doctrinæ
aduersarij, & qui suis ipsorum subterfugijs bona specie præditis, malæ de fide opinionis
suar tenebras offundunt. Nā & his sufficiens est hæc ipsa fides. Aut enim corrigent suum
ipsorum occultum morbum, aut ipso in profundo occultato, ipsi quidem fraudis iudici-
um portabunt, nobis autem leuem in die iudicij responsionem præparabunt, quando
reuelabit dominus occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Itaque conuenit
accipere ipsos confiteri, quod credunt secundum uerba quæ à patribus nostris edita sunt
in Nicæa, & secundum sententiā quæ à uerbis his sano modo declaratur. Sunt enim alij
qui in hac fide doctrinam ueritatis adulterant, & ad suam uoluntatem uerborum in
ipsa sententiā trahunt. Quando sanè etiam Marcellus ausus fuit impius esse in substan-
tiam domini nostri Iesu Christi, & nudum ipsum exponēs uerbum, illinc principia sum-
psisse prætexere, ut coessentialis significationem male exponeret. Et quidam ex impietate
Libys Sabellij, substantiam & essentiam idem esse opinantes, illinc trahunt occasio-
nes ad suæ ipsorum blasphemie confirmationem, ex eo quod scriptum est in fide. Si ue-
ro quis dixerit ex altera essentia aut substantia esse filium, eum reprobatur ac detestatur Ca-
tholica & Apostolica ecclesia. Non enim idem dixerunt illi essentiam & substantiam.
Si enim unam & eandem significationem indicarent uoces, quid opus erat utriusque? Ve-
rum manifestum est, quod illi uelut negantes ex essentia esse patris, hi uero neque ex essen-
tia affirmantes, sed ex alia aliqua substantia: Sic ambo uelut aliena ab ecclesiastica senten-
tia pronuntiauerunt. Nam ubi suam sententiā declarabant, dicebant ex essentia patris
filium, non amplius apponentes, & ex substantia. Quare illud quidem ob improbæ sen-
tentie reprobationem positum est, hoc uero manifestationem habet dogmatis salutaris.
Oportet igitur confiteri, coessentialem filium patri, quemadmodum scriptum est, confi-
teri item in propria substantia patrem, in propria filium, & in propria spiritum sanctum,
quemadmodum etiam ipsi manifeste expresserunt. Sufficiens enim & sapienter osten-
derunt quum dixerunt, Lumen de lumine, quod aliud quidem est id quod generauit lu-
men, aliud uero id quod generatum est. Lumen autem & lumen, ut una & eadem sit es-
sentie ratio. Apponatur porro nobis etiam ipsa fides apud Nicæam conscripta. Credi-
mus in unum deum patrem omnipotentem, & uisibilem omnium & inuisibilem crea-
torem. Et in unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei, genitum ex patre unum
genitum, hoc est ex essentia patris. Deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo
uero, genitum non factum, coessentialem patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo
sunt & in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cæ-
lis, incarnatus est, homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cælos, uen-
turus est iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Cæterum dicentes, erat alij
quando quando non erat, & priusquam genitus esset non erat, & quod ex non existentibus
ac de nihilo factus est, aut ex altera substantia aut essentia esse dicentes, aut mutabilem
aut alterabilem filium dei: Hos reprobatur ac detestatur Catholica & Apostolica ecclesia.
Quando quidem igitur hic alia quidem sufficienter et exacte decreta sunt, partim ob cor-
rectionem eorum qui læsi sunt, partim ad præcauendos eos qui exoriturū esse timeban-
tur: Spiritus sancti autem ratio in transcurso posita est, nulla diligentia digna iudicata,
propterea quod nondum mota esset hæc questio, sed sententiā de ipso in credentium
animis nullas adhuc insidias sustinuerat: paulatim uero progressa sunt praua impietatis
femina, quæ prius quidem ab Ario hæresis præfectio in tetram coniecta fuerunt, post-
ea uero ab his qui illius dogmata male susceperunt in perniciem ecclesiarum enutrita
sunt: ipsa impietatis consequentia etiam in blasphemiam contra spiritum irruit: necessa-
rium est aduersus eos qui sibi ipsis non parcunt, neque inuitabiles minas, quas blasphe-
miam in spiritum sanctum dicentibus intentauit dominus noster, prospiciunt, illud pro-
ducere

ducere. Quod eos execrari oportet qui spiritum sanctum dicunt esse creaturam, & quisque sentiunt, & qui non consentiunt ipsum natura sanctum esse, uelut est natura sanctus pater, & natura sanctus filius, sed abalienant ipsum à beata natura. Demonstratio autem & comprobatio rectæ sententiæ est, quod scriptura non separat ipsum à patre & filio, Oportet enim nos baptizari quidem, uelut traditum accepimus, credere uero, uelut baptizamur, glorificare autem, uelut credimus, patrem et filium & spiritum sanctum, abscedere uero à societate eorum qui creaturam dicunt, uelut palam blasphemantium, illo equidem confesso: Necessaria est enim notatio per signa propter calumniatores: Quod neque ingenitum dicimus spiritum sanctum, Vnum enim nouimus ingenitum, & unum rerum principium, patrem domini nostri Iesu Christi: neque genitum, unum enim unigenitum in traditione fidei edocti sumus. Spiritum autem ueritatis ex patre procedere edocti, ex deo esse confitemur citra creationem. Execrari uero oportet etiam eos qui ministratorium dicunt spiritum sanctum, uelut per hanc uocem, ad creaturam ordinem deducunt. Ministratorios enim spiritus creaturas esse scriptura nobis tradidit, dum inquit, Omnes sunt ministri spiritus, qui ad ministerium demittuntur. At uero propter eos qui omnia miscent, & doctrinam in Euangelij non conseruant, necesse est etiam hoc insuper explicare. Quod fugere oportet etiam eos qui consequentiam quam dominus tradidit immutant, uelut palam ueritati repugnantes, & filium quidem patri praeponentes, filio uero spiritum sanctum praeolocantes. Immutam enim & intentatam custodire conuenit consequentiam, quam ex ipsa domini uoce traditam accepimus, qui dixit. Euntes docete omnes gentes baptizantes ipsos in nomen patris & filij & spiritus sancti.

Ego Eustathius episcopus his coram te Basilio per me lectis assensus sum, & praescripta approbaui. Subscripsi autem simul praesentibus fratribus, Phortone nostro, & Chorepiscopo Seuero, & alijs quibusdam clericis.

Basilius Magnus Eustathio Sebastae episcopo, Epist. LXXIX

Tempus inquit tacendi, & tempus loquendi, ecclesiastica sermo. Igitur etiam nunc postquam sufficiens silentij tempus factum est, tempestiuum est de cetero aperire os, ad manifestationem ueritatis eorum quae ignorantur. Nam & Magnus Iob multo tempore calamitates silentio pertulit, per hoc ipsum fortitudinem ostendens, quod patiens esset in grauissimis afflictionibus. Quum uero sufficienter in silentio decertasset, & dolorem in profundo cordis occultare perseverasset, tunc aperto ore loquutus est illa quae omnes nouerunt. Et nobis itaque tertium hunc silentij annum imitatione digna uisa est prophetiae gloriatio qui dicit. Factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo redargutiones. Quapropter dolorem ex calumnia nobis accedentem in profundo cordis conclusimus. Reuera enim calumnia uirum humiliat, et calumnia circumfert pauperem. Si igitur tantum est ex calumnia malum, ut etiam perfectum iam (hoc enim per uiri appellationem uerba illa innuunt) ab altitudine deducat, & pauperem circumferat, hoc est eum qui magnorum dogmarum indigus est, quemadmodum etiam propheta uidetur qui dicit: fortassis pauperes sunt, ob id non intelligunt, ibo ad opulentos: pauperes eos qui circa intelligentiam defectum habent appellati: & hic uidelicet eos qui nondum internum hominem absolutum habent, neque ad aetatis mensuram peruenerunt, circumferri & concuti prouerbum dicit. Attamen putabam oportere res tristes silentio perferre, expectans aliquam per ipsa opera correctionem. Neque enim ex malicia aliqua, sed ignorantia ueritatis putabam illa contra nos dicta esse. Quandoquidem uero uideo unam cum tempore, procedere ipsam inimicitiam, & non mutari eos propter ea quae ab initio locuti sunt, neque ullam curam habere, quo praeteritis medeatur, sed elaborare, & ad eum scopum quae ab initio aggressi sunt, constitutos persistere, ut affligant uitam nostram, & opinionem de nobis apud fratres contaminent machinantes: non amplius mihi silentium tutum uidetur, sed illud Esaiam mihi in mentem uenit, consilium, non etiam semper silebo & sustinebo: toleraui uelut puerpera. Contingat autem nos & ob silentium mercedem accipere, & aliquam ad redarguendum facultatem consequi, quo hi qui nos reprehenderunt ab amaro illo qui contra nos fluxit false accusatiōis torrente resicentur, ut etiam nos dicere possimus, torrente pertransiuit anima nostra. Et hoc, Nisi dominus fuisset in nobis, dum insurrexerunt homines contra nos, profectio uiuos deuorasset nos. Ego quum multum temporis in uanitate consumpsissem, & totam

& totam ferme iuuentutem meam in uano labore perdidissem, quem in disciplinarum sapientiae à deo infatuata perceptione conuersatus insumpsi: postquam aliquando uelut ex somno profundo expergescens, ad admirandam ueritatis Euangelij lucem respexit, & inutilitatem sapientiae principum huius seculi exoletorum conspexi: miserabili uita mea multum deplorata, optabam mihi dari manu ductorem ad introductionem ad dogmata ueritatis. Et praeter omnibus sane multam curam adhibebam, ut correctionem aliquam morum facerem, multo iam tempore ex malorum conuersatione corruptorum. Ita, quae ubi legissem Euangelium, & uidissem illic maximam occasionem ad perfectionem, uenditionem honorum, & distributionem in indigos fratres, & in summa, nullam huius uitae curam habere, & à nulla affectione ad uitae res animam conuerti: optabam inuenire aliquem fratrem qui hanc uitae uiam elegisset, ut unam cum ipso profundam hanc uitae inundationem penetrarem. Et sane multos inuenimus in Alexandria, multos etiam per regionem Aegyptum. Et alios in Palaestina cauaeque Syria ac Mesopotamia. Quorum quidem admirati sumus circa uicium abstinentiam, admirati sumus item tolerantiam in laboribus, consternauit me etiam ipsorum in orationibus intentio, & quomodo somnum superabant & à nulla naturali necessitate inflectebantur, altam semper & nulli seruituti obnoxiam animae constantiam conseruantes, in fame & siti, in frigore & nuditate, non corporis curam intenti, neque sustinentes ut aliquam ipsi curam impenderent, sed uelut in aliena carne degentes, opere commonstrarunt, quid sit cohabitare rebus in hac uita, & quid conuersationem habere in caelo. Illa admiratus & beata praedicata uirorum uita, quod opere ostendunt mortificationem Iesu in corpore se circumferre: optabam etiam ipse quantum eius à me fieri posset, illorum uirorum imitator esse. Hac itaque gratia quum uidissem aliquos in patria uitam illorum imitari aggressos, auxilium quoddam me inuenisse putabam ad meam salutem, & ea quae uidebantur, obscurorum demonstrationem faciebam. Quandoquidem igitur incerta sunt, quae in occulto unius cuiusque nostrum sunt, opinabar humilitatem indumenti, sufficiens signum esse humilitatis, & sufficiebat mihi ad certitudinem, crassa uestis, & cingulum, & de corio imposito calceamenta. Et quum multi me abducerent ab ipsorum consuetudine, non sustinebam, quum uiderem ipsos uoluptariae uitae praeferre tolerantem malorum, & propter uitae ac conuersationis diuersitatem ipsis inuidebam. Unde neque dogmatum ipsorum calumnias admittebam, etiam si multi affirmarent ipsos non rectas de deo habere opiniones, sed praesentis sectae auctoris discipulos esse, & illius dogmata clam conserminare. Quae quoniam nunquam ipse praesens audieram, calumniatores ducebam eos qui talia diuulgabant. Postquam uero deinceps uocati sumus ad ecclesiae praesidentiam, traditos quidem nobis custodes & uitae speculatores, simulato nimirum auxilio & dilectionis societate, taceo: ut ne uidear aut incredibilia dicens, me ipsum criminari, aut si dem reperies, odij in homines causam credentibus inducere, quod ipsum etiam se ferè mihi contigisset, nisi me cito miseraciones dei auertissent. Ferme enim in suspicionem contra omnes incidi, nihil arbitratus esse apud ullum aliquem fidei, ex dolosis nimirum actionibus animo perculsus. Attamen interea uidebatur esse aliquis nobis habitus consuetudinis ad ipsos, & insultus facti sunt nobis de dogmatibus semel atque iterum, & uisi sumus in consensu non disparari, ubi inueniebant nos eandem uoces de fide in deum emittere, quas per omne tempus de nobis audierant. Nam etiam si reliqua nostra gemitibus digna sint, tamen unum hoc audeo iactare in domino, quod nunquam erroneas habui de deo opiniones, aut aliter sentientes, postea sententiam mutauim. Sed quam à puero accepi de deo notionem à beata matre mea, & nutrice Macrina, eam auctam habui in meipso. Non enim alia ex alijs in doctrinae complementum assumpsi, sed tradita mihi ab ipsis principia consummaui. Quae admodum enim semel augetes parui quidem ex paruo euadit, idem autem est, dum non secundum genus transmutatur, sed iuxta augmentum perficitur. Sic reputo etiam mihi eandem doctrinam per profectum auctam esse, non autem pro ea quae ab initio fuit, hanc quae nunc mihi adest natam esse. Quare perscrutentur suam conscientiam, & memores sint iudicij Christi, an unquam aliud quid audierunt de nobis, quam quod nunc dicimus, qui nos nunc propter malam de fide opinionem per hominum ora diuulgant, & infamibus epistolis quas contra nos conscripserunt, omnium aures pulsant. Unde & nos ad huius Apologiae ac defensionis necessitatem deuenimus

deuenimus. Accusamur enim ob blasphemiam in deū, neq; ex scripto aliquo quod proposuimus, aut ex his quæ citra scriptum ab ore semper in propatulo ecclesijs dei loquuti sumus. Sed neq; testis inuentus est, qui diceret se quid impium de nobis audiuisset, quod in abscondito loquuti essemus. Vnde igitur iudicamur, si neq; describimus impie, neq; concionamur nocue, neq; domesticis colloquijs eos qui nos accedunt peruertimus? Nouum drama & actum. Ille, inquit, in Syria scripsit quædam uelut non pie, tu uero epistolas ad eum misisti ante uiginti & plures annos, socius ergo tu es hominis, & illius accusationes etiam tuæ fiant. At o amice ueritatis homo, qui mendacit̃ diaboli sobolem esse edocuit es, quomodo meam esse epistolam illam nosti? Non enim eò demissisti, neque interrogasti, neq; à me qui ueritatem tibi dicere possum didicisti. Si uero etiam meæ sunt literæ, unde tibi manifestum est quod hic quem nunc nactus es liber, coætaneus est meis literis? Quis tibi dixit uiginti annorum esse hoc scriptum? Vnde tibi notū quod illius hominis est compositio, ad quem etiam à me epistola demissa est? Si uero etiam ille scriptor est, & ego ad illum epistolam dedi, & unum ac idem tempus est mearum literarum & illius scripti, quæ comprobatio est, quod in mente suscepisti & in me ipso habeo illius opinionem? Interroga te ipsum, quoties nos uisitasti in habitatione ad Iridem fluuium. Quum uero aderat mihi pientissimus frater Gregorius, eundem uitæ scopum mecum perficere, Num audiisti quid tale? aut significationem accepisti paruam aut magnam? Quot autem dies in opposito uico apud matrem meam, ubi uelut amici inter nos degentes, dum & noctu & interdum sermones à nobis fierent, num cognatum quid in animo habere inuenti sumus? Quando uero beatum Syluanum simul uisitabamus, non uia nobis de his habebat sermones? In Eulinoe uero quādo cum pluribus episcopis ad Lampacum profecturi accessuisti me, non de fide erant sermones? Non per omne tempus scribæ tuæ ferrimi illi aderant mihi pronuncianti ea quæ aduersus sectam font? non genuini tui discipuli per totum tempus mihi aderant? Non dum uisitabam fraternitates, & cū ipsis in orationibus pernoctabam, dicens & audiens semper de deo citra contentionem, non certas exhibebam mentis ac sententiæ meæ demonstrationes? Quomodo igitur tanti temporis experientia inferior uisa est putida ad eò & inualida suspicione? Quomodo uero oportebat pro te testem esse meæ affectionis? Quæ in Chalcedone dicta sunt nobis de fide. Quæ sæpe in Heraclea. Quæ prius in Cæsarea in suburbio. Nonne omnia consona denobis? nonne omnia inter se congruentia? excepto eo quod dixi ex profectu augmentum quoddam uideri in his quæ à me dicuntur, id quod non est mutatio ex deteriore ad melius, sed deficientis complementum, iuxta cognitionis additionem. Quomodo uero etiam illud nō cogitas, quod pater non accipiet peccatum filij, neq; filius patris? Vnusquisq; in proprio peccato morietur. Mihi uero neq; pater est qui apud te uituperatur, neq; filius. Neq; enim doctior mihi fuit neq; discipulus. Si uero oportet parentum peccata, filiorum crimina fieri, multo iustius est Arii peccata discipulorū ipsius crimina fieri: & si quis Aetium genuit hæreticum, in caput ascendere filij crimina. Si uero iniustum est propter illa aliquid quem accusari, multo profecto iustius est nos, propter eos qui nihil ad nos pertinent, rationem non reddere: si sanè etiam peccarunt omnino, & si quid scriptum est ab ipsis dignum condemnatione. Venia enim est mihi non credenti his quæ cōtra ipsos dicta sunt. Nam experientia ipsa contra me, accusatorum ad calumniam facilitatē confirmat. Nam si quidem decepti, & putantes me participem esse sententiæ eorum qui scripserunt illa Sabellij uerba, quæ ipsi circūferunt, ad calumniam contra me deueniunt, neq; sic quidem ueniam merentur; ante euidentes demonstrationes statim blasphemijs impetentes ac sauciantes eos, qui ne conuersati quidem cum ipsis sunt, ut ne dicā etiam eos qui summa cum ipsis amicitia colligati sunt, & quod demonstratio est, quod spiritu sancto nō ducantur, qui falsas suspensiones in seipsis habent. Multum sollicitum esse oportet, & multas noctes insomnes ducere, & cum multis lachrymis à deo ueritatem exquirere, eum qui fratris amicitia refecari uelit. Si enim mundi huius principes, ubi aliquem malefactorum morti ad iudicare uolunt, attrahunt uela, & expertissimos uocant ad propositorum considerationem, et multo tempore occupati sunt, nunc quidem legis austeritatem uidentes, nunc uero naturæ societatem reuerentes: & multum ingemiscientes ac necessitatem deplangentes, omnibus manifesti sunt, quod ad necessitatē legi inferuiunt, non iuxta propriam

pram uoluptatem inducentes condemnationem: quanto ampliore studio dignum ducere oportet, sollicitudineq; ac cum pluribus consilio, eum qui à fratrum amicitia abrumpi uelit, quæ per longum tempus est confirmata. At una est epistola, eaq; ambigua. Neq; enim dicere potes ex subscriptionis lignis te ipsam agnouisse, qui sanè nō primario scriptam, sed transcriptam in manus accepisti. Ex unicus itaq; literis, hisq; priscis, uiginti enim anni sunt ad hoc tempus, à quo scriptum est quid ad illum uirum? Intermedio aut hoc tempore nullum talem habeo testem meæ uoluntatis ac uitæ, uelut eos qui nunc instant mihi accusatores. At enim non est ipsa epistola separationis causa, uerum alia est dissidij ratio, quam ego recensere erubescō: & siluissim utiq; per omne tempus, nisi ea quæ nunc facta sunt, necessariam mihi fecissent manifestationē, propter utilitatem multorum qui ipso sunt sententiæ. Putant enim simplices impedimentum ipsis esse ad poteratus assumptionem, eam quam habent nobiscum societatem, & quia descriptione aliqua fidei præoccupati sunt, quam nos ipsis proposuimus, non ipsi sue sententiæ dissidentes (cōfiteor enim) sed suspensiones propter ipsos, quas multi ex concordibus nostris fratribus habebant, curare uolentes: ut nihil ex cōfessione illa uideatur ipsis impedimenti oriri, ad hoc ut ab his qui nunc dominantur suscipiantur, societati nostræ renunciauerunt. Et causa huius abruptionis, excogitatae sunt hæc literæ. Signum autem eorum quæ dicimus, euidentissimum est, quod ubi defecissent à nobis, & accusationes quas uoluerunt contra nos composuissent, priusquam ad nos demitterent, literas ubiq; circumiserunt. Septem enim prius apparuit diebus epistola, anteq; in manus nostras perueniret, ita ut qui ab alijs accepissent, alijs demitterent. Sic enim excogitauerunt alterum alteri per manus tradere, ut uelox ipsis per omnem regionem cōtingeret distributio. Atq; hæc dicebatur quidem etiam tunc, ab his qui illorum res nobis manifestissime annunciauerunt. Censuimus autem silendū esse, donec is qui reuelat profunda manifestissimis & quibus cōtradici non potest redargutionibus, res ipsorum quomodo habeant, publice.

Basilis Magnus Eustathio medico, Epistola LXXX

Et equidem omnibus uobis qui artem medicā tractatis, amor erga homines studium. Et mihi sanè uideretur is qui uniuersis uitæ studijs uestram scientiā præposuit, decens iudicium assequutus esse, & à decoro nō aberrasse, si quidem preciosissima omnium res uita, auersanda est & dolorosa, si non cum sanitate hanc habere contingat. Sanitatis autem choragus & princeps est uestra ars. Verum tibi excellēter dextra ac benigna est scientia, & maiores tibi ipsi facis humanitatis terminos, non in corporibus artis beneficium circum scribens, sed etiam animæ agritudinum correctionem excogitans. Hæc autem dico, non solum famam multorum sequens, sed etiam experientia in me ipso edocuit, quum in multis alijs, tum præcipue nunc, in inimicorū nostrorum (nenarrabili malicia, quā instar mali fluxus uitæ nostræ influentem, callide diffudit, graui hac cordis nostri inflammatione, consolatoriorum sermonū fomento discussa. Ego autem ad assiduam ac uariam hostium nostrorū contra nos aggressionem respiciens, arbitratus sum silere oportere, & in quiete sustinere ea quæ inferuntur, neq; contradicere his qui mendacijs prauis illis armis armati sunt, quæ sæpe per ipsam ueritatem aciem suam transigunt. Tu uero probe faciens, non prodere ueritatem iussisti, sed calumniatores redarguere, ut ne plures lædantur, mendacio contra ueritatem prosperū successum habente. Vili itaq; sunt mihi consimile quid Aesopæ fabulæ facere, qui inexcusabile contra nos odium susceperunt. Quemadmodū enim ille fixit lupum crimina aliqua agno obijcere, uerentem nimirum ut ne uideatur citra iustam causam occidere eum qui nihil prius læserat, quum aut agnus omnem culpam ex calumnia inducā facile dissolueret, nihil magis lupum ab instituto impetu remississe. Sic hi qui odium contra nos uelut boni aliquid studio habent, erubescunt fortassis ut ne uideantur citra causam odisse, culpas ac crimina contra nos cōsingunt, et in nullo penitus ex obiectis criminibus perseuerant. Sed iam hoc, & paulo post aliud, & rursus aliud crimen inimicitia contra nos proferunt. In nullo autem firma ipsorum malicia consistit. Verum ubi ab hoc crimine excussi fuerint, aliud apprehendunt, & ab illo rursus aliud assumunt, & si omnia dissoluta fuerint crimina, ab odio tamen nō discedunt. Tres deos à nobis proferri culpam faciunt, & circūsonant multitudinis aures, & hanc calumniam probabilem facere non cessant: sed expugnatur ueritas nostra, & in communi ad omnes, &

Mm priuati

privatim ad eos qui ipsos accedunt: quum demonstremus nos, quod reprobatus est à nobis omnibus qui tres deos dicit, & neque Christianus esse iudicatur. Verum quum hoc audierint, promptus est ipsis contra nos Sabellius, & morbus ex illo ob nostrum sermonem divulgatur: & rursus etiam ad hoc nos consuetum scutum, ipsam veritatem prætedimus, ostendentes quod æqualiter ab huiusmodi hæresi velut iudaismo abhorremus. Quid igitur, num post tot aggressiones delassati quieverunt? Minime gentium, sed novationem quandam nobis obijciunt, hoc modo crimen contra nos componentes. Quum ex his simus qui tres substantias cõfitemur, unam bonitatem, & unam potestatem, et unam deitatem, dicere nos causantur: & non extra veritatem hoc dicunt. Dicimus enim, sed illi accusantes hoc proferunt, quia consuetudo ipsorum hoc non habet, & scriptura non assentitur. Quid igitur nos ad hoc? Non putamus iustum esse, obtinentem apud ipsos consuetudinem, legem ac regulam facere recte doctrinam. Si enim fortis res est ad recitandis demonstrationem ipsa consuetudo, oportet & nos omnino illos sequi. Igitur scriptura divinitus inspirata, abiter à nobis cõstituatur, & apud quos inventa fuerint dogmata divinis sermonibus concordantia, his omnino etiã veritatis suffragium accedet. Quod igitur est crimen? Duo enim simul in accusatione contra nos prolata sunt, unum quod substantias dividamus, alterum quod nullum ex nominibus deo convenientibus pluraliter numeremus, sed unam velut prædictum est bonitatem, & potestatem & deitatem, & omnia eiusmodi singulariter enunciemus. Ad substantiarum igitur divisionem, non alieno modo se habuerint, qui essentiarum diversitatem in divina natura docent. Non enim verisimile est eos qui tres essentias dicunt, non etiam tres substantias dicere. Igitur hoc solum in crimine est, quod nomina quæ de divina natura dicuntur, singulariter enunciemus. Verum parata est nobis ad hoc & manifesta ratio. Qui enim cõdemnat eos qui unam deitatem dicunt, necessario ei qui multas aut nullam dicit assentietur. Non enim possibile est aliud quid, præter hoc quod dictum est, excogitare. At neque multas dicere divinitus inspirata doctrina permittit, sicubi mentionem facit, singulariter deitatis mentionem faciens. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo deitatis: & alibi, Inuisibilia enim ipsius ex creatione mundi, dum per creaturas intelliguntur, cõspiciuntur, ipsa quæ æterna potestas ipsius & deitas. Si igitur in multitudinẽ extendere numerum deitatum, illorum solum est qui ex errore multitudinis deorum agrotant: In universum autem negare deitatem, impiorum existit: Quæ ratio est quæ criminatur nos, propter ea quod unam confitemur deitatem. Verum detegunt manifestus adhuc rationis scopus, in patre quidem admittere deum esse, & filium similiter deitatis nomine coli assentientes. Spiritum sanctum vero dum patri & filio cõnumeratur, non amplius etiam deitatis nomine comprehendit: Sed ex patre usque ad filium cõsistentem deitatis potestatem, discernere à divina maiestare spiritus naturam. Igitur respondendum est etiã nobis, quantum eius fieri poterit brevissimis, ad hanc ipsorum sententiam. Quæ est igitur nostra ratio? Dominus tradens salutarem fidem his qui doctrina erudiebantur, patri & filio cõiungit spiritum sanctum. Quod vero semel cõiunctum est, per omnia dicimus cõiunctionem habere. Non enim id quod in aliquo collo carum est, in alijs separatur. Sed in vivificatione potestate, iuxta quã ex corruptibili vita ad immortalitatem natura nostra transmutatur, simul assumpta spiritus potestas cum patre & filio, & in multis alijs, velut in notione secundum bonitatem & sanctitatem, & æternitatem, sapientiam, recitandam, principalem, potentiam: etiam ubique nimirum inseparabilitatem & cõiunctionem habet, in omnibus nominibus ad meliorem partem acceptis. Igitur recte habere ducimus, eum qui in tot notionibus altis & deo convenientibus patri & filio cõiungitur, in nullo separatum esse putare. Neque enim aliquam novimus nominum quæ circa divinam naturam intelliguntur, secundum melius & deterius differentiam: ut scelestum putandum sit, eos qui concedunt spiritui in inferioribus nominibus societatem, præminentioribus indignum iudicare. Omnia enim deo convenientia nomina & cogitata, æqualia inter se sunt, eo quod nihil circa subiecti significationem differant. Non enim ad aliud quoddam subiectum mentem manuducit Boni appellatio, & ad aliud sapientis & potentis & iusti appellatio. Sed quæcumque sanè dixeris nomina, unum per omnia est significatum: et si deum dixeris, eundem indicasti quem per reliqua nomina intellexisti. Si vero omnia nomina quæ de divina natura dicuntur, æquivalentia sunt inter se iuxta subiecti indicationem, alia iuxta aliam significationem, in idem mentem nostram deducunt: quæ ratio est, societatem in alijs nominibus, spiritui

spiritui ad patrem & filium concedere, & à sola deitate ipsum separare. Omnino enim necessarium est, aut etiam in hoc dare societatem, aut neque in reliquis concedere. Si vero minor est iuxta illorum rationem, quæ ut nominis deitatis ad patrem & filium societatem capias, neque alio quopiam ex deo convenientibus nominibus participare dignus utique fuerit. Dum enim cõsiderantur & inter se cõparantur nomina, per eam quam in singulis speculamur significationem, nihil appellatione dei minus habere comperiuntur. Cuius rei signum est, quod hoc nomine multa etiam inferiora cognominantur: imò non abstinet divina scriptura ab hac cognominacione, neque in rebus dissimilibus ac incongruis, quum idola & simulachra dei appellatione nominet. Dei enim, inquit, qui non fecerunt cœlum & terram, tollantur & subter terram cõijciantur. Et, Omnes dei gentium, inquit, demonia: & quæ clauso ore de ventre loquuntur, in uaticinationibus suis cõsolans Saul, quas inquirebat animas, deos se vidisse dicit. Sed & Balaam augur quispiam existens & uates, & per manum uaticinia ferens, velut ait scriptura, & demonum doctrinam per auguralem curiositatem sibijpsi adeptus, à deo in cõsiliu adhiberi à scriptura narrat. Et multa talia ex divina scriptura collecta apponere licet, quod nomen hoc minime supra reliquas deo convenientes appellationes principatum habet, quædo velut dictum est, etiã in discordibus ac incongruis æquivoce dictum reperit. At vero sancti nomen, & incorruptibilis, & recti, & boni, nusquam cõmune factum ad ea quæ non oportet, à scriptura didicimus. Si igitur in his quæ præcise de sola divina natura ple dicunt nominibus, spiritum sanctum ad patrem & filium societatem habere non contradicunt, quæ ratio est ut in hoc solo non socium esse affirmant, quod etiã idola & demonia, iuxta quendam cognominem usum, participare demonstrata sunt? At dicunt naturam indicativam esse hanc appellationem: non cõmunem autem esse ad patrem & filium spiritus naturam: et propterea quæ sociatæ iuxta nomen hoc participare. Igitur demonstrant per quæ natura diversitatem cognoverunt. Si quidem enim possibile esset ipsam in se ipsa divinam naturam cõtemplari, & quod proprium & quod alienum est, per apparatus inuente, non profectio rationibus omnino opus haberemus, aut signis alijs ad quæsitum comprehensionem. Quandoquidem vero hæc quidem altior est eorum quæ quaeruntur cognitione, ex signis aut quibusdam de his quæ memoriam nostram effugerunt, æstimationem facimus: necesse est omnino per actiones nos manuduci, ad divinam naturam percrutationem. Igitur si uiderimus inter se differentes actiones, quæ à patre & filio & spiritu sancto perficiuntur, differentes etiam operantes naturas ex operationum diversitate cõiectamus. Non enim possibile est iuxta naturam ratione distantia, ad operationum speciem mutuo inter se cõuenire. Neque frige facit ignis, neque calefacit glacies. Sed per naturarum diversitatem simul separatur inter se etiã ab his operationes. Quum igitur operationem patris & filij & spiritus sancti, in nulla re differentem aut diversam uideamus, necesse est ad identitatem actionis, unitatem naturæ cõputare. Sanctificat & uiuificat, & illuminat, et cõsolatur, & omnia talia, similiter pater & filius & spiritus sanctus: et nemo præcise attribuat spiritus operationi potestatem sanctificandi, quum audierit saluatore in euangelio de discipulis ad patrem dicentem: Pater sanctifica ipsos in nomine tuo. Eodem modo etiã alia omnia equaliter peraguntur his qui digni sunt à patre & filio & spiritu sancto, omnis gratia, & potestas, deductio, uita, cõsolatio, ad immortalitatem transmutatio, ad libertatem transitus, & si quod aliud bonum est quod usque ad nos descenderit. Porro gubernatio circa nos, tum in intelligibili, tum sensibili creatura: si quidem oportet per cognita nobis, etiã de sublimibus ac superincubentibus cõiecturam facere: ne ipsa quidem extra sanctissimi spiritus operationem ac potestatem cõstitit, singulis iuxta propriam dignitatem atque utilitatis necessitatem participantibus. Tamen enim incerta est sensui nostro disputatio de gubernatione eorum quæ supra nostram naturam sunt, tamen ex cõsequentiã, uerisimilius utique, quis per ea quæ nobis nota sunt assentiat, etiam in illis spiritus potestatem efficacem esse, quæ ab alienatam esse à sublimium rerum gubernatione. Qui enim illud dicit, nudam & inornatam blasphemiam proponit, nulla ratiocinatione absurditatem confirmans. Qui uero assentitur, etiã ea quæ supra nos sunt, eum patris & filij, etiã spiritus potestate gubernari, is euidenti cõiectura circa propriam uitam innitens, de his affirmat. Igitur actionis identitas in patre & filio & spiritu sancto, manifeste ostendit nullam esse naturæ diversitatem. Quare etiam si naturam significet deitatis nomen, proprie etiam spiritui sancto adaptari hanc appellationem, ipsa essentia cõmuni

tas assentitur. Verum haud scio quomodo ad naturam indicationem referant deitatis appellationem hi qui omnia molunt, uelut qui non audierint a scriptura, quod electa natura non sit. Moses autem Aegyptiorum electus est deus, quum is qui responsum dabat sic ad ipsum loquutus sit, Constitui te deum Pharaoni. Igitur potestatis alicuius siue inspectoriae, siue operatoriae indicationem appellatio ipsa profert. Diuina autem natura in omnibus quae excogitantur nominibus quemadmodum est, manet citra signorum discretionem, uelut nostra fert ratio, & ut nos sentimus. Benefactor enim & iudicem, & bonum & iustum, & quae cunctae alia huiusmodi edocuit, actionum differentias didicimus. Operantis uero naturam nihil magis per operationum considerationem cognoscere possumus. Quum enim reddiderit quis rationem, & uniuscuiusque horum nominum, & ipsius naturae circa quam sunt nomina: non eandem utrorumque rationem reddet. Quorum autem ratio alia, horum etiam natura diuersa. Igitur aliud quidem est essentia, cuius non dum uox significatiua inuenta est, alia uero nominum circa ipsam significatio, ex actione aliqua aut dignitate impositorum. Quod quidem igitur nulla sit in actionibus differentia, ex nominum communitate reperimus. Diuersitatis autem secundum naturam, nullam euidentem demonstrationem comprehendimus, quum uelut dicitur est operationum identitas, naturae societate significet. Siue igitur actionis nomen est deitas, uelut unam operationem patris & filii & spiritus sancti, sic unam dicitur esse deitatem. Siue iuxta multorum opinionones, naturae indicatiuum est deitatis nomen, propterea quod nullam reperimus in natura diuersitatem, non immerito unius deitatis sanctam trinitatem decernimus.

Basiliius Magnus Eustathio medico, Epistola LXXXI

Si qua est nostrarum literarum utilitas, nullum tempus scribendi ad nos intermisit, & excitandi nos ad scribendum. Nos equidem palam hilares reddimur, dum prudentium uirorum diligentium dominum epistolas accipimus. An uero etiam uos aliquid opere precij cooperatiis apud nos, uos nouistis qui nostras accipitis. Si quidem igitur ab occupationum multitudine non abduceremur, non utique ab assidue scribendi hilaritate abstineremus. Vos autem quibus minores sunt curae, quoties sane id fieri poterit, concludite nos literis, nam & puteos atunt, dum hauriuntur meliores euadere. Videntur autem tuae ex arte medica admonitiones inanem operam cedere, non nobis inducens ferrum, sed ab indignis excidetes in seipsas. Itaque Stoici dicitur quando, inquit, non sunt res ut uolumus, ut sunt uelimus. Ego uero mentem quidem rebus assentiri non admitto, quosdam autem facere aliquid necessarios temere & praeter animi sententiam, non improbo. Neque enim uobis medicis urere agrotum, aut alias dolorem inducere, uoluntarium & ex animi sententia est, at tamen admittitis saepe, difficultate affectionis sequentes. Neque nauigantes ultra eiciunt merces, sed ut effugiant naufragia, iacturam faciunt, pauperem uitam morti praefereutes. Quare etiam nos puta dolenter quidem & cum infinitis lamentationibus ferre separationem eorum qui defecerunt, ferre tamen. Nam deo & spe in ipsum nihil potius apud ueritatis amatores habetur.

Basiliius Magnus Patrophilo episcopo, Epistola LXXXII

Accepi literas tuas, quas per fratrem nostrum Strategum in presbyterio consortem misisti, & accepi suauiter, quomodo enim non deberem, & a uiro prudente scriptas, & de corde dilectione erga omnes ex domini praecipio peragere doctor & fere cognouit silentij in praeterito tempore causam: dubitanti enim & obstupescitio similis es, si Basiliius ille, qui taliter a puero inseruiuit illi, qui talia in hisce temporibus & talia fecit, qui bellum contra innumeros unius demerendi gratia suscepit, hic nunc alius ex alio factus est, & bellum pro charitate suscepit, & quaecumque alia scripsisti, animae perturbatione in rerum praeter omnem rationem mutatione ostendens. Et si quid etiam nos momordisti, neque hoc aegre tuli, Neque enim adeo sum indoctus ut oburgationes fratrum ex charitate procedentes grauius feram. Tantum enim abest ut indignatus sim ob ea quae scripsisti, ut fere etiam risum esse fuderim ob ipsa, quod quum tot & tanta sint quae nobis mutuam amicitiam confirmare prius uidebantur, ipse propter parua ad te progressa, tantum stupore te passum esse scripsisti. Itaque etiam tu quod multi facere solent, fecisti, qui relicta rerum naturae expansione, hominibus attendunt, de quibus fiunt sermones: & fiunt non ueritatis aestimatores, sed differentiae personarum examinatores, obliuiscuntur admonitionis, quod agnoscere personam in iudicio non est bonum. Verum tamen quoniam deus personam in hominis iudicio non accipit, quam ad magnam

ad magnam iudicium praeparauit responsum, eam etiam tibi constituere non recusabo. Quia nulla ex nobis ab initio, neque parua neque magna dissidij causa exorta est, sed homines odio habentes, propter quas ipsi sciunt causas, non enim opus est me quicquam de ipsis dicere, assidue fecerunt calumnias: & semel atque iterum exuti ac accincti fuimus. Vt uero in finem erat negocium, & nulla utilitas assidue excusationis, quum nos quidem procul habitatione distemus, qui uero mendacia dicunt, in propinquo habeant, ut per calumnias contra nos sauciant cor in exercitatu, & non doctum alteram aurem non praesenti integram seruare: ubi Nicopolitae exigerent quandam fidei certitudinem, id quod omnino neque uos ignoratis: uisum est nobis literarum officium suscipere ac exequi. Supputauimus enim duo nos in hoc peracturos esse, & tum Nicopolitae persuasuros esse ne male sentiant de uiro, & calumniatorum nostrorum ora obturatos esse, fidei concordia calumnias ab utraque parte excludente. Et sane etiam conscripta est fides, & a nobis oblata, & subscripta, uelut subscripta est, & locus ostensus ac designatus est alterius concilij, & tempus aliud, ut & fratres hinc inde habitantes conueniant, & inter se uniantur, & genuina & inadulterata de cetero sit societas. Nos quidem igitur accessimus iuxta praefinitum tempus, & fratres qui nobiscum sunt, partim aderant, partim confluabant, hilares omnes ac alacres, uelut ad pacem currentes. Et literae missae sunt a nobis, & cursores significantes quod assumimus. Nam noster erat locus ad concurrentium susceptionem designatus. Quum uero ex altera parte nullus esset, neque accurrens, neque annuncians aduentum eorum qui expectabantur: Quum uero a nobis missi erant, reuerterentur tristitia multam & murmuracionem eorum qui illuc essent narrantes, uelut noua fides a nobis promulgaretur, & dicebantur iureiurando decessisse, se non permissuros esse episcopo ipsorum ut ad nos transiret. Venit autem quidam literas afferens nobis extemporales, & nullam habentes mentionem eorum qui ipsas ab initio composuissent. Et omnis mihi reuerentia ac honoris frater Theophilus, uno ex familia sua demisso indicauit quaedam, quae putauit & ipsi competere ut diceret, & nos decere ut audiremus. Nam epistolam mittere non uoluit, non adeo ueritus ex literis reprehensionem, quantum curio eius ut ne ad necessitatem peruenirent alloquendi nos uelut episcopos. Veritatem quia uehementia erant uerba, & de corde feruente prolata, propter haec dissoluti sumus pudore confusi, & animo collapsi, non habentes quod interrogantibus responderemus. Non multo autem tempore interposito, etiam profectio contigit usque ad Cilices, & inde reditus. Et literae statim renunciationem societatis ad nos habentes. Causa autem abruptiois, quod Apollinario, inquit, scripsimus, & in presbyterio consortem nostrum Diodorum, socium habemus. Ego uero Apollinario quidem nunquam inimicum duxi, sed sunt quaedam ob quae etiam reuerentior uirum. Non tamen sic me ipsum uiro adiunxi, ut illius crimina ipse suscipiam, quando sane etiam ipse aliqua habeam ob quae ipsum acculem, quaedam ipsius scripta adeptus. Non tamen de spiritu sancto, aut petisse librum, aut missum accepisse me scio. Verum uocalissimum quidem audio ipsum omnium scriptorum esse, in pauca uero ipsius scripta incidi. Neque enim ocium est mihi talia perscrutari, & simul difficilis sum ad iuniorum susceptionem, qui sane neque corpus in lectione diuinitus inspiratarum scripturarum diligenter & quo oportet modo perseverare permittit. Quid igitur ad me hoc? si quis conscripsit aliquid quod cuidam non placeat. Quamquam si oportet alium pro alio iudicium subire, is qui me accusat pro Apollinario, respondeat nobis pro Aetio proprio praecipite, & pro Aetio proprio ipsius discipulo. Nos neque edocui sumus aliquid, neque didicimus a uiro, cuius crimina nobis obijciunt. Diodorum autem uelut a beato Syluano educatum ab initio suscepimus. Nunc autem diligimus ac amplectimur, propter eam quam habet doctrinae gratiam, per quam multi ipsum accedentes meliores euadunt. Propter has literas affectus uelut par erat, & adeo praeter omnem rationem ac subitam transmutationem conseruatus, neque respondere potui. Colligatum enim erat mihi cor, resoluta uero lingua, torpore autem affecta manus, & perpeffus sum degeneris animae affectionem, dicebat enim quod uerum est, ueritatem uenia dignum. Et ferme in hominum odium cogelabar, & omnium mores mihi suspecti putabantur, & non esse in humana natura dilectionis bonum, sed uerbum esse bona specie praeditum, sicut quendam indigentibus exhibens, non tamen reuera inesse in corde hominis hanc affectionem. Si enim is qui uidebatur a puero usque ad senectam, altam sui ipsius curam fecisse, ex talibus occasiōibus adeo facile efferatus est, nulla

M m 3 nostrarum

nostrarum rerum suppuratione facta, neq; prateriti temporis experimentis, nisi ad eos
 lumina potius ducens: Sed uelut pullus indomitus, nondū probe ferre incensorem do-
 ctus, ex unica suspitione repulit & excussit, & humi prostrauit eos quibus prius legabat,
 quid de alijs suspicari oportet ad quos neq; tot nobis sunt amicitia pignora, & a quibus
 non talis mortū cura nobis cōmonstrata est. Hæc apud me ipsum animo uoluitans, & assi-
 due in corde uolens, imò magis corde ab ipsis uolutato, sic mordentibus me & per me-
 moriam lancinātib; nihil illis literis respondi, non ob contemptū silentio facto, ne hoc
 putes frater, nō enim hominibus nos excusamus, sed coram deo in Christo loquimur; ue-
 rum ob hæsitatiōē & cōsiliij inopiam, & quod nō haberemus aliquid mœrore dignum
 quod diceremus, dum in his essemus, alia in super literæ ad nos peruenerūt, ad quendam
 Dazizan uidelicet scripta, reuera autē ad omnes homines exarata, uelut indicat ipsorum
 uelox adeo distributio, ut in paucis diebus per omnem Pontū dispersæ sint, & Galatiam
 percurrerint. Quidā uero dicunt, quod horum honorū nunciij etiam Bithynos pergressi,
 usq; ad Hellepontū peruenerunt. Qualla uero fuerint ad Dazizan cōtra nos scripta, o-
 mnino, quidem nosti. Non enim ita procul te à sua amicitia locant, ut te solum hac digni-
 tate inhonoratū reliquerint. Si uero literæ ad te non peruenerunt, at ego tibi eas mitto, in
 quibus cōperies nos accusari, doli & maliciæ, corruptionis ecclesiarū, & perditionis ani-
 marum, & quod omnibus uelut ipsi putant uerius est, quod insidiatorū fides prætextum
 illos fecimus, nō Nicopolitis inferentes, sed ipsi dolose accipere confessionē excogita-
 tes. Horum quidē igitur iudex dñs est, nam quæ cogitationū in corde euidens demonstratio
 esse possit: Illud uero ipsorum miratus sum, quod quū in tradito à nobis libro subscripta
 pferunt, tanto uel sunt interuallo, ut & quæ sunt, & quæ nō sunt, in certitudine eorum qui
 ipsos accusant, cōmiscant. Quod uero conscripta ipsorum confessio fidei Nicæne, Rhoma
 reposita est, hoc non cogitat: neq; quod per suam ipsorum manū tradiderunt cōcilio
 in Tyanis congregato libellū ex Rhoma allatū, qui apud nos permissus est, eandem hæc
 fidem habens, & propriæ suæ cōcionis oblitū sunt, quam in medio tunc constituti habue-
 runt, deplangentes quidē fraudem, per quam inducti fuerant ut assensionē præbuisent
 sectæ à cōgregatiōe Eudoxij constitutæ, quapropter hanc excogitauerunt erroris illius
 excusationē, ut Rhomam profecti, illinc acciperent patrum fidem: quo inductū ecclesiæ
 detrimentū per assensionē ad malum, inductione melioris corrigerent. At qui longissimas
 profectiōnes pro fide sustinuerūt, & qui sapientia illa cōcionati sunt, nūc cōiuciantur no-
 bis uelut dolose ambulantiibus, & in prætextu dilectionis ea quæ insidiatorū sunt facien-
 tibus. Ostendunt autē & ea quæ nunc circūferuntur, contempsisse ipsos Nicænam fidem.
 Vidi enim Cyzicū, & cum alia fide reuersus sum. Et quid facilitatē ac leuitatem transpo-
 sitionis ac cōuersionis in uerbis dico, quum multo maiores habeā ex ipsis rebus demon-
 strationes conuersionis ad contraria: Qui enim quinquaginta episcoporum sententiæ con-
 tra ipsos prolata non cedunt, neq; à gubernatione ecclesiarū recedere sustinet, quum tot
 in depositionis ipsorum sententiam consenserint: propterea inquirunt, quod non erant spi-
 ritus sancti participes, neq; per gratiam dei ecclesias gubernantes, sed humana potestate
 iuxta uanā gloriæ præsidētias prædati: hi nunc ab illis electos, uelut episcopos suscipiunt.
 Quos interroga pro me, an etiam homines oēs contemnāt, uelut neq; oculos habentes,
 neq; aures, neq; cor sensu præditū, ut saltem eorum quæ sunt inconsequentiam intelligen-
 re possint: & quamnam in corde suo sententiā habeant: Quomodo possunt duo esse epi-
 scopi, & qui ab Euippio depositus est, & qui ab ipso electus est. Eiusdē enim manus opus
 ambo sunt. Qui si non habuisset datam Hieremiæ gratiam diruendi & reedificandi, era-
 dicandi & deplantiandi, nō utiq; eradicasset hunc, neq; illum deplantasset. Si autē alterum
 ipsi dederis, concedes ipsi etiam alterum. Verum unus est scopus uelut apparet, suam uti-
 litatem ubiq; quærere, & amicum quidem ducere, eum qui cupiditatibus ipsorum obse-
 cundat: hostem uero iudicare, & à nulla contra ipsum calumniā abstinere, eum qui deside-
 rij ipsorum resistit. Quales enim ipsorum etiam nunc cōtra ecclesiā gubernationes, hor-
 rendæ quidem propter talium leuitatem: miserabiles uero propter patientium stupidita-
 tem. Euippij fœtus & Euippij filij, per legationē fidedignam ab exilio reuocati in Seba-
 stream, populū sibi concreditum habent, assumpserunt altare, fermentū illuc ecclesiæ factū
 sunt, à quibus nos uelut coessentialistæ persecutiōnē patimur. Eustathius autē Sebastæ
 qui in

qui in charta à Rhoma usq; ad Tyanam congregatiōnem, coessentialem attulit, hic nunc
 ipsis ammixtus est, (etiam si in desiderabilem ipsorum societate suscipi non potuerit) aut
 quod timuerint multitudinē eorum qui contra ipsos cōspirauerunt, aut quod reueriti sint
 fidedignitatē. Quales enim erant qui cōgregati erant, & quō unusquisq; electus est, & à
 qualib; initio uita ad hæc potestatiē peruenerit, ego quidem nunc tūc tūc mihi opta-
 uerim, ut illorum res exponā. Didici enim orare, ut ne loquatur os meum opera hominū.
 Ipse uero pscrutatus discas, & si te effugerint, iudicē omnino nō latebunt. Quam tamen
 ppeffus sum affectionē, non recusabo apud dilectionē tuam recedere. Nam superiore an-
 no quū grauissima febre ægrotaassem, & ad ipsas ferme mortis portas appropinquassem,
 deinde per benignitatē dei reuocatus essem, grauitur tuli reditū, reputās mecum ad qua-
 lita rursus reditē mala: & apud me ipsum cōsiderabā, quid nam tandē est quod in profun-
 do sapientiæ dei sitū est, propter quod mihi rursus uita in carne dies cōcessi sunt. Postq;
 autē hæc cogitauit, arbitratus sum quod uoluerit nos dñs uidere ecclesias à cōmotiōne seda-
 tas, quam antea ptulerunt, propter separationē eorum qui ob consuetū ipsi sanctimoniam,
 omnia cōcredita habuerunt. Aut fortassis etiam corroborare animā meam, & in posterū
 sobriorē ac uigilantiōrē efficere uoluerit, ut ne hominibus attēdat, sed per euāgelica man-
 data pfiatur, quæ neq; cum temporibus, neq; cum humanarū rerum circūstantijs trans-
 mutātur, sed eadē permanent, uelut ex mentiri nescio ac beato ore prolata sunt, ita perpe-
 tuo duranti. Homines autē nubibus similes sunt, quæ ad uentorū mutationes, alias iuxta
 aliam aeris partem feruntur. Et maxime sanē hi de quibus nobis sermo est, ex oibus quo-
 rum experientia fecimus, uersabilissimis moribus præditi apparuerunt: tan quidē etiam in
 reliquis uita negocijs, dixerint hi qui cū ipsis uixerunt. Quod uero mihi cōparuit, leuitas
 uidelicet cōuersionis ac trāsmutationis circa fidē, nō cognita mihi est hæcenus cōsimilis
 in alijs, neq; à me uisa, neq; ab alijs audita. Arium sequebantur ab initio, conuertebantur
 ad Hermogenem, qui ex diametro peruersæ Arii opinionis hostis erat, uelut declarat ip-
 sa fides Nicæna ab illo uero ab initio pronunciata. Obdormiuit Hermogenes, & rursus
 transtulerunt ad Eusebium, uirum principem circuli Arianorum, uelut experti dicunt.
 Hinc ubi excidissent ob quascunq; tandem causas, rursus recurrerunt ad patriam, & rursus
 occultauerunt Arianum dogma, progressi ad episcopatū (ut intermedia relinquam)
 quot fides ediderunt: In Ancyra aliam, aliam in Seleucia, aliam in Constantinopoli di-
 uulgatam illam, in Lampfacio aliam: postea eam quam in Nice Thraciæ prodiderūt, nūc
 rursus eam quam in Cyzico. Cuius reliqua quidem nō scio, tantum uero audio, quod ta-
 cito coessentiali, simile secundum essentiam nunc inferant, & blasphemias in Spiritum
 sanctum cum Eunomio conscribunt. Ex his autē fidei formis quas enumerauit, etiam si nō
 omnes inter se contrario modo habent, attamen morū leuitatem æqualiter confirmant,
 propterea quod nunquam ipsi iidem in iisdē uerbis persistant. Hæc uera sunt, innumeris
 alijs silentio præteritis. Quando quidem uero etiam ad uos transierunt, nūc cupio ut per
 eundem uirum rescribas, dico autem Strategitū nostrum in presbyterio cōsortē, an idem
 perseueres esse erga nos, aut per congressum alteratus es. Neq; enim uerisimile erat illos
 tacere, neq; te ipsum qui talia nobis scripsisti, non etiam aduersus illos dicendi libertate
 uti. Si quidem igitur perseueras in societate erga nos, hoc optimum est, & uoto summo
 dignum. Si uero te ad seipsos conuerterunt, tristis quidem res est, quomodo enim nō sit
 talis fratris separatio: Verum tamen si nihil aliud, ferre saltem talia ex ipsis detrimenta,
 abunde exercitati sumus.

Basiliius Magnus Leontio Sophistæ.

Epistola LXXXIII

Ratæ quidem tibi sunt de nobis literæ, non tamen rariores his quas illinc expecta-
 mus, atq; hoc quū multū & frequēter à uobis huc proficiscatur. Quibus si omnibus
 cōsequēter literas dedisses, nihil prohiberet ut uidereris tibi ipsi nos adesse, & uelut præ-
 sentibus ac unā cōuersantibus frui. Adeo frequēs erat multitudo eorū qui ad nos profi-
 ciscentur. At cur nō scribis, & quidē quum nullū opus sit Sophistæ scribere: Imò etiā si
 tardam manū habes, ne scribere quidem oportebit, alius enim tibi inseruiet. Lingua au-
 tem sola opus est, quæ etiam si nobis non loquatur, at unī omnino famulorum loquetur.
 Et si nullus affuerit, in seipsa uerba faciet, nequaquam uero filebit, quum sanē sophistica
 & Attica existat, nō profecto magis quam lusciniæ, ubi uer ipsas ad cantilenā excitarit.

Mm 4

Nobis

Nobis equidem hæc occupationis amaritudo, in qua iam sumus, forte excusatione præbuerit raritatis literarum: & quod ob nimiam ad vulgarem linguam consuetudinē, de cætero uelut squalidi facti sumus, pigrum meritò inducit ad hoc, ut uos sophistas alloquamur, qui si nō dignum aliquid uestra sapientia audieritis, ægre fertis & non sustinetis. Te uero uice uersa par est ad omnem occasionē publicare tuam uocem, quum ad dicendum appositissimus sis omnī quos ego noui græcorum. Noui enim, uelut puto, qui inter uos sunt celeberrimi: quare nulla est silentij excusatio. Atq; hæc quidem hæcenus. Mihi porro etiā ea quæ aduersus Eunomiū scripsi, quæ siue lusum uocare oportet, siue lusu paulo seriora, tibi ipsi iudicare permitto, qui ad te ipsum quidē non amplius opinor indiges, uerū ad peruersos qui tibi occurrunt, nō ingenerosum tibi scutū fore spero, non adeo ob potentiam scripti confidentes, sed illud probe scientes, quod ex modicis occasionibus ad multa inuenienda apertus sis. Si uero quid tibi etiā infirmius q̄ oportebat esse uidebitur, ne cunctis redarguere. Hac enim parte maxime amicus ab adulatore differt, q̄ hic quidem ad delectationē conuerteretur, ille uero neq; molestiam inferentibus abstineat.

Basilii Magni Sophronio magistro,

Epistola LXXXIII

Particeps sit temporis, etiam pientis, frater noster Gregorius episcopus. Affligitur enim cum omnibus etiā ipse affiduis calumnijs, q̄s q̄ uelut plagis quibusdā inexpectatis uerberatur. Homines enim nō timentes deū, & fortassis etiā a magnitudine malorum coacti, calumnias ipsi struunt, uelut pecunias ab ipsis Cæsarijs acceperit. Et nō est damnum ipsum graue, olim enim didicit pecunias contemnere. Sed quod hi qui cum magna libertate ea quæ maximi precij erant, distribuerunt, quum exigua omnino ex illius bonis accepissent: propterea q̄ cum famulis et hominibus nihilō moribus probatioribus ille ut tam transegeret: paucissima penitus his conseruauit: quæ nemini subiecta esse hi putantes, statim in egenos expendērūt, tum propter suam ipsorū uoluntatem, tum propter decedentis uocem: fertur enim hoc moriens dixisse: Omnia mea uolo in pauperes distribuere. Itaq; uelut executores mādari domini, statim ipsa utiliter dispensarunt. Et nunc superest paupertas quidem Christiani, multatū uero rerum aggressio unius ex rabulis forensibus. Quapropter uenit mihi in mentem omnia celebri dexteritati tuæ indicare, quo & uirum honorans, quem ab antiquo cognouisti, & dominū glorificans, qui in seipsum suscipit ea quæ seruis ipsius fiunt, & nos præcipuos tuos colens, cum comite thesaurorum loquaris de ipso quæ par est te loqui, & modum excogites per quem magnam ipsius prudentiam à cōtumeliosis his & intolerabilibus uexationibus remoueas. Omnino autē nemo adeo ignorat uirum, ut de ipso aliquid indecori suspicetur, tanq̄ sanè pecuniarū amore captus talia cōtingat. Vicinum enim est liberalitati ipsius exemplum. Libenter cesserit reliquijs bonorū suorum ipsi fisco, ut bona quidē ipsius suscipiant, a duocatus autē fisci contra aduarietes dicat, & cōprobationes exigat, propter nostram ad huiusmodi res ineptitudinem. Licet autē præstantiæ tuæ discere, q̄ dum uiueret ille, nemo abijt ab ipso non assequutus quæ uolebat. Sed & quod requirebat, quisq; circa laborē auferebat, ut multos poenituerit quod nō plus ab initio petierunt, id quod etiā maxime multos fecit insidiatores. Nā ad prægressorū exemplum respicientes, alius alij calumniator succedit. Ad hæc igitur tuā præstantiam instare exhortamur, & uelut fluxum aliquem cohibere ac intercipere malorum affiduitatē. Nosti porro quomodo rei opem ferre oporteat, ut ne expectes de nobis modum edoceri, qui ob inopiam consilij rerum ac negotiorū huius uitæ, etiā hoc ipsum ignoramus, quomodo fieri possit ut nobis liberatio cōingat. Itaq; & cōsiliarius & tutor ipse sis, auxiliij speciem per magnā tuam prudentiam excogitans.

Basilii Magni Patrophilo episcopo,

Epistola LXXXV

Sero quidem accepi ad priores literas responsum, accepi tamen, per charissimū Strategium & gratias egi dño, quod idem esse in dilectione erga nos perseveras. Quæ uero nunc dignatus es de eo dem argumento scribere, demonstrationem habent bonæ tuæ uoluntatis, quod & sentis ea quæ oportet, & utilia consulis. Veruntamen quia rursus uideo sermonem mihi longum futurum, si ad singula à prudentia tua scripta respondere uelim; tantum dico: Quod pacis bonum, si quidem in nomine solo pacis circūscribitur, maxime ridiculū est illo & illo electo, his solum impertiri pacificationē, alios uero innumerōs excludere à societate ad hoc bonū. Si uero cōcordia ad nociuos in pacis pretextu ea quæ

ea quæ hostium sunt operantur in recipientes, uide quales sint quibus seipos ammissuerunt hi qui iniusto odio oderunt nos. At qui ex secta sunt nihil cōmune nobiscum habent, neq; enim opus habeo nunc nominatim meminisse; hi etiam uocati sunt ab ipsis in Sebasteam, & assumpserunt ecclesiam, & sacra administrarunt in altari, & propriū panem omni populo distribuerunt, episcopi à clero isthic pronunciat, & per omnem regionem uelut sancti & focij deducti. Quorum sectam si destruere oportet, ridiculum est ex unguibus ordiri, & non aduersus ipsa ipsorum capita disputare. Si quidem igitur nullum omnino oportet hæreticū putare, neq; auerfari, qua gratia dic mihi separas te ipsum tu, & subterfugis quorundā societatem? Si uero sunt aliqui fugiendi, iuxta exactam rationem, dicant nobis qui in omnibus exacti ac sinceri sunt, cuius sint sectæ hi quos ex Galatia ad se ipsos adduxerunt. Hæc si quidem digna mœrore tibi apparent, ex causis horum considera separationem. Si uero indifferentia iudicas, uenia sit nobis, qui nō sustinemus fermentum fieri eorum qui alia docēt. Quare si ita uidetur, ommissis illis bona specie præditis sermonibus, omni dicendi libertate redargue eos qui nō ad euāgelij ueritatē recte ambulāt.

Basilii Magni Bosporio episcopo,

Epistola LXXXVI

Quomodo putas animam meam afflixisse famam calumniæ illius, quam diffuderunt contra nos quidam ex eorum numero qui iudicem non timent, qui perdet omnes loquentes mendacium? Quare parum abiuit ut totam noctem insomne transegerim propter uerba dilectionis tuæ, adeo mediū cor meum attigit mœror. Reuera enim iuxta Solomonem, Calumnia uirum humiliat. Et nemo ita doloris expers est, ut nō animo afficiatur, & ad terram inflectatur, si in ora ad dicendum mendacium procliuia fuerit illapsus. At enim necesse est omnia sufferre, omnia sustinere, ultione nostra in dominum coniecta, qui non negliget nos. Nam qui calumnias struit pauperi, exacerbatur eum qui fecit ipsum. Qui uero nouum hunc actum blasphemij contra nos composuerunt, omnino nō credere domino uidentur, qui de ocioso uerbo rationem nos in die iudicij reddituros esse pronunciauit. Ego autem dic mihi, beatissimū Dianoeum ex communiōne reprobauit: hoc enim contra nos prodiderunt; ubi aut quando? quibus præsentibus? Ob quam causam? nudis uerbis aut conscriptis? alios sequutus, aut ipse orsus, & ex mea autoritate hoc factus ausus? O impudentiam eorum qui omnia facile loquuntur. O iudiciorū dei contemptum. Nisi si sanè ad hoc ipsorum figmentū, etiam illud tragico modo addiderint, quod factus sum amens, ut ignorarim ipse mea uerba, nam rationis compos nihil tale me fecisse scio, neq; omnino cogitasse. Verum illius rei magis mihi conscius sum, quod ab ineunte ætate in amore illius educatus sum, & ad uirum respexerim, quum & aspectu honorabilis esset, & maiestate præditus, & tantum sacerdotalis dignitatis in specie haberet. Postquam uero deinceps mihi ratio aderat, tunc sanè etiam ab animæ bonis ipsum cognoui, & ipsius consuetudine delectabar, simplicitatem ac generositatem ac liberalitatē morum addiscens, & quæcunque alia uiri propria erant. Animæ mansuetudo, generositas simul ac lenitudo, decore, iræ exclusio, hilaritas, & admittendi accedentes facilitas grauitate temperata, quare ipsum in illustrissimorum uirtute præditorum numero habebam. Circa extrema tamen uitæ, non enim cœlabo ueritatem, contristatus sum ob ipsum mœrore intolerabili, cum multis qui in patria dominum timent, propter subscriptionem fidei, ab his qui sub Georgio sunt à Constantinopoli allatæ. Deinde qualis erat ille mansuetudine morum & lenitudine omnes in paternis uisceribus perficere ac certos facere sustinens: iam collapsus in aegritudinē, ex qua etiā è uita decessit, accitis nobis dixit, teste domino in simplicitate cordis se assensum esse fidei scripto ex Cōstantinopoli allato, nihil autem ad reprobationem fidei à sanctis patribus in Nicæa editæ, se cogitasse aut decreuisse, neq; aliter in corde se habere, q̄ uelut ab initio assumpsisset. Sed & optare se ne à portione beatorum illorum episcoporum separaretur, qui trecenti & decem octo numero, pium illud præconium ac edictum orbi denunciauerunt. Quare nos ob hanc certitudinem, omni cordis discrimine soluto societatem accessimus, & tristes esse desuimus. Nostræ itaq; res erga uirum hunc tales sunt. Si uero quis dicit blasphemiam aliquam nefandam in ipsum ex nobis se cognouisse, is non in angulum seruili modo diuulget, sed in propatulo contra nos consistens libere redarguat.

Basilii

Basilii Magni Simpliciae haereticae, Epistola LXXXVII.

Temere homines & odio habent meliores, & amat peiores. Quapropter sane etiam ipse contineo linguam meam; silentio contumeliarum mearum suffocans obprobrium. Ego uero expecto ex supernis iudicem, qui nouit omnem maliciam pro merito punire ac retaliare. Etiam si enim quis pecunias arenam excedentes profundat, laedit tamen animam conculcata iusticia. Semper enim sacrificium deus non uelut indigens puto querit, sed sacrificium preciosum, piam & iustam mentem suscipit. Vbi uero quis seipsum preteriens conculcat, is communia considerat uota, & placationes dei communes expendit. Itaque te ipsam de extrema die comonefacito, & nos si ita uoles, ne doceto. Nouimus plura quae tu, & internis spiritibus non ita suffocamur, neque inter modica bona decuplam maliciam ammi scemus. Excitati nobis lacertas & ranas rubetas, uernas uidelicet bestiolas, attamen impuras. Sed uenier uolucris penna ex supernis quae has depalceat. Mihi autem doctrina est, non uelut tu putas, sed uelut nouit iudicare deus. Si uero etiam testibus opus est, non serui producentur, neque Eunuchorum genus ignominiosum ac perditum, nimirum hoc, quod neque foemineum est, neque masculum, mulierum amore insanians, inuidum, uili mercede merens, iracundum, fractum, uentri seruiens; auri cupiditate insanum, durum & illaudatum, ob coenam plorans, mutabile, illiberale, omnes suscipiens, insatiabile, furiosum ac zelotypum, & quid amplius est dicere, in ipsa statim natiuitate ad ferrum condemnatum. Quomodo igitur horum mens recta sit, quorum etiam pedes peruersi sunt: Hi caste quidem degunt, non ferentes mercedem, propter ferrum, amore uero insaniant contra fructum, propter propriam turpitudinem. Non hi producentur litis ac iudicij testes, sed oculi iustorum, & uisus uirorum perfectorum, qui tunc uident ea ad quae nunc respiciunt intellectu.

Gregorius theologus eidem Simpliciae, Epistola LXXXVIII.

Laudas sanctum & comunem nostrum patrem, fidei fulcrum, ueritatis regulam, & ecclesiae characterem ac figuram, plenam prudentiae canicem, mensurae uitae ac uirtutis humanae uictricem, fidelem seruum, & magnum pontificem, dei & hominis mediator, spiritus sancti habitaculum, & hoc quidem recte facis. Nam etiam omnis oratio inferior est sancta illa & beata anima, si non me fallit amor, aut etiam affectus dicendi desiderio permixtus. Illud autem in te etiam ualde admiratus sum, quomodo laudas quidem uelut sanctum, atque ea gratia merito honoras, factum uero & opus ipsius destruere conaris, uelut impiorum, & maxime conuictis dignorum, qui temere uixissent ac discessissent. Si enim uelut mancipium uendicas proprium pastorem, & exiguum hoc lucrum perseque ris; reuera hoc magnanimitate tua indignum est. Quomodo enim non absurdum est, auro quidem & argento colere deum, & his quae ex possessionibus eximia sunt, ubi forsatis etiam plus ostentationis est quam pietatis, Sacerdoti uero omnino uelle damnus ecclesiae inferre, & sanctissimam oblationem depradari; Si uero quod pro potestate hoc fecimus, & non tua nobilitate comonefecimus, neque magnificentiae tuae tempus dedimus, & agrefers; dixeris quidem aliquid iusti, & affectum humanum, uerum tamen humanum: scilicet aut maioris liberalitatis nunc esse, quae tunc temporis, quanto magnificentius est tradere et largiri, quae accipere permittere. Et illo quidem modo, soli deo largita esse uidebaris. Sic autem etiam nobis illius ministris, & nomen illius portare dignis facis. Ne itaque neque illi indignare, neque nobis. Ille enim tyrannide pressus est, nihil iniusti fecit. Nos autem quid mirum est, si bonitate tua freti ad hoc progressi sumus, & simul communi totius regionis suffragio commisi; quae ipsam si ad gratiam tulerunt aliqui aut maligne, ipsi sane nouerunt, & de orationem reddent. Non enim nostrum est hoc scire, neque in mentes omnium intrare. Nobis autem quomodo facile erat excutere, aut quomodo tot lacrymas contemnere, aut regionis solitudinem, adeo inculta, & pastore carentis, & spiritualem praefecturam non habentis; Illud uero tibi etiam praeter omnibus manifestum est, quod hi qui tunc assentiebantur, nunc uero negant, rem faciunt neque piam, neque ingenuam; & multo meliores fuissent si tunc contradixissent, quam quod nunc adulant, & suas ipsorum sententias dissoluunt, et homines magis quam deum timeant: quos rursus dicere puta propter leuitatem, quod propter timorem erga te sententiam mutauerunt, & multo utique uerius. Nam oportet ipsos quidem semper ferire, falsas autem & fraudulentas excusationes uenari. Si uero haec quidem recte dici tibi uidentur, ministerij uero ac dispen-

ac dispensationis exigit ille rationem, (quoniam & hoc audio, non enim in literis obiectum) iuste hanc & humaniter exigit, & nihil conqueremur. Neque enim nobis placet ut mansuetudinis dominorum damnum patiamur. Quid amplius superest: Fortassis uelut uirum indignum condemnat, & propterea in ordinem ac conditionem irruit: hoc enim quodam modo etiam accusare magis decorum fuerat. Ad hoc uero responsio simplex et facilis mihi est. Nos neque alium aliquem cui aliquid culpa datur, in examinatum relinquitur, neque si ex maximis amicis sit, & claro loco natus, nihil enim deo & legis regula uenerabilius est: neque hunc dimitemus. Verum si quis habet quod accuset, si quidem uolueris te praesentem ac simul iudicare, sin minus, etiam absente, coram nobis examinatus, si quidem insons inuentus fuerit, etiam si seruus sit absoluitur. Nam & seruorum & dominorum idem pater est & deus; & iusticia per dignitates non dirimitur. Si uero reus deprehensus fuerit, tunc a proprio peccato condemnabitur. Et sic neque legis regula uiolabitur, neque ille digressus ignominia afficietur. Nam quod ad nos pertinet, fortassis contemendum est uelut nulla re dignum. Et ipsa effugies malam suspicionem, tanquam quae propterea quod a nobis abalienata sit, & sanam fidem auerferis, haec moliaris fraudulenter, at non generose: & ab alio quidem iudicaris, ad aliud uero confugas, id quod consulo tibi, ut ne facias, uelut neque pius, neque decorum. Neque nostris legibus repudiatis ad externas confugas; neque nobiscum contendas, sed ignoscas si quid simplicius fecimus propter gratiae libertatem; & probes uinci magis honeste, quam uincere male per contrarium spiritum.

Theologus Eudoxio rhetori, Epistola LXXXIX.

Inferrogas quomodo res nostrae se habent: reuera ualde amarulenter. Basilium non habeo: Caesarium non habeo: Spiritualem fratrem & corporalem: pater meus & mater mea dereliquerunt me, cum Dauide loquor. Corporis res male habent, senectia super caput incumbit. Curarum ad sunt implicationes, negotiorum incurSIONES, amici infideli, ecclesiae sine pastoribus: diffuunt bona, nuda sunt mala. Nauigatio in nocte; fax nullae: Christus dormit. Quid oportet facere? Unica mihi malorum solutio mors. Et quae illic sunt, horrenda mihi sunt ex his quae hic sunt coniecturam facienti.

Theologus Eudoxio, Epistola XC.

Caesarium non habeo, dicam enim etiam si non philosophicus sit hic affectus, amor res Caesarij, & quodcumque tandem uideo cognitionis Caesarij signum, id amplector & amo, & uelut ipsum uidere mihi uideor, & conuersari ac colloqui, quale quid etiam nunc propter literas tuas perpeffus sum: simul enim ut legi epistolae praescriptionem, dulcem mihi rem ac nomen Philagrii, omnia mihi confertim in mentem uenerunt quae aliquando iucunda fuerunt: Ciuitates, conuersationes, mensa, paupertas, amabilis coeuitatis, uelut inquit Homerus, aut ludicra, aut seria, in eloquentia assequenda sudores, communes preceptores, spei altitudo, omnia quae quis nominare possit tunc bona, quibus ego excellenter gaudeo, etiam dum in memoria reuoco. Quo igitur adhuc magis his conuersumur per te, moue calamum, & gratificare in hoc ut scribas. Omnino neque hoc nobis paruus est, etiam si maximum rapuerit nobis inuidia, ipsam uidelicet consuetudinem, meo more nostras res affligens.

Theologus Eudoxio, Epistola XCI.

Quomodo res corporis tui se habent? aut nimirum parum tibi curae est, quomodo habeant? De anima uero non quaram quomodo. Noui enim quod etiam ualde probe. Nam strenue in rebus corporis philosopharis, tanquam uirtutis experimento, non materiae inaequalitate, negotio suscepto: ut sit tibi malorum afflictio aliorum sanitate potior. Dans etiam hanc sufficientem philosophiae demonstrationem, ut talia & de talibus nobis praecipiamus, quae etiam alijs scribere audemus. At sub te iudice periclitari tutum non est, periculum tamen faciemus, ut ne tubenti contradicamus.

Theologus Gregorius Nysses episcopo, Epistola XCII.

Agrefers circuitum, & instabilis esse tibi ipsi uideris, uelut ligna quae per aquas feruntur. Nequaquam o admirande, ne sic sentias. Illorum enim inuolutaria est latitudo, tua uero secundum deum est circuitio. Et firma res est multis benefacere, etiam si non sis loco firmiter affixus. Nisi quis etiam solem accuset, quod radium spargens circumcurrit, & omnia uiuificat quae accedit. Aut stellas non errantes laudet, planetas uero uituperet, quorum etiam error concinnus est.

Theologus

Theologus Gregorio Nysseno, Epistola XCIII

Ne ualde ob res tristes mordearis. Si enim minus tristemur, minus tristes sunt. Nihil graue est: si refocillati haereticis, uere cōsili ex latebris proserpunt, quemadmodum ipse scribis: parum sibilabunt satis scio, deinde iustria sua rursus subibunt, et per ueritatem & per tempus expugnat: atq; hoc tantò magis, quantò magis deo totā rem cōmittimus.

Theologus Gregorio Nysseno, Epistola XCIII

Erga ea de quibus scribis sic affecti sumus. Neque contemni aegreferimus, & honorari gaudemus. Illo enim nos digni sumus, hoc uero nostrae est ambitionis. Ora pro nobis: breuitati ignosce. Omnino etiā pauca & breuiā sunt haec, silentio tamen sunt longiora.

Theologus Gregorio Nysseno, Epistola XCV

Et hoc restabat ærumnosae uitae meae, ut Basilij mortem audirē, & sanctae animae excessum, quo a nobis recessit, ut ad dominū proficiscatur, per omnem uitā hoc ipsum meditatus. At ego praeter alia, etiā hoc priuatus sum, (propterea quod etiā adhuc nunc corpus male ac ualde periculose affectum habeam) ut scilicet sanctum puluerem amplectar, & tibi ad sim circa ea quae par est te facere, occupato: & communes nostros amicos consolet. Nam ecclesiae uidere, solitudinem, cui talis gloria detonsa est, & talis corona decessa, neq; oculi sustinent, neq; aures admittunt, in his qui mentem habent. Tu autem uideris mihi, quum multi sint & amici & sermones ad cōsolationem parati, a nullo sic cōsolationem accipere, uelut a teipso & illius memoria. Qui & alijs omnibus philosophiae exemplum fuitis, & uelut quaedam spiritualis amussis, tum boni ordinis in rebus incunctis, tum tolerantiae in tristibus. Nam duo haec nouit philosophia, & prosperū rerum statum disponere moderate, & calamitatem honeste. Haec de nobis ad tuam praestantiam. Me uero haec scribentem quod tempus aut quae oratio consolabitur, praeter tuam consuetudinem ac conuersationem: quam pro omnibus beatus ille nobis reliquit, quo in te illius bonia uelut in speculo bono ac illustri cōtemplantes, etiā illum habere nos putemus.

Theologus Gregorio Nysseno, Epistola XCVI

Heu mihi, quia habitatio mea elongata est, & quod caput est malorum, in bello & seditione res nostrae sunt, & quam a sanctis patribus assumpsimus pacem, non seruauimus. Hanc quidem igitur noui quod ipse restitues, in potentia eius qui te & tua fertur. Contra nos porro admonet ut nemo mendacia constringat, neq; cōtra dominos episcopos, quod nobis inuitis, alium nobis episcopū declararunt. Non enim adeo ipsis abiecti sumus, neq; ita inimico aduersus nos animo praediti sunt. Sed multis precibus propter meam mortificationem, & simul onus timens ecclesiae neglectae, hanc ab ipsis petij gratiam, neq; legibus contraria, & nos refrigerantem, ut detur ecclesiae pastor, qui & tuis precibus datus est, dignus uestra pietate, quem etiā in manus tuas trado, reuerentis. Eius alium pientis, episcopum. In cuius etiam manibus, utinam hanc animam efflem. Si uero quis putat non oportere uiuō episcopo alium eligere, sciat haec nihil ualere cōtra nos. Omnibus enim manifestum est, quod non Nazianzo, uerum Sasinis praepositi sumus, etiam si ad breue tempus ob reuerentiam patris & eorum quid a nobis precibus contēderunt, uelut hospites praesidentiam suscepimus.

Theologus Gregorio Nysseno, Epistola XCVII

Habeo quid dextri in natura, iactabo etiam ipse unum quoddam ex uulgo: Aequaliter & mihi ipsi male consultant & amicis indignor. Quandoquidē igitur amici omnes inter se sunt & cognati, qui secundū deum uiuunt, & idem euangelij sequuntur, cut non audiunt ex nobis cum dicendi libertate, quae omnes subsuffurrant. Non laudat tuam ingloriam nominis claritatem, ut uestris uerbis dicam, & paulatim ad deteriora procedens furum, & pessimum dæmonē, uelut Euripides inquit, ambitionem. Quid enim fecisti o sapientissime, & cur teipsum cōdemnasti, quod sacros quidem & potabiles libros abiectisti, quos aliquando populo praeegebas: Num erubescis Christianus appellari, aut super fumum posuisti, uelut remones & ligones hyemis tempore solent: falsos autem & impotabiles in manus sumpisti, & rhetor potius q̄ Christianus uocari uoluisti: Nos autem hoc malumus quā illud, & omnis deo gratia. Num fuit aliquando tempus quādo & tu o optime hoc non amplius faciebas: At respisce sero saltem & ad teipsum reuertere, & purga te credentibus, purga te deo & altaribus, & mysterijs, a quibus te elongasti: & ne

& ne mihi uersuta haec & rhetorica uerba dixeris. Quid uerò rhetoricā tractans nō Christiane feci: neq; uerò eram credulus inter adolescentes diuersans: & fortassis deum testaris. Nequaquam o admirande. Igitur quantum par est, etiam si partem aliquam concesserimus, ubi uero manet quod per ea quae nūc facis alios percellis, ex natura ad malū promptiores existentes: & quod priores facis ad suspicandum ac dicendum: Sit mendacium, at quae est necessitas: Non enim sibi solum quis uiuit, sed etiam proximo. Neq; satis est persuadere seipsum, si non etiam alios. Aut etiam pugnis decertans tu in publico, aut etiam dum uapulas in collum, & feris in theatris, aut etiam dum pudenda luxantur aut refecantur, dixeris quod anima castus fueris: Non est casti luxatio, uanum est talia admittere. Si quidem igitur transmutatus fueris, at nunc gaudebo, inquit quidam ex Pithagoricis philosophis, ob sodalem qui degenerat lamētans: sin minus, ille quidem scripsit, mortuus es mihi. Ego uerò hoc adhuc non dico tua causa: nam quū amicus esset, hostis factus est, sed tamen amicum tragœdia appellat: tristabor autem, hoc enim dicere moderatius est, si neq; ipse quod decorum est uides, id quod primae partis laudatorum existit, neq; alij probe monenti obsecundas, id quod secundae est. Tantum sit admonitionis, & mihi ignosce propter amicitiam dolenti, & aequaliter tum pro te, tum pro uniuerso sacerdotali ordine inflammato, addam autē etiam pro omnibus Christianis. Si porro etiam comprecari aut pro te precari oportet, Deus auxilium sit tuae infirmitati, qui etiam mortuos uiuificat.

Theologus Gregorio principi, Epistola XCVIII

Non laudo Hesiodum, quò de eos qui eiusdem artis sunt, æmulos & aduersarios artium nominauit, quum ait:

Et figulus figulo inuidet, & faber illi

Qui faber est itidem.

Non enim inuidet magis quam accurrit & amplectitur uelut ego sentio, & uelut familiarē complectitur. Cantor autem cantorem tantò magis, quod sermo est cuius sunt studioli. Hoc autem etiam ipse erga praestantiam tuam perpeffus sum. Si enim ita corpore affectus essem, ut animae appetentiae & alacritati in seruire possem, non me quis praerertisset accurrendo & amplectendo & ascensum congratulando. Verum soli quidem nebula tenebras inducit: mihi uerò aegritudo, & inuida haec caricula ac carcer. Num itaq; suscipies meā epistolam pro aduentu: Reuera suscipies, quum & prudens sis & ignoscere dolens, quod satis scio, & non habeo quod comparem, quo intelligas quātum bonitati tuae confidam. Ecce etiam legationē adduco tibi, ualde nobis necessariam, & per amicitiam quam peto ea quae sunt amicorum. Nicobulum meum ex dextra mea tibi in manus tradonā cum fratribus, non daturum ius, sed accepturū: & uiduam intempestiuā horum matrem, & domū olim claram & illustrē, quandiu supererat magne ille existimationis apud nos Nicobulus. Nunc autē neq; lugere permissam, ex his quae iam comparuerunt malis, & quae timentur, nisi sanē coram te consisteret. Contingat igitur ut & ipsa per iustitiam tuam stet aduersus prauum dæmonem, & ut nos honores, & humanas res reuereris, & splendidum tibi ipsi principatum facias, per tuam in nos beneficentiam.

Theologus Ecebolio, Epistola CXIX

Exclamabo quid contra meipsum, et uenia sit dolenti, ut uerba dolentis loquatur. O caruncula praua & maligna, qualia mihi mala facis, qualia operaris. In propinquo est uir, quem etiam procul insequi maxime necessarium erat, tum principalis uirtutis gratia, tum reliquae mansuetudinis. Tu uerò prauē & fere immobiliter affecta es, & contemnis alios bono fruentes, & nos damnū perpetientes. Et accusatio quidem talis est. Quandoquidē uerò non sufficit deplorare solū quae patimur, sed opus est etiā medicamento ad plagam, hoc excogitamus ut confidamus epistolae huic, & per literas praesentiam adumbremus. Si uerò etiā benefacere nobis cupis turgidus bonitate ac dexteritate, adducimus confidentes domum miserabilem & humanitate dignam, uiduam cum pupillis adhuc calentibus in lachrymis, sororem meā dico & huius liberos, qui ex bono patre nati, (qui plura apud reges in armis non sine nominis claritate, sed etiā ualde splendide perpetravit, & qui uobis principibus inferuuit, si quem Nicobulum nominare audiuisti) perclitantur ne grauissima mala patiantur. Nam post amicorū deditionē, et iurisiurandi iuramentū illa, quae in examinatione susceperunt, nunc rursus calūnias pupillis struere molitur.

Nū Theolo

Theologus Olympio,

Epist. c

Rursus humanitatis est occasio, & rursus ego audax, literis concredens de tanto negotio exhortationem. Facit enim me audacem morbus, neque progredi permittens: non enim decorum exhibet ingressum. Quæ est igitur legatio: & hanc meam diem & actum nem humaniter, quæso, suscipe. Grauis quidem res est etiam uiri mors: quomodo enim non sit, eius qui hodie est, & cras non erit, neque ad nos reuertetur. Multo uero grauior res est ciuitatem mori, quam rex ædificauit, & tempus confirmauit, & consequentia longa conseruauit. De Diocæsarensum loquor ciuitate aliquando, nunc autem non ciuitate, nisi tu annueris mansuete. Hanc ante te procidere per nos puta, & uocem habeat, & habitu lûgabri amicta sit, & comam detonsam habeat uelut in scenico actu, & hæc ad te uerba faciat. Da mihi manum humi prostrata, auxiliare infirmæ, ne unâ cum tempore insidias strue, neque Persarum reliquias euertere. Vrbes extruere tibi magis decorum est, quam languidas subuertere. Fias ciuis aut addendo quid presentibus, aut conseruando eam quæ est, ne partem ut usque ad tuum principatum sit ciuitas, & post te non sit amplius. Ne des malam posteritati historiam, ut dicaris accepisse inter urbes numeratam, & reliquisse locum inhabitatum, ita ut quæ olim fuerat ciuitas, ex motibus & precipitijs & syluis solis ac ruinis cognoscatur. Hæc quidem faciat ac dicat apud humanitatem tuam conficta ciuitas. Non stram uero ueluti amicorum adhortationem suscipe. Castigare quidem uelis eos qui deliquerunt, & in præceptum potestatis tuæ peccauerunt: pro hoc enim nihil audemus, etiâ si non ex communi consilio audaciam processisse aiunt, sed esse adolescentulorum quorumdam temerarium motum: maiorem uero iræ partem remittere, & maiori rationatione uti: pro matre mortificata indoluerunt, non tulerunt uocari ciues, & sine ciuitate esse, infanuerunt: contra leges egerunt: de salute sua desperauerunt: amentes ipsos affectio præter opinionem allapsa fecit. Num igitur propter hoc ciuitatem non esse ciuitatem oportet? Nequaquam, o admirande, ne hoc in literas referas. Sed honora quidem omnes ciues & ciuitatis ius habentes, & suppliciter rogantes. Omnes enim æqualiter calamitatem attingere puta, etiam si ob potestatis tuæ magnitudinem quiescunt, uelut in profundo ingemiscientes. Honora autem etiam nostram caniciem, quibus horrendum est si quum aliquando magnam urbem habuissimus, nunc neque ciuitatem habeamus, & ferarum bestiarum domicilium post tuum principatum fiat, tum templum quod deo extruximus, tum nostrum circa hoc pietatis studium. Neque enim si statua destruentur, hoc graue est, etiam si alia graue sit, neque de his putes nobis esse sermonem, qui potiorum rerum studio tenemur. Sed si unâ cum his destruetur urbs antiqua, & quæ splendidum quid protulit, nobis uiuentibus ac uidentibus, qui apud te in honore sumus & aliquid potestatis habere putamur. Verum de his hæcenus. Neque enim si plura dixerimus, fortius quicquam tuis rationationibus inueniemus, per quas tanta gens gubernatur, atque utinam amplior & maior, & in pluribus principatibus gubernetur. Illud uero necessarium est nosse tuam prudentiam de his qui te offenderunt. Quod omnino sunt miseri, abiecti, & qui nullam tumultuandi societatem cum his qui peccarunt habuerunt, uelut multi ex his qui tunc presentes fuerunt nobis persuadent. Ad hæc consule ac delibera quod conferre censes, & ad gloriam hinc processuram, & ad spem illuc oborituram. Nos autem ad stare feremus, non quidem sine dolore, feremus tamen: quid enim etiam aliud fecerimus? Si uero peiora uiderint, unum hoc grauius feremus, & ob eam quæ prius urbs fuit lachrymas profundemus.

Theologus Olympio,

Epist. c i

Nobis princeps tu etiâ post principatum. Aliter enim quam plerique res ipsas iudicamus. Quod omnem principalem uirtutem in teipso comprehensam habes. Multi enim ex altis thronis, apud me deiectioni sunt, quos subditorum manus humiles ac seruos facit. Multi uero alti & sublimes, etiam si inferius consistant, quos uirtus subleuat & maioribus principatibus dignos facit. At quid horum mihi prodest? Non amplius nobiscum est magnus ille Olympius, neque nostra fert gubernacula, perimus, proditi sumus, rursus facti sumus altera Cappadocia, prima a te facti. Et aliorum quidem statum quid etiam dicere opus est? At quis senem tuum enutriet Gregorium? & huic debilitati honoribus meretur: & honoratior ducet eum qui multis humanitatem de te propinauit? Nunc quidem igitur utinam a beatis uestra uita, ductu & pompa meliore, multis quidem lachrymis nobis

bis relictis, multas uero diuitias a nobis auferentes, & quales non multi principes abstulerunt, nominis claritatem, & quod omnium animis columnis non facile mobilibus inscripti estis. Si uero nobis rursus uos perfectos ac principes esse contigerit, cum maiore ac splendidiore principatu (hoc enim desiderium nobis præfagit) perfectiora omnino deo munera offeremus.

Theologus Procopio.

Epist. c ii

Sic quidem affectus sum, si uerum scribere oportet, ut omnem episcoporum conuentum fugiam, propterea quod nullius concilij finem bonum uiderim, & quod non magis malorum accessionem quam solutionem haberet. Nam contentiones & ambitiones (absit ut me fastuosum ex eo quod hæc scribo suspiceris) rationem ac doctrinam superant: & citius quis accusetur ob id quod alienam maliciam iudicet, quam illorum soluerit. Quapropter animo in meipsum contracto sum, & unicam uoti mei securitatem, quietem esse duco. Nunc uero etiam infirmitatem habeo me ab accusatione defendentem, cum ferme semper extremum spiritum ducam, & ad nullam rem meipso uti possim. Quapropter ignoscat mihi prudentia tua, persuadeturque per te pietissimus rex, ut ne negligentiam nostram condonet, sed infirmitati ignoscat, propter quam nouit se etiam nobis precatibus, pro reliqua beneficentia secessum concessisse.

Theologus Anylio.

Epist. c iii

Quomodo habeant res nostræ interrogas? Cum historia quadam respondemus. Legatos miserunt Athenienses ad Lacedæmonios, quum tyrannide opprimerentur. Legatio autem erat, ut humanum quid ipsis illinc contingeret. Postquam uero reuersi sunt ex legatione, & interrogasset quidam, quomodo uos tractauerunt Lacedæmonij: ut seruos quidem dixerunt, ualde benigne, uerum ut liberos, ualde contumeliose. Hoc itaque etiam ipse habeo quod scribam: agimus enim humanius aliquanto quam desperati, uerum onerosius quam hi qui deo cure sunt. Nam & morbus adhuc affligit, & amici uexantes non cessant quantum possunt lædere. At precare deum ut nobis propitius sit, & ex duobus alterum, aut mala penitus effugiemus, aut tolerabimus. Est autem & hoc leuis calamitatis imminutio.

Theologus Anylio.

Epist. c iii i

Sentio crimina quæ obijcis etiam si taces. Nuptias celebrabamus fortassis dicis, atque shas aureæ Olympiadis tuæ: & aderat episcoporum cœtus: tu uero generosus ille a nobis aberas, aut dedignatus, aut torpidus. Neutrum o admirande, sed non decebat opinor agentem tragice, conuictus celebrare comice. Et simul penitus intempestiuum erat & non nuptiale: duos podagricos circumferri & inter medios saltantes derideri: quo etiam aliquid nuptialiter erga te ludamus. Nam uoluntate certe, & simul adsum, & unâ festiuitatem celebros, & iuuenum dextras inter se committo, & utrasque in dei manum trado. Decet enim uelut omne aliud bonum, sic etiam coniugium, per omne optimum fieri, & secundum communia nostra uota ac preces.

Theologus Anylio.

Cap. c v

Ecce tibi etiam secundus gener, & dulce onus aufert, probe faciens Segnes autem nos sumus, uelut ipse dixeris, uerum ut res ipsa reuera habet, debiles non segnes. Verum tamen recte habent nobis res ex deo. Nam tumultus alijs concessimus, philosophia uero nos ipsi fruemur, ubi a deo correptus fueris, & totaliter in supernis hæseris, nullo uinculo detentus. Sed & nunc preces ad nuptias conferimus, si muneris loco offerre oportet id quod optimum habemus.

Theologus Amphilochio.

Epist. c vi

Panes quidem non petiuimus a te: nam neque aquam ab his qui testacea ac petrosam regionem habitant. Olera uero si petiuimus a uiro Ozizalensi, quorum apud uos magna ubertas, apud nos uero summa raritas est, nihil mihi neque quicquam a consuetudine alienum. Dignare igitur olera nobis mittere plura & optima, aut quantum eius fieri potest. Nam & parua pauperibus magna sunt. Etenim magnum Basilium hospitio excipiemus, quem neutiquam uelis quemadmodum expertus es saturum philosophantem, sic experiri esurientem ac indignantem.

Theologus Amphilochio.

Epist. c vi i

Quam parce ueniunt nobis olera a uobis. Et quid enim aliud quam atriplex: et quidem cum totæ diuitiæ uobis sint horti & fluij & nemora & horti arboribus consiti, & olera producit uobis regio, uelut alijs aurum, & pratensis folia depascimini. Frumentum autem uobis, fabulosa illa beata regio est: & panis, qui sanè dicitur panis angelorum, adeo nec auelli a uobis nec psuadere potest. Aut igitur illa nobis uberius contribuite, aut aliud quidem nihil minabimur, frumentum uero continebimus, & cognoscemus an reuera solo rore alantur cicada.

Nn 2

Theologus Bosporio Coloniae episcopo. Epist. CVIII

Arbitrabar equidem pro prioribus debere mihi à uobis responsum, ita ineptus quispiam sum & uanus. Quandoquidē uero non desinitis nobis insultare, sed semper amplius contenditis, & contumelias super contumelias excogitatis, haud scio ob quam causam, aut nos odio persequentes, aut alijs ignominiam nostram exhibentes: haec quidem deo & cognoscere & iudicare dimittimus, quem nihil penitus rerum laetet, quod diuina scriptura testatur (etiam si enim ueritatis faciem, decoris apud uulgi gratia turbemus, fatemur tamen quod ob uestri reuerentiam uicti sumus) & ecclesiae si deus dederit, quantum eius per nos fieri poterit, curam gerere non pigri erimus: quandoquidē hoc contēditis, & maxime tempore urgete, propter eum qui timetur aduersariorum incursum, uelut ipse scribis. At humile hoc corpus offerimus deo, quādiu durauerit & uires habuerimus, ut neque nos onus habeamus, dum à uobis condēnamur, & totus clerus contra nos uociferatur, & omnigenis lamētationibus nos premit, & dum ecclesiam negligi uidemus, & multos à uulgo obiurgamus, uelut res ecclesiae negligentes: neque uos diutius occupati sitis, nobis insultando & contumelijs nos impetēdo. Atque hoc faciemus propter uestras preces, si ipse piger es ad ecclesiae gubernationē suscipiendam, uelut & ipse scribis, & res ac negocia nobis persuadent. Melius est enim illis immortali citius quam his, quādoquidem omnino miserum esse oportet, deo ita res nostras disponente.

Theologus Bosporio. Epist. CX

Is iam à uobis in hoc supplantatus sum ac deceptus, nosti quod dico. Et si quidem iuste, olfaciat dominus grati odoris uestri odorem. Si uero iniuste, ignoscat dominus. Sic enim me de uobis dicere consentaneum est, nam ferre etiam iniuriam nobis praecipuum est. Verū tamen sicut uos domini estis uestrae mentis, sic ego mea. Non amplius grauis erit uobis Gregorius ille grauis. Secedam ad deum solum purum & sine dolo, in meipsum contrahar. Haec me ipsum commonefecit. Nam bis ad eundem lapidem offendere, solis stultis proverbium ipsum attribuit.

Theologus Caesario proprio fratri. Epist. CX

Neque timores laetis inuitiles sunt, uerum uelut ego sentio, etiam ualde boni & salutares. Nam etiam si ipsos fieri deprecamur, tamē dum fiunt erudimur. Vexata enim anima propinqua est deo, inquit alicubi mirabilia dicens Petrus ipse: & omnis qui periculum euasit, maiorem coniunctionem habet ad eum qui ipsum seruauit. Ne igitur propter ea quod mali participes facti sumus indignemur, sed quod euasimus, gratias agamus: neque alij uideamur deo, iuxta tempus periculorum, & alij post pericula, sed ita statuamus ut siue peregrinemur siue in proprijs uersemur, siue communia agamus (oportet enim sic dicere, & nihil relinquere) seruatores sequamur, & illius partium simus, parua paruorum & humi repentium curantes: & ut demus aliquam historiam posteritati, magnam quidem ad nostram gloriam, uerum non minus magnam ad animam utilitatem. Idem autem etiam documentum plerisque utilissimum est, quod melius est periculum securitate, & calamitas prosperitate potior: si quidem ante timores eramus mundi, post timorem uero dei facti sumus. Fortassis autem uidemur tibi fastuosi, quod tibi saepe de hisdem scribimus, quasi non admonitionē sed ostentationē sermones putemus, quapropter de his quidē satis. Scias porro nos promptos esse & optare, maxime quidē ut ad te perueniamus, & saluti tuae congratulemur, & de his perfectius colloquamur. Sin minus, at ut te hic quae celerrime excipiamus, quo gratiarum actiones simul cocelebremus.

Theologus Caesario fratri. Epist. CXI

Multum propter te erubimus. Nam quod tristitia affecti sumus quid opus est scribere, ad eum qui maxime omnium credit: Vt enim ne nostra dicamus, neque quanta tristitia, permittit uero etiam dicere timore, repleuit nos de te fama: uelim si quomodo id fieri possit, te adesse sermonibus aliorum, familiarium aequaliter ac peregrinorum, & utcumque nobis notorum, saltem Christianorum, quos de te & nobis dicunt, non hi quidē, alij uero non, sed omnes consequenter aequaliter. Nam & promptius in alienis homines philosophantur. Velut alia quaedam declamatio facta sunt ipsis haec uerba. Nunc quidē filium episcopi bellum gerere, nunc uero appetere externum potentatum ac gloriam, nunc uero uictum esse à pecunijs, quando communis pecuniarum ignis accensus est, & cursum pro anima homines currunt. At non unam ducere & gloriam & securitatem & opulentiam, generose quiescere

ad

ad temporis occasionem, & se quae longissime abdicare ab omni scelere & inquinamento. Quod uero alium comonefecerint episcopi, ut ne per occasionem distrahatur, neque idolis amisceatur: Quod autem alios in alijs delinquentes increpauerint, quum ipse à lae dicendi libertatem non habeat: Haec quum quotidie nos audiamus, & his adhuc plura ac grauiora, quum partim fortassis propter amicitiam dicant, partim autem propter inimicitiam insidietur: quod affici putas, & quales animas habere, homines qui propostum seruare Deo, & ad futuras spes respicere, solum bonum iudicamus. Itaque dominum patrem nostrum ualde aegreferentem ea quae facta sunt & uita ipsi non correspondent, quomodo cum ipse consolator & placo, pro mente tua fide iubens & persuadens ipsum, quod non sustinebis adhuc amplius nos tristitia afficere. At uero dominam matrem si audierit quod de rebus tuis, hucusque enim multa industria cœlauimus, putes affectionem penitus non admittentem consolationem habituram esse, ut quae & foemina sit pusillanimitis, & alia propter nimium metum, circa haec modum habere non possit. Si quidem igitur aliqua & tu ipsius & nostri rationem habes, consule ac statue quid melius ac tutius. Omnino enim etiam ea quae hic sunt, ad liberalem uitam degendam sufficiunt, ei qui non nimium inexplibilis sit, neque modum cupiditatis plurimum excedat. Sed & ut tu conditionem ac statum assequaris non uideo quam occasione expectabimus, praesenti omissa. Si uero in eodem consilio perseueras, & omnia tibi parua sunt ad propria appetentiam, aliquid quidem nihil graue dicere uolo, tantum uero praedico atque protestor, quod ex duobus alterum necessarium est, aut ut genuinus manens Christianus, ignominiosissimo hic loco positus sis, & tum teipsum spe indigne agas: Aut ut honorem cupiens, principatorum damnum patiaris, sumi sane participes fens, etiam non ignis.

Theologus Sophronio primati. Epist. CXII

Vides quales sint res nostrae, & quod circulus quispiam humanarum rerum circumcurrit, nunc his, nunc illis floribus ac desolentibus: & neque felicitate nobis consistente neque infortunio, sed celerrime traesente ac dilabente, ut auris magis credere possis, & literis in aqua scriptis, quam hominum felicitati. Qua gratia mihi quidem uidetur, ut instabilitatem & inaequalitatem in his contēplantes, aliquanto amplius ad deum accurramus, & ad id quod futurum est: & aliquam nostrum ipsorum curam geramus, partem de umbris ac somnijs solliciti. At unde nobis hic sermo? non enim temere haec comentor, neque inaniter iacto. Erat aliquando non inter obscuros etiam tuus Caesarius. Si uero non ut frater fallor, etiam inter ualde illustres, notus quidem ob eruditionem, dexteritate uero multos excedens, splendidus autem amicorum copia. Quorum primus te & tuam nobilitatem ipsi esse, tum ipse sentiebat, tum nobis persuadebat. Atque haec quidem antiqua sunt, & plura per te ipsum appones colens ipsum epitaphia, pro eo quod ex natura omnes habemus homines, amplius quid digressio tribuetes. Caeterum nunc (& quod mihi absque lachrymis pertransieris sermonem, aut bene & utiliter lachrymas effuderis) hic quidem iacet mortuus, sine amicis, desolatus, miserabilis, modica in yrrha dignus factus, si sane etiam hoc ipsi contigit, & exiguis integumentis postremis illis: & certe multum hoc arbitror quod etiam haec ex misericordia adeptus est. Irruerunt autem inimici uelut audio, & alius aliunde bona illius per multam licentiam, partim diripiunt, partim diripere parant: o indolentiam, o crudelitatem: & nemo est qui prohibeat. Sed qui humanissimus est hoc largitur solum, reuocat leges. Et si compedio dicere oportet, drama & scenicus actus facti sumus, qui aliquando felices putati fuimus. Haec non tolerabilia uideantur tibi, sed & condole, & simul indignare, & mortuo Caesario beneficium exhibe, per amicitiam ipsius, per ea quae tibi charissima sunt, & per spes quas tibi ipsi dexteras facias, fidelis & genuinus erga mortuum conspectus, quo etiam uiuentibus hoc largiaris, & ipsos bene sperantes facias. Putas propter pecunias nos dolere? Turpitudine nobis intolerabilior est, si solus ex omnibus Caesarius amicos non habuisse uideatur, qui sane etiam multos habere putatus est. Legatio quidem igitur talis est, & a talibus, quādoquidē & nostrae res fortassis apud te non sunt neglectae. In quibus uero auxiliaberis, & per quos & quod, tum ipsa negocia suggerent, tum prudentia tua considerabit.

Theologus Sophronio primati. Epist. CXIII

Exhibet quid commoditatis nobis secessus, o cum ipsum ac quietem. Sed nondum tantum exquantum in commoditatis ac detrimenti, quod à uestra amicitia ac consuetudine, tanta uel delictet re separati sumus: alij tua praesentia fruuntur. Nobis uero illud magnū est, atque utinam illud haberemus, umbram nimirum conuersationis in literis. Num rursus te uidebimus: num te amplectemur nostra claritas: & hoc uitae nostrae reliquijs dabitur? Si quidem hoc da-

clum fuerit, omnis deo gratia. Sin minus, mortui sumus maxima parte. Tu uero memor sis tui Gregorij, & res nostras recente.

Theologus Sophronio primati.

Epist. c xiiii

Philosophamur in quiete, hanc iniuriā hi qui nos odio habent nobis fecerūt: atq; ut nā etiā aliud quid tale, quo magis ipsos benefactores cognosceremus. Multa enim benefacere possunt etiā qui iniuriā faciūt. Nostra itaq; talia, & si nō alios persuademus, ipsum tamē te pro omnibus scire uolumus, cui rerū nostrarū rationē libetē exhibemus; magis autē intelligere credimus & ignorātes persuadere. Adhortor porro uos ut omne studiū adhibeatis nūc saltē, si prius nunq; quo cōcordes sitis, & omnes orbis terrarū scitas male disparatas in unū cōgregetis; & praesertim si deprehēderitis ipsos nō propter fidei doctrinā, sed ob proprias pusillanimitates dissidere, id quod ego obseruaui. Hoc & uobis mercede dignū fuerit si possitis, & nobis secessus minus molestus erit, si uisi fuerimus nō inaniter ipsum arripuisse, sed uolētes nos ipsos in pelagus praecipitalle, uelut lo-nas ille, quo fluctus sedetur, & seruētur secure nauigātes. Si uero nihilominus tēpitate iactantur, quod sanē in nobis fuit fecimus.

Theologus Eustochio sophista.

Epist. c xv

Impetis ah nimis nos & cōtingis Vlysses, stagirismū exprobrās, & accuratissime cōtra nos declamās: & tuam dicendī libertatē in his quae scribis laudo. Melius est enim eloqui id quod molestū est, q̄ quiescere, ut interrogēt ignorātes. Habeo tamē quid quod accusem. Quo uero legē iudiciariā seruē, defendā me prius, deinde accusabo: & utriq; pari beneuolētia faciā. Bonū Stagirium accessit meus Nicobulus, non sanē ex mea sententia, ne hoc suspiceris: non a deo oblitus sum ego Athenarū, aut tuae amicitiae ac sodalitatē. Sed profectus est a seipso, & patre sic uolente, a me uero literas accepit. Quid in hoc ab amicitia aut humanitate alienū? Quandoquidē uero defensionē habes, accipe & accusationē. Non laudo tuos puerorū plastas telchinesq; ac deceptores, quibus male impetis artis aduersariū, quandoquidē mos obtinuit ut qui eiusdē artis sunt, aduersarij artis appellētur. Vsq; quo enim haec? & ubi a sophistica calūnia desistemus? donec quid rerū humanarū durauerit ac extiterit, donec mors ipsa maliciā diremerit. Hęc enim si quis iuuenis sit, & ab ambitione superetur, & quāstū curet, & tunc quoq; moderate id faciat, ueniam aliquā habuerint. Paululū enim quid Demosthenis fabo tua causa. In hac autē aetate, & hoc rerū statu, & praconū aedere, & per praconē praedicari, penitus inrepestiuū est & contētiōsum: nō solū quod indecorū est & omnino iliberale, sed etiā quod multa est rei leuitas.

Quale loquutus eris, tibi uerbum tale refundet, uelut fluxione reuertēte. Rursus enim Homero utar. Scalpenē autē refricare penitus ab inuidia liberū est. Quae est igitur sapiētia, quā liceat uirtute primas ferre, uinci malicia, aut etiā uincere, quod multo peius est? At ego etiā hoc in iudicibus reprehēdo: dicā em ueritatē, quod quae iudicio puniūt, ea dum audiūt laudāt, neq; hoc solū, sed & multos habent collaudatores, & maliciā accēdētes, & studijs eo usq; diuisos, ut de industria partim hoc faciāt: quū oportebat si quidē fide careāt, non laudari. Si uero fidē faciāt, publice iudicari. Aut sic, si quidē falsa essent, accusatores redargui. Si autē uera, eos qui accusantur, & cōtra quos est actio, & non sic in maxima re, ipsa illustrū hominū opinione, adeo facile ludere. Si quid igitur mihi creditis, ad utrosq; enim uerba facio, eiusmodi actiones ac uituperia ualere sinite, si nō aliud quid, canicē reuerētes, aut etiā in turpissimis delassati. Ipsi uero cōsultate, ut ueterē admonitionē honoretis, quae dum uita suppetit uirtutē exercere iubet: & nō struitis quidē insidias uobis ipsis, uerū struitis insidias iuuenū spei, qui sanē penitus grauissima mala pertulerint, si dum eloquentiae student maliciā didicerint, & hanc non sine mercede, tanquā non uirtutis, sed huius uos praecptores habeant. Porro si onerosus tibi esse uideor quod haec scribo, ulciscere me paribus, etiam ipse aliquid utile admonendo, ut aut obedientem laudes, aut reluctantem accuses.

Theologus Eustochio sophista.

Epist. c xvi

Qualem rem ignorauī, quā rudem ualde ac imperitū uirum sophistam admonul. O dementiā, & neq; a uulgarī prouerbio eruditus sum, Caluus quum sis, arietē ad uerta fronte ne impetas. Neq; uespārū examen cōtra me ipsum, linguā uidelicet ad male dicendū prompuorem. Huic quidem igitur non ualde indignor, cum multis enim uelut audio

audio, ei addictus fuit: si uero uiuos aestimes, etiā ante multos. Illud autē magis aegre fero, quod fides mihi non est habita, quod hoc amanter & ex amicitia fecerim. Verūtamē opto ut sanus sis & corpore & anima, & ut linguam continens, si id fieri potest. At nunc nostris rebus contenti erimus.

Theologus Eudoxio rhetori.

Epist. c xvii

Lex erat Athenis uetus, & ut ego sentio etiā optima. Postq; ad pubertatem peruenissent iuuenes, ut ad artes adducerentur. Adducebantur autem hoc modo. Proponebantur publice singularū artium instrumenta, & ad haec adducebantur iuuenes. Quo uero instrumento unusquisq; delectabatur, & ad quid accurrebat, huius etiam artem docebatur, tanquam id quod secundū naturam esset, successum haberet, quod uero contra naturam, aberraret. Quid uult mihi haec narratio? Et te sentio oportere, quum ad philosophiam aptus sis, hanc non negligere, neq; ad aliud quicquam eorum quae natura tua cognata non sunt magis assuescere, q̄ hanc amplecti ad quam inclinationē habes. Non solum quod optima est, sed etiam quod naturae tuae magis apta. Fluminis autem fluxum nō cogi, etiam prouerbiū docet, & equestrem artem doctus ne uelis canere poetica: ne quid contingat ut & ab equestri arte, & a cantu aberres. At quae est aptitudo? Quantum equidem mihi uisum est, primū quidem mores sunt, tranquilli illi & arte carentes, & ad uitae huius uersutias inepti: Deinde animae generositas & altitudo, & ad speculandum promptitudo. Tertium morbus & corporis debilitas. Nam & haec non parum ad philosophiam cōferre Platoni uidetur. Sed & in hac aetate es, ut iam affectus declines, & paupertate non magis onerari q̄ ornari mihi uideris, & nosse te puto, non esse rhetorū erubescere. Sed neq; uox scelesti tibi est, neq; malus es, neq; forensis rabula existis; neq; quicquam tale habes, qualibus forensium Democritū ad plebis tribunatū adductum Aristophanes effingit. Sed quum rhetor appelleris, quauis re potius q̄ moribus inter rhetores censeris. Ne itaq; uelis dimittere tantum philosophiae quantum iam praecupasti: neq; secundum locum teneas inter secundos, magis quam primum inter maximos. Si uero etiam primum locum inter hos dederimus, ne sustineas ut praestantissimus sis inter graeculos, quum aquila esse possis. Vsq; quo inflamur ob parua & humi repentia, & ludimus inter adolēcentes, & figmentis ac plausibus attollimur? Transeamus hinc, siamus uiri, abijciamus somnia, praetereamus umbras, alijs relinquamus uitae uoluptates, & plus molestias: alijs negotia exhibeat, illudatq; ac mutationes inducat inuidia, & tempus & fortuna, & humanarum rerum instabilitas ac inaequalitas. Valeant throni, potentatus, diuitiae, splendores, elationes, casus: uilis illa & conspuenda gloriola, ob quam si quis se effert, magis ignominiosus sit, q̄ si per magnae huius scenae ludibria ac spectacula derideatur. Nos uerbi doctrinā amplectemur, & deum pro omnibus habere eligamus, qui solus durabile & nostrum bonum existit: ut nobis etiam hic claros esse contingat, dum adhuc parui sumus, & hoc quaerimus: aut omnino illic uirtutis praemium ipsum deum fieri, & purissima luce illuminari, quam in triplici unitate speculamur, cuius splendores nunc moderate habemus. Ad haec adis, procede, pennā aeternae uitae animo prehende, nusquam a spe interquiesce, donec ad summū bonū ac beatitudinē perueneris, & nos collaudabis satis scio, nunc quidē modice, paulo post uero luculentius, ubi te ipsum uideris in his quae pollicemur constitutū, & non inanē beatā, haec ipse repereris, neq; mentis figmenta, sed rerum ueritatem.

Theologus Eudoxio rhetori.

Epist. c xviii

Euge quod philosopharis in afflictionibus, & sis multis exemplum tolerantiae in rebus aduersis. Et quemadmodū ad omne optimū usus es corpore quādo sanus eras: sic etiam nunc hoc bene uteris, quando infirmus es, & non ociose ocularis. Philosopharis enim, & quod Diogenem aliquādo febricitantē & tolerantē dixisse aiunt, hoc etiam ipse exhibes hominū oculis: animae & corporis luctam. Hoc decebat meum Philagriū, nō mollescere neq; flecti ad afflictiones, sed cōtēnere lutū, & sincere corpus pati quae ipsius sunt, omnino aut nūc, aut postea lege naturae dissoluendū: peribit enim aut morbo aegrotans, aut tēpore: ipsum uero altā animā habere, & cogitationibus apud deū positū esse: & illud nosse, quod absurdū est nos extra quidē pericula philosophari, in necessitatibus uero a philosophia alienos apparere, & mētiri pfectionē. Omnia nimirū mēte recēlūisti, quae nostra, quae aliena, uelut uir in utrisq; eruditus & aliorū doctor, & ex omnib; collegisti tibi hīpsi humanitatis medicamentū. Quo uero etiā ego simul philosopher parū, si hoc iubes:

Nn 4 non

Non laudo Aristotelis sordes, qui felicitatē nobis definiens, aliquatenus recte processit, animæ actionē secundū uirtutē hanc esse pronūcians, & addens, in uita perfecta, & hoc ualde clare, propter naturæ nostræ fragilitatē & mutabilitatis facilitatē. Illud uero non amplius magnifice, sed etiā ualde humiliter ac sordide, quod etiā externas facultates addit. Velut si quis pauper existat, aut morbosus, aut degenet, aut exul, per hoc felicitas ipsi impeditur. Laudo autē Stoicorū grauitatē ac animi magnitudinē, qui nullū impedimentum esse aiunt res externas ad felicitatē. Sed esse uirtuosum beatū, etiā si Phalaridis taurus ardentē habeat. Et propterea admiror hos qui pro honesto apud nos pericula subiungunt, aut calamitatem uiriliter pertulerunt. Admiror etiam externos his cōsumiles: uelut Anaxarchum illum, Epictetum, Socratem, ut ne multos recēseam; ex quorum numero ille, quum manus ipsius in pila uiderentur, ita iubente tyranno, tortores Anaxarchi, capsum detundere ac decorticare iussit. Quid per hoc indicās, flagitiosam nostram curam, tanquā Anaxarchus quidē, non autē philosophi, anima tunderetur. Quæ duo nobis externus & internus homo nominantur. Alter autē quum crus ipsi tenderetur a obratorqueretur, uelut in alieno corpore philosophabatur, & citius crus cōfringi, quā uim sentire uisus est. Socrates autē morte ab Atheniensibus condēnatus, & carcerē uelut nostri in habitas, interim uelut super alio carcerē corpore ipso ad discipulos disputabat, & quum absolui licuisset auersus est. Post quē uero allata esset cicuta, ualde libenter suscepit, tanquā non ob mortē suscipiens, sed amicū poculū propinans. Apposuissem his etiam nostrum Iob, nisi scire te nō procul ab illius afflictionibus abesse, & esse ac fore cū deo. Hæc mihi uideris incinere tibi ipsi, o diuinū ac sacrū caput, atque sic tibi ipsi mederi, & tum ipse melius habere, tum nos tuos laudatores ac amatores exhilarare, dum neque a morbo flecteris, neque quod diuinus Dauid ait, a pace peccatorū & successu ipsorū in hac uita impedis, sed & purgaris, si fas est hoc de te dicere, & in firmitatem uirtutis materiam facis.

Theologus Eudoxio rhetori.

Epist. c x i x

Quod mutuo inter nos cōuerfari non possumus, eadem utriusque causa est: nam & corpus tibi affectū est, uelut affectū est, ut ne quid amplius dicā: & me scias ualde male habere: non enim aliās cunctatus fuisset præ omnibus ex peregrinatione reuersus, id quod probe nosti, ad te accurrere, & te amplecti, & te consiliario uti in rebus propositis, uirō & amico & prudenti & eximia pietatē prædito. Quod itaque reliquū erat, per literas nos mutuo conuerfari: hoc fecisti quidē ipse, probe in hoc faciens, facimus autē etiā nos. Non parua nobis sunt, neque exigui momenti ea de quibus scribis. Vnde neque ipsi oscitant, neque negligētē cōsideratione de his habita, sed ualde diligētē, ad hanc responsionē deuenimus. Fatigati sumus certādo aduersus inuidiā, & sacros episcopos, cōmunē cordiā dissoluētes, & propriarū contentionū accessione, fidei causam facientes. Quapropter statuimus puppim pulsare, quod aiunt, & in nos ipsos cōtrahit: quæ admodū de nauitilo pisce dicit, ubi tēpestatē per ceperit: & alios quidē procul uidere dum impetūtur ac impetūt. Ipsi uero ad ea quæ isthic sunt trāsformari. Si uero ecclesiā derelinquere periculosum est uelut scribis: qualē si quidē nostrā, etiā ego sentio, & recte dicitis. Si uero nihil ad nos attinentē, & nobis non cōmissam, innoxij sumus. At quia per tēpus aliquod curam habuimus, hoc ipso tenemur. At multi quoque alij teneantur utique, qui externorū curam habuerunt. Et fortassis occupationibus quidē uexari, mercede dignū est, renūciare uero, nullo in crimine hæret. Nihil igitur timueris propter nos huius rei gratia, uerū illud potius, ne quid lædamur.

Theologus Eudoxio.

Epist. c x x

Memor sum nostræ cōsuetudinīs, quam inter nos habuimus nuper in Mataza meis, cuius etiam nunc meminisse horreo. Ego quidē exponebam tibi septuagesimū secundum Psalmum. Tu enim iubebas, neque erat quod contradicerē. In quo Dauid exclamat ac tristatur propter eos qui male diuitijs abundant. Deinde cogitationes mittens ad ea quæ isthic sunt iudicia, & ad repositam pro cuiusque uita retributionem, sic a turbatione cessat, & molestiam curat. Et quantum possibile erat trahebam expositionem ad afflictionem, tum ex nostris, tum ex externis hæc commentans, uelut qui ad uirum eruditum ac tantum uerba facerem, & simul spiritu ita ferente, & dolore stimulante. Nihil enim dolore ad inuentionem efficacius est. Currebat quodammodo sermo ipse;

tu uero

tu uero inter medium sermonē exurgens, uelut stimulo incitatus, & manibus ad cœlum extēns. & ad oriētes respiciens, uidere enim poteras, Gratias ago tibi pater, clamabas, o hominū tuorum creator, quod inuitis nobis bene facis, & externo internū hominem purgas, & per cōtraria nos ad beatum finem perducis, atque hoc rationibus quas ipse nosti. Et quid nam dixerim omnia, quæ & ante nos, & unā nobiscū philosophabaris, uelut morbo gaudens: & habebas discipulū, ipsum doctorem. At cur horum mētionem fecit? Illud uidelicet ad omnes per te clamans ac prædicans. Quod deplorandi magis sunt nobis mali propter internum morbum, quā nos illis propter externum, si ita habere contingat. Et quod melior est morbus philosophus, quā effrenis felicitas.

Theologus Eudoxio.

Epist. c x x i

Reprehendunt te aliqui, hoc enim sentio, uelut elegantia studiosum in tua sola possessione, & operosum in tali corporis statu. Et nihil miri est: nam facilius est in alienis quā proprijs philosophari. Ego uero si quidem uidissem te præter modum hoc facere, aut uertim aut uiolenter industria ac diligentia adductum, reprehendissem sane, dicam enim ueritatem, nihil amicitiam aut eruditionem reueritus. Si uero operosus quidem es, non autem extra modū, opus est autem his ipsis in quibus operosus es: ad est autē & afflictio ac morbus occupans te curis, & persuadens quod super corpus excedentia tibi corporis mala sunt: non possum non accusatores istos reprehendere, & te a culpa liberare. Et ad hoc mihi ipsi persuadeo, quod neque estimare quis res ipsas melius possit, eo quo etiam omnes ad suas res preceptore utuntur ac monitore, priuatim pariter ac publice: neque anima magis philosophice curam gerere. Si uero etiam corpori sanitatem conseruare aut reducere, solius medicina est: quis adeo audax est & ineruditus, ut tibi de his legem ferat: itaque uulguis ualere sine, & esse graculos aquilarū uolatum experientes. Ipse uero te ipso utere consulatore, & deo, tum in morbo tum in his quæ circa ipsum sunt, & a decoro non aberrabis.

Theologus Eudoxio.

Epist. c x x i i

Prius equidem scribebam tibi ipse consolatorios ad morbum sermones: nam ante me incideras. Nunc uero uideris mihi ipse nos consolari qui serē æqualibus malis affligimur: oportebat enim nos quum amici simus, neque hac parte separari: imō potius iam consolatus es, per ea quæ tolerasti tolerantiam nos docens.

Theologus Eudoxio.

Epist. c x x i i i

Doleo propter morbum, & gaudeo: non quod doleo, sed quod tolerantia alijs sum doctor. Quando quidē enim non habeo ut ne patiar, hoc sanē per afflictionem lucrō, ut feram & gratias agam, sicut in rebus letis, ita etiam in tristibus. Nam credo nihil præter rationē esse, apud eum qui rerum nostrarū curam gerit, etiā si nobis ita uideatur.

Theologus Eudoxio.

Epist. c x x i i i i

Quæ tibi molesta sunt, ea omnino etiam nobis. Communia enim omnia amicorum facimus, & quæ bene, & quæ aliter se habent. Quemadmodū sanē etiam amicitia lex est: quanquam quid opus erat de his philosophari, & que par est apud te disputare? Quemadmodū igitur amicitia lex admonet, nō uolo, neque recte id fieri opinor, ut cum Philagrius sis, & in diuinis literis excellenter eruditus, idem cum multis e uulgo perperariis & admittas, neque unā cum corpore collabaris. Sed ut in morbo philosopharis, & mente nunc sanē quā maxime expurgeris, & uinculis superior uidearis, & morbum pedagogum & institutionem ad id quod conducibile est existimes. Hoc est ut contemnas corpus & corporalia, & quicquid fluxum ac turbulentū & periturum est, totusque in superna sorte uerferis, & pro presenti in futura uita uiuas, ita ut mortis meditationem uelut Plato ait, hanc uitam facias, & animam siue e corpore siue e carcere aut sepulchro, uelut ille appellauit, pro uiribus liberes. Si in his philosopharis o optime, & sic habeas, tū ipse magnam utilitatem percipies, tum nos propter te minus sollicitos facies, & multos in afflictionibus philosophari docebis. Insuperque nō parum lucraberis, si quid tibi etiam huius rei curæ est, ut apud omnes sis in admiratione. At uero ex libris quos periuisti, aliterum reperi & prompte mihi, Demosthenicum dico. Alterum uero perdidisti, nec habeo eam qua tibi opus est Iliadem. Neque enim fidem mihi nō habere debes, quod solum his me frui puto, & sola ea me recte possidere, quorum etiam tu particeps sis, & quibus uelut tuis ipsis uteris.

Theologus Aphricano.

Epist. cxxv

Quibus equi maxime gaudent: Nimirum equis. Aquila uero quibus, non alijs quibus. Graculum autem graculo affidere etiam ex prouerbio audis. Sic sane etiam Atticum Atticis gaudere putes, & dexteritatis studiosum eius amatore ac preside. Hoc enim mihi princeps esse uidetur, fautor uirtutis, & aduersarius uitij, siue in cruentis gerat principatum, uelut nos, siue cum gladio & clypeo. Nam sanguinem neque tibi apponemus, quum te uirtute imperantem sciamus, non uolentia prohibentem: & timore magis quam opere malos castigantem, qui sane optimi principatus terminus existit. Quapropter ualde quidem congressum ac colloquium tuum expetiui, & nunc adhuc expecto. Quum autem non habeam quo ipsum assequi possim propter infirmitatem, necessario ad res ipsas deueni, & quod optimum est alloquor te per uirum familiarum amicum, ac cognatum, uenerandissimum mihi in omnibus Nicobulum, qui etiam purgabit ac excusabit me tibi. Fidedignus autem est uir si quisquam alius, quantum ego scio, & per nos seipsum praestantiae tuae notum reddet.

Theologus Asterio.

Epist. cxxvi

Quid deo iustus: attamen cum omnium creator sit & dominus, praecipuum sibi ipsi populum facit ac nominat Israel, & non ueretur ne iniustus propter hoc putetur. Quid igitur miri est, si etiam nos omnium qui sub nostra manu ac potestate sunt curam gerentes, plus Nicobuli filium amplectimur, quem & senectutis ac morborum curatorem constituimus, & uelut fulcrum ac baculum debilitatis nostrae suppositimus. Hunc sub manus tuas tradimus, & per tuas ipsius principis, ualde graue hoc ducentes, alios quidem & maximos per nos liberare, & primos sane nunc amarulentos accusatores: hunc uero neque a calumnia liberare posse, & quem nacti sumus apud externos honorem, eum apud nos ipsos non assequi: sed id quod oculi solent perpeti, qui alia uidentes seipsum non uident: aut etiam quod fontes in profunda siti pati solent, qui uicinos locos non subterfluentes, procul distantes rigant: sint graua quae serui ausi sunt, aut plus quam graua, uelut fortassis nihil aut parum inueniri possit, nisi temporis angustijs ab expendendo prohiberemur. At quid hoc ad dominos, qui nullius facti participes ac socij fuerunt: Aut quae est ratio, propter aliena peccata in alijs poenam exigere: & nunc publicorum curam gerere, quando molestum est priuatum?

Theologus Asterio.

Epist. cxxvii

Quid hoc dices fortassis: Rursus nobis Gregorius: rursus epistolae: rursus petitio: Quae? O inexplebilis quam ipsi commouimus. Nequaquam o admirande, ne hoc feceris. Quorum enim sunt portus, an non eorum qui tempore premuntur: quorum uero medicamenta, an non aegrotantium: quibus utinam nos non priuemur, & tanto magis, quanto plus posse apud te credimur. Non enim amplius petimus, sed exigimus, semper beneficio beneficium prouocante. Nicobulus in calumnijs haeret, idem est ac si nos harere dicat: nostra enim est ille requies, & quomodo possibile est silere, & non onerosum esse etiam ualde philosophum. Da manum pressis, ut & ipse ex deo assequaris, quum uelut homo hac opus habeas: & utere omni amicitia ac prudentia & potentia cum deo circa res nostras. Neque enim ferrum ignitum multis a lapide ictibus opus habet, ut insitus ignis publicetur, sed simul ut percussum est ignis effulget: neque ipse longiore opus habes exhortatione, & hoc pro nobis, & tali suafore existente, & a deo genuino principatus socio. Num quid, idque compendiarium dicam: alia quidem beneficia, alij per nos acceperunt. Hoc uero nos pro nobis ipsis opus habemus, id quod praestantiam tuam magis commoueat ac exoret.

Theologus Posthumiano.

Epist. cxxviii

Praestans es eruditione, utram tandem uelis, & in quocumque doctrinae genere. Et alterius quidem gloria est qualis audimus: neque enim ego lingua Romanus sum, neque Italorum res doctus. Alterius uero experimentum fecimus, ut etiam alijs notam reddere possimus, si quid nobis in his est iudicij: esse autem non pauci dicunt. Eueatus es magistratibus non modicis: imò magis non paucos ipse eleuasti, si quod magis uerum est, dicere oportet. Peruenisti ad summam potestatem, non fortunae donum, uelut multi est uulgo dicere possint, sed uirtutis premium hanc suscipiens, quo & ipsa fiat honoratio, & rex laudetur ob factum de te iudicium. Haec adhuc parua sunt, addam quod etiam rerum nostrarum praesentatus es prius pietate, deinde suscepisti: memor enim sum uerborum tuorum, & miraculum adhuc resonat in auribus meis: his si addideris, te etiam meminisse amicorum

LIBER

707

amicorum: addes autem scio, atque hoc ex praegressis coniecto: magis te mirabimur. Hic humanae felicitatis terminus est, siue beatitudinis. Verum quod ultra Gades est, id impenetrabile esse ac finem non habere. Pindaro dicenti credimus. Quandoquidem uero magna adeptus, magnorum etiam debitor es, & deus prius te nostrum fecit, deinde benefacientis nobis praesect, & simul absurdum est tantum uirum non maxima exigere, illud me monentem admitti. Nihil a deo putes principatum tuo conuenire: quandoquidem rursus concilium est episcoporum, haud scio quam ob causam & quomodo congregatorum: uelut ut coram te & per te, res ecclesiae pacificentur, etiam si opus fuerit uehementius se ditiosos obiurgare. Si uero alicui uideor superfluous esse, quum a negocijs quidem secesserim, curas uero non remiserim, hoc ipsum tu minime mireris. Non enim uelut thronis ac fastu, ita etiam pietate, uolentibus, cesserimus. Sed nunc plus fidedigni sumus, uelut etiam tibi uideri opinor, uelut qui nihil priuatum, sed commune curemus.

Theologus Saturnino,

Epist. cxxix

EXigis satis scio amicitiae significationem, & audax alias esset facinus scribere. Nam externis quidem potestatem, nobis autem tribus dicendi libertatem, uelut bonus conferuus his qui deo appropriare digni facti sunt. Quapropter te alloquimur, & desideranti res nostras proponemus. Omnia nobis deo dante bene habent, uno excepto, quod solliciti sumus de ecclesijs ita turbatis. His quicquid conferre potueris, non contaberis communem concordiam & uerbis & factis procurare. Nam rursus concilium est episcoporum, & rursus timor est, ne etiam nunc pudescamus, si & hoc exiguum finem uelut prius acceperit. Nostras enim res deo qui omnia cognoscere ac iudicare nouit dimittimus: etiam si liberentur cessimus inuidia uolentibus, non bona aliqua re uelut plerisque uidentur, sed ualde periculosa decedentes, & uelut ex aspera ac uehementer horrenda tempestate, in tranquillum quendam ac securum portum confugientes.

Theologus Amazonio,

Epist. cxxx

Si quis interrogauerit te ex communibus amicis, multos autem hos esse credo: ubi nunc Gregorius: Quid uero facit: confidens dic, quod in quiete philosophatur, tantum de iniuriam facientibus sollicitus, quantum de his de quibus an unquam fuerint ignoratur, a deo inuisus existit. Si uero rursus idem interrogauerit, quomodo uero fert disjunctionem amicorum: Ne amplius confidens dixeris quod philosophatur, sed quod etiam ualde ingenerose affectus est. Nam alius quidem ab alio superatur, nos autem ab amicitia & amicis. Hortum unus est & admirabilis ille Amazonius. Fortassis autem per unum solum curaueris nos, & melius habere propter te feceris, si memor nostri fueris, & quod hoc facis, literis persuaseris.

Theologus Celeusio,

Epist. cxxxi

Adsumpsi ac admisi te etiam silens, ut discas etiam silentij sermonem per calamum loqui. Dicam autem ea quae amicitiam & tale tempus decent. Delinquis ipse iudex quod non ieiunas, & quomodo humanas leges seruabis, quum diuinas contenas: Abolerium iudicium, ut ne ex duobus alterum, aut malus sis, aut puteris. Proponere spectacula turpia, est seipsum spectandum proponere. In summa, scito te iudicem iudicari, & minus peccabis. His nihil melius habebam quod tibi exhiberem.

Theologus Celeusio,

Epist. cxxxii

Ne iudices me facentem, neque enim ego te loquentem, id quod de tuis Paulus sanxit. Si uero iudicas, time linguam te contra te primum moueatur, si te deprehenderit silentio dignum.

Theologus Eusebio episcopo Samosatensium in exilio existenti, Epist. cxxxiii

Quam transiret pietas tua per patriam nostram, neque e domo prospicere poteram, in extrema infirmitate degens. Affligebat autem me non intantum morbus ipse extremarum rerum timorem inducens, sed quod sacro tuo ac bono congressu priuabar. Tantum habeo uenerabilem faciem tuam uidendi desiderium, quantum par est habere indigentem anime uulnerum curatione, & hanc a praesentia tua se consequuturum esse sperantem. At quis peccatorum meorum opus fuit quod illo tempore congressum tuum non assecutus sum, nunc tamen per bonitatem tuam aliqua mihi rerum tristitia correctio contingere potest. Si enim dignatus fueris etiam mei mentionem facere in acceptissimis orationibus tuis, hoc ipsum mihi omnino a deo benedictionis instrumentum ac uiaicum erit, tum in hac uita, tum in futuro seculo. Nam

Nam tantum uirum qui sic in euāgelij fide decertat, & tantas persequutiones sustinuit, & tantam sibi ipsi dicendi libertatem coram iustissimo deo parat, per tribulationum partem etiam hunc nostrum tutorem per orationes esse dignari, credo quod tantam uim habet, quanta esset si hoc mihi ab aliquo sancto martyre cōtingeret. Quare admonitus sit ut indefinenter Gregorij tui memor sis, in his in quibus memoria tua dignus esse opto.

Theologus Eusebio episcopo Samofaten. Epistola cxxxiiii

Vnde auspicabor laudes tuas, & quomodo te compellans proprie nominari: columnam & firmamentum ecclesiae, aut luminare in mundo, eadem cum Apostolo loquens, aut coronam gloriationis portioni Christianorum quae seruetur, aut dei donum, aut patriae fulcrum, aut fidei regulam, aut legatum ueritatis, aut simul omnia, et his adhuc plura, & excessum laudum tuarum audientibus confirmabo: Quae pluuia adeo tempestiua sitenti terrae uenit, quae aqua ex petra his qui in deserto erant redundans, quae talem panem angelorum comedit homo: quibus suis discipulis communis dominus Iesus dum mergentur, ita in tempore adfuit, ut & pelagus mansuificeret & periclitantes cōseruaret, qualis tu uexatis nobis ac tristitia affectis, & uelut iam naufragium facientibus apparuisti: Quid opus est recensere quae circa alios fecisti, & quanta laticia ac uoluptate animas eorum qui certam fidem sequuntur impleuisti, & quanta desperatione liberauisti: Nam mater nostra Ecclesia, Caesaream dico, nunc reuera exiit indumēta uiduitatis, ob tuum conspectum, & uisum laticiae assumit, & illustrabitur magis, postquam pastorem nata fuerit, & seipsa, & praedecessoribus, & uestris manibus dignum. Nam nostrae res etiam ipse uides quales sint, & quantum miraculorum operatus est tuus feruor ac sudor, & erga deum fiducia. Senecta renouatur, & infirmitas superatur, & saltant qui in lecto decubunt, & debiles uiribus circundantur. Ex his cōiecto quod etiam uestrae res ex sententia eueniet. Patre quidem igitur habes pro seipso, & pro nobis, uniuersae uitae ac reuerendae canicie bonam finem impositurum, hoc ipsum quod nunc pro Ecclesia instat certamen, & suscipiemus hunc satis scio precibus uestris robustiorem & fortiorem ac iuniorem, quibus per omnia confidere ac credere oportet. Si uero etiam in hac cura uitam finierit, non est damnum eiusmodi mortem & coram talibus assequi. Mihi autem rogo ueniam detis, Nam qui parum iam ob malorum linguas secedo, paulo postea fortassis ad uos accurram & complectar, et quaecumque nunc mittuntur, per meam collaudationem apponam.

Theologus Eusebio episcopo Samofaten. Epistola cxxxv

Qui in omnibus honorabilis nobis est, & inter genuinos amicos cōnumeratos, Venerandissimus frater noster Eupraxius, honorabilior uisus est ac magis genuinus ex affectu erga te, qui sane etiam nunc sic ad tuam curationem cōcitato animo festinauit, ut illud Dauidis dicam, uelut ceruus magnam & intolerabilem sitim potabili ac puro fonte restinguens, per tribulationum tolerantiam. Huic nostri causa occurrere digneris, & beatus est qui tibi appropinquare dignus factus est. Beatior autem qui afflictionibus pro christo, & sudoribus pro ueritate, talem coronidem ac finem imposuit, quam pauci timendum deum assequuti sunt. Non enim circa tormenta ostendisti uirtutem, neque serenitatis tempore solus recte nauigasti, & aliorum animas gubernasti, sed in difficultatibus, tentationibus apparuisti, & persequutoribus, altior euasisti, in eo quod generoso animo de patria discessisti. Et alij quidem paternum pauimentum habent, nos autem supernam ciuitatem. Alij nostrum fortassis thronum, nos autem Christum. O egregiam negotiationem, qualibus contemptis, qualibus ornati sumus. Pertransiimus per ignem & aquam, credo autem quod etiam egrediemur ad refrigerium. Non enim in finem derelinquet nos deus, neque negliget rectam doctrinam persequutione patientem. Verum iuxta multitudinem dolorum nostrorum, cōsolationes ipsius exhiberabunt nos. Hoc quidem igitur & credimus & precamur, tu uero oro, pro humilitate nostra preceris, & quoties se tulerit occasio, per literas nobis bene cōprecaris ne cuncteris, & nos laetiores reddere, tuarum rerum statum declarando, quod etiam nunc facere dignatus es.

Theologus Olympio. Epistola cxxxvi

Hoc mihi ipsa aegritudine grauius est, quod aegrotanti mihi neque fides habetur, & quod mihi peregrinatio adeo longa demandatur, & in medios tumultus detrudor, quorum secessum amplexi sumus, ferme etiam gratiam ob hoc corporis malae affectioni contentes. A negocijs enim aliena est quies, & claritudini in negocijs preferenda.

Hoc scrip

Hoc scripsi quidem etiam nuper admiratione dignissimo Icario, quum idem mandatum accepissem. At uero tua prudentia pro nobis nunc scribere dignetur, quem fidedignum testem nostrae infirmitatis habemus. Persuadet autem & damnum quod nunc perpessi sumus, neque accurrere neque frui te potentes, principe a deo benigno, atque ita uirtute admirando, ut etiam initia principatus tui honoratiora sint, reliquorum gloria ad finem usque progressa.

Theologus Olympio. Epist. cxxxvii

Eruditur etiam aliquid canicies, & non omnino senecta ad prudentiam ac intelligentiam fidedigna est. Ego igitur quum omnium maxime Apolinaristartum cogitationem ac impietatem nouerim, uiderem autem non tolerabilem esse arrogantiam ac demeritiam, putabam longanimitate ipsos mites me facturum esse, & paulatim emolliturum, quem admodum etiam spem praeme tuli. Ignorauit autem uelut apparet, quod & illos peiores feci, & ecclesiam per intempestiuam philosophiam laesi. Non enim placat malos mansuetudo: & nunc si quidem mihi ipsi possibile esset per me ipsum hoc ostendere, non sane cunctatus fuisset uelut iustus, etiam praeter uires commotus coram praesentia tua supplex procidere. Quandoquidem uero ulterius perduxit me aegritudo, & calidis Xanxaridis balneis me uti necessarium fuit, medicis ita consulentibus, pro me ipso facio literas. Ausi fuerunt mali & male perdendi, supra omnia alia, etiam depositos ab omni Orientali & Occidentali concilio episcopos conuocare, aut praesentibus uti: non enim possum hoc exacte dicere, & contra omnes regias constitutiones insurgentes, & contra uestra mandata, episcopi nomen imponere alicui apud ipsos impio & adulterato, in nulla re adeo uelut puro, quantum in mea mortificatione (hoc enim dicere oportet) consili. Haec si quidem tolerabilia sunt, ferat quidem tua firmitas ac celsitudo, feremus autem etiam nos, quemadmodum saepe tulimus. Si uero grauius, & neque ipsis pietissimis regibus toleranda, reos peragere ac cōuictos damnare, etiam si minus hoc sit quam praerogantia, dignare.

Theologus Olympio. Epist. cxxxviii

Rursus scribo quum me adesse oporteret, uerum ex te est mihi fiducia: & negociorum gubernator: ut quod primum est, primum dicam: & communium corrector, & ex deo utraq; qui & mercedem pietatis accepisti, quod negocia tibi ex animi sententia procedant, & soli tibi comprehensibilia sint, quae ab alijs capi non possunt. Prudentia enim & fortitudo principatum gubernant, altera excogitans quod faciendum est, altera facile perficiens quod inueniendum est: & quod maximum est, puritas manus qua omnia diriguntur. Vbi tibi aurum iniustum: ne fuit quidem, primum extra cōdemnatum, uelut obscurus tyrannus. Vbi uero odium, cōdemnatum est. Vbi autem gratia: Hic aliquantulum inclinatis, accusabo enim te paululum, sed Dei erga homines amorem imitans, quam etiam nunc per nos petit Aurelius tuus miles, quem desipientem fugitiuum ac exulem appello, sapientem uero supplicem, propterea quod sub nostras manus se ipsum dedit, & per nostras sub tuas, uelut regiam quandam imaginem caniciem nostram praetendens, & sacerdotium quod reuereri te saepe confessus es. Ecce tibi adducit hunc sacrifera manus haec & incruenta, & quae multas tibi laudes conscripsit, plures uero eorum scriptura est, si deus nobis principatum prolongauerit, tuum dico & coadiutricis tuae Theomidis.

Theologus Nemesio. Epist. cxxxix

Si uideor tibi onerosus esse frequenter scribendo, ne mireris, si contra te loquor apud te iudicem iustum, & scio quod dimittes me inculpabilem. Ipse mihi fiduciae huius auctor fuit, qui prompte exhibendo me ad petendum praerocasti: & nihil mihi est, multa enim sunt quibus prompte gratiam dederis, senecta, infirmitas, societas in doctrinarum studijs, si quid tamen etiam nos in his sumus: quod desidero tuam cōgressum, uerum per debilitatem prohibeor, & a tanta re absum. At quae est legatio: & si quidem iniusta est, merito tantum uirum reueritus essem. Si uero iusta, prompte annue. Rursus reuerendissimus filius noster Theodosius ad praesentiam tuam uenit, meus & tuus, proposito quidem meo, tuus uero supplex. Venit legationem super miserabili negotio agens, pupillit periclitantur, & res humanae in medio incertae sunt quod deuenient, & ueremur discessum patris, qui multis orbitatem leuiorem fecit. Vnam apud omnes deponere gratiam, damnum calamitatis, quam ipse probabis: nihil enim opus habet additamēto ad nominis

Oo clar

claritatem tuus principatus. Neque enim splendore Lucifer. Si uero etiam aliquam accessionem requisieris, neque maior hac neque splendidior contingere poterit, id quod te nosse uolo, uelut multi ueritatem dicere uolentes dexteritatem tuam docebunt.

Theologus Aërio & Alypio. Epist. c. xli.

Quemadmodum primitias aræ, ac torcularis, & liberorum, offerre deo iustum ac piuum est eos qui reuera liberos amant: nã ab ipso & nos ipsi & nostra sunt: ita etiã nouas hereditates, quo portio prompte data, ampliori præbeat securitatem. Ne igitur expectetis post omnes fieri nobis boni, sed ante omnes deo, propter quem etiam externis legibus abiectis, nostris seruite, à uobis ipsis fructum proferentes ipsam promptitudinem. Nam quæ relicta sunt, ab alijs, promptitudinẽ uero à uobis habebimus. Quibus potens deus est retribuere multiplicia, pro his quæ nunc tribuetis, non solũ in breui hæc uita & diffuente, sed etiam in æterna & permanente. Ad quem solum respicere securum est, & in quem omnes nostras spes intendere. Tanquam igitur deus eiusmodi circa uos ordinari, benigni ipsi fiat in pauperes, non pusillanimitè neque parce, sed etiam ualde ambitiose ac prompte uoluntatem defunctæ implete, quam & adesse uobis arbitantes, & ea quæ sunt uidere, per elargitionem rescite: ut nõ solum pecunias habeatis ab ipsa, sed etiam fulcientem domos liberorum matris benedictionẽ inueniatis: illud animo uersantes quod melior est parua portio cum iustitia, iuxta id quod scriptum est, quod amplior cum fordida parsimonia, ut ne quid blasphemii dicam, & quod multi etiam totis ædibus in ecclesiã collatis sustinuerunt, aliqui uero etiam à se ipsis omnem contulerunt opum facultatem, & optimam negociationẽ tractarunt, ut propter diuitias quæ isthic sunt pauperes hic fierent. Ne itaque seminetis parce, ut opulenter metatis: sed bonorum hereditatem & uobis ipsis & his qui uobis charissimi sunt elargimini, nulla detractioe ab his quæ testamento conscripta sunt facta, sed omnibus cum uoluptate ac hilaritate contributis, aut redditus uelut proprijs dei, tanquam illud solum lucremini, quod pro nummis uestris expenderitis. Quid enim opus est thesauros colligere predonibus ac furibus, & temporum mutationibus quæ alias in alios transferunt ac uentilant instabilem opulentiã: & non in securas cellas reponere & insidiantibus fortiores: Itaque frugalitatem circa alia & alijs ostendite: opto enim uos potentes esse cum probitate. Nobis uero bonum certamen decernite, quod superabit alterum pietate, & benedictionibus quæ ex deo benignis debentur. Persuadete igitur nos quod legitimi Christiani estis. Imò potius à bono principio adeo; pio ac iusto auspiciati, hinc etiam de alijs nobis consentientes estote, ut & uos inter uos mutuo, & nos propter uos lætemur, qui præter cætera, etiam insigne exemplum uniuersæ ecclesiæ sitis benignitatis circa hæc exequenda.

Basilij Magni ad Cæsarienses apologia, de secessu & de fide. Epist. c. xli.

Sæpe admiratus sum, quid nã uobis erga nos acciderit, & unde adeo à nostra tenetate superati estis, exigua illa & modica & fortassis nihil amabile habete: & sermonibus nos pellicitis, amicitiam & patriam nobis in memoriam reuocantes, uelut profugos quosdã paternis uisceribus rursum ad uos ipsos conuertere tentantes. Ego uero quod profugus factus sum confiteor, & non negauerim: uerum causam didiceritis sanè iam si ipsam expetitis. Maxime equidem re improuisa tunc percussus, quemadmodum hi qui ob repentinos strepitus confertim expauescunt, non continebam cogitationes, sed profugus à uobis me elongaui, & multo tempore à uobis abfui. Deinde uero etiã sacrarum literarum desiderium quoddam me inuadebat, & philosophiæ quæ in illis existit: quomodo enim possim, quomodo in quã dominari queam cohabitanti nobis maliciæ: quis uero mihi Laban contigerit liberans me ab ipso Esau, & ad supremam philosophiam erudiens: At postquam auxiliante deo scopum pro uiribus attigimus, inuento uase electionis, & puteo profundo, dico autem Christi os Gregorius, parum nobis oro, parum indulgete. Tempus petimus, non conuersationem in urbibus amplectentes, neque enim lætet nos prauus ille per talia fraudem hominibus struens: sed utilem cum sanctis congressum maxime probantes. Nam dum loquimur aliquid de diuinis doctrinis & frequentius audimus, habitum speculationum ægre abijciendum accipimus. Et res quidem nostræ hoc modo se habent. Vos autem o diuina & charissima omnium mihi capita, caute Philistarum pastores, ne quis clam uobis obturet uobis puteos, & scientiæ circa fidem puritatem

ritatem cõturbet. Hoc enim ipsis semper studio est, non ex diuinis scripturis docere animas simpliciores, sed externa sapientia refutare ueritatem. Qui enim ingenitum & genitum fidei nostræ superinducit, & semper existentem, non extitisse aliquando docet, & natura ac semper patrem, patrem factum, & spiritum sanctum non sempiternum, non palam est Philistæus, inuides patriarchæ nostri ouibus, ut ne ex pura & in uitam æternam saliente aqua bibant. At Propheta oraculum ad seipsum trahunt, nempe: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuentis, & effoderunt sibi ipsis lacus contritos, qui aquam continere non possunt. Oportet enim cõfiteri, deum patrem, deum filium, deum spiritum sanctum, uelut diuini sermones, & hi qui altiore his intelligentia præditi fuere docuerunt. Cæterum ad calumniatores nostros quod tres Deos dicimus, illud dicatur. Quod nos unum deum non numero, sed natura confitemur. Omne enim quod unum numero dicitur, hoc non unum reuera est, neque natura simplex. Deum autem simplicem & incompositum esse, omnes confitentur. Non igitur unus numero est deus. At quod dico tale est. Unum numero mundum esse dicimus, sed non unum natura, & neque simplicem hunc: quendam. Secamus enim ipsum in ea ex quibus compositus est elementa, in ignem & aquam & aerem ac terram. Rursum homo unus numero nominatur: unum enim hominem sepe dicimus, sed non simplex quis hic est, ex corpore & anima constans. Similiter autem & angelum unum numero dicimus, sed non unum natura, neque simplicem. Essentiam enim cum sanctificatione, angeli substantiam intelligimus. Si igitur omne unum numero, unum natura nõ est: & unum natura ac simplex unum numero non est: nos autem dicimus unum natura deum: quomodo superinducunt nobis numerum, quum nos ipsum penitus à beata ac spiritali natura exterminemus? Numerus enim est quantitatis, quantitas autem corporali nature coniuncta est. Numerus enim corporeæ est nature. Corporum autem opificem dominum nostrum esse credimus. Quapropter etiam numerus omnis illa significat, quibus materialem & circumscripam naturam habere datum est. Unitas autem simplicis ac incõprehensibilis essentia significatiua est. Qui igitur numerum aut creaturam confitetur filium dei, aut spiritum sanctum, nõ animaduertit materialem & circumscripam naturam se inducere. Circumscripam autem dico, non solum eam quæ à loco continetur, sed etiam quam in prænotione comprehendit, is qui ipsam ex non existente, ad esse perducitur erat, quam etiam scientia comprehendere possibile est. Omne igitur sanctum quod circumscripam naturam habet, etiam acquisitiuam sanctitatem habet, & non exors est malicie. Filius autem & spiritus sanctus, fons est sanctificationis, à quo omnis rationalis creatura iuxta uirtutis proportionem sanctificatur. Quanquã nos iuxta ueritatis sermonem, neque similem, neque dissimilem filium patri dicimus. Vtrunque enim ipsorum æqualiter impossibile est. Simile enim & dissimile iuxta qualitates dicitur. A qualitate uero deus liber est. Identitatem autem nature confitentem, etiam coessentialitatem recipimus, & compositum fugimus, Dei secundum essentiam & patris, qui deum secundum essentiam & filium genuit. Ex hoc enim coessentialitas ostenditur. Nam secundum essentiam deus, cum deo secundum essentiam, coessentialis est, alioqui dicitur deus etiam homo, uelut in hoc loco, Ego dixi dii estis: & dæmon ipse deus appellatur, uelut in hoc, Dei Gentium dæmonia. At illi quidem secundum gratiam nominantur, hi uero secundum mendacium. Deus uero solus secundum essentiam deus est. Solus autem quum dico, essentiam Dei sanctam & increatam significo. Solus enim dicitur etiam de quodam homine, & de natura simpliciter uniuersa: de quodã, uelut uerbi gratia de Paulo: quod solus raptus est usque ad tertium cœlum, & audiuit uerba arcana, quæ non licet homini loqui. De natura uero uniuersa, uelut quum Dauid dicit: Homo uelut fœnũ dies eius. Hic enim non aliquem hominem, sed uniuersam naturam significat. Omnis enim homo uita breuis est ac mortalis. Sic etiam illa intelligimus de natura dicta: Qui solus habet immortalitatem: & solo sapienti deo: & Nemo bonus nisi unus deus. Unus enim hic, idem quod solus significat. Et, Qui extendit cœlum solus. & rursum, Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soli serues. & Nõ est deus præter me. Nam unus & solus de deo in scriptura, non ad distinctionem filij, aut sancti spiritus dicuntur: sed aduersus eos qui dei non sunt, falso autem appellantur, uelut hic, Dominus solus duxit ipsos, & non erat cum ipsis deus alienus. &, Euerit Israel aras Baalim, & nemora Astaroth, & seruebat dominum

domino soli. & rursus Paulus, Siquidem sunt dei multi & domini multi, at nobis unus deus pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia. Ceterum quærimus hoc loco, quomodo quum deus dixisset, non contentus fuit uoce: diximus enim quod solus & unus de Deo, naturam significantes, sed & pater apposuit, & Christi mentionem fecit. Suspicio itaque quod non satis esse putauit nunc Paulus uas electionis prædicare solum deum filium, & deum spiritum sanctum, id quod per dictionem unus deus indicauit, nisi etiam per additionem patris, eum ex quo omnia indicaret, & per mentionem domini, uerbum per quod omnia significaret: & rursus per Iesu Christi coassumptionem, incarnationem denuntiaret, & passionem produceret, & resurrectionem manifestaret. Nam dicitio **IESVS CHRISTVS** tales significationes præ se fert. Quapropter etiam ante passionem recusat dominus, appellari Iesus Christus, & discipulis interdicit, ut nemini dicant quod ipse est Iesus Christus, propositum enim ipsi fuit, ubi perfectisset dispensationem post resurrectionem ex mortuis, & assumptionem ad cælos, tum demum permissurum esse ipsi prædicare ipsum Iesum Christum. Tale est & hoc, Quote cognoscant solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Et hoc: Creditis in deum, & in me credite: spiritu sancto ubique intelligentiam nostram muniente, ut ne alterum accedentes, ab altero excidamus, & theologiae intenti, dispensatione negligamus, & contingat nobis iuxta defectum impietas. At uero uerba diuinae scripturae quæ aduersarij assumunt, & ad propriam sententiam, torquentes, in subuersionem maiestatis unigeniti nobis proferunt, sic expendimus pro nostris uiribus ipsa explicantes. Et primū proponatur nobis illud, Ego uiuō propter patrem. Hoc enim est unum telum ex his quæ in cælum mittuntur ab impijs ipso uolentibus. Hic autem per hoc quod dicit, non ipsam ante secula uitam, uelut puto, nominat. Omne enim quod propter alium uiuit, uita per se esse non potest, quemadmodum neque quod ab alio calefactum est, per se caliditas esse potest. Christus autem & deus noster dixit: Ego sum uita, sed uitam hanc in carne & in hoc tempore factam, quam propter patrem uixit. Ex ipsius enim uoluntate ad hominum uitam accessit, & non dixit, Ego uixi propter patrem, sed Ego uiuō propter patrem, manifeste præsens tempus significans. Potest autem & uitam dicere quam uiuit Christus, uerbum dei habens in seipso, & quod hoc est id quod significatur, ex hoc quod infertur sciemus: Et qui ederit me, inquit, uiuet propter me. Edimus enim ipsius carnem, & bibimus ipsius sanguinem, per incarnationem participes fientes, & sensibilis uitæ uerbi & sapientia. Carnem enim & sanguinem, totum suum mysticum aduerum nominauit, & doctrinam ex actiua & naturali ac theologica constantem indicauit, per quam nutritur anima, & interim ad ueritatis speculationem præparatur. Et hoc fortassis est quod eo dicto significatur. Et rursus, Pater meus maior me est. Vix enim sunt etiā hoc dicto ingrata illæ creaturæ ac diaboli soboles. Ego uero etiā ex hac uoce, coessentialem esse filium patri indicari credo. Nam comparationes in his quæ eiusdem naturæ sunt proprie fieri scio. Angelum enim angelo maiorem esse dicimus, & hominē homine iustiorē, & uolucrum uolucris uelociorem. Si itaque comparationes in his quæ eiusdem speciei sunt fiunt: maior autem per comparationē dicitur est pater filio, coessentialis est patri filius. Est autem & alia sententia in hoc dicto reposita. Quid enim miri est, si maiorem seipso patrem coessentialis est, quum uerbum sit & caro factus, quando etiā angelis minor secundum gloriam uisus est, & hominibus secundum speciem. Minuisti enim ipsum, inquit, paululum ab angelis, & rursus, Paululum ab angelis imminutum. & Vidimus ipsum & non habebat speciem neque pulchritudinem, sed species eius deficiens ab omnibus hominibus. Hæc autem omnia sustinuit, propter multam suam erga creaturam benignitatem, quo perditam ouiculam cōseruaret, & seruata ammisceret, & digressum à Hierusalem ad Hiericho, & ob id in latrones collapsum, ad propriam rursus patriam sanum perduceret. Aut etiam præsepe ipsi exprobrabit hæreticus, per quod quum alius esset coram brutis enutritus, & paupertatem obiicit, quod lectulum non habuit fabri lignarij filius. Propterea patre minor est filius, quia propter te factus est mortuus, ut te à mortalitate liberaret, & cœlestis uitæ participem faceret. Quemadmodum si quis medicum accuset, quod inclinans se ad affectiones, scetoris participes fiat, quo collapsos sanat: propter te etiā horam & diem iudicij ignorat, quanquam nihil ueram sapientiam latebat. Omnia enim per ipsum facta

facta sunt. Nullus autem homo unquam id quod fecit ignorat. At hoc propter tuam infirmitatem disponit, ut neque ob præfinitum temporis angustiam hi qui peccauerunt per desperationem concidant, tanquam nullo penitentiae tempore restante: neque rursus hi qui ad ueritatem oppositam potestatem longum bellum gerunt, propter temporis longitudinem aciem deserant. Utroque igitur per simulatam ignorantiam gubernat, alteri propter honestum certamen tempus contrahens, alteri propter peccata penitentiae tempus reueruans: quam quum in Euangelis seipsum inter ignorantes connumeret, propter multorum uelut dixi infirmitatem, in actibus Apostolorum uelut perfectis seorsim alloquens, per suipius exceptionem dicit. Non est uestrum nosse tempora aut occasiones, quas pater posuit in propria potestate. Atque hæc quidem iuxta priorem aggressionem crassius dicta sint. Iam uero altius dicti sententia expendenda est, & pullandæ fores scientia, si quo modo possim patrem familias excitare, qui dat panes spirituales petentibus ipsum, quoriam amici & fratres sunt quos pascere uolumus. Sancti discipuli ultra speculationem saluatoris nostri, quantum hominibus licet progressi, & sermone capti, finem requirunt, & extremam beatitudinem nosse desiderant, id quod etiam Angelos suos ignorare, & seipsum dominus noster pronunciauit. Diem quidem dicens, omnem exactam cōsiliatorum dei comprehensionem. Horam uero, unitatis speculationem, quorum scientiam soli patri attribuit. Suspicio itaque, quod illud de seipso nosse dicitur deus, quod est, & illud non nosse, quod non est. Iustitia enim & sapientia nosse dicitur deus, quum ipse & iustitia & sapientia sit. In iustitiam autem & prauitatem ignorare. Non enim est iniustitia & prauitas qui condidit nos deus. Si itaque illud de seipso nosse dicitur deus, quod est, & illud non nosse quod non est, non est autem dominus iuxta incarnationis considerationem & crassiorē doctrinam, extremum appetibile, Non igitur nouit seruator noster finem & extremam beatitudinem. Sed neque angelis, inquit scit, hoc est, neque speculatio in ipsis & rationes inferiorum sunt extremum appetibile. Crassa enim est etiam ipsorum cognitio, comparatione de facie ad faciem, Solus autem pater, inquit, nouit. Nam & ipse est finis & extrema beatitudo. Quum enim non amplius deum in speculis, neque per aliena cognoscemus, sed ipsum ut solum & unum accesserimus, tunc extremum finem sciemus. Christi enim regnum aiunt esse omnem materiam cognitionem. Dei uero & patris immaterialem, & ut ita dixerim, ipsius deitatis speculationem. Est autem etiam dominus noster & ipse finis, & extrema beatitudo, iuxta uerbi considerationem. Quid enim ait in Euangelio: & ego resuscitabo ipsum in extrema die. Resurrectionem dicens à materiali cognitione ad immaterialem speculationem, extremam diem cognitionem hanc dicens, post quam non est alia. Tunc enim mens nostra exurgit, & ad beatam altitudinem excitatur, quum unitatem uerbi speculabitur. At quia crassa mens nostra terræ illigata est, & luto ammiscetur, & nudæ speculationi intenta esse non potest: dum per cognatos corporis ipsius ornatus ducitur, operationes creatoris considerat, atque hos ex affectibus interim cognoscit, quo sic paulatim auicta, aliquando etiam ipsam nudam deitatem accedere possit. Iuxta hanc autem sententiam arbitrare etiam dictum esse, pater maior me est: & hoc, non est meum dare, sed quibus paratum est à patre. Hoc enim est etiam tradere Christum regnum deo & patri, quum primitia sit & non finis, iuxta crassiorē uelut dixi docendum, qui uelut ad nos, & non ad ipsum filium, speculatur. Quod uero hæc se sic habent, rursus interrogantibus discipulis in actibus Apostolorum, quando restitues regnum Israeli, inquit, Non est uestrum nosse tempora & occasiones, quas pater posuit in propria potestate. Hoc est, non eorum qui carni ac sanguini illigati sunt, est huiusmodi regni cognitio. Hanc enim speculationem pater in propria potestate constituit, potestatem dicens eos quibus potestas data est, proprios uero eos quos non derinet ignorantia inferiorum rerum. Tempora uero & occasiones ne intelligas mihi sensibiles, sed spacia quadam cognitionis à spiritali sole scientia. Oportet enim orationem illam domini nostri ad finem perducere. Iesus enim est qui orauit, Da ipsis ut & ipsi in nobis unum sint, quemadmodum ego & tu unum sumus pater. Unus enim existens deus, dum in unoquoque est, unit omnes, & perit numerus per unitatis accessum. Atque ego quidem sic accipio hoc dictum, iuxta secundam aggressionem. Si uero quis melius dixerit, aut pie nostra correxerit, & dicat & corrigat, & dominus retribuet pro nobis. Nulla enim apud nos habitat inuidia, Nam neque contentionis aut glorie gratia, ad horum

uerborum expansionem processimus, sed propter fratrum utilitatem, ut ne uideatur percelli testacea uasa thesaurum dei habentia, à lapideis cordibus præditis & incircūcis hominibus, ex stulta sapientia armatis. Rursus autem per sapientem Salomonē in Prouerbijs creatus est: Dominus enim, inquit, creauit me: & principium uitarum euāgelicarum nominatur, perducentiū nos ad regnum cœlorum. Non secundum essentiam creatura, sed secundum dispensationē mysterij, uia factus. Nam factum esse, & creatum esse, idem significant: uelut enim uia, ita factus est etiam ianua, & pastor, & angelus, & ouis, & rursus pontifex & Apostolus. At quum alia iuxta aliam significationem nomina posita sint, quid dixerit rursus hæreticus de nemini subiecto deo, & propter nos peccatum factum, ita enim scriptum est: Quum subiecta fuerint ipsi omnia, tunc etiam ipse filius subiectetur ei qui subiectis sibi omnia: Non times o homo deum nemini subiectum appellatum. Tuam enim subiectionē propriam facit, & in eo quod tu reluctaris aduersus uirtutem, nemini subiectum seipsum nominat. Sic aliquādo etiam seipsum dicit esse qui persequutionem patitur. Saule enim, inquit, Saule quid me persequeris, quum ad Damascum curreret discipulos Christi ligare uolēs. Et rursus seipsum nudum nominat, uno aliquo fratre nudo existente: Nudus enim, inquit, eram, & uestiuiſti me: & dum alius in custodia est, seipsum carcere conclusum esse dicit: Ipse enim peccata nostra tulit, & morbos portauit. Vna autem ex infirmitatibus est etiam inobediētia ipsa & nemini subiectum esse, & hanc quoque portauit. Quapropter etiam accedēs nobis calamitates proprias sibi dominus facit, ex societate ad nos, affectiones nostras suscipiens. Sed & hoc, Non potest filius facere à se quicquam: illi repugnantes deo ad audientū subuersionem rapiūt. Mihi uero & hoc dictum maxime declarat, eiusdem cum patre naturę filium esse. Si enim una quęq; rationalis creatura aliquid à seipsa facere potest, nō est creatura filius. Si uero non est creatura, coessentialis est patri. Et rursus, Nulla creatura ea quæ uult potest, filius aut in cœlo & in terra omnia quæ uoluit fecit: nō igitur creatura est filius. Et rursus, Omnes creaturæ aut ex contrarijs constant, aut contrariorum susceptiue sunt. Filius autem per se iustitia & immaterialis est: non igitur creatura est filius. Si uero non hoc, ergo coessentialis patri. Atq; hæc quidem sufficiens nobis est expansio propositorum dictorum, pro nostris sanè uiribus. Iam uero deinceps etiam ad eos qui spiritui sancto resistunt sermonem conuertemus, destruentes omnem ipsorum mentis altitudinē quæ se effert contra cognitionem dei. Spiritum sanctum creaturā dicis, Omnis autem creatura serua est creatoris. Vniuersa enim, inquit, serua tua. Si uero seruus est, & acquisitiuam habet sanctitatem, non exors est malitiæ. At spiritus sanctus secundum essentiam sanctus existens, fons sanctificationis appellatur. Non ergo est creatura spiritus sanctus. Si uero nō creatura, coessentialis est deo. Quomodo autem seruum appellas dic mihi, eum qui per baptismum liberat te à seruitute? Lex enim, inquit, spiritus uitæ liberauit me à lege peccati. Sed neq; mutabilem unquam ipsius essentiam audebis dicere, ad naturam oppositæ potētia respiciens, quæ uelut fulgur de cœlo cecidit, & à uera uita excidit, propterea quod acquisitiuam habuit sanctitatem, & ad malum consilium cōsequuta est alteratio. Itaq; etiam elapsus ex unitate, & angelica dignitate abiecta, à moribus appellatus est diabolus, hoc est calumniator, extincto quidem priore & beato habitu, hac uero opposita potētia accensa. Deinde si creaturam dicit spiritum sanctum, finitam ipsius naturam inducit. Quomodo igitur expenditur illud: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Et hoc: Quo sero à spiritu tuo? Sed neq; simplicē ipsum natura, uelut apparet confitetur: nam numero unū ipsum nominat. Omne autem unum numero non simplex est uelut dixi. Si uero nō simplex est spiritus sanctus, ex essentia & sanctificatione constat: talis autem cōpositus est. Et quis adeo demens est, ut compositum dicat spiritum sanctum, & non simplicem, & iuxta simplicitatis rationem coessentialē patri & filio? Si uero sermone progredi oportet, & maiora spectare, ex hoc maxime diuinam potentiam sancti spiritus speculemur. Tres creationes in scriptura nominari inuenimus: unam quidem & primam, ex nō existente & de nihilo ad esse productionem. Secundam uero, ex deteriore in melius alterationem. Tertiam autem, resurrectionem ex mortuis. In his reperies spiritum sanctum patri & filio cooperatorem. Cœlorum enim est creatio. Et quid dicit Dauid: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis potestas ipsorum. Rursus homo per baptis-

ma

ma creatur: Si qua enim in Christo noua creatio. Et quid dicit discipulis seruator ipse: Euntes docete omnes gentes baptizantes ipsos in nomen patris & filij & spiritus sancti. Vides etiam hic simul adesse patri & filio spiritum sanctum: Quid uero dixeris de resurrectione mortuorum: quum defecerimus & in terram nostrā reuersi fuerimus: Terra enim sumus, & in terram reuertemur: & mittet spiritum sanctum, & creabit nos, & renouabit faciem terræ. Quam enim sanctus Paulus resurrectionem dixit, hanc Dauid renouationem appellauit. Audiamus autem eum qui raptus est usque ad tertium cœlum, quid dicit: Templum sancti in uobis spiritus estis. Omne uero templum, dei templum est. Si autem templū sumus spiritus sancti, deus est spiritus sanctus. Dicitur porro & templum Salomonis, uerum ut eius qui construxit. Si uero sic sumus templum spiritus sancti: Deus est spiritus sanctus, deus enim est qui omnia construxit. Si uero uelut eius qui adoratur, & habitat in nobis: constebimur ipsum esse deum: Dominū enim deum tuum adorabis, & ipsi soli seruiēs. Si uero uocem deus auerſentur, discant quid nomen hoc significet. Nam ab eo quod inspicit aut uidet omnia, apud Græcos nominatur. Spiritus autem sanctus omnia cognoscit quæ Dei sunt, uelut spiritus qui in nobis est quæ nostra sunt. Deus igitur est spiritus sanctus. Et rursus: Si gladius spiritus est uerbum dei, Deus est spiritus sanctus: illius enim est gladius, cuius etiam uerbum uocatur. Et si dextra patris nominatur: Dextra enim domini fecit potentiam. & Dextra tua domine fregit hostes. Digitus autem dei est spiritus sanctus: iuxta illud dictum, Si ego in digito dei eicio daemonia, id quod in alio Euangelio scriptum est: Si ego in spiritu dei eicio daemonia: eiusdem naturæ cum patre & filio & spiritus sanctus. Et de adoranda quidem ac sancta trinitate, talia nobis in præſenti dicta sint. Non enim possibile est nunc latius de ipsa expendere rationem. Vos autem accepto à nostra humilitate semine, spicam maturam uobis ipsis excolite. Nam & usurę talium uelut nostris exiguntur. Confido autem deo, quod fructum proferetis & trigecuplum & sexagecuplum & centuplum, propter uitæ uestrę puritatem. Beati enim mundi corde, quia ipsi deū uidebunt. Et nihil aliud fratres regnū cœlorum putetis, quàm ueram ueritatis considerationē: quam etiam beatitudinē nominant diuina scripturæ. Regnum enim cœlorum intra uos est. Circa internum autem ho-

Regnum cœlorum

Re Rubesco quod singulatim tibi Cappadoces adduco, & non omnes adolescentes perſuadeo, ut eloquentiam ac eruditionem sibi parent, & te utantur exercitationis magistro. At quia omnes ea quæ sibi ipsis conueniunt eligentes semel assequi possibile

Oo 4 non

non est, eos qui singulatim à me persuadentur ad te mitto, tantum ipsi largiens, quantum hi qui sitientibus fontes demonstrant. Qui uero nunc te accedit, paulo post superius causa probabitur, ubi tecum conuersatus fuerit. Nunc uero ex patre natus est, qui magnum apud nos nomen, propter uitam rectitudinem & ciuilem potentiam adeptus est. Qui etiam mihi summa amicitia coniunctus est. Cuius nomine ut ipsi rationem rependam, filio hoc beneficij tribuo, quod tibi ipsum notum facio, rem maximo uoto dignam his qui uirtutem iudicare nouerunt.

Libanius Basilio Magno.

Epist. CXLIII

Praeterijt tempus aliquod quando ad nos uenit adolescens Cappadox, unum hoc lucrum, quod Cappadox. Sed & primi generis hic Cappadox, secundum hoc lucrum. Sed & literas de admirando Basilio afferens, hoc quidem quauis re maius quis dixerit. Ego enim quem tui oblitum esse putas, & olim adolescentem te noueram, temperantia cum senibus certantem uidens, & hoc in illa urbe uoluptatibus turgente, & doctrinarum ac eloquentiae magnam iam partem adeptum. Quandoquidem uero putasti etiam Athenas uidere oportere, & Celsum persuasisti, congaudebam Cello ex anima tua pendenti. Reuertente autem te & tenente patriam, dicebam ad me ipsum, Quid nunc nobis Basilius facit? & ad quam uitam processit? Num in foro uersatur ueteres rhetoras imitans, aut felicium patrum filios rhetores efficit? Quum autem uenissent quidam annunciantes te multo meliore uia procedere, & spectare quomodo deo amicus fias, magis quam ut aurum colligas, felicem te itemque Cappadoces praedicaui. Te quidem talem esse uolentem, illos uero talem ciuem ostentare potentes. Firminus autem ille quod ubique uictoriam obtinuerit, satis scio: hinc enim ipsi eloquentiae facultas adest. Verum quum multas laudes adeptus sit, haud scio an unquam tales, quales nunc in literis tuis audiui. Nam te esse qui dicis, neminem illius gloriam excessisse, quantum nam illum uisitare conuenit? Videris autem mihi etiam has misisse prius quam Firminum uideris, alioqui ipse literas non habuisset. Et nunc quid facit, aut quid parat Firminus? Est adhuc in nuptiarum delictis? aut illa quidem olim sedata sunt: grauis autem est ipse senatus, & omnis necessitas imminet. Aut quae est spes quod rursus erit in eloquentia ac dicendo socialis? Respondeat quid nobis, & sit quidem hoc aliquid iucundi. Si uero etiam quid laeserit, ut ne ad portas respiciamus, nos sane liberabit. Si porro nunc Athenis Firminus ipse esset, quid nam senatus apud nos fecisset, quam quod Salaminiam causam ipsi demadasset? Vides quod solum à tuis ciuibus iniuria & contumelia afficior, non tamen ego amare & laudare Cappadoces desinam. Verum opto quidem illos meliores circa me fieri: manentes uero in sua patria feram. Firminus quatuor menses nobiscum conuersatus est, nullam autem diem in ocio transiit. Quantum uero est quod collegit, ipse uidebis, & fortasse non indignaberis. Caeterum ad hoc ut rursus ipse huc uenire possit, quem auxilium inuocare oportet? Siquidem enim recte sentit senatus, decuerit autem hoc homines eruditos, honorabit ipsum secundis, quandoquidem primis tristitia affectit.

Basilii Libanio.

Epist. CXLIII

Ecce tibi etiam alter uenit Cappadox, filius meus etiam ipse. Omnes enim nobis adoptat habitus hic & gradus, in quo nunc sumus. Quare iuxta hoc sane frater fuerit prioris, & eodem studio dignus, & apud me patrem, & apud te praepceptorem, siquidem fieri potest ut praerogatiuam habeant hi qui à nobis ueniunt. Hoc autem dico, non quod praestantia tua non amplius quid ueteribus amicis gratificetur: sed quod utilitas tua omnibus luculenter proposita sit. Sufficiens autem & commodum fuerit adolescenti, ut ante temporis experimentum, inter familiares locetur: quem optauerim ut remittas nobis, dignum & nostris uotis & tua gloria, quam in eloquentia habes. Adducit autem & coetaneum, pari circa dicendi artem studio praeditum, & ipsum quoque ex nobili familia prognatum, & nobis familiarem: quem nihil minus habiturum confidimus, etiam si plurimum alijs inferior sit diuitijs.

Libanius Basilio.

Epist. CXLV

Scio quod hoc sepe scribes, nimirum: ecce tibi etiam alter uenit Cappadox. Multos enim arbitror mittes, semper quidem & ubique encomijs meis utens, atque hoc ipso & patres & filios commouens. At quod factum est circa bonam epistolam tuam, non bonum est silentio

silentio praeterire. Assidebant mihi ex constitutis in magistratu quum alij non pauci, tum omnino optimus Alypius Herodis illius ex sorore nepos. Vbi igitur reddidissent qui ferebant epistolam, silentio tota perfecta. Victi sumus: dixi, ridens simul ac gaudens. Et qua uictoria uictus es? interrogant illi: & quomodo uictus non doles? In bonitate ac pulchritudine epistolarum, inquam, uictus sum, Basilius autem uicit. Est autem amicus ille uir, & propterea laetor. Haec ubi ego dixissem, ex ipsis literis uictoriam discere uoluerunt. Et legebat quidem ipsas Alypius, audiebant autem praesentes. Suffragium uero laetum est, nihil me mentitum fuisse. Et qui literas legerat ipsas habens exhibat, ostensurus puto etiam alijs, & uix reddidit. Scribe itaque consimilia & uince, hoc enim est me uincere. Probe uero etiam illud coniectas, quod non pecunijs res nostras metimur, sed sufficit ei qui dare non potest, ut uelit accipere. Nam ubi percipio aliquem pauperem eloquentiae studia amantem, hic mihi diuitibus praefertur: quanquam nos non experti sumus tales magistris. At nihil prohibet nos hac parte esse meliores. Nullus igitur pauper huc accedere cunctetur, si unum illud possidet tantum, quod uidelicet laborem ferre nouit.

Basilii Libanio.

Epist. CXLVI

Quid tandem non dixerit uir sopherista & talis sopherista, qui sane proprium artis esse confitetur, & magna parua facere quando uult, & paruis magnitudinem addere, quale quiddam & tu circa nos ostendisti. Nam epistolam illam squalentem, uelut uos circa eloquentiam delicatas dixeritis, nihil hac quam in manibus habes tolerabiliorum existentem, tantum uerbis extulisti, uelut uictus uidelicet sis ab ipsa, & nobis primas in scribendo cesseris: simile quid faciens patrum iustibus, quum filijs concedunt ut in uictorijis de se glorientur, neque sibi ipsis damnum inferentes, & filiorum ambitionem alentes. Reuera autem eloqui non possum quam uoluptatem afferebat sermo in tuo erga nos iustu, uelut si Poiydamas quis aut Milo, pancratijs aut lucte certamen aduersus me recusalet. Nam quum diu considerassem, nullum fortitudinis exemplum reperi. Quare qui excessus sermonum requirunt, hic te magis ob uim ac potentiam admirantur, qui possis per iustum ad nos descendere, quam si Barbarum super Atho montem nauigatem duxisses. At nos o admirande, cum Mose & Helia, atque ita beatis uiris conuersamur, ex barbara uoce nobis sua differentibus: & quae ab illis sumpsimus loquimur, sententia quidem uera, dictione uero inerudita, uelut ipsa haec indicant. Nam si quid etiam à uobis didicissemus, praeter tempore obliuisceremur. Verum tu nobis scribe alia epistolarum argumenta faciens, quae & te ostendant, & nos non redarguant. Filium Anyli iam tibi adduxi uelut meum ipsius filium. Si uero meus est filius, patris est filius, pauper ex paupere. Notum autem est quod dico tibi uiro & sapienti & sopherista.

Libanius Basilio.

Epist. CXLVII

Si ualde multo tempore considerasses, quomodo quam optime ad nostras literas de tuis literis scriptas responderes, non sane melius hoc facere potuisses mihi uideris, quam talia scribens, qualia nunc scripsisti. Vocas enim me Sopheristam, talis autem esse dicis, posse parua magna facere, & magna parua. Et sane meam epistolam dicis uoluisses ostendere tuam bonam esse quum non sit, esseque illam nihil ea quam nunc misisti meliorem. Et omnino nullam esse apud te eloquentiae facultatem, quum hi quidem quos nunc in manibus habes libri hoc non faciant: illa uero quam prius habuisti eloquentia diffuserit. Atque haec persuadere aggrediens, adeo bonam etiam hanc, quam tu malam dixisti, epistolam effecisti, ut hi qui aderant nobis non continere se possent, quo minus exilerent dum ipsa legebatur. Admiratus sum igitur quod per hanc priorem subuere aggreffus, per hoc quod dixisti huic priorem similem esse, per hanc priorem ornasti. Oportebat itaque eum qui hoc uolebat, deteriore hanc facere, ad criminandum priorem. Verum non erat opinor tuum, iniuriam facere ueritati. Iniuria autem ipsi facta fuisset, si de industria deteriora scripsisses, & non rebus ipsius uelut habent usus fuisses. Itaque eiusdem fuerit neque uituperare, quae iustum est laudare, ut ne res ipsa te auferat & in sopheristas immittat, tentantem humilia quae magna sunt facere. Libris porro, quorum peiorem dicis esse dictionem, meliorem uero sententiam, inhaere & nemo prohibet. Nostrorum autem semper, tuorum uero prius, radices manent & manebunt donec fueris, & nullum unquam tempus ipsas exciderit, neque si minime riges.

Libanius

Libanius Basilio.

Epist. CXLVIII.

Nondum remisisti mihi offensam, ut interim dum scribo tremam. At si quidem remisisti, cur non scribis o optime? Si uero retines adhuc, id quod ab omni prudenti & tua anima alienum est, quomodo quum alijs predices non oportere iram seruare usque ad solis occasum, per multos soles ipse seruasti? Aut fortassis damno me afficere proposuisti, & cruciare me uis, mellissua uoce tua me priuans. Ne facias hoc tu o generose, sed sis mansuetus, & da nobis aurea lingua tua frui.

Basilii Libanio.

Epist. CXLIX.

Qui erga rosam affecti sunt, uelut par est elegantiae studiosos, hi neque ipsis spinis ex quibus flos nascitur indignantur. Eradui quendam tale quid de ipsis ludentem fortassis, aut etiam serio dicentem. Quod natura tenues illas spinas, uelut amatorios quosdam stimulos eius amatoribus, ad florem produxit, ad maius desiderium per male ferientes aculeos & tactum aegre admittentes decerpentes iritans. Quid uero uult mihi rosa in literis inducitur? Omnino nihil opus est te doceri, si epistolae tuae reminisceris. Quae florem quidem habebat rosa, totum nobis uer blandae ac eloquentis linguae expandens: uerum querelis quibusdam & accusationibus contra nos spinosa erat. At mihi eloquentiae tuae etiam spina iucunda est, ad maius amicitiae desiderium incendens.

Libanius Basilio.

Epist. CL.

Shaec linguae sunt inelaboratoris, qualis na fueris ubi ipsam exacueris: In tuo enim ore habitant eloquentiae fontes, praestantiores undarum influxione. Nobis autem nisi quotidie rigaremur, silentium restat.

Basilii Libanio.

Epist. CLI.

Quod non frequenter ad eruditionem tuam scribo, suadet & timor & ruditas. Quod uero tu constantissime taces, quid te a reprehensione eximet? Si uero quis reputauerit, quod quum in eloquentia uiuas, tardus sis ad scribendum, obliuionis nostri te condemnabit. Cui enim quod dicat praemanibus est, & quod scribat non imparat: hic qui ista possidet, & postea silet, manifestum se facit, quod aut ex contemptu, aut obliuione haec facit. Ego uero silentium tuum ad loquium retaliabo. Gaude itaque honorandissime, & scribe si uolueris, & ne scribas, si hoc ita gratum tibi existit.

Libanius Basilio.

Epist. CLII.

Quod non olim tibi scribere cepi, magis opinor excusatione opus habere, quam nunc recusatione, quando hoc facere cepi. Ego enim ille qui accurebam quando comparuisses, & qui quam suauissime fluxioni linguae aures subdebam, & te dicente exhiberabar ac uix discedebam, & qui ad amicos dicebam, Hic uir tanto pulchrior est Achelofiliabus, quanto quidem magis iucunde afficit quam illae, & non laedit uelut illae: & parum sane fuerit non laedere: nam huius cantilenae lucrum sunt ei qui suscepit. Itaque ego qui sic animo affectus sum, & me etiam amari puto, si ita dicere uidear, quod scribere non audeam, extremae hoc ipsum segniciei esset, & simul eius qui sibi ipsi damnum infert. Certum enim est quod epistolam meam paruam & malam, bona & magna retaliabis, & cauebis sane ne me iterum iniuria afficias. Arbitror autem multos exclamatuos esse ad hoc uerbum, & ad res ipsas deuenturos esse uociferantes, Basilius aliquid iniuriae fecit, etiam si parum id sit: igitur & Aeacus & Minos & huius frater. Ego autem te in reliquis quidem etiam illorum uictorem esse concedo: quis uero te uidit & non inuidit? Vnum autem quiddam tibi contra nos peccatum esse, si te commonefecero, persuade conquirentes ut ne clament. Nemo qui te accessit & beneficium a te petiit, quod dare facilitum fuit, uoti imposuisti. Sum itaque ego is qui beneficium quidem petiui, non autem accepi. Quid igitur petiui? Saepe tecum in castris conuersatus, rogauit ut per tuam sapientiam ad Homericam infantiae profunditatem peruenire mihi contingeret. Si uero totum dixi, possibile non est: at tu in partem nos sortis inducas. Partem autem concupiscebam, in qua quum Graecis res male cederet, Agamemnon eum quem iniurijs ac contumelijs affectis, muneribus placauit. Haec me dicente, ridebas, non habens quidem cur negares, uelut non possis praetendens, gratificari uero nolens. Num igitur tibi & conquerentibus iniuria affectus esse uideo, quod te iniuriam facere dixit?

Libanius

Libanius Basilio.

Epist. CLIII.

Si quidem aliquid ad eruditionem adolescentibus quos misisti apposuimus, ipse iudicabis. Spero autem hoc ipsum etiam si paruum sit, magnam gratiam habiturum esse, propter nostram amicitiam. Quod autem praeruditione laudas temperantiam, & non tradere animas non honestis uoluptatibus, huius ualde magnam prouidentiam fecerunt, & uitam transegerunt uelut par erat, memores eius qui misit. Suscipe itaque quae tua sunt, & lauda eos qui & te & me, moribus ornarunt. Adhortari porro te ad auxilium ferendum, simile esset, uelut si quis patrem ad ferendum liberis auxilium exhortetur.

Libanius Basilio.

Epist. CLIII.

Omnis quidem episcopus res est lucro ualde intentus: tu uero quantum alios eloquentia excellis, tantum etiam timorem mihi exhibes, ne mihi petitionem deneges. Nam tegulis mihi opus est, perticas autem siue ridas alius quispiam sophista dixisset, non indigens, sed in uerbis se iactans magis quam opus habens. Ego uero si tu non exhibueris, sub dio hibernabo.

Basilii Libanio.

Epist. CLV.

Si lucrari, questum facere significat, & hanc significationem habet uox illa, lucro intenta, quam ex Platonis adytis sophistica tua nobis produxit, considera o admirande, quis magis luero intentus sit: nos quilibet per contractum & epistolarem facultatem circuuallamur, aut sophistarum genus, quorum ars est eloquentiam uectigalem facere. Quis ex episcopis, sermonibus tributum imposuit? Quis est discipulis mercedem exegit? Vos estis qui orationes uenium proponitis, uelut dulciarij pistores mellis placentas. Vides quod etiam senem ad saltandum commouisti. Ego uero tibi in declamationibus pompam ducenti, tegulas tot numero offerri iussi, quot fuerunt milites qui in Thermopylis pugnarunt, omnes prolixas, & iuxta Homerum tuum, longas umbras fundentes, quas facer Eustathius se restitutum esse promisit.

Libanius Basilio.

Epist. CLVI.

Non desines Basili sacrum hoc Musarum stabulum, plenum Cappadocibus facere, & hoc redolentibus griten, & niues, & quae isthic sunt bona? Ferme autem etiam me Cappadocem effecerunt, semper mihi illud, adoro te, accinentes. Oportet tamen terere Basilio iubente. Scito itaque quod regionis quidem mores diligenter persequor, nobilitate uero & concinnitate meae Calliopes, priore habitu mutato uiros induam, ut pro palmis, columbae uobis uideri possint.

Basilii Libanio.

Epist. CLVII.

Exoluta est tibi tristitia? Hoc enim sit epistolae exordium. Tu uero cauillare ac subsanna res nostras, siue ridens siue serio agens. Quid autem niuis aut grites meministi, quum liceat tibi deliciari in cauillis nostris? Ego uero o Libani, quo latum tibi risum moueam, sub uelamento niuis tectus epistolam scripsi: quam ubi susceperis & manibus contigeris, cognosces quod horrida est haec, & eum qui misit ipsam imagine exprimit ac refert, intus delitescentem, & extra domos prospicere non potentem: sepulchra enim ipsas domos possidemus, usque quo uer accesserit, & mortuos nos ad uitam rursus reduxerit, esse ipsum uelut plantis largiens.

Basilii Libanio.

Epist. CLVIII.

Multi ex his qui illinc nos accesserunt, mirati sunt tuam in eloquentia uirtutem: dicebant enim demonstrationem quandam ualde splendidam factam esse: & certamen erat uelut dicebant maximum, ut omnes concurrerent, & nemo alius in urbe appareret, quam solus Libanius decertans, & tota adolescentia audiens. Neque enim uolebat quisquam extra certamen esse, non qui in dignitatis mole uersatur, non qui in militum delectu illustris est, non qui mechanicis artibus uacat. Iam uero etiam mulieres certamini adesse festinabant. Quod uero fuit certamen: quae oratio quae omnem populi conuentum congregauit? Et sane nunciauerunt mihi, morosi uiri modo orationem instituisse. Eam quae sic omnibus admirationi fuit, ne cuncteris mihi mittere, quo & ego declamationum tuarum laudator sim. Qui enim Libanium laudo etiam extra opera constitutus, qualis siam nunc laudum argumentum adeptus?

Libanius Basilio.

Epist. CLIX.

Ecce nisi orationem sudore diffuens, quomodo enim id non contingeret, quum tali uiro declamationem mittam, qui potens es & Platonis sapientiam, & Demosthenis uehemen-

uehementiam, falso factari demonstrare. At meum tale est, uelut si culex elephantum com-
paretur. Quare horreo & tremo, diem supputans qua orationem ipsam considerabis,
imò ferè mente excidi.

Basilii Libanio.

Epist. CLX

LEgi orationem tuam ó sapientissime, & ualde admiratus sum. O Musæ & eloquen-
tia, & Athenæ, qualia amatoribus uestris donatis, quales ferunt fructus, qui breue
quoddam tempus uobiscum conuersantur. O fontem large se effundentem, quales ostendit hau-
rientes. Ipsum enim uidere mihi uidebar in oratione cum garrula muliercula conuersan-
tem. Viuam enim orationem Libanius in terra conscripsit, qui solus orationibus animam
largitus est.

Libanius Basilio.

Epist. CLXI

Nunc cognoui me esse quod dicor: cum enim Basilius me laudaret, de omnibus se-
ro uictoriam. Et nunc mihi suffragium tuum consequuto incedere licet elato gressu,
ut uelut arrogans quispiam omnes contemnam. Quandoquidem igitur etiam tibi oratio
elaborata est contra ebrietatem, uolumus etiam hanc adipisci. At tumidum quidem nihil
dicere uolo: uerum oratio ipsa conspecta, docebit me orationis ac eloquentiæ artem.

Libanius Basilio.

Epist. CLXII

Nunquid igitur Basili Athenas habitas, & tu ipsius oblitus es: Non enim Cæsariæ
ses hæc intelligere potuerunt. Lingua enim mihi his adfuita non erat, sed uelut si
per precipitium quoddam transirem, nominum nouitate percussa, ad me patrem dicebat:
Pater non docuisti. Homerus est hic uir: imò Plato, imò Aristoteles, imò Sufario qui om-
nia nouit. Atque hæc quidem lingua: utinam autem te contingat ob talia nos laudare.

Basilii Libanio.

Epist. CLXIII

Suicipientibus quidem nobis quæ tu scribis, gaudium est: dum uero exigit ut rescri-
bamus ad ea quæ scripsisti, certamē & anxietas instat. Quid enim dixerimus ad ad-
eo Atticissantem linguam: præterquam piscatorum sum discipulus, cōsitor & amplector:
Basilii Magni Andronico duci.

Epist. CLXIII

SI quidem sic corpore affectus essem, ut facile sufferre peregrinationem possem, & hie-
smis difficultates sustinere, non sanè scripsissem: uerum ipse ad magnanimitatem tuam
profectus essem, ob duas potissimum causas, ut & ueteris promissionis debitum persolue-
rem: scio enim me promississe adfore in Sebastea, & præstantia tua fruiturum esse: quod
ipsum feci quidem, uerum à congressu aberravi, cum paulo post celsitudinem tuam ad-
uenissem. Deinde uero ut legationem per meipsum perficerem, quam sustinere hactenus
distuleram, minorem meipsum iudicans, quam ut tale beneficium consequi possim: & simul
reputans quod neque principem neque priuatum, quisquam per literas loquens, de ulla ali-
qua re sic persuaserit, uelut ipse præsens, ita ut crimina partim diluat, partim pro ipsis sup-
plicet: alijs uero ueniam dari recuset: quorum nihil facile per epistolam fieri posset. Om-
nibus igitur his unum opponens te diuinum caput, & quod sufficere mentem ac uolun-
tatem tibi indicare, quam de negotio habemus, reliqua uero appones de teipso, ad ag-
gressionem hanc segnis non fui. At uides quomodo in orbem circumeo, cū cians ac dis-
ferens causam detegere eorum, pro quibus uerba facio. Domitianus hic necessarius ac
familiaris nobis est ab antiquo ex parentibus, ut nulla re à fratre differat. Cur enim non
quis ueritatem dixerit? Deinde causam edocui à qua hæc passus est, dignum esse qui sic
pateretur diximus. Neque enim sit aliquis, qui parum aut multum in uirtutem tuam pec-
cauit, & poenam effugit. At quum uideamus ipsum pauide & inglorie uiuere, & in tuo
suffragio ipsius salutem sitam esse, sufficientem ipsum poenam habere iudicauimus: & ma-
gnanimum simul ac humanum, in statuendo ac animaduertendo in ipsum, te esse suppli-
camus. Nam reluctantes quidem sub manum subiugare, fortis est & reuera principis.
Succumbentibus uero benignum esse & mansuetum, eius est qui magnanimitate ac man-
suetudine omnes excellit. Quare licebit tibi uolenti, in eodem tum ad ulciscendum, tum
ad seruandum, prout uolueris, magnanimitatem ostendere. Hic modus castigationis ac
supplicij sufficiens est Domitiano, eorum uidelicet quæ timet metus: & ut eorum quæ
seipsum pati dignum esse nouit, nihil in poenam ipsi addatur supplicamus. Etenim illud
considera, quod domini quidem eorum qui iniurias fecerunt, multi iam ex prioribus
fuerunt, quorum nulla mentio ad posteros transmissa est. Remiserunt autem iram,
qui

qui multos philosophia excefferunt, quorum immortalis memoria in omne tempus tra-
dita est. Addatur itaque etiam hoc inter historiae tuæ exempla. Da nobis celebrare uolenti-
bus res tuas, ut superiorum temporum decantatas humanitates excedamus. Sic etiam
Croesus filij occisori iram remisisse dicitur, seipsum ad supplicium offerenti. Et Cyrus il-
le magnus huic ipsi Croeso amicus factus esse post uictoriam narratur. His te connume-
rabimus, & quantum uires nostræ tulerint, hæc prædicabimus, si non omnino exigui qui-
dam tanti uiri præcones esse putati fuerimus. Illud uero super omnia dicere necessarium
est. Quod eos qui quodcumque tandem iniuste fecerunt, non propter iam facta punimus,
qua enim arte fieri possit ut quæ facta sunt non sint facta? Sed quo aut ipsi de cætero me-
liores fiant, aut alijs modestiæ exemplum existant. Neutrum itaque horum in præsentia de-
esse quis dixerit. Ipse enim & post mortem horum recordabitur, & reliquos mortuos esse
propter timorem ad hunc respicientes puto. Quare quicquid supplicio addiderimus, iram
nostram expleuisse uidebitur, id quod ut de te uerum sit, multa re opus habere, ego sa-
ne affirmauerim. Et neque adductus fuisset ut talium uerborum quicquam dicerem, si
non maius danti quam accipientibus beneficium fieri uisisset. Neque enim paucis per-
spicua erit hæc morum magnanimitas. Cappadoces enim omnes quod futurum est spe-
ctant, quos optarim unam cum reliquis bonis quæ tibi adsunt etiam hoc recensere. Cui-
dior desinare à scribendo, putans damnum mihi allaturum esse, quod ommissum est. Tan-
tum tamē addam. Quum multorum epistolas habeat qui ipsum excusare ac liberare co-
nantur, omnibus potiore nostram duxit, haud scio quomodo doctus esse quandam no-
stri apud celsitudinem tuam rationem ac existimationem. Quo igitur neque ipse fallatur
spe quam in nobis habet, & nobis liceat apud eos qui hic sunt gloriam, rogatus sis domi-
ne incomparabilis annuere petitioni. Omnino autem nullo unquam philosopho deterius
res humanas considerasti, & nostri quod bonus thesaurus omnibus, qui indigentibus ac
rogantibus inseruiunt, repositus est.

Basilii Magni Eustathio philosopho,

Epist. CLXV

Quam iam animum despondissem ad eius quæ fortuna dicitur insultus, à qua sem-
per aliquid impedimenti, ut te conuenire non potuerim factum est, mirabiliter quo-
dammodo me reuocasti & literis consolatus es. Nam & apud meipsum iam animo uer-
sabat, Nunquid uerum est id quod à multis diuulgatur, quod necessitas quædam est & fa-
tū, quod & paruas & magnas res nostras ducit. Ipsi uero nullius rei domini sumus. Aut
si hoc non est, fortuna quædam omnino humanam uitam agit, atque harum cogitationum
magnam ueniam nobis dabis, ubi causas à quibus ad ipsos adductus sum didiceris. Ego
reliqui Athenas ad famam philosophiæ tuæ contemnens ea quæ isthic sunt. Præterquam au-
tem ciuitatem in Hellesponto, uelut nullus Ulysses Sirenum cantus. Et Asia quidem ad-
miratus sum, uerum ad metropolim honorum in ipsa festinabam. Vbi uero patriam ap-
prehendi, & te in ipsa magnam illam commoditatem quaesitum non reperi, hinc mihi de
cætero multæ & uariæ occasiones inopinatarum impedimentorum obortæ sunt. Aut
enim infirmum omnino esse oportebat, & propter hoc relinqui. aut unam cum eunte ad or-
rientem proficisci non posse, & sero aliquando Syria per innumeros labores apprehen-
sa, non contingere cum philosopho conuersari ad Aegyptios profectio. Rursus igitur or-
portebat ad Aegyptum abire longam ac molestam uiam, & neque hic quod uolebam ha-
bere. At adeo infeliciter amore torquebar, ut aut iter ad Persas arripere oportebat, & si-
mul quam longissime ad Barbarorum terram procedere, ueniebas enim etiam illinc, tan-
ta quædam demonis contentio erat: aut isthic desidere, aut in Alexandria, id quod etiam
contigit. Videor enim mihi, si non uelut pecus fronde præmōstrata sequi renunciaissem,
etiam ultra Nyssam Indicam processurus fuisse. Et si qua extrema nostræ habitabilis ter-
ræ regio est, etiam in hac oberraturus fuisse. Et quid opus est multa dicere? Nam postre-
mum nunc in eadem regione degenti mihi non contigit te conuenire, dum per longas in-
firmas prohibeor, quæ nisi deinceps moderatiores factæ fuerint, neque per hyemem
præstantiam tuam conueniemus. Hæc non sunt fati opera: Hæc non necessitatis. Hæc
non ferè etiam poetarum de Tantalo fabulas excedunt: Sed uelut dixi melius habeo per
literas tuas, & non amplius in eadem sum sententia. Verum sentio oportere danti qui-
dem bona deo gratiam habere, referuanti uero non indignari. Et sane siquidem etiam
Pp nobis

nobis exhibuerit te conuenire, hæc optima simulq; iucundissima putabimus. Si uero distulerit, leniter feremus dominum. Melius enim omnino quam nos elegerimus, res nostras gubernat.

Basilii Magni Iuliano,

Epistola CLXVI

Quomodo tibi interiecto hoc tempore corpus habuit? Num integre manus actionem receperit? Quomodo uero reliqua uitæ negocia? num ex animi sententiâ tibi procedunt, quemadmodum optamus & uelut proposito tuo debetur? Nam quibus facilis est ad mutationem mens, his non dissimile uero est etiam uitam non esse ordinatâ. Quibus uero firma est mens, & semper constans ac eadem, hos consequens est concorditer ad propositum ac uoluntatem, uitam degere. Reuera enim gubernatori quidē nauis concessum non est tranquillitatem facere quando uult. Nobis uero ipsis tranquillam consistere uitam etiam ualde facile est, si intrinsecus ex affectionibus insurgentes nobis tumultus compescuerimus, & mentem forinsecus accidentibus altiore constituerimus. Nam neq; damna, neq; infirmitates, neq; reliquæ uitæ difficultates uirtuosum attingit, donec mentem habuerit cum deo ambulantem & futurum spectantem, & super excitationem de terra tempestatem leuiter & expedite se extollentem. Nam qui ualde uitæ curis occupati sunt, uelut uolucres carnosæ frustra alas habentes, deorsum cum pecoribus trahuntur. Te uero uidere tantum nobis à negocijs permissum est, quantum his qui in pelago alteros prætereunt. Veruntamen quando quidem ex ungue totum leonem cognoscere datur, ex modico experimento putamus te satis cognouisse. Vnde etiam magnum id ducimus quod res nostræ in aliqua existimatione apud te sunt, & à mente tua non absunt, sed assidue in memoria tibi uersantur. Memoriam uero signum est scribere, quod quanto frequentius feceris, tanto plus nobis gratificaberis.

Basilii Magni Diodoro,

Epistola CLXVII

Accepi libros à præstantia tua missos, & secundo quidem ualde lætatus sum, non foralium propter breuitatem, uelut uerisimile est eum qui segniter ad omnia ac debilitate de cætero affectus est. Sed quod & densus simul est sententijs, & distincte se habentibus ipso oppositiones contrariorū, & responsiones ad ipsas. Et ipsa dictionis simplicitas nullo artificio constans, decere uisa est mihi propositum Christiani, non magis ad ostentationem quam communem utilitatem scribentis. Prior autem, uim quidem eandem in rebus habens, dictione uero sumptuosiore & figuris uarijs & disputandi gratia superbis, multo indigere uisus est mihi tempore ad perlegendum, & labore mentis, tum ad colligendas, tum ad retinendas in memoria sententias. Nam quæ interim interferuntur refutationes contrariorum, & confirmationes nostrorum, etiam si dulcedinem quædam dialecticam ipsi scripto inducere uidentur, tamen quia ocium & moram requirunt, continuitatem sententiæ diuellunt, & contentiosæ orationis firmitatem relaxant. Illud enim omnino non uis prudentia tua, quod etiam externi philosophi qui dialogos conscripserunt, Aristoteles & Theophrastus statim ipsas res attigerunt, propterea quod cōsēj sibi essent inopæ platonice gratiæ. Plato uero ob eloquentiæ facultatem, simul aduersus dogmata pugnat, simulq; personas obiter obiurgat, Thrasymachi quidem temeritatem ac impudentiam eriminans, Hippia uero leuitatem mentis & laxitatem, Protagoræ autem arrogantiam ac timiditatem. Porro ubi indefinitas personas in dialogis introducit, distinctionis rerum gratia uisus disputantibus, nihil uero aliud ex personis inuoluit ipsis argumentis, id quod in legibus fecit. Oportet igitur etiam nos qui non per ambitionem ad scribendum peruenimus, sed utilium sermonum documenta fraternitati relinquere propositum habemus, si quidem aliquam omnibus antea prædicatam ob morum pertinaciam personam subiecerimus, etiam aliqua à personæ qualitate orationi at texere: si quidem omnino conuenit nobis inuehi in homines rebus ipsis relictis: Si uero indefinitum fuerit id de quo disputatur, contentiones aduersus personas, continuitatem dirimunt, & ad nullum finem utilem deueniunt. Hæc dixi quo demonstraretur, quod non in adulatoris manus, labores tuos demisisti, sed fratri maxime ingenuo ipsos communicasti. Dixi autem non ad eorum quæ scripta sunt correctionem, sed ad futurorum obseruationem. Nam qui tanto habitu ac studio circa scribendum usus est, omnino non legnis erit ad scribendum, quando quidem etiam hi qui argumenta exhibent non cessant. Nobis autem sufficet legere uestra, Verum

rum à scribendi facultate tantum absumus, quàm ferme dixerim etiam à sanitate, aut etiam ab eo ut modicum ocium à negocijs agamus. Remissi autem nunc maiorem ac priorem per lectorem, quàm eius à me fieri potuit perfectum. Secundum uero apud me retinui, uolo enim ipsum transcribere, & hæcenus non habui copiam alicuius qui uelociter scribere posset. Ad tantam enim paupertatem inuidiosæ Cappadocum res deuenere.

Basilii Magni Eunomio,

Epistola CLXVIII

Quicomprehensibilem esse dicit rerum inuentionem, uia quadam omnino & consequentia, per rerum cognitionem mentem suam occupauit, animumq; adiecit, & in his quæ facile apprehendi possunt ac minoribus exercitatus, ita per cōprehensionem hanc, etiam ad eam quæ est ultra omnem intelligentiam, sui ipsius comprehensiuam imaginationem perduxit. Qui igitur rerum cognitionem se apprehendisse gloriatur, is minutissimi eorum quæ nobis apparent naturam interpretetur, & quæ sit formicæ natura dicat. An spiritu & anheliu uita ipsius cōtineatur, an ossibus corpus distinctū sit, an neruis & ligamentis composito firmata sit, an musculorum & glandularum munimento neruorum natura contineatur, an medulla à sincipite usq; ad caudam unâ cum spinâ uerticulis extendatur, an neruosa membranæ ambitus membræ quæ mouentur concitato riam uim immittat, an sit in ipsa iecur, et uas fellis susceptorium in iecore, renesq; ac cor, & arteriæ, & uenæ, pelliculeq; ac intersepta, an nudū sit animal aut pilosum, solidipes sit aut multipedos gressus habeat. Quanto tempore uiuat. Et quis sit ipsius generationis modus. Quam diu gestetur foetus. Et quomodo neq; pedestres omnes sunt formicæ, neq; omnes alatae, sed aliæ quidem humi repunt, aliæ per aerem feruntur. Qui igitur rerum cognitionem faciat, interim formicæ naturam explicet. Deinde ita uirtutis ac potentiae omnem intellectum excedentis naturam exponat. Si uero minutissimæ formicæ naturam nondum cognitione apprehendisti, quomodo incomprehensibilis dei uim te imaginari gloriaris?

Basilii Magni Olympio,

Epist. CLXIX

Qualia facis o admirande, quod amicam nobis paupertatem & philosophiæ nutriticem finibus expellis. Arbitror enim te etiam expulsionis actione, ab ipsa reu posse peragi, si qua contingeret ipsi defensio. Nam huic cohabitare elegi ego, nunc quidem Zenonem laudanti, qui naufragio omnibus amissis, nihil in generosum loquutus est, sed euge dixit o fortuna compellis nos ad detritum pallium: Nunc uero Cleanthen, aquam ex puteo ob mercedem haurientem, unde & ipse uitam degebat, & præceptoribus mercedem persoluebat. At uero Diogenem ne cessauit quidem unquam admirari, solis naturæ rebus contentum esse conantem, ut etiam poculum abiecerit, quum à puero doctus esset cauis manibus hausitam aquam bibere. Per hæc & similia cohabitatrix nostra paupertas te accusauerit, per magna munera nunc expulsa. Apposuerit autem & minas quasdam, nempe, Si te hic rursus deprehēdero, Siculas aut Italicas delicias, priora illa demonstrabo ac efficiam. Ita exacte te per amicæ meæ bona ulciscar. Atq; hæc quidem talia. Gauius autem sum ubi ad diu te iam curationem incepisse, & opto ut hæc tibi proficit. Deuenerit autem sacram animam tuam, iucundum corporis ministerium.

Basilii Magni Olympio,

Epist. CLXX

Et literas præstantiæ tuæ adeptus, iucundior ac hilarior me ipso factus sum: & cū charissimis filijs in colloquiū progressus, ipsum te uidere mihi uisus sum, qui animam meam malis diuexatam assumpserunt atq; ita affecerunt, ut oblitus sim cicutæ apud uos, quam somniorum interpretes ac caupones, in gratiam eorum qui ipsos mercede conduxerunt, contra nos circumferunt. Epistolas uero partim misi, partim in posterum dabiturus si uolueris, solummodo contingat aliqua utilitas ex ipsis, eis qui ipsas accipiunt.

Basilii Magni Olympio,

Epist. CLXXI

Scribebas nobis prius quidem pauca, nunc uero neq; pauca, & uidetur breuiloquentia temporis progressu, perfecta fieri taciturnitas. Redi itaq; ad consuetudinē, ita non amplius tibi indignabuntur Lacones per literas ad nos imitanti, sed etiā modicas literas, magnæ tuæ affectionis signa existentes, magni aestimabimus, solum nobis scribas.

Basilii Magni Olympio,

Epist. CLXXII

Quemadmodum reliqui fructus singuli proprio tempore accedunt, in uere quidem

pp 2 dem

dem flores, in aestate uero spicae, in autumnno malum. Sic hyemis fructus sunt sermo-
nes, ac fabulae.

Basiliius Magnus Candidiano, Epist. CLXXIII

Quam epistolam tuam in manus fumerem, accidit mihi quid dignum relatu. Vere-
bar ipsam, uelut aliquid publicum annunciantem, & quo tempore ceram resolu-
bam, aspectans timebam, uelut nullus Spartiata Scytalam Laconicam, dum in crimine
haeret. Postquam uero solui & omnia singulatim relegi, ridere mihi animum subiit, partim
prae uoluptate, quod nihil recētius audiuissē, partim tua ad Demosthenica comparan-
ti. Nam hic quidem ubi paucis quibusdam tripudatoribus ac tibicinibus sumptum sup-
peditabat, non amplius uolebat Demosthenes, sed Choragus & expensarū largitor no-
minari. Tu uero idem es & expensas suppeditans, & non. Suppeditās quidem pluribus
myriadibus militum, quam ille uiris, quibus res ad uitā necessarias exhibebat. Et tamen
neque nobis ab hoc habitu ac dignitatis gradu scribis, sed eo quo antea solitus fuisti modo,
& nihil ab eloquentiae studio remisisti. Sed ad Platonis similitudinem, in tempestate ac
turbine negotiorum, uelut sub muro quodam forti consistens, nulla turbatione animam
replevis, immo neque alios replevi sinis, quantum eius per te fieri potest. Et tua quidem ta-
lia sunt, magna & admirabilia his qui ipsa contemplari possunt, & rursus non admirabi-
lia ei qui ad uitae propositum iudicat. Audi sane etiam nostra, & inopinata existentia &
consequenter nobis occurrentia. Vir quidam ruralis ex his qui cohabitant nobis in An-
nelis, famulo meo uita defuncto, commercium quoddam cum ipso habuisse praefatus, non
me requisito, non facta accusatione, non a uolente capere dignatus, non minatus si non
acciperet se uim illaturum esse, confertim cum quibusdam crudelitate ipsi similibus, irru-
ptione in aedes nostras facta, & mulierculas ipsas custodientes uerberando contriuit, &
effraetis foribus uniuersa extulit, partim ipse praedatus, partim in rapinam uolentibus
proponens. Quo igitur non extremus terminus debilitatis nos simus, & omnibus uidea-
mur ad aggressionem expositi: quam in omnibus negocijs nostris ostendisti diligentiam,
etiam nunc afferre rogatus sis. Sic enim solum tranquillitas nobis conseruari poterit, si
efficaci potentiae tuae coniuncti fuerimus. Fuerit autem nobis sufficiens poena, si perli-
ctorem comprehensus, in carcere ad breue tempus conclusus fuerit, Nam non solum ob
ea quae passi sumus indignamur, sed etiam securitate in posterum opus habemus.

Basiliius Magnus Phirmino, Epist. CLXXIII

Et rarae sunt literae tuae, & breues haec ipsae, aut ob segnicem ad scribendum, aut quod
etiam alias fatietatem ex multitudine effugere uis, aut quod etiam ad breuiloquen-
tia te ipsum adiuuatis. Nobis uero nihil satis est, sed etiam si exceperint copia, desiderio
nostro breuius sunt, propterea quod cupiam omnia sigillatim de te discere, & quomo-
do corpus tibi habeat, & quomodo exercitatio, & utrum perseveras in his quae ab initio
decreuisti, aut etiam consilium transmutasti, sententiam ad accidentia transponens. Si
quidem igitur idem tibi ipsi esse perseveras, non multitudinem literarum requisierimus,
sed sufficit nobis tantum. Hic illi, scito nos sanos esse, & uale. Quandoquidem uero audi-
mus ea quae etiam dicere erubescimus, quod relicto beatorum maiorum ordine, ad pa-
tris auum transfugis, & Brettanios pro Phirmino fieri studeas: exigimus haec ipsa audire,
& rationes discere propter quas ad hanc uitae uiam procedere perductus es. At quia ipse
conticuisti, ob pudorem consilij, nos te exhortamur ut ne statuere uelis, turpitudinis con-
fusia & pudore digna. Et si quid subiit animum tuum, ut eo ex mente expulso rursus uis
ipsum fias, & militia ac armis & castrorum ærumnis longum ualere iussis patriam occu-
pes, sufficere arbitratus & ad uitae securitatem, & ad omnem claritatem, ex æquo cum pro-
genitoribus urbi dominari, id quod citra laborem tibi obuenturum esse confidimus, tum
ad aptitudinem ex fide, tum ad solitudinem instantium ac se opponentium respicientes.
Sive igitur non factum est ab initio hoc consilium, siue factum rursus reiectum est, cito no-
bis significato. Si uero quod absit, eadem consilia manent, calamitas ipsa spontaneus nun-
cius nobis ueniat. Literis uero non opus habemus.

Basiliius Magnus Iulitae Liberæ, Epistola CLXXV

Ars quaedam est uenandi columbas huiuscemodi. Quum unius potentes facti fue-
rint hi qui talia studio habent, mansuetactam hanc & simul cum ipsis cibum ca-
pientem

pientem faciunt, & tunc alii ipsius ungento illitis, ipsam cum externis congregari sinunt.
Illa uero ungenti fragrantia, gregem illum per se pascētem possessionem facit ei qui man-
suetam possidet. Nam ad eas quae gratum illum odorem spirant, etiam reliquae conse-
quuntur & inhabitant. Quid uero uolens, hinc literarum exordium facio? Quod acce-
ptum filium Dionysium, qui olim Diomedes uocatus fuit, & animae ipsius alii per diu-
num ungentum illitis, emisi ad tuam pudicitiam, ut & tu una cum ipso aduoles, & nidum
quem praedictus apud nos fixit occupes. Si igitur haec uidero in uita mea, & pudicitiam
tuam ad altam uitam transferris, multas personas dignas deo rogabo, ut debitum ipsi ho-
norem persoluant.

Basiliius Magnus cuidam, Epist. CLXXVI

Quod te amo ex hoc quod scribo disce. Quod me odio habes, ex eo quod facis co-
gnoui. Scribe uero uel deinceps, calamo & atramento ac modica charta aman-
tes amans.

Basiliius Magnus cuidam, Epist. CLXXVII

Vnum uitae signum est sermo, Quomodo uero tu super terram esse putaberis, nisi
quam loquutus? Verum remoue silentium tuum scribendo nobis & manifestan-
do te ipsum quod uiuis.

Basiliius Magnus Notario, Epist. CLXXVIII

Sermones naturam aliam habent, Quapropter notis opus habent, ut uolantibus ip-
sis, celeritatem scriptor apprehēdat. Tu igitur o puer notas ac characteres perfectos
facias, & figuras consequenter ex ordine signes. In paruo enim errore multus sermo peccat,
per diligentiam uero scribentis id quod dicitur corrigitur.

Basiliius Magnus Duci, Epist. CLXXIX

Scio maximum & primum praestantiae tuae studium esse, ut omni modo iustitiae gra-
tificeris ac patrocineris. Deinde ut amicis beneficias, & eos qui ad magna sapientiae
tua praedictum confugiunt asseras. Omnia itaque in praesenti argumento in unum cor-
currunt, Nam & iustum est negocium super quo legationem facimus, & in quo nobis
gratificari possis, quos inter amicos tuos numerare dignatus es, & quod debetur his qui
cellitudinem tuam super his quae passi sunt in auxilium inuocant. Frumentum enim quod
solum ad necessariam uitam degendam charissimus frater Dorotheus habebat, quidam
in Beris ex his quibus rerum publicarum administratio concredita est diripuērunt, si-
ue à seipsis ad hanc uim progressi, siue etiam ab alijs instigati. Veruntamen ex nulla par-
te res ipsa culpa caret. Quid enim minus iniuriae facit is qui ex se malus est, quam qui alio
rum maliciae inseruit, & his qui damnatum pertulerunt aequale detrimentum existit. Hoc
itaque frumentum cupimus per eos qui abstulerunt recipere, & non licere ipsis ad alios cul-
pam ac causam eorum quae ausi sunt referre. Quanti autem praecij res est, necessitatem ex
frumenti inopia effugere, tanti beneficium generosae cellitudinis tuae aestimabimus, si mo-
do dare dignatus fueris.

Basiliius Magnus Calligrafo scriptori, ut pulchras literarum notas ducat,

Epistola CLXXX

Recte scribe, & utere uersuum ordine recte, & neque ad altitudinem manus ipsa eleuē-
tur, neque per praecipitā feratur, neque coge calamum ut oblique procedat, uelut can-
cer apud Aesopum. Sed in directum procede, uelut ad amissum fabrilem progrediens,
quae ubique aequalitatem seruat, & quicquid inaequale est destruit ac tollit. Nam obliqui-
tas indecora est, Rectitudo uero iucunda est aspicientibus, non permittens sursum ac de-
orsum nutare oculos legentium, quemadmodum urnae haustoriae solent, quibus aqua
ex puteis extrahitur. Quale sane quiddam etiam mihi contigit, ubi literas tuas accepi.
Nam quum uersus scalarum modo siti essent, quando ab altero ad alterum transire oportebat,
necesse erat dirigere ad finem praecedentis, in quo quum nusquam consequentia ap-
pareret, rursus recurrere oportebat, & ordinem inquirere, ita ut retro cederem & sulcum
sequerer, uelut Theseus filium Ariadnes quod aiunt: Scribe itaque recte, & ne seducas men-
tem per scriptorum obliquitatem ac toruitatem.

Finis Epistolarum Basilij Magni ac
Gregorij Theologi.

¶ **DIVI BASILII MAGNI EPISTOLA**

AD CHILONEM DISCIPVLVM SVVM, IANO

Cornario Medico Physico interprete. CLXXXI



SALVTARIS rei tibi autor ero charissime frater, si libēter à nobis consilium acceperis de his quæ sunt faciendæ, præsertim de his ad quæ ipse nos inhortatus es, ut tibi consilium daremus. Nam auspiciari quidem solitariam uitam multi æqualiter ausi fuerunt, uerum ut pro rei dignitate absoluerent, à paucis fortassis elaboratum est. Et omnino non in proposito solum finis contingit, sed in fine eorum quæ elaborata sunt lucrum accedit. Itaq; nulla utilitas est his qui non ad scopi finem festinant, cæterum usq; ad principium solum monachorum uitam expendunt, immo etiam propositum suum deridendum relinquunt, ignauitæ ac temeritatis crimen apud externos incurrentes. De talibus enim etiam dominus dicit: Quis uolens domum ædificare, non prius desidens supputat sumptum, an habeat quibus opus est ad abscondendum, ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, incipiant illudere ipsi prætereuntes, dicentes, Hic homo fundamentum posuit, & non potuit consummare. Principium igitur alacrem ac promptum habeat in recto uirtutis facti progressum. Nam & generosissimus athleta Paulus, non uolens securus conuiescere in bonis prius perpetratis, sed quotidie ultra progressus, dicit: Eorum quæ retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ à fronte sunt enitens, iuxta præfixum scopum persequor ad brauium super me uocationis. Talis enim est hominum uita, non contenta his quæ præcesserunt, sed quæ nutriatur non magis prægressis quam futuris. Quid enim prodest homini hesternæ uentris satietas, si insita fames proprium eius solatium non reperiat. Sic neq; animæ lucrum ex hesternæ uirtutis actione accedit, si hodierna iusta actio relinquitur. Qualem enim reperio te inquit, talem te iudico. Itaq; uanus est iustus labor, irreprehensibiles item sunt peccatoris mores, si alteratio inducatur, ita ut ille à meliori ad deterius, hic à deteriori ad melius mutetur. Hæc etiam ex Iezechiele uelut ex persona domini docente audire licet. Si enim inquit, declinans iustus deliquerit, non recordabor iustificationum quæ fecit antea, sed in peccato suo morietur. Idem uero dicit & de peccatore, Si conuersus fecerit iustitiam, uiuet in ipsa. Vbi enim iust tot Moysi serui dei labores, quum momentanea contraditio interuenerit ipsi ad terram promissionis ingressum. Vbi uero est ipsius Giezi cum Helissæ conuersatio, quum propter auariciam lepram contraxerit. Quid autem sapientiæ multitudo Solomoni profuit, & talis prægressa de deo notio, quum postea per insanos mulierum amores in simulachrorum cultum delapsus sit. Sed neq; beatum Dauidem ab alienata à deo supinitas inculpabilem dimisit, propter peccatum in Uriam commissum. Sufficit autem & lude à meliore ad deterius lapsus, ad securitatem ac munitionem eius qui uitam secundum deum degit, qui quum tanto tempore Christi discipulus fuisset, postea ob paruam lucellum præceptore diuēditio, sibi ipsi laqueum comparauit. Hoc igitur notum sit tibi frater, quod non qui bene incepit, hic perfectus est. Sed qui bene deponit, hic probatus est apud deum. Ne igitur dederis somnum oculis frater, neq; palpebris tuis dormitationem, ut serueris uelut dorcas ex laqueis, & uelut uolueris ex funiculis. Vide quod in medio laqueorum transis, & supra murum altum ambulas, unde si delaberis lapsus periculo non uacat. Ne igitur statim ad exercitationis summitatem te ipsum extendas, neq; tibi ipsi confidas, ne ex inesperienza ab altitudine exercitationis cadas. Melius enim est paulatim proficere. Paulatim igitur te à uitæ uoluptatibus subtrahes, extirpans à te ipso omnem consuetudinem, ne forte ubi acruatim omnes simul uoluptates irritaueris, turbam tentationum tibi ipsi inducas. Quando uero unius uitij uoluptatis uictor euaseris, ad alterum te accinge, & sic omnes uoluptates tempestiue superabis. Voluptas enim nomen quidē unum est, res autem diuersæ. Itaq; frater sis primum patiens ad omnem tentationem. Qualibus autem tentationibus fidelis detrimentis mundanis, criminibus, mendacijs, inobediencijs, detractionibus, persecutionibus. In his et huiuscemodi probatur fidelis. Deinde quietus sis, non petulans in sermone, non litigiosus, non contentiosus, non uanæ gloriæ appetēs, non

non effugiens arcana, sed studiosus fidelitatis, non in sermone multus. Paratus autē semper sis, non ad docendum, sed ad discendum. Ne sis curiosus de uita mundana, unde nulla tibi utilitas accedit. Ait enim, ut ne loquatur os meū opera hominum. Qui enim libenter loquitur ea quæ peccatorum sunt, prompte contra seipsum excitat uoluptates. Imo potius curiosus sis de uita iustorum, sic enim tibi ipsi inuenies utilitatem. Ne sis ostentator, circūiens pagos aut domos, Verum fuge has uelut animarum laqueos. Si uero quis ob multam pietatem inuitet te ad domum suam, multorum prætextuum gratia, talis discat sequi fidem Centurionis, qui Iesu curationis gratia ad ipsum uenire uolente recusat, uel dicens Domine non sum dignus ut sub tectum meum intres, sed tantum dic uerbum, & sanabitur filius meus. Quum autem Iesus dixisset ad ipsum, Vade fiat tibi sicut credidisti, sanatus est filius ipsius illa ipsa hora. Hoc itaq; tibi notum sit frater, quod non Christi præsentia, sed fides petentis ægotantem liberauit. Sic etiam nunc, te orate in quocumque fueris loco, & ægroto credente, quod preces tuæ ipsi auxilium ferent, omnia ipsi ex animi sententia euenient. Cæterum cognatos tuos nō plusquam dominum diliges. Qui enim diligit inquit, patrem aut matrem, aut fratres, super me, non est me dignus. Quid uero sibi uult domini mandatum. Si quis inquit, non tollit crucem suam & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Si mortuus es cum Christo à cognatis tuis secundū carnem, quid rursus inter ipsos conuersari cupis. Si uero quæ destruxisti propter Christum, rursus ædificas propter cognatos tuos, transgressorem te ipsum constituis. Ne igitur ob cognatorum tuorum necessitatem secesseris à loco tuo. Nam discedens à loco, fortassis ex æquo discedes à moribus tuis. Ne sis amator turbæ. Ne sis studiosus peregrinationis. Ne sis amator ciuitatum. Sed amator solitudinis, apud te ipsum semper manens, non subleuus, orationem & psalmodiam pro opere reputans. Neque lectiones negligas maxime noui testamenti, propterea quod ex ueteri testamento sæpe detrimentum accedat, non quod scripta sunt nociua, sed quod eorum qui læduntur, mens infirma est. Omnis enim panis alimentum præbet, sed infirmis nocius est. Sic igitur omnis scriptura diuinitus inspirata etiam utilis est, & nihil inquinatum per ipsam accedit, nisi quod illud inquinatum est, quod quis inquinatum ac impurum esse putarit. Omnia autem proba, quod bonum est tene, ab omni specie mala abstine. Omnia enim licent, sed non omnia expediunt. Itaque his qui conuersantur tecum in nulla re offendiculo sis, sed gratiosus, fraternus, iucundus, humilis, non excidens a scopo hospitalitatis per sumptuositatem eduliorum, uerum contentus præsentibus quotidianæ necessitatis solitaria uita, nihil amplius ab aliquo accipias. Et maxime fuge aurum uelut animæ insidiatorem, & peccati patrem, ac diaboli ministrum. Ne prætextu erogationis in pauperes, te ipsum auaritiæ obnoxium declares. Si uero quis pauperum gratia afferat tibi pecunias, & noueris esse aliquos destitutos, illi ipsi, cuius sunt pecuniæ, consule ut ad fratres qui ea priuantur deportent, ne forte conscientiam tuam inquinet pecuniarum susceptio. Voluptates fuge. Continentiam persequere. Et corpus quidem laboribus exerce, Animam uero tentationibus aduofacito. corporis & animæ dissolutionem ab omni malo liberationē censens, æternorum bonorum fruitionem expecta, cuius omnes sancti participes facti sunt. Te ipsum indefinenter pondera. Oppone diabolicæ cogitationi piam meditationem, uelut in trutina lancis momento hoc ipsum addens, & maxime quum insurgens praua cogitatio dicat. Quæ utilitas est tibi huius in hoc loco conuersationis. Quid lucri fers ex secessu à consuetudine hominum. An non nosti à deo constitutos episcopos ecclesiarum dei, uiros familiariter conuenientes, & spirituales conuentus indefinenter celebrantes, in quibus maxima his qui accedunt utilitas oritur. Illic enim contingunt prouerbialium ænigmatum reuelationes, apostolicorum dogmatum solutiones, euangelicarum sententiarum enarrationes, theologiæ auscultatio, fratrum spiritualium congressus, qui magnam ex ipso faciei conspectu utilitatem accedentibus præbent. Tu autem à tantis bonis alienum te ipsum fecisti, & desides hic efferatus ad similitudinem ferarū. Vides enim hic solitudinem multā, ab alienationē ab hominibus, non modicā, penuriam doctrinæ, alienationem fratrum, & spiritum ad mandata dei magna secordia præditum. Quum igitur talibus ac tantis te speciosis prætextibus, aggressa praua cogitatio subuertere uoluerit, oppone ipsi per piam meditationem, experientiam rei dicens. Quandoquidem tu dicis mihi, bona ea quæ in

uita sunt esse, propterea ego huc transi graui, indignum me ipsum censens mundi bonis. ammixta enim sunt mundi bonis mala. Immo potius exuperant mala. Nam quum alii quando ad spirituales accessissem conuentus, uix tandem in unum fratrem incidi, qui uidebatur quidem timere dominum, tenebatur autem a diabolo, & audiui ex ipso sermones superbos, & fabulas confictas ad decipiendos auditores. Post ipsum uero incidi in fures, raptores, tyrannos. Vidi ebriosorum habitum indecorum, uidi sanguinem oppressorum, uidi etiam pulchritudinem mulierum temperantiam meam explorantem, & scortationis quidem opus effugit, uerum uirginitatem meam cordis cogitatione inquinari. Et multos quidem sermones animae utiles audiui, uerum apud nullum praecceptorem reperi uirtutem sermonibus respondentem. Post haec rursus innumeras audiui tragicodias cantilenis mollibus indutas. Rursus audiui citharae iucundos modos, plautum saltantium, uocem risum mouentium parasitorum, multam stulticiam ac facetias, turbam immentem clamorem. Vidi lachrymas depraedatorum, dolores eorum qui ducebantur sub tyrannide, eiulatum eorum qui torquebantur, & uidi, & ecce non erat conuentus spiritualis, sed mare uentis exagitatum ac turbatum, quod omnes simul isdem fluctibus obruere conabatur. Dic mihi o mala cogitatio, & temporaria uoluptatis ac uanae gloriae daemon, quae utilitas est mihi harum rerum spectaculi ac auscultationis, qui nulli ex his quibus fit iniuria opem ferre possim? & neque impotentes defendere, neque errantes corrigere ullius permissu ualeo, imo potius fere me ipsum insuper perdo. Quemadmodum enim modica aqua pura a multa uenti procella ac puluere dissipatur. Sic quae putamus nos bona in uita facere, a multitudine malorum obruuntur. Nam tragicodiae uelut pali in cordibus eorum qui in uita illa diuersantur, per laticiam ac gaudium insiguntur, ut psalmodiae patientium, ab his qui eiusdem generis sunt inducuntur, ut demonstratur pauperum patientia. Quae igitur mihi contingat hinc utilitas, aut palam est quod accedit animae detrimentum? Quapropter ego transi graui in montes uelut passer. Sicut passer liberatus sum ex laqueo uenturum. In hac enim solitudine dego, o mala cogitatio, in qua dominus uersatus est. Hic est quercus illa Thabor. Hic ad caelum ferens scala, hic angelorum castra a iacob constituta. Hic solitudo in qua populus purificatus legem accepit, & sic in terra promissionis deum uidit. Hic mons Carmelus in quo Helias commorans deo complacuit. Hic campus in quo secessu facto Esdras omnes diuinos libros ex mandato dei inuenit, hic solitudo in qua beatus Ioannes locustas edens, hominibus poenitentiam praedicauit. Hic mons oliuarum, in quem Christus ascendit ac orauit, nosque similiter orare docuit. Hic Christus ille solitudinis amator. Ait enim, ubi duo sunt aut tres congregati in nomen meum, illic sum in medio ipsorum. Hic arcta illa & angusta uia, quae ducit ad uitam. Hic doctores & prophetae, qui in solitudinibus errant ac montibus, speluncisque & foraminibus terrae. Hic apostoli & euangelistae, & monachorum remota ab urbibus uita. Haec itaque uoluntarie suscepi, ut accipiam quae martyribus ac testibus Christi aliisque sanctis promissa sunt, ut citra mendacium dicam. Propter sermones labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Noui enim deo charum Abraam uoci dei credidisse, & in solitudinem commigrasse. Noui Isaac potentia oppressum esse. Iacob patriarcham extra patriam apud peregrinos uixisse. Ioseph temperantem illum diuenditum esse. Continentiae repertores pueros tres in igne pugnasse. Danielem secundum in fossam leonum coniectum esse. Esaiam liberae linguae uirum, arcanorumque spectatorem dissectum esse. Israellem in captiuitate fuisse. Ioannem adulteri reprehensorem decollatum esse. Martyres Christi occisos esse. & ut ne longam faciam orationem, hic mons est ubi etiam ipse saluator pro nobis crucifixus est, ut morte sua nos uiuificaret, & omnes nos ad patientiam inuicaret ac traheret. Ad hunc festino, & ad patrem et ad spiritum sanctum, ut legitimus reperit contendendo, indignum me ipsum iudicans mundi bonis. Imo neque ego propter mundum, sed mundus propter me est. Haec igitur apud te ipsum reputans, & perficiens ipsa diligenter quemadmodum tibi dictum est, decerta pro ueritate usque ad mortem. Nam & Christus obediens factus est usque ad mortem. Sed & Apostolus dicit. Videte fratres ne forte sit in aliquo ueltrum cor prauum, ad desciscendum a deo uiuente. Sed exhortemini alter alterum, & unus alterum aedificet, quoad dicitur hodiernus dies. Nam hodiernus dies significat totum uitae nostrae

nostrae tempus. Hoc igitur modo si uitam degeris frater, & te ipsum seruabis, & nos exhibebis, & deum glorificabis, in secula seculorum, Amen.

Diui Basilij Magni admonitio ad adolescentes monasticae uitae deditos. Epist. CLXXXII

Disce tu qui solitariam uitam degis fidelis homo, & pietatis operator, & docere euangelicam conuersationem, corporis in seruitutem mancipationem, animum humilem, mentis puritatem, irae dissipationem. Si cogaris insuper adde propter dominum, si aliqua re priuaueris ne litiges, si odio haberis diligas, si persecutionem pateris tolera. si comitibus impeteris obsecra, mortificare peccato, crucifigere Christo, omnem sollicitudinem transfer in dominum, ut reperiaris ubi sunt angelorum myriades, primogenitorum conuentus, apostolorum throni, prophetarum praesidentiae, patriarcharum sceptrum, martyrum coronae, iustorum laudes. Illud concupisce, ut inter iustos illos connumereris, in Christo Iesu domino nostro. Ipsi gloria in secula, Amen.

Diui Basilij Magni epistola ad monachum elapsam ac profugum. CLXXXIII

Gaudium & salutem non praescribimus, quod in impijs neque gaudium sit, neque salus. Nam adhuc credere non sustineo, & cordi meo persuadere non possum, tantam absurditatem, & magnum illud facinus quod ausus es, siquidem uelut apparet iam omnibus, res se ita habet. Admiror enim quomodo tanta sapientia absorpta est, quomodo tanta sinceritas dissoluta est, unde tanta caecitas circumfusa est, quomodo nulla in totum consideratione habita, talem ac tantam animarum perniciem induxisti. Si enim uerum hoc est, tradidisti & animam tuam in profundum, & omnium hanc impietatem audientium robur exoluisti, fidem ignominia affecisti, a certamine bono aberrasti. Quapropter doleo tui gratia. Quis enim sacerdos propter te non lamentabitur? Quis ecclesiasticus non plangit? quis laicus non tristis est? quis pietatis exercitator non luget? fere etiam sol ipse ob ruinam tuam obscuratus est, & uirtutes caeli ob interitum tuum commotae sunt. Lachrymas effuderunt etiam lapides sensus expertes ob tuam insaniam. plorauerunt autem etiam inimici, propter excessum iniquitatis tuae. O ingentem stupiditatem. O uehementem crudelitatem. Non deum timuisti. Non homines reueritus es. non homines curasti, sed simul omnia naufragio amisisti, omnibus simul spoliatus es. Quapropter rursus doleo tui gratia o miserime. Qui regni robur omnibus annunciaisti, regno excidisti. Qui doctrinae timorem omnibus induxisti, non habuisti timorem dei coram oculis tuis. Qui sanctitatem praedicaisti, scelestus repertus es. Qui ob inopiam te factasti, depeculator inuentus es. Qui dei supplicium narratione declarasti, ipse supplicium tibi ipsi peperisti. Quomodo te lugebo? quomodo propter te dolebo? Quomodo excidit Lucifer qui mane oriebatur, & contritus est in terra? Quicumque audierit, eius ambae resonabunt aures, quomodo deo dicatur qui resplendebat super aurum, obscuratus est amplius quam fuligo: filius Sion uenerabilis, quomodo factus est uas inutile? Cuius memoria in sacris scripturis ab omnibus praedabatur, eius memoria hodie cum sonitu perijt. Qui acuta mente praeditus erat, acute ac derepente interijt. Qui multiplici prudentia clarus erat, multiplex peccatum commisit. Nam qui a doctrina tua opem tulerunt, hi ex interitu tuo detrimentum acceperunt. Qui colloquijs tuis aures adhibuerunt, ob interitum tuum aures obturauerunt. Ego uero lamentans ac moestus & undique uiribus exolutus, & cinerem uelut panem comedens, & sacco ob plagam meam teclus, talia tibi encomia recenseo, immo potius epitaphios sermones componens, nullam consolationem aut melam admitto. Nam consolatio occultata est ab oculis meis. & non licet malagma imponere, neque oleum, neque deligamenta. Est enim plaga mea dolorosa, unde sanabor? Si qua igitur adhuc spes superest tibi salutis, si qua breuis memoria erga deum, si quod desiderium futurorum bonorum, si quis timor poenarum non poenitentibus destinatarum, respisce cõfestim, eleua oculos tuos ad caelum, redi ad cor, cessa a prauitate tua, excute circumfusam tibi ebrietatem, resiste prosternenti te, conare ex terra resurgere. Sis memor boni pastoris quod persequens eruet te, & si fuerint duo crura, aut auriculae summitas. Resili ab eo qui uulnerauit te. Sis memor miserationum dei, quod curat oleo & uino. Ne desperes de salute. Reuoca in memoriam quae scripta sunt, quod cadens resurgit, & qui se auertit rursus conuertitur

conuertitur. Percussus curatur. à feris captus superstes est. Qui confitetur non rejicitur. Non enim uult deus mortem peccatoris, uelut ut conuertatur ipse & uiuat. Ne uelut in profundum malorum collapsus contempseris, uelut ad apostolos & ipsum dominum turpitudinem transmiseris. Dedecore affectisti castitatis gloriationem. Vituperasti temperantiae professionem, facti sumus captiuorum tragœdia. A Iudæis & Græcis per actus scænicos representatur res nostræ. Discidisti studia monachorum. Sinciores ad timorem ac formidinem perduxisti, ita ut adhuc admirentur diaboli potentiam. Indifferentes ad proteruitatis æmulationem transtulisti. Dissoluisti quantum in te fuit Christi gloriationem, Confidite dicentis, ego uici mundum, & mundi principem. miscuisti patriæ craterem infamiae. Reuera ad opus perduxisti proverbium, Velut ceruus sagitta iclus in Hepar. Sed quid nunc? Non cecidit fortitudinis turris o frater, non uituperata sunt conuersionis medicamenta: nō conclusa est refugij ciuitas. Ne in profundo malorum permaneas. Ne utaris teipso homicida. Nouit erigere collisos dominus. Ne fuge procul, sed ad nos recurre. Suscipe rursus iuueniles labores, secundarijs uirtuosis factis humitrepam ac ridiculam uoluptatem dissoluens. Respice ad finis diem, quæ ita ad uitam nostram appropinquauit, & nosce quomodo de cætero Iudæi ac Græci ad pietatem ac diuinum cultum compelluntur, & non in totum abnegabis mundi saluatorem, ne te horrendissima illa sententia comprehendat, Nempe, Non noui uos, qui nam sitis.

Diui Basilij Magni epistola ad alium monachum elapsam. CLXXXIIII

Dolentes antegressi ac lacescentes, me in crimen odij erga homines consiiciunt. Aut rursus condolare uolentem & ad affectus emolliri, male afficiunt. Quapropter & exarate uolens has literas, manum quidem torpentem, ratiocinationibus neruofam feci ac firmam. Faciem uero ex concepta propter te tristitia male affectam, alterare non potui, tanta confusione mihi incumbente, ut etiam oris complicatio mihi confestim cadat, dum labia mea ad fletum conuertuntur. Hei mihi quid scribam, aut quid cogitabo in trituio impeditus? Si reuocauero in memoriam, priorem tuam uanam conuersionem, quando affuebant tibi diuitiæ & humirepa gloriola, horreo: quando sequebatur te adulatorum multitudo, & deliciarum uoluptas temporaria, cum manifesto periculo & iniustus censibus, Et partim quidem regni timores suspicionem tuam de salute excitabant. Partim uero publici tumultus lares tuos concutiebant. & frequentia malorum mentem tuam conuertebat ad eum qui potest tibi auxilium ferre: quando paulatim meditabar circumspicere seruatore, mutantem quidem timores ad utilitatem, liberatam autem ac protegentem te qui illuseras ipsi dum securitatibus licenter fruebaris: quando exercebaris ad mutationem morum uenerandorum, & stercoribus comparabas periculosissimam opulentiam, & domestico obsequio, & uxoris consuetudine abnegatis. Totius autem sublimis & ad transitum conuersus, uelut peregrinus & erro, agros & urbes permutans, ad Hierosolyma decurrebas. Vbi & ipse tecum conuersans, beatum predicabam te ob athleticos labores, quando septenarijs circulis ieiunus degens cū deo philosophabar, simul & hominum congressus pro ratione mutationis subterfugiens, quietem uero ac solitarios mores tibi ipsi adaptas, ciuiles tumultus declinabas. Sacco autem aspero corpus tuum compungens, & cingulo duro lumbos adstringens, toleranter ossa tua comprimebas. Latera uero per famem caua reddens, usque ad spinas partes sublaxa fecisti, & fasciæ quidem molli usum abnegasti, abdomen uero intus ad cucurbitæ medicæ similitudinē subtrahens, rhenalibus locis illud agglutinari cogebas. Vniuersam autem carnis pinguedinem euacuans, canales ac meatus sub uentre litos strenue resiccasti. Ventre uero ipso per inedias contracto, costales partes uelut quandam tecti eminentiam, umbilici partibus umbram offundere fecisti. Et contractio toto organo per nocturna tempora confitens deo, lachrymarum riuis barbæ pilos madefactos adæquabas ac demulcebas. Et quid opus est me singula recēserer? Reuoca in memoriā quot orā sanctorū osculo excepisti; quot sacra corpora amplexus es; quot pij homines manus tuas uelut immaculatas cōfouerunt: Quot serui dei uelut cultū exhibentes ad genua tua cōfugerunt, eaq; cōplexi sunt. Et horū omnium quis finis, quis? Adulteriij rumoris calūnia, sagitta uelocius peruolans, aures nostras sauciā, acutiore stimulo uiscera nostra perpungens. Quæ tā artificiosa præstigiatoris uersutia, ad tā perniciosum cursum te perduxit? Quæ perplexa diaboli retia cōstricū te, ad uirtutis actiones immobilē reddiderūt? Vbi sunt meæ narratiōes de tuis laboribus? Perierūt. At em̄ fortassis iustū est nos rumori fidē nō habere: Et quō nō ex manifestis, etiā ea quæ hactenus obscura fuerunt in fidē susceperimus? si confugientes ad deū animas horēdis iuramentis

iuramentis astrinxisti ac conclusisti, quando obseruare quod supra est, & non redundat, diabolo attributum est. Itaq; simul etiam periurij perniciosi spōsor fuisti, & corrupto exercitationis charactere, usque ad apostolos & ipsum dominum turpitudinem transmiseris. Vituperasti temperantiae professionem, facti sumus captiuorum tragœdia. A Iudæis & Græcis per actus scænicos representatur res nostræ. Discidisti studia monachorum. Sinciores ad timorem ac formidinem perduxisti, ita ut adhuc admirentur diaboli potentiam. Indifferentes ad proteruitatis æmulationem transtulisti. Dissoluisti quantum in te fuit Christi gloriationem, Confidite dicentis, ego uici mundum, & mundi principem. miscuisti patriæ craterem infamiae. Reuera ad opus perduxisti proverbium, Velut ceruus sagitta iclus in Hepar. Sed quid nunc? Non cecidit fortitudinis turris o frater, non uituperata sunt conuersionis medicamenta: nō conclusa est refugij ciuitas. Ne in profundo malorum permaneas. Ne utaris teipso homicida. Nouit erigere collisos dominus. Ne fuge procul, sed ad nos recurre. Suscipe rursus iuueniles labores, secundarijs uirtuosis factis humitrepam ac ridiculam uoluptatem dissoluens. Respice ad finis diem, quæ ita ad uitam nostram appropinquauit, & nosce quomodo de cætero Iudæi ac Græci ad pietatem ac diuinum cultum compelluntur, & non in totum abnegabis mundi saluatorem, ne te horrendissima illa sententia comprehendat, Nempe, Non noui uos, qui nam sitis.

Diui Basilij Magni epistola ad uirginem elapsam, Epist. CLXXXV

Nunc est tempus exclamandi propheticum illud, ac dicendi, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & deploro contritionem filiae populi mei. Nam etiam si hos profundum silentium tegit, & tacet semel malo stupefacti, & ex letali plaga etiam ipso afflictionis sensu iam priuati, tamen non oportet nos hunc casum citra lachrymas prætermittere. Si enim Hieremias eos quorum corpora in bello percussa erant, in finitis lachrymis dignos iudicauit, quid nam dixerit quis ad tantam animarum calamitatem? Vulnerati tui inquit, non sunt uulnerati gladio, & mortui tui non sunt mortui in bello. sed aculeum ueræ mortis graue peccatum deploro, & ignita maligni illius spicula, quæ animas simul cum corporibus barbaricè ac crudeliter cōbuserunt: Equidem arbitror dei leges magna suspiria duxisse, dū tantū scelus in terra conspexerūt, quæ sanè interdcentes semper ac clamantes, olim quidem, non concupisces uxore proximi tui: per sacra uero Euangelia, omnis qui uidet mulierē ad hoc ut cōcupiscat ipsam, iam adulteriū cōmissit cum ipsa in corde suo, Nunc uident ipsam domini sponsam impudeter adulteria exercere. Suspiria uero duxerūt etiā ipsi sanctorū spiritus: Phinees quidem Zelotes & ex feruēti spiritu æmulator, quod nō etiā nūc licet ipsi hastā in manus sumere, & corporaliter scelus hoc ulcisci: Ioānes uero Baptista, quod nō potest relictiis supernis cōuersionibus, quæ admodū tūc solitudine, ad redarguendā iniquitatē percurrere, & si quid pati oporteret, caput potius quàm dicendi libertatem amittere. Immo ad beati Abel similitudinem, etiam ipse mortuus adhuc loquitur, clamat, ac nunc altius quàm de Herodiade uociferatur, illud, Non licet tibi habere ipsam. Nam corpus quidem Ioannis iuxta necessitatem naturæ, diuinum terminum accepit, atq; etiam si lingua silet, sermo tamen dei ligatus non est. Qui enim dum conferui nuptiæ reprobarentur, usque ad mortem dicendi libertatem perduxit, quid nam faceret si tantam contumeliā inspiceret circa sanctas domini nuptias? At tu à diuinæ illius societatis iugo abrupta, & ab impollutis ueri regis nuptijs fugitiua, ad ignominiosam uero ac impiam corruptionem hanc turpiter delapsa, quando non habes quomodo amaram hanc accusationem effugas, & neque modum nosti neque artem, quo malum ipsum contegas, iurare per temeritatem gaudes. Et quia impius in profundum collapsus, mala de cætero contemnit, etiam ipsa abnegas ad uerum sponsum pacta. Neque esse uirgo, neque unquam promississe clamans, quæ & suscepti multa, & ostendisti multa uirginitatis signa. Reuoca in memoriā honestam professionem quam professas coram deo & angelis ac hominibus. Reuoca in memoriā uenerandam congregationem, & sacrum uirginum chorum, & concilium domini, & ecclesiæ sanctorum, ac aniculæ in Christo uitæ, iuuenescens recens aut tunc, & uirtute uigentis, & matris in domino ad illam decertantis, ac nouis quibusdam ac ueris laboribus, consuetudinis robur dissoluere contendentis, & similiter fororis, partim illas imitantis, partim

partim etiam superare enitentis, & uirginalibus prerogatiuis progenitorum recte facta superantis, & te adeo sororem, uelut putabat, ad similitum certamen, & sermone & uita industriè prouocantis. Reuoca hæc in memoriam, & angelicum circa dominum cum illis tripudium, & spiritualem in carne uitam, & cœlestem in terra cōuersationem. Recordare dierum carentium tumultu, & noctium illuminatarum, & cantilenarum spirituum, & psalmodiæ sonoræ, & orationum sanctarum, & cubiculi casti, & uirginiei progressus, & mensæ temperantis. Vbi est reuerendus ille tuus habitus? Vbi honesti mores & uestis frugalis uirginem decens? & honestus ex pudore rubor? & decorus ex cōtinentia ac uigilijs afflorescens pallor, omni coloris bonitate gratiosior elucescens? Quoties in orationibus pro conseruanda uirginitate impolluta lachrymas effudisti? Quot literas ad sanctos sæpe exarasti? per quas pro te orare petisti, non ut nuptias humanas, inò ignominiosam hanc corruptionem assequeris, sed ut à domino Iesu nō excideres. Quot uero munera à sponso accepisti? quid opus est dicere honores propter illum ab his qui illius sunt susceptos? conuictus cum uirginibus? progressus cum istis? exceptiones aut uirginibus? encomia ob uirginitatem? uirgineas benedictiones? literas uelut ad uirginē scriptas? At nunc modica aura aerij spiritus, qui nunc in filijs inobedientiæ operatur, susceperat, omnia illa abnegasti, & uenerandam illam & quæ pugna impeti solet possessionem, cum breui uoluptate permutasti. quæ ad tempus guttur tuum pingue facit, postea tamen felle amarior compertes. Ob hæc quis non luctu commotus dixerit? Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Quomodo autem non ipse dominus ad aliquem ex his qui nūc in spiritu Hieremiæ obambulant dixerit? Vidisti quæ fecit mihi uirgo Israel? Ego despondi ipsam mihi ipsi in fide & integritate, in iustitia & in iudicio, & in misericordia ac miserationibus, quemadmodum per Oseam prophetam ipsi promisi. Ipsa autem dilexit alienos, & uiuente me uiro immortalis, adultera appellatur, & non timet alteri uiro cōmisceri. Quid uero pronubus ille diuinus ac beatus Paulus, uetus ille & nouus hic, sub quo mediator ac doctore, relicta materna domo, domino coniuncta es, Num sane tantum malum perpessus dixerit? Vterque timor quem timui accessit mihi, & quem timui obuiam uenit mihi. Ego enim te coniunxi uni uiro uirginē castam ut assisteres Christo, & timui semper ne forte uelut serpens Euam decepit per uersutiam suam, ita corum paris mente tua. Quapropter innumeris spiritualibus incantationibus conatus sum semper comprimere affectuum tumultum, infinitis custodijs conseruare Christi sponsam. Et uitam eius quæ uirum non habet recensui, Quod sola ea quæ uirum non habet curata quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Et dignitatem uirginitatis exposui, & templum dei te appellans, uelut alas addidi promptitudini tuæ, quæ te ad Iesum leuaret. & per timorem mali, ad hoc ut non caderes auxilium tui, Si quis templum dei corum/pit dicens, hunc corrumpet deus. Sed & ex orationibus meis securitatem tibi addidi, si quomodo integrum tibi corpus, & anima & spiritus citra reprehensionem, in aduētū domini Iesu Christi conseruari possit. Verum enim uero frustra hæc omnia erga te elaborauit, & mihi amarus finis dulcium illorum laborum euenit. Et necesse est rursus suspirare ob eam, ob quam oportebat me gaudere. Ecce enim decepta es à serpente amarulentius quam Eua. Corrupta est autem non solum mens tua, sed etiam cum illa corpus tuum. Et horrendum illud, quod etiam dicere cunctor, & tacere non possum, est enim uelut ignis ardens in ossibus meis, & resoluor undiq, & non possum ferre. Sublatis membris Christi fecisti membra meretricis. Hoc solum inter omnia malum etiam nihil habet cui comparari possit. Hoc nouum est in uita facinus. Transte inquit, ad insulas Chettijm, & uide te, & in Cedar mitte, & considera uehementer an facta sint talia, an permutarint genitres deos suos, & hi non sunt dei. Virgo autem mutauit gloriam in turpitudine sua. Obstupuit cœlum ob hoc, & inhorruit terra amplius uehementer. Dicit omnino etiam nūc dominus, duo mala perpetravit uirgo. Me dereliquit uerum sanctarum animarum sanctum sponsum, & aufugit ad impium & iniquū animæ simul ac corporis corruptorem. Defecit à deo seruatore suo, & exhibuit membra sua mancipia immundiciæ & iniquitatis ad iniquitatem. Mei oblita est dicit dominus, & ad amatorem suum transiuit. Expediret ipsi ut mola asinaria circa collum ipsius appensa esset, & in mare proiectus esset, potius quam uirginem uitasset. Quis seruus contumax ad tantam insaniam deuenit, ut herili cubili

cubili seipsum inijceret? Quis prado ad tantam demeritiam perductus est, ut ipsa dei donaria contingeret? non supellestem inanimatam, sed corpora uiuentia, & animam inhabitantem habentia faciam ad imaginem dei. Quis ab æterno auditus est in media ciuitate, & serena meridie, imagini regie formas immunorum porcorum inscribere ausus esse. Si quis humanas nuptias ignominia affecit, citra miserationē coram duobus aut tribus testibus moritur. Quanto peiore supplicio dignus censetur, qui filium dei conculcauit, & desponsatam ipsi sponsam adulterio contaminauit, & spiritum uirginitatis contumelia affecit. At uolebat inquit, illa, & non inuitam uisolauit. Equidem regina illa libidinosam Aegyptia, amore formoli ac honesti Ioseph insaniebat, Verum proteruæ illius insania uirtutem casti ac temperantis non superauit, & neq, manibus ipsis uim inferentis ac cogentis ad iniquitatem, ille uictus est. At decreuerat illa hoc inquit, & non amplius erat uirgo, & si ego non uoluissim, ab alio corrupta fuisset. Equidem & filium hominis oportebat tradidit, sed uæ illi per quem traditus est. & scandalorū offendicula uenire necesse est, sed uæ illi per quem necessitas uenit. Ad hæc omnia, num qui cadit non resurgit, aut qui se auertit, non conuertitur? Cur auertit se uirgo auersione impudenti, & quidem quū auerterit Christum sponsum per Hieremiam dicentem. Et dixi postquam scortata fuit ipsa hæc omnia, conuertere ad me, & non est conuersa. Nunquid resina non est in Galadæ aut medicus non est ibi? Cur non contigit sanatio filia? populi mei? Et multa sanè reperias in diuina scriptura mali auxilia, multa item ex interitu ad salutem medicamenta. de morte & resurrectione mysteria, de iudicio horrendo ac æterno uerba, de pœnitentiâ & remissione peccatorum dogmata. Innumera illa conuersionis exempla, drachmam, oculi culam, filium qui cōsumperat res suas cum scortis, perditum & repertum, mortuum & qui reuixit. His utamur mali auxilijs, per hæc animam nostram curemus. Assume in meditationem extremum diem (non enim sola tu seculum æternum uiues) & anxietatem, & suffocationem, & mortis horam, & sententiam dei urgentem, & angelos festinantes, & animam in his grauiter conturbatam, quæ à peccatrice conscientia amare flagellatur, & ad ea quæ hic sunt miserabiliter se conuertit, & inuitabilem longæ illius peregrinationis necessitatem. Describe mihi in mente tua, ultimam communis uitæ subuersionem, quum ueniet filius dei in gloria sua cum angelis suis: Veniet enim & non cunctabitur quum ueniet ad iudicandum uiuos ac mortuos, & reddendū unicuique iuxta opus suum, quum tuba illa magno & horrendo sono edito excitabit eos qui ab æterno dormierunt, & præcedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ, qui uero mala fecerunt, in resurrectionem iudicij. Reuoca in memoriam diuinam Danielis uisionem, quomodo nobis iudicij ob oculos ponit. Videbam inquit, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedebat, & indumentum eius candidum uelut nix, & capillus capitis eius uelut lana pura. Thronus ipsius flamma ignis. Rotæ eius ignis ardens. Fluuus ignis trahebat ante ipsum, mille milia ministrabant ipsi, centena milia astabant ipsi, iudicij locum constituit, & libri aperti sunt. Bona, mala, manifesta, occulta, res, uerba, cogitatus, omnia acruatim ut ab omnibus angelis ac hominibus exaudiri possint manifeste reuelabuntur. Ad hæc quales necesse est esse eos qui male uixerunt? Vbi itaq, anima illa mergetur, quæ in tot spectatorum conspectu derepente turpitudine plena uisa est? Quali uero corpore infinita illa & intolerabilia flagella sufferet? ubi ignis inextinguibilis & uermis indefinenter castigans, & fundum inferni tenebricosum ac horrendum, & eiulatus amari, & ululatus indecorus, & ploratus & stridor dentium, & finem non habent mala. Ab his non contingit liberatio post mortem, neq, est aliqua industria neq, ars effugendi amara illa supplicia. Hæc nunc effugere licet, donec licet nos ipsos à casu eripiamus, neq, desperemus de nobis ipsis, si à malis discesserimus. Iesus Christus uenit in mundum ut seruari peccatores. Venite adoremus & procidamus ante ipsum, & ploremus coram ipso. Nos ad pœnitentiā uocās diuini uerbi doctrina clamat ac uociferatur. Est uia salutis si uelimus. Deglutit mors robustior facta. Verum probe scito, quod deus rursus detrahit omnem lachrymam ab omni facie pœnitentiū. Fidelis dominus in omnibus sermonibus suis, nō mentitur, dixit: Si fuerint peccata uestra uelut pannus puniceus, uelut niuem in albedo, si uero fuerint uelut coccinum, uelut sanam in albedo. Paratus est magnus ille animarum medicus sanare affectionē tuam. Illius uerba sunt. Illius dulce ac salutare os dixit. Non opus

habent ualentes medicō, sed male habentes. Non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Vult dominus purgare te à plaga maligni. Querit te pastor bonus, relictis ouibus non errantibus. Si commiseris ipsi te ipsam, non cunctabitur neque indignabitur ille hominum amator, te super humeros proprios portare, gaudens quod reperit ouem suam deperditam. Stat ille pater & expectat tuum ab errore reditum, solummodo reuertere, & dum adhuc longe abes accurrens irruet in collum tuum, & amicis amplexibus complectetur te à poenitentia iam purgatam, & uestem induet primariam, animam exutam ueterem hominem cum operibus suis, & addet anulum manibus quae mortis sanguinem abluerunt, & calceamentum addet pedibus, qui auerterunt se à uia mala, ad cursum Euangelij pacis. Et leticia ac gaudij diem annunciat tuis tum angelis tum hominibus, et omnino splendido epulo celebrabit tuam salutem. Inquit enim, Amen dico uobis quod gaudium est in caelo coram deo, ob unum peccatorem poenitentem. Et si uiciorum terit quis ex his qui stare sibi uidentur, quod cito assumpta es, ipse ille bonus pater pro te respondebit dicēs. Latari oportet & gaudere, quia haec filia mea mortua erat, & reuixit, & deperdita erat, & inuenta est.

Diui Basilij Magni aduersus eos qui calumniantur nos, quod tres deos dicimus, Oratio.

Magnum solatium est animis per hoc quod odio habentur afflictis, quod cum domino odio habentur. Si enim mundus uos odio habet, noscite inquit, quod me prius quam uos odio habuit. Quapropter si dilectus & unigenitus ille odio habetur, quid magni est si nos odio digni censemur apud homines apud quos odij possessio abundat. Impedit orationem meam memoria illa rerum tristium ad cor decurrens, & lachrymarum procidentes uocem intercipiunt, quum cogito quod charitate & pace nobis à domino relicta, non querimus id quod relictum est. Inconspicuum est donum, quod in nullo reperitur. Charitas relicta est, & pugna inter nos uersatur. Vnio data est, & odium accensum est. magnum odij rogamus inter nos mutuo accedimus. Vnusquisque apud seipsum deploramus, uerum inter nos mutuo non concordamus. Quis dabit mihi thesaurum uniuersum orbem terrarum, & uocem tuba ualidiorum, & lamentationes Hieremiae, & lachrymas largas, ad dirumpendum cor doloribus contritum, ut diffundamus puluerem nunc ex ignominia nobis aspersum, ut deploramus communem calamitatem. Quia defecit charitas radix ipsa mandatorum. Quapropter insatiabili spiritus complexu praesentes complector, quod spectaculum nouum ostenderunt, dum unus alteri est conglutinatus. Facti sumus enim unusquisque apud seipsum uelut arena, non coniuncti inter nos, sed singuli per se diuisi. Neque enim aedificationem consistere possibile est, ligamētis detractis. Neque ecclesiam in altum crescere, uinculis non colligatam pacis ac charitatis. Paulisper porro nobis patienter aures accommodate, non ad ostentationem dicturis, sed hoc studio habentibus, ut ad rerum tristium societatem uos assumamus. Afferunt enim solatium laegentibus suspiriorum societas. Fortassis autem & unita nostra tristitia ad dominum fortius penetrarit, singulis nobis per se exaudiri nequeuntibus, propter operum infirmitatem. Mutuo unitos esse, id quod iam uidemus, ueteris patrum charitatis reliquiae sunt. Huius enim rei gratia illi publicos hos conuentus excogitarunt, quo ab alienationem ex temporibus inductam, per temporum conuersiones renouarent, & hi qui extra fines habitant, hunc unum locum apprehendentes, principium amicitiae ac charitatis, congressum suum exhiberent. Hoc ipsum spiritualis est conuentus, uetera renouans, futuris initium praebens. Non enim uenimus ut rerum uenialium faciamus permutationem, sed ut charitatis mutua commutationem uicissim exhibeamus, ut plenam demus, & plenam accipiamus charitatem. Haec patres nostri constituerunt. Nos autem ea uelut per manus tradita accipientes, cur delinimus ostendere ea quae uidentur. Plurimum praesentium exploratores magis sunt, eorum quae dicuntur, quam discipuli eorum quae docentur. & doctrina uerbi non requiritur ad aedificationem praesentium, sed ad calumniam insidiatum. Et si quidem quid dictum fuerit conueniens cupiditatibus eorum qui sententiam explodunt, abit qui suscipit uelut qui proprium apud nos comperit. Haec inscribantur cordibus uestris, testes ueritatis & nobis, aduersus eos qui talia diuulgant. Quod uidelicet nos uetus donum renouauimus. Haec enim sunt non timentium dominum uerba aperientium contra nos os, uelut

os, uelut nos tres deos proferamus. Qui tres deos praedicat, quid querit in ecclesia dominum: alibi multitudo deorum, & alibi diuinus cultus. Qui tres dicit, audeat etiam dicere quatuor, extendat numerum usque ad duodecim. Quae est igitur insania eorum qui exacutam linguam habent contra ueritatem? Non sum pusillanimis ad hos reuellendos, sed exprobo iudicium Christi. Isthic contra nos sistentur qui hanc calumniam consuerunt. Nouit dominus suos, & qui calumniatur pauperem, exasperat eum qui fecit ipsum. Si patrum fidem persequor, cur omittis patribus me bello impetis? Si credo in patrem, si confiteor filium, si non reprobos spiritum sanctum. Si qui trinitatem confitentur, tres nominat deos, ignominia afficit baptismum & impugnat fidem: cur mea persona supposita, dominum bello impetis? Quis reliquit baptizare in nomen patris & filij & spiritus sancti? Ego autem dominus? Cuius sunt uerba, praecoris aut eius qui misit? Cur persona mea calumnijs ex facili exposita inuenta, per me impugnas ueritatem? per me concutis fidei munimentum? Ego quidem facili captus sum, fides autem immobilis perstat. Vnus dominus, disce Paulo loquente, non duo, non tres. Et si nominauero dominum filium, non in duos dominos, non in multos deos, diuisi dominationem. Dominus pater, dominus filius, Dominatio una, unus dominus, una fides. Propterea una fides, quia unus dominus. Vnde ad unum sequitur, unum ad unum dominum. Vna fides, unum baptisma. Sic unum ex uno per unum confirmatur. Si uero quod non ignominia afficio spiritum, neque in eodem cum creatura ordine loco, propterea hanc calumniam suscipio, ne dicas quod non dico. Et uideamus probabilem calumniam tuam structuram. Quid occultas tuam ipsius calumniam obmendacium execrande, dicens apud nos tres deos praedicari, & non dicis aperte, quod nos sumus, qui eos qui spiritum sanctum creaturam dicunt, detestamur. Hanc accusationem admitto. Ob hoc & ignem & gladium exacutum subibo. Et siue rota collidat, siue tormenta contra me moueantur, in eadem certitudine ac perfectione supplicia suscipiam. Mecum consentiunt & qui hic siti sunt martyres, qui coronis digni facti sunt, propter accusationem eorum qui aliam opinionem tutati sunt. Hoc itaque nomine me accusa, quod non inter creaturas numero spiritum sanctum. Si uero quid amplius dixeris, dabis rationem iudici, quum uenerit ille paracletus. Nunc legebatur paracletus. Tu uero calumnias occasionem ad detractionem fecisti. Paracletus inquit, qui pro te aduocatus est, per quem te beneficium afficit, per ea tu ingratus es. Non suscipis itaque paracleti beneficentiam. Aut non dominus hanc appellationem ipsum decere sanciuit? Mittam uobis & alium paracletum. Qui & alium dixit, non seipsum ostendit ante alium? Si ex me ipso loquor, ne audias me. Si uero quae scripta sunt lego, succumbe ueritati. Perfectus, neque minuitur, neque augetur. Vnus ingentus deus, unus huius unigenitus filius & deus. Sicut non est coegenitus deus alius, sic neque congenitus filius alius. Quemadmodum non ratione pater, sic neque ratione filius. Deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Deus perfectus pater, deus perfectus filius. Incorporeus pater, incorporeus filius, incorporeus character, & imago incorporea. Credis quod genitus est, ne queras quomodo. Si enim licet querere, ingentus quomodo est ingentus, licet etiam querere, genitus quomodo genitus est. Si autem non relinquit quaestionem ingentus, quomodo ingentus est, neque genitus relinquit querere quomodo genitus est. Ne queras quae inueniri non possunt, non enim inuenies. Si enim queras, a quo discere potes, a terra non substiterat. A mari non dum erat liquidum. A caelo non erat eleuatum. A sole et luna ac astris non dum creata erant. At a seculis ante secula unigenitus. Ne interrogas ea quae non semper sunt, de semper existente. Si uero non uis, sed contendis, derideo tuam amentiam. Imo potius deploro tuam temerariam audaciam. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Vox erat, obliterat uocem, non erat. & deus, obliterat uocem, non deus. His quae scripta sunt crede, quae non sunt scripta, ne quare. Hoc uerbum filius ille dei, homo factus est, propter elapsam hominem Adam. Propter Adam, incorporeus in corpore. Propter corpus, accepit lux ipsum uerbum corpus, ut ne combureret ea quae uidemus. Cōdescendit in carnem, ut caro in illo coeleuaretur. Inuisibilis in uisibili, ut succumberent ea quae uidentur. Velut homo sub tempus, uelut deus ante tempora. Vox uelut, non similitudine, sed ueritate, utrumque, deus & homo. Deus erat, homo factus est propter dispensationis mysterium. Non prius est, factus est: & tunc, erat, sed prius est, erat: & tunc factus est. Ne

igitur id quod propter mysterium est, tollat unigeniti deitatem. Hæc enim sunt hæreticorum effugia, & Manichæorum infantia. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Genitus est per mulierem, ut genitos regeneraret. Crucifixus est uolens, ut inuictè crucifixos detraheret. mortuus est uolens, ut inuoluntariè mortuos exuscitaret. Suscepit quam non suscipiebat mortem, ut eos qui sub morte sunt uiuificaret. Deuorauit ipsum mors ignorans, ubi deuorasset cognouit quem non deuorauit. Deuorauit uitam, deuorata est à uita. Deuorauit unum cum omnibus, perdidit propter unum omnes. Rapuit ut leo, contracti sunt dentes ipsius. Quapropter etiam uelut debilis contemnitur. Non enim amplius uelut leonem timemus, sed uelut pellem conculcamus. Unigeniti ex patre generatio, silentio colatur. Nouit enim ipse qui generauit, & qui genitus est. Nosse enim debemus, quæ loqui oportet, & quæ oportet silere. Non omnia per linguam dici possunt, ut ne mens uelut oculus totum solem intueri uolens, perdat etiam id quod habet lumen. In hoc enim cognoscis, si cognoueris quod non comprehendisti. Illam igitur generationem arcanam & inenarrabilem, silentio colamus. Si uero etiam circa hanc deficiemus, ne cōtristemur. Illa etenim horrenda est, propter naturam. Hæc uero inexplicabilis, propter nouitatem. Ioannes equidem uox dicebatur clamantis in deserto. Verum homo erat natura. Ne igitur tollas propter nomen uerbi, unigeniti substantiam. Fortassis autē dixeris, Cur igitur ex dextris sedens, honoratior est? At si quidē per seipsum honorem haberet, reuera honoratior esset. Si uero à genitore accepit, eius qui dedit est beneficium. Non erat alius filius, ut ex sinistris sederet. Unus ingenuus deus. Unus huius unigenitus filius & deus. Decebat igitur non filium porrigere patri dextram, sed patrem filio. Nimirū separata à nobis naturæ, etiam intelligentiam separato. Nam apud nos pater, ex alio patre, & temporibus opus habet, & educatione, & augmento, & alia cura. Et non quod uult pater generat. At uero deus concurrentem uoluntati habens potentiam, genuit dignum seipso, genuit uelut ipse nouit. Cui gloria in secula, Amen.

FINIS QUARTI ET VLTIMI TOMI OPERVM DIVI
Basilij Magni, Casareæ Cappadociæ Archiepiscopi, Iano Cot-
nario Medico Physico interprete.

AD DIUVM BASILIVM, VOTVM
INTERPRETIS.

Diue precor Basilij, ut sensus si manibus istis
Nostræ operæ obtigerit, & bonus ista probas:
Christum interpellas pro nobis iugiter, ut sit
Post obitum in regno portio prompta suo.
Non quod pro meritis ausim hoc sperare, sed eius
Fiat ut hinc cunctis gratia lucidior.

MONODIA GREGORII NAZIANZENI IN MAGNUM

BASILIVM PER RAPHAELEM VOLATERRANVM CONUERSA.



737
VM MAGNI BASILII uiri sanctissimi, præconijs mea penè omnia scripta sint referta; ipsumq; dū uiueret, & admirari, & in honore summo habere nunquam destiterim; hoc sanè tempore quando excessit, uberiorès à me laudes ex postulari proculdubio uidentur; cum defunctorum memoriã præsertim excellentissima uirtute prædicatorum, nō solum ab amicis, sed etiam alienis commendari, maxima sit pietas. Ardua quidem res, & meis non solum impar uiribus, qui ab hac dicendi exercitatione iam dudum abstinui, sed & ijs qui nihil aliud agunt, totumq; huic arti tempus ac studium tribuunt, & inde laudem sibi uindicare contendunt, sanè difficilis. Qui si profectio ad summum sese in dicendo experiri uoluerint, ex omnibus omnino materijs unam hanc ut ceteris potior rem, quemadmodum nobiles pictores ex omnibus exemplaribus unum ceteris præstantius ad effingendum sibi potissimum deligent. Ego uero si hac uti facultate ullo unquam tempore debeo, nesciam profectio ubi melius, aut religiosius, siue opportunius, quam in huius laudibus uires meas omnes intēdam. Quod officij tribus omnino de causis mihi assumendum duxi. Primum, ut mei amicissimo & amantissimo pietatis hoc munus, quando aliud nequeo, extremum impendam. Deinde, ut omnibus bonis, & illius uirtutem cōsentibus atq; admirantibus, rem gratissimam faciam. Postremo, quod exitum qualemcumq; sortiaur oratio, feliciter eueniet. Nam si propè ad eius meritorum narrationis me tam peruenerit, id potissimū quod optamus assequemur; nostra dictio magnopere commendabitur. Si uero longè infra spem remaneat, huius maxime sancti commendationi accedet, quod eius laus ac uita omni sit commendatione superior. Virtus namq; encomij illa demum est, quemadmodum ea quæ laudantur, omni sint oratione superiora ostendere. Ego autem si postremus omnium ad hoc officium ueni, cum & Gregorius Nyfenus & Amphilocheus Iconiensis præfules, ac nonnulli alij de eo luculentissime dixerint, ueniam iure precabor ab eo primum de quo agimus. Nam & ipse dum uiueret, me sæpe meaq; scripta si quid errassem emendare solebat; neq; id me pudet, quādo eius uirtutem pro lege fere omnes habuerunt. Non enim per negligentiam aut contemptum tantæ necessitudinis officio defui; ne quod alijs potius quam mihi hoc munus conuenire existimarem; sed ut uerum fatear, quemadmodum quidam antequā ore ac animo purgati sint, ad sacra accedere uerētur; sic ego nisi longa meditatione & animo præparato, quicquam de ipso dicere sum ueritus; præsertim cum me corpore debilitatum & articularum morbo confectum uideam; cum attingere qui præter naturam omne corporis pondus, ac iniurias præcellitudine animi minime sentiebat, non sum ausus. Sed iam ad rem ipsam uenio; ac primum quemadmodum Isaac & Jacob deum ob ingentem uirorum uirtutē dicimus; sic item Basilij deum imploro; ne si ultimus ordine, saltem facundia postremus ad eum laudandum ueniam. Quod si æque omnes laudabimus, eius attamen meritis inferiores cuncti apparebimus, ueluti qui solem aspiciunt, quanquā alius alio plus minus ues omnes tamen uidendo deficiunt. Ego igitur si à maioribus ipsius ordinar, & existimem in hac parte qua terreni homines humana tantum sentientes maxime commendantur, extolli debere: nihil profectio apud Homerum heroum illorum catalogum admirabimur. Nouum hunc tantum Basilij progenitorū suspiciemus. Nam & prisca illis clariora hæc gesta, & (quod potissimum) ueriora conspicias; cum illa fere sint omnia fabulosa. Igitur paternum genus ex Helenoponto Pontis oppido clauo uenit; de qua regione mira multa à poetis simul & historicis, ut Apollonio, Xenophonte, Polybio, conscripta reperiuntur. Maternum uero è Cappadocia, patria item mea, quæ & iuuentutem pulchrè educationem, & gentem equorum generosam admodum profert. Quorundam enim genealogiæ ac prosapiæ prisorum Græcorum, plus tumoris ac uanitatis quam ueræ gloriæ aut ue-

ritatis habent; quarum nonnullas bona cum uenia audientium narrare breuiter uacabit, ut planè uideamus nihil in his forte, sublimè, magnū, sed eo nomine omnino indigna; ac uirtute inferiora inueniri. Hi sunt Pelopidæ, Cecropidæ, Alcmeones, Aeacidæ, Heraclidæ, & alij complures. Pelops Tantali fuit filius Phrygiæ regis, qui bellum cū Ilo, Ilij conditore gerēs, cum belli exitum formidaret, filio mandauit in continentem se cum facultatibus reciperet, hac conditione, si uiueret rursus in Phrygiam remearet: si succumberet, remaneret in Europa. Pelops itaq; substantiam ferens omnem, in Græciam uenit, in partem quæ tunc Apia uocabatur, ubi Oenomaus regnabat, filiam habens Hippodamiam: quem cum equestri certamine ac cursu Pelops superaret, filia promeruit. Ex quo locum habitans, postea suo nomine Peloponnesum uocauit. Ex eo deinde descendentes, Pelopidæ sunt dicti, ut Atreus, Thyestes, Agamemnon, Menelaus, postremus omnium Orestes: & hoc quidem de Pelopidis. Cecrops rex fuit Athenarum biceps descriptus, quod duas teneret linguas, Græcam & Aegyptiacā. Nam fama est Athenienses Aegyptiorum colonos esse e Saïensi ciuitate, quorū dux is fuit, Cecrops, unde & Cecropidæ dicti. Alcmaeon Atheniensium unus, uir insignis, cum Pisistrati tyrannidem odio persequeretur, patriamq; libertati restituere cuperet, uenit Delphos oraculū sciscitaturus: unde accepit, Lacedæmonios Athenas liberauros: quo facto illi ad delendam ex Athenis tyrannidem sunt postea impulsī, unde Alcmaeon magnam est hac sapientia laudem assecutus. Aeaçus Iouis filius per siccitatem Græciæ rogatus, ut ex patre imbrem supra terram impetraret, magno deinde fuit apud populos in honore: Peleū suscepit & Telamonem. Is Aiaceū, ille Achilleū genuit. Hercules mite Iouē natus ex Alcmena Amphitryonius uxore, ex quo Hyllus pluresq; alij fuerunt liberi, Lacedæmoniorū reges omnes Heraclidæ appellati. Et demum Græci nihil ex proprio genere præclarum gloriari habētes, ad fabulas se conuerterunt, dicentes eos esse sibi progenitores quos deos facerent. Quis enim Iouem sanus mente dixerit deum omni libidinis genere cōtaminatum? Si autē dicis hominē, nec propterea corruptioni obnoxium ac mortalem, magum esse quendam, & maleficis hoc assequi artibus est necesse. Quamobrē ad id quod institui dicere reuertar. Si ex progenitoribus Magnum Basilium laudare uellem, multa ex eius nobilitate generis dicere haberem: uerum ipse nō ex maioribus, sed ex sese ac propria uirtute nobilitatem potissimum sumendam duxit. Cum sit longe turpissimum, colores & formas & equos aliunde quàm ex seipsis probari, nos uero ornatum ac pulchritudinem extrinsecus ab alijs quere re ac mutuari. Quid enim quæso ad nos maiorū uirtutes ac bona, si nos ignaui fuerimus ac socordes? Vnum igitur & alterum factum in eius profapia, cuius religio, pietas, iustitia, constantia, domum facile totam illustrauit, recensere fat erit.

Vigente si quidem illa Maximiani saeuissimi tyranni in orbe toto infectione, cædes ubiq; ac strages, ubiq; terror ac fuga Christianorum conspiciebatur: Basilij auus simulq; reliqui tunc sanguine coniuncti parati pro Christo pati, legem martyrij minime præterierunt. Lex autem præceptumq; seruatoris, neminē sese morti sponte offerre, aut iugulum petenti præbere cogit: ne aut placēdi deo cupiditate in effundendo sanguine, proximum contra id facere præceptum cogamus: Ne occidas: aut nobis ipsis mortem inferre uideamur. Tempore uero nos uocante ad certamen, alacriter fateri ac legitime pugnare oportebit: sese nanq; inimicis ut interficiantur tradere, audacis nimium est: deprehensum uero, minime Christū fateri aut refugere, timidi atq; ignaui. Igitur Basilij progenitores hoc recte intelligentes, in quandam montis speluncam in Ponto cum paucis ministris tyranni sauitiam fugiunt: in quo sane secessu quis non longi temporis eorum patientiam mirabitur: cum hic annos supra septem commorati, subditiq; agitantes tantum pane uicti tarint, reliquis usui necessarijs deficientibus, nec ullam propterea (ut olim Hebræi in deserto) lamentationis uocem emisserint. Sed tantū hæc secum: Duremus & nosmet rebus seruemus secundis, non deerit prouidentia. Quod si deus in eremo Iudæos manna & coturnice pauit, & alia prodigia edidit: nobis item hodie cibum præparabit pro pietate laborantibus. In hac itaq; cogitatione existētibz mira dei benignitate ecce obsonia im præparata atq; improvisa aderant, cerui pingues ad illos nemine persequente uenientes: e quibus quot erat opus pro tempore interficiebant, reliquos dimittebant, ac quodam modo uoluntarios in promptuario usui futuro cōseruabant. Hæc eorum uenatio longè felicior

felicior quam Orionis & Actæonis, quibus Dianam iratam ferunt: alteri quod eam tentasset, scorpionem immisisse: alterum Actæonem dico, quod nudam eam lauātem uidisset, in ceruum conuersum, à canibus ipsius discerpi iussisse. Felicius item hic ceruina carne diuinitus sustentari, quam Iphigenia illa apud Aulidem à morte per ceruā liberata: quæ cum (si uera est fabula) pietatem ex Diana inuenisset, non reddidit tamen: ad aram Scythicam in Tauris translata est, ubi hospitiū sanguine placatur. Illi uero dei beneficio longe alacriores facti, pro eius nomine demum supplicium constantissime tulere. Parentes eius ut perpetua concordia deuincti, in mediocri ac bene parra substantia per sancte accipere uixerunt, pauperes nutriendo, hospites excipiendo, partem ipsius deo consecrando, cæteris omnibus eiusdem status exemplo fuere. Magistratus uero & honores, quos uulgus admirari potissimum solet, in patria sunt omnes fere assequuti. Ego uero optimū eorum uirtute iudicium facio, quod prolem optimam ediderunt: adeo, ut ad obtinendum celebre nomen, satis per se, etiam si tales non edidissent filios, sufficerent. Rursus uero talium existere filiorum parentes, ut si ipsi per se minime clari extitissent, filiorum attamen præstantia, cæteros meritis antecellere potuissent. Quod si inter natos omnis unus aut duo tantum præstarent, hoc plane naturæ potius quàm parentibus ascribi potuisset: uerum quando omnes ferme summa uirtute præditi fuere, palam profectō uideri potest, hoc parentum sapientiæ ac educationi diligenti referri oportere. Sunt enim hi, Macrina, Basilus, Gregorius, Petrus, Naucratius. Ex his tres cœlibes ac iidem præsules fuere, Basilus Casaræ, Petrus Sebastæ, Gregorius Nysæ. Hic enim Basilij pater, Basilus item appellatus, & si matrimonio se uinxit, ita tamen in eo uixit, ut nihil propterea ad perfectam uirtutem ac philosophiam consequendam impediretur: & in statu coniugali uitam ac ritum seruauit sacerdotalem. Ex quo tria hæc, castitas, matrimonium, sacerdotiū, quæ diuersa solent uitæ genera constituere, nequaquam in hoc pugnantia fuere, aut uirtuti uolo modo offecerunt. Eamq; penè solus est felicitatem assequutus, quam patres optare solent. Et cum ipse cæteris uirtute præstaret, à filio facile uicius est. Mater Eumelia appellata, re nomen hoc promeruit. Eumelēs enim, hoc est, prudens, sagax, atq; solers, in rebus agendis una fuit omnium aptissima, nec minori inter mulieres quàm uir eius in suo sexu uirtute fuisse apparuit. Quamobrem iure id quidem ac naturaliter contigit, ut ex bonis bonus admodum ederetur fructus. Venio nunc ad ipsum, ac in primis de ipsius oris dignitate, uiribus ingenuis, staturæ proceritate, corporis totius pulchritudine nihil dicam: non quod in ipsa iuuenta, ubi adhuc carnem abstinentia non corruperat, aliquid non laudatū haberit: sed ne mihi ut palæstram exercentibus eueniat, qui robur ac uires frustra cum alijs experiundo ac præluendo absumentes atq; atterentes, cum ad ueram postea ueniunt pugnam, ac corona palmarumq; expectatur inferiores inueniuntur. Hæc tantum laudabo, quæ dicendo non superflua narrare, neu extra signum seculari uidebor. Prouerbiū nanque est cum ea quæ ab initio intendimus minime consequimur. Existimo enim apud omnes qui sapiunt iam esse in confesso, quemadmodum eruditio seu disciplina primum est omnium bonorum, non solum Christiana, quæ nō dictionum pulchritudinem, sed rerum sensum & intelligentiam sequitur: uerum & ea quæ extra fidem est quam uel Christiani nonnulli uelut à deo separatam odio habuere, male quidem iudicantes. Si enim quontam quidam ex philosophia aliena noxam contraxerunt, ac in errores uarios inciderunt, ea de causa illam despiciunt: eodem modo & hi cœlum terramq; & omnia quæ in eis continentur odio poterunt habere: quando plures inueniuntur qui hæc deos constituunt, aut his alioqui abutuntur. Similiter autem & ignis & elementa cætera, & cibus ipse, quæ interitum ac perniciem male utentibus ferunt, ab omnibus mala uitantur. Verum contra conspicimus, quod nō solum ea quæ de genere sunt meliorū, sed omnino pestifera & uitanda, interdū ea probe accommodantes, iuuare inueniuntur. Iamq; ex uiperæ carne singulare morbis remedium inuentum, quod theriacam appellant. Sic igitur ex Græcis doctrinis quæcunq; ad naturæ cognitionem, morumq; institutionē faciunt, ediscamus: quæ uero ad errorem & superstitionem uitemus. Non enim ex eorum dogmatis ad dei cultum parum proficimus. Quomodo inquis? Si nostra cum illis conferamus, ac comparatione ut sancta, pura, integra, uera illis probrosis, impuris, ineptis, longe præstare noscimus. Non itaq; ulla despicienda disciplina cognitio, cū de genere bonorum

rum scientia sit omnis: quin potius ipsam spernentes, & rusticos & plane ignavos existimare debemus, qui libenter omnes pariter ignaros esse uellent, ut ipsorum ignorantia in communi latens minime deprehendi aut ab alijs taxari ualeat. Istorum itaque opinione confutata, quid indolis aut disciplinarum in Basilio fulserit, uideamus. Prima etatis rudimenta à patre optima quidem in Ponto accepit baptismi: magis autem morum regenerationem, quam diuturnam David uocat, dicens: Dies renouabuntur. Est enim uita: renouatio luci similis, non est contraria, ueluti sordida ac tenebrosa pura splendidaque. Sub patre, inquam, educatus, non ut sub Chirone Achilles uenari, equitare, citharizare, didicit. Quam obrem Achilles, id est, sine cibo dicitur: Chilos enim cibus ac succus est. Nam crudis tantum ferarum artibus pasci assuetus erat. Sed grammaticam in primis edoctus quæ cyclica dicitur scientia, quod circa eadem uoluitur ac uertitur: nec solum hanc, sed morum ac pietatis studia: quæ si quis non utraq; acceperit, similem monoculo dixerim, cui altero carere lumine magni incommodi loco est. Qui autem in utroque legitime instructus fuerit, ut unâ cum moribus scientiam dicendi; facultatem habeat, is iam in hac uita beatus uiuere incipit: & quod futurum pollicetur seculum, secundum naturam iam possidet. Hæc itaque Basilius retinuit ex patrio & domestico exemplo accepta, probe: in quod respiciens ueluti equinus pullus statim natus circa matrem alacer generositatis indicium ludendo & hinciendo prodit: uelut etiam imago ab egregio pictore antequam sit absoluta, liniamentis ac umbris quibusdam ducta, satis quantum sit egregia futura ostenditur: sic ipse ante legitimos ætatis annos immaturam adhuc uirtutis indolem in futurum tempus præ se tulit. Postquam uero ad ætatem uirilem peruenit, melioris occasionem frugis, & laboribus alios addere labores cupiens, & dicendi studio incensus, ut in eo magis proficeret, Cæsaream Cappadociae metropolim uenit, quæ tunc literarum gloria & studiosorum frequentia in Asia tota florebat. In hac breui tempore ad eum contendit, ut in omni fere disciplina æquales omnes superaret, unde magnum apud eos populos est nomen affectus. Nam & doctrinam supra ætatem, & morum grauitatem supra doctrinam ostendebat. Omnia iam affectus, quæ & philosopho & oratori & sacerdoti opus erant, cum in his honoris ac professionis de more insignia posset accipere, facile despexit, ac superuacua putauit: ut qui non phaleras, sed ueram ex his doctrinis utilitatem captaret: quibus tantum operam dedit, ut eas theologiae dogmaticæ, nostro ueluti ministras adiutrices haberet. Si quis enim quæ probe recteque intelligi, oratione proderet nequeat, similem hunc dixerim siderato: qui quamuis conetur, sese tamen mouere non potest. Opus itaque futuro seruo dei philosophari, & ab hoc mundo secedere, & cum deo uersari, & his demum admniculis uitam mortalibus dispensare cœlestem. Post hæc Constantinopolim petiit, studijs item literarum admodum celebrem, ut magis ac magis in his proficeret. Postremo Athenas contendit doctrinarum omnium ac disciplinarum procreatrices: quas ego aureas appellare soleo, quod multa mihi tribuerint bona. Hic namque Magnum Basilium quod longe melius ac felicius quid, quam eruditio, erat, quæ sectabar, primum noui, simile quiddam Sauli regi affectus. Is enim patris alinos quaesitum missus, cum de his Samuelem prophetam percontaretur, rex ab eo declaratur ac ungitur. Ex quo (parergum hoc est, non ab initio quaesitum aut excogitatum) pluris se, longe quam quod antea quaerebat, factum esse uidit. Alinos enim uestigans, regnum inuenit. Sic item ego doctrinam ac dicendi facultatem sequens, Magnum Basilium repperi. Ego enim cum eius laudes celebrare instituerim, quandam mea causa digressionem hic facere cogor, ut planè referam, quæ in ista nostræ beneuolentiæ in hoc loco fuerint. Quod si longiusculus fuero, meo erga illum amoris ac desiderio danda est uenia. Nam nec oculus à spectaculis, nec item lingua à narrationibus poterit dulcibus retineri. Affectus quidem honestus, quem minime pati poenam ac damnum is qui sapit existimabit. Igitur nos Athenæ habuere ueluti fluminis fluxum ex ueniens fonte. Quemadmodum, inquam, aqua ex eodem scaturiens fonte, ac in duo ducta rursus in unum coitit & nos ex eadē patria euntes, ac postea diducti, ego quidem Alexandriam, Basilius uero Byzantium profecti sumus: rursus Athenis conuenimus: quo prius ego, post me statim ille accessit magna quidem expectatione, ut cuius iam fama celebris esset. Quamobrem quisque doctorum curabat ac fatagebat quemadmodum eum sibi discipulum adscisceret. Hic ego rem nouam ueluti ientaculum curiosis interponendo

ponendo, parum per digrediar. Athenis iuuenes erga suos sophistas insaniunt. Nam quem admodum hi qui cursus equorum spectatum in circum uenere, in diuersas diuisi partes à coloribus cognominatas sedent: ac quasi equos ipsi flagello uerberent, ita aera palmis cedunt, digitos mouent ac indicant, equos iungunt, ac dexterum ad sinistram, medium uel ad summum transternunt: & cum nullius sint domini nec equi, nec aurigæ, alteri tamen dicunt parti, commutemus, uos uestros simul & aurigas & magistris nobis date: nos autem nostros uobis concedemus, ac ocyus uidebitis quantum uos cursu superabimus. Et hæc dicunt homines qui nec in crastinum habent quod edant. Sic & Athenis iuuentus certatim studet, ut plures ipsi condiscipuli sint, & suos doctores ex hoc fere locupletiores reddant. Res quidem absurda simul & inepta. Nam pars nulla est Athenis, seu in tota Græcia quam non ipsi præoccupent, & ubi exploratores non habeant: ut eos qui ad discendum ueniunt, ad proprios deducant magistris. Quando itaque aliquem sunt nacti, siue uoluntarium siue inuitum, hunc retinent. Ridiculum sane, quæ in modum illum exagitant, aut deludant. Mox atque aduenit ab aliquo deducendum hospitio recipitur, qui maxime in sophistica præcellere uideatur, ut magistris lucrum afferant: quamobrem ab ipsis magnopere diliguntur: quod huiuscemodi discipuli quaestuarij ac illis nouos adducentes iuuenes loco magnæ mercedis habentur. Hinc itaque hospitio semel exceptum, ut eius fastum & arrogantiam (si quam fortasse habet) extinguant & humanum ac facilem reddant, uerbis prouocare ac planè interrogare per contentionem quidam audaciter & incompositè, nonnulli uero cum ratione ac dialectica solent. Quod sane factum ijs qui rem hanc & consuetudinem nesciunt metum incutit: ijs uero qui norunt, iucundum & ludicrum instar est. Ostentatio quidem sola timorem habere uidetur: res uero minime. Post hæc in balneum per forum eum ducunt. Appropinquantes more furentum saltant ac clamant. Vox hæc est: Balneum prohibetis, nec nos recipitis: simulque portas calcibus confringunt: ut uox ac sonitus hospitium eod deductum perterreat, & ex hoc sane appareat, an is in trepidus & firmus, an mollis & inconstans existat. Deinde in balneum introducunt, & ab omni liberant metu, & in reliquum tempus ut unum ex eis habent. His demum nugis illa iuuentus oblectatur. Ut igitur ad Basilium reuertar: Tunc ego illum non solum noui, sed & apud eos qui minime, nisi forte ex fama nouerant, mea commedatione effeci, ut in honore perpetuo haberetur. Ex quo in sanam illius ludicræ consuetudinem unus effugit, ut non nouus iam aut nuper aduena, sed ex ueteranis uideretur. Hic itaque cum eo mihi amicitiae initium, quam ut alij quoque seruarent operam dedi. Deinde res euenit huiuscemodi: Erant ibi Armenij uastrum genus ut scopulis maritimis comparandi uideri possint, qui a qua oportet atque ignoti maximum nauigantibus periculum afferunt. Quando igitur Basilius Athenas uenit, Armenij huiuscemodi, qui eius socij ac condiscipuli in schola patris fuerant, eum conuenerunt, amicitiam pristinam ac beneuolentiam simulantes, re autem uera ei quod honore ab Atheniensibus magnopere præferretur inuidentes: eumque non ordine aut ratione interrogauere, sed contentione atque audacia freti quaestiones proposuerunt: hoc ferme modo illum sibi subijcere, ac humilem reddere existimantes. Non enim secum bene agi existimabant, si ipsi qui iam Athenis philosophi nomen & habitum sumpserant: (Nam philosophorum habitus tritus & colore tetro ac mœsto erat) præterea scientiæ feromonisque factum præ se ferrent, hoc nuper aduena longè inferiores haberentur. Ego uero me tunc deceptum esse, nec inuidiam malignitatemque eorum deprehendisse fateor. Quamobrem eorum disputationi astipulator suffragatorque fui, cum iam cessuros eos ac planè succumbere uiderem: ne ex hoc Athenensium studium ac gloria, quam cum primis amore prosequerem, pessundaretur, (Nam in huiuscemodi disputationibus quædam uel parua accessio breueque auxilium magno est ad uictoriam momento.) Itaque, ut ait Poeta, pares ceruices pugnae præbui, hoc est, pares eos cum Basilio differendo reddidi. Vbi uero illorum noui iniquitatem: (Neque enim quod intus erat, diu cœlari potuit) tunc demum uero sanctissimo astiti: rursusque ad uictoriam ἐπιπαύσω, hoc est, nunc in illam nunc in istam partem inclinantem, operam meam contuli, puppimque moui. Pro uerbum est hoc, in eos qui iter retrahant iam cœptum, ex nauigantium similitudine: qui cum se ad iter aliud cōuertunt, puppim remis agitant. Basilius uero cum me suas partes tueri uideret, magnopere gauisus animam resumpsit: ex quo illos & syllogismis & arte dialectica confundens atque absterrens

absterrens, ab se humiles dimisit. Quæ quidem res ita me illi beneuolum rursus reddidit, ut amoris igne immortali continuo mihi afficeretur. Igitur hoc modo Armenij illi magna cum uerecundia uicti abscesserunt suum damnantes consilium, quod tam temere uirum talem essent aggressi; præterea mihi irati ac maledicentes, quod non solum eorū sed Athenarum honorem meo in illum suffragio prodiderim. Magnus uero Basilij dolore quidem, attamen humano tangebatur. Nam si forte magna quædā speramus, deinde longe infra spem conceptam ea esse comperimus, affligimur. Sic ille Athenas ueniens plurimam putabat se sapientiam ac morum disciplinam inuenturum: ubi uero Armeniorū in quos primum incidit insolentiā degustauit, magnopere admiratus est: quapropter & frustra beatas esse Athenas appellatas dixit. Ego uero eum consolari conatus, adducebā oculos esse mores hominum: nec cito sed tempore deprehendi, neq; subito, quid ex disciplina profecerint dinoscī: his itaq; uerbis eum ad spem atq; alacritatem reduxi. Procedente autem tempore nos & philosophia & bonorum studiorum concertatio magis ac magis conciliauit. Ego quidem dum omnia quæ simul gessimus cupio narrare, orationis modum me uideo præterire. Verum me continere nequaquā ualeo, ne hæc persequar: dum si quid prætereo, melius mihi quàm quæ dicta sunt, continuo uidetur. Quod si quis prohiberet, & à serie eorum quæ dicere cupio abscindere conaretur, mihi idem quod polypos di eueniret. Hoc enim genus piscis si quis è cubilibus trahere per uim uelit, quod acerbula saxi hæretica teneat, aut è petris aliquid aueller, aut certè è carne ipsius petris infixum aliquid relinquet. Si quis enim mihi circa omnes laudes latè uagari concesserit, habeo quod uolo ac quaero. Si minus, anxius quidem & cum molestia attamen siue nolite siue uelit, narrabo quæ uolo. Sic itaq; inter nos habuimus, ut rerum pulchrarum fundamenta proculdubio, quæ Pindarus aureas columnas appellat, iecerimus. Nam si quis domum munitam ædificare uoluerit, si bona ac ualida ponat fundamenta, proculdubio pulchram claramq; reddet: sic & nos ad nostram ædificationem simul pulchrum hoc amicitie studiorumq; communium exordium cœpimus, per quod iter postea ad ulteriora fecimus, profecimusq;. Pari namq; spe ac indole disciplinas continuantes citra inuidiam, zelo tantum mutua concertationis incensi cōtendimus. Duæ nobis erant notæ uitæ, una quidem præcipua, quæ ad dei templum ac in eo præceptores deduceret: altera uero inferior dignitate, quæ secularis scientiæ ac prophanarum doctrinarum magistrōs ostenderet. Alias uero uitas aliq; instituta, alijs prorsus reliquimus. Cūq; diuersas quisq; appellationes & nominum adoptiones honoris gratia, seu ex maioribus, seu ex proprijs generis studijsq; sumptas sibi ascisceret, nos tantum in nomine domini Iesu Christi gloriabamur. Christianosq; appellari & cenferi loco summæ dignitatis & honoris esse putabamus: multo nos magis quàm Gyges ille in annulo uel Midas in auro feliciores propterea existimantes. Fama est, Gygem annulum inuenisse, quem si quando uideri nollet, intra digitum uerteret: & cum hoc aliquando faceret, clam in Lydorum regiam ingressum regem cepisse, seq; regem constituisse. Midam uero Phrygiæ dicunt regem ita auti cupidum, ut quæcunque attingeret in id conuerti optaret: & hoc pacto cum & cibus ipse in aurum uerteretur, fame perisse. Dicitur & Abaris, homo genere Hyperboreus, apud Scythas talem ab Apolline sagittam accepisse: quam iaculans simul ipse cum ea ferretur, sicq; uelocissime populos circumfrens responsa per eam dedisse. Ferunt item Pegasus equum alatum à Minerua Bellerophonti dono datum, in quo insidens ille per aera sit latus. Non igitur hæc tam cito mouebantur, quàm nos dum alterum alter ad deū per uirtutem incitat, tollebamur. Quodq; etiam mirū, nos Atheniensiuū superstitione, ad quam præclara ingenia sese quandoq; conuertebāt, quod difficile sit ab ijs abstinere, quæ apud eos quibuscum uiuimus magnopere laudantur, nunquam contaminauit. Ego uero quando cœpi, si quid mirum in orbe terrarum reperitur, ad nostræ amicitia comparationem adducam. Vt est Alpheus fluuius, qui ex Arcadia Peloponnesi ad amatū Arethusa fontem in Siciliā per aquas marinas ingreditur: nec propterea ex eius dulcedine quicquam mari sese commiscendo amittit. Item Salamandram lacertæ magnitudine animal tanta dicitur frigiditate naturæ ut in ignis medio qui omnia domat, non solum latetur & uiuat: sed eum omnino extinguat: sic & nos in omni Athenis societate ac conuersatione, fidei dulcedinem inuolantem atq; in contaminatam in media hominum superstitione atq; in

delitate

delitate seruauimus. Nec solum in igne perfidia deum uerum colendo incolumes uersati sumus, sed eum potius nostra professione atq; constantia suppressimus. Quin & societas quædam ac collegium hominum non ignobilium circa nos erat, qui sibi Basilium studiorum suorum ducem ac magistrum constituerent. Erat enim non solum Athenis, sed etiā apud externas nationes præclara de nobis fama: adeo ut qui nos despiciere uellent, cum Iotomacho loquerentur ea, ex quibus Athenæ laudantur, apud tales & nostra iuuentus commendatur. Et demum in id amicitia nomē uenimus, ut Pyladem & Orestē superare uideremur. Sed ego dum Basilium extollere contendo, in meas imprudēs incidi laudes, qui nec ab alio laudari facile passus essem. Veruntamen nō mirum, si ut ex illius amicitia uiuentis admodum profeci, & ad uirtutem institutus fui: sic & dum mortui memoro laudes, dum inclyta facta reciteo, iuuari proculdubio spero. Ego enim ab eius alioquā ingenij cellitudine ac uelocitate tantum distare me fateor, quantum pedites à Lydio currū. Sunt enim currus Lydij uelocissimi. Pelops namq; Lydus cum socero Oenomao contendens, currū eū ac cursū superauit. Sed oratio nostra iam ad institutū reuertatur. Quis enim tanta prudentia sapientiaq; ante ætatem præditus unquā ut Basilus fuit? quoniam Salomon senectutem canosq; sapientiam appellat ac definit, non capillorum canicē intelligens: senectus namq; preciosa & grauis non annorum numero, sed moribus ac disciplina censetur. Quis enim coæuorum æqualiumue, uel etiam seniorū adeo uenerabilis fuit? Quis utrunq; adeo retinuit, ut orationis facundia & morum disciplina omnino probaretur? Sic omnes probè doctrinas edidit, ut unī tantū uacauisse crederes: sic summus in cunctis apparuit, ut si forte illum tanquam oratorem interrogares, tantum nouisse rhetoricam uideretur: sic item reliquas. Nec mirum, cū naturæ ingenioq; excellenti diligentiam ac curam uehementem adhibuerit, quibus sanè duobus proficere magnopere solent in scientijs homines. Nam eo fuit studio ac labore, ut sat ei citra naturam ad consequendas omnes artes diligentia fuerit. Rursus uero ita celeri uelociq; præditus natura, ut studio uehementi ac cura non multum indigerit. Quis enim rhetoricen ignis feruorem spirantem (ut Homerus de Chimæra dicit) tam probè nouit? Chimæra namque monstrum è tribus compositum: anteriora leo est, posteriora draco, media capra: sic item rhetorice in tria diuisa genera: deliberatiuum, iudiciale, demonstratiuum. Quis inquam ea melius est usus? Non ut mos plerunq; oratorum est, ad accusationē, maledicentiā, assenationē est usus. Non in proximos mordax, nō in rebus petulans aut scurrilis, nō in cōsulendo uaser aut callidus, deniq; ab his omnib. uitijs quibus alij facultatem hanc habentes abundant, prorsus alienus. Quis enim similis in grammatica, quæ historiam est apra describere, rem humano generi admodū utilem ac necessariam, planeq; ad sapientia uiam per uaria præteritarum rerū exempla monstrantem? Est item ars gramatica eorum quæ apud poetas & historicos scribuntur iudex ac directrix: poemata taxat: linguas ac catalectos interpretatur: etymologias uestigat: analogias tradit. Philosophiæ latebras omneis penetrauit, quæ ad mores naturamq; ac contentionem pertinerent. Ex alijs mathematicis Astrologiam primum, quantum sobrio ac planè Christiano fas erat, ut planetarum cursus ac rationem teneret: reliqua, hoc est, apotelesmata & aliorum effectus ac figuras, per quas eis credentes ac persuasi prouidentiam tollunt, penitus spreuit. In Geometria cum figuras omnes planas ac solidas earumq; rationem nosset, in nullam hac de causa superstitionem uenit: nec errauit ut quidam, qui circulari cœlum forma, nec circuli principium aliquod aspicientes, in opinionē facile uenerūt, mundum hūc sine principio esse. Numeros ac proportionēs probè tenuit, rebusq; recte accommodauit: ut quemadmodū se habet octio ad quatuor, ita quatuor ad duo. At numeris diuinā inesse naturam, ut Pythagoras putauit, & deum per ipsos multa agere, & omnia ferè eorum ratione euenire, diliramentis similia putabat. Ex quo magnopere laudandus Basilus, qui ex artibus cunctis quæ potiora essent delegit: quæ uero minime tenenda, minime curauit. Quæ autem ad corpus pertinerent, ab ipsius uitæ exordio usq; ad extremum, tenui fuit ualeitudo, & ex hepatis morbo continuo laborauit. Quamobrē necessariam ei cōtinua ualeitudo medicinæ scientiam fecerat, cuius theoricā ac rationē facile per philosophiam quam tenebat inuenit: practicā uero & empiricam per laboris dolorisq; tolerantia adeptus est. Nam & ad philosophiæ cognitionē simul & obseruantia corporis debilitas &

ualetu-

ualetudinarium esse, ut ait Plato, non parum faciunt. In primis igitur sese ac proprium malum curando, in huius artis habitum uenit: non tam ea quæ sunt artis, manifeste curam & experientiam exquirens, quam rei huius & morborum causam ad philosophi uestigationem pertinentem perscrutans, ut cuiuslibet rationem accidentis reddere ualeret. Vir itaq; sanctus postquam omnis adeptus erat disciplinas, ut ultra Gades transire non posset, (Prouerbiū hoc Pindari in his quæ ad summum peruenerunt, quod ultra Gades non sit tellus penetrabilis,) de reditu in patriam cogitauit, ad rerum meliorum occasiones captandas, sicuti ambo conuenimus. Aderat dies qua ex Athenis nobis digrediendum erat: ac statim amicorum ac sociorum, tum etiam præceptorum turba nos circumstant: orantq; nullo modo discederemus: non precum, non instantia locum ullum, solitum ab his fieri qui à charissimis diuelluntur dimittebant. Hic enim me ipsum potius quam Basilium, cum audax sit facinus eum taxare, accusabo. Is cum causas eius, necessariæ peregrinationis adduceret, meque propterea relinquere oportere, Athenis ego miser ab eo proditus & lassus & debilis & æger remansi: me nanque dimittendum esse sibi nequaquam ipsum dimittere uolentem, credidit. Hoc enim factum circa nos fuit, ueluti si corpus unum in duas scinderetur partes, & ambæ simul interirent. Vel quemadmodum si duo uituli simul educati, & sub eodem iugo assueti disiungerentur, ac mugitu lamentabili omnia complerent. Sed non diu hæc separatio fuit. Neque omnibus interea gentibus nostræ diuisionis rationem seu excusationem reddere sustinui. Itaque me ingens desiderium, uincola omnia eorum, quæ me retinebant abrumperet iussit, & ad meum Basilium properare, equum illum Homericum imitando; qui præsepe dedignans, uincolaq; abrumpens, fremit, in campumq; ruit: ac sublata ceruice iubar quatiens ad proprium ac relictum gregem facile reuertitur. Postquam igitur ambo in patriam reuersi sumus, mundo quidem ueluti theatro cuidam aliquantulum satisfecimus. Nam ut in theatro & scena quadam existentes palam, familiaria, amicis, propinquis eousque uerba facimus, ut eorum desiderio & charitati erga nos satisfacere mus: quinos interrogare ac aspiciere quantum in literis ac doctrinis proficissemus magnopere cupiebant. Nos uero cum minimum ostentationi dedisti essemus, minimumq; dilatare phylacterias cuperemus, breuiter in statum pristinum nostrum reuertimus. Cumq; in uirilem uenissimus ætatem, generosiorē longe Christi causa prouinciam aggressi sumus, non tamen simul. Nam & malus demon per inuidiam nos diduxit. Et Magnum Basilium Cæsarea ut rectorem & institutorem, simul præsulis adiutorem habuit: qui ubi mereliquit, peregrinationes multas ac proposito quod instituerat necessarias suscepit. Nam statim Seleuciam ad beatæ Theclæ templū, siue secessus & quietis, seu potius uoti & supplicandi gratia profectus est. Me autem ab illo meorum pietas parentum, quod cuperem senectutem eorum nutrire, deinde domestica calamitas, separauit. Nam ea forte tempestate mea soror Gorgonia defuncta est: & ante hanc bonus Cæsarius excessit: cuius diuitias ac substantiam multi rapere uolebant. Ego autem & patri assistere & rapaces prohibere cupiens, in multa incidi mala: existimoq; quod à uiro sancto discesserim, nec me in uia dei ut plane animo institueram, relictiis omnibus exercuerim; hæc omnia incommoda mihi euenisse: sed mea facta quocunq; deus omnipotens iusserit ferantur. Illum uero dei dispensatio per sacerdotij gradus illustrem ac notum omnibus fecit, ac inter presbyteros constituit: non tamen statim nec præter ordinem, sed per gradus uicesq; paulatim deductus ac promotus. Nec enim hos laudo qui sine ordine statim in ecclesia promouentur. Quin potius nautarum morem laudauerim. Nam illi gubernatorem non ab initio, nec subito faciunt: sed postquam illum per omnia nautica exercuerunt & experti sunt officia, remigem prius uidere uolunt. Deinde in prora constitutum uetos nosse atq; edificere, petras insuper ac scopulos probe uitare assuetum. Postremo in omnibus exercitatum muneribus in puppi collocant, clauumq; in manum tradunt, & gubernatorem constituant. Similiter & in bellica disciplina. Primum miles efficitur, deinde ordines regit, postremo dux efficitur. Eadem & medici & pictoris ratio, ut hic ante professionem canones multos edificat, multosq; uideat & tractet morbos. Ille colores commiscere ac temperare prius, deinde delineare, ad extremum absolutas coloribus, figuras reddere sciat. Episcopum autem (res ridicula) tumultuarie confuseq; nec ordine nec rite fieri uidemus; non item ex uirtute, sed

sed uirtute & astutia: non qui dignus, sed qui potentior fuerit. Nam nec prius exercitatus, sed rerum ecclesiæ ignarus, rudisq; adeo & a seculari uita recens promouetur, ut gigantes apud Thebas. Cadmus enim apud Thebas Bœotias cum draconis dentes seuisset, nati sunt subito armati pubescentia gigantes, & sic inter se bella gerentes eadem die interierunt. Sic item nos eodem die præsules facimus: & cum nihil didicerint, credimus esse sapientes: qui nullo prius muniti sunt gradu, non uirtute, non eloquentia: nullum pro iustitia laborem, nihil demum pro ecclesia sunt passi. Ille nanq; qui diuina tantum meditatur, & corpus spiritui subiugat, ut quādoq; loco cœlesti sit dignus, locum inter homines libenter retinet humilem atq; inferiorem: Ignatius uero & absq; disciplina elatus ac superbus supra meliores extollitur: nec boni aut humilitatis exemplo mouet: sed omni studio tamen honores quarrens, ex potestate sibi ingenium ac prudentiam pollicetur. Ex quo uerum illud Demosthenis: Rem præter dignitatem feliciter assequi, stultis male sentiendi, aut cogitandi est occasio. At noster Basilium quemadmodum & reliquæ uirtutis, sic sacerdotij & ordinationis ecclesiasticæ norma, & exemplum cæteris efficitur. A primis enim incunabulis numerum sacerdotaliū paulatim creuit, ut non dedignaretur lector sacrorum uoluminū profusus, deinde interpres & enarrator fieri, sicut ait Dauid: Ex cathedra seniorum laudent dominum: sic demum episcopus effici meruit. Quem locum neq; ipse unq; quaesuit, aut optauit unquam, sed diuinitus oblatum ac uenientem cepit. In quo quidem statu ineundo quæ illi contingere, uideamus. Fuit enim aduersus eum contentio quædam Eusebij Cæsariensis ante ipsum episcopi, uiri alioqui certè admirabilis, tum pro pietate ac nominis Christi confessione constantissimi, ut in Valentis principis inspectione satis ostendit. Veruntamen inuidia, quæ dæmonis impulsu magnos interdum solet euertere uiros, resistere non potuit, quin & humanum aliquid ipse pateretur. Nam Magno Basilio uerbis factisq; palam aduersabatur, eumq; omnino ab ecclesia repellere conabatur. Aduersos tamen habuit Nazareos, id est, qui dei cultui dicati erant. Item Ascetas, id est, qui uita sanctiore sese in uirtute perfecta exercebant, quorum caput Basilium erat: quāquam & Nazareus etiam ipse. Quoniam itaq; hi Basilij in præsulatus electione repulsam, eumq; Eusebio laico posthaberi nullo modo patiebantur, ecclesiam in partes scindere decreuerunt. Quod tribus admodum de causis facile fuit. Primum, quod Magnus Basilium, cuius spiriti gratia uehementer exacerbati sunt, summa & autoritate & ueneratione apud omnes erat, quod illis magnam ad id faciendum tribuebat audaciam. Deinde quod de Eusebio multi non recte sentiebant: cum nec canonicè, nec rite, sed per uim quodammodo ac tumultum ad hoc officium tractus esset. Tertio, quod ex urbe Roma Lucifer & Eusebius episcopi Cæsaream ad rem sedandam missi fuere. Quid igitur Christi discipulus in tanta turbatione faceret? Nam nec paci aut quieti sese opponere ullo modo statuit: nec sanctitatis ipsius erat decertare: nec in ecclesia tunc ab Arianis oppugnata, schisma omnino aliquid introducere. Quamobrem nec Eusebij partibus aduersari: neq; Nazareos quos propitios habebat, fauore uti constituit. Igitur me autore atq; adhortante, mecum in Ponto in cœnobium secessit: tutius in solitudine ab his periculis posse liberari, ac conscientia paci consulere cogitans, quam cum Eusebio de ambitione cõtendere. Qui quidem secessus cum omnibus admirationi fuerit, ut sic repente è Cæsarea omissis omnibus abscederet, mirabilior tamen eius reditus inuenietur. Res enim sic habet. Quo tempore nos in Ponto requieuimus, fuit Valens imperator Cæsareæ. Is enim non apostata quidem ut Iulianus extitit, nec à Christi cultu omnino abscessit: ueruntamen non minori impietate incōmodoq; ueris Christianis fuit, qui unā atq; æqualē in tribus personis naturā fatentur, nec Sabelli errore unicam trium esse personam, nec Arii tres diuersas in trinitate naturas, potentis, sequuntur insaniam. Ex quo cum Arius à Marte nomen trahat, discordia pestilenti ecclesiam omnem referat. Valens itaq; ab hac bellua peruersus, catholicos præsules omnem partim in exilium misit, partim supplicij affectis. Cæsaream quoq; expeditionem barbaricam, non tam terrena fragiliaq; edificia quæ rursus instaurari possunt uastaturus, sed ecclesiam dei & miserorum animas æternæ damnationi ac morti traditurus: Arianorum item episcoporum alius in eo tractu erat exercitus, in quos ecclesiæ diuise erant, quemadmodum Iudeorum regnum in quatuor Herodis filios. Hi uero aliam quidem ecclesiam iam tenebant, aliam iam adibant, aliam deniq; habere sperabant, imperatoris ini-

qui favore & auxilio freti. Illius namque potestas alios quidem subuertit, alijs uero minabatur. Itaque Ariani, Basilij & Eusebij contentiois occasionem nacti, & ipsum Eusebium nondum sacris initiatum uidentes, audentiores facti, ad oppugnandum tempus commodum esse cogitantes in ciuitatem irruerunt. Aderant quidem nostri, prompto magis animo quam potentia ad resistendum, pugnaque propterea debilis, quod magnum bellatorem & athletam uerbo & spiritu munitissimum Basilium non haberent. Missus itaque sum ad eum rogatum, ut si ecclesiam saluam esse uellet, uenire maturaret. Ille roganti statim obtemperauit, ac pulchre cogitans priuatam Eusebij cum eo discordiam magno esse haereticis usui: fauore, & uniuersalis boni & communis ecclesiae periculi uitandae gratia, omni studio, Eusebium sibi conciliare contendit. Deinde se totum contra communes hostes conuertit: arma spiritualia sumpsit: meque adiutorem pulcherrimam huic pugnam habuit. Itaque populum in fide dubium ad officium reduxit: illos qui bene sentiebant in officio continuit, ad speram exhortans ne ab aduersarijs persuaderi paterentur: ac demum amicis se muniendum praebuit: hostibus uero enses, securim, ignem intendant: eos qui in fide errabant quatenus: formida quosque ac omnem aridam materiam malignantium aptam ad hoc, ut ignem incenderet in ecclesia dei omnino remouens. Dicta insuper a prophetis David, & Hieremia in medium adducens, quorum alter ait: Nonne sicut ignis ecce sermones mei dicit dominus, & ut securis incidens petras: David uero: Circumdederunt me sicut apes fauam, & exarserunt sicut ignis in spinis. Quemadmodum enim Paulo Barnabas olim ad manifestandam euangelij ueritatem, & commune fidei certamen asuit: sic ego Basilio tunc meo in Arianam pugnam socius accessi. Audi epistolam per quam me uocauit. Accinge te: curra me in praesenti pugna liberare, ac nobiscum istis qui nos omnino euertere cupiunt, occurrere: quorum audaciam ore tuo tantum frenabis, causaque fueris ne res pugnae nostrae ab illis pessundentur: scientesque propterea omnes, quemadmodum unus ipse dei gratia nostram congregationem regas, & omne os impium ac contra deum loquentium insolentiam facile contundas. Aduersarij tandem & episcopi omnes a Valente missi, magnam passi uerecundiam: sic rebus infectis abierunt, ac didicerunt, non ita facile Cappadocas, ut reliquas gentes contemnendos esse, quos plures circumiacentes populi obseruant, ueluti centrum circulus circumscriptus, non solum ob rectam fidem, sed etiam ob datam eis a domino concordiae gratiam. Ex hoc enim quod de trinitate bene sentiunt, ac eam uerbis recte contra impugnantes tuentur, ipsi ab eo magnopere defenduntur, & magis ac magis apud deum gratia conualescunt. Unde maius sane adiumentum ex ea recipiunt, quam ipsi praestent. Ut igitur ad institutum supra redeam sermonem. Basilium Caesaream reuersus, nihil potius habuit, quam expugnandae causa haereseos Eusebium placare: illi tantum seruire, atque in omnibus quae ex deo essent praesto esse: ut cunctis palam ostenderet, omnia quae passus ex illo fuerat, instigatione diabolica prouenisse, ut communibus fidei hostibus maior grassandi commoditas esset: ipse autem cum obedientiae uitaeque spiritualis leges probe nosset, illi cunctis in rebus aderat, audiendo, consulendo, agendo spiritalem sedulamque operam episcopo nauabat: et ut uno dicam uerbo, tantum ad illius accessit bene uolentiam, quantum prius ab ea procul uidebatur. Quamobrem Eusebius quidem primas in ecclesia ut episcopus tenebat, penes Basilium uero ecclesiae potestas & autoritas erat. Ille tantum praesidebat: hic omnia obibat. Erat enim singularis admirabilisque concordia alterutrum se iuuantibus: & uires inter se accipientibus: episcopus quidem ex Basilij consilio atque ingenio conualescendo: Basilium uero ex episcopo autoritatem sumendo. Et demum episcopus populum habebat: hic uero episcopum. Et quemadmodum is qui leonem curat, cum eo sit uiribus inferior, arte quadam lenit ac mansuescit, quo ferme modo ferae impetum atque ferocitatem sopit & emollit: sic & Magnus Basilium circa Eusebium se gessit. Ille namque cum nuper laicus & rerum ecclesiasticarum imperitus ad hanc dignitatem assumptus esset, uigente praesertim flamma tunc haereseos Arianae, huic pondere non satis idoneus uidebatur: ex quo ductore & adiutore Basilio indigebat, cuius maxime uirtute res feliciter ac probe succedere spes erat. Itaque non ut quidam existimant, Basilium sub Iuliano principe, sed post Valentis mortem episcopus fuit. Vbi autem regimen et ad ministracionem ecclesiae Caesariensis sub Eusebio praefule accepit, discordias omnes sedauit, simulates abstulit, mores constituit: non solum uerbis ac praecelatis sermonibus ab eo editis

editis, sed etiam uitae exemplo: spiritu namque & corpore iuuare populum conatus est: opera exercitationeque corpora curando, quoque uersus ambulando, benigne faciendo, inopibus opitulando. Spiritu uero, docendo, monendo, omnibus uitae modum institutaque dando. Monachis item quomodo se exercerent scribendo. Omnia denique excogitauit ac fecit, quae ad dei plebem edificandam facerent. Inter haec unum ipsius ac potissimum factum non silebo. Ciuitas Caesariensis & omnis ei subiecta regio fame quandoque laborabat, nec mali ullum erat remedium. Nam loca maritima & quae in ora sunt posita, huiusmodi calamitatem atque penuriam facile tolerant ob mercatorum ad nauigantium, et quae sunt usui necessaria uendentium, commoditatem. Nos autem in mediterranea regione & procul a mari collocati, nec uendere quicquam si forte abundamus: nec si egeamus ob mercatorum ad nos minime peruenientium penuriam, comparare quicquam ualemus. Quodque longe peius, famis tempore istis qui possident, sine pietate sunt, ac plene insatiabiles quaeque. Huiusmodi namque difficultates obseruant: alimenta non statim proferunt, aut hominum usui subueniunt: sed quoad possunt tempore prorogantes malum hoc auferunt, & demum esurientium calamitatem, quae tum agriculturamque sibi fructuosam faciunt, dum habetiores redditus ex faenore, & iniustis mercaturis ac negocijs, excogitant: Salomonem minime audientes, dicentem: deo fornerat, qui pauperis miseretur. Haec itaque istis qui in frumento negociantur, agunt: lucroque huiusmodi sordido dant operam. At Magnus Basilium quid? Quando tempus miraculorum non erat (Nam signa & prodigia ob eos qui non credunt, ut ait ad Corinthios Paulus) non pluit manna: ut per Moysen in deserto factum, nec uasa ut per Heliae uerbum apud mulierem sareptanam impleuit. Neque quinq; panibus tot milia per dominum, epulo excepit. Sed suas ipsius possessiones ac facultates in medium ponens, ac pecuniam ad comparandum frumentum praebens, toto famis tempore, ac populo laboranti suffecit: undecunque confluentes, etiam Iudaeorum pueros nutriendos. Sed & oratione quoque & adhortatione ad populum, diuites ad horrea communicanda & aperienda facile induxit. Ex quo illud Esaeae fecit: Frange esurienti panem tuum. Item illud Danielis: Pauperes saturauit panibus, & nutrijt eos in fame. Denique quod in cantico dei genitricis scribitur: Esurientes impleuit bonis. Sed quomodo Basilium hoc egerit, uideamus. Coegit enim omnis aetatis sexusque miserorum uulnus fame sauciaturum. Nam Hieremias quemadmodum fames non minus quam ensis uulnerat, ostendit. Coegit item omnis generis cibaria, & ollas, & lebetes frequentes cum obsonijs posuit. Haec erant legumina falsa, ut faba, cicer, & his similia cum sale. Deinde discumbentibus ipse ministrabat. Atque hoc modo non solum corpora pauit, sed etiam animas pauperum honorauit, ut utroque exemplo beneuolos eos, hoc est, saniores redderet. Hunc igitur ego secundum Ioseph uere dixerim, ac longe plus illo praestitisse. Ioseph enim uenienti fami per frugum prouidentiam occurrit. Cum enim annonae caritatem prauideret ex Pharaonis insomnijs, qui septem pingues boues totidemque macie confectos uiderat: ex quibus copiam, deinde subsequenter penuriam significari dixit: ex toto tractu frumenta in multos annos coegit, quo ferme modo Aegyptum omnem in seruitute cum hominibus redegit. Eum namque Aegyptij adeuntes dixerunt, heu nobis non amplius quam proprium corpus & terra haec relinquitur. Ne igitur moriamur, & nostra tellus desolata remaneat, oramus nos possessionesque nostras pro frumento habe. Ex quo Ioseph quam misericordia motus illis subueniret: ita tamen subuenit, ut Aegyptum una cum colonijs ueluti seruos Pharaoni subigeret. Magnus autem Basilium non mercatura usus aliquid, sed feruus populum pauit, ut ex benignitate hac sua dei benignitate in se pararet: & ut per cibum corporeum alijs praebitum cibo ipse spirituali nutrireretur. Ait enim Propheta: Panem angelorum manducauit homo: quanquam ille manna hunc intelligeret, theologus dei uerbum hoc existimat, quo animae humanae cibo nunquam desituro nutriuntur, ut apud Ioannem dominus ait. Quo quanto ditior erat noster Basilium, frumentum praebitor, omnium hominum alioqui pauperrimus, tanto minoris pecuniam aestimauit. Post haec autem Eusebio in eius manibus decedente, ecclesiae successit: patriae tamen principibus ob inuidiam magnopere resistentibus, cum quibus pessimi apud Caesaream uiri conspirabant, ueruntamen sanctus spiritus uicit, ac ciuitatis praefectum mouit, ut praesules nonnullos creari iuberet: inter quos ipsum Basilium Caesareae, & magnum Eusebium

Samofatis, meum in super patrem, qui quod iam senio confectus & inualidus uiribus esset, lectica ferebatur: spiritus tamen qui ex semimortuis uiuos, & ex ignauis strenuos ac solertes reddere solet, promptus admodum erat: adeoq; ad capitis tactum tantum electus. Basilius igitur sic ad praesulatum promotus, opinionem omnium non solum respondit, sed eam longe superauit, nihil rerum quae ad sanctum pertinerent pastorem praetereundo. Quodq; mirum, in arduis huius officij negocijs & administratione, philosophia, theologiaq; studia, in quibus nutritus erat, nunquam deseruit: cumq; in omni uita caeteros uirtute superauerit, ubi factus est episcopus seipsum superauit. Existimabat enim, homines quidem communes & idiotas satis ad uirtutem habere, si non improbi essent uel mediocriter boni: At si quis in dignitate & administratione, seu imperio fuerit, in praesulis officio praesertim, uitium omnino putauit, si non omnes alios uirtute antecelleret, & tantum ea quantum dignitate praestaret. Nec enim populos aliter uel ad mediocrem uirtutem, nisi ipse in ea absolutus longe inter caeteros emineat, trahi posse. De huius itaq; uita in hoc statu sanctitate id dici poterit, quod de seruatore Lucas testatur: quemadmodum sapientia apud deum & homines proficiebat. Non ut augmentum aliquod acciperet, quia ab initio dominus gratia sapientiaq; absolutus esset: sed, quod hac hominibus ignaris uulgaritatem apparerent. Sic item Basilius uirtus in hoc officio minime quidem creuit, cum summus etiam uirtute antea fuisset: sed ex opera & exercitatione populo manifestior apparuit. Me uero ubi primum est eius audita promotio, putabant omnes statim discessurum, ac ad eum iturum paremque cum illo potestatem habiturum: tantam inter nos amicitiam ac beneuolentiam nouerant. At ego cum inuidiam fugerem, ne uiderer eorum loca qui prope aderant occupare, simulq; ne Basilius falso iudicare possent, me priuata amicitia susceptum alijs praetulisse, quoad potui me continui ac superfedi, cum plus rationi quam appetitui cuperem in hac parte tribuere. Ille uero me uocare, modo queri de mora non cessabat. Rursum meam causam & excusationem in bonam accepit partem. Demum aliquot post diebus ad eum ueni, cumq; me supra caeteros in gradu collocare, ac protopresbyterum creare uellet, abnuui statim honorique ex eadem qua supra narraui causa protinus cessi: hoc est, ne plus beneuolentiae quam iudicio tribuere uideretur: ille uero non solum non quaesius est, sed ut ingeniosus & sagax meam deprehendens mentem magnopere laudauit. Cum primum uero hanc administrationem inisset, nihil prius habuit, quam eos qui aduersus se insurgabant omni studio placare. Itaq; illis citra assentationem usus, in omnibus que secundum deum essent, obsequabatur: contumaces simili modo ad officium reduxit. Cumq; ut ait Demosthenes, multi in mansuetudine ignauiam, & in grauitate atq; constantia ueritatem & audaciam accusent: ita utrunque coniunxit, ut humanitati iudicium & iustitia, ne languidus aut mollis: austeritati uero placabilitas, ne perucax & crudelis uideretur, non deesset. Qui, ut Isocrates, non acerbitate aut poenae metu, sed clementia ac uirtutis amore ad obtemperandum induxit, unicam ostendendo in obedientia salutem, unicamq; rursus in contumacia & contumacia periculum: nec ab eo tales, sed a deo potissimum alienari. Quibus artibus effecit, ut omnes quos suspectos habebat, ad eius procumberent pedes, ueniam praetitorum petentes, ac sese omnino excusantes. Postquam res domine ac in statu felici composuit, uitiumq; omne abstulit, ad alias dirigendas ecclesias animam conuertit. Nam alij quidem episcopi proxima tantum respiciunt, ac satis habent sua sibiq; credita curare, & sic secure agere: si sua tantum respicere nec aliena quicquam aestimare securitas sit) at Magno Basilio non hoc satis: sed continuo cunctarum ecclesiarum curam aequae ac propriae in se recepit. Itaq; uniuersi orbis multitudinem, quae euangelium iam receperat, uidit diuersis sectis atque haeresibus contaminatam: pro qua dominus noster Iesus Christus sanguinem suum fudit, quamq; ad imperium ac regale sacerdotium elegerat, quemadmodum in Exodo ad Iudeos dicitur: Eritis mihi regale sacerdotium, & gens sancta. Vidit etiam, quemadmodum Assyrius, uelut aper, Iudeos illos ex Aegypto in Palaestinam migrantes, ut uineam quandam, euerit, sicut ait Psalmus: Vineam de Aegypto transtulisti, Et quae sequuntur: Sic Christianorum multitudinem, ex tenebrosa infidelitate tanquam ex Aegypto egressam, ac in fidem, uelut in terram promissionis, transpositam, & in hac a deo auctam & dilatam, ut montes ac ualles operiret, a diabolo tanquam singulari apro uastari. Atque hoc eos qui prius altissimo proposito ac uirtute spiritualem de-

dorem

dorem praese ferre uidebantur, abscondebatur atque tegebat. Hanc itaque perfiguram uineam appellatam, Magnus Basilius sic lacessitam conspiciens, corrigere quoad potuit, cogitauit. Itaque non conuincendum, aut ullo modo dormiendum: sed precibus, lachrymis, orationibus, monitionibus, obiurgationibus, omni studio instandum censuit: idq; hoc amplius quod malum commune immineret. Nam uno homine bene uel male agente, nihil admodum ad reliquos attinet, nec propterea caeteri contaminantur. Publicum uero ad omnes spectat, & eo demum priuatim quisque morbo quo societas fere omnis laborat. Haec itaque die nocteq; cogitans minime quiescebat, illudq; Ionae patiebatur, qui sic cato ex sole capitis uertice, debilisq; factus uitam spreuit, dicens: Bonum mihi magis mori quam uiuere. Passus item & illud David dicentis: Non dabo somnum oculis meis, nec palpebris meis dormitionem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum in tabernaculo deo Iacob: hoc est, donec inueniam locum in quo dei templum aedificetur. Sic item dicitur Basilius curis absumebatur, ut si quid carnis seu corporis ipsius ex abstinentia continua reliquum esset, id totum a curis absumeretur, quousque calamitatis huius solutionem reperiret. Vt autem intelligas quanta uirtute sanctus animi anxietate occupatus fuerit, ex ipsius uerbis de se scribentem audi. In uitam heri uenimus, quae & corpus meum conterit, & animam conturbat, quod impares huic ponderi uirtute reperiamur. Corpore nanque toto iam fere nullus sum, ad eam deduxit me cura debilitatem: At tamen autore deo durabimus, ac donec hos spiritus regat artus, hac Christo diligentiam debebimus, ut de his quae ad dei ecclesiae aedificationem facere cognoscimus, nihil relinquamus. Igitur omni studio & opera ad resistendum haereticis paratus, nihil potius habuit quam sacrorum uoluminum arcana fibrasq; omnes uestigare, ac in medium adducere, & hostibus ut bonus Christi miles bellum inter necem mouere. Et quemadmodum in bello arma sunt quae cominus hostem excipiunt, ut ensis & gladius: alia uero quae eminus feriunt, ut hasta & sagittae: sic & Basilius accedentes propius & secum congregantes haereticos, lingua sermonisq; eruditi acumine uelut ense feriebat: eos uero qui procul erant, literis & epistolis sicuti sagittis ac faculis uulnerabat. Quae epistolae non usquequaque illis tabulis quas accepit Moses, ignobiliores erant. Neque de cibis aut sacrificijs seu purgationibus quae ad corpus attinent, ut Iudeis tantum praecipitur traduntur, sed uniuersi orbis hominibus de rebus fidei maximis ac altissimis scriptae sunt. Deinde quae scripsit aut docuit: exemplo, uita, moribus, ostendebat: quandoquidem neutrum sine alterutro prodesse cognoscebat. Nam quae suauiter nisi facias ipse, parum alios mouebunt: nec mouere satis poterunt, nisi quae feris, aut agis, docere commodis uerbis, & oppugnatis etiam ibat: per alios uero nonnullos quosdam etiam ad se ultro uocatos cogebat. Populos aliter in publico, priuatim uero alios aliter admonebat, ut errantes in fide & moribus quousque pro medicina & natura cuiuslibet ad sanitatem & officium reduceret. Et demum quemadmodum ille Beseleel e diuersa materia tabernaculum sibi construxit: sic & is ecclesiam ex his qui antea & opere & uerbis diuersi fuerant, excitauit. Interea Valens imperator Caesarem uenit cum apparatu plurimo, quod non amplius res esset ei cum Eusebio uti prius, sed cum Magno Basilio longe fortiore. Quamobrem maioribus se uirtutibus accinxit, ut priorem pugnam instauraret: magnum sibi dedecus futurum existimans, si cum tot dominaretur gentibus, & omnes circum quaque catholicos ob impium dogma euerterit, ab uno tantum Basilio & una urbe Caesarea uinceretur: atque ita non solum apud haereticos praesules qui eum impellebant, sed omnes homines ridiculus esset. Rex quidam Persarum Xerxes, ut scribit Herodotus, cum multis millibus contra Athenienses mouisset, non ob hoc solum est in arrogantiam superbiamq; effusus, quod magna sibi ac uasta polliceretur, quodq; tanto consideret exercitui: sed longe maius, quod Athenienses maximi nominis uiros perterrefaceret. Quamobrem Hellepontum nauibus iunxit, ita ut ponte transiri posset, Athos montis cacumen diuidens uelificauit. Eretrienenses ex improviso euerit. Nam miles quilibet dextram sinistrae alterius complicans ac iungens more saganae, Eretrienenses omnes inclusos abduxerunt. Item quoniam pontem prius in Helleponto constitutum maris impetus euulserat, firmiore rursus constituto, iussit pelagus hastis more serui uerberari. Quam omnino infantia timidi quidem horruerunt, au-

Rr 3 daces

daces autem ac firmi riserunt. Valens uero his longe peiora fecit: maior eius stulticia, maior arrogantia aduersus etiam maiorem & inuictissimum, & eum uirum qui penitus nihil curabat, nihil aliud quam uanarum uirum ostentatio apparuit. Nam, ut ait David, In iusticiam in altitudinem loquutus est: posuit in caelo os suum, & lingua eius pertransiuit in terra. Hoc est caelestis unigeniti diuinitatis altitudinem non horruit impius in terram deprimere, & eum creaturis coniungere: cuius diuinam naturam nec capere quidem mundus potest, quamuis nostra causa descenderit, ac nobiscum familiariter sit uersatus, ut hos qui in tenebris & in umbra mortis iacebant, ad se traheret: descendit, inquam, ut ascenderemus. Sed & ipsius Valentis furorē ab initio referre parumper uacabit. Is enim quoquod uersus catholicos praefules insectando, alios precibus ac persuasione de sententia dimouit: nonnullos ut ac metu, propterea quod resistentes partim caede multabat: bonaque proscribat, ac certi ab eo missi essent, ut canes uenatici qui in sectam Arianam, uel se subscriberent omnes, adhortabantur. Octoginta orthodoxos ad eum presbyteros de impietate deprecanda missos cepit, atque alligatos nauibus uentis ferri dimisit, ac demum cremauit. Duces cum exercitu non aduersus barbaros, sed aduersus universam ecclesiam mittebantur. Postquam igitur Valens (ut supra narraui) Caesarem attigit, nihil habuit prius quam Basilium, qui tanquam scintilla rutilans ex toto illo incendio supererat, uerbis, minis, disputationibus per alios exagitare: quae omnia uelut ab arcu sagittae fuerant in peccus durum atque impenetrabile ueluti ferrum emissae: unde in aurore ipsum & mittentem percussae facile retorquebantur, sed ille suis telis miser feriebatur. Basilium uero seopulo maritimo comparabimus, in quem undarum impetus minimum ualentes, refracti retrorsum redundabant. Nam nunc quosdam de iudicium ordine ad eum persuadendum, nunc milites ad eum tenendum, interdum eunuchos suos ad leniendum misit. Hi cubicularij ipsius erant, genus admodum molle, tantum impietate aduersus deum fortes, dum sectam & ipsi Arianam tuentur. Viri namque sunt inter mulieres ad eas custodiendas oblectandasque: mulieres uero inter uiros ad omnia obscena patienda. Quam ob rem quando genitalibus stuprum admittere nequeunt, lingua fornicaria & adultera utuntur: quod illis omnibus euenit qui contra deum loquuntur aut sentiunt, ut ait in euangelio dominus: Generatio praua & adultera. Item Propheta: Moechatus es cum amatoribus multis. Valens igitur quemadmodum olim Nabuchodonosor suum archimagrum Nabuzardan misit Hierusalem, ut omnia incenderet: sic & ipse ad Basilium suum archimagrum Demosthenem uirum furibundum & audacem misit, quem Basilium aspiciens ait: En Demosthenes illiteratus. Is enim uiro sancto mortem culinae gladijs intendebat. At iusto dei iudicio, ac igni aeterno ac proprio est missus. Nam sicut ararij fabri, sic & coci igne ad suam utuntur artem. Sed haec relinquam, & ad maius eius certamen ueniam. Quis non nouit Mogeestum praefectum, quanta ille tum contra nos audacia & ira sit uisus? Is imperatori ualde dilectus erat, quod omnia eius mandata diligenter obiret. Ad hunc Magnus Basilium tanquam ad leonem rugientem adductus, hilari lactoque uultu erat, quasi non ad iudicium, sed conuiuium aliquod iret. Vbi uero in conspectu fuit, eum nomine suo praefectus compellat, episcopum tacet. Dic, inquit, quidnam sibi uult tanta in potestatem imperatoriam audacia? Quid tandem cogitas: solus ne tu poteris resistere? At Basilium cur me inquit, audacem uoces aut temerarium nescio. Ego uero nihil mihi conscius sum. Tunc praefectus: Hoc, ait, Basilium queror & accuso, quod cum ceteri quidem imperatori assint, tu solus illi spernis. Cui sanctus, iure, inquit, hanc Valentis opinionem respuo. Non enim imperator meus deus haec iubet: nec ullo modo patietur, ut dei filium creatum dicas. Ego quoque creatura sum, & aptus ad hoc quoque ut deus siam per adoptionem & mandatorum obseruantiam, ut ait David: Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Cui rursus praefectus: Ego enim haec uolo quae iubeo. Quid tibi uideor esse? an certe nihil? Nonne tibi satis erit honoris ac dignitatis si mecum una in fide sentias: et me socium professionis habeas? Cui ille: Fateor, inquit te & praefectum, & uirum plane charum esse: non tamen propterea deo chariorem, & te in fide socium habere magnum profectio mihi fuerit: attamen nolo te mihi sociari, ut praefectum aut Arianum, sed ut unum ex alijs mihi subiectis Christianis, quando Christianus non ex persona aut nobilitate, sed ex certa fide ac conscientia censetur. Tunc praefectus ira concitatus, cum preces nihil possent, minis uirum dei aggrediebatur.

batur, ac exilium, tormenta, denique mortem proponebat. At Basilium nihil horum, inquit, quae dixisti curio. Melior namque sum ipsi qui publicant ac proscribunt, ipse me ob spem regni caelestis proscribens. Nihil uero possidens ab exilio metu liber sum, unam hominum cognoscens esse patriam paradysum. Omnem autem terram commune aspicimus naturae exilium. Propria uero carens terra nullo loco circumscribor. Domini enim terra & plenitudo eius. Incola ego sum in terra secundum ipsum, sicut omnes patres mei. Tormenta item despicio. Quid enim haec in me poterunt, cum corpus prope nullum, & ossa sine carnibus sepe sint inuentura. Tantam unam breuetemque admodum plagam inferre poteris, ut me his arumnis liberes. Quomodo mortem formidabo quae me meo creatori sit reditura? His igitur uerbis praefectus perterritus. Mecum, ait, nemo haecenus haec audacia & licentia cogredi aut loqui, ut tu nunc, est ausus. Cui sanctus: Quod forte, inquit, in episcopum non incidisti. Quod si incidisses, sic item ille pro pietate certans tecum differuisset. Nos enim cetera humiliores omnibus sumus hominibus: ubi uero de fide deique Christi pietate agitur, minime humiles aut timidi apparemus, quod ipsum execrari deum uideamur, si quicquam ex eius dignitate detrahi pateremur. In summa, tu etiam si quicquid tibi libet facias, & tuo modo potestate contra me utare: nunquam persuadebis, aut certe coges me tuae sectae & impietati adsentiri. Postquam uero haec audijt praefectus, & illius propositionem atque constantiam accepit, eum ab se dimisit, non quidem minabundus, sed reuerentia quadam se subrahendo. Ipse autem ad imperatorem reuersus, pugnam habitam retulit. Alium tentare oportere ait, Basilium uero uel palam de medio tollendum, uel non expectandum ut minis flectatur. His gestis imperator suum mutauit consilium, uictusque laudibus ac fama Magni Basilij, iussit uim ei minime inferri. Veruntamen quemadmodum ferrum in igne quidem molitur, remanet tamen ferrum: sic & Valens ad breue tempus lenitus, minas quidem in sancti admirationem conuertit, idem tamen nihilominus remansit, ac in eadem perfidia obdurauit: nec Basilij fidem absumere ullo modo uoluit, turpesci bi forte putans, si a cepta opinione discederet: ideoque honestam causam occasionem uequebat, quoniam modo uiro sancto nocere, aut in eum modum inferre posset. Repperit tandem. Nam in die luminarij quado populus omnis in ecclesiam conuenit, ingressus & ipse: ubi ordinem psalmodiae, caeremonias rite celebratas, aras omni decore ac feuerentia cultas, populum denique diuino cultui assistentem uidit, admiratus est. Omnes enim ut angeli cum reuerentia quadam ac honore circa Basilium stabant: ipse uero medius inter ipsos circa cathedram integer, immobilis, grati supercilio, firmis oculis conspicebatur, tanquam si imperator minime superuenisset, nec nouum aliquod aut formidandum negotium contigisset. Vbi autem hoc spectaculum Valens animaduertens, attonitus concubatur: subitro capitis ac oculorum uertigine quadam correptus est: quae multitudini quidem minime tunc apparuit. Postquam autem uasa quae Christo dono daturus attulerat, in manus cepit ac ad aram accessit, tunc causam palam ostendit uestigio corporeque toto tremebundus, ita ut nisi diaconorum quidam eum manibus prehensisset, proculdubio cecidisset. Domina uero quae offerebat, suscepit aut attigit ex altantibus nemo: quod sane ignorabant an Basilium ob haerem ea accipere aut grata habere uellet. Post haec Imperator quasi nobiscum consentire uisus, intro sacrum parapotasma sine diacono ingressus, Basilium iam dictum uidendi cupidus aspexit, ac cum eo colloctus est. Quid autem ei sanctus dixerit, quid uerba cum eo differuerit, non habeo dicere: nisi tantum dei uoces quae ab alijs multis & mihi quoque tunc praesenti audita sunt. Quae nempe collocutio ac disputatio prudentissima diuinaque, principij erga nos beneuolentiae & humanitatis causa eum etiam magno nos discrimine liberandi principium fuit. Et ut Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte ait, hoc primum res Thebanas constituendi initium primaque constitutio fuit. Sic factum hoc ciuitati maximum & instans periculum uti nebulam dispulit. Et profecto iam sepe imperator persuasus erat, nisi improbi uiri in suas esse partes ac sententias extorsissent. Quam obrem in exilium mittere Basilium cum decreuisset, prodigijs quibusdam superuenientibus perterritus sententiam reuocauit. Nam sella quae uehendus erat statim contracta & dissoluta est. Cumque de more literam quae exilium notaret scripturus esset, nunquam eam calamo non reddente exprimere ualuit. Nocte deinde in qua spatium ad deliberandum Basilio datum erat, Imperatoris filium aegrotate grauissime contigit. Imperator uero

cum præ tristitia male quoque haberet, & humi prostratus uolaretur, more David, cuius à deo ob adulterium admonitus in cinere & sacco iaceret, medicos undecunque accersit. Ad preces demum ac supplicationes confugit: & quoniam Basilium per se uocare uerebatur, quod eum contumelia pauloante adfecerat, per legatum unum ex ijs qui ei famulantes erant, rogauit: ille statim uenit: cuius presentia filius reualefcere cepit, ex quo pater exhilaratus in spem uenit meliorem. Quod nisi aqua dulci fallam miscuisset; hoc est Basilij tantum aduentu contentus, alios hereticos non uocasset, proculdubio etiam ex eorum qui principi aderat sententia, qui una & ipsi moesti erant, filius perfectæ sanitati restitutus fuisset. Idem ferè casus paulopost Modesto præfecto (de quo supra mentionem fecimus) euenit, ut in morbum & ipse incideret periculosum, qui huius uiri manibus diuinitus est seruatus. Ex quo ille gratias ei agens, præteritorum ueniam petijt: locoque excusationis ac ueræ poenitentia, inquit, lachrymas accipe, precesque meas ac demum erroris præteriti ueram confessionem. Da igitur uir sanctissime mihi quam ignorabam salutis uitam. Itaque hanc proculdubio assecutus, alijs postea qui nesciebant, palam fecit. Et hæc quidem quæ Basilij cum Valente & Modesto gessit exitum sortita bonum, sic se habent. Cui alijs uero quomodo certauerit, uideamus. Eusebius Ponti præfectus Domitiana Augusta Valentis uxoris auunculus, aduersus Basilium uelut impietate & dogmatis eius commotus, specie & occasione querelæ super muliere quadam uidua, quam pauloante quidam ex eius assessoribus in matrimonium sibi per uim trahere cupiebat, acerbitalis uir uirus ostendit. Hæc uero non tam audax quam prudens consiliu cepit, ad aram ut confugeret. Ut autem Basilium meum, tanquam in iudicio constitutum defendam, inuocare sanctam trinitatem: Dic, oro, quid tunc non solum Magnum Basilium, sed sacerdotem simplicem facere oportuit? Nonne eius erat officium mulieri adesse, opemque ferre, cum facta sacrilega deus prohibeat, ac sacras ades honorari, & ad has confugientes minime attingi aut auelli omnino iubeat? Sed nouus legislator & iudex & præfectus, omnes, ait, nostræ potentia aut autoritati cedere oportet. Itaque mulierem omnino querebat. At hic omnino iuuabat, ille uero furebat: Et ad postremum aliquos ad hoc subornatos misit, qui in Basilij cubiculo illam se inuenisse dicerent, ut hac eum infamia notarent. Igitur de re habita est quaestio, ad dicendam causam accessit. Præfectus cum arrogantia simul & audacia pro tribunali sedet: Basilij comparet, ac illud David ait: Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum tendit & parauit illum. Hoc enim totum tunc conuiguit. Nam & dei gladius acuebatur, & arcum tendebat deus: sagitta uero non adhuc mittebatur. Ita enim dei lex est, tolerare, longanimitate uti, poenitentia tempus expectare: denique spaciū modumque dare quo se à peccatis homines liberent, ut ait in sapientia Salomon. Sed respice quæso athleta dei, & iniqui præfecti certamen. Sacerdotalem ille uerstem excuti ac distrahi iussit, at hic & tunicam exuere paratus erat. Quin & uerbera & ungues intentauit, & hepar e medijs uisceribus euellere minabatur. Quæ omnia sanctus aspiciens, ac contemnens ut ineptias, uanum eius furorem risit, aitque: Gratias tibi ex hac tum in me uoluntate agam, si hepar hoc meum pulsaueris. Nam hoc sanè, ut ex habitu uides, cætera uiscera cruciat & affligit. Itaque interioribus sanè medebere. Si autem ut minima id omnino extraxeris & euulleris, corpus totum semel à molestia liberabis. Sanctus igitur & præfectus sic inter se certabant. Ciuitas uero hoc sentiens, ueluti cum sumus apes commouet, sic tota commota est: maxime uero hi qui Cæsareæ arma faciebant, quiue imperatoris opera tenebant. Hi enim ad tumultum & seditionem promptiores erant, ut audaciam ex principe sumentes. Et demum correpto quicquid armorum uel casu, uel ex arte, cuique in manus uenerat: mulieres etiam quædam textrices, radijs, hoc est texendi instrumentis, hasta loco usurpatis, in Basilij defensionem cucurrerunt. In summa, nullus fuit qui non ad se suamque salutem hoc pietatis opus ut uirum sanctissimum tueretur, pertinere putaret. Et qui maxime se audacem ostendisset, is magnopere collaudabatur: qui uero minime restitisset, ut impius aut ignauus taxabatur. Et profecto ea die præfectum trucidassent, nisi Basilij statim apparens autoritate sua tumultum sedasset. Hæc itaque omnia dei prouidentia bona de causa facit, ut ait Salomon, dum superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quamobrem enim Magnum Basilium non liberasset ille, qui mare rubrum, ut Israel transiret deduxit: qui Iordanis aquas diuisit, ut arcam sacerdotis in undatione

undatione per medium deferrent: qui solem ut Iesu Naue uictoriam præberet, stare iussit: qui Amalech supplicante Mose in fugam conuertit: & alia quamplurima prodigia addidit, ut populum suum seruaret. Hic igitur labores Basilij quos à prophanis ac laicis uiris illatos sustinuit, felicem admodum finem habuere. Subijciam reliquum nunc bellum uiciorum episcoporum, incommodum profecto ac damnum maximum subiectis afferens populis. Quid nisi quum ijs qui exemplo pacis ac quietis cæteris esse debent, inter se pugnantibus ac tumultuantibus aspiciantur? Causæ dissidij contra uirum optimum plures. Primum quidem, quod in una fide minime concordabant, nisi forte à populis catholicis coacti. Deinde quod ægre ferebant ipsum episcopum declaratum, quem splendori ac gloria suæ obfuturum putabant. Quamobrem inuidia cruciabantur, cum uirtute longe superari uiderentur: nec tamen id fateri præ uerecundia uolebant, quod morbus hic eo profundius penetrat ac lacestat, quo magis in arcano conditur peccatore, nec palam fit. & præterea alia accedebat occasio, patriæ schisma, ac in plures præfecturas diductio, uidelicet in primam ac secundam Cappadociam. Et in duas Metropolitanas Cæsaream & Tyanam, & quod multa ex prima præfectura secundæ essent addita. Hinc itaque seditio episcopis mota est. Anthymus enim nouus ciuitatis Tyanensis Metropolitanus, utriusque Cappadocia singulos creabat episcopos, & si utraque usque ad id temporis unum episcopum habuerit Metropolitanum, conuenit quoque, dicebat, ut & nostræ, id est, ecclesiasticæ parochia, seu iurisdictiones simul cum secularibus præfecturis & diocesis diuiderentur. Quamobrem parochias transposuit in ijs quæ addita nouæ præfecturæ, id est, primæ Cappadocia fuere, in qua Metropolis tunc Tiana fuit. Basilij uero ueteri consuetudini, & ei diuisioni quæ olim à patribus est facta, fauebat: dicebatque, secularia quidem diuidi posse, ecclesiastica uero nequaquam oportere, sed in pristino statu relinenda esse. Quid enim commune gladio cum spiritu? Hinc itaque multa mala alia iam contigerant, alia uero instabant. Tyanensis enim episcopus ad se Cæsarienses præfules trahebat, eorumque redditus subripere conabatur, & presbyteris quibusdam peruerserat, ut se non Cæsariensem sequerentur, quosdam uero non peruersos de ordine mouebat, & alios constituebat. Ex his igitur, horumque exemplo res quoque seculares diuisæ & in seditionem uersæ male habebant. Plures nanque his tumultibus gaudebant, præsertim seculares, quum sacerdotes talia designare conspicerent: unde & ipsi peccandi licentiam sumebant, nec ne redarguerentur ullo modo metuebant. Facilius nanque est ea quæ consistunt dissoluere, quam iam collapsa restituere atque aptare. Basilij post hæc per loca subiecta creauit episcopos: me uero inter cæteros apud Asiam paruam admodum oppidum præfulem constituit. Ego uero cum in reliquis omnibus, Basilij mihi magnopere sit laudandus, in hoc ualde laudare nequeo, quod me non admodum fidum putarit, nec multo in honore meam habuerit amicitiam, locotam ignobilis me præficiendo: quanquam Metropolitanus cum dignitatis tum nominis participem fecisset. Verum quum sancti spiritus instinctu omnia egerit, dei tantum honorem ac uoluntatem omni amicitia præponens, in bonam id sumimus partem. Mihi sanè ex hac cura totius uitæ spiritualis & philosophiæ impedimentum subortum est. Nunc reliquas eius uirtutes breuiter percurram, quibus summis omnium temporum uiris non solum æquiparari, sed eos longe superare palam est. Nonnulli una aliqua uirtute tantum clari. Alij uero quædam recte faciunt, omnia uero, pauci admodum perfecti. Hic uero in omnibus pariter summus, magnitudine quadam naturæ apparuit. Si paupertatem quæris, peculijs aut rei cura nunquam ei fuit: si quid forte possedit, pauperibus assatim communicauit, ut in ea quam supra memorauis, fame ostendit. Non ut Crates ille Thebanus, qui substantiam dimittens omnem, supra aram ascendit, aitque: Crates cratem liberauit, hoc est, sese à pecuniæ seruitute liberum fecit: sed hoc ille fecit inani gloria ductus: noster uero Basilij illud Aeschylj seruauit: Ut non uideri, sed esse iustus uellet: summè sciens illud Platonis, iniusticiam esse iustum uideri uelle non existentem. Neque item ut Cynicus Diogenes, qui in urbe media, dolijs se incluferat, & paupertatem quaestuosam habebat, ut occasio foret unde omnes ei conferrent. Hic autem procul ab omni ambitione, seu arte aut quaestu abalienatum animum à rerum omnium possessione abduxit: & ut nauis uitandi periculi, & leuandæ nauis gratia one

ra subtrahunt: sic & ipse sponte abiectis omnibus, securus hoc uitæ pelagus pertransiit. In uictu autem & cultu corporis, quam abstinens & paruo contentus fuerit scimus: uita tantum tunica se amiciebat, humicubibat, noctibus totis uigilabat, quod illud domini teneret dicens: Aspice lilia agri quomodo crescunt: dico uobis, quod nec Salomon in omni gloria sua ita uestitus erat, sicut unum ex illis. Quotidie ieiunabat, pane solo contentus, & loco deliciarum sal habebat. Aquam continuo potabat. Ob quam uitæ duritatem simul & asperitatem morbum facile contraxit, in curisq; ac medicinis diu fuit: cum quo & ego, quanquam cætera infirmior uirtute, attamen similiter affectus ægrotavi. De ipsius uero castitate habeo tantum dicere, quod eam usque ad extremum diligentissime seruauerit. Integer enim corpore, & omnis expers libidinis perpetuo permansit, cum nulla magis uirtus angelis cœlestibus æquiparari possit: quam est quidam matrimonio infriorem putarunt: quod humanum genus ex ea deficere uideatur, magnopere tamen errant. Nec deus ipse, nisi discipulis suis & se planè sequentibus, tradere uoluisset exemplum, uirgo ex uirgine natus permanisset. Basilius igitur hanc adeo dilexit, ut de uera uirginitate sermonem etiam conscripserit, per quem corporis pulchritudinem in animæ decorum transfert, omnis enim gloria filia regis ab intus. Nam exterior quidem pulchritudo facile corrumpitur: materiamq; libidini & incontinentiæ præbet: Interior autem Christo tantum sese uero sponso manifestat. Cui prudentes illæ uirgines obuiam eunt. Vt autem non solum sibi, sed & alijs quoque proficeret, primus cœnobita excogitauit, ritumq; illum monachorum antiquum atque agrestem ad ordinem quendam formulamq; religioni propiorem reduxit. Cum enim animaduertisset, eos qui in cœmuni uita, hoc est, inter alios mixtim agunt, monasticam licet abstinentiam seruent, alijs quidem utiles, sibi uero nequaquam existere, cum in multis eos necesse sit uersari malis, quæ uitæ quiete ac planè perfectæ contraria uidentur: eos uero qui in solitudine procul ab alijs agunt, firmiores sane proposito, magisq; deo coniunctos quam supra dictos, uidit attamen sibi tantum utiles, quum rerum experientiam nequaquam teneant, nec cum alijs commercium ullum habeant: utrunque uitæ genus coniungere conatus est. Quamobrem monachorum cœnobita haud procul ab ijs qui in hominum societate uiuunt, ædificari iussit, nec omnino se parauit, ut & propinquitate cum opus charitatis exposceret, adesse ualere distitit alio qui proprijs terminis, ne quies eorum, aut pax interrumpi per multitudinem possit: nec ipsi monachia actionis merito quod ex impendenda alijs pietate esset, priuarentur: neque rursus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur. Vt alter alterum hoc modo iuuare possit, & monachorum uita per conuersationem eorum qui in cœmuni agunt, pia fieret, & ipsi ex monachis quietem, constantiam, sapientiam, contemplationem edicerent, quemadmodum tellus ac pontus inuisem se iuuant, ac suscipiunt. Anima uero si nihil dei magis gratiam promereri, quam benignitatem in pauperes, hanc ita coluit, ut xenodochium celeberrimum ædificauerit, in quo ægri ac pauperes curarentur atque educarentur: ea fama ac celebritate ut diuites, iam in hoc etiam proficiant, hoc est, superflua huic largientes, alia uident mala: aut certe ne reliqua eorum in futurum pereant bona. Hic, inquam, ægri mala & incommoda æquo serunt animo, & ob inuentam misericordiam deo gratias continuo agunt. Ego autem hunc locum tanta magnitudine & nobilitate conspicuam contemplatus septem orbis miraculis non inferiorem dixerim. Quorum primum Aegyptiæ sunt Thebæ centum portas habentes. Secundum muri Babylonis à Semiramide cœcis lateribus & bitumine constructi, circuiu stadiorum trecentorum, latitudine cubitorum octuaginta. Tertium in Caria Mausoli sepulchrum ab Arthemelia uxore ædificatum. Quartum Pyramides in Aegypto, ut quidam uolunt, ab Ioseph hebræo ad frumentum conseruationem excitata, unde nomen accepit: Pyros enim triticum dicunt. Alij sepulchra esse ferunt in ignis quem colunt honorem constructa, ad eiusq; similitudinem in acutum quadrata specie tenderæ. Quintum in Rhodo colossus idolum Apollini sacrum: quidam æream esse columnam dicunt, altam, ut ait Aristoteles, cubitis sexcentis. Sextum Capitolium Romanorum. Septimum Hadriani templum in Cyzico. Ex quibus sane omnibus nulla auroribus utilitas, nisi breuis admodum & fragilis gloria emerit. Magnus uero Basilius, hoc Xenodochium pietatis gratia tantum excitauit, quod minime sit passus inopes ac debiles oberrare, & misero spectaculo coram alijs abiecti & expelli. Quo

Quo exemplo nos admonere uoluit, unum esse omnium caput Christum, ut ait Apostolus: Nos autem membra in Christo, & qui membrum spernit, caput etiam spernere. Et cum Salomon docuit: deo fecerare qui pauperis miseretur. Aegris uero ac tectis affectos morbis exosculari solebat: non inani gloriæ aut ostentationis, sed ut exemplum planè cæteris præberet, ne pauperes aut ægros fastidirent, huceraq; potius curarent. Quidam uero maligne erga illum affecti ex hoc & nonnullis alijs gestis tanquam iactabundum taxabant. Inuidi namq; semper quædo per se aperte rem laudabilem detestari nequeunt, in uitium illi uicium detorquere conantur. Fortem, audacem uocant: Iustum, seuerum & crudelem. Prudentem, astutum & malignum. Magnanimum, gloriosum. Liberalem & misericordem, prodigum. In dicendo pro iusticia liberum, impudentem & licentiosum. Basilius constantiam atq; grauitatem, contemptum ac superbiam dicebat. Nam ille ut bonus, omnibus arridere solebat, quasi hoc signo eorum collaudans ac probans uirtutem. Sic improbos seueriore aspicebat uultu, quibus & taciturnitas sola, loco increpationis ac correctionis fuerat: dum illi eius colloquio ac sermone priuati intra se quid mali admisisent, cogitabant, atq; hoc modo ad officium reducebantur. Viros faceros & quos urbanos proprie uocant, scurras, minime diligebat, minimeq; his arridebat. Non enim uulgo placere, aut omnibus se obsequem præbere curabat. Quem morem si quis uituperet, leonem etiam accuset, quod acriter ac toruè, non humiliter & blande, quemadmodum si mita, id est, minus aliquis, aspiciat: ac scenicos & histriones, qui spectato ribus risum per alapas & uerbera inter se mutuo cadentes præbent, potius recipiat ac probet. Quam si quis in conuersando huius mansuetudinem exquirat, uidebitur & huic parti magnopere satisfecisse: in castigando lenis, ita tamen ut disciplina ratio semper haberetur, sine tristitia grauitatè, sine assentatione hilaritatem, sine ostentatione animi magnitudinem præ se ferebat. De ipsius nunc oratione & eloquentia quid dicam, aut cui comparabo? Quantum itaque tuba tibiam, aut uxor domini cæteras famulas: sic eius scripta sermonesq; reliquos antecellunt. Nam & sacri eloquij mysteria exprimere non omnibus datum, ut ait Dauid: Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iusticias meas? Nec ullus dominum lesam, nisi in spiritus sancti uirtute (ut ait Apostolus) dicere poterit. Magnus autem Basilius præter omnes qui diuina narraret, dignus erat, & ut dignus in agro dominico operarius, in sacro eloquio gratiam ac lumen ex deo ac spiritu ipsius inuenit. Igitur sacra uolumina nemo, nec eloquentius, nec uerius, aut huberius enarrauit: nec ullo alio unquam uerbo aut sententia errauit. Sed quod ait Salomon, id ei probe euenit: Det mihi deus ex animi sententia loqui, & quæ dico, digne cogitare. Nam scite quæ nouit, expressit: quæ uero exprimebat, recte sensit, & par sibi ipsi apprensus, nullam doctrinæ theologice locum siue ad mores seu ad dei contemplanda mysteria facientem, reliquit. Eius monumenta ita clara celebrataq; sunt hodie, ut nemo sit qui sapere cupiat, aut de rebus diuinis aliquid intelligere, quin ea in manibus habeat. Vetera iam cessant, his nouis tantum uacant. Hinc affatum sibi quisque materiam, ad ea quæ cupit assumit: & siue ad exercitationem encomium faciat, seu ad cõsulendum & deliberandum, aut hæreticis respondendum ueniat, uelut in promptuario apud eum cuncta reperit. Scripsit hexameron, quem ego quoties lego, ubi de rerum principio diuinitus disserit, ita me in cõditoris charitate atque cognitione confirmo, ut nulla re magis moueat aut oblectet. Quæ uero contra Eunomium & hæreticos scripsit, ignem mihi uidere uideo inconsumptum, ita ipsorum repressit audaciam. In libro ad Amphilochium de spiritu sancto, eo quod in illius si de illum errasse inuidi nonnulli dicebant, ita spiritum sanctum ante oculos ponit, ut nil manifestius aut uerius deum illum esse ostendat. Epistolas nonnullas, sermones item super uarios scripturæ locos & homilias ad populū habuit, quibus omnino magnopere edificatur ecclesia. Has igitur ob res Basilius ego omnis ætatis ac memoriæ principem facile iudico, cuius si laudes absoluere omnino uellem, cum ad montis uerticem iam peruenisse uidear, infra eius radices adhuc uersabor. Sed age, cum cum utriusq; testamenti uirgiparumper cõparemus. Adam primū domini mandatum præterijt. Hic semel susceptum perpetuo seruauit. Et ob scientiæ lignū non errauit, rite & ordine ac ad suā aliorumq; salutem illa usus. Et nūc in paradiso cuius ardentē romphæa euasit, triumphat, quæ deus uertibilem fecit, ut peccatoribus formidolosa ferri acie obuerteret; iustis uero terga ostēderet.

Enos primus cepit inuocare nomen domini. Hic autem deum palam alijs fecit, quod longe maius est. Enoch deo placuit, & ob breuem iusticiam translatus est. Nam fides tunc obscura & in umbra erat. Hic uero in omni uita ob perfectam uirtutem translatus in adoptionem filiorum dei, ac supra hominem exaltatus est. nec clam aut in fidei obscuritate, sed manifesta professione: & non in parte uitae, sed in tota, quod ea demum sit felicitas, ut ait Aristoteles, quae non in uno actu, sed in uita omni est & perfecta. Noe per breuis ligni opus humanum seruauit genus, per octo tantum animas in arca seruatas. Sanctus uero hic haereticorum diluuium effugiens: arcam salutis patriam suam fecit, quae cunctis praualuit zizania seminantis, unde & caeteris salus redundauit. Abraham noui generis nouique sacrificij autor, promissa ex deo accipere meruit, proque filio arietem condignam inuenit hostiam. At hic cum sese totum deo traderet ad omnem laborem, & ad martirium usque paratus, non alium substituit. Neque enim brutum animal equa est homini compensatio. Isaac ex Mesopotamia Rebeccam duxit: & postquam consenuit, oculique eius caligauerunt, uolens filium natu maiorem Esau benedicere, deceptus est a Rebecca subdito Iacob. Hic autem pro uxore ecclesiam ex propinquo sibi iunxit, & filijs spiritalibus pro dignitate benedictionem impertijt. Iacob scalam in caelum ascendentem in somnis uidit, & per eam angelos ascendentes & descendentes, quae quidem Christi diuinitatis in carnem descensum praenotabat. Item lapidem statuit, oleoque obleuit. Angularis hic lapis Christus est pro nobis oblitus atque unctus. Idem cum deo in hominis forma luctatus est. Palaestra haec, contentio uerbi circa corpus assumptum, siue naturae humanae ad diuinam altitudinem comparatio est. Dolor uero foemoris icci, humanae generationis pugnam ostendebat. Si enim cum diuina natura nostra conferatur, ut fragilis & doloribus obnoxia superatur. Iacob item multos greges possedit, ac cum Laban conuenit, ut quae uario uellere nascerentur, ipse sibi haberet: uirgines igitur in aqua ubi bibebant appositae, ad earum imaginationem grauidae factae, similes illis postea foetus adiderunt, unde diues est factus. Ad postremum duodecim filijs moriturus benedictione dedit. Basilis uero uidit, & ascendit altissimam in rebus spiritalibus ad deum tendentem scalam: et sua scripta in ueritate, contra haereticos columnam maximumque lapidem orthodoxae fidei constituit. Nec cum deo sed contra fidei communes hostes luctatus est. Plures quoque diuersis ac uarijs uirtutibus insignitas oues rationis participes habuit. Demum non tantum duodecim, sed innumerabiles filios spiritalis genuit, quibus & benedixit. Ioseph frumenti copiam in Aegypto quaestiuam habuit, Basilis gratitiae praebitor frugis, ut supra memorauimus, non solum terrestribus sed etiam spiritalis fuit. Et ut ille dominam respulit impudicam, ob quam & calumniam est passus: sic is tentatorem cum uictoria eiecit, & tum quae de spiritu sancto senserat contra fas accusantes, libro super hoc aedito luculentissimo compescuit. Moses quidem Aegyptum decem plagis percussit, his uidelicet, sanguine, rana, cyniphe, omni genere muscarum, quadrupedum interitu, turgente tubere, grandine, locusta, tenebris, postremo primogenitorum interitu. Legem quoque in duabus tabulis utrinque, id est, etiam a tergo scriptis accepit, ut planè ostenderetur uulgo, & ijs qui humi iacebant, exteriora esse scripta. Ea uero quae intra erant, paucis admodum, ut ad superiora tendentibus, ostendi. Aaron uero sacerdos erat pro populo sacrificans atque orans: consecrabat in super ac curabat ea quae circa tabernaculum foederis erant, quod, ut ait Paulus, dominus non homo constituit. Ambos itaque imitatus est Basilis: Aegyptios quidem, hoc est haereticos spiritalibus flagellis, ore scriptoque castigans, ac eos in regnum coeleste ut in terram promissionis ducens, longè magis zelatores bonorum operum, ut ait Paulus, & in cordis tabulis leges scripsit non partim umbratiles & figuratas, partim spiritalis, sed omnino spiritalis habentes. Nec semel in anno ut Aaron summus sacerdos, sed saepenumero in sancta sanctorum ingressus est: hoc est, in sacrorum uoluminum penetralia, arcanaque mysteria: ut multitudini ac uulgo inaccessa sacrae theologiae sensus ac inscrutabiles aperiret. Expians in super populum, non uilitu cinere, uel rebus alijs fragilibus, sed sacro baptismi fonte, & alijs spiritalibus expurgationibus, suum miserum reddidit. Successit Iesus Naue, qui terram attigit promissionis. At Basilis ijs quos subiectos habuit, diuersas distribuit mansiones. De quibus seruator ait: In domo patris mansiones multae sunt: hoc est, diuersa pro dignitate cuiusque meritorum praemia donata. In doz

In domini tanque manu & potestate, mercedis est distributio, ut est apud David: In manibus tuis sortes meae, hoc est, penes te potestatemque tuam. Item funiculi ceciderunt mihi in praclaris, id est, datae sunt mihi dei partes ac sortes, ut succedam illis in praclaris & optimis, hoc est, in triumpho ac de demone uictoria. Funiculi enim, sortium ac partium distributiones uocat, quod funiculis terram diuidamus ac metiamur. Samuel ex materno susceptus est uoto, Basilis item ex patrio. Ille duos reges unxit. Hic frequentem populum sancti spiritus oleo fouit. David mansuetudo praedicatur. Mansuetus ille quidem dicitur, qui alienas aequo animo sustinet iniurias. Hic autem Valentis insaniam ac furorem non solum constanter tulit, sed etiam uerbis sanctis & eloquij modulatione diuini temperauit, quemadmodum ille cithara Saulem insanientem curauit. Salomon sapientiam quidem a deo petijt, uerum ex ea paulo post per idololatriam & concubinarum libidinem excidit. Hic rectam fidem in deum semel acceptam perpetuo seruauit, & ob eam Valentis principi continuo restitit. Qua de causa & Helia inferior non fuit, qui restitisse regibus dicitur. Quin et ille igneo ad caelum curru est sublatus: hic in tribulationis pariter & charitatis igne, ut rubus ille Moyses, non solum inconsumptus incolumisque seruatus, sed altissima contemplatione sublatus ad dei penetralia fuit: unde gratia illi, uelut Heliseo ex inclita chlamide, prouenit plurima. Quin & corpore iam per abstinentiam consumpto, cum ossibus ac pelle tantum superstes esset, sine mortis sensu proculdubio migrauit. Vt autem ad nouae legis ueniam uiros, quamuis audax planè sit res, eum Ioanni Baptistae comparare: attamen & hic quoque tenuissimo uictu fuit, ut qui pane & aqua tantum nec ad satietatem aleretur: noctibus totis tunicam ex animalium setis, quam cilicium uocant, amictus, sacris lectionibus aut scripturibus uocabat. Ille in medio duorum fuit testamentorum: hic uetus nouo ita prudenter enarrando accommodauit atque coniunxit, ut omnes de fide ambiguitates facile solueret. Reliquis postremo apostolis ac discipulis Iesu Christi non inferior dici poterit, uerum post eos Apostolus ad orbem moribus ac fide collapsum restituendum missus, tanto difficiliorem prouinciam administrans, quanto reficere quam de nouo condere difficilius saepenumero putatur. Sed quid plura dicam? Illius uita non tam animi quam corporis ac naturae, aliorum uirtutes dici poterant. Si quis igitur illum imitari se putat, tanto inferior ut umbra à statua, aut echo à uera uoce inuenitur. Satis enim eius studiosi habere uidebuntur, si ad ipsius prope accedant uirtutes, aut alia qua ex dictis eius mutuentur: quemadmodum & ego saepe facere soleo, ut ipsius utar sententijs: quoniam quae ille uel sine cura & ex tempore dixit, ijs quae ab alijs appositae dicuntur, sunt longe praestantiora. Vbi uero tempus resolutionis ac certaminis legitimi praemium accipiendi appropinquauit, non ascendit in montem ex praeepto domini ut Moses, ac deinde mortuus est: sed ante mortuus est, & deinde in montem coelestemque locum ascendit. Iam iamque moriturus dei uerba clara uoce nunquam deferuit: quin & successorem sibi ex ijs qui ei ministrabant, & auditores in rebus diuinis fuerant, declarauit. Post haec quae sequuntur, alij referant. Ego deinceps quid aliud agere potero, quam ut fleam, quum ecclesiam tanto pastore uiduam, nosque tali praefule ac doctore priuatos uideam? Vbi iam in extremis iacebat uir sanctus, angelorum choris celeriter inseri expectans, ad eum omnis populus confluxit: cuius mortem iram in se dei fore putabant, & amentes praedolore facti circumstabant, si qua uia effluentem ac properantem animam retinere possent. Ipse autem cum postremo Prophetae uerba protulisset, ac dixisset: In manus tuas domine commendo spiritum meum, exspirauit. Elatus à sacerdotibus, ac per urbem feretro tanta comitantium multitudine uectus est, ut uici frequentia psalmos hymnosque in eius laudem canentium complerentur. Mirumque cum philosophiae partes sint dolore temperare, lachrymis modum imponere, huius occasu nemo tam sapiens fuit, qui non dolore, lachrymis, questibus certatim alios uincere studeret. Corpus cum omnes magna contentione & tangere & arripere certarent, sepulchro maiorum illatum est: ubi & pater sacerdos, & auus martyr, sub Maximiano conditi erant. Mihi uero tanti uiri consuetudine orbatu quid reliquum nisi mori, aut miseram in futurum ducere uitam? Quo me uertam iam amplius? Unde consilium quaeram? Quid agam? quando eum amissi qui erumnas meas ac labores solabatur. Venite omnes, uenite, ac me choro circumstitite: laudes eius mecum canite, alius aliam partem suscipientes, quando non omnia possumus omnes. Narrate

Narrate illius decora uirtutesq; omnis ætas, sexus ordo. Pueri patrem desiderantes, senes cognatum uestrum, qui in magistratu & administratione estis, uestrum principem, Populus præfulem & pastorem, Egentes & pauperes nutritorem: Denique quilibet suis laboribus & officio adiutorem ac aduocatum ploret ut uestræ salutis patronum habeatis. Hoc tibi ó Magne Basili extremū munus post annos octo quibus ecclesiæ præfuiti, obtuli. Quod si propè ad meritas tuas laudes dicendo accessi, tu mihi in te speranti hanc gratiam redde. Si uero ualde infra uotū contigit, ueniam & seni et ualetudinario, & ob tuam mortem attonito dabis. Tu obiter e caelo nos respice, & datam mihi renum debilitatem ac articulorum dolorem, uel iube discedere, uel adiuua: & hortare ita me æquo ferre animo: ut hinc demum discedentem me in æterna tabernacula recipias, & beatam trinitatem eo, quo est, modo, tecum pariter contemplanualem.

BASILEÆ APVD HIERONYMV M FROBENIV M
ET NICOLAV M EPISCOPIV M
ANNO M D XL.

INDEX OM-

NIVM QVÆCVN/
que obſervatione digna
ſunt in hoc autore,
ſumma diligētia
conſcriptus.



Aronis uirga 637
Abalienari animam à
deo unde contingat
539
Abimelech, regum eſſe appellatio-
nem 98
Abimelech ſuperbia 237
Abnegandi Chriſtum ritus 160
Abnegatio ſui, quid 496
Abraam accola 72
Abraha ac Moſis humilitas 216.
217
Abrae fides, potentia & ſpes
597
Abraamici homines 619
Abſtinentiam ſupra uires exercere
an permittendum 558
Abundare quomō quis poſſit in ope
re domini ſemper 586
Abutens ueſtibus quomodo tra-
ſtandus 548
Abyſſi ſignificatio 8
Abyſſorum theſauri 94
Academia cur in morboſo loco edi-
ficauerit Plato 256
Accumbendi ad menſam quis ſit
modus 507
Accuſator ſui ſit Chriſtianus 240
Achaab poenitentia 262
Acheloj filia 718
Adam in paradifo uirgo 295
Adam ubi eſt: cur à deo dictum
rit 180
Adam quomodo extra paradifum
factus ibidem
Adamantius 649
Adoleſcentia meritis 152
Adoratio in atrio dei 81.85
Adoratio in ſpiritu 375
Aduentus domini dies ad iudi-
cium 670
Aduentus domini qualis expe-
ctandus 471
Aduerſarius noſter quis 574
Aduerſarij noſtri quomodo do-
cendi 480

BASILII INDEX

Aduerſis explorari homines 194
Aduerſitatum quæ ſolatia 164
Adulatorem, ait eum qui homi-
nibus placere ſtudet quomodo
deprehendas 540. 541. 544.
& quomodo id uitium effugias
541
Aedificandi uanitas 173
Aegritudinum tria genera 257
Aegrotanti fratri num quid præ-
ter conſuetam requirere liceat
559
Aegroti qua ſuperſtitione cur-
rentur 119
Aegyptus uite huius 635
Aegypti perſecutio ex hereticis
670
Aeliamus 663
Aemulatio quomodo cognoſcatur
an ex deo ſit 564
Aequales omnes eſſe, & quomodo
aqualiter cum hominibus agen-
dum 232.233
Aeris alieni mala 78
Aetates tres tantum 241
Aethericum corpus, quintum 6
Aetheris ardor 15
Aetius Syrus 306
Aetij commentum 348
Aetius 684.689
Affectionis ratio 408
Affectus humanos deo attri-
bui 88
Affectuum ratio & pugna 289.
290
Affectus quomodo explorentur
568
Affectuum diſtinctio 665
Affectuum uoces de deo quomodo
ſint accipiendæ 332
Affectum pium quomodo conſe-
quaris 570
Agere perperam, quid 543
Alexandri Magni factum 254
Alexandri dictum 655
Allegoriae leges 45
Alium non cogendum ad recte fa-
ciendum ab eo qui ipſe non faciat
475
Allegoriae reprobatae 9.17
Alter alterius onera portate, quid
ſit 566
Altitudo ſe efferens contra cogni-
tionem dei qua ſit 435
Alium ſapere quis dicatur 544

Amarulentia & indignationis diſ-
ſerentia 544
Ambitio, demon peſſimus 696
Ambitionem eſſe cotem prauita-
tis 244
Ambitionem quæ uitia comiten-
tur 606
Ambitionis curatio 191
Ambroſius episcopus Mediola-
nenſis 655
Ambroſij generis claritudo 655
Amen geminatum, cur ſit 399
Amens ac ſtultus quis 126
Amianti natura 144
Amantis & inuidentiſ ſimilis do-
lor 291
Amici dei pauci ſunt 115
Amici qui ſunt, pro quibus ponere
animam iubemur 568
Amicitiae lex 705
Amicorum diſiunctio 70
Amor & amans ſui 544
Amoris erga deum potentia 279
Amoris uis mutuū in utriuſq; ſexu
contactu 289
Amicus honeſtus iuxta apoſtolum
quis 572
Amphicij 32
Anaxarchus 704
Angelis linguam eſſe propriam
am 219
Angelorum uita qualis 608
Angelorum creatio & ſanctifi-
catio 94
Angelorum gaudium, quod 157
Angelos bonos eſſe dexteram
dei 108
Angelos credentibus aſſidere 101
Angelos bonos recedere à peccato-
ribus 111
Angelos credentibus eſſe coniu-
gatos 128
Angelorum cibus panis 146
Angelos, uite noſtræ cuſtodes
eſſe 147
Angelos eſſe immutabiles 112
Angelorum ſtatus ratio 363
Angelorum dignitatis ratio 339
Angeli appellatio de deo unigeni-
tito 329
Anima brutorum 40.46
Anima qualis dirigatur ad uolunta-
tem dei 577
Anima quomodo cognoſcat ſe pu-
ram à peccatis 589

BASILII

Anima quomodo perficiatur ut di-	Aqua supra firmamentum quomo-	Ascij	32
scedat ab ambitione & amore glo-	do firmetur	Asterum quid sit	32
riae	590	Aphalitis stagnum	20
Anima & uires ipsius	598.599	Asterius	649
Anima parte s duae	154	Astrologia rejicitur	249
Anima & corporis mirus nexu	154	Astutiam esse duplicem	203
Anima quae sint potentiae	186	Atas scribere	654
Anima curam quam maxime ha-	243.255	Athanasij autoritas	652
bendam	243.255	Athanasij Ancyrae episcopi mors	666
Anima purgatio & expiatio	255	Atheniensium ocium malum	122
Anima ac corporis pugna, item	290	Atheniensium legatorum factum di-	699
quies	290	ctum	699
Animi promptitudinem in omnibus	458	Atheniensium lex	703
deus acceptam esse quantumvis pu-	18.19	Athenogenes martyr	379
illis	458	Athletarum Christi examinatio	68
Animo duo esse eximenda	185	Athlete officia	152
Animorum mutationes	112	Athletarum temperantiae lex	242
Animorum iudicia esse corrupta	134	Athletarum miseria	255
Animantia noxia cur condita	48	Attendere, dupliciter dici	151
Animalia crudiora primum her-	58	Auari natura	76.168
bis pasta	58	Auari diuinitis malignitas	168
Animalium genera & partes	47.	Auarorum uoces & iniuria	169
48	Arbores infrugiferae	25	167
Animalium esus quando homini	Archiolochi uul pecula	257	167
permissus	58	Arcus coelestis exemplum sanctae tri-	648
Animalium impetui	151	nitatis	648
Animantium creationis ratio	267	Arida, terra	20
Anicula si peccauerit, quomodo	550	Arietis & reliquorum signorum ho-	175
corrigenda	550	rae quid efficiant iuxta Genesiblia	175
Annus Hebraeorum	32	cos	31
Ant himus	642.643.	Ariana secta	381.654.667.
649.656	674	674	
Anthimus episcopus Thyanorum	663	Aristoteles	308
Antiochensis ecclesiae status	652	Aristoteles & Theophrasti dia-	722
652	704	logi	722
Antiochus	632	Arrogans quis	544
Antipelargosis	42	Arrogans quomodo cognoscendus	544
Aphricanus historiographus	379	& curandus	541
Apollinarius	657.689	Arrogantiae uitium grauissimum	315
Apollinarij heresis	675	Artes materijs posteriores	7
Apollinarijs	709	Artes & opificium dei	ibidem
Apostata quomodo tractandi	502	Artes discernere uolentibus quae neces-	204
515	515	sariae	204
Apostolorum Christi uirtutes	603	Artium diuisio	4
603	603	Artium humanarum ratio	7
Apposita quaecumque fuerint, degu-	505	Artium doctorum quomodo debeant	472
standa	505	corrigere pueros delinquentes	524
Approbentur quae a deo, & be-	472	Arundo contrita quae sit	588
nedictionis promissionem ha-	472		
beant	472		
Apum naturae lex	224		
Apum disciplina	241.432		

B
Balaam ad quid a Balaac ac-

INDEX

cerstus	249	Basilij matris mors	631	Bona nostra singulis nobis perpen-	163
Balarum magnitudo	38	Basilij febris	691	denda	163
Baptisationis significatum	391	Basilij fidei confessio	673	Bonorum operum cause tres	
Baptisma, mortis esse figuram	392	Basilio uis a rurali illata	724	489	
Baptizari in Christu, est Christum	397	Basilij mors	695.696	Bonorum discrimina ignota	119
induere	397	Basilij uita descriptio pulcherri-	695.696	Bonum perfectum deus	102
Baptizati ex aqua quid proprium	487	ma per Gregorium Nazianze-	695.696	Bonum omne a deo esse	465
Baptizato cuiusque quid necessa-	400	rum 737. & deinceps	695.696	Bonum esse, difficile	255
rium	400	Basilij laus	694.719.633	Bonum facere secundum proprium	
Baptismatis scopi duo	361	Basilij prophetia nostro seculo	694.719.633	placitum an scriptura permit-	590
Baptismatis ius	453	ferre in totum completa	669	tat	590
Baptismatis tempus esse hanc uitam	206	Basilij tempore multae hereses	669	Branchia piscibus pro pulmone	35
206	692	ibidem	669	35	
Baptismatis doctrinae summa	399	Basilij contra Eunomium scripta	669	Breuium literarum quae sint cau-	714
Baptisma in paschate	206	692	669	sa	714
Baptismus Ioannis	ibidem	Basilij liber, de locis quos quidam	669	Brutorum anima	40.46
Baptisma non esse differendum in	267	male intellexerant	330	Brutorum naturalis sagacitas	46
senectam	267	Basilijmus	643	46	
Baptisma Israel. ibidem	210	Beatitude extrema in seruatore no-	643		
chi	210	stro	713		
Baptismatis beneficium	208	Beatiuadines omnes in Christo	713		
Baptismatis miracula	209	Beatus ante obitum nemo	112		
Baptismi ratio	424	Beatus proprie deus, & cur uis bea-	112		
Baptismus ignis	362	tus sit dictus	64		
Baptismi Moysis, Ioannis & Christi	329	Belis imago seu statua	353		
329	329	Bekki naualis imago	381		
Barlaam martyris festiuitas & agon	222.223	Benedictio manuum	191		
222.223	671.672	Benedictio pacis perfectissima	191		
Basilides	671.672	85	191		
Basilij imbecillitas	33.67.260	Beneficia dei predicanda	465		
769	33.67.260	Beneficentia dei	133		
Basilij doctrina	58	Beneficij rependendi quae mensura	573		
Basilij constantia pro fide	380.654	573	573		
Basilij in Neocaesarea nutritus	662	Benignitas & bonitas quatenus	572.573		
662	662	inter se differant	572.573		
Basilium cum Celso adisse Athenas	716	Beta semicocta	602		
716	683	Bibendi certamina	215		
Basilij philosophiae studium	683	Blasphemia in spiritum sanctum	692.701		
Basilij eloquentia	638	quae	585		
Basilij ad presbyterium coactus	ibidem	Bona animi sola bona esse	190		
ibidem	639	Bona corporalia non recte bona	102		
Basilij commendatio ad episcopa-	643	dici	102		
tum	643	Bona cur inaequaliter distributa	169		
Basilij factus episcopus	643	169	169		
Basilij simplicitas	643	Bona quae quis putat citra testimo-	552		
Basilij preses ecclesiae	683	nium diuinarum scripturarum,	552		
Basilij in fide recta perpetua con-	ibidem	an liceat aut expediat, ut sibijpsi	535		
stantia	ibidem	quis faciat aut doceat	535		
Basilij apologia	684	Bona sua qui repudiavit, quomo-	660		
Basilij auditorium seruator	135	do necessarijs uti conueniat	660		
Basilio crimini obijcitur, quod tres	685.735	685.735	660		
deos protulerit	685.735	Bona non emulanda respectu uanae	606		
Basilij olcribus excipitur	699	gloriae	606		
699					

C

Adentem resurgere	161
Cades, sanctificatio uel san-	85.87
ctum dicitur	85.87
Caelum imperfectum	7
Caelum cur Graeci οὐρανὸν uoca-	16.43
rint	16.43
Caelum arcum	ibidem
Caelum pro aere	182
Caeli substantia & figura	4
Celi multi	13
Caesarea ludi equestres celebraban-	225
tur in honorem Martis	225
Caesarea ecclesiarum mater	708
Caesarea ac Neocaesarea parocia-	678
rum unum fastigium	678
Cesarum appellatio	98
Cesarus & Gregorius filij epi-	700
scopi	700
Cesaris bellum, auaritia & mors	692.701
Cain, primus diaboli discipulus	188
Cain sacrificia	209
Cain tremulus	214
Calami ad linguam similitudo	114
Calamitatum medela	153
Calicis significatio	140
Calor humorem attrahit	15
Calumnia quomodo toleranda	641
Calumnijs quatenus respondendum	660
Calumniae malum	676.682
Calumniator hominibus iniuriam fa-	676
cit	676
55 2 Calum-	

Calumniator quomodo appellandus	lorum	239	Cicuta uesti sturnos	24
680	Christi pontificatus	125	Cicuta usus	727
Calypsonis insula	Christi baptisma	390	Cinguli usus	509
Canis ratiocinationes	Christi & ecclesie mysterium		Circi equestris apud Cesaream de-	
Canticum suo o de quid	87	292	scriptio	226
Canticum nouum	92	Christi dicta non rationibus, sed	Circuli ratio	2
Capros	636	fide percipi 447. diligenti-	Citharæ confessio	92
Cappadocum bona	719	tia audienda ibidem	Ciuitas dei quæ	110
Carbones desolatorij	116	Christi solius nomine nos saluan-	Clamor quis apud deum exaudi-	
Caro peccati	665	dos 663	bilis sit	105
Carnis & spiritus pugna	148	Christo confidere quàm magna	Clamoris significatio	90
Carnis & sanguinis Christi signi-		res 120	Cliuie factum	254
ficatio	712	Christum intrepide confiten-	Cenæ dominicæ uerborum quæ sit	
Cassa quid sit	117	dum 446	utilitas	400
Cathedra quid	66	Christi bonitatis magnitudo	Cenobij uita qualis	608
Causarum apud philosophos di-		395	Cessentialistæ	675.690
uisio	349	Christi mos in docendo	Cogitationes prauæ quot modis in	
Cedri significatio	82	Christum non uenisse ad dissol-	anima consistant.	608
Celentis in beneficio grata	634	uendum legem & prophetas	Cogitationum uarietas unde proce-	
Centesimatores	79	459	diat, & quomodo corrigende	
Centurionum aliquot piorum enu-		Christi corporis & sanguinis par-	sunt	539
meratio	227	ticipationem esse necessariam ad	Cogitationes bonæ cur deficient,	
Cerui structura	83	uitam eternam 454. cui sit imu-	& ne id eueniat quomodo ca-	
Cete quomodo capiantur	52	tilis, & quomodo debeat fieri,	uendum	549
Cetorum mare	37	ibidem	Cognati quomodo obseruandi sint	
Chaldæi genethliaci	30	Christi ad inferos descensus præ-	monachis	512
Charitas non agit indecore, quid		dictus	Cognitio dei unde proveniat	159
sit	578	Christum abnegandi ritus	Cognitionem dei affectans, quibus	
Charitatis erga deum quid pro-		Christi uestimenta quæ sint	uacare debeat	112
prium	487	Christiane doctrine capita	Cohabitatio quid sit	72
Charitatis erga proximum pro-		Christiani quid proprium	Columbas uenandi ars	725
prium	ibidem	Christianos quales uelit esse doctri-	Comes T hefaurorum	692
Charitatis excellentia	676	na Christi	Cometarum generatio	250
Chij Perodici sophistæ dictum de		Christianus quantum debeat om-	Commixtionis detrimentum	242
uirtute	253	nibus	Communione gaudium spiritua-	
Chorearum mala	216	Christianus inimicum placet	le	669
Christus pastor bonus	259	446	Communione corporis & san-	
Christus caput ecclesie	350.433	Christiano quæ auxilia, & qualis	guinis Christi quid proprium	
Christi uita ac uirtutes	602	comitatus conueniat	487	
Christus quomodo imitandus		Christianis primis omnia fuisse com-	Communitas essentia quo intellectu	
185		munia	dicatur	318
Christi partes	104	Christianos uideri quàm esse quos-	Communitatis seu commercij quæ	
Christi natiuitas diuina inexpli-		dam malle	ratio	409
cabilis	246	Christianorum persecutio	Complantationis ratio	394
Christus cur non duxerit uxorem		225.229	Compositorum dissolutio	137
294.295		Christianismus quid	Compunctio animæ cur sua sponte	
Christum nunquam risisse	504	Christianismi dogma quod præstan-	aliquando incidat, aliquando ne-	
Christi paupertas	101	tissimum	queat adigi	537
Christi ieiunium	145	Cibus ac potus non esse nostros, sed	Conclauæ in quod iubet domi-	
Christi appellationis declaratio		alienos	nus orantem ingredi quod	
358		Ciborum accipiendorum quis mo-	fit	586
Christi corporis partes & no-		ditus sit	Cicadas rore pasci.	699
mina	115	Cicade uox quomodo	43.44	
Christi humilitas & eius discipu-		Ciconiarum prudentia	42	

Concilium à Basilio congregatum	547	Constituentiam ex cordis uiribus me-	Corporis necessarius non uten-
689	600	tiendam esse	dum nisi prius actis deo gra-
Concilium Tyranum	690.673	Constituentia an pie uicturo necessa-	tis 465
Conciliorum quales sint homines	728	ria	Corporis partium mutua auxilia
ac mores	699.707	503	666.680
Conciliorum pestes	699.707	Continentia quid sit	Crater sapientia est sobrius
Concordiam & pacem cunctis per-		504.505	150
suadendam esse	463	Continentia quæ sit mensura	Creationis opifex unigenitus
Concupiscentia quomodo excindi		505	24
possit	540	Contradictio omnis, alienat à do-	Creationis uniuersi ordo
Concupiscentiarum medela	154	mino contradicentem	28
Condemnandum neminem nisi præ-		449	Creationis personæ duæ
sentem, & excessi prius eius cau-		334	ibidem
sa diligenter	464	Contrariorum naturæ	& 49.50
Confessio ante baptisma	209	Contrariorum scripturæ locorum	Creationes tres in scriptura
Confessio publica	93	ratio	714
Confessio peccatorum quibus fieri		403	Creatorum & factorum differen-
debeat	588	Contritio cordis quid sit	tia
Confessio Christi sit intrepida		105	95
446. & quibus sua confessio		Contumelijs non certandum	368.337
non profit	ibidem	Contumeliarum remedium	443
Confessio per os cordis creduli	124	60	453
Confessio generosi & candidi ani-		Conuersationis publicorum utilitas	453
mi	109	735	Conuersationis monasticæ modus
Confessione Christianus palam fa-		451	509
ciat	227	Conuersationis fraternæ excellen-	Conuersationis permutatio
Confessionis medela	111	tia	396
Confessionis usus	300	498	Conuersionis quis modus
Confessionis monasticæ ratio	554	590.591	184
Constitens uerbum, delictum au-		Conuiciandi libidinis medela	539
tem non emendans, qualis sit	536	Conuitiis quid	539
Constituti pro gratias agere	89	Conuicia Christianorum qualia de-	458.459
Congregatio aquarum, quid	19	beant esse	38
Coniugij commendatio	38	Corallij natura	70
Coniugatos quomodo recipere liceat		Coralis & renum significatio	113.119
in communem fraternitatem	501	Core filij qui sint	43
Coniugatorum pericula	419	Cornu pro gloria & potentia	83
Consilia gentium dissipata semper	95	83	Corpus ætherum, quintum
95		Corporum incrementi ratio	53
Consolationis significatio	575	Corporis humani mira structura	154
Consortium cum domino, unde co-		154	Corpus & sanguis Christi
gnosceatur	454.455	256.272	679
Constantinopolitana fides	693	Corpus esse culpa uacuum	599
Constantinopolitanum concilium	307.671	271	Corporis chordas esse quatuor
Consuetudinis uis	162.496	271	271
Consuetudini quantum tribuen-		Corporum uniuersalis ratio	366
dum	686	Corporis operatio, res bona ac le-	144
Consummatio quid	70	gitima	160
Contemplationis significatio	310	Corporis & sanguinis Christi	participatio qualis esse debeat
Contemplationi quæ subiacent	311	565	
Contentionis & litis differentia	565		

Dæmones esse iram dei
108
Dæmonum auxilia qui implorent,
aut ad ipsos confugiant 119
Dammatio ob peccatum 24
Daniels ieiunium 144
Daniels uisiones 145
Daniel inter leones nutritus
195
Danielm Chaldaicam sapientiam
S 3 didi

B A S I L I I

Table with 3 columns: Index, Description, Page. Includes entries like 'Gloriatio in domino que sit', 'Hierichuntis situs', 'Humana miseria quanta', 'Humilitas quomodo paretur', 'Iacob innocentia', 'Icarus', 'Ieiuniorum dies & serie', 'Ieiunium quomodo', 'Ieiunium uniuersaliter omnibus esse', 'Iesu oratio pro nobis', 'Ignis', 'Ignis necessitas', 'Ignis omnia comburuntur', 'Ignis diuisio', 'Ignis diuinus', 'Ignis diffectus', 'Ignis potentia', 'Ignorantia humana', 'Ignorantia peccatum', 'Ignoscendum ex animo ijs qui in nos peccauerunt', 'Imago dei inuisibilis', 'Imago bonitatis dei', 'Imaginis et exēplaris ratio', 'Immaculatus quis', 'Immisericordium damnatio', 'Immutatio, pro profectu in melius', 'Imperatiui pro optatiuis', 'Imperatiuus sermo pro prophetico in scripturis', 'Impertinentia non esse curanda sed uitanda', 'Impietas quid', 'Impetus animalibus inditi a deo', 'Impiorum uitium', 'Impiorum querelæ', 'Impietas hominibus causa, ut in scelorum penas incidant', 'Incarnationis dei præsentia', 'Incarnationem domini esse impolutam', 'Incendij narratio', 'Incomparabilis significatio', 'Incrementi corporum ratio', 'Increpare an equaliter oporteat idem delictum in diuersis', 'Increpare aliquem quo affectu debeat', 'Increpationis impatiens, qualis sit', 'Indignationis & ire que differentia', 'Indignatio quid', 'Indignationis proprium &c.', 'Indiuisibile & simplex eadem significare', 'Indus flauus', 'In & cum, uocum summaria ratio', 'Infirmum ex nobis esse', 'Inflatus quis', 'Infructuosus quis dicatur', 'Infructuosa opera', 'Ingeniti uocem, non esse in scriptura', 'Ingenitus & incorruptibilis deus', 'Inquis, eterni, & principio earentis significationes', 'Ingratis euangelium non prædicandum', 'Iniqui conuersari, & cum eis commercium habere an liceat', 'Iniuria affectus iniuriam non refert', 'Iniuriatores benefactores sunt', 'Innocentia quid', 'Innocens uere quis', 'Innocentiam esse duplicem', 'Innuatio mentis quomodo fiat', 'Inobediencia uerborum dei in quibus sita', 'Inobediencia peccatum', 'Inobedientes quando liceat ecclesiasticæ relinquere', 'Inobediens quomodo tractandus', 'Inopis angustia', 'In, pro eum uarie accipi', 'Inquinamenti & immundicie differentia', 'Inquinamentum carnis & spiritus quid, & quomodo inde purgemur', 'Insecta cur sic dicta', 'Insidiantibus cedendum esse', 'Inspiciens quis sit', 'Inspicientia mater peccati', 'Insomnia uigilantium', 'Infomiorum ratio', 'Intellectum esse per fidem', 'Intelligentiæ donum', 'Intemperantia qui sibi morbum acciuit num curandus', 'Intentio firma quomodo acquiritur', 'Interdicta coniunctim a deo', 'Interdicta que sunt, num omnibus publicanda', 'Interpres Bibliorum Greci quam religiose uerterint Hebræica', 'Interroganti quomodo respondendum', 'Inuidia malum, & quid', 'Inuidia quorum sit, & cum inuidio non conuiuandum', 'Inuidiam esse tractabilem', 'Inuidiam esse diaboli arma', 'Inuidorum oculis inesse fascino', 'Inuidiam ne illabamur, aut illa ipsi quomodo curemur', 'Inuidia imago', 'Inuidia diabolum fecit diabolum', 'Inuidi & amantis similis dolor', 'Inuidorum imago depicta', 'Inuites fratres quomodo tractandi', 'Ioannis ieiunium', 'Ioannis Euangelij altitudo', 'Ioannis baptisma', 'Ioannes præco penitentia', 'Iobis & Davidis comparatio', 'Iobi patientia', 'Ioh historia expensa', 'Ioseph Marie sponsus iustus uir', 'Ioseph fratrum inuidia', 'Ioseph uita', 'Iosephus belli Iudaici scriptor', 'Ira quomodo ab indignatione differat', 'Iram, esse anime ebrietatem', 'Ira medela', 'Ira quomodo subigenda ne nos lædat', 'Iram esse anime neruum', 'Ira usum utilem', 'Iram duo excitant, & eius germinant', 'Ira mala & quid', 'Irati hominis quis habitus', 'Iracundi que turpitudine', 'Iracundorum contentiones depinguntur', 'Iram quomodo possis uitare', 'Ira & iritationis differentia', 'Non irasci, possibile esse', 'Irascimini & nolite peccare, quomodo intelligendum', 'Irenæi seculum', 'Israelitarum casus', 'Israelitici populi diuites', 'Israelitici populi gulositas', 'Iudaismus', 'Iudeus'

I N D E X

Table with 3 columns: Index, Description, Page. Includes entries like 'Humana miseria quanta', 'Humanarum rerum instabilitas', 'Humanarum rerum fragilitas', 'Humanitatis & ire remissæ contemptus', 'Humilitas quomodo paretur', 'Humilitas qui dicitur & quomodo acquiritur', 'Humilis sit operarius qui uult fieri magnus in regno celorum', 'Hydrae fubule significatio', 'Hypocrysis, inuidia fructus', 'Hypocrita quis', 'Hypocritæ quomodo obseruandi', 'Iacob innocentia', 'Icarus', 'Iconium ciuitas', 'Idithum cantor', 'Identitatis & similitudinis ratio', 'Ieiuniorum dies & serie', 'Ieiuniorum hebdomadæ septem', 'Ieiunij antiquitas', 'Ieiunij commoda', 'Ieiunij serie', 'Ieiunium quinque dierum', 'Ieiunij laus', 'Ieiunium pacificum', 'Ieiunium uerum quod', 'Ieiunantis habitus', 'Ieiunium uniuersaliter omnibus esse præceptum', 'Ieiunium in occulto', 'Ieiunij ratio', 'Ieiunanti quid faciendum', 'Iemini filius, filius dextræ', 'Iesus Christus homo deus, solus uerus demptor', 'Iesus quid', 'Iesus cum peccatoribus est', 'Iesus Christus quid significet', 'Iesu oratio pro nobis', 'Ignis', 'Ignis necessitas', 'Ignis omnia comburuntur', 'Ignis diuisio', 'Ignis diuinus', 'Ignis diffectus', 'Ignis potentia', 'Ignorantia humana', 'Ignorantia peccatum', 'Ignoscendum ex animo ijs qui in nos peccauerunt', 'Imago dei inuisibilis', 'Imago bonitatis dei', 'Imaginis et exēplaris ratio', 'Immaculatus quis', 'Immisericordium damnatio', 'Immutatio, pro profectu in melius', 'Imperatiui pro optatiuis', 'Imperatiuus sermo pro prophetico in scripturis', 'Impertinentia non esse curanda sed uitanda', 'Impietas quid', 'Impetus animalibus inditi a deo', 'Impiorum uitium', 'Impiorum querelæ', 'Impietas hominibus causa, ut in scelorum penas incidant', 'Incarnationis dei præsentia', 'Incarnationem domini esse impolutam', 'Incendij narratio', 'Incomparabilis significatio', 'Incrementi corporum ratio', 'Increpare an equaliter oporteat idem delictum in diuersis', 'Increpare aliquem quo affectu debeat', 'Increpationis impatiens, qualis sit', 'Indignationis & ire que differentia', 'Indignatio quid', 'Indignationis proprium &c.', 'Indiuisibile & simplex eadem significare', 'Indus flauus', 'In & cum, uocum summaria ratio', 'Infirmum ex nobis esse', 'Inflatus quis', 'Infructuosus quis dicatur', 'Infructuosa opera', 'Ingeniti uocem, non esse in scriptura', 'Ingenitus & incorruptibilis deus', 'Inquis, eterni, & principio earentis significationes', 'Ingratis euangelium non prædicandum', 'Iniqui conuersari, & cum eis commercium habere an liceat', 'Iniuria affectus iniuriam non refert', 'Iniuriatores benefactores sunt', 'Innocentia quid', 'Innocens uere quis', 'Innocentiam esse duplicem', 'Innuatio mentis quomodo fiat', 'Inobediencia uerborum dei in quibus sita', 'Inobediencia peccatum', 'Inobedientes quando liceat ecclesiasticæ relinquere', 'Inobediens quomodo tractandus', 'Inopis angustia', 'In, pro eum uarie accipi', 'Inquinamenti & immundicie differentia', 'Inquinamentum carnis & spiritus quid, & quomodo inde purgemur', 'Insecta cur sic dicta', 'Insidiantibus cedendum esse', 'Inspiciens quis sit', 'Inspicientia mater peccati', 'Insomnia uigilantium', 'Infomiorum ratio', 'Intellectum esse per fidem', 'Intelligentiæ donum', 'Intemperantia qui sibi morbum acciuit num curandus', 'Intentio firma quomodo acquiritur', 'Interdicta coniunctim a deo', 'Interdicta que sunt, num omnibus publicanda', 'Interpres Bibliorum Greci quam religiose uerterint Hebræica', 'Interroganti quomodo respondendum', 'Inuidia malum, & quid', 'Inuidia quorum sit, & cum inuidio non conuiuandum', 'Inuidiam esse tractabilem', 'Inuidiam esse diaboli arma', 'Inuidorum oculis inesse fascino', 'Inuidiam ne illabamur, aut illa ipsi quomodo curemur', 'Inuidia imago', 'Inuidia diabolum fecit diabolum', 'Inuidi & amantis similis dolor', 'Inuidorum imago depicta', 'Inuites fratres quomodo tractandi', 'Ioannis ieiunium', 'Ioannis Euangelij altitudo', 'Ioannis baptisma', 'Ioannes præco penitentia', 'Iobis & Davidis comparatio', 'Iobi patientia', 'Ioh historia expensa', 'Ioseph Marie sponsus iustus uir', 'Ioseph fratrum inuidia', 'Ioseph uita', 'Iosephus belli Iudaici scriptor', 'Ira quomodo ab indignatione differat', 'Iram, esse anime ebrietatem', 'Ira medela', 'Ira quomodo subigenda ne nos lædat', 'Iram esse anime neruum', 'Ira usum utilem', 'Iram duo excitant, & eius germinant', 'Ira mala & quid', 'Irati hominis quis habitus', 'Iracundi que turpitudine', 'Iracundorum contentiones depinguntur', 'Iram quomodo possis uitare', 'Ira & iritationis differentia', 'Non irasci, possibile esse', 'Irascimini & nolite peccare, quomodo intelligendum', 'Irenæi seculum', 'Israelitarum casus', 'Israelitici populi diuites', 'Israelitici populi gulositas', 'Iudaismus', 'Iudeus'

BASILII

Iudaeorum leuitas	49	Lapsorum reuocatio	264	dum	552
Iudaeorum inuidia in Christum	189	Lapsus resurgere	261	Litigandum et pugnandum non esse	462
Iudaeorum superbia	237	Lapsus ueniam dari post baptismum	ibidem	Locus pro spiritu	374
Iudex alienorum scriptorum qualis esse debet	677	Laus uera que sit	99	Loci ratio	406
Iudicium futurum	69.112.246.255	Lazari exuscitatio	157	Locustarum ingenium	43
Iudicium non aequale omnium	ibid.	Lazari ieiunium	143	Luctus qualis propter beatitudinem suscipiendus	568
Iudicari quid significat	ibid.	Lazarus semper esse	243	Luctus iustorum ratio	157
Iudicium Christi futurum	103.174	Lebes spei, quid	131	Lugendi quis modus	165
Iudicia animorum esse corrupta	134	Leonis natura	46	Lugere cum lugentibus, quomodo accipiendum	ibidem
Iudicij dirigendi cognitio	201	Leontij eloquentia	692	Lumen oculorum quod sit	110
Iudicium Solomonis	ibidem	Lex naturae circa doctrinam seruanda	289	Luminarium significationes	29
Iudicandi rectitudo	202	Lex et Euangelium quem in terdicant et requirant	460	Luminaria magna, cur sic dicta	32
Iudicium qui sibi edant ac bibant	400	Lex iudiciaria	702	Lunae magnitudinis luminis ratio	33. Item uires
Iudicia dei non contemnenda	449	Legi moriendum esse	392.393	Lunae attractio fabulosa	34
Iudicare de quibus non liceat	464	Legis et spiritus differentia	393	Lunae significationes	30
Iudicio ob quae non sit contentendum	464	Legis dominium quousque extendat	395	Lunae affectiones	29
Iudicia dei quomodo tenere queamus	572	Legis condemnatio	395	Lupi rapaces, qui	37
Iudici quid spectandum	707	Libanius	632	Lux pulchra	10
Iugum Christi suauis esse	460	Libanij laus	719.720	Lux ante mundum	9
Iulite festiuitas	160	Libanij liberalitas	717	Lux non idem cum ingenito	355
Iulite legis forensis et constantia	ibid.	Libani idololatria	82	Lycanorum ritus	526
Iuramenti permisi ratio	74	Libanus pro thure	86		
Iuramentorum figure	74	Liberalitati studendum	167	M Acarius Musonius	662
Iuramentum dei	262	Liberari quid sit	68	Macarij laudes	659
Iusti deieccio	70	Liberius episcopus	675	Macrina nutrix Basilij	678
Iustitia multiplex	70	Liberum arbitrium	180	Magi qui	249
Iustitie magnitudo	74	Liberum arbitrium esse statutam	134	Magistratum officium quod	484
Iusti quae sit gloria	91	Liberi arbitrij uis	383	Magistratus uirum indicat	67
Iustorum tribulationes	105.106	Liberi quomodo obsequi debeant	484	Magnificencia domini	86.99
Iustus cur odio habeatur	106	Liberitas triplex	369	Magnificencia quid sit	82
Iusto mala dari in commodum ipsius	119	Librorum conscribendorum ratio	722	Militia quid significat	179
Iusta facta apud gentes uaria	201	Lictor sit martyr	231	Mala ob bonum	179
Iustitia quid	201	Lignum cur in paradiso	181	Malorum ex deo utilitas triplex ibi.	181
Iustitiam duplicem esse	ibid.	Lilij cur homines comparentur	113	Malum nullum ex deo	181
Iustum quid	579			Mala duplicia	177
				Mala quae ex nobis, quae ex deo	177.18
L Aboret quisquis potest propter corporis robur	462			Mala bonis esse admixta	304
Lacus significatio	71.89	Linguae structura	155	Mala populo propter paucos imitti	194
Lachryma, eibus animae	384	Linguae custodia	103	Malorum fuga, est principium bonorum	69
Lachrymarum origo	157	Linguae peccata	104	Malis uincere, misera uictoria	184
Lachrymarum Christi ratio	ibid.	Linguae ad calanum similitudo	114	Malorum inuentores qui sint	549
Lachrymarum generatio, et quatenus lachrymandum	159	Linum famigans quod	588	Mali non esse substantiam	180
Laconismus quid sit	633	Litera, lex, spiritus, uirga domini, quid significant	395	Malum esse priuationem, et unde sit	ibidem
Leuia quae sint	232	Litis et contentionis differentia	547	Malum a deo non generatum, et unde sit eius natura	9
Laicorum appellatio	671.673	Literas discere, aut lectionibus attendere, an cuius permittens		Malum non facile uitari	307
Lapis specularius	14				
Lapsos timentes erudiendos	449				

I N D E X

Mamantis festiuitas et encomia	157	Martyrii opera et encomia	258	Monachorum uita crucifera	418
Mandata domini quomodo suscipienda	482	Matrimonij miseria	278	Monachorum delinquentium poenae	
Mandata dei quomodo quis possit prompse facere	565. esse possibilis	231	417	Monachorum regule tenor	618.619
Mandata dei recusari aut prohiberi num possunt sine periculo	411	Medicinae laus	685	Monachus Basilio datus uitio	661
Mandatorum domini ordo et consequentia	492	Medicina uti iuxta scopum an sit pium	524	Monasteria uide fraternitates	
Ad Mandata domini hominibus inesse secundum naturam inclinatio nem ac uim.	ibid.	Medicinae studium	50	Monasteria an plura in eodem pago habere liceat	514
Mandatum esse uitam aeternam	563	Meletius episcopus	380.652.663.	Monasteria scholas habuisse	676
Mandati dei finem esse uitam aeternam	448	Mellis significatio figurata	204	Monasterij Basilij utilitas et cultus diuinus	67
Mandati operationem, esse cibum animae	564	Membrorum corporis nutua auxilia	666.680	Monasticae professioni quae artes conueniat et qualia mercimonia ueniat et	517
Mandati uis	65	Membrorum resectio inutilis	301	Monasticae uitae instituta	661
Mandatum primum et maximum	445	Memoria quid sit	283	Monasticae uitae praescripta	496.
Manichaei heresis	8.39.338	Memoria dei cur nobis excidat	589	497 et c.	
Manna alimentum	192	Memoria iustorum	224	Mons sanctus dei	73
Mansiones pro dignitatibus	339	Memoriae iniuriae non licitum Christiano	464	Montani heresis	339
Mansuetudinis uirtus	569	Mendacij non unum genus	545	Morbi unde sint	180
Manus domini	108	Mensurae ratio	407	Morbus esse flagella peccatorum	52
Mansuetudinis usus	607	Mentis quiete studium	618	Morborum causa uaria	ibidem
Manuum impositio	639	Mentis quietas	151	Morborum bonum	705
Marcellus	633	Mentiri non licitum	455	Mors preciosa	140
Marcelli dogmata	675	Mercatores Euangelici qui tur et ultimis, quam sit	580	Mors uicta	737
Marcelli impietas	681	Merces illa quae similiter primis datur et ultimis, quam sit	580	Mors uxoris quomodo ferenda	163
Marcelli secta	643	Messias dominica expositio	294	Mors iustorum, item iniustorum, qualis	106
Marcionis heresis	8.283.314.338.	Militaris uita qualis	417	Mortis pastura quam diu durae rit	118
Mare rubrum altius esse Aegyptio	19	Militis Christi quae armatura	484	Mortem domini quomodo quis annunciet	576
Maria esse multa, et non unam congregationem	19	Militis peccati arma	274	Mortem ex deo esse	177
Mare unum esse	20	Milo pugil	254	Mortem iustis esse somnum	222
Mare omnis humiditatis fons, et eius utilitas	21	Ministeria ecclesiastica	670	Mortuorum bona opera esse nulla	176
Mare septentrionale dulcius reliquis	37	Minoris ad Maius consequentia	460.461	Mortuos non esse lugendos	259
Maris miracula	38	Misericordia et iusticia in deo coniuncta	137	Mosis laus	1
Margaritae quomodo proijciantur porcis	579	Misericordiam assidere in iudicio dei	93	Mosis baptismus	359.388
Margites Homeris, uir qualis	255	Misericordia in terra	94	Mosis uita	224
Mariae matris Christi puritas	248.	Misericordes in alendis pauperibus prima praemia ferre apud deum	196	Mosis dilectio erga fratres	494
eius	ibid.	Misericordes et liberales simus	461	Mosis ieiunium	143.145
Mariae exemplum	294	Monachi futuri institutio	419	Moses Aegypti, disciplinas didicit	252
Marthe et Maria exemplum	595	Monachi descriptio	423.629	Moses deus electus Aegyptiorum	628
Martyrij laus	228	Monachi uide fratres		Mosis et Abrahae humilitas	216.217
Martyres in suburbis fuisse cultos	224	Monachorum primorum qualis uita fuerit	683	Mosem appellari pro lege in scriptura	360
				Mulier eadem uirgo mater	248

Mulieres qua parte uiris fortio- res	55	Nolite iudicare & non iudicabi- ni & c. quid sit	563	dum	575
Mulier cur tenera creata	235	Nomina in terris	127	Oburgationis quis modus	165
Mulier quomodo se colere de- bet	483	Nominum impositionis uis	248	Obmurmuratores quomodo tra- ctandi	511
Mulierum quod officium domi & foris	ibidem	Nomina nouare in scriptura, pericu- losum	324	Oceani reciprocatio	34
Mulierum militia	418	Nominum & eorum significationis ratio que sit	322.325.365	Ocium bonum quod sit	122
Mulieribus non congregiendum in caute	600	Nomina rebus esse posteriora	323	Ociosa mens que & quare	539
Muliebris uelaminis ratio	284	Nominum corporalium pro spiri- tualibus usus	374	Octaua dies	59
Muliebris luxus quis	172	Nominum & uerborum ratio in scri- pturis	390	Oculi duo cur	61
Mundus est tanquam liber	57	Non est uestrum nosse, exponitur	713	Oculorum tunice	ibidem
Mundi significatio	370	Non existentes, qui dicantur	329.330	Oculorum lumen quid	110
à Mundo secedere, quid sit	627	Non noui uos, quibus dicatur	587	Oculorum structura	155
Mundo nondum condito quis fuerit status	3	Nosse se ipsum	255	Ode & psalmus differunt	113
Mundanarum rerum uanitas	240	Nostra que reuera sint	242	Odiū parentum quale debeat esse	387
Murmurantes qui iudicentur	546	Nouitatem uite esse lucidam	392	Odiū quale laudabile	116.117
Mutuum sumentis natura	76	Noctis & umbræ ratio	29	Offendiculum non exhibendū	457
Mutuum sumere mendacij princi- pium	ibidem	Nox quid	ibidem	& qui d sit	ibidem
Mutuum quibus dandum	78	Nocturna imaginationes indecoræ unde proueniant	539	Olca quomodo Christianis imitan- da	25
Myrica natura	27	Noctis utilitas	629	Oleum lactice	116
Myrrha sepulchralis	117	Nubere in duo quid	286	Olympius principatū mutauit	698
Mysteria ecclesiastica	376	Numeri circa decem ratio	366	Omnis homo mendax, quomodo in- telligatur	139
N Abuthe Israelita	174	Numeri ratio	711	Operati qui dicantur	126
Nasus, oculorum munimen- tum	62	Nuptiarum in genere omnium epi- thalamium	278	Opera bona	27.57
Nati ex supernis quid proprium	487	Nuptiæ legitime que sint	286	Opera etiā iusta, nisi ad sit charitas, esse iniqua	398
Natiuitas sordida	140	Nuptiæ deo si uiro nubant, adulteræ fiunt	287	Operans secundum suam uoluntatem quam mercedem ferat	554
Naturam non fieri deterio- rem	45	Nuptiarum impedimenta	494	Operari iustitiā quis dicatur	73
Naturam indoctam esse	47	Nuptiarum in uirgine cum Christo similitudo	292	Operari, num sit superfluum	571
Naturæ rerum ordo	65	Nuptiarum uis	594	Operandum ne sit monasticis	516.517
Naturam esse doctam per se	301	Nuptiarum ritus	699	Operantium quis debeat esse sco- pus	520
Naturæ lex que sit	37.336	Nucum omnis generis natura	271	Operationes indicant naturas	687
Naturam esse circumscriptam	711			Operationis diuine celeritas	355
Neocæsareæ episcopi	660			Operum merita	55
Neocæsariensium ad Basiliū le- gatio	66	O bedientia sanctorum erga deum	613	Operum bonorum negligentia dan- natur	437
Nicææ fides	668.781	Obediens licet obmurmuret, quo- modo tractandus	541	Operum meritis nihil retribui	137
Nicænum concilium	673	Obediendum num omni, & cuius- que præcipienti	555	Operum bonorum tres esse cau- sas	489
Nicæni concilij episcopi cccx viij 693		Obedientia deo præstandæ cau- sa quid sustinendum Christiani- no	412	Operum bonorum tempus, præsens esse	444
Nicobulus, & eius uxor	697.706	Obedientia mutua quomodo uten- dum	555.556	Operum uox	136
Nineuitarum pœnitentiæ	193.262	Obediendum quatenus deo	556	Operum impotentia	124
Niuis generatio	16	Oburganti quomodo benedicen- dum	171	Operum retributiones	135
Niuis potus	214			Operum ferre retributionem	173
Niues Cappadocum	719			Opus mandati num gratum sit deo si fiat præter mandatum dei	405
Nocturæ oculis similes sapientes	43			Opus quod recusare liceat	ibidem
Noe primus uini potor	145			Opes ad quid expendantur	171

Opulentia quis luxus	ibidem	Pantheræ pellis qualis	425	Pauli locus expensus	712
Opificij appellatio de quibus dica- tur	337	Pancratius filius Grego. Theo- logi	634	Pauperes qui beati	104
Oppositorum ratio	8	Papæ appellatio	656	Paupertas Christi	101
Optima cuique sectanda etiam si non sunt scriptura tradita	475	Parabola de mereatore significa- tio	499	Paupertatis medela	153
Orandum esse necessario	598	Paracleti appellatio	736	Pauperis afflictiones que	168
Orandum pro his qui tentantur	470	Paradisus uitæ, uitæ imaginem esse	142	Pauperem compellari, non esse pro- brosū	185
Orans non sit multiloquus	465	Paradisus plantatio selecta	301	Pauperū neglectus à diuitibus	244
Orare quomodo oporteat, & in qua li anima statu	ibidem	Paradisus patriæ nostræ	304. etus	Pauperes spiritu qui	571
Orare ex affectu, quomodo assequa- tur	570	Paradisus delitiæ que sint	305	Pauperum appellatio	682
Oratio quid	161	Paradisus ad que mala deueni- mus	383	Paupertatem philosophiæ nutriticem esse	723
Oratio sit in desinens	161	Parentes quomodo se gerere debeāt erga liberos	484	Pax domini ubi sit	104
Orationis ratio	596	Parcis inclinatus	133	Pax & mansuetudo characteres animæ piæ	650
Orationis uis	147.665	Parcemia quid	197	Pacificis beatus, quis	573
Orationum aliorum intercessiones	708	Parceriarum utilitas	198	Pacis bonum	666
Orationes ac uigilias debere esse perseuerantes	465	Parcemia obscuritas	232	Pacis ecclesiæ cura sit	707
Orationis hora	426	Pascendi & regnandi artes esse so- rores	259	Pacis benedictio perfectissima	85
Orationis iuxta temporū distribu- tio	517	Pascendi & regnandi artes esse so- rores	259	Peccandi libertas cur data	181
Orationem omnibus rebus præpo- nendam	596	Pascendi & regnandi artes esse so- rores	259	Peccans quomodo conuertendus, aut si conuerti nolit, quomodo habendus	535.536
Oremus alter pro altero, & etiam pro inimicis	466	Pascendi & regnandi artes esse so- rores	259	Peccatum etiā in minimis qui non eoercuerit, num & ipse immise- ricors sit, & charitatem dissoluat ibidem	455
Ordinis ratio	408	Pascendi & regnandi artes esse so- rores	259	Peccantes defendentium quale iudi- cium	536
Ordinis consideratio	318	Pascendi & regnandi artes esse so- rores	259	Peccans post baptisma num de salu- te desperare debeat	537
Oriens primum fidem suscepit	667	Pascendi & regnandi artes esse so- rores	259	Peccasse comperti, quomodo tra- ctandi	538
Orientis afflictiones ex hereticis 668		Patientia & utilitas	132	Peccata præcedentia ad iudicium, & sequentia que sint	283
Orientalium ecclesiarum afflictio- nis	658	Patientia bonum	727	Peccata duplicia	201
Origenes qualis iudicetur Basilio	379	Pater maior me est, quomodo acci- piendum	320	Peccati omnis an autor sit satanas	548
Oratus internus	118	Pater ab æterno pater est	326	Peccati pœna quousque se prorogat	129
Os interni hominis	99	Patris & filij uocum que signifi- cata	331.332	Peccati substantia nulla	602
Oscula obediens que sit	259	Patris nota propriæ	647	Peccati operationem abalienare à domino	45
ὄψαρος cur Græcis dictum cœlum	16.43	Patrum traditiones	668	Peccati finem esse mortem	448
		Pater maior me est, cur dictum sit	712	Peccati autor quis reus est	542
		P Alca exurenda igni inextin- guibili, que sint	580	Peccanti an silendum	543
		Palmarum sexus & amor	26	Peccandi odium quomodo acquirat- ur	636.637
		Palpebrarum, & pilorum in eis, ratio	61	Peccatum à deo dimissum quomodo cognoscatur	637
		Panes domini, uoluptas spiritualis	101	Pauli dilectio erga fratres	494
		Panes spirituales	150	Pauli locus explicatur	648
		Panis quotidianus quis	579	Paulus doctor ecclesiarum	677

INDEX

Peccatis multis gradatus, qualis moerore ac timore à peccatis recedere...

INDEX

Præuicacores qui sunt 358 Prandium pro pane 387 Precum ratio 628...

B A S I L I I

Sabellianum Iudaismum esse 663
Sacerdotio num possit impurus corde, fungi citra periculum 401
Sacci usus 91
Sacrificia ueterum 141
Sacrificium laudis ibidem
Sacrorum libroru dictionem incrementam esse 717
Sacrorum administratio in altari 693
Seculi et temporis ratio 326
Secula seculorum 11
Seculum iudicij 59
Sagittas acutas dici uerba sapientum 115, 116
Sagittarum significatio 108
Salis natura 271
Salis significatio 583
Salutare, Christi appellatio 133
Salutis uiam esse facillimam 170
Sampson in ieiunio conceptus, et nutritus et uir factus 143, 149
Sampsonis enigmata 79
Samuelis ira 186
Sancta sanctorum 6
Sancta non uiolanda 456
Sancti diuisi sunt 260
Sancti cur non semper acceptent, que petierint a domino 581
Sancti multas esse appellationes 83
Sanctificatio quid et quomodo acquiratur 544
Sanctus cur ter exclamet Seraphim apud Esaiam 340
Sanctum quomodo detur canibus 579
Sanctissimus 632, 656, 657
Sanctorum reliquie preciose 140
Sanctorum spiritus omnia ubiq; scire ac uidere 282
Sanctum quid 579
Sanctorum cultus, a uicilia, intercessionibusq; 231
Sanguinis inutilitas 91
Sanitas quid 47
Sapientis multifariam dicitur 204
Sapientia quid 198
Sapientie crater sobrius 150
Sapientie studium inesse hominibus 198
Sapientiam omnibus esse concessam ibidem
Sapientie crater et mensa ibidem
Sapientum uerba esse sagittas acutas 115, 116
Sapientes ad malefaciendum 126
Sapientes noctuæ oculis comparantur 43
Sasimorum oppidum 642
Sasimis præficitur episcopus a Basilio ibidem
Satanas unde dictus 182
Saturitatis mala 146
Saul homo inuidus 188
Scala Iacob 65
Scandalum quid ibidem
Scandalum præbere quid, et quorum offendiculum uitetur 546
Scandali plures modi ibidem
Scandalum an semper cauendum 575
Scandali occasionem præcedendam 459
Scandalum exhibere, an semper periculosum 410
Scandalum non exhibendum 457
Scripturam non habere uerbum aciosum 54
Scripturæ testimonio omnia firmantur 455
Scripturæ indulgentia non semper utendum 457
Scripturarum sacrarum utilitas 628
Scytha Laconica 724
Seditionis in ecclesia malum 651
Segnes quomodo tractandi 547
Seipsum laudare, aliosq; uilipendere illicitum 466, 638
Seipsum relinquere 627
Seleucie concilium 307
Seleucidis natura 43, 173
Seminum ratio 22
Seminum spuriorum ratio 24
Senarij numeri laus 58
Senibus quatenus parendum 554
Sensuum iudicia indocta 715
Sepeliendorum mortuorum pompæ uanitas 176
Sepeliat seipsum quomodo Christianus ibidem
Sensus interni hominis 204
Septenarij numerus misteria Solici

I N D E X

Solicitus non sit Christianus rerum mundi 461
Soliciti de crastino ne sinus, quomodo intelligendum 584
Soliciti iuxta Christi mandatum quatenus esse debeamus 571
Solitudinis utilitas, et qualis debeat esse 627
Solijs significatio 711
Solomonis filius, delirus 257
Solomonis locus expensus 330
Solomonis libri tres 197. Sapientia ibidem
Somni ratio 629
Somniorum ratio 664
Sophismatum fraudem esse perniciosam 346
Sophistarum ars 717
Sophistarum lingue blasphemæ 219, 221
Sophiste eloquentiam uectigalem faciunt 719
Sorores quo modo uisitando 513
Sorores quomodo et quibus conuenire liceat 57
Speciosum pro maturo 115
Spectacula uaria 18
Spectacula et miracula dei ibidem
Spectator hominum deus 96
Speci usus 607
Sperare in misericordiam domini que dicantur 97
Spes gaudium parit 157
Spes esse uigilantium somnia 635
Spiritus dei quis 910
Spiritus sanctus est deus 686
Spiritus sancti potestas 687
Spiritus sancti dignitas, et unguentum 221
Spiritus sancti appellationes et nomina 41, 346, 368
Spiritus sancti cur heretici creaturam appellent 346
Spiritus sancti beneficentie in homines 340
Spiritus sancti participatione quomodo quis dignus efficiatur 571
Spiritus sanctus flamen dei 120
Spiritus sancti note propriae 646, 647
Spiritus sancti effusio 261
Spiritus sanctus non esse creaturam 344
Spiritus sancti cum creatura dispar collatio 372
Spiritus sancti donis quomodo utendum 467
Spiritus sancti blasphemie post cœcilium Nicenum 687
Spiritus sancti operationes 368
Spiritus sancti cognitio ab ipso sancto spiritu 260
Spiritus sancti blasphemia irremissibilis 672
Spiritus sancto resistentes confutati 714
Spiritus sanctum qui blasphemant 458
Spiritus sanctum esse scribam 114
Spiritus opifex ut uerbum 94
Spiritus oris ibidem
Spiritus oris, quomodo accipiendum 222, 367
Spiritus appellatio de deo patre et Christo 340
Spiritus et carnis pugna 148
Spiritus quomodo pascatur, mens uero sit infructuosa 586
Spiritus ex spiritu quomodo generetur 396
Spiritus fructus 92
Spiritus ministratorij 218
Splendor gloria, est character substantiæ 344
Sponsi ministri quatenus amandi 285
Stacten myrrha esse speciem 117
Stagirius sophista 702
Staterarum iniquitas 134
Statera hominum occulta ibidem
Stellam domini non fuisse cometam 249
Stelle nouæ et insuete apparitio 688 (249)
Strategus 688, 692
Styrmonis ad Amphipolim situs 635
Stultus et amens quis 126
Sturnos uesci cicuta 24
Substantia quid sit 646, 647
Superbus quis 544
Superbie malum, et cause uariæ 237
Superbos precibus contumaciores fieri 635
Superciliorum ratio 61
Superflua non loquenda esse 250
Superstitio circa egrotos curanda 119
Susarco 720
Suspectus de peccato quomodo obseruandus 538
Suum cuiq; tribuendum 456
Syluanus 584, 692
Symposiorum apparatus 215
Synaxi an quis frui sine periculo possit, ni purus ab omni inquinamento 402
Syncretismum Euangeticam erga omnes exercendam 481
Syria status 632
Tabernacula dici corpora humana 127
Tabernaculum dei, quid dicatur 122
Tabernaculum hominis, quid 79
Tabernaculum dei 72
Tactus sensus explicatio exacta 269
Talentum quid et quomodo multiplicetur 579
Talentum desuisse quis indicetur 545
Tantalica uita 636, 637
Tarsi denudatio 650
Tercio uerba utilitas 395
Templum dei quod 249
Templum dei quod stamus 618
Templi sermones et orationes 84
Templum spiritus sancti nos esse 705
Tempus quid sit 319
Tempus matutinum anime quod 120
Tempus omne diuinis studijs impendendum 450
Tempus ad usuram deo tradere 12
Tempus præsens obseruandum 458
Temporis ratio 407
Temporis nature explicatio 318
Temporum anni ratio 32
Temporis et seculi ratio 328
Temporis descriptio 6
Tempora singularum reru esse 206
Tentationem esse duplicem 166
Tentationibus nemo se ultro obijciat sed oremus potius ne incidamus in tentationem 468
Tentationibus ingruentibus quomodo agendum 469
Tentemur quomodo orandum 574
Terra cuniculosa 28
Terra impletio 54
Terram homini imitandam quomodo 167
Terram homines dici 94
Terrestria animalia perfectiora 39
Terra figura, et mensura 49
Terra substantia et fundamentum 9
Tit 4 Terra 606

Terra columnae, & cur immobilis maneat, eiusq; situs medius	Tribulationis bonum	132	Veritatis dispensatio quatenus concessa	040
ibid.	Trinitatis mysterium	50.7.6	Vescens indecore num oburgandus	548
Terra perfecta & imperfecta	647	Trinitatis sanctae coniunctio	Vespasianus Hierosolymam obsidet	668
Terra inuisibilis	7	Trinitatis personarum distinctio	Vestis eram, seculum hoc significat	89
Terra quo occultata fuerit	8	Trinitatis qua sit ratio dignitatis & ordinis	Vespertilionum natura	43
Terrae essentiam esse incomprehensibilem	315	Tristitia secundum deum, & tristitia mundi quae	Vespertilionum uolatus	605
Terrae nascentium ratio 22. & ordo	23	Tristitia letis praeposita	Vestiendo quo peccetur	543.548
Testamentum domini	298	Tristitia nascentis contemplatio	Vestimenta Christi quae sint	117
Testamenti ueteris lectio nocua	7.7	Tunica Christi inconsutilis	Vestis spiritalis	118
Testamentorum uanitas	175	Turturis uiduitas	Vestem nocturnam an liceat habere	551
Testamenta decumbentium inuolanda	176	Tyrus idolatrie sunt	Vestem petenti, an danda	ibid.
Testium executionem in uiris coitum non impediri	299	V	Vestis cur non simul cum homine creata	181
Theodosius	709	V. Alentini dogma	Vestis Christi qualis sit	508
Theophrastus scribitur	150	Vanae gloriae cupidus quis	Veteris hominis significatio	194
Thesaurus bonus, item malus quis	577	Vasa mortis	Vie duae, & duces duo	66
Theophilus	689	Vasorum significatio	Via ducens ad interitum, cur an porta & lata uia dicitur	577
Thesaurus ubi & quomodo colligendus	461	Vas irae quis	Via ad interitum cur dicitur lata	577
Tiberius	635.636	Vbicunq; duo aut tres congregati fuerint in nomine meo quod hoc digni sumus	Via ad uitam cur angusta, & quomodo per eam ingrediatur	ibid.
Tibias appellari prophetas	91	Venatores qui dicantur	Victus ratio	619
Timor dei	494	Venena una cum utilibus producta	Vicissitudo rerum incunda	145
Timor domini	199	Venenorum utilitas	Victor in tribulationibus qui fiat	137
Timorem prophanis hominibus non inesse	ibidem	Venenum eiulantia cur creata	Victus moderati utilitas	145
Timor hostilis, malus	103	Veniam delicti assequutus si iterum peccat grauius iudicium sibi praeparat	Videndi ratio	33.71
Timor salutaris quis sit	103	Ventrem domare quanta utilitas	Videri, & non esse, extrema inuisibilitas	255
Timoris utilitas	706	422	Viduae Sidoniae dictum	195
Timoris crudelitas	101	Verbum cur dictus filius dei	Viduae Christianae quomodo uiuent	13
Timotheus musicus	254	220.222	Vincere aliquem malitia, miscra uictoria	184
Timotheus chorepiscopus	655	Verbum oris	Vindicare seipsum non licere	462
Tor & scenus cur dicta	77	94	Vincta, anime hominum	25
Tolerans quis sit	231	Verbum esse duplex	Vinum compunctionis	131
Tolle quod tuum est & uade, quod iussus sit abire	580	219	Vinum quis primus biberit	143
Tonitru generatio	81	Verbum & sapientiam quomodo haeretici interpretentur	Vinum tristibus dandum, quomodo accipiendum	165
Tonitru esse euangelium	ibidem	342	Vini mala	212
Totum sequitur naturam partium	2	Verbi & spiritus significatum	Vini effectus	215
Traditiones humanas non sequendas in reprobatione mandati domini	450	6.3	Violenti caelum rapientes, qui sint	423
Traditionum humanarum condemnatio 195. refutatio	436	Verborum eadem dominicae quae utilitas	Violentus	
Triadis sacrae consideratio	217	400		
Tribulatio cur imittatur a deo	130	Verbis dei num omnibus sit credendum		
Tribulationes quis uincat	137	402		
Tribulationum alimenta	99	Verbi dei cuiuscunq; inobedientia num sit digna ira & morte		
		403		
		Veritatis significata duo		
		73		
		Veritatem esse nudam		
		258		
		Veritatis susceptores uisitacione confirmandos esse		
		477		
		Veritatem in inuisibilitate quomodo quis contineat		
		547		

Violentus in Euangelio quis sit	Virtutes secundum naturam esse	47	Vnigeniti summaria consideratio	323
203	Virtus domini	86	Vnigeniti uocis significatio	350
Viperæ nuptiae cum Murena	Virtutum distinctio ratio	90	Vnigeniti nomen negatum	665
38	Virtutis instrumenta	190	Vnigeniti maiestatem subuertentes. refutantur	712
Virga dei recta	Virtutis praestantia	191	Vnitas triplex	705
Virga consolationis & uirga furæ ibidem	Virtus quid	209	Vocationem esse omnium	131
Virga Aaronis	Virtutes nostras esse	242	Vocum mutius inter se usus	353
637	Virtutum uia & praestantia	253	Vocatus ad predicationem Euangelij non differat	474
Virgines prudentes Euangelicae	Virtutum caelestium creatio praeterita in Genesi	362	Vocaturum ad uitam beatam tria esse paria	123
197.200.211	Virtutis definitio	492	Vociferatio quid sit	93
Virgo mater, eadem mulier	Virtutes solius animae esse	600	Volatilia ex aquis producta	402
267	Visitatio debillum	674	Volatilium genera	ibidem
Virginitatis magnitudo	Vitis, imago domini	25	Volatilium proprietates	41
Virginitatis cogitationes	Vitulus idolum	82	Voluntatem alicuius faciens, num participat sit illius ac socius	587
Virgo qualis debeat esse	Vitulus libani quid	86	Voluntates carnis & cogitationum num eadem & quoniam sunt	584
Virgini quae ratio pulchritudinis & ornatus habenda	Vituli holocausti, & omnibus partibus exusti significatio	303	Voluntatem dei sciens quid negligit, num habeat quo se soletur	542
275	Vite breuitas	22	Voluntatem dei facientem non impediendum	452.453
Virgo ne studeat fieri prouba	Vitam esse uiam	65	Voluntatis dei portus	206
277	Vitis duplex	151	Voluntate dei approbandum in omnibus	450
Virginem esse imaginem dei	Vite longioris aut breuioris quae sit ratio	163	Voluntati dei summa fiducia studendum	457
Virginis cum nupta comparatio	Vite futuræ certitudo 197. bona	212	Voluntate propria num utendum	548
278	Vitam istam esse baptismatis tempus	206	Voluptas quid sit	505
Virgo maxime seipsam reuereri debet	Vite certitudo	290	Voluptatis detestatio	209
281	Vitam hominis dici uiam	241. fluxum		
Virginis quis sit habitus domesticus	Vite onera miseria	251		
284	Vite futuræ eternitas	257		
Virgo non sit conclusa, & cum quibus conuersari debeat	Vita uita opposita, iuxta Eunomium	334		
ibidem	Vite eternae alimentum	399		
Virgines deo nuptae & scortationes & nuptias fugiant	Vite hominum duae	419		
287	Vite priuata in domo utilitas	496		
Virginis animam esse speculum	Vite solitariae periculum	496.497		
292	Vita practica & speculatiua	645		
Virgines quae hospitales esse debent	Vitam esse meditationem mortis	705		
203	Vite futuræ cum presente comparatio	137		
Virgo etiam eunuchos uitet	Viuorum quae regio	138		
300	Viuisicemus quomodo	211		
Virginum puberum scientiam de uiris esse naturalem	Viueri ad opinionem, turpe	257		
302	Viueri deo in Christo, quomodo contingat	394		
Virginum congregatio denaria	Viueri secundum deum qui uolunt, qualem professionem inter se nutuo exigere debeant	535		
425.426	Viuere latens	644		
Virginum congregationes quales debeant esse	Viuere uox	656		
429	Vitia uirtutum nominibus insinuari			
Virginum qualis sit uita				
484				
Virginitatis uotum				
118				
Virginitatis donum & uotum quale sit				
425				
Virginitatis felicitas				
278				
Virginitatis regenerationis semen				
295				
Virginitatis praecipuum nullum				
295				
Virginitatis origo				
ibidem				
Virginitatem esse naturalem & amissam irrecuperabilem				
297				
Ad uirginitatem tres esse uiae				
302				
Virorum appellatio				
682				

BASILII INDEX


Voluptatis femineae potentia	268	Vox domini que sit	81	tis suis	ibidem
Voluptatis originis similitudo		Vocis ratio	ibidem	Vxoris mors quomodo ferenda	163
ibidem		Vsura interdicta	75. cur dicta		X
Vouere se deo qua etate conueniat,		Viris natura	94. Vtris noui qui	X	Anxaridis balineae calidae
et uotum quod ratum sit habendum	502		952		709
Vox exultationis	91	Vulturum sagacitas	43	Z	
Vox in scriptura	85	Vxor diuitiarum cupida duplicatum	172	Z	Achariae caedes cur facta
Vocis ratio	ibidem	malum			149
Vox dei prima	10	Vxores quomodo sunt diligende			
Vocis dei ratio	ibid.	483			
		Vxores quomodo sunt subditae mari			

FINIS.

SERIES CHARTARVM

A A' abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
 ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
 Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq
 Rr Ss Tt
 Omnes terminos praeter L & Rr quaterniones &
 Aa Ff duerniones





FRO

BEN